




SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
DECISIONVM
TOMVS SECVNDVS
PARTIS QVARTAE RECENTIORVM

Ab Anno MDCXVIII. vſque ad annum MDCXXIV.

NVNC PRIMVM IN LVMINE PVBLICO POSITARVM,
Vt Corpus Recentiorum, in quo ſeries dictorum Annorum deſiderabatur, abſolutum, per temporis continuationem, redderetur.

A PAVLO RVBEO I. C. ROMANO

SELECTARVM, NEC VMQVAM ALIAS IMPRESSARVM.

Adeſt quoque Appendix earum Deciſionum, quæ in ipſis Deciſionibus allegantur in eiſdem cauſis factarum, quæ adhuc publici iuris factæ non erant.

Cum Argumentis, Summarijs, ac nonnullis Annotationibus, & Indicibus.
Necnon Priuilegio Pontificio ad Annos viginti vbique Terrarum.



ROMÆ, Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ. MDCXLVI.

SVPERIORVM PERMISSV.

CATHALOGVS
DIVERSARVM PARTIVM
DECISIONVM SACRAE ROTAE ROMANAE,

Quæ vſque de Anno 1645. lucem publicam aſpexerunt.

DECISIONES Nouæ	Collectore Guilelmo Horbort Rotæ Auditore.
Deciſiones Antiquæ	Eodem Collectore.
Deciſiones Antiquiores	Collectore Bernardo de Biſignetto Rotæ Auditore.
¶ DIVERSORVM Pars Prima	Collectore Cæſare Valentino I.C. Romano.
Diuerſorum Pars Secunda	Eodem Collectore.
Diuerſorum Pars Tertia	Eodem Collectore.
¶ Diuerſorum Pars Quarta	Collectore Proſpero Farinaccio I. C. Romano.
RECENTIORVM Pars Prima	Collectore eod. Proſpero Farinaccio I.C. Romano.
Recentiorum Pars Secunda	Eodem Collectore.
Recentiorum Pars Tertia	Eodem Collectore.
Recentiorum Pars Quarta	Eodem Collectore.
¶ Eiuſdem Partis Quartæ Tom. II.	Collectore Paulo Rubeo I. C. Romano.
Eiuſdem Partis Quartæ Tom.III.	Eodem Collectore.
Recentiorum Pars Quinta	Eodem Collectore.
Eiuſdem Partis Quintæ Tom.I.	Eodem Collectore.
Recentiorum Pars Sexta	Eodem Collectore.
Recentiorum Pars Septima.	Eodem Collectore.

DECISIONES Recentiores Rotæ Romanæ recollectæ à Farinaccio ſunt ab anno Domini 1558. vſque ad annum 1618.

DECISIONES verò recollectæ à Rubeo ſunt ab anno 1618. vſque ad annũ 1637. Deciſiones ab anno 1618. vſque ad annum 1626. adſunt in duobus illis Tomis partis Quartæ Recentiorum.

Deciſiones ab anno 1626. vſque ad annum 1630. ſunt in *Quinta Parte Recentiorum*, Aliàs inſcripta eſt Tomus Primus Deciſionum ab eodem Rubeo ſelectarum cui Tomo adeſt Appendix, ſeu Additio.

Deciſiones ab anno 1630. vſque ad annum 1634. ſunt in *Sexta Parte Recentiorum*, Aliàs Secundus Tomus, ſeu Deciſiones ſecundo loco ſelectæ ab eodem.

Deciſiones ab anno 1634. vſque ad annum 1637. adſunt *in Septima Parte Recentiorum*, Aliàs Tertius Tomus, ſeu Deciſiones tertio loco ſelectæ ab eodem.

DECISIONVM Recentiorum Tertia, & Quarta, iterum ad lucem reuocatæ fuerunt ab eodem Rubeo, centenarijs multis ex dictis deciſionibus reſecatis, indicato tantum loco, & ſæpiùs diuerſis locis, vbi iam impreſſæ iacent, cum nonnullis annotationibus eiuſdem, quæ ſunt in principio Tertiæ Partis.

PRIMAM, & SECVNDAM PARTEM DECISIONVM RECENTIORVM pariter reſecatis ſuperfluis deciſionibus, ideſt alibi impreſſis, & cum fœnore, in dies expecta, Necnon deciſiones bo. me. Reuerendiſs. *Franciſci Peniæ* Rotæ Decani olim celeberrimi, ſimul etiam *Octauam, & Nonam* Partem Recentiorum, atque Propugnaculum practicarum concluſionum, aliaque prout alibi promiſi.

NOTA DECISIONVM SACRAE ROTAE ROMANAE

Eorum Auditorum, quorum Decisiones iam integrè publici Iuris factæ sunt.

A

Ægidij Bellameræ.
Achillis de Grassis.
Alexandri Ludouisij postea Gregor. XV.

C

Cæsaris de Grassis.

F

Francisci Manticæ S.R.E.Cardinalis.

G

Guglielmi Cassadori.

I

Iacobi Caualerij S.R.E. Cardinalis.
Iacobi Putei S.R.E. Cardinalis.
Io.Baptistæ Coccini ab anno 1600.vsq.ad 1610.
Ioannis Mohedani.

L

Ludouici Gomesij Episcopi Sarnensis.

M

Marcelli Crescentij S.R.E.Cardinalis.
Martini Andreæ.
Matthæi Buratti.

N

Neapolionis Comituli Episcopi Perusini.

P

Pauli Durani Episcopi Vrgelleñ.
Pauli Aemilij Veralli Episcopi Caputaquen.

S

Seraphini Oliuarij Razalij S.R.E. Cardinalis.

Index Auctorum, in quorum Libris Decisiones plures Sacræ Rotæ Romanæ per extensum positæ sunt.

A

Alexandri Raudensis. *Tractatus de Analogijs.*
Antonij Nigri. *Tract.de Subbastatione.*
Antonini Dianæ. *Resolutiones Morales.*
Ascanij Tamburini. *Tractat. de Iure Abbatum.*
Eiusdem. *Tractat. de Iure Abbatissarum.*

B

Bartholomęi Galiani. *Ad Statuta Perusij.*
Bartholomęi Scapucini. *Tract. de Saluiano Interd.*

D

Donati Antonij Marini. *Resolutiones quotidianæ.*

F

Francisci Nigri Ciriaci. *Controuers.Forens.*

G

Gasparis Thesauri. *Quæstiones Forenses.*
Gratiosi Vberti. *Tractat.de Citatione.*
Guglielmi Redoani. *Tract. de spol.Ecclesiast.*

H

Hippoliti Riminaldi. *Consilia.*
Horatij Giouagnoni. *Consilia.*

I

Io.Antonij Mangilij. *Tract.de Subhastatione.*
Io.Antonij Costa. *Tract.de iur. & fact.ignorant.*
Io.Baptistæ Fenzoni. *Ad Statuta Vrbis.*
Io.Baptistæ Marchesani. *De Commissionibus.*
Io.Dominici Pichi. *Ad Statut.Vrb.lib.1.cap.151.*
Io.Dominici Hondedęi. *Consilia.*
Iulij Viuiani. *Tract.de Iurepatr.*

L

Leonardi Duardi. *Tract. de Censib.*
Ludouici Cencij *Tract. de Censibus.*
Ludouici Postij. *Tract. de mandat. de manutenend.*
Eiusdem. *Tract.de Subhastat.*

M

Marci Antonij Eugenij. *Consilia.*
Marci Antonij Peregrini. *Consilia.*
Marci Antonini. *Variar.resolut.*
Mercurialis Merlini. *Tract.de legitima.*

N

Nicolai Garziæ. *Tract.de Beneficijs.*

P

Prosperi Farinacij. *in Tract.& Consilijs.*

S

Salustij Tiberij. *Practica Iudiciaria.*
Simonis Maioli. *Tract.de Irregularitate.*
Statilij Pacifici. *Tract.de Saluian. Interdict.*
Stephani Gratiani. *Disceptationes Forenses.*
Syluestri Zacchiæ. *Tract.de oblig.Camer.*
Eiusdem. *Tract.de Societ.offic.*

T

Theodosij Rubei. *Singul. Decis.Rot.Rom.*

V

Vincentij Fusarij. *Consilia,& addit.ad suum Tract. de Substitution.*
Vincentij Mancini. *Tract.de iuram.& de Confess.*
Vincentij Monald. *Addit. ad Salust. Tyber. in formul.Instrument.*
Virgilij Boccacij. *Tractat. de Censib.de societ.offic. & Pact.*

DECISIONES Sacræ Rotæ Romanæ sunt circiter triginta millia, scilicet illæ, quæ iam impressæ sũt, cum manuscriptarũ numerus infinitus reputetur.

VRBA-

VRBANVS PAPA VIII.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

LIAS per fel.rec.Paulum Papam V. prædecessorem nostrum accepto, quod dilectus filius Theodosius Rubeus Priuernas Terracinen. Diœcesis Cubicularius Apostolicus, ac tunc eiusdem Pauli prædecessoris familiaris, & continuus commensalis spatio plurium annorum circa Decisiones Rotæ Romanæ à diuersis illius Auditoribus emanatas diligenter insudauerat, ex eisq. ingentem notabilium, & exemplarium conclusionum numerum deprompserat,& conclusiones ipsas in plura obseruationum Rotalium volumina cum diuersarum quæstionum à Doctoribus disputatarum ad singulas materias additione redegerat, necnon etiam multas alias eiusdem Rotæ decisiones, alias scilicet concordantes, alias verò declaratas, quasdam autem reuocatas in vnum compilauerat, ac demum plerasque alias decisiones varijs annotationibus illustrauerat, & omnia huiusmodi volumina, & opera imprimi facere intendebat, Dubitabat autem, ne aliqui ex alieno labore, lucrum quærentes, volumina, & opera huiusmodi postquam in lucem prodijssent, in magnum sui præiudicium typis mandari facere præsumerent, idem Paulus prædecessor eidem Theodosio pro se, ac hæredibus, & successoribus suis quibuscunque, vt ad quindecim annos à voluminum, & operum prædictorum, non solum prima, sed etiam cum annotationibus, & additionibus vlteriori impressione numerandos nemo prorsus tam in Statu Ecclesiastico mediatè & immediatè subiecto, quàm alibi vbicunque citrà & vltrà montes prædicta, & quælibet alia ab ipso Theodosio deinceps durante tempore quindecim annorum huiusmodi etiam in alijs scientijs,& disciplinis in lucem edenda volumina, & opera in toto, vel parte etiam cum annotationibus, aut aliter quomodolibet sine speciali Theodosij eiusque hæredum, & successorum eorumdem, vel ab eis ius habentium licentia in scriptis habita imprimere, aut ab alio, vel alijs imprimi facere, seu impressa vendere, aut venalia habere, proponere, aut aliter edere, vel diuulgare, aut pro vsu proprio, vel habere tenere posset auctoritate Apostolica concessit, & indulsit, ac alias sub certis Censuris, & pœnis, modoque, & forma tunc expressis inhibuit, & mandauit, prout in cedula Motus proprij desuper expediti, cuius solam signaturam d. Paulus prædecessor sufficere, & vbique fidem facere in iudicio, & extra illud voluit, plenius continetur. Subinde nos concessionem, indultum, inhibitionem, & mandata prædicta, aliaque omnia & singula in dicta cedula contenta cum omnibus, & singulis inde sequutis, & sequendis dicta auctoritate ad quindecim annos prædictos confirmamus, & insuper dictos quindecim annos ad alios quinque annos a fine ipsorum quindecim annorum computandos sub eisdem pariter censuris, & pœnis, modoque, & forma etiam tunc expressis prorogauimus, extendimus, & ampliauimus, & aliàs prout in cedula nostri Motus proprij desuper expediti plenius etiam continetur. CVM AVTEM SICVT IDEM THEODOSIVS, ET DILECTVS PARITER FILIVS PAVLVS RVBEVS eius natus nobis nuper exponi fecerunt, ipse PAVLVS *Duo Decisionum* selectarum eiusdem Sacræ Rotæ Romanæ volumina, quorum vnū Nobis dicauit, in lucem ediderit, & propediè benedicente Domino *tertium earumdem Decisionum*, necnon SECVNDVS, & TERTIVS TOMVS QVARTÆ PARTIS RECENTIORVM opus diuulgaturus sit; Nobis propterea ijdem Theodosius, & Paulus humiliter supplicari fecerunt, vt prædicti Pauli prædecessoris, ac nostras Motuū propriorū cedulas, seu priuilegia ad ipsum Paulum; AC OMNIA, ET SINGVLA PER EVM IAM EDITA ET DEINCEPS ETIAM IN ALIIS SCIENTIIS, ET DISCIPLINIS EDENDA VOLVMIMA, ET OPERA, necnon ad tempus in eisdem cedulis expressum extendere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur eiusdem Pauli indemnitati, & commodis consulere, ipsumque necnon Theodosium eius genitorem specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq. Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes,& absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati præfata motuum propriorum cedulas, seu priuilegia huiusmodi aliàs eidem Theodosio per dictum Paulum prædecessorem ad quindecim, & subinde per *Nos ad alios quinque, & sic in totum ad* VIGINTI ANNOS respectiuè concessa, & prorogata ad eūdem Paulum, necnon omnia, & singula per eum iam edita, & deinceps etiam in alijs scientijs, & disciplinis in lucem edenda volumina, & opera & ad tempus prædictum, quo durante nemo prorsus *tàm in Statu Ecclesiastico mediatè, & immediatè subiecto, quàm alibi vbicunque citrà, & vltrà Montes* prædicta, & quælibet alia ab ipso Paulo etiam in alijs scientijs, & disciplinis in lucem edenda volumina & opera in toto, vel in parte etiam cum additionibus, & annotationibus, aut aliter quoquo modo sine special dicti Pauli, eiusq. hæredum, & successorum, vel ab eis ius habentium licentia in scriptis habita, imprimere, vel ab alio, seu ab alijs *imprimi facere, seu impressa vendere, aut venalia habere, proponere, vel aliter edere, aut euulgare, seu etiam pro vsu proprio habere, vel tenere possit*, omnesq., & singuli Typographi, Bibliopolæ, & librorum impressores, aliæq. personæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ditioni mediatè, vel immediatè subiectæ, alijsq. in quibuscunque Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, & locis vltrà, & citrà Montes constituti durante tempore prædicto volumina, & opera prædicta in toto, vel in parte quoquomodo sine speciali dicti Pauli, eiusque hæredum, & successorum, ac ius, & causam ab eis habentium, licentia in scriptis habita huiusmodi imprimere, vel imprimi facere, aut venalia habere, proponere, edere, vel euulgare, aut etiam pro vsu proprio tenere præsumentes EXCOMMVNICATIONIS MAIORIS LATÆ SENTENTIÆ *à qua nonnisi à Romano Pontifice* pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constituti, *absolui nequeant*, & in dictæ Sedis ditione existen. etiam *sub quingentorum ducatorum auri de Camera, & ammissionis librorum* pœnis toties quoties contrauentum fuerit ipso facto, & absque declaratione incurrendis, ac pro vna dicto Paulo, eiusque hæredibus, & successoribus, iusque ab eis haben. huiusmodi, pro altera vero medietatibus Cameræ Apostolicæ applicandis,& irremissibiliter exigendis incurrant, & incurrisse censeantur Apostolica auctoritate tenore præsentium extendimus, & ampliamus. Decernentes concessionem, indultum, inhibitionem, mandatum, aliaq. in dictis cedulis contenta, ac nostram extensionem, & ampliationem huiusmodi durante eorumdem VIGINTI ANNORVM spatio validas, & efficaces, ac valida, & efficacia esse, & fore, ac ab omnibus, & singulis Typographis, Bibliopolis, & librorum impressoribus, alijsque quibusuis personis tàm nostræ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ditioni in temporalibus mediatè, vel immediatè subiectis, ac in quibuscunq; Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, & Diœcesibus constitutis *vltrà, & citrà Montes, & in qualibet Mundi parte* sub pœnis prædictis per contrauenientes ipso facto, & absque alia declaratione incurrendis firmiter, & inuiolabiliter obseruari, & adimpleri debere, ab illisque durantibus dictis VIGINTI ANNIS nullatenus quocunque prætextu, colore, vel ingenio recedi, aut resiliri posse, sicq. per quoscunque Iudices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac eiusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Vicelegatos dictæq. Sedis Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, & omnibus, & singulis, quæ in dictis cedulis concessa sunt non obstare, cæterisq. contrarijs quibuscunque. Volumus autem quod præsentium transumptis etiam in voluminibus, & operibus ipsis impressis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ,& ne de præmissis aliquis ignorantiam prætendere possit, quod eædem præsentes in acie Campi-Floræ, & in valuis Cancellariæ Apostolicæ, & ibidem per affixionem publicari debeant, & quod sic affixæ, & in ipsis operibus impressis insertæ omnes, & quos concernunt perinde arctent, ac si eisdem personaliter intimatæ forent. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem sub Anulo Piscatoris die xxiij. Iulij MDCXLI. Pontificatus nostri anno decimooctauo.

Locus ✱ Anuli Piscatoris. **M. A. Maraldus.**

Die, anno, & Pontificatu quibus supra supradictæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Curiæ, & Cancellariæ Apost. & in acie Campi Floræ, vt moris est, per me Dominicum Varesium S.D.N. Papæ Curs.

Pro Magistro Cursorum Dominicus Mangilius Cursor,

PRIVILEGII SVMMA PRO IMPRESSORE Camerali, & Vaticano.



LEMENS Papa VIII. Diplomate sanxit, ne quis citra voluntatem Dominici Basæ, olim in Typographia Vaticana impressoris, sacram Bibliam, Concilia generalia, Epistolas decretales, libros ad Ecclesiasticum munus pertinentes ac etiam Sanctorum Patrum volumina, libros etiam cuiuscunque generis, vel nouiter ab ipso edendos, vel nouis additionibus auctos, per decennium ab editione cuiusque voluminis imprimat, vel impressa venalia habeat. Quod Priuilegium Paulus Papa V. peculiari Chirographo in fauorem Hieremiæ Guelphi I.V.D. ac Impressoris Cameralis transtulit, indulsitque. Id idem Gregorius Papa XV. Literis expeditis, ratum, firmumque haberi voluit. Violatores excommunicationis latæ sententiæ pœna puniuntur. Quod si in Terris S.R.E. subiectis id contigerit, confiscatione etiam librorum, ac quingentorum ducatorum auri solutione mulctabuntur, vt latius patet in Literis ipsius Gregorij Papæ, datis Romæ apud Sãctam Mariam Maiorem sub anulo Piscatoris die 12. Octobris 1621. Pontificatus sui anno primo. Quæ omnia felicis recordat. Vrbanus Papa VIII. in fauorem Andreæ Brugiotti Typographi Cameralis, & Vaticani translata, & indulta haberi iussit, datis Literis apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris die 23. Martij 1628. Pontificatus sui anno quinto.

Signat M. A. Maraldus.

Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. P. Mag. Sac. Pal. Apostol.

A. Sacratus Episc. Comacl. Vicesg.

EGo infrascriptus vidi, & perlegi Decisiones Sacræ Rotæ Romanæ ab anno 1618. vsque ad annum 1626. à Perillustr. & Excellentiss. D. Paulo Rubeo I.C. Romano selectas, vna cum eiusdem Annotationibus, ac Discursibus, nihilq. reperi, quod pias, vel Catholicas aures offendat, & dignissimum puto, vt publici iuris fiant. Hac die 15. Martij 1644.

Ioannes Baptista Mandosius Patritius Romanus, & in Romana Curia Aduocatus.

Imprimatur,
Fr. Raymundus Capisuccus Magister, & Socius Reuerendiss. P. Fr. Vincentij Candidi S.P.A. Mag. Ord. Prædic.

SVMMARIVM
SEQVENTIS DISCVRSVS
AD STVDIOSOS OMNES
PAVLI RVBEI I.C. ROMANI.

Index huius, & alterius discursus sequentis Tomi habetur in calce Indicis Materiarum.

1 *Appetitus sapientiæ omnibus insitus est.*
Hominum natura semper fuit expotare notitiam rerum.
2 *Sapientiæ fulgentissimo radio quilibet cupit se decorare.*
3 *Discendum est, licèt quis haberet alterum pedem in sepulchro.*
4 *Sapientia ab ingenio optatur, tamquam animi perfectio.*
Intellectus hominis sine scientia, dici potest sine forma. num.4.
Homines plures sunt nomine, pauci re. nu.4.
5 *Homines ignari non verè dicuntur homines, sed imagines hominum.*
Homo inscientiatus reputatur mortuus, & asinus, num.5.
Scientiæ sitis est in hominibus ardentissima, nu.6.
6 *Hominum vniuersa vita virtutis est palestra, vt viuere non videatur, qui in ea non viuit.*
Malorum vltimum est è viuorum numero exire, antequam quis moriatur, num.6.
Claudius Imp. quia virtuosè non viuebat, mortuus erat, apparenter tantum viuendo, & quādo verè mortuus fuit de eo dixit Seneca DESIIT *VIDERI VIVERE.*
7 *Demonsthenes cùm esset ætate 107. annorum eamq; totam consumpsisset in studijs, proximus morti ingemuit, quia tunc exibat è vita, quando aliquid sapere incipiebat, & num.8.*
9 *Anaxagoras philosophus, quali ardore addiscendi flagrasse ostenditur, & num. 10.*
11 *Ingenij culturæ, & rebus familiaribus vacari non potest.*
12 *Carneades philosophus fuit sic diuturnus, & continuus miles sapientiæ, vt in mensa existendo, penitus obliuiscebatur edere.*
13 *Vnde eius propinqui misericordia moti, sicuti fit infantibus, cibum ei subministrabant, ne inedia moreretur.*
14 *Franciscus de Nursia* I. C. *semper, & indesinenter studebat, & millies fecit prandium, & cœnā de solis libris, teste Lud.* Romano.
15 *Vxorem ducere, multi qui studijs dediti erant, recusarunt.*
Marc. Tullius Cicero repudiata prima vxore, renuit aliam ducere, asserens, vxori, & doctrinæ difficile vacari posse, num.15.
16 *Iason. Maynus I.C. eximius, vt perfectam veritatis scientiam haberet, numquam vxorem ducere voluit teste Cassaneo eius discipulo.*
17 *Sapientiam antiqui, vt adipiscerentur plurima incommoda æquo animo tulerunt.*
18 *ob Sapientiæ amorem multi hominum conturbenia deserentes, secreta æremа penetrantes, ibi soli philosopharunt, num.19.*
20 *in Addiscendo decorum est terminum non habere.*
Ambitio in addiscendo probatur, num. 920.
Scientificum omne quantò profundius quæritur, tanto gloriosius inuenitur, num 20.
21 *Homo non debet verecundari, à quolibet instrui.*
Scire aliquid laus est, nihil discere velle stultum est, num.22.
23 *Discendum est ab omnibus libenter, & quare.*
Sapientior ille omnibus erit, qui ab omnibus discere vult, num 23.
Ditiores omnibus sunt illi, qui ab omnibus accipiunt, num.23.
Quod tu non nosti, forsitan nouit asellus, prouerbium antiquum.
24 *S. Augustinus, quamuis esset senex, dicebat se tūc, & vsque ad mortem paratum esse discere, etiam à puero vnius anni.*
25 *in Litterario conflictu pauci sunt, qui velint alteri in scientia cedere.*
in Scientia quilibet, si non existentia, saltem in apparentia alios excellere satagit, num.25.
26 *Opes, aurum, rura, est qui donat, sed qui velit ingenio cedere, rarus est.*
in Scientia socium excellere pulchrum reputatur, num.26.
27 *Alexaneer Magnus non tantum cupiebat opibus, & potentia alios excellere, quàm literis, & doctrina præstare.*
28 *Agens omne inclinat ad propriam inclinationem, veluti auis ad volandum &c.*
Hominis propria inclinatio est intelligere, n.28.
29 *DEVS valde curat de his, qui diligunt intellectū tanquam de suis amicis, per scire, & intelligere homo iniungitur DEO.*
Scientia, est similitudo DEI quoad fieri potest.
30 *Principio suo coniungi quilibet affectat.*
Ordo nunquam stabilis manet, nisi fini iniunxerit ortum, num.30.
31 *DEVS quare fecerit rationabilem creaturam.*
32 *Via ad DEVM est scientia, quæ ad institutionem rectè, & honestè viuendi pertinet.*
33 *per Scientiam itur ad disciplinam, per disciplinam ad bonitatem, per bonitatem ad beatitudinem.*
34 *Scientia est DEVM cognoscere, & virtutes colere, in illo scientia, in his iustitia continetur.*
35 *ab Inscitiæ tetricis tenebris discedere, & ad auratam lucem scientiæ transire, quid fortunatius?*
36 *in Literis continetur totius prudentiæ compendium.*

88 *Pra-*

88 Pratorum amenitates amantur, quibus oculus recreatur, amantur hortorum deliciæ, quibus pascitur visus.

89 Pulchritudo corporea fumus est, sicuti cætera omnia mundana.

Humana cuncta fumus, vmbra, vanitas, & scenæ imago, ac vno verbo nihil.

90 Humanæ res, cum sint fumus, dum quis eis delectatur, certè ei lacrymandum erit.

Sapientia virentibus hortis similis est.

Oculi dum fumo remorantur, semper lacrymas effundunt.

91 Oculi dū fruūtur aere purgato, ac virentibus hortis, necnon crystallinis fontibus inter amena fluentibus, maiori aciei fulgore rutilant.

92 Humanis rebus dum quis delectatur, ac fruitur, cum sint fumus, opus est, vt lacrymet, ac grandia emittat suspiria, ad instar filij prodigi.

93 Humanas res, qui amant, tandem in conscientiæ æquuleo suspensi veritatem coguntur fateri.

Humana omnis dulcedo tandem amara est, omnis iucunditas mæror est, omne pulchrum fœdum omne suaue molestum, omnisque delectatio desolatio.

94 Mundi voluptates, more latronum in hoc nos amplectuntur, vt transgulent.

95 Sapientiæ horti sunt deliciosi, & ameni, ac tempus in omne in eis dulcis Zephirus suauiter efflat.

96 in Viridarijs humanis, suo redolet odore vermiglia rosa, suo candidum lilium, sed breue post tempus talis suauitas effugit, & num. 97.

98 Flores viridarij sapientiæ, continuò in natiuo decore persistunt, & nesciunt occasum, nu. 99,

100 Scientiæ prærogatiuas, nemo est tam verbis diues, vt possit dignè explicare.

101 Sapientia in throno Cælestiali, secundum Horatium, stat ad latus Dei.

102 Sapiens est vno minor Ioue dignus liber, honoratus, pulcher, Rex denique Regum, & nu. 103.

104 Sapientia in Cœlo, & in terra occupat primos gradus.

105 Sapientis fælicitas non est minor ea Iouis, & in hoc ipse superat sapientem, quia est ætate maior.

106 per Scientiam quis assimilatur DEO, iuxta illud Genesis. Eritis sicut Dij scientes bonum, & malum.

107 Sapientia nostris temporibus, nullius fructibus præmiatur stipendijs, nullius famæ fauoris aura extollitur,

Pecunia ipsa honoris titulos, & laudis emit præconia.

108 Sapientiæ sola generosa possessio super omnem possessionem eminet.

Sapientia est deliciosus animi Paradisus, hæc in Cœleste terrenum, in immortale caducū, hominem in Deum mirifice conuertit, num. 108.

109 Sapiens est plenus gaudio, placidus, & hilaris.

110 Sapiens solus est capax veræ lætitiæ.

111 Vir mundanus poterit lætari, tripudiare, exultare, sed extrinsecè tantùm.

Vitam tranquillam nemo in hoc Mundo ducere meruit, & stabili fine lætos claudere fines, num. 111.

112 Vir in lacrymarum valle nascitur, lacrymabile ducit ætatem, & vitam ipsam cum lacrymis terminat.

Homo dum nascitur, prius lacrymat, quàm lucem videat.

113 Risus Mundi luctu miscetur amaro, Venena dira sub dulci melle latent.

114 Homo est miseriarum compendium.

Vita prorsus tedet, ita sunt omnia omnium miseriarum plenissima secundùm Marc. Tull.

115 Mundi omnes delectationes pocula sunt mortalia, omnes blanditiæ venena, omnesque promissiones seductiones sunt.

116 Iuniperum habet spinas pro folijs, & tamen vmbram producit.

117 Mundi delectationes sunt adinstar Iuniperi, nā qui dormit sub ea, stat sub vmbra spinosa.

Mundi gaudia comparantur vmbræ Taxi, quæ mortifera est, num. 117.

118 Gaudia Mundi non sunt vera, sed picta, ac apparentes prospectiuæ.

Gaudia Mundi decipere quidem possunt, nutrire nequaquam.

119 ad Mundi gaudia qui auidè accurrit, sunt similes auibus illis, qui ad pictas Zeusi vuas aduolarunt.

120 Antigonus Rex Macedonum benè agnouit Mundi fælicitates esse pictas.

121 Purpuras, et Realia diademata, si quis internè cōsideraret, quàm multis periculis, & miserijs sunt referta, nec humi quidem iacentia tolleret, secundùm Antigonum Regem Macedoniæ.

122 Rex Salomon postquam affluenter omnes Mundi delicias gustauit, absque tortura manifestauit Mundo, in omnibus esse vanitatem, & afflictionem spiritus.

123 Rex Salomon sic fuit stomachatus à delicijs Mūdi, vt nihil pendebat Regiam dignitatem.

124 Rex Salomon dicit in cap. 1. Ecclesiast. se fuisse Regem Hierusalem, & quare id, cum esset Rex, dum id scribebat.

125 Septimius Seuerus Imper. postquam largè hausit omnes Mundi voluptates, memorandam illam vocem emisit, Omnia fui, & nihil expedit.

Mundi gaudia citò transeunt, quæ quasi manentia blandiuntur, num. 125.

126 Sensus humanus est capax voluptatis, quæ oblectat palatum, sed non est capax gaudij, in interno consistentis.

127 Gaudebit sapiens, lætabuntur cæteri, iste est versus obscurissimus Poetæ Greci Africani.

Grammatici nonnulli non distinguunt inter gaudere, & lætari.

128 Sapiens solus, quare fruatur vero gaudio.

Lætitia pura in solis animi bonis adest.

129 Viuere iucundè, & hilariter non à foris est, sed intus, secundùm Plutarchum.

130 Gaudere omnes desiderant, sed non omnes ibi quærunt gaudium, vbi oportet inquiri.

131 Gaudere discendum est, quia non omnes hilaritates implent pectus, sed frontem remittunt, quia leues sunt.

Gaudium verum est res seuera.

132 Gaudium verum, secundùm Senecam, oritur ex bona conscientia, ex honestis consilijs, & ex rectis actionibus.

Gaudij aurum vt impleat pectus, debet oriri à fodina virtutum, num. 132.

Gaudij vera armonia auditur ex concentu pru-

dens.

dentum morum, num.132.

133 *Sapiens cum sit ille, qui verè gaudet, ideo in vndoso hoc Mundi Pelago imperturbabilis manet.*

134 *Sapiens est ille, qui vincit fortunam,*

135 *Prudentia, quando adest, tunc nullum numen abest.*

Fortuna non est Dea, sed stulti eam Deam faciunt, Cœloque locant, secundùm Iuuenal.

136 *Fortuna est omnipotens insipientibus.*

137 *Planetarum errores parent sapienti, iuxta illud* Sapiens dominatur astris.

137 *Sapientis anima ita adiuuat opus Astrorum, sicut agricola naturales terræ vires.*

138 *Sapientia subleuat eius possessores ad Cœli amorem, ac humanarum rerum displicentiam inducit.*

Scientia erigit possessores, elatiores facit, supera, cælestiaque cogitando, secundùm Marc. Tull. *num.138.*

139 *Pauli Apostoli dictum illud,* Scientia inflat, *declaratur.*

140 *Mundus in tenebris maneret, nisi radiosa sapientia illam corruscaret.*

141 *per Scientiam* Mundus *illuminatur, & hoc ex senentia Imperiali.*

142 *Ignorantia est Mundi tenebra.*

143 *Ignorantia est vna ex portis Inferni.*

Ignorantia est mater omnium errorum.

144 *Ecclesia eget viris literatis.*

in Ecclesia DEI viri literati dicuntur radij solis, & veluti splendor firmamenti.

146 *Ecclesia non est implenda nepotulis, nec asinis diferratis, aut porcis, & num,147.*

148 *Ecclesia DEI debet splendere, & non ruere, & ideo non est confugiendum ad ignorantiæ tenebras.*

149 *Ecclesiarum decor, & augumentum cultus diuini, consistit in personis eruditis pollentibus virtute, & doctrina.*

150 *circa Beneficiorum collationē tempus erat lacrymabile, dum florebat S. Hieronymus, & quare num.151.*

152 *Diuitiæ accumulantur diuitibus, & non est, qui respiciat pauperem, vel mendicum.*

153 *Ligna in syluas, & aquæ in maria non sunt deferenda.*

Pauper qui est semel, semper erit pauper, quia opes nullis dantur nisi diuitibus, num.153.

154 *Beneficia plura vni non sunt danda, itaque alij fame pereant.*

155 *Auri prophanus amor omnia sibi vindicat, & alia vt hic.*

156 *Beneficia, caueatur, ne conferantur indignis, & refert id, quod accidit Summo* Pontifici *Leoni.*

157 *Paschasius Romanæ Ecclesiæ Diaconus quamuis fuisset vir clarus miraculis, tamen torquebatur eius anima in thermis, & quare n.158.*

159 *Eligenti indignum ad beneficia, imputantur damna, & perditiones animarum, quæ euenit, quia dignus non fuit promotus.*

160 *Ecclesia DEI destruitur ex institutione mali* Prælati.

161 *Paulus Apostolus monet Timotheū vt nemini citò manus imponat, ne communicet peccatis alienis.*

162 *Peccatis alienis communicare, quando eligitur indignus ad beneficia, est talem effici eligentem voluntate, qualis est, qui non meruit ordinari.*

163 *Exaltati indignè caueant, quia decepti dicuntur ab eo, qui eos sic exaltant.*

164 *M.Tullius ingenuè locutus fuit contra Cæsarem, dum quosdam indignos exaltauit.*

165 *Honor si conferatur ei, qui eo est indignus, cum ipso honore ille vituperatur, & in altare honoris sacrificatur infamia.*

166 *Excellentem esse culmine, & despicabilem vilitate, nihil est turpius.*

Principatus sine meritorum sublimitate aliud nō est, nisi honoris titulus sine homine, n.166.

Dignitas in indigno, quid est, nisi ornamentum in luto? num.167.

167 *Dignitas amittit dignitatem in indigno.*

168 *ad Magistratus gerendos, si eligantur imperiti, tamquam alteræ simiæ deseruient pro irrisione.*

169 *Imperitus matheos dū vult disputare cū Mathematicis, risu patebit eius ignorantia.*

Administratio si concedatur indigno, non est populo consulere, sed nocere, nec est præstare regimen, sed augere discrimen, num.169.

170 *ad Nauis regimen non debet admitti, qui remum tenere non nouit.*

Magistrum fieri eum, qui numquam fuit discipulus, miserum est, num.170.

171 *Principes, indignis possunt conferre titulum dignitatis, habilitatem, nequaquam.*

172 *Gregorius Magnus Romanus Pontifex quia coactus fuit ascendere eleuatum Petri solium, quid de se humiliter sensit.*

173 *S.Augustinus, dum fuit factus Episcopus de se pro excessu humilitatis dixerat, se esse indignum, poni ad remum, & tamen tam altè in regimine Ecclesiæ positus erat.*

174 *Prælato cuidam ardenti in Inferno dictum fuit, non esses de numero damnatorum, si non fuisses de numero Prælatorum.*

Iudiciū durissimum fiet eis, qui præsunt, n.174.

175 *Memoriam DEI omnes qui habent, ad aliorum curam difficulter accedunt ex sententia Iustiniani Imperatoris.*

176 *Purpuram nemo quærat æternatura gloria vestiendus.*

Vertigines humanæ sunt considerandæ, & coronæ terrenæ sunt fugiendæ, vt æternæ deinde habeantur, num.176.

177 *Scientia constituit quem non solum nobilem, sed etiam nobilissimum.*

178 *Philosophantium omnium scholæ illustratæ fuerunt scientia Socratis, & quis vocabit eum ignobilem, quamuis eius mater erat obstetrix, & pater marmorarius.*

179 *Demosthenem Oratorem elegātissimum quis dicet ignobilem, cuius parentes non modo viles, sed etiā ignoti fuerunt.*

180 *M.Tullius Cicero iure nobilissimus vocari poterat, quamuis ex humili loco, abiectisq. parentibus ortus fuerit.*

181 *Rhenum. Danubium, Mosam, Padum, Rhodanū, aliq. inclyti Amnes oriuntur ex fonte, vel ignobili scaturigine.*

Radices Terræ, si tollantur, non surgent nemora illa ingentia.

Aurum ex vilissima terra oritur, nu.181.

ad Imperia Magna plures mediante propria virtute

tute properantur, quamuis infima plebe nati.

182 *Venditius Bassus, quamuis victũ sibi parabat ex fricatione Mulorum, nihilominus creatus fuit Consul.*

183 *Qua de re admiratio magna ingessit Populum Romanum, & vide versiculos super hoc.*

184 *Stemmata, & memoriæ maiorum parum iuuãt, quando virtus extollit aliquem super alios.*

185 *Auorum nomina ad mota Cœlo, quid iuuat, & inter cognatos posse referre Iouem?*

186 *Nobilitas est filia scientiæ.*

187 *Scientia nobilitat hominem interius, & exterius, & quomodo.*

188 *Nobilis, quis non debet vocari, licet ex nobili prosapia ortus, nisi bonis polleat moribus.*

189 *Nobilis dicitur à suis claris ascendentibus degenerare, dùm eorum virtutes non imitatur.*

190 *Scipio Africanus habuit filium pessimum, & vide super hoc Valer. Max.*

191 *Viri Magni, & Optimi ferè semper habuerant filios abbominabiles, & num. 192.*

193 *Caligula infame monstrum generis humani vnicum crudelitatis, lasciuiæ, & auaritiæ exemplũ, sortitus fuit in patre Germanicum, magis pium, castum, & iustum Principem Mundi.*

194 *Salomon Rex omnium mortalium sapientissimus generauit Roboan, qui stolidus erat.*

195 *Virtus generat inuidiam, Pax otium, Familiaritas contemptum, Communio discordiam &c.*

196 *Natus à parentibus alienis à virtute, si ipse virtuosus sit, melior est, quàm ille, qui ex parentibus virtuosis natus, licet etiam ipse non sit alienus à virtutibus.*

197 *Mirabilis magis est ille, qui exemplar non habuit, & bonus est, quam qui habuit, & bonus est.*

198 *Hominis vera æstimatio, vt sciamus, quid sit spectandum* secundum Senecam.

199 *Probitas, & ingenium magnum quem faciunt.*

200 *Vtilitas quæ erit in sanguine proprio, dum quis descenderit in corruptionem?*

Stemmata quid faciunt, quid prodest longo sanguine censeri pictosque vultus maiorum ostendere, num. 201.

201 *Arbor cuius speciei sit, id cognoscimus non ex radice, sed ex fructibus.*

202 *Diues si quis est, hoc fortunæ debetur, si nobilis id est laus aliena, si pulcher, senectute desinet esse talis, si sapientia polleat, ista est virtus propria, & num. 203.*

204 *Mens bona omnibus patet, omnes ad hoc sunt nobiles.*

205 *ad Virtutem generosus benè à natura quisque compositus est, & nu. 206. 207. & 208.*

208 *Atrium nobile famosis imaginibus plenum, non facit quem nobilem.*

209 *Maiorum nostrorũ nemo in nostram gloriã vixit.*

210 *Nobilitas vera est illa, quàm virtus præstat, & sapientia.*

211 *Iactantia ridiculosa est, de alieno se gloriari.*

212 *Nobilitatem fundare, quam fundatam inuenire longè gloriosius est.*

213 *Nobilitatem peperisse melius est, quàm acceptam corrupisse.*

214 *Surgere ex se melius est, quàm ex se cadere, & num. 215. & 216.*

217 *Generosissimus ille est, qui est optimus.*

218 *Actionibus proprijs melius est florere, quàm aliorum opinione niti.*

219 *Nobilitas morum plus prodest, quàm genitorum.*

220 *Laudandus quis est in eis, quæ nisi in se, & ex se esse non possunt.*

221 *Meum magis est, quod ex mea industria, sudoreq. acquiro, quã quod ex antecessoribus obuenit.*

222 *Consuetudo in pluribus locis adest, vt quis possit testari & donare bona ex propria industria acquisita, non autem ex successione habita.*

223 *Dignitas ea est fortior, quàm quis habet ex se, quam illa quàm habet per alium.*

224 *Cariora sunt ea nobis, quæ ex propria industria paramus, quàm ea, quæ nobis obueniunt aduentitio iure.*

225 *Fructus dulcior est post multa incõmoda ductus.*

226 *Palatium magnificum extruere à fundamentis gloriosius est, quàm antiquũ ædificiũ conseruare.*

227 *Dux ille magis generosus est, qui nouum statum acquirit, quàm ille qui antiquum conseruat.*

228 *Cæsar communi omnium voce longe iudicatur maior Alexandro Magno.*

Cæsar omnium Principum fuit clementissimus, Clementia in Principe est tamquam Sol in Cœlo.

229 *Monile non est pretiosius in Mundo, quod magis adornet Principem sicuti clementia.*

230 *Clementia mortales DEO æquat.*

231 *Heroum virtus ea est, quæ feritati, & immanitati opponitur.*

Clemẽtia etiã barbarorũ pectora penetrat, n. 231.

232 *Clementiæ dulcedo mitigat inimicos, & multiplicat amicos.*

Clementia reddit iratum beneuolum, suspectum in beneuolum transmutat, austerum in mitem, aduersantem in mitem &c.

233 *Clementiæ gẽma est adeo perpulchra & necessaria, vt sine ea, quis legẽ CHRISTI nõ adimpleat.*

234 *Clementia præparat vitam,* secundũ Salomonẽ.

Clementia est pars iustitiæ, & in hoc differt à misericordia.

235 *Misericordia simpliciter sumpta est vitium oppositum iustitiæ.*

236 *Clementia dulciter capit, delectanter onerat, & fortiter capit.*

Clementia est omni armatura fortior, & licet nesciat, quid sint arma, tamen sæpe armatos vincit.

237 *Romanorum Imp. multi relictis titulis Altitudinis, Maiestatis, & Sublimitatis, tanquam inanibus verborũ sonitis, gauisi fuerunt titulo Piorum, Clementium, Mansuetorum &c.*

238 *Imperatores nonnulli ministris suis dederunt titulum sublimitatis, & sibi mansuetudinis.*

240 *Titus Vespesianus propter eius clementiam à Populo Romano vocabatur Orbis amor, & deliciæ generis humani, & num. 241.*

242 *Medici solent vbi vsitata remedia non prosunt, tentare contraria.*

Seueritate id quod non potest assequi, obtinetur tamen clementia, num. 242.

Clementia longè valentior est ad aliquid obtinendum, quàm seueritas, num. 242.

243 *Animus hominis generosus est, qui magis suauitate verbi & operis ducitur, quàm rigiditate trahatur.*

244 *Responsio mollis frangit iram, sermo verò durus suscitat furorem.*

For-

344 In-


immensus, vt maiores mundus numqnam vidit.
407 B.VIRGO dum decoratur titulo DEI Genetritis, id excedit post DEVM omnem celsitudinem.
408 Sancti Euangelistæ laudibus non cumularunt B.VIRGINEM, cognoscendo eius ineffabilem magnitudinem, solum dicendo, de qua natus est IESVS.
Pietas, quanta sit B.VIRGINIS nec litera, nec dabit ætas, num.408.
409 à DEO multa petuntur, quæ non obtinentur, & si petantur à B.Virgine obtinetur, & quæ de causa.
410 Saluator Mundi in Cruce pendens quare ante mortem caput inclinauit.
411 B.VIRGINI quare dicitur, quasi Platanus iuxta aquas in Plateis.
412 Platanus habet frondes ad instar scuti.
413 Populi veniunt appellatione aquarum.
414 B.VIRGO est aduocata generis humani, idque defendit Bartol. contra Diabolum contrarium prætendentem,
415 CHRISTVS Aeterni Patris filius nasci voluit de bonis, & malis, de humilibus, & honoratis. Et non solùm de alienigenis, immo, & de adulterinis, & quare, & num.415.
416 Virtus est tantum quærenda, & non est qui erubescendus de vitijs parentum.
417 Romani rerum Domini non ad nobilitatem, vt mos est apud Barbaros, sed ad virtutem tantùm oculum habebant.
418 Illegitimus si sit honestus re, & vita, ab officijs, & dignitatibus non reijcitur.
419 Athenienses legem quam authore Pericle contra spurios tulerunt, in Temistocle spreuerunt, in Euagora non obseruarunt.
Quamuis ipse Pericles adhuc esset viuus immo eodem Pericle instante abrogata fuit.
420 Legitimus est, qui bonus est, illegitimus qui malus Legitimus is est, qui legitimam habet naturam, ita è contra.
421 Filia naturalis tantum si vxoretur viro legitimo, & naturali, ipsa etiam efficitur legitima.
422 Natura non agnoscit discrimen inter legitimos, & illegitimos.
423 Illegitimi sunt legibus exosi, cessat tamen odium quando apparet eorum morum candorem, abhorrendo à vitijs parentum.
424 Illegitimi plures propria virtute Mundi stupor, ac ingeniorum Principes fuerunt, & n.425.
426 de Parentum vitijs, quis non debet erubescere, dum ea abhorret.
427 Nati ex malis, etiamsi ob scelera mortem passi sunt, si paterna vitia fugerint & virtutem sequantur, honor eis, & laus exhibendus est.
428 Nobilitatum quatuor sunt genera, sed omnium generosissimum est eorum, qui non aliena sed propria virtus nobiles euaserunt.
Nobilem virtute fieri melius est, quàm nasci.
429 Scientia suos possessores nobilitat.
430 Literatura sola, & scientia, quem nobilem facit.
Sapiens est vir fortis, robustus, & validus.
431 Sapiens ad omnem impetum est munitus, non si paupertas, non si luctus, non si ignominia, non si dolor insultum faciat, pedem refert.
Sapiens nec contumelijs, nec iniurijs mouetur.
432 Medicus si curet phreneticum, nō irascitur, si ille maledicta plura in eum proferat, vel minetur.
433 Sapiens aliorum conuicia spernit, quia illos tanquam male sanos, & phreneticos intuetur.
434 Iniurias condonandi, & spernendi exemplum nobis dederunt Primi Orbis Principes.
Iniuriam quis ab aliquo recipiendo, si ille id faciat ex leuitate, contemnendus est, si ex insania miseratione est dignissimus, si data opera, remittendum est.
435 Sapiens sub quolibet pondere rectus manet.
Stultus vt luna mutatur, sapiens verò intrepidè manet,
436 Sapiens non augetur, non minuitur rerum mutationibus.
437 Sapiens ridet fortunam, siue secundis, siue turpidis impleat ventis vela.
438 Infortunia dum alicui eueniunt, non ei aliquid noui accidit,
Sapiens numquam inanis est, semper habens in se amictum prudentiæ, n.438,
439 Socrates sapiens ille vir, numquam mutauit frontem, nec in lætis, nec in tristibus,
M.Antonius Romanorum Imp. Phylosophus nuncupatus fuit vir tantæ tranquillitatis, vt vultū numquam mutauerit mærore, vel gaudio.
440 Sapiens ideo imperturbabilis manet, quia voluntatem suam, cum diuina conformat.
DEO libenter parendum, vt fortunæ contumaciter resistamus, secundùm Senecam.
441 Veritas à quocumq. dicatur, à Spiritu sancto est.
442 in Sterquilinio prophanarum eruditionum indecorum non est, si in eo inueniatur aliqua lucidæ veritatis gemma, vt sumatur.
443 Sapientes viri magis timent in prosperis, quā in aduersis, tunc enim pauida suspicione turbantur.
Ridere ridentem fortunam, ista est summa inuicti pectoris generosa constantia.
444 Fortuna, quātò maior est, tātò minus est secura, & Ruina magna ex alto veniat.
Fortuna magna, seruitus magna est,
445 Principibus Magnis quanta non licent, quæ licet priuato, nam iste potest solus incedere per Vrbē sine socio, sine gladio, ille verò etiam in sua pace armatus viuere debet, & num.446.
447 Principes nō possunt aberrare ab eorum fortuna, obsidet enim eis, quocumq. vadant.
448 Magnitudinis Principis hæc est summa seruitus, non posse fieri minorem.
449 Principatus & vigilantia sunt gemelli vnius partus.
Regentibus populorum non licet dormire integram noctem, num.449.
450 Imp. Iustinianus pernoctabat, vt eius subiecti sub omni quiete consisterent, ipse pro omnibus, curas, & solicitudines suscipiendo.
451 Reges Persarum soliti erant apud se retinere cubicularium, vt eos expergiscerent summo mane, cum hac voce. Surge Rex & negocia cura.
452 Thronum Reale Salomonis erat sic magnificum, vt simile visum non fuerit, & in quo consistebat tanta singularitas.
453 in Throno Salomonis aderant duodecim Leones, & quare ista animalia ibi posita fuerunt.
454 Leo est symbolum vigilantiæ, nam aut numquam dormit, aut parum, & dum illud parum dormit, apertos tenet oculos, & sic numquam dormire videtur.

455 Auari tam seuerum habent Dominū, vt nec eos dormire sinat.
456 Philippus Rex Macedoniæ, cum semel in meridie sumpsisset somnum, & interim accessit nonnulli Magnates audientiæ ergo, & audito eo quiescere murmurarunt, & quid Magister Cubili eis replicauerit, & num.457.
458 Principibus multa sunt prohibita, quæ humillimis ac in angulo iacentibus licent.
459 Regnum nihil aliud est, nisi splendida seruitus, ex sententia Antigoni Regis.
460 Hippocratis Aphorismus 3. sect. 1. à celebrioribus Medecinæ Professoribus secutus, expenditur.
Habitus à Medicis vocatus Atleticus id est perfectè sanus est omnium aliorum periculosior.
461 Sanitatis abundantia est quædam manifestatio vicinæ, & admodum grauis infirmitatis, & quare.
Melioramentum, quando aliquis recipere non valet, opus est, vt ad declinationem præcipitet.
462 Corporis habitutine extremè boni nil est periculosius.
Bono summo quidquid additur malum est.
463 Felicitates humanæ dum eò magis splendent, tunc mortales magis propè ducunt ad præcipitium.
Calamitatum omnium materia est homo summè felix.
Omnia, quæ excedunt modum, nocent.
464 Ridentes profusè lacrymas emittunt.
Extrema gaudij luctus occupat.
465 Fortuna fouet multos, vt inde magis præmat.
Fortuna dum ridet, tunc irridere vult.
466 Fortuna, cum blanditur, captatum venit.
467 Philippo Regi Macedoniæ cum in vno eodem die tres felicissimi successus nuntiati fuissent, statim contremiscere cœpit.
468 Ac putando Deos acerbissimè esse cum eo iratos, conuersus ad Fortunam eam rogauerit, vt dignaretur aliquo malo eum afficere, & num.469.
470 DEVS quantò minus nos in hac vita punit, tantò magis eius iram ostendit.
471 S. Ambrosio quid acciderit, dum pernoctauit, Romam veniendo, in quadam Villa Tusciæ, in domo vnius diuitis qui semper fuerat expers aduersitatum, & num.472. & 473.
474 Cætus piscis ille magnus (balena vulgo nuncupata) dum ludit signum est vicinæ tempestatis.
475 Cæti ludus sicuti est signum tempestatis, ita gaudium diuitum signum est tempestatis æternæ.
Felicitatibus humanis, qui delinitur, timeat æternæ damnationibus fluctibus obrui.
476 Infelicius nihil eo est, cui nihil vmquam accidit aduersi, quia male de eo iudicauit DEVS, ideoq; ab eo, vti vilem, & ignauū contemptum esse, & hoc ex sententia viri à veritate catholica alieni.
477 Successus temporalis futuræ damnationis indiciū est secundum S. Ambrosium.
Fulgur sicut tonitrua portat, ita prosperitas sempiterna supplicia pronunciat, secundum S. Bernardin. Senen. num. 477.
478 Prosperitates huiusmodi Mundi, qui sequitur infelix est; quia quotidie quasi in lectica clausis oculis ad æterni ignis incendium properat.
479 Vitulus destinatus ad macellum liber dimittitur ad delectabilia pascua, sed non sic destinatus ad aratrum.
480 Hominibus iniquis sæpe est ira, quod putatur misericordia, & viris iustis sæpe est misericordia, quod putatur ira.
481 Arbores steriles, & destinatæ igni non putantur, sed permittitur eis vagari, fructiferæ vero putationibus subiacent.
Homines mali tamquam steriles arbores, ac igni destinati, nec calamitatibus inciduntur, nec pressuris putantur.
482 Homines Cœlo destinati, tamquam arbores fructiferæ calamitatibus putantur.
Aurum ponitur in fornace non vt comburatur, sed vt depuretur & sic accidit iustis, dum in fornace tribulationum iacent.
483 Aduersitates sunt signum purgationis peccatorum & datur similitudo de cera, quæ igne mollificatur &c.
484 Tribulatio iusto id facit, quod lima ferro, quod flagellum grano.
485 Tribulationes sunt mendicamentum ad salutem, & non ad damnationem.
486 Sapientes, & prudentes viri, dum quatiuntur à turbidis ventis tribulationum, nullatenus desinunt dulciter quiescere.
487 B. Petrus Princeps Apost. quamuis esset victus catenis, & iam condemnatus ad mortem, nihilominus profundè, & dulciter dormiebat.
Fortis, & Christiani animi est nihil timere præter DEVM.
Integritas despicit fortunæ insultus.
488 Iustus non conturbatur, quidquid acciderit ei.
489 Sapientes viri imitantur stellas, quæ in die latent in nocte verò lucent.
490 Gaudia potius sunt temperanda, quàm dolores compescendi, secundum Senecam.
491 Vrsus solet ex instinctu naturali, quando videt tempus turbatum exultare, ac ludere cum socijs suis, & quare.
492 post Tempus nubilum succedit serenum.
493 Tribulationibus magnis cum quis angeretur, volens demonstrare spem habere ex illis exire, pinxit duos Vrsos ludentes, dum tempus erat nubilum, cum inscriptione serenabit.
494 Angustiæ huius mundi sunt vigiliæ futuræ festiuitatis, quæ erit in Cœlo, & num.495.
496 Iob viua imago sapientiæ dum pernoctabat in atra illa nocte tribulationum, qua spe consolationem sumebat.
497 post Tribulationes spernanda est dulcedo consolationis.
498 Vita præsentis commoda, qui non habet, speret se futuræ vitæ gaudia absque ambiguitate percipere sempiterna.
499 DEVS flagellat omnem filium, quem recipit, & qui est exceptus à flagellis, exceptus est quoque à numero filiorum.
500 Pater non erudit, nisi quem amat, Magister nisi quem cernit ardentioris ingenij.
Medicus quando curare cessat ægrotum, desperat.
501 DEVS punire seuerè dum intendebat Hierusalem, dixit, vt quiesceret, quia amplius cū ea irasci nolebat, & n.502. & 503.
Peccator seuerius punitur dum non punitur, DEVS magis delinquenti parcit, dum non parcit.
503 DEVS dum consideratur iratus, tunc est magis propitius contra peccatorem.
504 Epuloni ardenti in inferno, dictum fuit, recordate fili, quia recipisti bona in vita tua, & sic dicetur illis, qui in hoc sæculo non puniuntur.
505 S. Franciscus cum esset à graui morbo cruciatus, male sentit socij monitum, vt oraret DEVM pro liberatione. & num.506.
507 Tribulationes, & angustiæ Mundi sunt illæ ponderosæ monetæ quibus emitur Cœlum.
508 Regnum Cœlorum venale est, nam emitur paupertate, labore, ignominia, morte &c.
509 per Tribulationes multas oportet in Regnū Cœlorū intrare.
510 Verbum, oportet, denotat necessitatem.
511 Tribulari prorsus oportet, & qui in hoc sæculo non tribulatur in alio sæuior tribulatio manet.
512 Doctor quidam Parisiensis vir DEI plenus coram Rege Francorum affirmauit ignaros fuisse Apostolos S. Benedictum, B. Franciscum, Hieronymum &c. & quare, & quomodo conclusit, num.513. 514. & 515.
515 ad Gaudia æterna nemo se decipiat alia via posse deueniri, quā per tribulationes, & quare.
516 CHRISTVS intrauit in gloriam suam per passionem, & quis erit adeo effrontis, vt præsumat intrare in alienā sine cruce?
517 Philosophus Christianus ideo exultat in tribulationibus, quia scit habere spectatorem ipsum DEVM.
518 DEVS dum fortem virum illum Iob in tribulationibus gaudentem, aspiciebat, præ gaudio vultum risu soluit.
Dæmon dum videbat Iob sic strenuè cum miserijs luctātem, præ acerbo dolore rabiosè stridebat, ac dissecabatur.
519 DEVM aspicientem viros generosè cum aduersa fortuna pugnātes, considerauit etiam gentilis ille Seneca, quamuis à veritate catholica alienus, & num.520.
521 DEVS non videt pulchrius in hoc mundo, quàm aspicere virū intrepidum stantem inter ruinas.
522 Viri fortes non est mirum, si patiantur aduersitates & quare secundum Senecam.
523 S. Antonius quadam die cum viriliter pugnasset cum antiquo Serpente, post victoriam reportatam apparuit ei DEVS, & quid ei dixerit S. Antonius, ac DEVS replicauerit, & nu.524.
525 S. Stephanus Prothomartir dum lapidabatur à Iudæis, vt DEVS tam nobilem spectabilem aspiceret, aperire fecit Cœlos.
526 DEVS promisit manere simul cum tribulatis.
527 Tribulati non timeant, dum manent in angustijs, quasi DEVS non sit cum eis, nam stante eius promissione, fidem habeant & secum erit DEVS.
528 Fides est nauis illa, in qua, & per quam transire debemus Tribulationes, & pericula huius seculi, sicut in Naui transimus ad littus.
529 Breuitas calcanda non est.

IV-

PHILOSOPHIAE LEGALIS
MAGISTRIS
AC STVDIOSIS OMNIBVS.

PAVLVS RVBEVS IVRISCONSVLTVS ROMANVS
Æternam precatur Felicitatem.



1 CIENTIÆ appetitum in Mortalibus potius insitum, vel innatum esse, † *testatur ille Tullius eloquētiæ Romanæ Princeps*, Etenim (Excellētissimi Domini) fuit semper hominis innata propensio, rerum omniū exoptare noti-
2 tiam, ac sui ipsius præstantiam sapientiæ † fulgentissimo radio decorare, hoc Aristoteles *scientiæ Peripateticæ Dux, in principio Metaphisicæ* fatetur his verbis,

Omnes homines natura scire desiderant.

Hoc egregius noster Iurisconsultus Iulianus demonstrat in *l. apud Iulianum* 10. *ff. de fideicom. li-*
3 *bert.* Si pedem, inquit, in foueam † haberem, adhuc addiscere quidem vellem. Hoc demum multi probant Philosophi, dum dicunt, sapientiam ab ingenio tamquam animi perfectionem optari. Sicut enim anima informat corpus, ita scientia intelle-
4 ctum, & ideo dici potest sine forma, intellectus sine scientia. Hinc idem Tullius lib. 1. offic. *Multi*, inquit, *sunt homines nomine, pauci re*, ad denotandum, quod ignari non merentur ap-
5 pellari homines, † sed imagines hominum, prout in simili dicit *text. in can. multi* 40. *distinct.* & ratiocinatur *Alberic. in rubric. ff. de fideicommiss. libert. sub num.* 2. *vers. homo inscientiatus reputatur homo mortuus, & asinus &c.* cum alijs adductis per *Abbat. in cap. prudentia in princip. de offic. delegat.*

6 Vniuersa enim hominum † vita (*inquit S. Basilius Episcopus Seleucien. orat.* 1.) virtutis palestra est, vt viuere non videatur qui se in virtutum palestra non exercet. Et vt non sine quare affirmabat eruditus Philosophus Seneca de trāquillitate animi lib. 3.

Vltimum malorum est è viuorum numero exire antequam moriaris.

Idemque Philosophus loquendo de Claudio Cesare, qui vnus erat ex prædictis, quando ille verè
7 mortuus † fuit, dixit, *in tract. de lud. Claud.* de eo iocosè DESIIT VIDIRI VIVERE. scilicet Claudius prius apparenter viuebat, sed iam mortuus erat.

Quid mirum ergo, dum naturaliter reperitur in hominibus ardentissima illa sitis addiscendi, Quare (*teste S. Augustino in epistol.* 34.) cum sapiens ille Demostenes artis Oratoriæ Ma-
7 gister † in acquisitione scientiæ longeuam cōsumpsisset ætatem annorū 107. tandem mori se cernēs, suspirans clamauit, magnū sentire dolorē, non quia
8 Mundum relinquebat, sed benè, † quia de vita tūc egrederetur, quando aliquid sapere incipiebat.

Anaxagoram præclarū illū philosophum, quali ardore addiscendi flagrare credimus? qui post diu-
9 turnam peregrinationem † quasi per totum Orbem causa scientias adipiscendi, tandem patriam reuersus, visis suis possessionibus desertis, euersisq. magno repletus fuit gaudio, læta fronte asserens,
10 *Non essem † ego saluus, nisi istæ perijssent*, Grauiter significare volens, si prædiorum potius, quàm ingenij culturę vacasset, dominus rei familiaris inter domesticos mansisset, & non tantus
11 Anaxagoras ad † eos redijsset, nam, & mirabilia de eo narrantur, *vt videri potest apud Diogenem Laertium de vitis Philosoph. in illius vita, aliosque probatos Auctores.*

Nec silentij velo tegam Carneadem pariter Philosophum, qui etiam laboriosus, ac diutur-
12 nus † miles sapientiæ fuit, nam ita se mirificum doctrinæ operibus totum addixerat, vt cum sibi capiendi causa recubuisset, cogitationibus inhærens, licèt cibum haberet in manu, obliuisceba-
13 tur tamen illud ponere in os, vnde eius † propinqui, tantæ inediæ succurrendo, subministrabant illi necessaria, sicuti fit infantibus, idque refert *Valerius Maximus lib.* 8. *c.* 7. *titul. de stud. & Laert. in eius vita* Ac ex nostris videatur *Ludouicus Rom. in singul.* 92. *incip. Quæro à te. num.* 5. vbi refert de
14 Clarissimo I.C. Francisco de Nursia, † qui cōtinuò, ac indesinenter studebat, maximèque de nocte, & ante, & post prandium, & millies fecisse, ait, prandium, & cenam de libris tantummodo &c.

Quid mirum etiam, si plures, qui studijs valde
15 erant dediti, recusarunt vxorem † ducere, & inter alios numeratur Orator Romanus, qui repudiata prima eius vxore Terentia, fuit rogatus ab Hircio Principe, vt in coniuge duceret eius sororem, idq. renuit facere Tullius asserens,

Vxori, & doctrinæ difficile vacare posse.

Quale exemplum secutus fuit noster doctissimus,
16 ac famigeratus Doctor Iason Maynus, qui, † vt perfectam scientiam haberet, & ne in cognitione,

& perscrutatione veritatis scientiæ impediretur à stimulis vxoris, numquam vxorari voluit, memor supradictæ sententiæ Tullij, idque refert eius dignus discipulus Bartholom. de Cassaneo in *Cathalogo Glor. Mund. part. 10. considerat. 4. §. Non video prætereundum D. & Præceptorem meum doctissimum D. Iasonem &c.*

Vlterius quid antiqui æquo animo non tulerūt
17 propter sapientiæ amorem, † Alij calcabant honores, ipsasque Regias coronas spernendo, Alij proiecerunt diuitias, nullatenus reformidando paupertatem, Alij acceptis iniurijs gaudebant,
18 Alij pœnas, magnasq. calamitates spreuerunt, † Alij contubernia hominum deserentes vltimos recessus, & secreta erema penetrantes, se soli philosophiæ dedicabant, semperque intenti manendo
19 in acquisitione scientiarum, † non enim illæ terminum aliquem agnoscunt.

Egregie quidem aduertit *Cassiadorus lib. 2. epistolar.* In addiscendo, inquit, decorum est terminum non habere, hic honesta probatur ambitio,
20 † cuius etiam nimietas placet, omne enim scientificum, quanto profundius quæritur, tantò gloriosius inuenitur. Insuper nec homo debet verecundari, à quolibet discere, instruit enim id Cato dum dicit:

21 *Ne pudeat, † quæ nescieris, velle doceri.*

Scire enim aliquid laus est, nihil discere velle stultum est. Optimum sine dubio fuit monitum illud
22 *Hugonis lib. 3. didascal. nempe.* Ab omnibus † libenter addisce, quia humilitas tibi facere potest commune, quod natura, cuique proprium fecit, sapientior omnibus eris, si ab omnibus discere volueris, qui ab omnibus accipiunt omnibus ditio-
23 res † sunt; Audi Chrysippum in prouerbijs. Quod tu non nosti, fortasse nouit asellus, hucusque Hugo. Vnde Magnus Pater S. Augustinus solitus
24 erat dicere, *Ego senex dum vixero, † vsque ad mortem paratus sum discere, etiam à puero vnius anni.*

Quantò insuper homines desiderio flagrant sciētias adipiscendi, coniecturari quoque ex eo pote-
25 rit, quia † per paucos videmus, qui in literario cōflictu alijs cedere velint, sed vnusquisque, si non existentia, sed etiam in apparentia alios excellere satagit. Vnde *Martial. ait*, & ex nostris refert *Anton. Tessaur. decis. Pedemont. 1. sub num. 3.*

Aurum, & opes, & rura, tibi donabit amicus
Qui velit ingenio cedere nullus erit.

Ideoque M. Tullius in primo de officijs, inquit,
26 *Omnes trahimur, & ducimur † cognitionis scientiæ cupiditate, in qua excellere pulchrum putamus.* Refert etiam *Aulus Gellius*, Quod dum Aristoteles Alexandri Magni præceptor libros de physico
27 auditu publicaret, recepit ab ipso † Alexandro epistolam in hæc verba prorumpentem.

Ægre fero, quod ea, quæ à te ausi, & didici in publicum profitearis, Ego enim non tam cupio, & delector opibus, & potentia alios excellere, quantum literis, & doctrina præstare.

Causa vero cur scire mortales tam solicitè cu-
28 piunt, illa non videtur ingrata, quia omne † agens ad propriam inclinationem inclinat, vt Auis ad volandum, propria enim hominis operatio est intelligere, vt inquit *Philosoph. in 3. de anim. & in 1. Aethic secutus à Marc. Tullio 1. offic. & à Quintilian, lib. 1. de orator. instit. vtique affirmante eodem Philosoph. 12. Aethic.* Deus valde curat de
29 his, qui diligunt † intellectum tamquam de suis amicis, *ideoque ibi subiungit*, per scire, & intelligere homo iungitur Deo, nam scientia *(teste Amonio, & infra dicam)* est similitudo Dei, quo ad fieri potest.

Vnde non est mirum, dū omnes scire affectant, vnumquodque enim naturaliter satagit, atque
30 desiderat † coniungi suo principio, dicente *Boet. lib. 4. de consolat.*

Repetuntque suos singula cursus,
Reditu que suo singula gaudent
Nec vlli manet stabilis ordo
Nisi fini iunxerit ortum.

31 Fecit DEVS rationabilem † creaturam, vt summum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando possideret, & possidendo frueretur, *vt inquit S. Augustin. in lib. Enchir. & Magistr. sentent. in 2. distinct.* Nam, & secundum *Hugonem de instit. Nouit.* & ex nostris refert *Francisc. Viu. decis. Audient. Baren.* 401. *num.* 57. *lib.* 3. Via
32 ad Deum est scientia, † quæ ad institutionem rectè, & honestè viuendi pertinet, est & disciplinæ bonitas, & beatitudo, per scientiam itur ad disci-
33 plinam, per disciplinam ad bonitatem, per † bonitatem ad beatitudinem, & sic *teste Lactantio Firmano diuin. instit. lib. 6. cap. 5.* scientia est DEVM cognoscere, virtutes colere in illo sa-
34 pientia, † in hoc iustitia continetur.

Præterea, quid fortunatius accidere potest ali-
35 cui, quam à tetricis inscitiæ tenebris † discedere, ac felici transmigratione ad auratam lucem procedere scientiarum literarumque. Non ne? explorata fatetur veritas, *(vt considerat Petr. Ra-*
36 *uenn. lib. 3. epistol.* totius prudentiæ † compendiū in literis contineri. In literis prudens inuenit, vnde sapientior fiat, ibi Bellator reperit, vnde
37 animi † virtute roboretur. inde Princeps accipit, quomodo populos sub æqualitate componat, nec
38 aliqua in mundo potest † esse fortuna, quàm literarum non augeat gloriosa notitia. *Et alibi dixit idem Auctor pariter in eod. lib. 3. epistolar.* si res publica gerenda est, si prælia committenda sunt,
39 si Castra mutanda, si † machinæ erigendæ, si renouandi aggeres, si propugnacula facienda, si militiæ cultus, si reuerentia legum, si finitimarum gentiū
40 amicitiæ sint seruandæ, † libri hæc omnia erudiunt ad perfectum.

Non sine causa ergo ex Legistarum sententia, Libri inter fulgentes margaritas, nitidasque vnio-
41 nes, † ac cæteras res pretiosas connumerantur, *vt auctoritate text. in §. illud autem. in proem. ff.* probant ibi Scribentes, & asserunt *Petr. Rebuff. in tract. de priuileg. Scholar. priuileg. 113 sub num. 3. vers. libri dicuntur res prætiosæ &c. Alberic. à Rosat. in tract. de statut. par. 2. quæst. 96. num. 1. vers. libri intelliguntur res prætiosæ.*

Non ne? libri ipsi, quos voluimus, quos percur-
42 rimus diues animi mensa, † est, hic epulatur, hic deliciatur animus. Perbellè *S. Ephrem Sirus in Cantic. Syriaco, in laudem doctrinæ, ait,*

Libri

Libri sint mensa tua, atque deliciæ, quibus dulciter reficiaris, ac salieris.

Probè Orbis Terrarum Doctor Paulus Apostolus (cuius nomen indignè fero) cum esset morti
43 proximus † libros tamen postulauit, sic enim
Thimotheo scripsit, *Veni affer tecum libros.2.Thimot.4.* Quid, inquies, opus libris morituro, dixerat
namque, *Ego iam delibor, & tempus resolutionis meæ instat, &c.* Respondit huic obiectioni *Vgo Carensis hic.* Vt essent ei solatiũ in tribulatione, &
vt alijs daret exemplum studendi; Et est argumẽ
44 tum † pro studio, aut enim volebat studere non
obstante morte imminente, vel alijs studium cõ
45 mendare scilicet † morti proximus libros poscit,
ex quibus hauritur vita &c.

Fertur de M. Antonino Romanorum glorioso
Imperatore in Circensium etiam spectaculo lege-
46 re solitum, † pulchriora putans librorum spectacula, quam ludi illi adeo ab Orbe acclamati,
itaque videbatur abesse, dum aderat, idque refert
Capitolinus in eius vita, *Fuit, inquit, consuetudo Marco Antonino, vt in Circensium spectaculo legeret &c.*

Narratur quoque de Alexandro Seuero, sed benignissimo pariter Romanorum Imperatore, ad
47 mensam etiam librum adferre † solitum esse, vt
dum in suis epulis corpus deliciaretur, mens ieiuna non remaneret, ita de eo refert Lampridius, *Habebat dum priuatim conuiuaretur, & librum in mensa, & legebat &c.*

Alphonsus Arragonum Rex sapientissimus vir
48 pace, belloque insignis, quibusdam † percontantibus, an plus deberet armis, vel libris, probe fertur respondisse,

Libri docuerunt me arma tractare.

qua voce, omnia se debere libris, professus est
Aphricanus ille Scipio, (*vt refert Salustius*) ma-
49 iorum † imagines intuens ad virtutem excitabatur. Vidit Imperator Iulius Cæsar pictum Alexan-
50 drum Magnum, & statim † generoso in pectore
gloriæ faces arserunt. Nam, & loquuntur sæpe,
dum tacent pictæ imagines, & ad virtutem vocant
51 voce destitutæ, † quin lacrymas etiam mouent.

Dum ergo picturarũ vis ad probitatem excitat,
52 quanto magis præclarorũ virorũ dicta, † actionesq;
imitatione dignæ sæpius animo repetitæ, & ante
oculos cum tota serie, ac cum omnibus suis circumstantijs positæ commouebunt, quæ igitur po-
53 test esse vita iucundior, aut certè beatior, † quam
legere semper, aut scribere, & antiquitatis res cognoscere, præsentesque cum posteris loqui, atque
ita omne tempus, quod & præteritum est, & præsens nostrum facere. Quare bene dicebat *S.Hie-*
54 *ronym. scribendo ad Rustic.* Numquam † de manu tua, & oculis tuis recedat liber &c.

Liber enim liberat in eo studentem ab ignorã-
55 tia, † & liber est templum Iustitiæ, *vt in l.2.§. ne autem.C.de veter.iur enucleand.* & est lumen
56 cordis, † Speculum humanarum actionum, virtutum Repertorium, vitiorũ Confusio, corona Pru-
57 dentum, Diadema sapiẽtum, honorificentia † Doctorum, clarificentia Rhetorum, comes est itineris
domesticus, fidelis socius colloquentis, Collega
præsidentis, Vas plenum sapientiæ, Via recta elo-
58 quentiæ, hortus plenus fructibus, † pratum fluens
floribus, mare sine fluctibus, principium intelli-
59 gentiæ, fundamentum memoriæ, hostis † obliuionis, ac tandem immortalitatis amicus. Si igitur
tot, tantæq. vtilitates percipiuntur ex libris, non
est mirum id, quod refert *S.Augustinus in lib. 2. de*
60 *Ciuit. Dei.* Licet, diuinus † Plato pecunijs indigeret, emit tamen tres libros Pythagoræ decem
millibus denarijs. & idem narrat de Aristote-
61 le, † qui emit libros Platonis (post eius mortem)
tribus talentis. Et de Sancto Thoma Aquinate
legitur dixisse, vt magis vellet habere Chrysosto-
62 mum † super Matthæum, quam Ciuitatem Parisiensem. & S.Hieronymus, vt habetur, *in epist.*40.
asserit, vtinam omnium tractatuum haberem vo-
63 lumina, † vt tarditatem ingenij mei, eruditionis
diligentia compensarem, & sic *Polycrat. lib. 11. cap.1.* dicebat, nihil vtilius esse, quam librorum
64 multitudo, † non credens hominem esse literatũ
absque plurimorum auctorum lectione; nam, &
libri multi necessarij sunt ei, qui multa scire cupit,
vnde illud vulgatum,

65 *Haurit aquam cribro, qui discere vult sine libro.*

O viridarium deliciarum plenum. O præclaram
suppellectilem librorum, Et ò iucundam familiam,
(pro vt sic bibliothecam rite appellat Orator Ro-
66 manus,) vtique † frugi, & benè morigeratam, non
enim obstrepit, non inclamat, non est rapax, non
vorax, non contumax, iussi loquuntur, & item iussi
67 tacent, semperque ad omne Imperium † præsto
sunt, à quibus vmquam nihil, nisi, quod velis, &
quantum velis, audias.

Hic mihi occurrit referre id quod narrant historiæ de Magno illo Zenone Stoicorum Principe,
68 † qui ex Phœnicia nauigans cum naufragium fecisset, vnde quasi desperatus consuluit Oraculum
69 quonam † modo vitam beatam ducere posset, responsum ei fuit,

Si mortuos viuens coleret, vitam beatam duceret,

quo responso ab Oraculo accepto, omnem diligentiam, operam, & studium omne, ad legendum
antiquorum libros contulit. Cratemq. Thebanum
70 illum famosissimum † multos annos audiuit,
quemque aliquid profecisse arbitraretur, secundioribus ventis numquam nauigasse, quam cum
71 naufragium fecisset affirmasse fertur, quia mediante illo naufragio didicit, qua via deuenitur ad
vitæ beatitudinem, scilicet per literarũ tramitem,
nam vt dicebat S.Hieronymus.

Sudor mortui, deliciæ sunt viuentis.

Ex supradictis igitur bene constat, optimam
72 partem sibi eligere illos, qui posthabitis huius † vitæ exercitijs, neglectisque vulgi negotiationibus,
toti se literis dicant, omnemque delectationem
in eis ponunt, nam vt astruit vernaculus ille Poeta Hetruscus,

73 *Altro diletto, che imparar non trouo.*

Literæ enim adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, aduersus insolen-
74 tem † fortunam refrigerium præbent, delectant
domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum,
75 peregrinantur, ac rusticantur. Quippe † dum quis

in legendo, & scribendo est occupatus, nec corpore, nec animi cogitatione DEVM suum lœdit, quæ res ponenda est in maximo lucro. Insuper
76 studium † est animi pabulum suauissimum. *36.distinct. per totum*, cunctas Heluonum superans epulas, condimentaque, vt iam dixi.
77 Præterea, quis non stupeat, de pulchritudine, & de prærogatiuis scientiarum. & hic arridet sententia Catonis Minoris lib. 1. sic attestantis,

Humanis oculis si virtus alma pateret
Nulla Dea in terris esset amabilior.

78 Verum, si corporum pulchritudo oculorum voluptas est, hac visus delinitur, hac delectatur à natura, hinc poeta ille,

Naturale nil mage est, quàm pulchra amare corpora.

Et Synesius in Encomio Caluitij, *Natura*, in-
79 quit, *omnes formæ*, † *ac pulchritudinis desiderio tenemur*, cum alijs à me latè adductis infra in annotat. ad decis. 460. à num. 169.

Tamen si quis auderet pulchritudinem hanc cum pulchritudine sapientiæ comparare, equidem
80 lucernam in meridiem † accenderet, vel stultius Camelum formicæ æquaret. Nulla est enim pulchritudo sapientia venustior, nec venustas vlla, doctrina pulchrior. Scite eius pulchritudinem admirans S. Augustinus in serm. 246. de tempor. de ea id scriptum reliquit,

Nulla nemorum amenitas, nullæ florum purpuræ
81 *nullus*, † *vel naturalis, vel adhibitus canis ornatus pulchritudini, ac dulcedini sapientiæ conferuntur, &c.*

Audiamus quoque *Richard. in lib. 1. de præparat. anim. ad contempland. cap. 1.* qui ab eadem pulchritudine captus, sic inquit, *Certè si in laudem sa-*
82 *pientiæ aliquid tentare voluero plus erit*, † *quàm dixero, quid enim sapientia ardentius diligitur? eius decor omnem superat pulchritudinem, eius dulcor omnem excedit suauitatem.*

Vlterius, quis inficiabit, nisi sit caput cerebro vacuum, humanam pulchritudinem, quamuis auide, & frequenter circumspectam nullatenus ha-
83 bere † vigorem reddendi spectatorem pulchrum, immo deformior apparebit alterius pulchritudini comparatus, aliena enim vetustas nostram defor-
84 mitatem maiorem facit, quia opposita † iuxta se supposita magis elucescunt. Contrarium verò operatur sapientiæ pulchritudo, nam dum ea assiduè meditatur eiusq. decor continuò intuetur,
85 deformitatem, si aliquam habeat exuet, † pulchrior fiet, pulchros reddit suos, ista pulchritudo spectatores, abstergit enim sapientia vitiorum maculas. Hinc egregiè Socrates apud Stobeum serm. 1. de virtute, ait, *Cum sapiens os suum aperuerit tamquam templum ibi animæ, pulcherrima simulacra perspiciuntur, &c.* & Symmachus
86 in lib. 9. epist. 33. scriptum reliquit, *Professio* † *bonarum artium, quasi pulchritudo in alieno corpore locata delectat &c.* Congruitq. hic dictum Ludouic. Roman. in singul. 48. num. 2. ibi, *Tene hanc*
87 *conclusionem* † *menti, quia faciet tibi bonorem in practica, & in disputationibus, & alijs, quia pulchra dicta faciunt pulchrum hominem &c.*

Insuper amantur pratorũ amenitates, quibus
88 oculus recreatur, amantur hortorum deliciæ, quibus pascitur visus, omnia hæc habentur in scientijs. Corporea pulchritudo, & venustas fumus est,
89 sicuti cætera omnia † mundana. Hinc doctus, ac famigeratus ille Lipsius in suo sepulchro incidere fecit sequentes versiculos,

Humana cuncta fumus, vmbra, vanitas.
Et scenæ imago, & verbo, vt absoluam, nihil.

90 Si ergo omnes † res terrenæ, vt dixi, sunt fumus, certè dum spectantur, ac in eis insistitur, lacrymandum erit. Sapientiæ vero pulchritudo virentibus hortis similis est. Sed vt melius me explicem. Nonne? experientia rerum magistra docet, corporis oculos cum fumo remorantur lacry-
91 mas † sẽper effundere, quãdo tamen fruuntur ære purgato, ac virẽtibus hortis, & cristallinis fontibus inter amena fluentibus, & saniores esse, & maiori aciei fulgore rutilare. Hinc Schola Salernitana ait,

Fons, speculum, gramen sunt visus alleuiamen.

Talis profectò est, & oculus mentis, nam si fucatas pulchritudines, ac cœteras humanarum re-
92 rum somniatas felicitates † aspiciat, quæ, vt dictum est, nihil aliud sunt nisi fumus, ab eo perturbatus, tandem opus erit, vt magnas effundat lacrymas, necnon ex imo pectoris talis spectator, tactus cordis dolore intrinseco, grandia emittet suspiria, testis sit filius ille prodigus, de quo apud *Luc. cap. 19.* cum infinitis alijs, qui in conscientiæ
93 equuleo suspensi veritate † coacti fuerunt fateri, cum omnis humana dulcedo tandem amara sit, omnis iucunditas mæror sit, omne pulchrum fœdum, omne suaue molestum, omnisque delectatio, desolatio, nam teste Seneca in epist. 51. *Volupta-*
94 *tes Mundi, more* † *latronum in hoc nos amplectuntur, vt transgulent.* Sunt & ad instar fallaciũ phantasmatum, quæ dum credimus ea tenere, de repente euanescunt, & in nihilum recidunt, & vide infra à num. 114. Quare ad nostrum

Quando verò mentis oculus deliciosos, amenosque sapientiæ hortos aspiciet, ibique pasca-
95 tur, † erit totus absque difficultate purus, & dilucidus, Quid enim desiderabilius aspici potest, quàm prædicti horti, itaque potest vna cum Mantuan. Poeta cani,

O decor, ò campi dulces, ò gloria cœli.

in istis enim non est sicuti in alijs hortis, in quibus sanè pessimorum ventorum rabies impetuosè flat,
96 sed † tempus in omne dulcis Zephirus suauiter spirat, Fateor in terrenis hortis, suo redolere odo-
97 re purpuream rosam, suo candidum lilium, † suo omnes flores, eoq. gratissimo, sed breue post tempus rutilus decor, ac suauitas effluit omnis, est enim illorum gratia, tanta breuis, at non est mi-
98 rum, si tam citò marcescant flores illi, † ortum enim à terra habent, Flores vero viridarij sapientiæ, vltra pulchritudinem, & magnum suauitatis
99 odorem continuò † in natiuo vigore permanent, ignorando quid sit interitus, vt infra dicam.

Præterea, si modò aliqua erunt in medium af-
100 ferenda de prærogatiuis sapientiæ, nemo † tam verbis erit diues, qui eas dignè explicari possit, infans in hoc erit omnis eloquentia.

Sed

Sed ne deterrear in exaggerando illarum prærogatiuarum vastitatem; aliqua tantum in his terminis subdam, prout vires meę suppetunt.
101 Et quid excellentius † de ea asseri potest, nam & Venusinus Poeta describendo Thronum cæleste posuit sapientiam ad latũ ipsius Dei. *Od.12.lib.1.*

102 *Proximos Ioui tamen occupauit*
Pallas honores . . . . . .

Quare sicut in Cælo, ita & in Terra scientiæ
103 occupant † primos gradus, & prærogatiuas, teste eodem Poeta *lib.1.epistol.ad Mecenat.*

Ad summum sapiens, vno minor est Ioue diues,
Liber, honoratus, pulcher, Rex denique Regum.

Admirandæ sunt istæ dotes, sapientem vix cede-
104 re Ioui, & vt inquit Seneca in epist. 73. *Deus non vincit sapientem fœlicitate, etiam si vincat*
105 *eum ætate.* Cesset ergò omnis admiratio, † dũ aliqui indubitanter affirmant scientiæ auctoritate, hominẽ assimilari Deo, & præsertim id docuit Romanus Orator *in primo de natura Deorũ*, ibi, Nihil est, per quod magis Dijs immortalibus simi-
106 lemur, † quã per ipsum scire, &c. Vnde legitur in *sacra pagina Genes.3.* ibi, Eritis sicut Dij scientes bonum, & malum. Insuper, id perbellè ratiocinatur *Alanus in tractat. de complanct. naturæ*, vbi præmisso, concessoq. sapientiam nostris tem-
107 poribus † nullius fructus præmiari stipendijs, nullius famæ eam fauoris auræ extolli; ipsã verò pecuniã honoris titulos, & laudis preconia emere; subiungit, quod, SOLA SAPIENTIA super omnem possessionem præeminet, generosa pos-
108 sessio ista † est deliciosus animi paradisus, hæc in Cæleste terrenũ, in immortale caducum, hominem in DEVM deificè mutationis auctoritate conuertit &c.

Stoicus Romanus in epist. 60. inter alias dotes
109 sapientis, illã enumerat, *vt cum ipsis † Dijs ex pari viuat, ac plenus sit gaudio placidus, & hilaris.* Nã & si veritas fatenda est, solus sapiẽs in hoc Mũdo
110 est † capax veræ lætitiæ, poterit quidem vir mũdanus lætari, tripudiari, exultare, sed extrinsecè
111 tantùm, non autem intrinsecè, nullatenus Mundus vitæ tranquillitatem dare potest, & benè id cecinit Corn. Gall.

Hic nullus meruit tranquillam ducere vitam,
Et lætos stabili claudere fine dies.

112 Nascimur † enim in hac lacrymarum Valle, ad lacrymas prius quàm ad lucẽ oculos aperimus, vltimamq. nostrã diem in lacrymis claudimus.
113 Et si ridemus † risus est merore confectus, verissimaq. est illa sententia Verini, dum dixit,

Heu risus noster luctu miscetur amaro,
Diraque sub dulci melle venena latent.

114 Miseriarum † compendium homo est. Hinc M. Tullius scribendo ad Atticum inquit, *Vitæ prorsus tædet, ita sunt omnia omnium miseriarum plenissima, &c.* Nam, & vt inquir B. Laurentius Iustinianus in lib. de lign. vit. de Fide cap. 1. *Om-*
115 *nes † Mundi delectationes, pocula sunt mortalia, omnes blanditiæ venena, omnesque eius promissiones seductiones sunt.* Et secundum B. Albertum Magnum serm. in Dom. 4. Quadrag. seculi delectatio Iunipero comparatur, sic asserendo, *Per Iuniperum, † quæ spinas habet pro folijs, & ta-*
116 *men proijcit vmbram, intelligitur pungitiui seculi delectatio; Ille igitur dormit sub vmbra Iuniperi, qui putat quietem, & delectationem inuenire in spinosis gaudijs huius seculi &c.* immo me-
117 rito aliqui † mundana gaudia comparant Taxo, huius enim arboris vmbra mortifera est.

Tandem terrena gaudia ficta sunt, & sic non possunt afferre verum gaudium, sunt enim
118 picta decipere sine † dubio spectatores possunt, nutrire non possunt, & qui ad ea tàm auidè cur-
119 runt, similes sunt auibus illis, † quæ ad pictas Zeusis vuas aduolarunt. Egregiè quidem talem picturam agnouit Antigonus ex Macedonum,
120 qui habitu Regali maiestosè se induens, † oculum dando ad allatam sibi purpuram, internèq. eam considerando inclamauit (teste Stob. serm. 46. & Valer. Max. lib. 7. cap. 2.) *O nobilem potius, quàm fœlicem pannum? quem si quis penitus co-*
121 *gnoscat, † quàm multis solicitudinibus, periculis, & miserijs sit refertus, nec humi quidem iacentem tollere vellet, &c.*

Rex Salomon postquam omnes Mundi delicias
122 plenè gustauit, † tandem absque tortura fassus fuit, in Ecclesiast. cap. 17. ibi, *Et vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem spiritus &c.* sicq. stomachatus remansit à delicijs humanis, vt quam-
123 uis gloriosus Rex esset, tamen regiam † dignitatem nihil pendebat, quia in Ecclesiast. cap. 1. inquit, *Ego Ecclesiastes, qui fui Rex Israel in Hierusalem*, notanda sunt verba illa, *qui fui*, non qui sum, licèt adhuc Rex esset, cum hæc loqueretur, vt ostenderet, rerum humanarum vanita-
124 te perspecta, eò se deuenisse, vt Regnum ipsum, tantùm à mortalibus sit concupitum. Scite id ponderat Vgo Carensis hic, *Fuit*, inquit, *iam non sum, quia et si sum, idipsum iam iam nihil esse agnosco, quod sum &c.*

Septimius Seuerus Imperator postquam etiam ipse omnes Mundi voluptates largè hau-
125 serat, tandem † stomachatus, memorandam illã vocem, vt referunt historiæ, emisit, *Omnia sui, & nihil expedit.* Citò transeunt gaudia Mundi, quæ quasi manentia blandiuntur. Non ignoro sensum (vt inquit Plato in Protagora) capacem esse vo-
126 luptatis, quæ oblectat superficiem palati, † sed nõ est capax gaudij, quod in interno cõsistit, quasi vellet Plato glosare locum illum obscurissimum Afriani antiqui Poetæ Greci, dum dixit,

127 *Gaudebit sapiens, lætabuntur cœteri.*

Quamuis nonnulli Grãmatici nõ distinguant inter gaudere, & lœtari, ipseque Diuinus Plato *in Tim. c. 13.* reddit rationem, quare solus sapiens
128 possideat † veram, sinceramque lætitiam, *quia*, inquit, *lætitia pura in solis animæ bonis inuenitur, ideo sapiens in se gaudet non in ijs, quæ circa se sunt.* Hinc aduertit Plutarch. in tract. de virt. &
129 vitijs, *Iucundè † viuere, & hilariter non à foris est, sed intus &c.* Atque vt considerat S. Augustinus de Ciuit. Dei lib. 19. c. 1. & 4. *Omnis ho-*
130 *mo*, ait, *gaudere desiderat, † sed non omnes ibi quærunt gaudium, vbi oportet inquiri.* Audiamus obsecro Magnum illum Stoicum Romanum, Senecam dico, qui christiano calamo digito de-

monstrat, vbi nam consistat verum gaudium, eiusque verba produco, *Disce gaudere, cæteræ hi-*
131 *laritates † non implent pectus, sed frontem remittunt, leues sunt, mihi crede, res seuera est verum gaudium, dicam ex bona conscientia, ex honestis consilijs, ex rectis actionibus*. Intelligimus ne?
132 à fodina virtutum oritur aurum lætitiæ, † à concentu prudentum morum in lucem venit vera armonia gaudij, quoniam, vt in epistol. 59. dixit idem Seneca, *Gaudium non nascitur nisi ex virtutum conscientia*.

133 Quare cũ sapiẽs sit ille, qui verè † gaudet, sequitur vt in hoc vndoso Mũdi pelago imperturbabilis persistat, nullatenus perhorrescendo horridas tẽpestates, imò magis gaudet quãdo angustiatus
134 manet, vt latè dicã infra. Nõ ne? sapiens † est ille, qui vincit fortunã, id affirmante Iuuenal. sat. 13.

Victrix fortunæ sapientia.

& idem in satir. 10. cecinit,

135 *Nullum numen abest, si sit Prudentia, sed te*
Nos facimus Fortuna Deam, Cæloq. locamus,

Quia teste *Virgil. in suis opuscul.* Fortuna omni-
136 potens insipientibus. Hinc quoque est, † Planetarũ errores parere sapienti, seu, vulgò dicitur,

Sapiens dominabitur astris,

sicut à Tolomeo scriptum est in libro suæ magnæ constructionis, quem Almagestrum vocant. Et idem, seu alius eiusdem nominis, (vt nonnulli contendunt) *in octaua propositione Centiloquij*
137 *sensit*, animam † sapientis ita adiuuare opus astrorũ, sicut agricula naturales terræ vires &c. Nonne verum est sapientiam subleuare eius pos-
138 sessores ad Cæli amorem, ac rerum † humanarum displicentiam inducere? ista fuit sententia Tubæ Romani Eloquij lib. 2. Acad. 99. *Per scientiæ viã*, inquit, *nos erigimur, elatiores fieri videmur, humana despicimus, supera, cælestiaq; cogitando, hæc nostra, vt exigua, & minima contemnimus*. Et in hunc sensum Clemens Alexandrinus lib. 3. Stromat. *acute illa verba Apostoli 1. Corinth. c. 8.*
139 *scientia † inflat*, explicat, scilicet scientiã generare in nobis spiritus magnanimos, eleuatas cogitationes, generosasque actiones, nec non ipsum mundũ vti rem vilem pedibus calcare nos docet.

Fatendum est quoque Orbem terrarũ in tene-
140 bris manere, † nisi maxima fulgoris luce radiosa corruscans adesset sapientia, hinc dicitur per
141 scientiam totum Mundum † illustrari. *textus est notabilis in auth. habita, ibi, quorum scientia totus illuminatur mundus &c.* C. *ne fil. pro patr.* nam & vt inquit *Bald. in d. auth. habita*, ignoran-
142 tia † est tenebra mundi, *id etiam sequitur doctus, & eruditus vir Quintilian. Mandos. ad regul. 16. Cancellar. in 15. quæst. num. 3. vers. ignorantia est tenebra mundi &c.* Necnon ignorantia
143 est † vna ex portis inferni, idest ignorantia boni, nam ea indicatur mater omnium errorum, *vt cantat text. in can. 2. distinct. 38. ibi, ignorantia mater cunctorum errorum*.

144 Hinc pariter dicitur, Ecclesiam egere † viris literatis, *cap. cum ex eo, 34. vers.*

Viris literatis Ecclesia maximè noscitur indigere.

145 *de elect. in 6.* nam viri literati in † Ecclesia DEI dicuntur radij Solis, qui veluti splendor fulgent firmamenti, & tamquam Stellæ in perpetuas æternitates mansuræ, &c. vt habetur *in cap. super specula. 5. & fin. vers. in Ecclesia DEI velut splendor &c. de magistr.* Quamobrem ea non est
146 replenda nepotulis, † nec asinis deferratis; verba sunt Cardinalis Ioan. Monach. *in repetition. d. cap. cum ex eo. num. 1. vers. Ecclesiæ indigentiæ est subueniendum, ipsa est personis literatis implenda, non nepotulis, nec asinis deferratis &c. de elect. in 6.* & vide ibi *gl. s. Philipp. Probi. in verb. literatis, & in verb. asinis.* videndus est etiam *Io. Andr. in d. cap. cum ex eo. in princ.* vbi inquit,
147 *de Literatis implendam † esse indigentiam Ecclesiæ, non de porcis, & asinis ferratis &c.* Notabile in his terminis est dictum S. Augustini, scilicet, vt

148 *Non sit fugiendum ad ignorantiæ tenebras, & Ecclesia DEI debet splendere, & non ruere*,

quale dictum in puncto refertur à Rebuff. in cap. postulasti num. 33. de cleric. excommunic. Non enim in viris illiteratis, sed in personis eruditis,
149 pollentibus † virtute, & doctrina, stat vtilitas, decor, splendor Ecclesiarum, & augumentũ cultus diuini, *vt optimè ratiocinata est Rota in causa Terulen Canonicatus 2. Martii 1637. coram R. P. D. meo Carrillo. §. Tantò magis &c.*

Faxit DEVS Omnipotens, vt à nobis longè
150 absit illud † tempus lacrymabile vigens, dum florebat magnum illud Ecclesiæ iubar S. Hieronymus, cuius temporis in hoc miserandam conditionem ipse afflictim refert *in epistol. ad Titum cap. 2.* eiusque verba registrata habentur in *can. Moyses. 8. quæst. 1. circa medium*, ibi, *At nunc cernimus plurimos hanc rem beneficium facere, vt*
151 *non querant eos in Ecclesia columnas † erigere, quos plus cognoscant Ecclesiæ prodesse, sed quos, vel ipsi amant, vel quorum sunt obsequijs deliniti, vel pro quibus maiorum quisque rogauerit, & vt deteriora taceam, qui, vt Clerici fierent muneribus impetrarunt, &c.* Absit quoque aliud tempus miserabile, de quo *apud Petr. Rauenn. in suis sermon.* vbi sic dolenter asserit, Imperiti, & omninò inutiles elegantioribus beneficijs, &
152 officijs ampliantur, † diuitiæ accumulantur diuitibus, non est, qui respiciat pauperem, vel mendicum. Elisæus vasa vacua implebat, & deficientibus oleum dedit. Hodie vero contemnũtur vasa vacua, & plena superimplentur, ligna
153 † in syluas, & aquæ in maria deferuntur, arenti terræ aqua subtrahitur, & flumina, quæ non indigent irrigantur, *hucusque Petr. Rauuen.*

Idque etiam in vsu erat de tempore Martialis, nam ipse *lib. 5. carmin.* rescribendo ad Æmilianum virum pauperem, qui optabat è limitibus paupertatis aliquando exire, monuit eũ sic,

Semper eris pauper, si pauperes Aemiliane,
Dantur opes nullis nunc, nisi diuitibus.

Et opportunè quoque quo ad supradicta facit *textus in extrauagan. execrabilis. §. Vnde inter cætera inconuenientia. vers.* Interdum
154 vnus, qui vnicum quamuis modicum vix † officium implére sufficeret, plurimorum sibi vindicet dispendia, quæ multis literatis viris, vitæ

puritate, ac testimonio bonæ famæ pollentibus, qui mendicant, possent abundãter sufficere, æqua distributione collata &c. *de præbend. inter extrauag. Ioann. XXII.* & vide ibi *glos. in verb. Literatis viris in verb. vitæ puritate in verb. bonæ famæ. & in verb. qui mendicant. vbi plura ad hoc adducit.* Vide etiam apud *Petr. Rebuff. in tractat. de priuileg. Scholar. priuileg. 49. sub num.* 1. vbi insurgit contra sua iniqua tempora, inter aliã asserens, *Vt amplius vacandum*
155 *non erat † in meritis virtutum, vel vitæ, quia tunc, totũ sibi vindicabat auri prophanus amor, honorq. vitia remunerabat, & amplius non morum honestas, sed verborũ venustas attendebatur, non scientiæ vsus, sed stultitiæ risus, non puritas manuum, sed quantitas munerum confouebatur*, cum alijs vt ibi, & aliqua circa indignas promotiones *congessi in annotat. ad decis. 2. supra par. 3. recent. in litera A. in 2. part. annotat. à num. 89.*

Vbi inter cætera adduxi memorabile illud exẽ-
156 plum Leonis Romani Pontificis, † qui cum totos quadraginta dies ad corpus BEATI PETRI orasset, vt à DOMINO remissionem suorum peccatorum procuraret; demum apparuit ei B. Petrus dicens; Sibi à Domino remissionem obtinuisse omnium peccatorum, excepto de manuum impositione, idest de ordinatione, & collatione beneficiorũ indignis facta, de qua adhuc Domino debebat reddere rationem, &c. idq. narrat *S. Antoninus Archiepisc. Florentinus in sua Summa 3. p. tit. 20. c. 2. cũ à me in d. loco adductis.*

Nec tacebo id, quod scribit *S. Gregorius Papa*
157 *in 4. Dialogor.* de Paschasio † Diacono Romanæ Ecclesiæ, qui licet aliàs vir clarus fuisset miraculis, nihilominus eius anima torquebatur in thermis, qui interrogatus à quodam Sancto Episcopo, quare torqueretur? respondit, quia in cõtentione schismatica tenuerat partes Lauren-
158 tij contra † Symmachũ, qui dignior erat ad Pontificatum, &c. *Quod dictum S. Gregorij referunt Monopolitanus in lib. peregrinarum quæstionũ cap. 3. decad. 1. quæst. 2. & Io. Valens. in communiloq. par. 4. distinct. 3. cap. 4. Palat. Rub. in cap. per vestras. notab. 2. §. 26. de donat. inter vir. & vx.*

Aduertant ergo, illi, quibus põdus iniunctũ est
159 eligendi personas † ad beneficia, & maxime curata, nam si indignum, & non aptum eligant, valde timeant DEI tremendum iudicium, quia sibi imputabuntur damna, & perditiones animarũ, &
160 ruina Ecclesiæ, quæ destruitur † ex institutione mali Prælati, vt notat, & paternè admonet *Ludou. Gomes Episcop. Sarnen. in cap. vt animarum. num. 27. de Constitut.* estq. celebris textus *in can. pueri. 1. quæst. 1.*

Hinc B. Paulus Apostolus zelãter monuit Ti-
161 motheum, vt promouendo aliquem, quid† faciebat, non parum consideraret, dixit enim ei. 1. Timoth. cap. 5. *Manus citò nemini imposueris*, & deinde reddit rationem, ibi, *neque communicauerimus peccatis alienis*, quem locum Apostol. eleganter explicat Romanus Pontifex Leo in *can. miramur, 61. distinct. vers. Et quid est communicare peccatis alienis, nisi talem effici volun-*
162 *tate, † qualis est, qui non meruit ordinari.* Nec in his terminis releuat eligenti, si asserat se ignorasse inaptitudinem, vel vitia electi, quia ex hoc grauius crimen efficietur, nam promouit eum, quem ignorabat, & sic non excusatio, sed ignominiosa accusatio erit.

163 Caueant quoque indignè exaltati, qui † & decepti dicuntur ab illis, qui eos sic exaltant, vt cantat textus *in can. quid proderit.* vers. illum decipiat. 61. *distinct.* facitque dictum illud Claudiani ad Rufinum,

Tolluntur in altum
Vt lapsu grauiori ruant.

164 Orator Romanus videns Iul. Cæsarem† promouisse quosdam ad nõnullas dignitates, valde tãti oneris impares, ingenuo ore sic dixit *Cæsar cum quosdam honorare voluit non ipsos honesta-*
165 *uit, sed ornamento deturpauit, &c.*

Nihil est enim turpius, (inquit Saluian. lib. 2. ad Eccles. Catholic.) *quàm excellentem esse cul-*
166 *mine, † & despicabilem vilitate. Quid enim aliud Principatus sine meritorũ sublimitate, nisi honoris titulus sine homine? Aut quid est dignitas in indigno nisi ornamentum in luto?* huic sententię adstipulatus Ruricius lib. 2. epist. 7. cũ asseruit,
167 *In indigno amittit dignitas dignitatem, † cui honor indebitus oneri potius est, quàm honori.* Imò & tales inepti ad regenda officia, tamquam alteri simiæ deseruient ad mouendum risum spectantibus, audiamus S. Bernardum, qui huius si-
168 militudinis est auctor, sic asserentem, *Simia † in tecto, seu palam posita irrisione, & ludo puerorum obijcitur; Princeps, aut Magistratus honore indignus irrisioni, & contumeliæ subijcitur.*

Idque ex nostris etiam aduertit *Lucas de Penna in l. omnes. sub num. 28. C. de decur. lib. 10.* Vbi inquit prædictis euenire, sicuti illi, qui est imperitus Matheos, & aduersus Mathematicos vult disputare, quia risu patebit ignorans. *subdit quoque*, si administratio indigno conferatur, non est Populo consulere, sed nocere, nec est præstare regimen, sed augere discrimen, *& vt inquit textus in can. ante omnia. 40. distinct.* Regimen
169 † Nauis non debet cõmitti ei, qui remum tenere non nouit, *ac affirmante Innocentio Summo Pontifice in can. miserum, 61. distinct.* Miserum est, eum fieri magistrum, qui nunquam fuit discipulus.

Principes quidem possunt titulum dignitatis
170 indignis † conferre, habilitatemq. vero ad eam nequaquam, cum naturam alicuius transformãdi minimè habeant auctoritatem. Magnus ille Romanus Pontifex Gregorius I. dicebat de se, cum excessu humilitatis, dum egrè ferebat ab Imperatore Mauritio dulciter fuisse persuasum,
171 vt ad eleuatum † illud, & sublime solium B. Petri ascenderet, nam ipse Pontifex deinde scribendo ad *Theoctistam sororem Imper. vt habetur lib. 1. registr. Epistol. 5.* adest quoque registrata eadem epistol. *apud Card. Baron. tom. 8. Annal.* vbi inter alia sic tantus Pontifex inquit, *Impe-*
172 *rator fieri simiã Leonem iussit, & quidẽ prouisione illius vocari Leo potest fieri autẽ Leo nõ potest.*

Contremiscant tandem illi, qui indignè sunt exaltati, nam vt etiam pro humilitate dicebat Magnus Pater S. Augustinus, dum ad sublimen Episcopalem dignitatem videbat se elatum, *In*
173 *nullo, †* inquit, *sentio DEVM ita iratum mihi, quàm in hoc, quod cum indignus essem poni ad remum, positus sum ad amplustre, siue ad guber-*

nacu-

naculum in secundo loco regiminis Ecclesiæ. Hinc Prælato illi ardenti in Inferno, dictum fuit, *Non*
174 *esses de numero damnatorum, † si non fuisses de numero Prælatorum.* Durissimum enim iudicium in his, qui præsunt fiet, vt attestatur Oraculum Diuinum in Sapient. cap. 6.

Benè ergo Imperator noster Iustinianus in
175 *§. Quoniam † autem videmus, Auth. vt ij, qui obligat. se haber. &c. col. 6.* aduertit,

Omnes, qui DEI memoriam habent, ad aliorum curam difficiliter accedunt.

Opportunè hic cadit optimum monitum *Aloys. Nouar. vir apprimè docti, & pij in sua elect. sacra lib. 2. cap. 4. excurs. 5.* vbi in fine post plures exagerationes sic concludit,

176 *Nemo purpuram quærat æternatura gloria vestiendus.*
Terrenas vertigines considera, in infulis dignus fias, habere nolis.

de qua materia hic iam satis, atque modo ex hoc diuerticulo redeundo in via, de qua num. 101.

Vlterius animaduertendum venit, scientiam
177 non solum † constituere quem nobilem, sed etiã nobilissimum. Quis dicet Socratẽ, cuius virtutẽ, & doctrina omnes philosophãtiũ scholæ illustra-
178 tæ sunt, non fuisse virum † nobilissimũ? & non à suis maioribus habuit nobilitatem, quando quidem eius mater erat obstetrix, & pater marmorarius extiterit. Demostenem Philosophum, &
179 Oratorem elegantissimum, quis audebit † ignobilem appellare, cuius parentes non modo viles fuerunt, sed etiam ignoti? Sed Marcum Tullium Eloquentiæ Principem, ac Latinorum Oratorum quasi Deum, quis iure nobilissi-
180 mum † non vocabit, quamuis ex humili loco, abiectisque parentibus ortus fuerit?

Aspice flumina Rhenum, Danubium, Pa-
181 dum, † Rhodanum, omnesque Amnes inclytos, quid sunt? si vnde effluant æstimes, fons, aut ignobilis scatirugo. Tolle radices terræ, nemora illa ingentia non surgent, Aurum ex vilissima terra oritur. Quot sunt illi, qui ex vilissimis initijs, ac
182 ex infima plebe † ad magna Imperia properarunt, inter alios testis erit exemplum adductum *ab Aul. Gellio Noct. Atticar. lib. 15. cap. 4.* scilicet de Venditio Basso, qui humili loco natus, cum diutius victum sibi sordidè parasset in fricandis mulis, tractu temporis extitit Prætor, ac deinde Pontifex, tandemque Romanus Consul creatus fuit, de qua re tantus stupor inuasit Populum Romanum, quia iam eum viderat fricare mulos,
183 vt vulgò per vias Vrbis versiculi † proscriberentur, & inter alios, sequentes,

Currite omnes Augures, & Aurispices;
Portentum inusitatum conflatum est recens,
Nam mulos, qui fricabat, Consul factus est.

Iste Venditius, vt refert *Suetonius in Antonio,* fuit omnium primus, qui debellatis Parthis, de
184 eis triumphauit. Hic certè † demonstrauit parum iuuare stemmata, & memorias maiorũ; quãdo virtus extollit fortiter homines super alios.

Quid iuuat admotam per auorum nomina cælo.
Inter cognatos, posse referre Iouem?

Infinita sunt in hac materia exempla, quæ passim in historijs leguntur, & quotidie id practicatur.
185 Probabo tamen † Legum auctoritate id, quod parùm superiùs dixi num. 177. nempe scientiam, quæ reddere nobilissimum, cũ in his terminis sit *text. apertus in l. prouidendum,* ibi, quos sciẽtia nobilissimos facit. *C. de postuland.* vbi hoc notat *glos. in verb. nobilissimos. & ibi etiam Cyn. Ioan. Fab. Bald. Angel. Salycet. & Aretin.* ex qui-
186 bus *Salycet.* hoc quoque dicit. † Nobilitatem esse filiam scientiæ, *subdens,* Scientiam nobilitare hominem exteriùs, & interiùs.

187 Interius quia † nobilitat intellectum, & illum clarum reddit, exterius, quia intellectus illuminatus corpus gubernat, & regit bonis, & virtuosis moribus, & ideo infert, licèt quis sit de nobili prosapia, vel à claris descenderit progenitoribus, non debet nobilis nuncupari, nisi bonis
188 polleat moribus, sine quibus à † sua potius dicitur degenerare prosapia &c. Vnde de Cneo Scipione maioris Aficani filio refert, *Valerius Maximus lib. 3. cap. 5.* Eum quasi monstrum fuisse,
189 attenta gloria, & virtutibus patris à † quo ipse plurimum degenerauit, & ob maculas suæ turpitudinis, & vitiorũ, inter cæteras sibi illatas ignominias, à propinquis ex manu eius anulum, in quo caput Aficani sculptum erat destruxerunt,
190 & subdit Valer. † Max. exclamans. *O Dij boni, quas tenebras, ex quo fulmine nasci passi estis,* aliaque memoranda exempla ibi in d. cap. 5. in istis terminis adducit. Et quamuis filij soleant esse patribus similes, tamen plerumque ista regula fallit, vnde Spartanus in vita Seueri Imperatoris, scribendo Imp. Diocletiano, talia habuit.

Nonne *Constat,* Auguste, *neminem propè ma-*
191 *gnorum virorum optimum, & vtilem † reliquisse filium? Aristarchus ille Sophorum Princeps Anaxagoram, & Aristarchum filios habuit, quorum vterque demens, & stolidus. Quid Marco fe-*
192 *licius si Commodum † abominabile monstrum non reliquisset filium? Quid Seuero Septimio gloriosius, si Bassianum humani generis pestem non genuisset?* Sed vbi reliquit Caligolam infame monstrum humanæ generationis exem-
193 plum † vnicum crudelitatis, lasciuiæ, & auaritiæ, & tamen iste iniquus fortitus fuit in patrem magnum Heroem Germanicum, magis pium, magis castum, & magis iustũ Principem Mundi?

Sed quid plura Rex Salomon omnium mor-
194 talium † sapientissimus generauit, Roboan, qui stolidus erat, *latè super ista materia ex nostris videndus est Tiraquell. in tract. de pœn. leg. &c. caus. 51. num. 44. & post eum latius Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 69. num. 11.* vbi etiam refertur dicta epistola Spartiani. Nec de supradictis videtur admodum admirandum, cum idem
195 accidat etiam illis quinque † optimis, & pulcherrimis matribus, quæ parturiũt totidem alios filios pessimos, nempe, *Veritas odium, Virtus inuidiam, Pax otium, Familiaritas contemptũ, Communio discordiam pariunt.* At relicta materia ista, & iterum redeundo in viam, adde in supra relatis terminis, de quibus num.

Et benè conducere dictum *glos. in cap. numquam in verbo nescio, 56. distinct.* Quod ille, qui
196 natus est à parentibus † prorsus alienis à virtutibus, dummodo ipse sit bonus, melior est, quàm ille,

ille, qui natus est ex parentibus bonis, licèt ipse etiam sit bonus, & ratio est, quia magis est ad-
197 mirabilis, qui † exemplar non habuit, & bonus est, quam qui habuit, & bonus est, *arg. can. in scripturis 96. distinct.* Referamus quæso verba præcisa famigerati *textus in d. can. numquam eadem distinct. 56.* ibi,

Ille magis splendet, qui ex parentibus à virtutibus prorsus alienis, ipse tamen fuerit de virtute mirabilis, &c.

vbi Cardinal Turrecremat. plura adducit, & addo id, quod præclarè quidem dixit haud inglorius, & maximus Iurisconsultus Seneca *ad Lucillum in epistol. 29. vbi sic admonet.* Cum volueris veram hominis æstimationem videre, & scire
198 qualis sit † nudum inspice, deponat patrimonium, deponat honores, & alia fortunæ mendacia, corpus ipsum exuat, & animum intuere, qualis, quantusque sit alieno, vel suo magnus &c. Vnde fuit illud *Ouidij 1. de Pont.*

199 *Si modo non census, nec clarum nomen auorum,*
Sed probitas magnos, ingeniumq. facit,
Virtute decet, & non sanguine niti.

Nam, vt inquit *Regius Propheta Dauid in Ps. 29.*
200 Quæ vtilitas in sanguine meo † dum descendo in corruptionem? & benè cecinit *Iuuenal. satir. 8.*

Stēmata quid faciunt, quid prodest, Pontice, lōgo Sanguine censeri, pictosque ostendere vultus Maiorum.

201 Arbor cuius speciei † sit, id cognoscimus non ex radice, sed ex fructibus, nec deseram sententiā *Lucij Apulei in lib. de Deo Socratis, vbi sic ait.*
202 Si laudas virum, quia diues, hoc † fortunæ debetur, si quia fortis, ægritudine debilitatur, vel fatigatur, si quia nobilis, non ipsum, sed eius parentes laudas, & si quia pulcher, pulchritudo in
203 senectute abibit, † sed si laudas eum, quia est sapiens, & bonis moribus ornatus, tunc ipsum virum laudas, *id quoque refert Iacobus Maguus in suo Sophologio sapientiæ lib. 1. cap. 1.* stupendè, & egregiè equidem *Seneca, cum de nobilitate dissereret, sentit, sic inquiens in epistol. 44.* Bona
204 mens omnibus patet, omnes hoc ad hoc † sumus nobiles. Quisque est generosus ad virtutem, benè à natura compositus. Hoc vnum est intuendum.
205 Nam si ad vetera nos † reuocas, nemo non inde est, quod nihil est. Omnes si ad primam originem reuocetur, à Dijs sunt &c. Audiamus id, quod Christiano calamo scriptum reliquit Boet. lib. 3. de consolat.

206 *Omne hominum genus in terris, simili surgit ab ortu*
Vnus enim pater est, vnus cuncta ministrans
Ille dedit Phœbo radios, dedit, & cornua Lunæ.
Ille homines etiam terris dedit, sydera Cœlo.
Hinc clausit membris animos celsa sede petitos.
Mortales igitur cunctos edidit nobile germen.
Et rursus idem Boetius, *(stra*
207 *Quid genus, & proauos strepitis, si primordia ve-*
Auctoremq. Deum spectes, nullus degener extat
Ni vitijs peiora fouens proprium deserat ortum.

Atq. vt prosequitur Seneca in supradicto loco. A primo Mundi ortu, vsque in hoc tempus pro-
208 duxit nos ex splendidis, sordidisq. † alternata series. Plato ait, neminem Regem non ex seruis oriundum, neminem non seruum ex Regibus, non facit atriū nobilem famosis imaginibus plenum, nemo in nostrum gloriam vixit, animus
209 facit nobilem, cui † ex quacumque conditione, scilicet fortuna licet exurgere, ex quibus verbis Senecæ, bene colligitur, eam veram nobilitatem
210 esse, quam virtus præstat, atque † sapientia, non sine causa, ergo aduertit *Francisch. Petrarch. in sua Margarita Poetica*, virum nobilem non nasci, sed fieri, *ac teste eodem Poeta in tract. quem fecit de remedijs vtriusque fortunæ inscript. 16.*
211 *sub rub. de orig. generos.* Ridiculosa † est iactantia de alieno se gloriari, *& sub rub. de obscurit. orig. subdit*, Plus est multò, nobilitatem funda-
212 re, quam † fundatam inuenire. *& secundum Salust. in Iugurth.* Melius est nobilitatem pepe-
213 risse, quàm acceptam † corrupisse.

Item viri docti, possunt dicere illud, quod habetur de nugis philosophorum, nam cum qui-
214 dam de patritio genere, factus inferior alicui † virtutibus pleno, nobilitatem generis objiceret, responsum ei sic ab illo fuit,

Gaudeo, quia ego ex me surrexi, tu verò ex te cecidisti, amboque nostri decus, & dedecus sumus cognationi nostræ.

Et affirmante *S. Io. Chrysostom. super Matth. cap. 4.* Melius est de contemptibili clarum fieri,
215 quam de claro † genere contemptibilem nasci, qui enim de claro genere nascitur, gloria claritatis non est eius solius, sed communis videtur. Qui enim de contemptibili contemptibilis nasciturt, urpitudo cōtemptibilitatis solius eius nō est, sed etiam generis. Qui autem de claro gene-
216 re contemptibilis † nascitur, omnis turpitudo solius est, ideo melius videtur, vt in te glorientur parentes tui, quàm tu in parētibus glorieris.

Nam secundum *Aristotel. 5. Politic. & 2. Rhe-*
217 *toric.* Ille est † generosissimus, qui est optimus. Vnde, & *Marc. Tull. contra Salustium.* Ego meis maioribus virtute mea præluxi, vt si prius noti
218 non fuerint, à me sumant initium † memoriæ, *& infra* satius est me meis rebus florere, quàm maiorum opinione niti, & ita viuere, vt sim posteris meis, & nobilitatis initium, & virtutis exemplū. Hinc illud vulgatum dictum,

219 *Nobilitas morum, plus prodest quam genitorum.*

In his enim quis est laudandus, & in his extol-
220 lendus, † quæ nisi ex se, & in se esse non possunt. Vnde magis est meum quod ex mea industria,
221 sudoreq. acquiro, † quam, quod per antecessores acquiro, *l. si quid bello. ff. de liber. & posthum.* vbi *gloss.* id inducit ad consuetudines, quæ in pluribus locis vigēt, vt scilicet, quis possit testari, vel
222 donare bona ab eo conquisita † proprio labore ad libitum, sed patrimonialia non, quæ sibi ex successione prouenerunt, prædicta ratione. Facit etiam dictum *Bart. in l. quod principi. ff. de*
223 *legat. 2.* fortiorem esse dignitatem, quam † quis habet per se, quam illa, quam quis habet per alium. *l. 1. & 2. ff. de offic. proconsf. & leg.* Hinc etiam est id plus nos diligere, quod sudore quærimus

224 rimus † proprio, quàm quod à parentibus, seu aduentitio iure nobis acciderit. Vnde illud,

225 *Dulcior est fructus post multa incommoda ductus.*

Præterea, quis vltrò non admittit, longe gloriosiorem esse, qui à fundamentis magnificum
226 palatium † extruit, quàm ille, qui antiquum ædificium conseruat. Nonne maioribus honoribus cohonestandus est ille generosus Dux, qui
227 vim fecit pro † acquisitione noui status, quàm ille, qui suum tuetur? Cæsar Romanorum Imperator, & Phœnix, non ne communi applausu iu-
228 dicatur longè gloriosior, † & præstantior, Alexandro illo cognominato Magno? Idque ex multis causis comprobatur, veluti quia Cæsar omnium Principum fuit clementissimus, cum cle-
229 mentia in Principe sit tamquam † Sol in Cælo, nec sit monile prætiosius in Mundo, quod magis adornet Principem, sicut clementia, quæ, &
130 nos mortales † æquat DEO *l. vltima, vers. per solam clementiã DEI seruatur imitatio.C.de donat.int.vir.et vxor.* Hinc illud vulgatũ Claudiani.

Sis pius in primis, nam cum vincamur in omni Munere, sola Deos æquat clementia nobis.

Famigeratus est quoque textus Aristotelis *in 7.Eticæ, & 2.Moral.* scilicet, *Heroum virtus est*
231 *ea, quæ † feritati, & immanitati opponitur.* Pietas enim, & clementia dictis vitijs opponitur, ergo, &c. qua occasione sumpta aliqua dicam de clementia, qua nihil dulcius, nihilq. suauius, & deinde redeam in via.

Quid enim gloriosius, & potentius clementia, quæ barbarorum ipsa ingenia penetrat, eiusque
232 dulcedo multiplicat amicos, † & mitigat inimicos, redditque iratum beneuolum, in placatum transformat suspectum, austerum in mitem, aduersantem in propitium, superbumq. in benignum. Et tam perpulchra, ac necessaria est ista
233 gemma clementiæ, † vt sine ea, quis legem CHRISTI non adimplet, textus est clarus, aureisque notis conscribendus *in can. qui clementiam. 86. distinct.* Ac Rex Salomon hortando
234 omnes ad clementiam: *in cap.11.Prouerb.* † *Clementia*, inquit, *præparat vitam.* Immo ipsa clementia est pars Iustitiæ, & in hoc differt à misericordia, quia ista simpliciter sumpta, est
235 vitium oppositum Iustitiæ, illa † verò, vt dixi, est pars, *vt docet Luc.de Penn. in l.duos col. 1. C. de suscept. &c. lib.* 10. Vtique iustitia sine clementia iniustitia est, nam clementia seruat mediocritatẽ, estq. illud optimũ tẽperamentum ex duobus extremis cõpositũ. Insuper, quid mirabilius clementia, quæ dulciter capit, gloriosè laqueat, suauiter
236 premit, delectanter onerat, † fortiter stringit, eaque est omni armatura fortior, nescitq. quid sint arma, & sæpe armatos vincit.

Cesset enim admiratio, dum nonnulli prudentes Romani Imperatores, Mundique Monarchæ,
237 repudiatis titulis, † *Altitudinis, Maiestatis, Sublimitatis*, & similibus, tamquam inanibus verborum sonitis, sibi dederunt titulum, *Piorũ Clementium, Mansuetorum &c.* Imperator *in l.1.C.de summ. princ.* sibi dat titulum clementiæ, ibi, *Cunctos populos, quos Clementiæ nostræ regit Imperium &c. & in l.meminerint. C.vnde & in l.neminem C. de re milit. lib.12.* sibi attribuit titulum Mansuetudinis, ibi *Mansuetudinis, & Munificentiæ nostræ decreto cautũ est, &c.* necnon *in l.duos. vers. constitui clementia nostra præcepit, &c. C.de susceptorib.lib.10.*

Immo plus pij, & sapientes Imperatores illi *Valentinianus, Theodosius, & Arcadius rescri-*
238 *bendo* † Tatiano eorum Ministro præfecturam gerenti in Prouincia Illyrica, dant sibi titulum Mansuetudinis, & seruo titulum sublimitatis, audiamus textũ *in l.si quos.C.de offic.Præf.Præt.*
239 *Orient.* ibi, *Si † quos Iudices sublimitas tua inutiles esse cognouerit, nostræ mansuetudinis sententia referatur.* Bene quidem prædicti Cæsares agnoscebant nihil potentius ad acquirendam populorum beneuolentiam quam clementia,
240 † & mansuetudo. Titius Vespisianus propter dictas virtutes sic carus fuit Populo Romano, vt palam acclamatus, & vocatus erat *Orbis amor, & Deliciæ generis humani &c.*

Enarrat *Seneca in tract.de clement. cap. 5.* de quodam Rege, qui non valens potentia quen-
241 dam † suum capitalem inimicum destruere, Reginam consuluit coniugem suam, quæ tale Regi dedit consilium,

Fac Domine quod Medici facere solent, quia vbi
242 *vsitata remedia † minime prosunt, tentant contraria, si seueritate nihil profecisti, nunc tenta, quomodo cedat tibi clementia, ignosce illi.*

Quali verè regio consilio gauisus est Rex, annuitq. necnon facto adimpleuit, & contulit ei Consulatum: ex quo habuit eum amicissimum, fidelissimumque in tantum, vt eum hæredem instituerit. Nam teste Plin.Iun.lib.8. epist.vltim. *Longe valentior est clementia ad obtinendum aliquid, quam seueritas.*

243 Generosus † est namque hominis animus, qui magis suauitate verbi, & operis ducitur, quam rigiditate trahatur, atque vt docet Sacra Pagina. Prouerb.15.

244 *Responsio † mollis frangit iram, sermo durus suscitat furorem.*

Ista enim fuit vna ex tribus virtutibus, quare fuit laudatus, & adhuc apud omnes laudatur
245 Principatus Orbis Romanorum, † propter eorum scilicet beneuolentiam, & summam clemẽtiam in omnes, maximèq. in parcendo subiectis, nam accepta iniuria ignoscere malebant, quàm prosequi, *S.August.in lib.de Ciuitat.DEI cap.6.*

Ac præsertim legimus, cum Carthaginensium
246 Legati in Vrbem ad captiuos † redimendos venissent protinus Senatus Romanus nulla pecunia accepta captiuos reddidit excedentes numerum duum millium, & septingentorum quadraginta trium explentes. Vnde obstupuerunt Legati de tanto numero hostium dimisso, de pecunia tanta spreta, & de tot iniurijs Punicis remissis.

Quare præ admiratione coacti fuerunt in ta-
247 lia verba † erumpere, *O felix Romanorum genus, O munificentiam, O benignitatem gentis Romanæ, Deorum benignitati æquandam, O etiã nostram supra vota felicem legationem, nam beneficium, quod numquam dedissemus, tam læta fronte*

front e ree ipimus, idque refert *Valer. Max. lib.5. titul. de Humanitate, cap. 1.* & ex nostris doctus, & eruditus vir *Hieronym. Cagnol. in tract. de regim. Princip. num.40.*

Vlterius, quando Romani bellicis sudoribus sub eorum iugo nationem aliquam redi-
248 gebant,† non se earum Dominos profitebantur, sed illos socios, & amicos Populi Romani nuncupabant &c. plura exempla de benignitate morum Romanorum refert *S. Augustinus in lib. 1. de Ciuitat. DEI d. cap. 6.*

Quæritur ratio quare Moyses tantam cum DEO habuerit familiaritatem, eamque causam
249 † plures Doctores assignant, quia de eo sic in Sacra Scriptura legitur *Num. cap. 12. Erat enim Moyses vir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra &c.* O nobilissimum elogium summæ benignitatis, O virum verè dignũ vt admitteretur ad consortium DEI.

Idque etiam cœca gentilitas agnouit, vt vir mitis sit dignus colloquio Dei. Quippe fertur, cum sub Pio Rege Numa Pompilio Romana Vrbs magna peste afficeretur, d. Rex pietate
250 † motus rogauit Iouem, vt à tanto malo eam liberaret, qui ei apparuit in Monte Auentino annuitque precibus suis, dignumque ob eius pietatem iudicauit diuino consortio. Sentiamus qualiter id descripserit Ouid. lib. 3. Fastorum.

Annuit oranti, verumque ambage remota
Abdidit, & dubio terruit ore virum.
Cæde caput dixit, cui Rex parebimus, inquit,
Cædenda est hortis æruta cæpa meis,
Addidit hic hominis summes, ait ille capillos:
Postulat hic animam, cui Numa piscis ait
Risit, & his inquit facito mea tela procures
O vir colloquio non abigende Deum.

Sed relictis his antiquitatis tenebris, somnijs-
251 que procedamus ad Lucem. † Nec est mirum si colloquio DEI digni sint, qui humanitate pollent, quia ipse DEVS est summa benignitas, nam & Paul. Apostol. loquendo de Saluatore Nostro *in Epistol. 3. ad Titum* ait, *Apparuit benignitas,*
252 *† & humanitas Saluatoris Nostri &c.* Et quamuis ipse Saluator venerit in Terra, tamquã Magister omnium virtutum, humanitatis tamen exemplar voluit se declarare, *vt habetur apud*
253 *Matth. cap. 11.* ibi *† Discite à me quia mitis sum.* Regius Propheta Dauid sciens quàm valens, & grata esset apud DEVM virtus benignitatis, volens ei enixè Regnum suum commendare allegauit pro vrgenti motiuo suam mansuetudinem, vt
254 habetur in Psalm. 131. ibi, *Memento † DOMINE Dauid, & omnis mansuetudinis eius*, singulari enim beneuolentia DEVS prosequitur personas mites, eosque exaltat superbosque destruit, vt habetur in Ecclesiast. cap. 10. *Sedes Ducum superborum destruxit DEVS, & sedere fecit mites pro eis.* Immo ex ore ipsius
255 DEI prædictæ † mites personæ decorantur titulo beatitudinis, nam apud Matth. cap. 5. inquit, *Beati mites, quoniam ipsi terram possidebunt.*

Sed vt calamo in hac dulci materia frenum inijciam, cõcludam quo ad benignitatem, & clementiam, asserendo Ecclesiam Sanctã in diuersis orationibus, vt postulata efficacius obtineat à DEO, dat ei titulum clementiæ, tamquam ei-
256 dem carum. Hinc † in tremendo Missæ sacrificio paulò ante consecrationem Sacerdos ÆTERNVM PATREM rogando, inquit, *vt habetur in Canone Miss.* Te igitur CLEMENTISSIME Pater &c. Ecclesia etiam, quando orat pro defunctis, vt DEVS ad perpetuæ beatitudinis consortium eos peruenire concedat, sic ait, *DEVS veniæ largitor, & humanæ salutis amator quæsumus CLEMENTIAM tuam &c.* & si sæpe Non ne adiutorium implorando à Regi-
257 na Angelorum, † Miserorũ refugio, Infirmorum remedio, Mestorum solatio, Mundique gaudio, quotidie *in Oratione Salue Regina &c.* eius pijs auribus inculcamus, *O CLEMENS, O pia, O dulcis Virgo Maria &c.*

Sed ne in hac materia amplius me dilatem, redeo ad propositum, loquendo de Cæsare, qui clementia, benignitateq. fuit clarissimus, nec solitus erat iactare, se debellasse Scipiones, Pom-
258 peos, Tolomeos, aliosque inuictos † Heroes, nam Demostene affirmante. *Potentes, & celebres aduersarios vincere, ea demum magna gloria est,* & secundum Q. Curt. lib. 6. *Clarior victoria, quo clarior est victus.*

Nec etiam gloriabatur se triumphasse de Gallis, Germanis, Britannis, alijsq. nationibus fortioribus Mundi, sed benè benignus Cæsar magnifi-
259 cè iactare solebat, (vt refert Suetonius in eius vita) se inimicis suis vltrò indulsisse. & legitur etiam, *ac ex nostris refert Cassan. in Cathalog. Glor. Mundi considerat. 6. par. 5.* Cæsarem omnium perfectam habuisse memoriam, præter quam iniuriarum reminisci. nam teste Plutarch. *Nulla obliuio commendabilis est, preter quam iniuriarum.*

Qua clementia Cæsaris generosum pectus ardebat colligi etiam potest ex eo, quia benignissi-
260 mè vsus fuit victoria † ciuili, nam cum scrinia Epistolarum ad Pompeium missarum ab illis, qui simulatam cum Cæsare amicitiam contraxerant, in sua potestate habuisset, nec vna quidem perlecta, combusit, quale præclarum, & verè egregium factum registrat, & extollit Philosophus ille moralis Seneca in laudem tanti Principis Romani *in tractat. de Ira lib. 2. cap. 23.* vbi etiam perbellè inquit,

Cæsarem putasse gratissimum genus veniæ, nescire, quid quisque peccasset.

Cæsar pariter fuit sic clemens, vt caput ini-
261 mici sui Pompei, oblitus an ille esset ei † hostis, pluribus, & præciosissimis odoribus cremandum curauit, aliàs enim, *(vt refert Valer. Max. lib. 5. titul. de Cn. Pompeio)* nisi tam mansuetus animus Diuini Principis extitisset, paulò ante Romani Imperij columen habitũ (sic mortalium negotia fortuna versat) insepultũ iacuisset &c. Narrat etiã *idem Valer. Max. in eod. lib.* De Magno illo
262 Censorino Catone, † qui audita ciuili Victoria Cæsaris sibi violẽtas manus intulit, cuius morte audita Cæsar, se inuidere illius gloriæ, & illum suæ inuidisse, dixit, patrimoniumque eius liberis ipsius incolume seruauit &c. Sed relicto Cæsa-

re

re, eiusq. clementia, modo loquamur de Alexandro, in dicta virtute totum oppositio Cæsari, fuit etenim Princeps immitissimus, ac crudelis, ob-
263 stinatiq. animi, necnon iræ non parum † deditus. Vnde Italicus Poeta de eo ait,

Vincitore Alessandro l'ira vinse.

Et teste eruditissimo Philosopho in tractatu de Ira lib.2.cap.23. *Nemo sicuti Alexander tam obnoxius fuit iræ.* Et quia aliqua iam supra adduxi circa clementiam hortando omnes ad eam modo & quia pariter occasio se offert nonnulla quoque afferam circa iram, vt omnibus exosam reddam, & quilibet sic magis gaudebit præpulchra veste clementiæ.
264 Quid ergo ira peius, † alia vitia impellunt animos, ista vero præcipitat, *& vt inquit idem Philosophus eodem tractat. lib.3. cap.5.* Ira peior
265 est quam luxuria, † quoniam illa sua voluptate fruitur, hæc alieno dolore; Vincit malignitatem, & inuidiam, illæ enim infelicem fieri volūt,
266 hæc facere, illæ † futuris malis delectantur, hæc non potest expectare fortunam.

Ira etiam in horrenda monstrua conuertit iratos. Quibusdam, *vt asserit Sextius*, profuit aspexisse speculum, perturbauit illos tanta mu-
267 tatio sui, † respiciendo tam horridam figuram; Flagrant, enim & micant oculi, multus toto ore rubor, ex æstuante ab imis præcordijs sanguine, labia quatiuntur, horrent, ac subriguntur ca-
268 pilli, spiritus coactus, & stridens, † sermo præruptus, & complosæ sæpè manus, & pulsata humus pedibus, ac totum concitatum corpus, acta suspiria, minax facies & feda, horridaque visus.

Quid mirum si sapiens Rex Salomon tantam horribilitatem considerando, stupore plenus inquit, prouerb.cap.18.

269 *Quis † poterit habitare cum eo, cuius animus facilis est ad irascendum.*

Quale dictum in non dissimili materia ex nostris refert etiam. *Viu.in sylu.comm. opin. cap.6 nu.5.* O sicuti dixi, in speculo posset iratus aspicere sui corporis deformitatem, in eo perlucere
270 † posset animi irati qualitas, & cōfunderet enim sic, vt nihil vltra, nam si tanta est deformitas corporit per ossa, carnesque & per tot confusos mo-
271 tus, † quid si animus nudus cerneretur; Quippe nulla celerior, ac breuior via, quæ ducat ad insaniam, quam ira.

Ipsaque etiam ira, vt inquit Horat. in epist.1. *Ira breuis furor est*, ac teste Stobeo de ira serm. 18. recitans carmen Philomonis dicit, *Insanimus omnes cum irascimur.* Vnde Seneca ait,

272 *Homo † dum irascitur extra corpus suum est.*

Quare Romanus Pontifex Gregorius Magnus *in text. can. ille 11. quæst.3.* paterno zelo monet vt Iudices dum sunt in ira, neminem tunc
273 iudicent, eò quia † iudicium rationis in eis est obscuratum, sed debent expectare, donec mens per iram concitatam, ad tranquillitatis auram redeat. Famigeratus est quoque textus *in l. si vindicari C.de pœn.* qui secundum *Ias. in l.debitoribus, num.15. ff. de re iudic.* aureis literis conscribendus esset, *idque etiam asserit Mart. Lauden. in tract.de Princip.quæst.559.& vltim.* vers. textus iste esset aureis notis pinguendus nec nō *Francisc. Viu. in Sylu. comm. opin. cap.638. sub nu.1.* vers. esse auro scribendam legem hanc &c. estque Pij Theodosij Imperatoris,
274 Quæ condita † fuit à d. Imperatore ad requisitionem S. Ambrosij Archiepiscopi Mediolanensis, vt late id ponit Petrus Messias in vitis Imperatorum traductis per Alphonsum Vlloam in vita Theodosij circa finem, *Quæ Lex iubet si Princeps iracundia motus sine causæ cognitiōne*
275 † *aliquid reprehensibile, vel crudeles vindictas mandauerit debet differri executio ad 30. dies, vt cesset ira Principis*, cum dicta l. concordat etiam *textus in cap. si quando de rescript. & in can.cum apud.11.q.3.*

Nam, vt inquit Orator Romanus, *quando quis est iratus, exijt de consilio, de ratione, de mente, de potestate &c.*

Hinc ille cōquestus est apud Terent.in Adelph. *Ah me miserum, vix sum compos animi, ita ardeo iracundia*, id quoque voluit Poeta, & moralis Philosophus Franciscus Petrarca, dum inquit,

Ira è breue furor, e chi nol frena,
E furor lungo, che'l suo possessore
Spesso à vergogna, e talhora menà à morte.

Quos vernaculos versus ex nostris etiam adducit *Ant. Tessaur. decis. Senat. Pedemont. 178.*
276 *sub num.3.* vbi † quærit an ira excuset quem ab homicidio &c.

Optimum quidem erit iram non tantum tēperare, sed ex toto remouere, ac radicitus tamquam mortiferā herbā extirpare, beneficijs enim & concordia humana vita consistit, nec terrore,
277 sed mutuo † amore, in fædus auxiliumque commune constringitur & quamuis aliquando necessaria sit castigatio, & indignatio, tamē ad hāc obiectionem perbelle respondit Seneca *in tract. de Ira lib.1. cap.5.* cum his verbis Quid ergo nō aliquando castigatio necessaria est? Quid ni? Sed hæc sincera, cum ratione non enim nocet, sed
278 medetur specie nocendi, † Quemadmodum quędam hastilia detorta, vt corrigamus, adurimus, & adactis cuneis, non vt frangamus, sed vt erigamus, elidimus, sic ingenia vitio praua, dolore corporis, animique corrigimus vtique inquit, Claudianus

Dijs proximus est ille, quem ratio, non ira mouet.

Idemque Moralis Philosophus in eodem tractat. de Ira lib.3. cap.42. vt auocet à pessimo vitio Iræ, scitè sic alloquitur cum pronis ad Iram, ibi,
279 Nec vlla res magis proderit ad † temperandam Iram, *quam cogitatio mortalitatis*, sibi quisque vt alteri dicat. Quid iuuat, tamquam in æternum genitos Iras indicere, & breuissimam ætatem dissipare? Quid iuuat, dies quos in voluptatem honestam impendere licet, in dolorem, tormentumque transferre, Quid ruimus in pugnam, quid imbecillitatis obliti ingentia odia suscipimus, & ad frangendum fragiles consurgimus?
280 Ira enim, † qua animo geritur, febris aut aliud malū corporis excitabit, cuius sequelā erit mors, & dum alterius vitæ insidiatur, propriam mortem quis ira mediante, sibi accelerat.

Quin,

Quin, *(vt inquit idem Seneca in seq. cap. 43.)*
potius vitam placidam tibi, & cœteris præstas ?
quin potius amabilem te dum viuis omnibus :
desiderabilem, cum excesseris, reddis, ac deinde
calamo Christiano cõcludit, *Dum inter homines*
sumus, colamus humanitatem, non timori cui-
281 *quam, non † periculo simus: detrimenta, iniurias*
conuicia, vellicationes contemnamus, & magno
animo breuia feramus incommoda, veniet ecce
mors, quæ nos pares faciet. Alia subiungerem nisi
tempus esset redire ad Cæsarem, & Alexandrum,
quare silentij velo tego plures alias causas quas
gloriosior est Cæsar, quàm Alexander, illa
tamen referam, quæ ad propositum nostrum
282 facit, eaque est, † quia Cæsar priuatus Patri-
cius Romanus natus fuit, & mediante propria
virtute, felicem sibi parauit viam ad Impe-
283 rium, † & Monarchiam Orbis, sed Alexander
ortus fuit Rex, ac in patrem sortitus fuit Ma-
gnum illum, & sapientem Philippum Regem
Macedoniæ factorum gloria satis famigeratum,
& quid mirũ, si in tam prospera fortuna, & for-
284 tunatis natalibus † ad maiora properauit? facile
est enim inuentis addere, & in hoc est sententia
Sapientis Solonis apud Ausonium.

Pulchrius multò parari, quã creari Principem.

Narrat *Valerius Max. lib. 7. cap. 1.* de Gyge Rege
285 Lydiæ, armis, & diuitijs abundantissimo, † viro,
qui in ipso gremio Iouis sedebat, curiositate
motus se contulit ad Ciuitatem Delphi, vt ab
Oraculo sciret, an in seculo illo aliquis mortaliũ
se esset felicior, Oraculum illud Delphicum ex
286 abdito specu † voce emissa, respondit, *Aglaum*
Psophidium eo esse feliciorem, is enim erat pauper-
rimus rusticus, auri copia, splendore natalium,
deliciarum, amicorumq. penitus vacuus, & is
ætate iam erat senior: terminos agelli sui num-
quam excesserat, paruuli ruris fructibus, & vo-
287 luptatibus † contentus, sicq. iste mediante animi
sui compositione, & propria innocentia sibi ip-
si felicitatem extruxit, de qua responsione ob-
stupuit Gyges Rex Lydiæ, iureque ibi notanter
concludit Valer. Max. *Ita Gyges dum adstipula-*
torem vanæ opinionis Deum habere concupiscit,
vbi nã syncera, & solida esset felicitas, didicit &c.
scilicet in his, quæ nobis ex propria industria
288 paramus, † nam claritas sanguinis, diuitiæ, po-
tentia, & similia, dona sunt fortunæ, quæ cœca,
vaga, incerta, volubilis est. Hinc Poeta in opusc.

289 *Fortuna immeritos auget honoribus,*
Quod dignis adimit, † transfert ad indignos,
Inconstans, fragilis, perfida, lubrica &c.

Et in terminis nostris scilicet de splendore na-
talium, audiamus quid ille sit ex ore vnius Cæsa-
ris, & sic videbimus an gloriandum sit à Prin-
290 cipe generari, instruendo † Serg. Galba Im-
perator adolescentem Pisonem, quem sibi ele-
gerat successorem in Imperio, *vt refert C. Tacit.*
lib. 1. historiar. qualiter ritè regnare poterat, om-
nia docendo cum optimo propriæ experientiæ
exemplo, inter cætera laudauit, vt in filios sibi
291 iuuenes virtute præditos eligeret, eo quia † Prin-
cipem nasci est tantùm cæcus fortunæ ictus, eius-
que præcisa verba sunt: *Generari, & nasci à Prin-*
cipibus fortuitum, nec vltra æstimatur, &c. atque
vt aduertit S. Petr. Chrys. in Policrat. lib. 4. *Prin-*
292 *cipatus non sanguini debetur, sed meritis, † & in-*
utiliter regnat, qui Rex nascitur, & non meretur,
sed persistendo in terminis videatur ex nostris
Iacob. Alua. in cap. 1. circa finem, vers. quis dica-
tur magis nobilis, in tit. quis dicatur Dux,
Marchio, vel Comes, in vsib feud. vbi inter alia
probat eum, qui sua virtute nobilitatem meruit,
293 magis dici nobilem, quàm † ille, qui descen-
dit ex genere nobili, cum ex genere non sit ali-
quis, nisi ex præsumptione nobilis. *arg. l. si quis*
nolit. §. quia assidua. ff. de edilit. edict. & ita do-
cuerunt *Abb. in cap. venerabilis per illum textũ.*
col. 2. de præbend. Cyn. in l. prouidendum. in prin-
cip. C. de postuland.

Verumenimuerò at qui virtuosis actibus, &
294 moribus † animi nobilitate refulget, ipse sibi
propria virtute nobilitatem adeptus est, ob id
nobilior iudicandus est, quàm ille qui Proauorũ
nobilitate subnititur, hæc enim præsumpta dum-
295 taxat, prior vero certitudinaria, & expressa. † sed
nos habemus, expressum facere cessare præsum-
ptum. *l. si ita ff. de liber. & posth. & l. clemens. C. de*
donat. ante nupt. cum alijs regulis iuris in hac
materia vulgaribus, quare vbi concurrunt veri-
296 tas, † & fictio, magis attenditur veritas, quàm
fictio, & res potius intelligitur secundùm veri-
tatem, quàm secundùm fictionem. *l. filio quem*
pater. vbi Bart notat, & ita sumat illum textum.
ff. de liber. & postbum. Vnde conclusio clara est.

297 Nec nouum esset asserere solam † nobilita-
tem sanguinis esse stercus, *vt post Hostien. inquit*
Petr. And. Gamb. in tract. de auctoritate Legat. de
Later. lib. 7. num. 260. vers. quia nobilitas sangui-
nis est stercus &c. & post eos asserit *Petr. Rebuff.*
in prax. sub titul. de collation. §. cum vero, vbi
allegando glos. in Extrauag. execrabilis. §. nos
298 *itaque de præbend.* inquit dum † disputatur de
nobilitate generis, est de stercoris nobilitate
contendere. Immo teste *Hostien. in cap tua*
299 *num. 4. de consanguinit. & affinit.* qui † superbit
de nobiliori sanguine, de nobiliori stercore intu-
mescit. Idque etiam aduertit *Tiraquell. in tract.*
de nobilitat. cap. 4. sub num. 1. vers. propriè nobili-
tas sanguinis non est alia, quàm stercoris, & fæ-
300 *toris &c.* Dic quæso, † quid est genus *(inquit*
S. Ioannes Chrysostom. homil. 59. in Matth.) nihil
aliud certè, nisi verbi sonitus ab omni re destitu-
tus, nescit inter diuitem, & pauperem, vllo mo-
do morbus discernere gloriosum, & ingloriosum,
301 nobilem, † & ignobilem non cognoscit, mors
quoque, aliæq. rerum humanarum mutationes
pariter omnes aggrediuntur &c.

Quare videmus talem politicam nobilitatis
302 à sapientibus † sperni, gloriando se tantum suis
virtutibus florere, propriæ laudi inhærendo, *pro*
vt id confirmat Seneca in 1. Traged. in persona
Lici carm. 337.

303 . . . . *nobiles non sunt mihi*
Aui, nec altis inclytum titulis genus,
Sed clara virtus, qui genus iactat suum,
Aliena laudat . . . .

Quidnam iuuant cæco oculi suorum antecef-
sorum, si ipse in tenebris sedeat, & lumen Cæli
304 videre non possit. Quid † iuuat muto eloquen-

tia suorum Auorum, quamuis fuissent alter Demosthenes, dum ipse loqui non valet; Quis pomũ putulentum manducabit, eo quia in nobili viridario collectum sit, & vt scripsit *S. Basilius Magnus* in hac materia, *Non equus est celer, si ex ce-*
305 *lerrimis sit natus, sed † quemadmodum cœterorum animalium in se quodque spectatur, sic viri laudes testatæ sunt ex suis cuiusque præclaris factis.* Optimèq. Demosthenes ille Græcorum Oratorum primus, seu vt alij malunt, Socrates apud Stobeum serm. 84. dicebat, *Optimum frumen-*
306 *tum † non ex pulchritudine agri æstimandum, sed ex eo quod cibum optimum præbeat, nec virũ bonum, nec amicum fidelem, qui ex nobili genere sit propagatus, sed qui optimis moribus sit præ-*
307 *ditus.* Et adde, Quis poterit, † absque propria ignominia narrare heroicas actiones suorum antecessorum, à quibus suæ sunt valde diuersæ, & ex diametro contrariæ? Ad quid iste talis tàm diligenti inuestigatione quærit describere suam
308 prosapiam, cui † ipse tam parum correspondet? Viuens quippe in vitiorum cloaca, aromatum non sentit odorem. Heu prædicta sunt farisaica supercilia, sunt iudaicæ inflationes, sunt laudes alienæ non suæ, vt dicebat S. Ignatius Martyr. in
309 epistol. 3. ad Magnesianos, ibi, *Nolite † errare in aliena gloria, neque intendatis genealogijs interminatis, & iudaicis inflationibus.* Et Paul. Apostol. scribendo ad Titum cap. 2. sic inquit, *Stultas quæstiones, & genealogias deuita sunt enim inutiles, & vanæ, &c.* Nam ex sententia prodigi illius Patriarchæ nempe S. Ioan. Elemosinarij (apud Card. Baron tom. 8. Annal. ad
310 annum 620. in fin.) *Vera nobilitas non ex † carne, & sanguine, sed ex virtute animi accipit formam, & characterem.* Hinc festiuè cecinit *Codrus Poeta*;

Sint tibi Gallorum Rex, & Regina parentes,
Et maneat virtus pectore nulla tuo
Non pluris faciam te, quàm tibi rustica mater
Si sit, & ignotus rusticus ipse pater.

Quantis enim nobilibus posset refricari in faciem mordax illud dictum Herodis Attici, dum cuidam
311 Philosopho asseruit, *Video † barbam, video etiã pallium philosophicum, Philosophum autem non video.* huicque dicto non est dissimile id, quod turbata fronte responderunt Diocletianus, & Maximianus Cæsares, cuidam philosopho, qui eorum Imperatoriam maiestatem supplicauit pro immunitate à muneribus patrimonialibus, *vt habetur in l. 6. ibi,*

312 *Professio, & desiderium tuum inter se † discrepant, nam cum philosophum te esse proponas, vinceris auaritia, & rapacitate &c.*

C. *de muner. patrimon.* quæ lex communiter solet allegari in terminis, vt non audiatur petens cõtraria. Quot enim sunt, qui vnum profitentur, & postea tamquam furiosi se ipsos prouocant, ac
313 † lacessunt, factis scilicet eorum professionem negando, vt sæpè iam alibi aduerti, *& præsertim infra in Annot. ad decisionem 444. à n. 28.* Non numquam enim nobiles proprio gladio se
314 iugulant, dum factis non probant, quod † verbis fatentur. Quid, obsecro, iuuat eis, quem sordidant mores, generatio clara? Meritò quidem in Legibus Romanorum, vt habemus *in l. Senatoris 47. ff. de rit. nupt.* sancitum reperitur.

315 *Nobilitatem, † & claritatem nataliũ vitæ turpitudine deperdi, tolliq. honorem.*

est quoque *textus in l. si qua,* ibi, *Honestæ, nobilisque personæ decore priuetur.* C. *de secund. nupt.*

Quot sunt illi, qui remanent delusi, credendo se esse nobiles, & re vera sunt ignobiles, eisque accidit, sicut militibus Regis Saulis, vt legitur in sacra Pagina 1. *Reg. cap.* 19. prædicti enim cum
316 missi † essent à dicto Rege ad captiuandum Dauid, remanserunt à Michol derisi, dum ipsa id præsciens statim dimisit eum per fenestram, vt aufugeret ab ira Regis, ac deinde collocauit quoddam simulacrum cum illius vestimentis in cubili, simulando Dauid ægrotare & tunc dormire, vt longius milites deluderet, qui tandem
317 à tædio † superati, subitò accesserunt ad cubile, vt apprehenderent eum, sed loco Dauid, inuenerunt eius simulacrum.

O quot simulacra conspiciuntur vestimentorum Dauid tecta? quanti vestiuntur meritis suo-
318 rum † clarorum Antecessorum, sed postea positi in statera Cleoboli, aliud boni non reperitur in eis nisi simulacrum nobilitatis, & corpus sine spiritu, sicque in superficie adest nobilitas, in medulla verò ignobilitas, vtique similes illis, qui ri-
319 su † Sardonico rident, extrinsicè ridentes, intrinsecè tamen amarè plorantes, quia cum ipso risu vitam cum morte, omnium terrebilium terribilissima, commutant. Nam, vt narrant *Pli-*
320 *nius lib. 25. & Dioscorid. lib. 6.* in Insula † Sardiniæ oritur herba quædam adeo pessimæ, ac iniquæ conditionis, vt si quis audeat eam manducare, ipsam mortem manducat, sed venenum istud est huius naturæ, vt moueat ad immoderatum ri-
321 sum, † & sic ridendo quis moritur, hincque originem duxit vulgatum illud prouerbium frequẽs apud Romanum Oratorem, *Ridere risu Sardonico,* idest tãtum superficialiter ridere. Sicuti quoque de phreneticis dixit *S. Augustinus de verb.*
322 *Apostol. sermon. 9.* Periculosius † ægrotant, qui mentem febribus perdiderunt, illi rident, & sani plorant, ridet enim phreneticus, sed non est sanus. Porrò autem, qui mentis est sanæ plorat phreneticum ridentem.

323 Plura, & pulchra hic mihi dicenda remanent, sed ne breuitatis reus efficiar quoad hæc calamũ depono; Gaudent enim breuitate Moderni, *vt inquit gloss. in l. Ait Prætor in verb. causa. ff. de eo, quod met. caus.* vbi quoque asserit, Modernos adeo gaudere breuitate, vt nec syllabam quidem
324 vltra † necessariũ apponere dignantur, & allegat *text. in l. ampliorem § inrefutatorijs. C. de appellat. & in l. fin. C. de donat.* cum alijs relatis per *Petr. de Lesnaudiere in tract. de Doctorib. par. 4. quæst. 1. post med. & per Paris. in tract. de sindicat. titul. de exces. aduocat. in princip.*

Aduerte tamen, ea quæ superius de Nobilibus præmisi, me tantummodo loqui de his qui
325 sola † nobilitate sanguinis nituntur, nullam habendo virtutis concomitantiam, & sunt de illis nobilibus, de quibus loquitur *Bald. in l. per adoptionem. 35. num. 2. ff. de adopt.* qui nesciunt

sciunt aliud facere, quàm comedere, bibere, & superbire,& prædicti nobiles,*vt ibidem ait Bald* pro maiori parte sunt superbi,& inimici popula-
326 rium,& gulosi, †& luxuriosi plus quàm populares,necnon contra eosdem inclamat *Luc.de Penn. in l.mulieres* 13.*sub num.*9. *vers.*Et ad tam elatæ arrogantiæ, quandam agnitionem eorum,qui ex genere, diuitijsque hodiè nimium extenso collo, repleto ex bombyce pectore, sed capite euacuato, erectisque supercilijs, sed fronte rugata, in
327 flatisque naribus†effuse discurrit &c.*C.de dignitat. lib.*10. nam, & vt ait S. Hieronym.

Plerumque nobilitas carnis ignobilitatem parit mentis.

Quemadmodum id etiam ex nostris aduertit perbellè *Petr. Rebuff. in loco citato nu.*297. cum his verbis. Claritas sanguinis elationem parit,
328 potentiam affectat, †conculcat inferiores, pares habere dedignatur, loquitur grandia totus, cum ex alto, magnoque sanguine, tamquam fecerit ipse aliquid, propter quod nobilis esse debeat, sui immemor, eorum, qui retrò esse videtur obliuiscitur, & se in anteriora sine cultu
329 virtutis,†ridiculũ Thrasonis imitatorem ostendit, hi à paribus se abstinent, in humiliores libidinosè, & crudeliter agunt, hi non morum probitate, sed armorum feritate, vendicare sibi satagunt dignitates, & ex proprijs culpis præmiorum retributionem expectant. Vndè *glos. in can.quoniam* 24.*quæst.*1. hoc versus tradit.

330 *Nobilitas†fastum, fastus litem parit, armat*
Lis odium: capiunt hæc tria mortis iter.

Socrates ille Philosophorũ Princeps,& ab Apolline hominũ sapiẽtissimus iudicatus,*Nobilitates*
331 *non solum† nihil in se habere honestatis, sed & omne malum ex eis oriri*, dicebat, teste Laertio in eius vita. Diogenes Philosophus, vt refert idem auctor, asserebat *nobilitatem esse velamentum malitiæ*. Nihil enim aliud (*inquit S.Hieronymus*) in nobilitate videtur appetendũ,
332 nisi quod nobiles quadam †necessitate constringuntur, ne à suis antiquorum probitate degenerent. Insuper nonne nobilitas operatur morum manifestationem, quæ gloriosa quidem est, si fuerint boni, ignominiosa verò, si mali. Nobi-
333 litas †nãque est fax ardens, quæ patefacit oculis Mundi quantum boni, & rei in viro nobili reperitur, dicta à Platone, claritas † generis; quæ clariora reddit vitia, sicque denigrat sanguine clarum, vt meliorem sortem sortitus fuisset, si
334 ex ipsa fece plebis † ortus esset, quia tali modo oculis Mundi ignotus, & occultus fuisset *Vnde. Iuuenal.egregie in Satir.*8.*carmin.*138.

Incipit ipsorum contra te stare parentum
Nobilitas, claramque facem præferre pudendis,
335 *Omne animi vitium, tantò conspectius in se*
Crimen habet, quantò maior, qui peccat habetur.

Hoc enim vnum in magnis magnum, neque
336 celari † in illo statu vitia possunt omnium oculis in magnam fortunam, nobilitatemque intenti. Vnde ille haud inglorius Seneca *in lib. de Clement. cap.* 8. aduertit Principes his verbis. *No-*
337 *stros motus† pauci sentiunt, prodire nobis, ac recedere, & mutare habitum, sine consensu publico licet, Tibi, O Princeps, non magis, quam soli, latere contingit; Multa contra te lux est, omnium in istam conuersi oculi sunt.*

Ægyptij pingere solebant Magnates habentes inter alia in manibus solem obscuratum seu,
338 vt †vulgò dicitur Eclipsatũ cũ hac inscriptione, *Non nisi cum deficit spectatorem habet.*

Faciat enim cursus suos feliciter per centum
339 lustra, Sol, sit etiam lucidissimus & † splendidissimus, non est, qui eum obseruet, nec reperitur, qui in eius laudem aperiat os, si verò accidat, vt per Lunæ interpositionem patiatur deliquium,
340 itaq; appareat Eclipsatus, tunc omnium † oculos ad se rapit, non est aliquis, qui de eo non loquatur, omnesque illum digito demonstrant, & vt aduertit Seneca in suis quæstionibus natural. lib 7. & vltim. cap. 1. titul. de Comet. *Dum Sol*
341 *† patitur deliquium, omnium vultus in Cœlo est.* Sic quoque accidit Principibus, Magnatibusq; vt tunc potissimum habeant spectatores, dum in aliquem incidunt errorem, quo casu omnium
342 linguis expositi sunt, omniumque iudicijs obiecti, & sapientium, & insipientium, *vt inquit, S.Io. Chrysostom. homil.*3.*in act.Apost.*

Vera est quidem sententia Magni Paripatetici, *Principatum*, scilicet, *virum ostendere*. Itaq; multi, & bonitate, & meritis conspicui, in ipsa dignitate infeliciter naufragarunt, honoremque
343 † ipsum amittendo, & certè eò miserabilius, quia vbi sibi persuadebant Portum gloriæ inuenire, ibi in infamiæ præcipitium cũ eorum æterna ignominia ceciderũt.Opportunè hic se offert, id, quod ingenuo ore dixit *Saluian.lib.*1. *ad Eccles. Cathol.* loquendo cum simili persona, *Sic*
344 *esse cœpisti*, inquit, *turpis † opulentia, fide pauper; latior corpore, angustior mente, eodem tempore, vt ita dixerim in te maior, in te minor, nouoque & penè inaudito genere crescens simul, & decrescens.*

Sergius Galba Imperator, dum priuatam agebat vitam, erat omnium deliciæ, ab vniuerso Populo, & ab ipso Ordine Senatorio acclamatus erat Imperator, nemo respiciebat eius
345 actiones, quin † eas tamquam gloriosas non extolleret, nemo de eo non loquebatur, quin laudis aceruos in eum non extrueret, putando eum communi omnium suffragio, viuum quoddã Dei simulacrum, pro vt ex sententia Plutarchi, Summus Princeps esse debet, & tandem natus videbatur ad ipsum Imperium.

Sed vix suscepto Sceptro,& imposito sibi Diademate Imperiali,experientia ipsa demonstrauit,
346 † non esse aurum totum id, quod splendet vt aurum, nam positus in illa magna luce, benè ipsa demonstrauit, ipsum esse incapacem Imperio, eiusque humeros satis debiles pro tanta mole, vnde de eo sic eleganter scripsit Cornel. Tacit. lib.1. historiar.

347 *Maior priuato visus dum priuatus fuit, & omnium consensu capax Imperio, nisi imperasset.*

Heu Principum magnitudo,quæ deberet adũbrare illorum titubationes, deseruit pro arden-

tissima face, vt clarius illę appareant, sic aduertit Claudian. *scribendo ad Princep. Honor.*

. . . . nam lux altissima fati
Occultum nihil esse sinit, latebrasque per omnes
Intrat, & obtrusos implorat fama recessus.

Scitè quoque monet, Lyricus, & quidem egregie, ita asserendo in terminis de diuitibus.

348 *O Corydon, Corydon, secretum diuitis vllum*
Esse putas? serui vt taceant, iumenta loquentur,
Et canis, & postes, & marmora claude fenestras,
Vela tegant rimas, iunge ostia, tollito lumen
E medio, clament omnes, prope nemo recumbat:
Quod tamen ad cantum galli facit ille secundi,
Proximus ante diem caupo sciet.

349 Ac deinde † addit monita tamquam à Christiano calamo,

Viuendum rectè, cũ propter plurima, tũ de his
Præcipuè causis, vt lingua mancipiorum
Cõtemnas. nam lingua mali pars maxima serui.

Contra nobiles supradictos, qui virtutibus nõ sunt ornati, bene etiam concinuit illud, vt pro
350 nihilo apud DEVM † habeantur, sola enim nobilitas mundana, non est moneta, quæ in Platea veræ fidei expendatur, in ea parum releuant vitia, aut virtutes progenitorum, ibique perso-
351 nales † tantummodo qualitates perpenduntur.

Narrat *S. Ioannes in cap. 7. Apocalips.* se vidisse sequentem visionem, scilicet turbam magnam, quam denumerare nemo poterat ex omnibus gentibus & tribubus, & populis, & linguis,
352 stantes ante thronum, & in conspectu Agni, amicti stolis albis & palmæ in manibus eorũ &c. Quare Euangelista cupiendo scire quid id esset, interrogauit vnum ex astantibus, qui essent illi, & vnde venirent? fuit enim responsum, *EX TRIBVLATIONE MAGNA*, ex qua responsione notandum est, in domo DEI non reperiri
353 titulos nobilitatis, nec meritorum † antecessorum, vnde non respondetur interrogationi, qui sunt, sed benè aliæ, vnde venirent. Nam cęlestia dona conferuntur à DEO illis, qui pro eo laborant, nõ eis, qui gloriantur nobilitate generis, cum præmium ex labore veniat.

Refert *Plutarch. in suis Apothegm.* de Antigono Rege Macedonum, cui cum quidam adolescen-
354 tulus † petijsset stipendium loco sui patris senis, cui tãquam strenuo militi illud debebatur, eiq; Antigonus tale responsum dedit, *At ego adolescentulus, non ob patris, sed ob proprias virtutes mercedem, & munera dare soleo &c.* Sed relictis prophanis historijs.

Audiamus S. Hieronym. in Psalm. 68. ibi, *Non est enim personarum acceptio apud DEVM, sed*
355 *quicumque tale † se præbuerit, vt Regno Cælorum dignus fiat hic accipiet, quod non personæ, sed vitæ paratum est*, & idem Sanctus Hieronymus ad Celantiam habet hæc verba; *Nescit Religio nostra personas, nec condictiones hominũ;* sed *Animas inspicit; ille enim apud Deum præest potior, non quem nobilitas generis, sed quem deuotio fidei, & sancta vita commendat.*

Qualis natio olim nobilior erat, quàm He-
356 bræorum, † tamquam ex semine Abraham descens, & tamen Dominus Noster videns eam à virtutibus alienam, non dubitauit ipsam, *& malam, & adulteram generationem nominare.* vt habetur apud Matth. cap. 12. & alibi dixit, *Si filij Abraham estis opera Abrahæ facite.* Ioan. cap. 8.

Si verò audire volumus (ex ore Altissimi, à
357 quo tamquam † à prima fonte oritur omnis nobilitas, & à quo æterno Sole omnis splendor humanus erumpit) quis sit nobilis, vel ignobilis, id nobis significauit cum Lege irrefragabili, indelebilique, vt habetur in 1. Reg. cap. 2. ibi,

358 *Quicumque glorificauerit me, glorificabo eum, qui autem contemnent me, erunt ignobiles &c.*

Modo, quis erit adeo temerarius & sic impudens vt præsumat habere pro viro plebeio, qui à DEO declaratus est illustris, & tribuere titulũ patricij ei, qui per rescriptum Diuinum positus est inter plebeios?

Non ne communis ea est omnium Iuristarũ
359 vox, Principẽ Terrenum † ad libitum posse dare, & tollere nobilitatem. *secundum Bart. in l. 1. col. 2. C. de dignit. Bald. in l. sacrilegij C. de diuers. rescript. Ias. in l. omnium in primo notab. C. de testam. cum alijs infinitis*, sensitque Rota in terminis concedendi nobilitatẽ *in causa Interamnen. Habitus 20. Februarij 1641. coram R.P.D. meo Rojas §. vltim. vers. Populares nobiles fuisse creatos à Summo Pontifice, de cuius potestate non est dubitandum, cum nobilitas etiam à Principe procedat &c.*

Si igitur ista potestas reperitur in Principe terreno, vt dixi, forsitan deerit in Principe Principum, Cœli, Terræque Factore, idque enim est luce ipsa clarius.

Quid enim apud DEVM in viris nobilior
360 Petro? qui piscator, & † pauper fuit. Quid in fœminis gloriosissima Angelorum Regina MARIA illustrius? quæ sponsa pauperis fabri describitur, sed illi Piscatori & pauperi Cælestis Regni à DEO creduntur claues, cum ampla potestate aperiendi, & claudendi cui voluerit.
361 Hæc sponsa Fabri meruit esse † mater illius, à quo ipse claues datæ sunt. *vt post S. Hieronymũ, aliosque ratiocinatur ex nostris Tiraquell. in tractat. de nobilitat. cap. 4. sub num. 8.* Vide etiam apud *Petr. Anton. Gamb. Rotæ Romanæ Auditorem in tractat. de auctorit. Legat. de Later. lib. 7. à numer. 260.* vbi plura adducit, & præsertim num. 266. inquit, Licet, magna, & diuina planè fuerint miracula, quæ DOMINVS gessit in
362 † Terris, illud tamen super omnia alia enituit, quod paucis simplicibus, & pauperibus Mundũ, eiusque altitudinem sibi subiugauit. Facitque *glos. celebris in can quoniam vetus 23. quæst. 1. in verb. inuidia.* quæ ex Chronicis refert cum contentio esset de Papatu inter Cardinalem nobilem
363 † & ignobilem illi nobili ad victoriam obtinendam, iactanti auorum, & proauorum famosas imagines, fuit generosè responsum.

Successorem quærimus non Cæsari Imperatori, sed piscatori Petro, filio Fabri &c.

Non solet enim Pietas Christiana ponderare homines, communibus stateris vulgi, quæ
364 fallaces, & corruptæ sunt, dando, & auferendo

do honores plus respiciendo ad stipitem, quam ad propria merita: *Mendaces filij hominum in stateris; vt habetur in Psal.61*. Sed bene cum illa sanctuarij, in qua examinantur merita personalia, & illa est, quæ, *teste S. Hieronymo in d. epistol. ad Celantiam*, seruum, & nobilem de moribus pronunciat: vbi quoque affirmat quod

Summa apud DEVM nobilitas est, clarum
364 *esse virtutibus*.

Idque multi ex nostratibus comprobarunt, & præsertim *Bart. in l si vt proponitis. num.*57. vers. Nam apud DEVM, est nobilis omnis, qui est in gratia, *& sub num.* 56. *concludit post Dan-*
365 *tem* illum esse verè † nobilem, qui est prædestinatus &c. *C. de dignit. lib.*12.

O verè iste nobilis, & nobilissimus, cuius nomen in Cœlorum fastis ad scriptum reperitur; O vere fortunatum, & beatum, qui † tandem deluso Mundo, ac concupiscentijs eius, obdor-
366 miente † in Domino inter Principes Celestes enumerandus est. Quid enim nobilius accidere potest, quàm DEO placere, ac æternaliter intrare in gloriæ pulchritudinem, & iucunditatē
367 illius gloriæ, cuius tanta est dulcedo (*affirmante S. Augustino in lib. de morib.*) vt etiamsi non liceret in ea amplius manere, quàm vnius diei mora, propter hoc solum innumerabiles anni huius vitæ pleni delicijs, & circumfluentia bonorum temporalium, rectè, meritoque contemnerentur. Vnde meritò solitus erat asserere Seraphicus Pater Sanctus Franciscus, (sicuti refert S. Bonauentura in eius vita)

368 *Tantum est boni, † quod expecto, vt omnis pœna mihi videtur esse delectatio*.

Quare omni vanitate discussa, animo & mente ad hanc beatam, & veram patriam via parāda est, vt monet *textus in can. quid ergo turbamur*, vers. *illic coronæ &c. de pœnitent distinct.*4. si enim tam anxiè quærimus tardius mori, quam ardenter studere debemus, ne vmquam moriamur, & perpetuò felices permaneamus?

369 *Magis enim æterna salus, quàm temporalis honor est affectandus*,

vt inquit *cap. nisi §. pro graui de renunc. & facit l. sancimus. C. de Sacrosf. Eccl.* decipimur certe dū
370 felicitatem in hoc sæculo inuenire credimus, cū hic omnia somnia sint, & benè id cognouit moralis Seneca, *dum in epistol.*88. *circa finem in hæc notanda prorupit verba*.

371 *Tota rerum natura vmbra est, aut inanis aut fallax*.

Nec non ille Politicorum Historicorum Princeps nempe Tacit. lib.3. Annal. num 3. in fine, *Mihi*, inquit, *quantò plura recentium, seu vete-*
372 *rum reuoluo tantò † magis ludibria rerum mortalium cunctis in negotijs obuersantur &c.* ac ex nostris vide pium *I. C. Francisc. Viu. in Sylu. comm. opin. opin* 1042. *à nu.*10. *& Luc. de Pen. in l. filios. num.*5. *C. de decur. lib.*10. & præter ab eis adducta, addo dictum S. Bernardi in serm. de Contempt. Mundi, scilicet.

Generositas sanguinis, proceritas corporis, forma elegans, iuuenilis decor, prædia, pala-
373 *tia, † suppellex immensa, insulæ dignitatum, amata inquinant, possessa onerant, amissa cruciāt*, nam & vt clamat Magnus Pontifex Romanus Gregorius in homil. 28. in Euangel. *Vbique in mundo luctus, vbique desolatio, vbique mors, vbique percutitur, vbique amaritudine replemur*
374 *& tamen ceca mente, eius amaritudinem amamus, fugientem insequimur, labenti inhæremus, & quia labentem retinere non possumus, cum eo ipso labente dilabimur*.

Vnde obstupescens supradictus mellifluus Bernardus in tractat. de considerat. ad Eugenium Papam admiranda sequentia verba protulit.

375 *Mundus clamat, ego deficio, caro † clamat, ego inficio, Diabolus clamat, ego decipio, CHRISTVS clamat, ego reficio, & tamen superba mens nostra magis vult sequi deficientem mundū, quàm reficientem CHRISTVM &c.*

376 O magnis lachrymis stultitia † humana deploranda! O quam noxio errore aberramus! O spes inanis quantos in fraudem compellis?

377 *Miser est ille, qui tantum † visibilia videt*.

Quid delirius, quàm transitoria ardenter concupiscere, & pro perituris præmia infinita perdere, malaq. æterna incurrere, heu dementia magna. Quid indignius quàm breui voluptate, torrē-
378 tem † perdere voluptatis, *& vt post S. Gregorium, ex nostris aduertunt Hostien. in summa de Pœnit. & remiss. §. quæ impediant. in fin. & Neuiz. in Sylu. nupt. lib.*1. *titul. non est nubendum sub num.*22.

379 *Momentaneum † est quod delectat, æternum quod cruciat*.

Eia animi generositas in re tanti ponderis est necessaria, mente verè regia opus est, Mundum, scilicet, mundanaque omnia inuicto pede calcare, ac mundanis somnijs valere dicere.

Ista enim actio nobilitatis erit indubitatum signum, nam, & olim quoad Romanos, vt auctor est Plutarchus, Lunulæ in calceis gestare, indi-
380 cium † erat nobilitatis, & quare Romani rerum Domini id olim introduxerint, eleganter nobis explicat Cæsar Rhodiginus lib. 20. antiq. lect. cap. 20. *Vt tacitis veluti ambagibus commonerent, non insolescendum, nec prosperiore successu*
381 *† efferendos animos, inconstantia rerum semper memores, qua humana confictantur, cui argumentum præbent Luna, quæ primò quidem ex obscuro prodeat, mox splendido resurgens, nitore visenda consurgat, sed cum iam clarissimum præferat candorem faciem rursus consenescens deflorescit, donec ratione quadam reciproca in ni-*
382 *hilo denuò redeat*. Sic † ille, sic nobilitas omnis, sic terrena magnitudo & splendescit, & euanescit.

Discendum est ab hoc ritu verę nobilitatis indicium esse, dignitates omnes, nobilitatem ipsā, omniaque quæ de terra sapiunt subijcere pedi-
383 bus, † nam tunc animū Christianum plusquam humanum. Fugiet timore correpta cruenta illa bestia infernalis, tollerare non valens tanti animi magnitudinem, egregieq; id aduertit S. Nilus in Parenæsi, *Beatus*, inquit, *qui Mundi voluptates calcat, metuunt enim dæmones cum eo certamen suscipere*. Solet Leo, licet ferarum fortissimus

simus sit, curruum rotas fugere, & eorum sonitum, stridoremq. pauescere: Satanas, qui tamquã
384 † Leo circuit, quærens quem deuoret, eos timet, qui rerum terrenarum rotas calcant, nec earum voluptatibus voluuntur, *vt latè id demonstrat Aloys Nouar. in sua electa sacra cap.4. excurs.5. num.86.*

Et addo illud, quod perbellè quærit S. Augustinus super Genesi, quæ nam fuit causa, quare
385 DEVS † Mundum creando, benedixit omnia à se creata plantis tamen nullatenus benedictionem impertiuit, ad quam difficultatem ipse sic subtiliter respondit, vt ideo noluit illas benedi-
386 cere, *quia per fibras & radicibus, † quasi cum tot brachijs terræ inhærent*. Sicque creaturæ illæ, quæ tenaciter inhærent terræ non merentur DEI benedictionem, tacitè reprehendere volens homines qui terrena tantum & non celestia erant quæsituri. Et vt considerat *S. Gregorius Papa lib. mor. cap.5.* quia Cainus primus fuit, qui
387 ædificare cœpit in Mundo, † tamquã terra esset proprius locus hominis, ideo exclusus fuit à Regno Cœli, audiamus præcisa verba. *Ipse Cainus, qui prius in terra fundamentum posuit, à soliditate Cœlestis Gloriæ alienus fuit.* Et bene volatica Mundi bona ambientes increpat Riccard. de S. Victore in Psalm.121. dum inquit.

388 *Quid patriam facis † de exilio, quid carcere frueris vt domo &c.*

Pro coronide verò præsentis pij diuerticuli, subdam, licet durum videatur posse mundum
389 † calcare, & manere in mundo, & supra mundũ esse, tamen id accidit, quia cœci sumus, cum ipse mundus teneat nos in tenebris, vt veritatem tam apertam cernere non valeamus. *Vtinam aliquando nobis*, (vt clamat Deuotus Bernardus
390 in serm.) *CHRISTVM † indulcescere inciperet, nam tunc procul dubio amaresceret mundus, nobisque nauseam prouocaret &c.*

Nam tanta est CHRISTI dulcedo, & lucis candor, vt tamquam excitati à profundo somno agnosceremus perfectè prius lumen oculorum
391 † non fuisse nobiscum, nostramque perfidiam fateremur vtique posset dici ita obstinati animi fuisse, sicut illa Harpastes famula famigerati Philosophi Senecæ, quæ cum inopinate pœnitus orba remansisset, nemo ei potuit persuadere
392 in tantum incidisse † malum, imò numquam potuit induci, vt more cœcorum vteretur alieno auxilio, solum mordice conquerendo, se manere in domo obscura, ibique habitatores, vt ei molesti essent, clausas tenebant fenestras. Vnde de re tam insolita Seneca certiorem fecit suum amicum Lucillum, vt habetur in epistol. 52. ibi, *Incredibilem tibi narro rem, sed veram, nescit se esse cœcam; subinde pedagogum suum rogat, vt migret, ait domum tenebrosam esse &c.*

Ita enim accidit illis, qui tenaciter mundo inhærent, cum sint in tenebris, idque nullatenus agnoscere volunt, nam vigilando somniant se videre, sed postea apparente vera luce agnoscunt se penitus excæcatos fuisse, eisque accidit totum oppositum eius, quod narrat *Plinius lib.7. cap. 50. de Publio Cornelio Rufino*, iste enim cum in
393 somnis sibi videretur † oculorum lumen amisisse, in excitando se à somno, miserabiliter perijt somnium fuisse verum. Sed peius accidit,
394 ei, qui cum tantum in somnis † vidisset Medicũ quendam vocatum Hermocratem statim animã exhalauit, pront refert sic Valerius Martialis lib.6. Epigramm. ad Faustinum.

Lotus nobiscum est, hilaris cænauit, & idem;
Inuentus mane est mortuus Andragoras.
Tam subitæ mortis causam, Faustine requiris?
In somnis Medicum viderat Hermocratem.

395 Quasi, & in somnis † medicum vidisse exitiale sit, de qua re vide ex nostris *Petr. Rouiz. decis. Senatus Lituanic. decis.1. sub num.85.* sed ne in hac materia me dilatem iterum supradicta concludam, euomendum esse voluptatum terrenarũ studium, quæ sæuissimæ feræ sunt, & CHRISTO inhærendum, cum ipse sit mare magnum omniũ bonorum, & consolationum, nam vt alloquitur S. Ambrosius in quodam sermone. *Omnia habemus in CHRISTO, si à vulnere curare deside-*
396 *ras, † medicus est, si febribus æstuas, fons est, si grauaris iniquitate, iustitia est, si indiges auxilio, virtus est, si pacem optas, pax est, si tenebras fugis, lux est, si mortem times, vita est, si Cœlum desideras, via est, si cibum quæris, alimentum est &c.* O lucrum mirabile, O compen-
397 dium singulare, † qui diligit DEVM omnia in eo reperit, & vnus quæritur, sed in eo omnia continentur. Et qui regnare affectat ei inseruiẽdum est, nam, & id fassus est etiam Ethnicus ille Cato Minor lib. 1. dum scriptum reliquit

398 *Hospitij in † muro legi carbone notatum*
Qui regnare volet, seruiat ille Deo.

Et in eius famulatu tantum reperitur salus, & vera gaudia, vt cecinit poeta ille Verinus.

399 *Vna salus, † seruire DEO est, hæc gaudia sola*
Vera putes, quorum gloria finis erit

In eo equidem omnis nostra spes collocãda est exemplo Imperatoris nostri Iustiniani, vt aperte ipse profitetur *in l. DEO 1. vers. Ita animum nostrum ad DEI omnipotentis erigimus adiutotorium, vtneque armis confidamus, neque nostris*
400 *militibus, neque bellorum Ducibus, † vel nostro ingenio, sed omnem spem ad solam prouidentiam referamus SVMMAE TRINITATIS vnde, & Mundi totius elementa processerunt, & rerum dispositio in Orbe terrarum introducta est &c. C. de veter. iur. enucleand.*

Idemque Imperator Iustinianus quoque non
401 † parum se commendabat precibus Gloriosissimæ semper Virginis MARIÆ, idque apparet ex verbis eiusdem Imper. *in l. quàs gratias*, ibi, *hoc etiam deprecantes exoramus, sanctæ, & gloriosæ semper Virginis, & DEI Genitricis MARIAE precibus &c. C. de offic. perfect. Afiict.* Et non solũ Iustinianus verbis eius pietatem erga Diuini Numinis Conciliatricem patefecit, sed factis ipsis Orbi comprobauit, nam attestante *Procopio de ædificijs Iustiniani Imp. cap.5.* Hierosolymis templum ipsi DEI Genitrici extruxit, cui nullum plane aliud æquiparari potuit, & quia in
402 tam magnifico † Templo, vndique opus erat columnis correspondentibus elegantiæ d. Templi, & earum magnitudo foret, vt molem impositam sub-

substinerent, sed quia Regio illa in medio terræ sita longe à Mare aberat, atque vndique præruptis quibusdam Montibus vallata reperiebatur.

Addubitabant ergo Artifices, quo scilicet modo possent aliunde dictæ columnæ inferri,
403 Idque † etiam Imperator Iustinianus propter operis difficultatem molestè ferebat sed *quia forti animo, ac iusta petenti, & audienti, homines possunt, cælites verò deesse non possunt*, ideo benignus DEVS noster in proximis montibus lapidis naturam indicauit huic operi, satis congruam, qui sanè lapis, aut prius existens illic deliuit, aut tunc primum conditus fuit, vtique probabilis ratio adest, quæ causam in DEVM referebat.

404 *Nos humana potestate omnia metientes, multa reputamus impossibilia; at DEO nihil omnium neque anceps, neque impossibile.*

Hinc igitur ingentium columnarum & ignis flammam quodam colore imitantium magna copia adornarunt templum, ac in primis duæ
405 excellentes † columnæ stabant ante fores templi nullis fortasse columnis totius Orbis secundæ. Quale Templum tandem perfectum in honorem Angelorum REGINAE, vt dixi, consecratum fuit, & per eundem Iustinianum magnarum pecuniarum redditu, magnisque ornamen-
406 tis decoratum † fuit, *vt latius ex Procopio videre poteris apud Card. Baronium in Annalib. Eccles. tom. 7. ad annum Dom. 530.* Et licet hac occasione sumpta hic aliquid asserere intendebam de B. Virgine, tamen mutaui sententiam, quia dū decoratur, prout fecit Iustinianus *in d. l. quas gratias*, scilicet sublimi titulo DEI GENITRI-
407 CIS id post DEVM excedit † omnes celsitudines, quæ dici aut excogitari possunt Vnde Euāgelistæ nullatenus eam alijs laudibus efferunt.

Prudenter quidem id notat B. Thomas de Villanoua serm. 2. de Beata Virgine, sic asserens. *Sancti Euangelistæ de laudibus B. MARIAE silent, quoniam ineffabilis est eius magnitudo, satis fuit de illa dicere, de qua natus est IESVS.* Tantæ etiam celsitudinis maiestatem contem-
408 plans Petrus Comestor, † qui edidit Historiam Scholasticam admirabundus eleganter plures versus composuit, (quos habemus in proemio Decreti in vita Gratiani Decretorum compilatoris) in quibus mentionem facit de omnibus rebus creatis, & in fine ita concludit.

Linguæ cunctæ forent, minimè depromere possent
Quæ sit, vel quanta virgo REGINA MARIA.
Quæ tua sit pietas, nec litera, nec dabit ætas.

409 Ad tantam ergo Dominam, tamquam ad nostram, potentem aduocatam in nostris angustijs recurrendum est, nam, & vt aduertit S. Anselmus in tract. de excell. B. Virginis, *Multa † petuntur à DEO, nec obtinentur, quæ petuntur à MARIA, & obtinentur, non quia potentior sit, sed quia DEVS sic decreuit eam honorare, vt sciant homines omnia per ipsam obtinere posse à DEO.*

Legitur apud Ioann. Apostol. cap. 19. dum Mundi Saluator in cruce dependebat, ante quam
410 emitteret spiritum, † inclinasse caput. *Et inclinato capite tradidit spiritū.* Qua de causa id facere voluerit egregie in eo loco asserit Card. Vgo *Inclinato capite tradidit spiritum*, idest *ex parte Matris suæ, quasi diceret. Per ipsam veniam petite, ipsa est Oraculum misericordiæ &c.* De Beata Virgine asseritur, & sic terminabo, vt sit
411 tamquam Platanus † iuxta aquas in Plateis.

De Platano, *vt scribit Plin. lib. 2. Histor. Natural.* habet frondes ad instar scuti, verba ipsius sunt. *De Platano autem accepimus, quod in scutorum formam elatas habet frondes.* Aquæ vero
412 intelliguntur † populi, iuxta illud Apoc. 1. Aquæ multæ, populi multi, Quare cum B. Virgo sit tanquam Platanus, id significat, vt quoties Diuina Iustitia contra nos peccatores immittit sagittas iustè peccata nostra puniēdo, ideo nos nō feriunt, quia B. Virgo sumendo scutum suæ potētissimæ protectionis, auertit ictus, id enim mirabiliter sensit Ricard. de S. Laurentio lib. 12. de laud. B. Virg. *Benè instar platani MARIA,*
413 inquit, *quia iuxta populorum † peccantium protectionis suæ scuto precibus, & intercessionibus Iudicis DEI iram retundit.* Quod enim B. Virgo sit Aduocata humani generis, id optimè contra vanam prætensionem maledicti Satanæ, defendit ex nostris iuris Lucerna, nempe Bart. estque eius elegans tractatus *vt iam dixi supra p. 3. recent. in annotat. ad decis. 2. §. 29. à num. 20.* vbi etiam adduxi *alios Iuristas, qui tantam Virginem extollerunt.*

Sed ne penitus obliuiscar redire ad propositū nostrum, de quo supra num. 350. Ideoque in di-
414 ctis terminis, † vt apud DEVM non attendatur nobilitas, vel ignobilitas generis, sed claritas virtutum, videatur etiam *Luc. de Penn. in l. mulieres. 13. sub num. 9. C. de dignit. lib. 12.* Vbi inter alia inquit, Inde CHRISTVS Aeterni Patris Filius non abhorruit, immo nasci voluit de bonis, † & malis, de humilibus, & honoratis. can. sponsus, 56. distinct. Et non solum de Alienigenis, immo, & de adulterinis commixtionibus, nobis magnam fiduciam præstans, vt qualitercumque
415 nascamur, tamen, vt eius † vestigia imitemur, ab ipsius corpore non separamur &c. *can. diuinis ead. distinct.* Addoque id, quod in puncto ratiocinatur, & concludit S. Io. Chrisost. homil. 3. in in Matth. ibi, *Per ista docens, vt nos quoque nūquam erubescamus de vitijs parentum sed vnum*
416 *† quæramus nempe virtutem, Nam qui illam fuerit consequutus, etiamsi eius ascendentes quolibet dedecore fuerint sordidati, nihil tamen de eorum vilitate fuscabitur aut crimine polluetur.*

Præterea Romani Orbis domitores, & dominatores non ad nobilitatem, vt mos est apud
417 Barbaros, sed ad virtutem † oculum tantùm habuerunt, vt testis est Theodosius Cæsar loquendo cum Honorio apud Claud. in Panegir. 4. Consulatus Honorij, vbi id latè videri potest, & in fine sic concludit,

Altera Romanæ longè Rectoribus aulæ
Conditio virtute docet, non sanguine niti.

Vnde, & idem Romani sanxerunt, si illegi-
418 timus honestus sit re, & † vita, ad officia, & dignitates non reijciatur, vt est textus in *l. generaliter. §. spurij ff. de decurionib.* & euidenter probat *Gard. Paleott. in tract. de noth. spur. cap.* 35. Insuper ipsi Athenienses vt meminit *Arist. politic. 3.* legem, quam contra spurios Pericle aucto-

auctore, promulgarunt, ipso quidem Pericle
419 † viuente, in Temistocle spreuerunt, in Euagora non obseruarunt, vt de illo testatur *Plutarch. in vita Periclis,& de hoc* meminit *Alex.ab Alex. dier.genial,lib.4.cap.10.*

Immo eamdem legem eodem Pericle legis auctore postmodum instante abrogarunt, & super hoc optimè ratiocinata est *Rota in causa Bononien. Aggregationis ad Collegium 23. Martij 1640. coram rec. me. Merlino*, vbi etiam dicitur
420 ad † propositum nostrum, illegitimum paternæ incontinentiæ labem, proprijs virtutibus, ac morum honestate abunde abstergere, Vnde rectè vt scriptum reliquit Meander,

Legitimus is est, qui bonus est, illegitimus vero qui malus,

Cum omne, quod bonum est legitimam habeat naturam, sicutè contra. Tantaque est legitimitatis qualitas, vt sit fœmina naturalis tan-
421 tùm nupta † sit viro legitimo, & naturali, ipsa propter qualitatem mariti legitima efficitur, vt *probat, & concludit Angel. de Perus. in auth. quib. mod. natur. eff.sui in §. verò ff.solut. in fin.* quam doctrinam plures secuti relati à *Prob. in addit. ad Monach. in §. is, qui de sepultur. in 6. num.9.* Vbi etiam inquit hunc videri casum nouum, in quo quis efficitur legitimus, & hoc iuris ministerio &c. Vlterius loquendo in ter-
422 minis de quibus supra. Natura † namque non agnouit discrimen inter legitimos, & illegitimos, *Auth. quibus mod. natural. efficiant. sui Bald.cons.367. vers.in contrarium videtur lib.5.* Et quamuis illegitimi soleant esse Iuribus exosi, vti excitantes memoriam impudicæ originis, & creduntur imitatores paternæ impuritatis, ex *can.si gens Anglorum. 56.distinct.can.mulier.15. q.1. c. literas, c. cum decorem. de fil. presbyt.* Ta-
423 men omne† odium cessat,quando apparet illegitimos morum candore longe abhorrere paterna vitia, vt considerauit *Rota decis. 30. num.41. par.7.recent.*

Quot enim illegitimi, mediante propria virtute Mundi stupor, ac ingeniorum principes, &
424 fortes, inque armis † summi gloriosè euaserunt. Vt sunt *Hercoles, Alexander Magnus, Theseus, Romolus, Seruius Tullius, Timotheus Atheniensium Imperator, Temistocles, Bion Pilosophus, Homerus, Demosthenes*, & idem suspicatur de Ioanne Andrea, Bartolo, Gratiano decretorum
425 collectore,cum alijs, † quos refert ex nostris *Tiraquell.in tractat.de nobilitat.cap.15.num.31.& 32.* Quis etenim non debet erubesci de vitijs parentum dũ ipse illa abhorret nec aliquis laudan-
426 dus, vel vituperandus est,nisi de his, quæ ei propria sunt, vt satis iam docui, & facit id, quod sanxit Diuinus *Plato in lib.9.de legib.* post initiũ, scilicet, Filijs eorum qui ob scelera mortem passuri sunt, si modo mores paternos fugerint, quia
427 nati ex malis, fortiter virtutem secuti sunt, honorem exhiberi, & laudem.

Ex supradictis æquidem mihi persuadeo iam fuisse demonstratum, illos verè esse nobiles, qui virtuosi sunt, & virtutibus insudant sapientiæ, doctrinæ, disciplinæque sequuntur vestigia nam
428 & Plato quatuor esse genera † nobilitatis attestatus est, ac omnium præstantissimum genus scripsit eorum esse quos non aliena, sed propria virtus nobilitauit, nam secundum Iuuenal. Satyr. 8.

Pulchrius est, nobilem virtute fieri, quam nasci.

Virtutibus enim causam præstat scientia quæ
429 tandem suos possessores † nobilitat, secundum glos. ita notandam ex illo *textu in l. prouidendũ, in verb.nobilissimos. C.de postul. & ita etiam notat glos.in cap.de multa in verb.literatas personas de præben.& sequitur Bart.in l excusantur § fin. ff.de excusat.tutor. & Felin.in cap.cum adeo, cir-*
430 *ca fin. de rescript.* inquit, † solam literaturam, & scientiam, quem nobilem facere.

Præterea, quis fortior robustior, & validior sapiente, vt aduertit sacra Scriptura prouerb. 9. ibi, *Quia vir sapiens fortis est, robustus, & validus*, meritoque, inquit Seneca epistol. 59. *Sa-*
431 *piens ad omnem incursum † munitus, & intentus est, non si paupertas, non si luctus, non si ignominia non si dolor impetum faciat, pedem refert.* Vnde contumelijs, nec iniurijs mouetur, quippe Medico æquiparatur sapiens, nam Medicus dũ
432 medetur phreneticum, † non irascitur quamuis ille maledicta plura contra eum proferat, eique minetur, non enim ea in malam partem sumit, sic, & facit sapiens spernit aliorum conuicia,
433 † quia eos tamquam male sanos ac phreneticos intuetur. Exemplum enim condonandi, ac spernendi iniurias Primi Mundi Principes nobis dederunt, nempe Romani illi, & verè sapientes Imperatores Theodosius, Archadius, & Honorius vt habetur in *l.vnic.C.si quis Imp.* maledix quorum verba tamquam dignissima refero. *Si quis*
434 *† modestiæ nescius, & pudoris ignarus, improbo, petulantique maledicto nomina nostra crediderit lacessenda, ac tumulentia turbulentius obtrectator temporum nostrorum fuerit, eum pœna nolumus subiugari, nec durum aliquid nec asperum volumus sustinere, quoniam si ex leuitate processerit contemnendum est, si ex insania miseratione dignissimum, si ob iniuriam remittendum.* Quamobrem ex quocumque capite iniurietur, sapiens intrepidus manet.

Nam & rectus stat sub quolibet pondere, ac attestante S. Ambrosio in epistol. ad simplic.
435 *Stultus vt luna † mutatur, sapiens verò non metu frangitur, non potestate mutatur non attollitur prosperis, non tristibus mergitur, Vbi enim sapientia, ibi virtus est, ibi constantia, ibi forti-*
436 *tudo, quia sapiens † manet perfectus in CHRISTO fundatus in Charitate, radicatus in Fide, nec augetur, nec minuitur rerum mutationibus &c.* Quippe vt aduertit Cato Minor lib.2.

437 *Ridet fortunam vir † sapiens, siue secundis*
Implet vela ventis, turbida siue venit.

Nam considerat ea lege nasci, vt omnibus telis fortunæ proposita sit vita nostra, repetuntque
438 † memoria, nihil noui eis accidere, dum aliorum sinistros casus considerant, nam vt inquit, *text. in cap. sapiens de pœn. distinct. 2. Sapiens numquam inanis est, semper in se habens amictum prudentiæ.*

Testis sit ille sapiens Socrates, qui vt legitur in

in eius vita, nunquam mutauit frontem, nec in
439 † lætis, nec in tristibus. De Magno illo Principe Romano, scilicet Marco Antonino Imperat. per antonomasiã Philosopho nuncupato refert sic *Iulius Capitolinus*, erat enim ipse tantæ tranquillitatis vir, vt vultum nunquam mutauerit mærore, vel gaudio.

Sapiens enim ideo imperturbabilis manet,
440 quia voluntatem suam cum diuina conformat, quale consilium dedit prudens ille Stoicus Romanus Seneca ad suum amicissimũ Lucillũ epist. 11. ibi, *PLACEAT homini quod Deo placet*, & in epist. 16. ad eũdem scribendo circa mediũ, inquit
441 *Deo libenter pareamus, vt fortunæ contumaciter resistamus &c.*

O sententiæ aureæ, ac catholica documenta, quamuis in ore gentilis, quid melius ex Schola Theologorum poterat expectari, veritas enim à quocumque dicatur, à Spiritu Sancto *est, vt post S. Thom. ex nostris probat Marq. de Susan de Iudæis par. 3. cap. 1. num. 58.* neque indecorum est, cum in prophanæ eruditionis sterquilinio lucidæ veritatis gemmæ non rarò inueniantur,
442 † vt abstergantur & poliantur, ac in sacris thesauris asseruentur, & in hoc est pulchra sententia S. *Augustini lib. 2. de Doctrina Christiana cap. 39.* quam tum breuitatis causa non refero, tum quia redire intendo, vnde digressus sum.

Vtique aduertendum quoque est verè sapientes magis tranquillo pacatoque animo aduersa,
443 quàm prospera excipere, ac minus insolescere in secundis, quàm metu consterni in contrarijs, & quo prosperiora sunt, eò maiori capiuntur formidine pauidaq. suspicione turbantur, irridentq. enim ridentem & blandientem fortunam, in quo stat summa inuicti pectoris generosa constantia, vt palpare faciam, in discursu sequentis Tomi.
444 At hic loquendo de immoderato risu † fortunæ, per quem tunc magis suspectus redditur animus sapientis, quia sic incautos illa magis irridere vult, nam vt inquit, Aristotel. 8. Ethic.

445 *Quãtò † maior est fortuna, tantò minus est secura.*

Ex alto enim magna ruina venit, & quantò quis est sublimius eleuatus, tantò acutioribus aculeis, curisque angitur. Hinc, & illud vulgatum *Magna fortuna, magna seruitus*, Merito Seneca loquendo cum Claudio Cæsare *in tract. de Clement. lib. 1. cap. 8.* inquit. Quàm multa tibi
446 non licent, quæ nobis beneficio tuo † licent? Possum in qualibet parte Vrbis solus incedere sine timore, quamuis nullus sequatur comes, nullus sit domi, nullus ad latus gladius; Tibi in
447 in tua pace † armato viuendum est; Aberrare à tua fortuna non potes. Obsidet te, & quocumque descendis, magno apparatu sequitur. Et
448 hæc summa magnitudinis † seruitus est, non posse fieri minorem &c.

Quid dicendum erit de vigilantia, quæ in Rectoribus Populorum est adeo necessaria, Hinc dixit Magnus illi Homerus in Iliad. *Principatum,*
449 *& vigilantiam esse gemellos vnius partus*, & alibi ipse pariter cecinit

Non licet integram noctem dormire Regentem
Imperio populos, & agentem pectore curas.

Quare Imperator noster Iustinianus *in auth. vt Iudic. sine quoque suffrag. elig. §. 1.* quasi quæ-
450 rulus sic ait, *Pernoctantes, † & noctes sub æqualitate dierum ducentes, vt nostri subiecti sub omni quiete consistant, solicitudine liberati, nobis in nos metipsos pro omnibus cognitionem suscipientibus &c.* Refert *Plutarch. in lib. aduersus Ducem imperitum*, Regem Persarum apud se solitũ
451 † fuisse retinere diligentem cubicularium, qui illum summo mane expercisceretur, eumque alta voce monendo,

Surge Rex, ac negocia cura.

O verè Reges, duplici q. corona digni. Hinc Oraculum Diuinum in Ecclesiast. cap. 32. ait, *Rectorem te posuerunt curam illorum habe, &c.* De Famigerato Throno Reali Salomonis attestatur Spiritus sanctus 2. Paralip. cap. 19. *Non*
452 *fuisse factum † tale opus in omnibus Regnis.* Sed vbi tanta magnificentia? non ne materia erat aurum, & ebur, vbi ergo tanta singularitas? latere debet aliquod mysterium, consideremus
453 obsecro illud, † inter alia ornamenta in eius gradibus aderant duodecim Leones, aliud non quæramus, primùm inueniamus mysterium.
454 Leo, vt † refert *Petrus Valerianus lib. 1. Hierogl.* est symbolum vigilantiæ, nam aut numquã dormit, aut tantisper dormit, & dum illud parũ dormit, tenet oculos apertos, sicque semper videtur vigilare. Vnde ita facere debent illi qui sedent in Throno, & quibus populorum cura commissa est, quippe Principibus accidit, sicuti auaris, qui, *vt dixi infra in annotat. ad dec. 460.*
455 *sub num. 20.* Dominum † tam seuerum habent, vt nec eos dormire sinat.

Narrat *Plutarch. in suis Apotech.* de vigilantissimo illo Philippo Rege Macedonum, qui semel fatigatus à muneribus publicis circa meridiem parum somnum sumpsit, interim venerunt
456 † nonnulli Magnates, vt Regem de quibusdam negotijs magni ponderis certiorem facerent.

Responsum eis fuit, Philippum tunc aliquan-
457 tulũ quiescere, de qua † re admirati prædicti obstupuerũt, ac murmurare cœperũt, dicendo, Rex quotidie auribus nostris inculcat, vt diligentes, & vigilantes simus, & ipse modo in Meridie dormit, cui indiscretæ murmurationi Parmenion Magister Cubili Regis, sic prudenter replicauit.

Nolite mirari, si nunc Philippus dormit, nam, quando vos dormiebatis, ille vigilabat &c.

Quare non sine causa dixit *Seneca de Consolat. ad Polybium cap. 26.* Multa Principi non licent,
458 quæ † humillimis, & in angulo iacentibus licent, omnium domos illius vigilia defendit &c.

Non nulla circa hanc materiam, vt magni Principes nihil aliud sint, quàm serui purpurati, ex sententia Regis Antigoni, qui eius filio nimis tirannicè imperare incipiendo dixit, *An-*
459 *† ignoras, O fili, Regnum nostrum, non esse aliud nisi splendida seruitus?* congessi supra *par. 3. recent. in annotat. ad decis. 2. in secunda parte annotat. à num. 18.* At hic loquendo, prout incœpi, quando fortuna venit magno cum impetu, vt tunc sit cauendum, & more sapientum timendum, vnde hic ad propositum cadit.

Hipo-

Hippocratis Aphorismus 3. *sect.* 1. à celebrioribus Medicinæ professoribus secutus, & ab ipsa quotidiana experientia rerum magistra tamquã verus demonstratus, habitus nempe à Medicis
460 † vocatus Atleticus, idest perfectè sanus, esse omnium aliorum periculosiorem, vtique abundantia sanitatis est quædam manifestatio vicinæ,
461 & † admodum grauis infirmitatis, quia non valenti diutius habere longam subsistentiam, nec melioramentum recipere, ad declinationem præcipitare contingit, *idque aduertit S. Basilius orat. 2. de Ieiun. ibi*.

462 *Interroga Medicos, & dicent tibi, nihil † est periculosius habitudine corporis extremè boni*.

Quidquid enim summè bono additur, malum sine dubio est. Et quis non animaduertit cum eisdem pariter principijs etiam ambulare felicitates humanas, quæ tantò magis prosperæ sunt, ac splendent, eoque magis propè ducunt motra-
463 les † ad præcipitium, nam omnium calamitatum materia est homo summè fœlix. Nonne omnia, quæ excedunt modum, nocent?

Videmus enim, quando quis profusè ridet, ex
464 eius oculis lacrymæ erumpunt, quæ indicia sunt magni mæroris, estque vulgatum dictum, *extrema gaudij luctus occupat*, ac in puncto de fortuna bene cecinit *Cestius Emblem. eth.* 18.

465 *Sit suspecta tibi † nimis sors læta fauore,*
Illa fouet multos, vt magis inde premat.

Cauendum est à non leui risu fortunæ, quia tunc dirè irridere nos vult, nam quod iucundissimum est, (vt inquit, Eurip. in Hypp.) pariter
466 † per quam calamitosum est. Hinc prouerbium illud Publij Mimi, *Fortuna cum blanditur, raptatum venit*.

De sapiente illo Philippo Rege Macedoniæ refert *Plutarch.* cum in vno, eodemque die tres successus felicissimi sibi nunciati fuissent, nem-
467 pe ei natum esse filium masculum ab eo summè expetitum, qui fuit postea Alexander Magnus, nec non eius exercitum insignem reportasse victoriam, ac tandem vnum ex suis equis vicisse brauium in Ciuitate Olimpiæ. Vnde Philippus
468 Magno fuit affectus timore, ac † plenus formidine Deos instanter rogauit, vti iram deponerent, certè putans contra eum acerbissimũ concitasse odium, vnde conuersus ad fortunã excla-
469 mauit, *O fortuna † pro tot, tantisq. bonis, me aliquo malo affice*, & egregie id dicebat, & quidem ore Christiano, quia quantò minus DEVS nos in
470 hac vita punit, tantò magis eius iram ostendit.

Narratur in vita S. Ambrosij, cum ipse semel iter faceret Romam versus, pernoctauit in qua-
471 dam Villa Tusciæ † in domo cuiusdam viri ditissimi, & audito ab eodem quod numquã in toto suæ vitæ tẽpore expertus fuisset, quid esset angu-
472 stia, vel calamitas, tunc Sanctus † valde timendo exclamauit omnibus, quos secũ duxerat: *Surgite quantò citius, fugiamus, quia Dominus non est in loco isto, festinate filij, nec in fugiendo moram facite, ne nos hic vltio diuina appræhendat*.

Sed vix Sanctus Archiepiscopus cum suis è
473 dicto loco discesserat, ecce mox tota domus corruit, opprimendo, ac occidendo ibi inhabitantes.

O infelix præsagium, ac infortunata signa, ac infausti Nuncij huius Mundi felicitates, & exultationes; Piscis ille magnus Cetus, (vulgo Balena)
474 dum ludit, † & exultat, hoc signum esse tempestatis perihibetur, *ideoq; in puncto asserit Stephanus Cantuariensis lib. 1. allegat. in Genes. cap. 1.* vbi hæc habet verba. *Nota quod ludus Ceti, signum*
475 *est † tempestatis, ita gaudium diuitum, signum est tempestatis æternæ*. Sic ille, infelix, qui hunc ludum amat, hoc gaudio delinitur, timeat æternæ damnationis fluctibus obrui.

Quamobrem verissima est sententia illa Demetrij, quamuis gentilis, adeo magnificata à Seneca in libro de Prouid. Dei cap. 3. scilicet *Nihil*
476 *mihi † videtur infelicius eo, cui nihil vmquam aliquid euenit aduersi, male de illo iudicauit Deus & ab eodem vti vilẽ, & ignauum contemptũ esse*. Vtinam digna ista vox auribus omnium vibraret, prout in auribus Senecæ resonabat, sicuti ipse *testatur in eodem cap. 3.* Nam, vt admonet *S. Ambrosius* in suis serm. *successus tẽporalis futu-*
477 *ræ damnationis indicium est*. Idque clarius pronunciat *S. Bernardin. Senen.* serm. 23. in 5. post 2. Dom. quadrag. art. 3. cap. 3.

Sicut fulgur tonitrua portat, ita prosperitas supplicia sempiterna pronunciat.

Vnde non mirum, si ex toto corde exclamet Card. Petr. Damian lib. 4. epistol. *O quam miserum est in huius sæculi prosperitate modico tem-*
478 *pore † viuere, & ad æterni ignis incendiũ, quotidie clausis oculis, velut in lectica positum properare &c.* Atque ex nostris zelanter inquit, *Card. de Turrecremat. in expositione can. aduersitas numer. 4. 7. quæst. 1.* vbi inter alia inquit, Sicut vitulus ad macellum destinatus liber ad delectabi-
479 lia † pascua mittitur, & reseruatus ad aratrum sub iugo, & vinculis retinetur, sic in hominibus iniquis sæpe, quod videtur esse misericordia, est
480 ira, † & hominibus iustis, quod videtur ira, verè est misericordia.

Perbelle addo nonne vites, & quæque fecundæ arbores putationibus subiacent, steriles autem
481 & † quæ ignibus sunt tradendæ, ramis euagantibus, quo liberius, eò diffusius patent, sic euenit in prauis hominibus, qui tanquam steriles arbores, ac igni destinati, nec calamitatibus incidun tur, nec præssuris putantur. Secus in iustis, Arti-
482 fex † ponit aurum in fornace, non vt illud comburat, sed vt purificet, sic accidit iustis, dum in tribulationum fornace depurantur. Hinc multis tribulationibus aspera est via electorum, iuxta illud Psalm. 23. *Multæ tribulationes iustorũ &c.*

Subditque *idem Turrecramat. in d. cap. num. 6.*
483 Aduersitatem † esse signum purgationis peccatorum, vnde sicut cera igne mollificatur & veteri imagine deposita nouam recipit, sic corda tribulatione emolliuntur, & vetustatem vitiorum deponentia virtutum nouitatem assumunt. Hinc *S. Gregorius* ait, quod lima ferro, quod flagellum
484 † grano, hoc tribulatio iusto &c.

Vel potest dici tribulationes esse medicinam, quamdam à summo Medico præparatam. Vnde S. Augustinus ait, *Intelligat homo, medicum esse*
485 *DEVM, † & tribulationem medicamentum esse ad salutem, & non ad damnationem, sub Medico*

dico positus vreris, secaris, clamas, non audit Medicus ad voluntatem, sed audit ad sanitatem.

Quamobrem viri sapientes, & prudentes, dum in Oceano Tribulationum nauigant, tunc summopere lætantur, & licèt ventorum rabies
486 sit magna, nihilominus dulciter quiescunt, exemplo B. Petri Principis Apostolorum, qui vt inquit text. Act. 12. *Erat dormiens inter duos milites vinctus catenis duabus*, & sic profundè, dormiebat, vt habetur in eodem text. opus fuit
487 Angelum percutere eius latus, † vt excitaret eum, *percussoque latere Petri excitauit illum*.

Fortis enim, & Christiani animi est, nihil expauescere præter DEVM. Timidum non facit animum, ait Stoicus Romanus, nisi reprehensibilis vitæ conscientia mala.

Mala vtique Fortunæ insultus despicit integritas.

Hinc Oraculum Diuinum, ait Prouerb. 9. *Non*
488 † *conturbabit iustum, quidquid acciderit ei, da occasionem sapienti, & sapientior erit.*

Sicque ex supradictis constat, virum sapientem imitare stellas, quæ in die latent, in nocte
489 vero lucent, nam † in splendore successuum temporalium, & gaudet in atra tribulationum nocte, asseritque vna cum *Seneca in tractat. de vita beata cap. 23.*

490 *Malo gaudia temperare, quàm dolores compescere.*

Quid verius dici posset ab eo, qui DEVM nosset, quam dictum est ab homine Catholicæ veritatis ignaro, ac penitus alieno.

Animal nuncupatus Vrsus solet ex instinctu
491 naturali, † quando animaduertit tempus esse nubilum, tunc totum exultare ac ludere cum socijs suis, quærunt super hoc inuestigare rationem illi, qui secreta naturæ contemplantur, & inter alios ipsius naturæ secretarius nempe *Plinius lib. 2. cap. 8. notat.* id facere Vrsum, quia
492 † post tempus nubilum succedit serenum. Hinc ille vir eleuati ingenij cũ in gurgite vasto molestiarum permaneret, volens Mundo demonstra-
493 re, spem habere † aliquando exire è tantis angustijs, pinxit duos Vrsos, qui inter se lætanter ludebant, dum tempus valde turbatum erat, cum inscriptione, *serenabit*.

Sic Philosophus Christianus, tunc summopere lætari debet, quando manet in angustijs, nam
494 † angustiæ sunt vigiliæ futuræ festiuitatis quæ erit in Paradiso, ac asserere poterit vna cum Tibullo Poeta eleg. 6. lib. 3.

Venit post multos vna serena dies.

Scilicet post multas miserias, tutò veniet se-
495 rena illa, & † desiderabilis dies, nempe æterna, ab æterno illo Sole irradiata qui nescit occasum.

Sapiens ille, ac prudens Iob, patientiæ viua imago, dum in Mare illo magno tribulationum
496 ac miseriarum à † turbulentia ventorum quatiebatur intrepidè manebat, se ipsum consolando cum spe futurarũ consolationum, & ad DEVM conuersus, vt habetur cap. 9. & 17. dicebat *Post tempestatem tranquillum facis, & post lacrymas,*
497 † *& fletum, consolationem infundis*, & alibi dixit idem Iob. *Post tribulationes spero dulcedinem consolationis.* Hinc illud vulgatum post tenebras spero lucem, quare tribulationum amaritudo nos non debet deterrere, vt paterno affectu admonet Romanus Pontifex Liberius *in can. suggestum est nobis 7. quæst. 1.* nam vt inquit idem Pontifex *in can. sciscitaris, pariter 7. quæst. 1.* Qui commoda præsentis vitæ non habet, speret
498 se † futuræ vitæ gaudia absque ambiguitate percipere sempiterna.

Considerat etiam vir sapiens, dum angustiatus manet id, quod perbellè asserit S. Augustinus lib. 1. de Pastor. *Flagellat DEVS omnem*
499 *filium quem recipit* †, *es tu fortè exceptus? si exceptus es à passione flagellorum, exceptus à numero filiorum*, & affirmante S. Hieronym. in Epistol. 25. ad Castrutium, *Non erudit pater,*
500 *nisi quem amat,* † *non magister, nisi quem ardentioris cernit ingenij, & medicus, si curare cessauerit, desperat.*

Hinc DEVS seuerissimè punire intendens Ciuitatem Hierusalem, per os Ezechielis Prophetæ talia verba ei intonare fecit, vt habetur in cap. 16. *Auferetur zelus meus à te, & quiescam, nec irascar amplius &c.* Seuerius enim peccator
501 punitur, cum non punitur, † & magis delinquenti DEVS parcit, cum non parcit, & super prædicta horribili sententia ibi nõ parum exclamat *S. Hieronymus*, & audiamus in hoc Mellifluum Bernardum in serm. 42. super Cantic. ibi, *Non eris amore dignus qui indignus castigatione*
502 † *censeris, vides quia tũc magis irascitur Deus cũ nõ irascitur? Misericordiã hãc ego nolo, super omnem irã miseratio ista est*, ac deinde conuersus ad Dominum sic initanter petit. *Volo irascaris mihi*
503 † *pater misericordiarum sed illa ira qua corrigis deuium, nam cũ sentio te iratum, tunc maximè considero propitium.* Magnus ille Pater Origenes solitus erat dicere, & præsertim habetur in explicat. Exod. *Ego opto, vt dum in hoc sæculo sum, visitet Dominus peccata mea, ne in altero audi-*
504 *re* † *merear sicuti dictum fuit infelici illi diuiti Epuloni ardenti in Inferno, Fili recordare, quia recipisti bona in vita tua.*

De Seraphico Patre S. Francisco refert S. Bonauentura in eius vita, vt dum infirmus iacebat
505 † in cubili, & magnis doloribus cruciabatur, eius socius misericordia motus dixit ei, *Ora, ò Francisce, Dominum, vt mitius tecum agat, nam manum suam super te plus debito grauare videtur*, de qua propositione turbatus S. Francis-
506 cus sic ei respondit, *Nisi scirem* † *simplicem puritatem tuam, ex nunc tuum abhorrerem consortium, quia ausus fueris circa me diuina iudicia reprehensibilia iudicare*, & deinde respiciens Cœlum dixit, *Gratias tibi ago Domine Deus de omnibus his angustijs meis*, O valor summus
507 angustiarum † aduersitatumque huius Mundi, istæ sunt illæ ponderosæ monetæ, cum quibus emitur Regnũ Cœlorum, vt ex nostris admonet *Card. de Turrecremata in d. can. aduersitas sub num. 11.* vers. Aduersitas est pretium, quo emititur Regnum Cœlorum &c. 7. *quæst. 1.* vbi inter alia expendit sententiam illam *S. Augustini*,
508 nempe *Venale* † *habeo quid, Regnum Cœlorum quanti emitur, paupertate Regnum, labore requies*

quies, ignominia gloria, morte vita, Vnde in actibus Apostol.cap.14. dicitur, *Per multas tri-*
509 *bulationes oportet vos intrare in Regnum Cœlorum*.

Illud enim verbū, *oportet*, vt apud nos Iuristas
510 † satis constat, necessitatem importat. *Bald. in l.1.num.6.& seq.ff.de iustit. & iur. cum alijs allegatis à Rota coram bo.mem. Buratt. decis.802. num.4.* ergo &c. Et vt inquit S.Io.Chrysost. homil. 98. ad populum Anthiocenum, *Tribulari*
511 † *prorsus oportet, & nisi tribulemur hic, illic nos seuior manet tribulatio*.

Narrat Paulinus Auctor grauissimus in suis historijs de quodam Doctore Parisiensi magnæ
512 Sanctitatis viro, † qui cum semel se contulisset in Curia Christianissimi Regis Francorum, ibique reperiendo tot, tantosque Principes, facientes nobilem Coronam Regi, cum immenso, regioque apparatu, superbisque suppellectibus in hæc verba prorupit, *Ignari erant Apostoli, S. Benedi-*
513 *ctus*, † *Beatus Franciscus, Hieronymus ignari*, Quibus vocibus omnes scādalizati remanserūt grauiter Doctorem illum increpando, & vt se à tanto errore corrigeret instabant, sed vir ille DEI idem replicauit, subiungendo verè ignaros fuisse illos sanctos, & similes, si dum poterant
514 † acquirere Regnum Cœlorum inter delicias, Mundique voluptates, blandiendo eorum carnem, voluerint se exponere tā varijs tribulationibus, vt raperent Regnum Celeste, & sic deinde necessario conclusit, si illi sapientissimi fuerūt, & tali modo suum intentum habuerunt, ergo per necesse dicendum erit, *vos esse ignaros, vos*
515 *stultos, vos insipientes, vos noxio errore erratis, dum putatis inter tot delilicias, commoditatesq; peruenire ad gaudia æterna &c.*

Vnde nemo sibi blandiatur, nemo se decipiat, vt ad ea possit deueniri sine tribulationibus; Nec ipse DEVS ab hac regula fuit exceptus, *Nam oportuit CHRISTVM pati, & ita intrare in*
516 *gloriam* † *suam*, Luc.cap.5. vbi inquit, *S. Io. Chrisost.* CHRISTVS intrauit in gloriam suam per passionem, & tu vis intrare in alienam sine Cruce &c. tollamus ergo Crucem nostram, & sequamur eum.

Tandem vir sapiens, ac in schola DEI erudi-
517 tus † ideo exultat in tribulationibus, quia scit in pugna habere spectatorem ipsum DEVM, qui dum videt generosè mortales cum aduersis pugnare summè delectatur, & Dæmon dolore tabescit. Idque benè accidit in Iob qui forti, infractoque animo tam acerba ferens, vt tale
518 † spectaculum aspiciens DEVS, præ voluptate vultum risu soluit, ac Demon ob acerbum dolorem rabiosè stridebat, videndo se ab homine superatum idque aduertit *Tertullian. in lib. de patient. cap.1[illegible].* ibi, *Ridebat DEVS, dissecabatur Malus &c. cum alijs ibi adductis*.

Prædictamque voluptatem, quam sumit Deus
519 † dum videt aliquem angustiatum viriliter pugnantem, considerauit etiam moralis ille, & gentilis Seneca in lib. de prouident. cap.2. vers. *Ec-*
520 *ce spectaculum Ioue* † *dignum, ad quod respiciat intentus operi suo Deus, ecce par Deo dignum vir fortis cum aduersa fortuna luctans*, & ibi, *Non video, quid habeat Iuppiter in terris pul-*
521 *chrius*, † *quam spectare virum intrepidum stantē inter ruinas*. Qua propter subdit ipse Seneca, se admirationem deponere, quare viri iusti, aduersa patiantur, quia Dij de hoc gustant, audiamus ipsa verba. *Ego verò non miror, si quando vo-*
522 *luptatem* † *capiunt Dij, cum spectant magnos viros luctantes cum aliqua calamitate &c.*

S. Antonius Abbas, *vt refert S. Athanasius in eius vita*, quadam die, cum viriliter pugnasset cum antiquo serpente, ac generosam reportasset
523 victoriam, terminata pugna ei † apparuit SALVATOR noster, cui S. Antonius vulneribus plenus dixit, *Vbi eras bone IESV? vbi eras? Quare non à principio adfuisti, vt sanares vul-*
524 *nera mea*, cui Dominus † sic respondit, *Antoni hic eram, sed expectabam videre certamen tuum &c.*

Nonne? nobis subuenit id, quod narratur in *Act. Apostolor. cap.6.* De Inuicto illo Heroe, ac
525 Prothomartyre Stephano, qui dum † à perfidis Iudæis lapidabatur, vt DEVS tam nobile, ac mirabile spectaculum aspiceret, disrumpere fecit Cœlos; & assurrexit tanto certamini, itaque idem angustiatus Prothomartyr asserebat, *Ecce video Cœlos apertos, & FILIVM hominis stantem à dextris DEI, &c.*

Possem hic alia infinita exempla adducere, sed sat erit memoria repetere ipsam veritatem
526 promisisse adesse vna † cum tribulatis, idque per os Regij Prophetæ Dauid in Psalm. 90. ibi, *Cum ipso sum in tribulatione &c.* & in Psalm. inquit, idem Propheta, *iuxta est DOMINVS his, qui tribulato sunt corde*, in quo loco inquit, S. Augustinus, *Noli ergo timere, cum tribularis, ne quasi sit tecum DEVS, fides sit tecum, & te-*
527 *cū est DEVS in tribulatione*, & vt ait notabilis glosa marginalis *in can. aduersitas 7. quæst.1.* in verb. fidei, *Fides est nauis, in qua, & per quam*
528 *transire debemus* † *tribulationes, & pericula huius sæculi, sicut in Naui transimus ad littus.*

Atq; hæc dicta sufficiant occasione sapientum qui nequaquam turbantur, imo summe gau-
529 dēt † in aduersis, sed quia multa etiam in laudem sapientiæ mihi dicenda restant, ac mihi persuadeo plures tedio ob calcatam breuitatem affecisse, ideoque longam respirationem concedam quare in proœmio sequentis Tomi, prosequar incepta, nonnulla deducendo circa alias prærogatiuas scientiarum vna cum conclusione in terminis nostris legalibus.

Philosophamini interim, & Valete, Excellentissimi Domini, & me si non iuuantem certè volentem defendite, ac protegite: à debitore enim inopi, ac fugitiuo quidquid exigitur in lucrum reputandum venit.

IN-

INDEX CAVSARVM
IN QVIBVS FACTÆ SVNT DECISIONES
SACRAE ROTAE ROMANAE
IN PRÆSENTI TOMO POSITAE

Alphabetica ſerie diſpoſitus.

Et primò per Diœceſes. Secundò per ſingulos RR. DD. Auditores. Tertiò per materias, una cum Argumentis.

A

B

C

Caual-

Index Decisionum per Diœceses.

E

F

G

Index Decisionum per Diœceses.

Neper

Index Decisionum per Diœceses.

Roma-

Roma-

Index Decisionum per Diœceses.

INDEX CAVSARVM DECISIONVM SACRAE ROTAE ROMANAE.

PER SINGVLOS RR. DD. AVDITORES.

DECISIONES S. ROTÆ ROMANAE coram Reuerendiss. Coccino.

DECI-

Index Decisionum per singulos Auditores.

DECISIONES S. ROTAE ROMANAE coram Reu.mo Dunozetto Archiep. Seleuc.

DECISIONES S. ROTAE ROMANAE coram Reuerendiss. Manzanedo. Patriarcha Hierosolymitano.

DECISIONES S. ROTAE ROMANAE coram Reuerendiss. Merlino.

DECISIONES S. ROTAE ROMANAE coram R. P. D. Nauarro.

DECISIONES S. ROTAE ROMANAE coram R. P. D. Pamphilio. Hodie S. D. N. INNOCENTIO X.

DECISIONES S. ROTAE ROMANAE coram R. P. D. Pirouano.

Roma-

Index Decisionum per singulos Auditores.

DECISIONES S. ROTAE ROMANAE coram R. P. D. Remboldo.

DECISIONES S. ROTAE ROMANAE coram Eminentiss. Card. Sacrato.

Triden-

DECISIONES S. ROTAE ROMANAE coram R. P. D. Vbaldo.

DECISIONES S. ROTAE ROMANAE coram Eminentiss. Card. Verospio Sen.

FINIS.



INDEX ARGVMENTORVM SACRAE ROTAE ROMANAE DECISIONVM

Iuxta seriem titulorum causarum digestus, vna cum Indice eorumdem Decisionum eodem modo composito.

Leodien. *Abbatiæ*.
Veneris 14. Ianuarij 1622. *Vbaldo*.
Argumentum CCCXXXIII.

Clausula, Amoto &c. licet faciat executorem mixtum, tamen hæc regula cessat, quando nullus adest possessor, nec legitimus contradictor, itaque recto tramite poterit deuenire ad executionem absque vitio nullitatis, & attentatorum, gratia in forma dignum, quando non reddat executorem mixtum. Sequestrum quamuis nisi in fine litis remoueatur, tamen id procedit, quando ritè, & iustè ad illud fuit deuentum, alias secus.

Leodien. *Abbatiæ*.
Mercurij 25. Maij 1622. *Vbaldo*.
Argumentum CD.

Executor merus ex quibus dicatur sibi assumere partes Iudicis, & quando iudicialiter procedere cœpit, quo casu non possit redire ad viam executiuam, & in hoc fit distinctio, aut executor declarauit se velle procedere iudicialiter, & tunc non est licita variatio, aut non fecit talem declarationem, & tunc licet in aliquo actu processerit iudicialiter, nō præcludit sibi viam procedendi executiuè, cum censeatur hoc factum ad maiorem cautelam. Appellatio admissa, cum clausula, si & in quantum de iure admitti debeat, si ea de Iure admittenda non venit, non præiudicat. Contradictor legitimus literarum Apostolicarum, quis dicatur, & quis è contra. Sequestro, quando quis non dicatur consensisse, ita vt sibi non præiudicauerit.

Pampilonen. *Abbatiæ de Areso*.
Veneris 22. Aprilis 1622. *Nauarro*.
Argumentum CCCLXXIX.

De Beneficio libero, quando quis est prouisus per concursum, si ab ista prouisione, seu electione fuerit appellatum, tunc ea non obstante si fuerit apprehensa possessio, non dicitur attentata, quia in his terminis non admittitur appellatio ad effectum suspensiuum, & quando in simili casu admittatur appellatio ad vtrumque effectum, ita vt possessio ea pendente capta sit attentata. Appellari quando possit, & quando non ab irrationabili iudicio Ordinarij eligendo ad beneficium vnum ex æquè idoneis.

Romana *Administrationis seu Fundaci*.
Lunæ 28. Nouembris 1622. *Coccino*.
Argumentum CDXXXV.

Signatura Gratiæ, si in terminis rei iudicatæ committat causā restitutionis in integrum, prout de iure, & sine præiudicio rei iudicatæ, arbitrio Rotæ, quo stante discutitur, quando intret tale arbitrium, ita vt sit procedendum in causa restitutionis in integrum absque eo, quod procedatur ad vlteriorem executionem rei iudicatæ. Exceptiones contra rem iudicatam, quando admittantur, licet non incontinenti probandæ.

Bononien. *Affrancationis*.
Veneris 20. Nouembris 1622. *Dunozetto*.
Argumentum CCLII.

Venditionis contractus, vt arguatur fuisse fictum, seu simulatum, & habere maculam prauitatis vsurariæ tria simul concurrere debent, & primò reconductio illico facta, ita vt vēditor in possessione remanserit, secundò redimendi facultas, & tertiò vilitas pretij, circa quod vltimum requisitum plura deducuntur ad probandum, quando in venditione adfuit modicitas pretij, necne, & quidnam in his terminis perpendi, ac considerari debeat. Simulatio de persona ad personam, quando vtraque persona potest contrahere (à iure expressè est permissa.

Bononien. *Affrancationis*.
Mercur. 26. Ianuarij 1622. *Coccino*.
Argumentum CCCXLIV.

Emptionis, & venditionis contractus, vt dicatur fœneratitius ex eo, quia fuit factus cum pacto de redimendo, requiritur, vt adsit modicitas pretij, & ad hunc effectum qualis modicitas sit necessaria, nec non in his terminis ad quid habendus sit oculus, dum constituitur verum pretium rei. Administrator licet non admittatur ad emendam rem, quam administrat, tamen quando id non habeat locum.

Asculana *Alimentorum*.
Veneris 21. Februarij 1620. *Verospio Sen.*
Argumentum CLXXXIII.

Alimenta si testator vxori reliquerit sub conditione non petendæ dotis, tunc donec non verè appareat eam fuisse restitutam, tale legatum ei debetur, & si simpliciter factum sit tale legatum, debetur etiamsi nolit habitare in domo testatoris cum filijs, nec non ei debentur alimenta pro famula, si solita sit eam retinere

Asculana *Alimentorum*

Veneris 27. Nouembris 1620. *Verospio Sen.*

Argumentum CCLVI.

Maritus si reliquerit vxori alimenta, sub conditione non petendæ dotis, constito de restitutione dotis, alimenta amplius non debentur. Scientia, & certioratio præsumitur ex arcta consanguinitate, iuncta etiam cohabitatione.

Auximana *Alimentorum*.

Lunæ 1. Iunij 1620. *Pirouano*.

Argumentum CCXIII.

Partus editus ante septimum mensem, an sit vitalis, declaratur; obligatio omnis in patre, præstandi alimenta filio, tota fundata est in paternitatis præsumptione, qua cessante, cessat pariter obligatio.

Bononien. *Alimentorum*.

Veneris 13. Decembris 1621. *Remboldo*.

Argumentum CCCXXIV.

Diuinatio mera nullatenus admittenda est in testamentis, & maximè si constet de expressa mente testatoris, quæ attendenda est, licet rationabilius alio modo testator potuisset disponere. Maritus si reliquerit alimenta vxori sub conditione, dummodo permaneat in viduitate, illa ei debentur, quãuis efficiatur monialis, & quare.

Bononien. *Alimentorum*.

Veneris 1. Iulij 1622. *Remboldo*.

Argumentum CDXXIII.

Alimenta, dum alicui sunt promissa, cessat talis promissio, data illius morte cum ea conuentio minime extendatur ad personas non specificatas. Agens ad bona fideicommissaria, vt possit prætendere sibi subministrari alimenta, nedum requiritur, vt constare faciat de eius paupertate, sed etiam de eius bono iure, ad effectum assequendi dd. bona, & hoc per sententiam, vel aliunde, & quando de dicto bono iure nullatenus dicatur constare, sed potius è contra.

Fulginaten. *Alimentorum*.

Lunæ 15. Maij 1623. *Pirouano*.

Argumentum CDLXXIX.

Filiorum appellatione an in materia fauorabili alimentorum, veniant quoque nepotes, & quamuis opinio affirmatiua præualeat, tamen fallit in certis casibus, de quibus hic in decisione. Dispositum à testatore ad fauorem alicuius primogeniti, & successorum, quando aliquid fuit, si accidat, vt ille decedat ante patrem, & sic nunquam habuit primogenituram, an dicatur defecta dicta dispositio, itaut aliquid non possint prætendere eius descendentes.

Romana *Alimentorum*.

Lunæ 13. Maij 1619. *Remboldo*.

Argumentum CXIII.

Testator si alicui legauerit alimenta, per hæc verba, vt possit percipere, & habere alimenta &c. an tale legatum dicatur purum, vel sub conditione, ita vt ad effectum acquisitionis illius vsque ab initio, requiratur legatarij declaratio, quod illud intelligit acquirere nec ne.

Romana *Alimentorum*.

Lunæ 11. Ianuarij 1621. *Manzanedo*.

Argumentum CCLXIX.

An Hebræis carceratis pauperibus ad instantiam creditorum Christianorum debeantur alimenta per dictos creditores.

Romana *Alimentorum*.

Veneris 11. Aprilis 1622. *Coccino*.

Argumentum CCCLXIX.

Testator, si alicui legauerit alimenta, illa quoque debentur, data morte hæredis, nam dum ea sunt legata simpliciter, debentur quousque viuit legatarius, quod procedit, etiam si testator disposuerit, vt illa essent præstanda ab eius hærede, eumque nomine proprio nuncupauerit, vel dixerit ab infrascripto, vel suprascripto hærede præstanda essent alimenta, nã & hoc est speciale in materia alimentorum, vt hoc casu non habeatur oculus ad ipsam personam hæredis, sed legatarij.

Sabinen. *Alluuionis*.

Veneris 15. Martij 1619. *Pirouano*.

Argumentum LXXXXVI.

Legis vim habet opinio generalis. Procurator non præiudicat Domino sine speciali mandato, & quid de positionibus datis à Procuratore sine speciali mandato possint deseruire pro coniectura, & indicio veritatis. Confessio ex positionibus resultans dicitur emanata per viam contentiosæ iurisdictionis. Et aliqua circa probationem famæ.

Firmana *Altaris*.

Lunæ 20. Martij 1623. *Coccino*.

Argumentum CDLXIX.

Auditor Rotæ in causa Beneficiali, coram eo pendente, quam auctoritatem habeat. Gratia obtenta lite pendente, cum tali casu non liceat Principi supplicare, ideoque est nulla, & quid si sit facta mentio litis, & stante tali mentione, an absque vitio attentatorum gratia obtenta possit executioni demandari. Et plura habes, quando subrogatus gratiosè capiendo possessionem beneficij attentet, & quod non.

Bononien. *Aquarum*.

Lunæ 1. Iunij 1620. *Card. Verospio*.

Argumentum CCXXI.

Aquam, si quis prætendat ab aliquo vindicare, plenè, & concludenter eius dominium probare tenetur, & non sufficit si deducat tãtum actus possessorios factos in loco vbi aqua nascitur, & maximè, si idem etiam probetur ex parte rei conuenti. Possessio nihil habet commune cum domino.

Ferrarien. *Aquarum*.

Lunæ 14. Nouembris 1622. *Pirouano*.

Argumentum CDXXV.

Aquarum naturalis cursus, cum ignoret seruitutem nisi ei imponatur, ideo si per quantumuis tempus ille decurrerit puta ad aliquod molendinũ, nihilominus dominus fundi superioris, ex quo aqua defluit potest diuertere cursum, & alio modo vti, etiam in præiudicium molendini inferioris. Aqua postquam est ingressa fundum meum, ad libitum voluntatis meæ possum facere de ea, quidquid intendo.

Barbastren. *Archipresbyteratus*

Lunæ 15. Aprilis 1619. *Vbaldo*.

Argumentum C.

Alternatiua Episcopi silet, quando beneficia non sunt de libera collatione ipsius Episcopi, sed de simultanea vna cum Capitulo, & quando beneficia dicantur sic de libera Episcopi collatione, & quando de simultanea, & quid stante concordia inter Episcopum, & Capitulum, vt alternis vicibus debeant conferre.

Placentina *Archipresbyteratus*.

Veneris 17. Martij 1623. *Pirouano*.

Argumentum CDLXV.

Beneficium an cadat sub reseruatione, quid inspiciatur. Collegialitatis signa quæ sint. Vltimus status, quando non attẽdatur, & vt mutetur, quid requiratur. Regula tertia Cancell. quando habet locum.

Romana *Artis Sutoriæ*.

Veneris 20. Martii 1620. *Card. Sacrato*.

Argumentum CXCIV.

Hebræi commorantes in Vrbe non videntur habere prohibitionem conficiendi indumenta ex noua materia, & interpretatur Bulla fel. rec. Pauli IV. quæ iubet Hebræis, vt sola arte stracciariæ, seu cenciariæ, vt vlgò dicitur contenti sint, nec aliquam mercaturam vsui humano rerum necessarium exercere valeant.

Hierosolymitana, *seu Hieracen. Baiuliuatus*.

Mercurij 9. Decembr. 1620. *Pirouano*.

Argumentum CCLX.

Papa si non per viam confirmationis, sed principalis erectionis procedat erigendo aliquam dignitatem, tunc non est opus iustificatione narratorum, & quando etiam dicantur iustificata. Gratia emanata cum clausula sine alicuius præiudicio quando dicatur conditionalis, & quando secus.

Roma-

Romana *Barchi*.

Mercur. 19. Ianuar. 1622. *Remboldo*.

Argumentum CCCXXXVI.

Fideicommissarij actio ad consequenda bona fideicommissaria inanis, ac frustratoria est, si dicta bona iam sint distracta ad effectum soluendi pretium creditoribus, & per Papam amplè fuit derogatum fideicommisso, & dictæ derogationi nō possit opponi exceptio subreptionis. Gratia Papæ, quando dicatur euanescere per eius mortem, & quando retineat suum robur.

Adiacen. *Beneficij*.

Veneris 15. Aprilis 1622. *Coccino*.

Argumentum CCCLXXIII.

Attentata, si dependeant à possessione, ad effectum vt illa excludantur, qualiter sufficiat, vt de eis constet. Vnio, vt validè dicatur facta Seminario, requiritur, vt illud appareat erectum & quando de hoc satis dicatur constare. Acquisitio possessionis impeditur quidem stante falsitate circa factum, sed non quando est circa causam, quia tunc non deficit voluntas possidendi.

Aprutina *Beneficiorum*.

Mercur. 5. Decemb. 1618. *Remboldo*.

Argumentum LIX.

Gratia facta motu proprio non eget iustificatione narratorum amplia licet emanauerit ad instantiam partis, & adsit clausula sicut accepimus. Motus proprius transfert onus probandi in aduersarium. Papa est omnium Ordinariorum maior.

Aquilana *Beneficij*.

Mercur. 26. Ianuar. 1622. *Remboldo*.

Argumentum CCCXXXXIII.

Testes, vt probent aliquem esse in quasi possessione conferendi beneficia, qualiter sufficiat, vt deponant. Examini testium facto in die feriata, quando pars non possit dare de nullitate. Iuramentum testium ex quibus probetur. Et nonnulla alia, quando Monasterium dicatur conferre, vel concedere beneficium ei annexum.

Bononien. *Beneficij*.

Ven. 8. Nouembr. 1619. *Card. Sacrato*.

Argumentum CXXXV.

Attentare in causa non dicitur, quando quis est merè tertius, & ideo secus si successerit in locum vnius ex collitigantibus, vel si cum eo habeat participationem. Litis mentio facta in gratia super re litigiosa, licet operetur vt non sit subreptitia tamen minimè dat facultatem aliquid operādi in præiudicium litis pendentiæ.

Calaguritana *Beneficij de Alegna*.

Veneris 21. Februarii 1620. *Coccino*.

Argumentum CLXXXIV.

Constitutiones Papales, vt obligent, ac ligent, moribus vtentium non est necessè, vt recipiantur, cū Papa ab ipso DEO, tamquam Petrus, iurisdictionem recipiat absque ylla dependentia humana, Lex non potest dici vsu non fuisse recepta, si ea adhuc non innotuerit. Possessio generalis infert quoque ad particularem. Recursus ad Iudices laicos est concludenter probandus, si non agatur ad effectum denegationis audientiæ sed amissionis lucri.

Calaguritana *Beneficij de Arnedo*.

Lunæ 22. Ianuar. 1621. *Merlino*.

Argumentum CCCXXXVII.

In Ecclesia aliqua, si adsit Statutum, prout est in Ecclesijs Diœcesis Calaguritanæ, vt beneficia vacantia in dictis Ecclesijs, sint eis interuenientibus, ac antiquioribus conferenda, tunc dum quis has obtinet qualitates habere dicitur intentionem fundatam ad ea assequenda, data vacatione aliquibus eorum, & quid si obtineat iam aliud beneficium an præferatur ei, qui nullum habet beneficium, sed dictas qualitates non possidet, & conclusio est affirmatiua pro habente qualitates, atque iterum quid si beneficium, quod iam possidebat, est incompatibile cum secundo, quidnam sit peragendum.

Lamacen. *Beneficij*.

Lunæ 5. Iunii 1622. *Remboldo*.

Argumentum CCCCIV.

Rota non solet vti arbitrio ad effectum sanandi nullitates, quādo illæ sunt claræ, & iam directæ, maximeq. dum aliquid attentatē fuit gestum. Beneficij possessio capta litteris non expeditis est nulla, ac infecta. Et aliqua habentur circa materiam, quando Commissarius Cameræ accepit possessionem beneficij nomine eiusdem Cameræ.

Leodien. *Beneficii*.

Veneris 12. Iunij 1620. *Card. Sacrato*.

Argumentum CCXXVI.

Rota, stante clausula arbitrio ex apparentia boni iuris aliquādo solita fuit reijcere attentata, sed nunquam quando ius est turbidum. Agens rei vindicatione, non ex instrumento locationum, sed plenè concludenterq. dominium, & idētatem probare tenetur. Deuolutio non intrat, si defectus solutionis canonis venit ex parte Domini directi.

Monopolitan. *Beneficij, seu Capellæ*.

Lunæ 6. Iunij 1622. *Merlino*.

Argumentum CDIII.

De validitate, & existentia codicillorum quando non sit dubitandum, quæ probatio eò fortior redditur quando adest obseruantia contentorum in eis. Obseruantia dat robur scripturæ, etiam informi, & quando attendatur etiam si sit nimis remota. Iuspatronatus dum deducitur incidenter qualiter sufficiat, vt probetur, ac in eo lex imposita à fundatore æquū est, vt seruetur. Beneficio simplici vt quis sit capax, qualis ætas in eo requiratur.

Monopolitana *Beneficij, seu Capellæ*.

Lunæ 14. Nouembris 1622. *Merlino*.

Argumentum CDXXVII.

Instrumentum originale, si sit adeo corrosum, & vetustate, & tempore, ac murium iniuria labefactatum, itaut in eo non legatur id, quod est in controuersia, tunc si ex aliquibus verbis antecedentibus, & subsequentibus, satis comprehenditur, quidnam in verbis corrosis continetur, ideoque corrosio ipsa obesse non debet. Ac plura habentur circa hanc materiam corrosionis, abrasionis, & consumptionis scripturarum antiquarum, & quid si simus in substantialibus. Instrumentum producens dicitur illud tanquam validum approbare.

Pampilonen. *Beneficiorum*.

Lunæ 21. Maij 1618. *Dunozetto*.

Argumentum XXVII.

Remissoriæ petitio quando reijcienda veniat. Vniuersitati ad probandum, se esse constitutam in quasi possessione ab immemorabili tempore alicuius Iurispatronatus, quando denegatur remissoria.

Pampilonen. *Beneficij de los Arcos*.

Lunæ 9. Decembris 1619. *Vbaldo*.

Argumentum CXLIX.

Dignior altero, vt quis dicatur ad obtinendum aliquod beneficium, non est præponderanda maioritas vnius qualitatis tantum; quia si alius habeat plures bonas qualitates simul, tunc istæ simul consideratæ vincunt dictam vnicam bonam qualitatem, licet maiorem. Præsumptio stat pro iudicio Ordinarij, vt quis dicatur dignior ab obtinendum beneficium, & quando id cesset.

Perusina *Beneficij*.

Mercur. 4. Decembris 1619. *Remboldo*.

Argumentum CXLVII.

Sumpta Bullarum quando dicantur legitimè extracta, ita vt eis plena fides adhibenda veniat. Iura extracta ex processu legitime confecto, & in causa producta vigore Innocentianæ, probare perspicuum est. Instrumenta, quando dicantur esse in forma probanti, itaq. eis indubitata fides adhibēda sit.

Romana *Beneficiatus S. Laurentij in Damaso*.

Lunæ 22. Maij 1623. *Coccino*.

Argumentum CDLXXXII.

Iuspatronatus, quando probari non potest per rectam viam exhibitionis instrumenti fundationis, & dotationis, tunc si simus in personis, in quibus non cadit præsumptio vsurpationis, probatur vel per præsentationes spatio 100. annorum effectum sortitas, vel per 40. annos concurrente tamen fama ipsius iurispatronatus, vel ipsa non concurrente, si ipsæ præsentationes sint adminiculatæ. Iuspatronatus, quando competit alicui Confraternitati Laicorum, quo casu dica-

dicatur Ecclesiasticum, & quo Laicale, circa quam materiã plura deducuntur, sed tandem indecisum id relinquitur.

Thianen. *Beneficij*.
Lunæ 11. Ianuar. 1621. *Vbaldo*.
Argumentum CCLXVII.

Possessio certiori signo probari nequit, quàm ex fructuum perceptione. Possessio per Monachum quæsita, acquiritur monasterio, sicuti acquiritur patri, vel Domino per filium, vel seruum. Procurator generalis Religionis, licet nõ possit comparere pro particulari conuentu, limita tamen id ex priuilegio Apostolico in Procuratore generali Mendicantium.

Vlixbonen. *Beneficij*.
Mercur. 22. Iunii 1622. *Vbaldo*.
Argumentum CDXVI.

Litis desertionem allegans, & in illa se fundans, concludenter eam probare tenetur, ac maximè, quia sapit renunciationem proprij iuris. Appellatio licet sit deserta in possessorio, non tamen ex hoc censetur, quis habuisse animum dimittere ius suum in petitorio. Beneficij collatio facta à Legato postquam functus est officio suo, non valet, limita quando legatio in eo fuit prorogata. Beneficij prouisio facta sub conditione, euanescit deficiente conditione.

Vlixbonen. *Beneficij*.
Lunæ 19. Decembr. 1622. *Vbaldo*.
Argumentum CDXL.

De beneficio dum quis fuit prouisus, & subrogatus ad possessionem, & ius defuncti, ea subrogatio frustratoria remanet, quando defunctum nullatenus obijsse in possessione illius, constat, veluti quia prouisio illi facta, quamuis fuerit valida, tamen infecta remansit decreto irritanti, quod inficit possessionem, & titulum. Subrogatio ad id, quod nullum est, fieri nequit, ac aliqua habes circa materiam possessoriam. Censurarũ iustificatio non debet fieri ex nouiter deductis.

Romana *de Bombellis*.
Mercurii 29. Nouembr. 1619. *Card. Sacrato*.
Argumentum CXLV.

Fundus, quando est datus æstimatus marito pro dote, quamuis regulariter desinat esse fundus dotalis, tamen id non procedit, quando adest conuentio inter partes, vt talis remaneat; quia tunc talis æstimatio non facit emptionem, & venditionem. Vxor in subsidium ad recuperandam suam dotem potest agere contra fundum datum marito pro dote, licet fuerit datus æstimatus.

Albanen. *Bonorum*.
Lunæ 15. Martii 1621. *Remboldo*.
Argumentum CCLXXVIII.

Remedium l. rem maioris 2. C. de rescindend. vendit. vt intret, quid necessario sit probandum. Periti, vt validè probent valorem rei, qualiter debeant referre, & maximè si æstimatio sit facienda de tempore præterito.

Ariminen. *Bonorum*.
Lunæ 17. Decembr. 1618. *Card. Sacrato*.
Argumentum LXVII.

Statutum Bononien. sub rub. de dotib. §. item dicimus, quid disponat, & declaratur, statutum relatiuum ad quid debeat referri, statuti interpretatio est vitanda, si sit contraria expressè menti statuentium. Statutum loquens ab intestato, cessat condito testamento &c.

Ariminen. *Bonorum*.
Mercur. 11. Martii 1620. *Card. Sacrato*.
Argumentum CLXXXVIII.

Creditor, si simpliciter sit immissus in possessionem bonorum debitoris, ex hoc per necessè non arguitur, fuisse immissum vigore Saluiani, ita vt ad subhastationẽ non possit deueniri. Creditori, immissio in bonis debitoris est declaranda in dubio à petitione creditoris. Et quando possit deueniri ad subhastationem, non obstante, creditorem fuisse in possessionẽ bonorum debitoris vigore Saluiani.

Ariminen. *Bonorum*.
Lunæ 15. Martii 1621. *Coccino*.
Argumentum CCLXXX.

Maritus, si obligauerit in forma Cameræ omnia sua bona, pro restitutione dotis, tunc eueniente casu restitutionis, possunt capi bona, quæ eius fuerunt. Possidens vigore Saluiani, non potest operari, vt deueniatur ad subhastationem absque præcisa commissione, sed hoc fallit stante consensu partium. Creditor non solum in pignore iudiciali in subsidium admittitur ad licitandum, sed etiam in conuentionali, cessante tamen fraude, & metu.

Ariminen. *Bonorum*.
Lunæ 11. Decembr. 1623. *Coccino*.
Argumentum DIII.

Testamenti originale an debeat produci ad effectum obtinendi immissionem in terminis l. fin. C. de edict. D. Adr. tollend. & affirmatiuè respondetur, nam aliter non potest Iudex cognoscere, an sit abolitum, vel cancellatum, nisi dictum originale producatur, & vide limitationem. Notarius cum teneatur scribere instrumentum exemplatum, an dum est impeditus id facere teneatur in subscriptione illius de hoc facere mentionem. Cum pro Notario stet præsumptio, quid ex tali præsumptione sequatur.

Asculana *Bonorum*.
Mercur. 13. Iunii 1618. *Card. Sacrato*.
Argumentum CD.

Pactum super hæreditate viuentis absque eius consensu, iura improbant, quæ conclusio procedit, etiamsi iuramento vallatum sit cum iuramentum non debeat esse vinculum iniquitatis, & quid de pacto negatiuo de non succedendo. Cõtra obligationem Cameralem admittitur omnis exceptio, quæ incontinenti probari potest.

Auximana *Bonorum*.
Lunæ 17. Februar. 1620. *Remboldo*.
Argumentum CLXXX.

Statutũ si excludat fœminas dotatas à successione propter masculos intelligendum est, vt censeatur voluisse excludere eas à successione eius tantum, à quo fuit dotata, & non aliorum, nisi tamen contrarium colligatur ex eodem statuto, & hoc debet esse clarum, & non per coniecturas.

Camerinen. *Bonorum*.
Lunæ 10. Februarii 1620. *Card. Verospio*.
Argumentum CLXXVII.

Pater transiens ad secunda vota tenetur seruare filijs primi matrimonij quidquid acquisiuerit ex bonis prioris vxoris. Consensus filiorum parentibus transeuntibus ad secunda vota, vt eius suffragetur, quid requiratur.

Carpen. *Bonorum*.
Veneris 11. Martii 1622. *Remboldo*.
Argumentum CCCLXIV.

Ventilatur in præsenti decisione, quando hæreditas dicatur multum diminuta, vigore detractionum factarum, quidnam in dictis detractionibus imputandum veniat, & hoc ad effectum saluandi gratiam obtentam à Papa, stante narratiua, quod hæreditas ex detractionibus remanebat, vt dictum est, valdè diminuta, qualis diminutio scilicet sit necessaria, & & quid si ex aliqua quoque causa fuerit motus Papa ad cõcedendam dictam gratiam.

Ferrarien. *Bonorum de Zaualeis*.
Lunæ 2. Aprilis 1618. *Vbaldo*.
Argumentum XVIII.

Pro sententia, & re iudicata stat præsumptio, & maximè quando pars ab ea non appellauit, multòq. magis si sententia sit Rotalis. Venditor non tenetur de euictione, quando ea secuta est ex facto Principis, & quo casu id procedat, ad interpretationẽ textus in l. Lucius, ff. de euict. Item venditor non tenetur de euictione, quando ea secuta est ex imprudentia Iudicis, quod declaratur. Venditor vt teneatur de euictione, licet emptor non denunciauerit ei litem, an valeat tale pactum,

Ferrarien. *Bonorum de Zeualeis*.
Veneris 4. Decembr. 1618. *Vbaldo*.
Argumentum LXIII.

Emptor, licèt teneatur appellare à sententia contra se latam, ad

ad effectum, vt possit agere de euictione aduersus venditorem, tamen id non procedit, quando per pactum expressum inter emptorem, & venditorem fuit remissa necessitas appellandi, & quid stante dicta remissione si emptor appellauerit, sed appellationem non fuit prosecutus, itaque sententia transiuerit in iudicatum, vtrum possit agere de euictione, & an possit remitti ista prosecutio appellationis.

Ferrarien. *Bonorum*.
Lunæ 3. Iunii 1619. *Remboldo*.
Argumentum CXVIII.

Ecclesia, si concesserit sua bona in emphyteusim alicui vsque ad 3. eius generationem dato quod deficiat dicta generatio, tunc dicta bona deuoluuntur ad Ecclesiam, & maximè si adsit tale pactum, & non obstante, quod aliquis ex inuestitis disposuerit de dd. bonis ad fauorem Ecclesiæ, vel locorum piorum, & quid stante Constitutione Bonifaciana reducente bona Ecclesiastica Ferrariæ ad instar allodialium.

Ferrarien. *Bonorum*.
Veneris 4. Martii 1622. *Coccino*.
Argumentum CCcLVIII.

Obligans se ad aliquid præsentandum, cogi potest ad implendam promissionem, nec iuuatur dum asserit id fecisse per errorem, quia cum error non præsumatur, non sufficit id simpliciter asserere, sed simul debet illum perspicue probare. Ac nonulla habentur circa Constitutionem Bonifacianam, quæ bona emphyteutica Ecclesiæ in ditione Ferrarien. reduxit ad instar bonorum allodialium.

Firmana *Bonorum*.
Lunæ 9. Februarii 1618. *Remboldo*.
Argumentum VIII.

Depositum non releuat, si non sit integrum, & liberum. Debitor, cum soluere teneatur, ideo deponendo non liberatur & maximè quando creditor instat pro solutione. Sententia iniusta non attenditur. Executor merus tenetur exequi, & non iudicare.

Foroliuien. *Bonorum*.
Veneris 13. *Martij* 1620. *Pirouano*.
Argumentum CICII.

Emphyteusis, quando est concessa alicui, cum his verbis, scilicet, recipienti pro se, & filijs, ac cuiuslibet illorũ filijs &c. quæritur vtrum per ista verba dicatur extare ius accrescendi, nedum inter primos inuestitos, sed etiam in quolibet filio ipsorum, conclusio est affirmatiua, qua occasione habentur nonnulla circa naturam verbi, cuiuslibet.

Imolen. *Bonorum Emphyteoticorum*.
Lunæ 22. Aprilis 1619. *Coccino*.
Argumentum CVII.

Emphyteusi aperta, ac reuersa ad Dominum, si ipse pro se retinere nolit, cum ex æquitate quadam teneatur proximiores emphyteutæ defuncti reinuestire, dubitatur in hac decisione quid sit dicendum, quando adsunt plures proximiores in eodem gradu, an omnibus sit facienda dicta renouatio, vel Dominus directus possit gratificari cui voluerit, & plura licet deducantur pro gratificatione, conclusio est negatiua, scilicet, vt omnibus proximioribus sit facienda renouatio.

Lauretana *Bonorum*.
Vener. 21. Februar. 1618. *Card. Sacrato*.
Argumentum XII.

Mora cessante non potest debitor condemnari ad interesse, Emptor, qui habuit rem. & non soluit pretium, tenetur ad fructus compensatiuos. Venditor sibi imputet, si ipse dedit causam non adimplendo aliquam conditionem, & sic emptor non soluerit pretium.

Meleuitana *Bonorum*.
Lunæ 25. Februar. 1619. *Card. Sacrato*.
Argumentum LXXXIII.

Sententia vt defendatur à nullitate facienda est omnis interpretatio. Filijs non potest preiudicare mater per suum testamentum, si eis fuit iam ius quæsitum vigore pactorum matrimonialium. Fideicommissum etiam per viam contractus haberi potest.

Meleuitana *Bonorum*.
Veneris 8. Nouembr. 1619. *Card. Sacrato*.
Argumentum CXXXIV.

Pater, cum non possit præiudicare filijs in eorum bonis aduentitijs, ideoq. si aliquid ad illorum fauorem in pactis matrimonialibus fuerit stipulatum, tunc si pater in præiudicium eorum sine consensu ipsorum determinet, perperam agit, & plura circa dictum consensum.

Meleuitana *Bonorum*.
Lunæ 25. Maij 1620. *Card. Sacrato*.
Argumentum CCXXI.

Pater, vel mater, non possunt absque consensu filiorum eis, vel cuilibet eorũ præiudicare, stantibus pactis matrimonialibus ad eorum fauorem. Tex. in cap. significauit, de donat. inter vir. & vxor. quid propriè disponat, & in quibus terminis loquatur. Vxor quicquid acquirit marito acquirit, nisi doceatur id acquisiuisse ex propria substantia siue industria.

Narnien. *Bonorum*.
Veneris 28. Maij 1621. *Remboldo*.
Argumentum CCLXXXXIV.

De nullitate donationis dans ex defectu insinuationis, debet probare eam non interuenisse, quæ probatio eo difficilior erit, quia insinuatio non est necesse, vt in ipso contractu donationis interueniat, cum post possit fieri. Insinuationis defectus an tollatur iuramento, & aliqua circa donationem factam absenti, vel infanti.

Romana *Bonorum*.
Veneris 4. Maij 1618. *Verospio Sen.*
Argumentum XIX.

Pater nequit aliquid disponere de bonis promissis filiæ in dotẽ in præiudicium sui viri. Conditio apposita executioni, nõ reddit contractum conditionalem, nam tunc contractus dicitur purus, licet ad tempus limitatum conferatur executio. Inæqualitas inter filios non attenditur, vbi constat de mente disponentis, eaque tantum consideratur respectu bonorum paternorum, & maternorum.

Terracinen. *Bonorum*.
Lunæ 20. Decembris 1621. *Verospio Sen.*
Argumentum CCCXXIX.

Iudex ipso iure nulliter procedit, si procedat in causa, in qua reperitur decretum irritans cum clausula sublata. Ementes bona vendita à Congregatione Baronum, sunt tuti ab omnibus obligationibus, vinculis, & hypothecis dd. bonorũ, stante super hoc amplissima Bulla, cum derogatione Regulæ de iure quæsito non tollendo.

Terracinen. *Bonorum*.
Lunæ 21. Februarij 1622. *Merlino*.
Argumentum CCCXLIX.

Aegidiana regulariter loquendo, quando intret, & quando cesset. Mandatum dum reperitur decretum, nisi ad primã cum intimatione, si reperiatur relaxatio absque dicta intimatione, & productione in actis, saluari non potest à vitio nullitatis. Nullitas defectus actionis iudicij arguit notoriam iniustitiam. Interdictum, quorum bonorum, vt intentari possit, quid requiratur, & qualiter sit formandus eius libellus.

Terracinen. *Bonorum*.
Lunæ 6. Iunij 1622. *Merlino*.
Argumentum CCCCV.

Relatio regulariter facienda est ad id, quod immediatè fuit dispositum, & non ad omnia superius dicta, & hoc multo magis si sequeretur aliquod absurdum. Clausulæ, dum Iudicis auctoritate non fuerunt extensæ, non releuant, ac in eorum extensione est seruandus stylus Notarij, qui instrumentum stipulatus est. Hæredi succedenti ab intestato non est danda immissio, quando quis non decessit ab intestato, & quid si prætendatur testamentum non habere subsistentiam.

Syracusana *Canonicatus*.
Veneris 1. Decembris 1623. *Pirouano*.
Argumentum CCCCXCIX.

Clericatus, mors alicuius, & valor beneficij qualiter probentur. Signa possessionis Canonicatus, quæ sint. Confessio plenè probat contra confitentem, & illa quæ sit, per productionem scripturæ, est inretractabilis.

Romana *Canonum*.
Veneris 25. Maij 1618. *Dunozetto*.
Argumentum XXIX.

Domus, si expressè sit vendita cū onere soluendi canones, tunc certè emptor tenetur ad illius solutionem. Dominiū, quando deducitur incidenter, qualiter probetur. Obligatio Cameralis, quæ comprehendat.

Romana *Canonum*.
Lunæ 11. Maij 1620. *Dunozetto*.
Argumentum CCIX.

Substitutio reciproca inter vocatos benè dicitur introducta, tribus concurrentibus. Primo quod omnes sint à testatore honorati. Secundo quod substitutio sit facta vltimo morienti. Tertio, quod sit facta in tota hæreditate. Substitutio reciproca, quando possit habere locū per coniecturas.

Romana *Canonum*.
Veneris 15. Aprilis 1622. *Vbaldo*.
Argumentum CCCLXXII.

Præscriptio cum mala fide de Iure canonico ineuitabiliter numquam currit, & hoc quantumuis longæua sit. Antecessoris præscriptio eo existente in mala fide non potest iuuare eius successorem, quantumuis ipse sit in bona fide, vel voluerit inchoare præsumptionem ex propria persona, aliaq; plura habes in materia hac præscriptionis, & præsertim de præscriptione præstationis canonis, quando scilicet non intret.

Romana *Canonum*.
Lunæ 20. Martij 1623. *Vbaldo*.
Argumentum CCCCLXX.

Hæredibus competit via executiua ad aliquod creditum consequendum, si ea competebat defuncto. Dos data viro in tantis bonis æstimatis, tunc dicta bona spectant ad virum, & non ad vxorem, quod limitatur. Sententia antiqua probat sine actis, & quando dicatur antiqua.

Licien. *Cantoriæ*.
Mercurij 1. Iulij 1620. *Card. Sacrato*.
Argumentum CCXXXIV.

Possessor quilibet est per executorem etiam merum citandus, quod procedit quoque si prima fronte appareat, ei nullum ius competere. Sententiam nullam parte opponente nullo modo Iudex potest confirmare. Sententia dicitur notoriè iniusta, si non iustificetur ex actis.

Albiganen. *Capellæ*.
Veneris 27. Ianuarij 1623. *Nauarro*.
Argumentum CDLI.

Præsumptio licet in dubio sit pro Iudice, & Executore, vt ritè, & rectè processerint, ita vt alleganti contrarium incumbat onus probandi Iudicem, vel Executorem nulliter processisse, tamen qualiter ista conclusio veniat intelligenda, & veritas, vt quando fundamentum intentionis agentis in ea præsumptione fundata manet, & tunc non sat est, eam tantum allegare sed quoque probatio deducenda est. Decretum irritans vt operetur suos effectus, quid nam sit necessarium.

Comen. *Cappellaniæ*.
Veneris 7. Februarij 1620. *Remboldo*.
Argumentum CLXXII.

Beneficia Prothonotariorum Apostolicorum, sunt Sedi Apostolicæ reseruata, & hoc non solum procedit, quo ad septē Prothonotarios, sed pariter quoad reliquos, qui non sunt de numero participantes, & siue sint creati à Papa, siue à Legatis, & siue sint creati principaliter, siue accessoriè, scilicet propter officia, idque verum quoque intellige, dato, quod dd. Prothonotarij de numero non participantes fuissent creati post Extrauagant. ad Regimen. de præbend. & dignit.

Malacitana *Cappellaniæ*.
Lunæ 10. Februarij 1620. *Card. Verospio*.
Argumentum CLXXV.

Ordinarius, quando procedit iudicialiter ad collationem beneficij, si ab eius adiudicatione fuerit appellatum, omnia gesta appellatione pendente sunt attentata. Attentatis, vt quis dicatur renunciasse, quid requiratur. Recursus ad Iudices Laicos in materia Ecclesiastica hodie indistinctè sunt prohibiti.

Pampilonen. *Cappellæ*.
Mercur. 7. Nouembris 1628. *Pirouano*.
Argumentum XXXXIX.

Testator, si vocauerit ad iuspatronatus consanguineum proximiorem, an extante filio fratris illegitimi præferatur filio sororis legitimæ. Iurispatronatus nedum sunt capaces legitimi ex naturalibus procreati, sed etiam ipsi naturales. Testator vtrum voluerit, vt in iurepatronatus succederent etiam consanguinei naturales, id ex coniecturis expiscandum venit.

Pampilonen. *Capellæ*.
Lunæ 25. Februarij 1619. *Pirouano*.
Argumentum LXXXIV.

Ad iuspatronatus, si quis à testatore fuerit vocatus, & prædilectus, censendum quoque est, eumdem voluisse præferre præsentationi dicti iurispatronatus tanquam quid minus. Testator vocando aliquos, puta ad iuspatronatus per verba naturalia non censetur voluisse facere distinctionem inter legitimos, ac illegitimos. Voluntas testatoris non tam ex verbis, quam ex mente, & ratione colligitur.

Pampilonen. *Capellaniæ*.
Veneris 4. Martij 1622. *Remboldo*.
Argumentum CCCLXI.

Fundans aliquam Capellaniam, & disponens, vt ea debeatur proximiori consanguineo, tunc ille, qui proximior erit, procul dubio præferendus est alijs, quæ conclusio procedit, etiamsi ille proximior esset illegitimus, nam quando fundator simpliciter mandauit, quod nominaretur in Capellanum suus consanguineus proximior, sicque vsus est verbis naturalibus, non autem ciuilibus, censentur sub dicta ordinatione comprehensi nedum legitimi, sed etiam illegitimi & naturales, quodq; multo magis procedit stante sic consuetudine locorum.

Papien. *Capellaniæ*.
Lunæ 3. Aprilis 1623. *Merlino*.
Argumentum CCCCLXXIV.

Conditio in fine posita, quando semota omni controuersia qualificet totam dispositionem. Fundator Iurispatronatus, si præsentandi liberam potestatem limitare voluit suis agnatis quos & amare de iure præsumitur, multò magis est dicendum eam quoque voluisse limitare, quo ad extraneos, tamquam cessante sanguinis ratione, minus dilectos. Ad iuspatronatus, quando actu Sacerdos debeat præsentari.

Piscen. *Capellæ*.
Lunæ 10. Ianuarij 1622. *Merlino*.
Argumentum CCCXXXII.

Beneficium, si quis obtinuerit à Sede Apostolica, tanquam de libero, tunc si probetur, illud esse de iurepatronatus laicorum, eius immissionem obtinere non valebit. Iuspatronatus, quando sumus in personis priuatis qualiter sufficienter probetur. Prouisiones Apostolicæ non mutant statū beneficij, si constet de anteriori statu contrario.

Romana *Capellaniæ*.
Mercur. 15. Ianuar. 1620. *Coccino*.
Argumentum CLXVII.

Subrogatio ad beneficium danda est colliciganti, si lis super titulo beneficij erat, secus si controuertebatur super possessorio adipiscendæ beneficij, cum tunc litigiosum non dicatur beneficium, & sine lite non detur subrogatio.

Romana *Capellaniæ*.
Veneris 3. Aprilis 1620. *Coccino*.
Argumentum CCII.

Subrogatio, ad hoc, vt debeatur collitiganti in beneficio, requiritur, quod lis sit super titulo ipsius beneficij, ad interpretationem tex. in cap. 2. vt lit. pendent. Beneficium non dici-

dicitur litigiosum, quando non petitur, tamquam suum, sed tamquam debitum.

Romana *Casalis de Paluzettis*.

Lunæ 11. Martij 1619. *Manzanedo*.

Argumentum XCII.

Minor aduersus aditionem hæreditatis incõsultò factam si fuerit læsus, eo quia plura debita soluere coactus esset, datur ei restitutio in integrum, & hoc etiam non obstante confectione inuentarij, intellige tamen id, vt non sit locus dictæ restitutioni in integrum, nisi restitutis habitis per minorem, vel eorum reddita ratione.

Romana *Casalis*.

Lunæ 28. Nouembris 1622. *Nauarro*.

Argumentum CCCCXXXIII.

Ad constituendum aliquem in mora, sufficit etiam interpellatio extraiudicialis. Interpellatio, quod fuerit facta alicui ad aliquid retrocedendum, quando id ex testibus probetur fuisse factum. Testiũ singularitas quando est adminiculatiua non infringit eorum dictum, & quando sunt singulares in loco, & tempore non dicuntur contrarij, si tractetur de probando actu reiterabili. Verisimilitudo valde potens est ad adiuuandas probationes.

Romana *seu Prænestina Castrorum*.

Lunæ 15. Maij 1623. *Vbaldo*.

Argumentum CCCCLXXX.

Bannitus, vt præsumatur à Principe propter tollerantiam gratiatus, & absolutus à banno, qualis esse debeat talis tollerantia, nam ea bene potest doceri ex pluribus coniecturis simul iunctis, & tunc sine dubio bannitus præsumitur à Principe gratiatus, & restitutus à banno, quando vltra tollerãtiam, quæ consistit in actu negatiuo, scilicet pati, concurrunt quoque actus positiui, & affirmatiui facti ab ipso Principe, veluti si fuerit admissus ad faciem Principis, cum alias bannitus, tanquam infamia notatus ad aspectum Principis non est admittendus. Item si Princeps contraxerit cũ bannito, vel eidem feudum concesserit. Bannitus non præsumitur à Principe remissus, quando elegit eum in militem, quod tamen secus est, si eum designauerit in Ducem, & Imperatorem exercitus.

Romana *seu Tiburtina Castri Sancti Angeli Fideicommissi de Vrsinis*.

Lunæ 10. Februarij 1620. *Vbaldo*.

Argumentum CLXXVIII.

Iudicium vniuersale, & quando, & ex quibus causis dicatur intentatum, adhoc vt valens sit silere facere iudicium particulare, & in istis terminis ad quid habenda sit ratio, & quare iura determinarunt, vt iudicium vniuersale silere faciat iudicium particulare. Iudex habet plura remedia ad tuendam iurisdictionem, & contra contumacem, quo remedio vti velit, est in eius arbitrio.

Sabinen. *Castri Mompei*.

Lunæ 28. Nouemb. 1622. *Vbaldo*.

Argumentum CCCCXXXVI.

Fundus traditus marito in dotem, quando dicatur datus æstimatus, ita vt in restitutione dotis tantum cogi possit ad reddiendum pretium. Communio inter fratres ex quibus excludatur. Frater possidens iure familiaritatis bona alterius fratris, super eis ex hoc non potest prætendere aliquod dominium.

Sabinen. *Castri Montis Rotundi*.

Mercurij 2. Martij 1622. *Coccino*.

Argumentum CCCLVII.

Fideicommissum perpetuum, & absolutum in familia, quando in aliqua re particulari per diuidentes censeatur inductum per probationem eius alienationis, extra familiam, & quamuis per probationem alienationis extra familiam non censeatur inductum fideicommissum, tamen id non procedit, quando sumus in absoluto fideicommisso, quando maximè procedit stante non parua affectione in re, ex qua familia denominatur.

Leodien. *Censurarum*.

Lunæ 7. Nouemb. 1616. *Remboldo*.

Argumentum CCCCLXXX.

in Censuras Ecclesiasticas latas à lege quando quis clarè, & absq; tergiuersatione dicatur incurrisse, ita vt absq; alia citatione possit deueniri ad promulgatione declaratoriæ, & reijtur plures exceptiones in hac materia appositæ. Et agitur quando sæculares volunt se intromittere in materiis beneficialibus, itaque cum iam inciderint in excommunicationem denunciandi veniant, aliaque vt hic.

Romana *Census*.

Merc. 6. Iunij 1618. *Card. Sacrato*.

Argumentum XXXV.

Oppositio contra validitatem census, quod fuerit constitutus sine pecunia numerata quando sumus in Censu imposito ante Constitutionem Pij V. de censibus non annullat & quare. Pactum quod emptor census cogi possit quandocunque ad redimendum censum, cum sit illicitum an vitiet validitatem census, & quid si sit concessum beneplacitum venditori census.

Romana *Census de Mutis, seu prætensæ solutionis dotis*.

Mercurij 1. Iulij 1620. *Coccino*.

Argumentum CCXXXIX.

Dotis promissio, quando præcessit, ac deinde maritus fassus fuit se dotem recepisse, tunc talis confessio præsumitur vera, & maximè si fuerit facta in articulo mortis ac in parte verificetur, necnon elapsi fuerunt termini ad eam soluendam, & tandem, si ea confessio facta fuerit à persona nobili, quæ præsumptiones tamen licet valde vrgentes sint ad præsumẽdam dictam solutionem, nihilominus si aliæ vrgentiores concurrant, quæ contrarium suadeant, primis nequaquam standum est in præiudicium creditorum, si quando maritus fecit dictam confessionem, debitis erat grauatus.

Corduben. *Coadiutoriæ*.

Veneris 27. Nouemb. 1619. *Dunozetto*.

Argumentum CXXXX.

Breuis executio subrogato gratiosè, quando non possit denegari. Et adducuntur plures coniecturæ, & præsumptiones ex quibus deueniri potest in cognitionem, quod apostilla aliqua falsè post instrumenti confectionem fuerit in eo apposita. Præstimonia alicuius Ecclesiæ, quando non dicantur annexa Canonicatibus, & hoc quoad materiam optionis.

Romana *Concordiæ*.

Veneris 1. Martij 1619. *Remboldo*.

Argumentum LXXXVIII.

Negotium si commissum sit alicui, cum ampla facultate faciendi, quicquid eius arbitrio videbitur, tunc ille non requiritur, vt amplius faciat, quam in re sua propria fecisset, quod multo magis dicendum, si ille cui fuit commissum dictum negotium habebat interesse in eo, & agitur, quando alicui censeatur remissa inuentarii confectio.

Albanen. *Confinium*.

Lunæ 22. Martij 1620. *Pirouano*.

Argumentum CCXXXIV.

Manutentio, cui sit concedenda. Possessio posterior, licet præsumatur turbatiua, & improba, tamen quando hoc non procedat. Possidendi animus, quando censeatur dimissus.

Albanen. *Confinium*.

Veneris 13. Ianuar. 1623. *Pirouano*.

Argumentum CCCCXXXXIII.

Manutentio possessionis naturalis non impeditur per ciuilem animo retentam. Possessio, vt verificetur, quid sit probandum, & alia de quibus in summario.

Bononien. *Cumuli Misericordiæ*.

Veneris 20. Octobris 1621. *Coccino*.

Argumentum CCCXIV.

Testator, si fecerit aliquam dispositionem ad fauorem piæ causæ, & pro exoneratione suæ cõscientiæ, & huius operis executores aliquos reliquerit, cum conditione, quod si ipsi non obseruarent, quicquid fuerit per eum dispositum, omnia deuoluerentur ad aliquos alios, vt sit locus huic deuolutioni, quid requiratur, & dato, quod sit locus, qualiter sit facienda.

Roma-

Romana *Curæ*.
Lunæ 14. Ianuarij 1619. *Dunozetto*.
Argumentum LXXI.

Ratio, si semel fuerit reddita ab administratore, non potest iterum peti ab eo noua ratio, & licet hoc non procedat, stante errore, & dolo, tamen hæc sunt plenè probanda. Purgationis iuramentum an admittatur ad liberandum aliquem ab exhibitione scripturarum, qui eas custodire tenebatur.

Romana *Curæ*.
Veneris 29. Nouembris 1619. *Dunozetto*.
Argumentum CXLIII.

Administrator, quando semel rationem reddidit, vt iterum cogatur ad eam reddendam, qualiter dolus, & error sit à petente nouam rationem, probandus. Administrator si reddiderit rationem, præsumitur libros administrationis reddidisse.

Romana *Curæ*.
Mercurij 11. Martij 1620. *Dunozetto*.
Argumentum CXC.

Rationes si semel per administratorem fuerint redditæ, & quidem rectè secundum iuris dispositionem, ac reportata fuit ampla liberatio, & cum remissione nonnullarum exceptionum, & quoque liberatio facta fuit cum iuramento, tunc cũ id habeat vim transactionis, vt cogi possit ad iterum dd. rationes reddere, quid sit probandum, necnon ampla supradicta, si Dominus, cui fuit reddita ratio administrationis bonorum suorum erat maior, & in negocijs apprimè versatus.

Romana *prætensorum damnorum, & interesse*.
Mercurij 13. Iunij 1618. *Card. Sacrato*.
Argumentum XXXIX.

Iniustitia notoria stante datur appellatio à sententia, licet à Statuto, vel Constitutione fuerit prohibita. Notarius non tenetur de mala fideiussione, quando est conuentionalis, & sic non prætoria; ac referuntur alij casus, in quibus Notarius non tenetur, si fideiussor datus per eius acta non sit soluendo.

Ferrarien. *Decimarum*.
Veneris 12. Iunij 1620. *Vbaldo*.
Argumenrum CCXXVII.

In præsenti decisione tractatur materia circa valorem rei, quãdo sumus in iudicio euictionis, qui tamen attenditur de tempore euictionis, quippe taxatus est à iure, vt non excedat duplum, & id qualiter intelligendum veniat, necnon quando vltra duplum exigi possit. Aliqua quoque habes ad interpretationem Statuti Ferrarien. taxans interesse, in materia euictionis ad rationem octo pro centenario.

Ferrarien. *Decimarum*.
Lunæ 8. Nouembris 1621. *Vbaldo*.
Argumentum CCCXVII.

de Fructuũ liquidatione, eorumque valore, quando agitur, cum sit materia satis difficilis probationis, ideoque in his terminis iura admittunt leuiores probationes, etiam per coniecturas, quæ conclusio tamen non procedit, quando quis impugnatiuè contra liquidationem iam factam venit, vel prætextu læsionis, vel iniustitiæ, quia tunc concludentes requiruntur probationes, quod ampla si sententia liquidatoria transiuerit in iudicatum. Euictio rei venditæ quando est secuta, eius valor de quo tempore sit æstimandus.

Ferrarien. *Decimarum*.
Mercur. 27. Aprilis 1622. *Vbaldo*.
Argumentum CCCLXXXI.

Rota, licet ex sola suspicione calumniæ nõ soleat rigorosè procedere in denegatione remissoriæ, tamen si sea suspicio sit vehemens, à tali concessione solet se retrahere, veluti si petatur remissoria post rem iudicatam, quia tunc ad alium effectum non censetur petita, nisi vt causæ expeditio impediatur, & ampla si plures termini fuerint præfixi ad docendũ de causis restitutionis in integrum, & nihilominus fuit deductum. Et referuntur alij casus, in quibus Rota denegat remissoriam.

Toletana *Decimarum*.
Mercur. 1. Decembris 1621. *Vbaldo*.
Argumentum CCCXXIII.

Sententia, si laboret insanabili morbo defectus citationis non sanatur etiam stante clausula, arbitrio. Pro attentatorum reiectione, non intrat arbitrium, quando illa sunt clara, & patentia, quodque multo magis procedit stante admixtione spolij. Appellatio, quando dicatur inualidè interposita. Attentata gesta intra 10. dies datos ad appellandum, non secuta appellatione, ea reuocantur per viam nullitatis. In decimarum materia, quando detur appellatio ad vtrumque effectum, & quando non.

Tridentina *Decimarum*.
Mercur. 4. Februarij 1620. *Card. Sacrato*.
Argumentum CLXX.

Tractatur de probatione sigilli Episcopi, quod de generali cõsuetudine totius Orbis probat, in his tamen, quæ spectant ad eius officium. Scriptura antiquissima non eget recognitione & ex quo probetur, eam esse talem. Et aliqua de sigillo publico.

Tridentina *Decimarum*
Lunæ 6. Aprilis 1620. *Card. Sacrato*.
Argumentum CCV.

Sigillum Episcopi an probet in præiudicium, & vtrum fides ei adhibeatur sine subscriptione. Solemnitates necessariæ in inuestituris laicorum non sunt necessariæ in illis, quæ fiunt per clericos.

Romana *Denunciationis Euangelicæ*.
Mercurij 15. Ianuarij 1620. *Card. Sacrato*.
Argumentum CLXVIII.

Iudex vt validè deueniat ad appositionem sequestri, quid obseruare teneatur, & quid vt ritè procedat ad denunciationem Euangelicam. Iudex Ecclesiasticus non debet admittere denunciationes Euangelicas, & quare, & in quibus casibus admittatur.

Bononien. *deuolutionis domorum*.
Lunæ 15. Nouembris 1621. *Coccino*.
Argumentum CCCXIX.

Bona Ecclesiæ, si in totum fuerint alienata, & Papæ fuerit narratum, ad effectum obtinendi beneplacitum Apostolicum solum aliqua bona fuisse distracta, tunc sine dubio cum intret subreptio, tale beneplacitum in nihilo suffragatur, nam Papa diuersimodè rescripsisset in vno casu, & aliter in alio si fuisset expressum, maiorem enim requisiuisset in alienatione omnium bonorum vtilitatem, quam in distractione partis. Alienatio bonorum Ecclesiæ, vt valeat, quid requiratur, & quid procare grauetur.

Mutinen. prætensæ *deuolutionis*.
Lunæ 5. Iulij 1621. *Coccino*.
Argumentum CCCIX.

Fœminæ, cum secundum communem opinionem non sint incapaces emphyteusis Ecclesiasticæ, ideo sub concessione facta alicui de ea pro se, & hæredibus, comprehenduntur etiam fœminæ, quia verbum, hæredibus, de se positum est aptum includere etiam fœminas, & si addatur dictio, quibuscumque, comprehendit etiam extraneos. Quando tamen talis concessio est facta pro se, filijs, & hæredibus, tunc veniunt tantum masculi, & non fœminæ, nec extranei

Romana *Deuolutionis*.
Mercurij 17. Martij 1621. *Card. Verospio Sen.*
Argumentum CCLXXXI.

Ad effectum deuolutionis, vel caducitatis dominium plenis, & concludentibus probationibus est docendum. Idem intellige de identitate. Caducitas, vt excusetur, sufficit qualibet bestialis causa.

Romana *deuolutionis domus*.
Mercur. 1. Iulij 1620. *Coccino*.
Argumentum CCXLI.

Bona Ecclesiæ, vt dicantur solita locari, ad hoc vt quando denuò locantur, non requirantur solemnitates necessariæ in primæua locatione, quid sit necesse probare, & inter alia etiã requiritur, vt solitum non alteretur, ac quando dictum solitum dicatur alteratum. In alienatione bonorum Ecclesiæ copulatiuè requiritur solemnitas, & causa, itaque vnum sine alio nullatenus suffragatur. Alienatio bonorum Ecclesiæ, quando appareat, vt potius sit facta in euidens damnum, quàm in euidentem vtilitatem.

Romana

iure familiaritatis, & nomine consocij, & quid si ipse tantū retineat claues. Pro continuatione possessionis rei mobilis datur interdictum vtrobique, quod est simile interdicto vti possidetis &c.

Romana *diuisionis de Antolinis*.

Veneris 26. Iunii 1620. *Vbaldo*.

Argumentum CCXXXVII.

Plura deducuntur circa quantitatem, & valorem frumenti, ad effectum illud diuidendi inter socios, & quando dicta quantitas à peritis æstimata, à parte non possit in dubium deduci, in casu scilicet quando ipse fuit præsens, & non contradixit. Substantia, quando est probata, tunc quantitas leuioribus probationibus docetur.

Leodien. *Dominij*.

Veneris 11. Martij 1622. *Remboldo*.

Argumentum CCCLXIII.

Spoliatus à Iudice iniustè procedendo, non obstante calore iudicij reintegrandus venit. Mandati relaxatio facta non præcedente citatione est nulla, & maximè si pendebat aliqua dilatio. De melioramentis quando constat, ante restitutionem sunt reficienda, & non sufficit cautio.

Leodien. *Dominij*.

Lunæ 2. Maij 1622. *Remboldo*.

Argumentum CCCLXXXVII.

Exceptio spolij, valens est, quem repellere à limine iudicij, & spolium vltimum de iure prius purgandum venit. Possessor si absque refectione melioramentorum è sua possessione fuerit eiectus, dicitur nulliter eiectus, & id procedit multò magis si talis eiectio secuta fuerit, dum pendebat terminus assignatus à Iudice ad effectum, vt illa melioramenta liquidarentur. Spolij purgatio, vt euitetur, quid requiratur.

Leodien. *Dominij*.

Lunæ 3. Iulij. 1623. *Coccino*.

Argumentum CCCCXCV.

Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 20. de reformat. disponens circa trāsporta ionem actorum, licet loquatur de actis factis coram Episcopo, tamen cum id fuerit expressum gratia frequentioris vsus tamen est intelligendum etiam de actis factis coram quocumque Iudice, quod verum tamen est, quando causa est Ecclesiastica, secus verò si sit Laicalis, quia tunc in hoc seruanda est dispositio iuris ciuilis, & sic aliud est, vt acta transportentur vigore Concil. Trident. & aliud si secundum dispositionem Iuris communis, quia in primo casu omnia acta, etiam irreleuantia sunt transportanda, secus vero in secundo. Ad actorum transportationem appellans, vel appellatus teneatur, vide hic transportationem. Mandatum, quando vigore sententiæ relaxatur, an sit necessaria noua citatio & vtrum sufficiat illa, quæ ad sententiam fuit facta. Termini assignatio alicui facta à Iudice non currit, nisi data illius scientia, quod procedit etiam si adesset Statutum volens, vt termini currant absque alia intimatione partis.

Ariminen. *Domus*.

Veneris 11. Decembris 1620. *Remboldo*.

Argumentum CCLXV.

Bona minorum si ex causa necessaria vrgentis, & imminentis æris alieni sunt vendita, & cum debitis solemnitatibus, & decreto Iudicis, tunc causæ expressæ in instrumento præsumuntur veræ, quodque Iudex non interposuerit decretum, nisi omnibus sibi narratis plenè cognitis & iustificatis &c.

Romana *Domus*.

Veneris 14. Decembr. 1618. *Card. Sacrato*.

Argumentum LXIV.

Stante pacto de retrouendendo potest agi ad retrouenditionem. Tutoris confessio an, & quando præiudicet pupillo. Actuum geminatio, quid importet. Pactum de retrouendendo diminuit de vero valore, & quantum.

Romana *Domus*.

Veneris 24. Maij 1619. *Vbaldo*.

Argumentum CXVII.

Spoliatus est ante omnia restituendus, itaque spoliatori denegatur omnis audientia, nisi prius spolium purgauerit, quod intellige verum, etiamsi in possessione fuerit immissus auctoritate Iudicis, iniustè tamen, & nulliter procedentis, quia tunc Iudex dicitur spoliare, immo si procedat parte instante, quasi eo casu ipsa pars videtur spoliare. Retentio ratione hypothecæ, quando datur, si Iudex nulliter procedat.

Romana *Domus*.

Lunæ 27. Ianuarij 1620. *Card. Sacrato*.

Argumentum CCLXIX.

Simulationis exceptio, quando non admittatur, & an impediat remedia possessoria. Emptio facta pro se, & persona nominanda dum non sequitur nominatio, totus contractus residet in emptore.

Romana *Domus*.

Mercur. 9. Decembr. 1620. *Coccin*.

Argumentum CCLXI.

In Alienatione bonorum Ecclesiæ copulatiuè requiritur, & solemnitas, & causa, itaut vnum siue alio non suffragetur. In locatione rerum Ecclesiæ, quando clarè appareat potiùs interuenisse indubitatum damnum, quam euidentem vtilitatem, itaque subsistentiam aliquam nullatenus habeat, & quando in iterata locatione, dicatur solitum alteratum. Domum, ex quibus rationibus testes minimè probent, minare ruinam. Vtile per inutile, quando vitiatur, & quando non, & quid in correspectiuis.

Romana *Domus*.

Veneris 18. Decembris 1620. *Card. Sacrato*.

Argumentum CCLXVI.

Res empta pro se, & persona nominanda, donec non sequatur nominatio, res est ementis. Geminatio actuum quid importet. Socius regulariter loquendo non potest implicare pecunias sociales extra materiam societatis. Pro scripturarum concordia semper facienda est interpretatio.

Romana *Domus*.

Lunæ 27. Iunij 1622. *Vbaldo*.

Argumentum CDXX.

Domus inuestitura, alicui facta ad vitam ipsius, & suorum filiorum, & nepotum per lineam rectam descendentium masculorum tantum, dubitatur modo in casu, quo mortuus est inuestitus, ac eius filius, relictis filiabus fœminis, an istæ comprehendantur in inuestitura, ac dato, quod Dominus directus capiat possessionem domus tanquam deuolutæ per mortem filij inuestiti, non citatis eius filiabus fœminis in possessione existentibus, an sint reintegrandæ ad possessionem, vel manutenendæ.

Romana *Domus*.

Veneris 13. Ianuarij 1623. *Coccino*.

Argumentum CDXLIV.

Ecclesiæ bona, malè alienata, quando recuperantur, fructus eorum debentur, vsque à die alienationis, sed hoc cum distinctione, aut alienatio fuit nulla ex errore facti, & tunc fructus solum debentur à die moti iudicij super d. nullitate, aut fuit erratum in iure, & quia error iuris non excusat, ac tunc fructus, vt dictum est, à die alienationis debentur, & quid si error iuris erat valde intricatus, & dic, vt in errore facti.

Romana *Domus*.

Lunæ 13. Martij 1623. *Manzanedo*.

Argumentum CDLXIII.

Facultatem, si habeat emphyteuta aliquem ad emphyteusim nominandi, & in dicta nominatione priuilegium etiam à Domino directo variandi indultum fuerit, dato, vt aliquem ad eam nominauerit, & ille dictam nominationem acceptauerit, quæritur an deinde emphyteuta vigore dictæ facultatis sibi concessæ, possit variando, alium nominare, & conclusio est negatiua, & hoc propter ius quæsitum primo nominato, quod ei non potest auferri per contrarium factum nominantis, dicta enim facultas variandi ei indulta à Domino directo, est intelligenda in eius Domini præiudicium, non autem in præiudicium tertij.

Roma-

Romana *Domus ad Peregrinum.*
Lunæ 17. Februar. 1620. *Coccino.*
Argumentum CLXXXI.
Papæ, si quis gratiam petat, & simul supplicet, vt id committatur alicui Iudici, tunc si Papa simpliciter rescribat, per verbum, Placet, censetur eam concessisse, dando Iudici arbitrium, & quid si Regens apponat suam signaturam, scilicet Iudex de mandato Papæ, procedat prout petitur, & iustitiam faciat, tollant gratiam.

Romana *Domus ad Turrim sanguineam.*
Lunæ 9. Februarij 1618. *Card. Sacrato.*
Argumentum VII.
Ex infortunio aliquo, si allegetur amissio scripturarum, vt admittatur, quid sit probandum. Possessionem, vt quis amittat, quid sufficiat. Facultatem redeundi ad primæua iura. si quis in casu contrauentionis sibi reseruauerit, eueniente casu non potest pro parte redire, & pro parte non, cum contractus sint indiuisibiles.

Romana *Domus ad Turrim sanguineam.*
Mercur. 2. Iunij 1621. *Manzanedo.*
Argumentum CCXCV.
Bona quædam, quod non fuerint in bonis fideicommittentis, ex quibus probetur, quamuis ea fuerint apud hæredes, sed ex alia causa. A transactione, quando quis licite possit recedere, & aliqua habes circa probationem mandati, quando scilicet ex coniecturis præsumatur.

Romana *Domus ad Turrim sanguineam.*
Veneris 17. Iunij 1622. *Manzanedo.*
Argumentum CDX.
Domus aliqua an fuerit in bonis fideicommittentis, ex quibus dicatur probatum, quodque in facto satis, superque discutitur. A transactione, si quis habeat facultatem recedendi in casu contrauentionis, & redire ad primæua iura, stante contrauentione, quando censeatur voluisse redire ad dicta primæua iura. Iuramentum licet dicatur indiuiduum, tamen id non procedit, quando capitula sunt separata. Hæres omittendo aliquid describere in inuentario, non præiudicat fideicommissarijs, & quare.

Romana *Domorum de Zacconibus.*
Veneris 18. Iunij 1621. *Vbaldo.*
Argumentum CCXCVIII.
Possessio optime probatur ex confessione partis aduersæ, agendo scilicet adipiscendæ. Possessio titulata est præferenda. Statum Vrbis lib. 1. cap. 147. de continuanda possessione in suum hæredem, vt intret, quid requiratur.

Sancti Seuerini *Domus.*
Veneris 20. Maij 1622. *Remboldo.*
Argumentum CCCXCV.
Emptori licitum est retinere pretium rei emptæ, propter imminentem euictionem dictæ rei, & quando non tantum dicatur imminere euictio, sed etiam sequuta. Emptori, quod liberè non fuerit tradita res empta, ex quibus probetur, & docere de tali libera traditione, id incumbit venditori agenti ad assecutionem pretij. Emptori non dicitur liberè tradita domus empta, si ei solum fuerit consignata clauis vnius cubiculi, cum sit necessaria traditio clauis ianuæ principalis, si non omnium cubiculorum. Euictio, quando dicatur secuta culpa venditoris, & non emptoris.

Neapolitana *Donationis.*
Veneris 16. Decembr. 1621. *Manzanedo.*
Argumentum CCCXXV.
Mulier ingrediendo Monasterium, si aliquid construere fecit, ad effectum id donandi Monasterio, eius mens præsumitur esse, eam donationem facere quatenus in dicto Monasterio profiteatur, & ideo dato, quod egrediatur ab eo, absque professione, Monasterium nullatenus potest agere ad dictam donationem, & hoc maxime stante obseruantia, necnon consuetudine dicti Monasterij.

Romana *Donationis.*
Lunæ 14. Februarij 1620.
Argumentum CLXXIX.
Donatio ex quibus coniecturis præsumatur quod sit simulata. Confidentia magna est necessaria, quando sit aliqua donatio simulata, quæ confidentia maior est in coniunctis quam in extraneis. Et aliqua circa donationes, quæ fiunt in fraudem fisci, & quotupliciter fiat.

Romana *Donationis.*
Lunæ 22. Iunij 1620. *Card. Sacrato.*
Argumentum CCXXXIII.
Simulatio, quod in contractu donationis interuenerit, ex quibus probari possit, & an requiratur, vt donatarius sit particeps simulationis, & ex quo argui possit ipsum sciuisse d. simulationem. Simulatio licet non possit deduci ab eo, qui eam commisit, maximeq. si appareat fraudolenta, tamen id limitatur, quando allegatur contra participem, vel si etiam detecta sit ex ipsis actis.

Romana *Donationis de Mazzatostis.*
Veneris 22. Aprilis 1622. *Manzanedo.*
Argumentum CCCLXXVII.
Donatio facta per verba vniuersalia, & quidem geminata de omnibus bonis, quando accipienda, seu interpretanda veniat, vt nihil incomprehensum relinquat, & ex quibus coniecturis & verisimilitudinibus argui possit, vt donans animū habuerit omnia & singula bona cedendi donatario, ac aliqua habentur circa vim verborum vniuersalium, ac geminationem.

Romana *donationis de Mazzatostis.*
Lunæ 27. Iunij 1622. *Manzanedo.*
Argumentum CDXIX.
Obligatio Cameralis continet etiam in se assecurationem, quo ad bona futura. Hypoteca retrotrahitur ad diem contractus, quando sumus in conditionibus causalibus, & hoc etiam in præiudicium tertij, qui medio tempore ius acquisiuit, sed secus est, si essemus in conditionibus potestatiuis. Ac declaretur casus textus in l. qui Balneum, §. Titia, ff. qui potior. in pign. habeantur.

Romana *donationis de Mazzatostis.*
Lunæ 23. Ianuarii 1623. *Manzanedo.*
Argumentum CDL.
Bona aliena dicuntur tacite hypothecata, quado debitor obligat quoque bona futura, cum ea obligatio conditionem illam recipiat, quatenus bona aliena ad eum perueniant, & quando ad eum perueniunt admittitur retrotractio; vt ab initio contractus, atque in quibus terminis id procedat. Et interpretatur casus textus in l. qui balenum §. Titia ff. qui potior. in pign. hab. Retrotractio ad effectum hypothecæ bonorum non intrat, quando adest causa resistens.

Romana *donationis de Mazzatostis.*
Lunæ 21. Februarii 1622. *Manzanedo.*
Argumentum CCCXLV.
Filiæ licet secundum leges Imperiales habeant intentionem fundatam in successione bonorum paternorum, dum Pater ab intestato decessit, sed vigore Statuti Vrbis lib. 1. cap. 145. extantibus masculis, ipsæ nullatenus succedere valent, requirit tamen d. Statutum filias fuisse dotatas, & quidem à patre, quæ tamen dotatio, vt probetur non est necesse, vt ostendatur per instrumentum, cum sat sit id docere per præsumptiones, & coniecturas, inter quas ea potentissima est iuncta cū alijs, quia matrimonia nullatenus solent contrahi sine dote, nam potissimum ad hoc est inuenta dos, vt facilius mulieres reperiant maritos.

Romana *donationis.*
Lunæ 25. Februar. 1623. *Manzanedo.*
Argumentum CDLVI.
Donatio excedens summam 500. solidorum, est insinuanda, alias nullitatis vitio subiacet, cum dicta donatio respiciat perfectum consensum donantis, ac illa denotet animum deliberatum eiusdem persistendi in dicta voluntate donandi, & ideo si non insinuetur lex præsumit donantem non habere animum donandi, & sic potest eam reuocare. Facultatē habens donandi absque solemnitate insinuationis, vtrum d. facultate dicatur vsus, quid requiratur. Potestatem obtinens reuocandi per eum gesta, an intelligatur de illis actibus, qui sunt sui natura reuocabilia, vel de reuocabilibus etiam.

Roma-

Romana *Donationis, seu legitimæ de Carcanis*.
Veneris 3. Aprilis 1620. *Card. Sacrato*.
Argumentum CCIII.

Proximiores quando citantur ad interressendum in contractu mulierum, vigore alicuius Statuti, debet saltem in citatione exprimi, qui contractus veniat celebrandus. Proximiores debent medio iuramento asserere Iudici contractum celebrandum per mulierem ei esse vtilem, & ideo necesse est, vt illi de cõtractu sint informati. Citatio nimis vaga, & incerta non tenet, alia habes in summarijs.

Romana *Donationis de Ottonibus*.
Vener. 17. Februarij 1623. *Remboldo*.
Argumentum CDLX.

Donatio facta contemplatione futuri matrimonij, an subiaceat statuto volenti, vt quælibet donatio insinuetur, & licet aliqui DD. teneant affirmatiuam partem, tamen victoria est eorum qui negatiuam sustinent, eamq. opinionem in pluribus causis retinuit Rota, quæ sine dubio procedit, quando in ea donatione constituta fuit primogenitura, vel quando donatio facta est in ipso contractu matrimonij, cum tunc nõ propriè dicatur donatio, sed contractus quidam innominatus, & quare.

Ariminen. *Dotis*.
Lunæ 11. Maij 1626. *Coccino*.
Argumentum CCXII.

Iudex, quando nulliter dicatur processisse ad subhastationem, in qua materia seruanda forma statutorum, & hoc quamuis sint à iure communi exorbitantia, nec est quærendum eorũ ratio, sed forma. Mulieres à iure prohibitæ sunt fideiubere, & quid si interuenerit iuramentum. Statuta sæcularium nec directè, nec indirectè possunt disponere super viribus iuramenti. Licentia obtenta sub certa forma, si ea adimpleri nõ possit, recurrendum est ad eum, qui illam concessit, nec potest adimpleri per æquipollens.

Ariminen. *Dotis*.
Lunæ 22. Iunii 1623. *Coccino*.
Argumentum CCXXXV.

Ex confessione aduersarij agendo contra partem, vti possessorem, optimè probatur illius possessio, itaq. ex d. confessione, quamuis sit implicita, & non explicita pars manutenenda veniat. Ad subhastationem Iudex nulliter deuenire dicitur, si ad hunc actum deuenerit absque citatione partis, vel si formam statutorum in hac materia traditam nequaquam seruauerit.

Bononien. *Dotis*.
Lunæ 9. Decembr. 1619. *Rimboldo*.
Argumentum CLIII.

Fructus dotis per viduam percepti post annum luctus quando computentur in sortem dotis, & quando non. Statutum Bononien. disponens, vt vidua interpellare teneatur hæredes mariti, vt consequi possit fructus dotis sibi non restitutæ, istam qualitatem requisitam à statuto, quis probare grauetur & ex quibus præsumatur interuenisse. Præstatio, seu solutio longa licet non indicat obligationem, est tamen potentissima ad inducendam præsumptionem tituli, cum nemo præsumatur tàm supinus, vt diù voluerit soluere id, quod non debet.

Bononien. *Dotis*.
Veneris 7. Februarii 1620. *Manzanedo*.
Argumentum CLXXIV.

Promittens dotem restituere plenè, & integrè, ac renuncians omni auxilio legum, & statutorum, an possit iuuari beneficio statuti de lucro dotali. Statutum domicilij viri est attendendum in restitutione dotis.

Bononien. *Dotis*.
Mercur. 17. Iunij 1620. *Manzanedo*.
Argumentum CCXXIX.

Statutum domicilij viri attendi debet in casu restitutionis dotis, & quid si maritus in casu restitutionis dotis promiserit eam plenè, & integrè reddere, an censeatur renunciasse beneficio statuti deferenti ei lucrum dotale. Statutum Bononiense mandans, vt idem ius seruetur forensi agenti in Ciuitate Bononiæ, quod redderetur Bononiensi in Ciuitate illius forensis, quando intret.

Bononien. *Dotis*.
Ven. 14. Ianuar. 1622. *Remboldo*.
Argumentum CCCXXXV.

Dotem, si quis asserat restituisse, tenetur hoc concludenter probare, Dotis permutatio, vt valeat, quid sit necessarium.

Firmana, seu Maceraten. *Dotis*.
Veneris 27. Martij 1620. *Pirouano*.
Argumentum CCI.

Hæres cum beneficio legis, & inuentarij non tenetur reddere rationem de actu subhastationis, & deliberationis bonorum. Numquid iudex ritè, & rectè processerit, cum pro eo præsumatur. Hæres post aditam hæreditatem an faciat fructus suos.

Firmana *Dotis*.
Lunæ 13. Februarij 1623. *Nauarro*.
Argumentum CDLIX.

Dotis solutio, dum promissa fuit cum obligatione Camerali, tunc omnino soluenda venit, nec ita facile admittitur exceptio. Et tractatur hic, quando filia mortua est relictis filijs, ante obitum patris, qui dotem promisit, & non soluit, an audiatur si intendat retinere dotem, quia cum dos succedat loco legitimæ, & ea non debetur ante obitum patris, itaque videtur dictam dotem posse retinere, sed constitutio Martini ei obstat.

Romana *Dotis*.
Veneris 30. Martij 1618. *Card. Verospio*.
Argumentum XVI.

Dispositio auth. res quæ. C. comm. de legat. cum non sit fundata in præsumpta voluntate testantis, sed in publica vtilitate, cum Reipublicæ expediat, vt liberis hominibus impleatur Ciuitas, ideo stante in contrarium testatoris siue tacita, seu expressa dispositione etiam non alienandi ex causa dotis, nihil obstabit d. auth.

Romana *Dotis*.
Lunæ 18. Iunij 1618. *Card. Sacrato*.
Argumentum XLI.

Dos fœminis, quando venit constituenda, attendenda est familiæ qualitas, quantitas patrimonij, & etiam quid consuetum fuit dare alijs fœminis eiusdem familiæ. Dos debet constitui ad solam legitimam, & quando id non procedat.

Romana *Dotis*.
Veneris 19. Aprilis 1619. *Vbaldo*.
Argumentum CV.

Dotem marito, quando quis promittit, tunc licet vxor ad eam agere minimè possit, tamen si accidat, vt maritus se absentet, poterit quidem vxor non actione ex stipulatu ex priuilegio dotis, vt aliqui non bene putant, sed vigore obligationis Cameralis, quæ continet in se clausulam pro omnibus, quorum interest, poterit agere pro consecutione dictæ dotis, vt se, suosq. filios alat, &c.

Romana *Dotis*.
Ven. 26. Aprilis 1619. *Vbaldo*.
Argumentum CVIII.

Dos, soluto matrimonio per mortem viri, integra reuertitur ad patrem dotantem, ac efficitur de patrimonio ipsius, verum tamen est, eum teneri dictam dotem conseruare, quatenus eius filia secundo velit se nubere. Intellige tamen quod ex hoc non sequitur, filiam habere actionem contra patrem ad consequendam dictam dotem, nec illius bona sunt filiæ hypotecata ad dictum effectum. Consuetudo Martini quando intret, & quando cesset.

Romana *Dotis*.
Ven. 20. Iunij 1619. *Remboldo*.
Argumentum CXXIX.

Bona fideicommisso subiecta possunt alienari pro Constitutione dotis descendentibus, non obstante tacita, aut expressa, ac amplissima prohibitione facta à Testatore de dictis bonis non alienandis, quia vel intelligenda venit, vt tunc locum sibi vsurpet, quando descendentes aliundè dotari possint aliàs secus, vel quatenus etiam isto casu alienationem interdixisset, & tunc tale præceptum spernendum venit, & quare.

Bononien. *Dotis de Lambertinis*.
Veneris 19. Aprilis 1619. *Manzanedo*.
Argumentum CIV.

Dotem, si quis mulieri promiserit ad certum tempus, & interim soluere fructus recompensatiuos, cum obligatione hypotecæ omnium suorum bonorum, tunc si iste deficiat in solutione dd. fructuum, mulier poterit petere immissionem super illius bonis.

Bononien. *dotis de Lambertinis*.
Mercur. 11. Martij 1620. *Manzanedo*.
Argumentum CLXXXVII.

Dotem, si quis mulieri promiserit restituere cum hypotheca bonorum, tunc euueniente casu restitutionis, si ille renuat eam soluere, potest vigore Saluiani petere immissionem super illius bonis, non obstante fuisse oppositam compensationem, quando ea non est clara, ac concludenter probata. Hæres cum beneficio legis, & inuentarij potest experiri contra iura defuncti pro suo credito, perinde ac si esset tertius creditor.

Bononien. *dotis de Lambertinis*.
Lunæ 4. Maii 1620. *Manzanedo*.
Argumentum CVIII.

Dos, in casu restitutionis, in quo valore monetæ, scilicet an de tempore constitutionis, vel solutionis, sit facienda, discutitur in præsenti decisione: tractatur enim hic de concordia inita inter hæredes mariti & viduã, de non restituendo dotem, nisi intra quoddam temporis lõgum interuallum, an tunc attenditur tempus valoris monetæ de tempore solutionis, nec ne.

Romana *Dotis*.
Lunæ 20. Iunii 1622. *Coccino*.
Argumentum CDXII.

Pater constituendo dotem filiæ in tot scutis, cum relatione ad scuta data primæ filiæ in dotem, tunc ad cognoscendum, an dicta scuta debeant esse auri, vel argenti, videndum est an prima dos fuerit intellecta de scutis auri, vel argenti, & quatenus fuerit intellectum de scutis auri, an secundæ filiæ noceat, quod filia prima non in scutis auri, prout poterat, sed in scutis argenti dotem receperit.

Romana *Dotis*.
Lunæ 13. Nouembr. 1623. *Merlino*.
Argumentum CDXCVII.

Dotis fauore speciale est, vt in illa ius quæratur absenti contra regulam l. absenti. ff. de donat. & hodie ex speciali beneficio Iustiniani Imp. nedum ex promissione facta à patre genero de dote, inducitur eiusdem donatio ad fauorem filiæ, verum etiam pro eadem dote, filia quamuis ignorante, & absente, ipso iure inducitur tacita legalis stipulatio. Pater promittendo dotem genero, & inter eos initum fuerit pactum, vt ea inueniatur ad fauorem filiæ, & pro dicta dotis solutione, hypotecauerit pater aliquem censum, tunc si solutio facta fuerit, & spreta fuerit conditio illa inuestiendi, non censetur liberatus ab hypotheca, & ideo filia in subsidiũ poterit contra illum agere.

Sancti Seuerini *Dotis*.
Vener. 23. Martii 1618. *Vbaldo*.
Argumentum XIV.

Dotem potest petere vxor ab hæredibus mariti sibi restitui in eisdem corporibus hæreditariis, quamuis fuerit marito assignata æstimata, si promissio facta fuerit de restituendo eam in eisdem corporibus hæreditarijs, quia tunc æstimatio non fecit emptionem. amplia etiam id, si maritus disposuerit in testamento, vt vxor, sibi faciat restituere dotem in quibuscunque bonis sibi bene visis, &c.

Sancti Seuerini *Dotis*.
Mercur. 28. Nouembr. 1618. *Vbaldo*.
Argumentum LVI.

Vxor sit sit instituta hæres a marito, & grauata alteri restituere hæreditatem, tunc euueniente casu restitutionis præsumitur sibi retinuisse bona dotalia, & quid si ipsa asserat contrarium, dicendo dicta bona non reperijsse, in hæreditate. Maritus inconsulta vxore non potest alienare bona dotalia. Vxor relicta hæres à marito non tenetur bona dotalia describere in inuentario, & quare.

Sancti Seuerini *Dotis*.
Lunæ 16. Decembr. 1619. *Vbaldo*.
Argumentum CLIX.

Vxor, si instituta sit hæres vsufructuaria à marito, non dicitur etiam instituta hæres in proprietate, licet non dato alio hærede, nisi in casu mortis, sed habetur loco legatariæ ratione vsusfructus, tanquam instituta in re certa. Vxor potest retinere bona hæreditaria mariti, donec fuerit satisfacta de sua dote, & vt dicta bona dicantur subrogata loco dotis, quid requiratur. Dos, si sit soluta in pecunia, in eadem pariter debet restitui.

Sancti Seuerini *Dotis*.
Lunæ 4. Maii 1620. *Vbaldo*.
Argumentum CCVII.

Vxor habet intentionem fundatam super restitutione dotis in pecunia, quando assignauit marito tot bona æstimata in dotem, idque multò magis procedit stantibus nonnullis coniecturis, de quibus hic. Vxor, si habuerit facultatem à marito in testamento, recipiendi dotem, vbi & quomodo ei placuerit, potest eam prætendere in pecunia. Hæres quando præsumatur sibi satisfecisse de suo credito, quod habebat cum testatore.

Sancti Seuerini *Dotis*.
Mercur. 1. Iulii 1620. *Vbaldo*.
Argumentum CCXXXVIII.

Mulier, quando dedit in dotem bona æstimata, certum est, quod in casu restitutionis non illa, sed illorum æstimatio persoluenda est ei ab hæredibus mariti, sed dato, quod ipsa recipiat eadem bona, an tali casu debeant interuenire solemnitates necessariæ in contractibus mulierum, & conclusio est negatiua, maximèq. in casu præsentis decisionis.

Fanen. *Emphyteusis*.
Lunæ 3. Aprilis 1623. *Coccino*.
Argumentum CDLXXV.

Minor facilè etiam non probata læsione restituitur aduersus lapsum fatalium, vnde facilius venit restituendus, quando plura deducit, quæ suspicionem inducant læsionis. In iudicio restitutionis in integrum, non est deduciendum negotiũ principale, cum in illis terminis sufficiat deducere ea, quæ excludant calumniam pro obtinenda dicta restititutione.

Fanen. *Emphyteusis*.
Lunæ 19. Iunii 1623. *Coccino*.
Argumentum CDLXXXIX.

Dominus directus, si postquam ei est aperta emphyteusis, eam pro se retinere non intendit, tenetur illam renouare proximioribus eorum, quibus dicta emphyteusis fuit concessa, & ad hunc effectum, vt quis obtineat, quid probare grauetur, & præsertim doceri debet, quod emphyteusis terminata sit, ac noua inuestitura fuerit facta. Emphyteusis concessa alicui ad tertiam ipsius generationem, dum aliquis ex his superest, numquam potest dici ea aperta, quod procedit etiamsi fratres diuidendo inter se bona, dicta emphyteusis ad aliquos eorum tantum peruenerit, quia eis mortuis, illa reuertitur ad eos fratres, qui per diuisionem ab ea fuerunt exclusi.

Fulginaten. *Emphyteusis*.
Lunæ 20. Iunij 1622. *Vbaldo*.
Argumentum CDXV.

Pro immissione bonorum feudalium, & emphyteuticorum datur quoque remedium l. fin. C. de edict. D. Adr. tollend. & ad eam impediendam, quis dicatur legitimus contradictor. De identitate bonorum emphyteuticorum ex quibus dicatur constare. Immissio non est danda contra eum, qui Iudicis auctoritate possidet, & habet parem titulum, sed est procedendum ordinariè, Ius accrescendi, quando sine dubio intret, & aliqua circa clausulam, ad habendum.

Rauen-

Rauennaten. *Emphyteusis.*
Ven. 6. Februar. 1618. *Dunozetto.*

Argumentum VI.

Emphyteusim si quis receperit pro se, filijs, & nepotibus, & vno successore, an hæres vniuersalis, licet non sit nominatus, possit illam prætendere, emphyteusis dum est concessa pro se, & vno successore, parum interest, an ille succedat titulo vniuersali, vel particulari. Bona existentia in Ciuitate comprehenduntur sub verbis in territorio &c. Obseruantia subsecuta tollit omne dubium.

Romana *Emphyteusis.*
Lunæ 29. Maij 1623. *Vbaldo.*

Argumentum CDLXXXIII.

Emphyteusis concessio facta ad tertiam alicuius generationem, si Notarius extendendo hanc concessionem vigore facultatis sibi attributæ à partibus extendendi, & publicandi instrumentum sic extenderit. Pro se, suisque hæredibus, & successoribus vsque ad tertiam generationem, &c. Vndè in præsenti casu dubitatur, an potius dicta concessio, vel Notarij extensio sit attendenda, quia si dicta extensio est attendenda, emphyteusis effecta est mixta, quod vigore dictæ cōcessionis non erat, & hic in decisione inclinatur, vt attendenda sit extensio Notarij, vnde in vocato vtraque qualitas videtur necessaria.

Romana *Emphyteusis.*
Ven. 15. Decembr. 1623. *Vbaldo.*

Argumentum DIV.

Emphyteusis, quando est mixta adhoc vt eius natura dicatur mutata ob obseruantiam contrariam, quia in ea fuerunt admissi illi, qui non erant hæredes, quamuis descendentes inuestitorum, quid requiratur discutitur, & præsertim necessè est, vt Dominus illus in emphyteusi tolerando, ac ab eis recipiendo Canone, notitiam habuerit eos repudiasse hæreditatem suorum ascendentium, cum ad effectum, vt quis sibi præiudicet in iuribus suis, debet constare de eius scientia certa, & indubitata, quæ in dubio maximè in facto alieno non præsumitur.

Bononien. *Exemptionis.*
Ven. 25. Maij 1618. *Verospio Sen.*

Argumentum XXX.

Regulares sunt exempti à datijs, gabellis, vectigalibus, & oneribus tam realibus, quam personalibus. Priuilegiorum communicatio facta alicui, quid importet.

Romana *Fabricæ.*
Lunæ 20. Decembris 1621. *Remboldo.*

Argumentum CCCXX.

Agens conditione indebiti, vel ex æquitate l. si me, & Titium, ff. de condit. indebit. plenè, & concludenter intentionem suam probare tenetur. Computa si sint solidata, & facta amplissima liberatio cum iuramento, tunc nisi probetur error, vel fraus, & quidem concludenter, non erit locus rescissioni.

Romana *Fabricæ.*
Lunæ 16. Ianuar. 1623. *Pirouano.*

Argumentum CDXLVII.

Actorum defectus transportationis non causat nullitatem sententiæ, quādo est de illis actis, qui quamuis fuerint transportati, eorum visio non erat necessaria, nec ex eis potest argui sententia tanquam iniusta. Solutio indebita de iure non præsumitur, sicuti etiam nec compensatio debiti, cuius dies adhuc non cesserat. Pecunia licet in dubio præsumatur expendentis, & soluentis, tamen ista præsumptio cessat, quando quis suscepit opus perficere alicuius, cum pecunijs illius.

Anconitana *de Fanellis.*
Lunæ. 21. Maij 1618. *Vbaldo.*

Argumentum XXVI.

Instrumento est adhibenda fides, si concurrant omnia requisita publici instrumenti. Instrumento, quando sit standum, & alia circa extractionem instrumentorum, & maxime si sint mortui Notarij de eis rogati.

Taruisina *Feudi.*
Sabbato 23. Ianuar. 1621. *Card. Pamphilio.*
In Rota Martiniana.

Argumentum CCLXX.

Fratres duo, si fuerint inuestiti de feudo, pro se, & suis hæredibus, & descendentibus masculis, & fœminis ita vt masculis extantibus fœminæ non succedant, alterius verò prole legitima deficiente totum feudum, ad alterum tantum deferatur, ex qua serie inuestituræ rectè deciditur, vt donec extant fœminæ descēdentes ab alterutro ex dictis fratribus, ipsæ succedere debent, non autem masculi descendentes ex altero.

Taruisina *Feudi.*
Lunæ. 24. Maij 1621. *Vbaldo.*

Argumentum CCXCI.

Feudum, si sit concessum alicui pro se, & eius hæredibus, tunc si quis prætendat in eo tanquam vocatus succedere, debet concludenter probare, se esse de descendentibus inuestiti, cum apertum sit appellatione hæredum in feudalibus venire tantum descendentes. Nepotum appellatione secundùm communem vsum loquendi qui veniant. Feudum quando concessum est duobus pro masculis, & fœminis, tunc donec extant fœminæ vnius lineæ, non intrant masculi alterius lineæ.

Ariminen. *Fideicommissi.*
Vener. 18. Maij 1618. *Remboldo.*

Argumentum XXIV.

Fideicommissum restrictum ad certas personas, nō est cur illud ad non nominatas vltra mentem Testatoris veniat extendendum. Alienationis prohibitio, vt sit valens inducere absolutum fideicommissum, quid requiratur.

Bononien. *Fideicommissi.*
Vener. 26. Ianuar. 1618. *Remboldo.*

Argumentum IV.

Substitutio facta per vulgarem expirat, si hæres decedat cum filio, iuxta celebre consilium 21. Oldrad. a quo tamen ex coniecturis receditur, si appereat testatorem voluisse constituere perpetuum fideicommissum, & quæ sint istæ coniecturæ. Filij in conditione positi, quando censeantur vocati.

Bononien. *fideicommissi de Bentiuolis.*
Mercur. 1. Iulij 1620. *Coccino.*

Argumentum CCXLV.

Aliqua habes in præsenti decisione, quando substitutio dicatur conpendiosa, & circa verbum substituit, quod est commune, & quid importet.

Bononien. *Fideicommissi de Bentiuolis.*
Mercur. 5. Maii 1621. *Coccino.*

Argumentum CCLXXXVII.

Substitutio reciproca facta ad fauorem filiorum, non est subaudienda, vt quoque censeatur facta ad fauorem aliorum substitutorum, nisi clare appareat de voluntate Testatoris, & in dubio verba prolata à Testatore si possint parere aliquem effectum citra multiplicationem nouorum fideicommissorum pro eis inducendis nullatenus sumenda est interpretatio, &c.

Bononien. *Fideicommissi de Luparis.*
Lunæ 10. Ianuar. 1622. *Remboldo.*

Argumentum CCCXXXI.

Testator in suo testamento potest etiam disponere de rebus sui hæredis, eumq. in re propria grauare, & si ipse simpliciter hæreditatem adeat, censetur approbare ea, quæ testator contra se disposuit, & quid si non possit obtinere hæres id, quod testator de eius alicui legauerit. Donatio ipso iure quando bonis resoluatur ex mente donantis, cessante causa, seu conditione.

Bononien. *Fideicommissi de Rubeis.*
Mercur. 18. Maij 1622. *Vbaldo.*

Argumentum CCCXCIV.

Bulla fel. record. Pij Quarti, contra illegitimos, quid disponat, & quo casu operetur suum effectum, & an habeat locum, quando successio legitimati sortita est suum finem, quo

ad successiones vnius portionis bonorum, & secus quo ad alteram. Legitimatio licet sit indiuidua, quoad personam legitimati, nempe circa restitutionem natalium, abolitionē maculæ, &c. tamen potest dici diuidua respectu successionis. Regul. Cancell. reuocatoria vnionum, quare non comprehendat vniones in parte effectum tantum sortitas.

Bononien. *fideicommissi de Lucio*.

Ven. 1. Martij 1619. *Card. Sacrato*.

Argumentum LXXXVI.

Per diuisionem, quanquam non videatur renunciatum fideicōmisso, hæc tamen regula non procedit, quando in diuisione fuit apposita clausula, ad habendum, & quidem in parte dispositiua, & non in executiua, quod & multo magis procedit, quando bona fuerunt alienata.

Bononien. *fideicommissi de Lucio*.

Lunæ 9. *Decembr.* 1619. *Card. Sacrato*.

Argumentum CLV.

Diuisio bonorum fideicommissariorum facta inter vocatos cum clausulis amplissimis de dictis bonis ad libitum disponendis, certum est, quod nocet diuidentibus, ac eam approbantibus, quæ tamen approbatio non potest dici facta per hæredem, qui in fideicommisso succedit ex propria persona, si adeat hæreditatem diuidentis cum beneficio legis, & inuentarij, quia hæres cum dicto beneficio in prætensione, quam habet supra vires hæreditarias non sibi præiudicat. Diuisio bonorum fideicommissariorum, cum clausulis facultatiuis de eis disponendi, ita demum operantur, si diuidentes disposuerunt, alias remanet fideicommissum, & quid de dispositione facta per delationem hæreditatis ab intestato. Moriens ab intestato, quod voluerit accomodare voluntatem suam erga venientes ab intestato, ista præsumptio est valdè fallax, cum plerumque morientes ab intestato habeant hæredes, quos numquam voluissent, & hoc ex negligentia testandi.

Bononien. *fideicommissi de Lucio*.

Lunæ 2. Maij 1622. *Coccino*.

Argumentum CCCLXXXV.

Per fideicommissum, vt quis succedere possit, quidnam sufficiat, & quando substitutio dicatur compendiosa quamuis in ea desit dictio, quandocumque. Descendens ex filia Testatoris ad effectum, vt quis succedat ad fideicommissum ad illorum fauorem constitutum, qualiter id probare possit. Viuere, quis non præsumitur vltra centum annos.

Bononien. *fideicommissi de Lucio*.

Lunæ 27. Iunij 1622. *Coccino*.

Argumentum CDXVII.

Identitas bonorum fideicommisso subiectorum probari potest ex diuersis inuentarijs, diuerso tempore ab hæredibus grauatis confectis, item probatur ex instrumentis diuisionum inter vocatos factarum, & ex alijs, vt hic in decisione. Bona fideicommisso subiecta, si in eius vita fideicommittens alienauerit cum pacto de redimendo, dum ea postea reperiuntur in hæreditate, præsumuntur ab eodem redempta, & quid si non fuerint redempta, an sint describenda in Inuentario, & quid an ea veniant in fideicommisso.

Ceruien. *fideicommissi*.

Veneris 1. Iulij 1622. *Coccino*.

Argumentum CDXXII.

Rota, licet indubitanter sequatur opinionem, vt filij in conditione positi nō censeantur vocati, tamen à prædicta opinione passim recedit ex coniecturis pro vt est de mente iuris, vt recedatur, & vocatio inducatur, pro vt accidit in casu præsenti, in quo multæ coniecturæ pro vocatione filiorum positorum in conditione concurrebant, quæ eò facilius admittuntur, quando agitur de descendentibus testatoris, & coniecturæ non de per se, sed simul sunt considerandæ.

Ciuitatis Castelli *fideicommissi*.

Lunæ 9. Maij 1622. *Remboldo*.

Argumentum CCCLXXXIX.

Filij in conditione positi, licet non censeantur vocati, tamen hoc non procedit stantibus coniecturis vocationis, de quibus in decisione.

Ciuitatis Castelli *fideicommissi*.

Veneris 10. Martij 1623. *Remboldo*.

Argumentum CDLXII.

Bona tanti valere præsumuntur, quanti vendita fuere & pretiū in dubio præsumitur iustum. Legitima debetur filijs in corporibus hæreditarijs. Trebellianica potest etiam prohiberi filijs primi gradus &c.

Firmana *fideicommissi*.

Vener. 1. Iulij 1622. *V baldo*.

Argumentum CDXXI.

Donatio facta absenti, quando sit inualida, & data eius validitate, debet constare de eiusdem acceptatione, ac effectuatione. Petitio subdelegationis Iudicis in partibus, ad effectū extendendi clausulas cœteratas, & relicta in albo, in aliquo instrumento, quando nullatenus concedatur, eò quia necessaria talis diligentia non sit. Donatio facta absenti cum imbreuiatura, quid importet. Stipulationes solent apponi in quocumque contractu, immo & præsupponuntur.

Firmana *fideicommissi*.

Lunæ 14. Nouembris 1622. *V baldo*.

Argumentum CDXXVIII.

Donatio facta absenti absque stipulatione Notarij viribus non subsistit, sed ea interueniente, quidquid nonnulli DD. autument, valida est, ac irreuocabilis, parum ad hoc obstando, an sit acceptata nec ne, cum ea acceptatio non sit necessaria ad acquirendum ius in ea. Donationis acceptatio præsumitur ex scientia illius, cum simus in merè lucratiuis. Donatio prima, quando nullo modo possit reuocari per secundam.

Imolen. *Fideicommissi*.

Mercur. 2. Martij 1622. *V baldo*.

Argumentum CCCLV.

In hac decisione plures adducuntur coniecturæ, & præsumptiones, ex quibus certè deuenitur in cognitionem, testatorē ponendo filios in conditione censeri eos voluisse vocare, itaque si eorum pater æs alienum contraxerit, non possint illius creditores experiri actiones contra bona fideicommissaria, cum tunc filij succedant non ex persona patris, sed fideicommittentis.

Reatina *fideicommissi*.

Lunæ 18. Martij 1622. *V baldo*.

Argumentum CCCLXVI.

Fideicommissum, quando est reale, veluti quia testator direxit verba in bona, & hæreditatem, & non in personas, tunc afficit omnes personas, & possessores quoscumque, itaut quilibet alteri teneatur restituere hæreditatem per fideicommissum vsque in infinitum. Vocati, quando sunt plures per collectiuum, quid ex hoc inferatur. In substitutionibus, vt dicatur facta mentio mortis, ad inducendam substitutionem compendiosam, quid sufficiat. Masculinum concipit fœmininum in vltimis voluntatibus, & quando hæc regula non procedat.

Romana *fideicommissi*.

Lunæ 24. Februar. 1620. *Pirouano*.

Argumentum CLXXXVI.

Transactio inita super aliquo fideicommisso, vt rescindatur, quid sufficiat. Hæres habens liberam potestatem alienandi, an possit disponere in vltima voluntate. Alienandi ampla facultas data hæredi an sit compatibilis cum fideicommisso.

Romana *fideicommissi*.

Mercur. 16. Nouemb. 1622. *Pirouano*.

Argumentum CDXXIX.

Sub facultate amplissima alienandi sine dubio venit alienatio, quæ fit in vltima voluntate. In institutione vniuersali, quid veniat, & alia plura circa hanc materiam. Positus in conditione censetur vocatus ad eam portionem, cuius intuitu fuit positus in conditione, & quando secus, &c.

Romana *fideicommissi*.

Lunæ 16. Iunij 1623. *V baldo*.

Argumentum CDXCII.

Alia-

Alienatio fundi dotalis, quamuis regulariter loquendo Iura renuant, vt sustineatur, tamen ista opinio non habet locũ, quando est facta à muliere cum iuramento, quodque multò magis procedit, quando vltra iuramentum interuenerit cõsensus expressus ipsius mariti. Fundus dotalis, quando alienatur cum pacto de redimendo, licet secuta redemptione, reuertatur ad suam pristinam naturam, nihilominus, id non procedit, quando dictum pactum redimendi fuit stipulatũ, non ad fauorem mulieris, sed mariti, eiusque hæredum. Defuncti confessio nocet, ac non potest impugnari ab eius hærede, &c.

Romana *fideicommissi pratensi de Columna.*
Veneris 31. *Martij 1623. Vbaldo.*
Argumentum CDLXXIII.

Filij in conditione positi censentur vocati ex dispositione Statut. Vrb. lib. 1. cap. 142. quod procedit etiamsi fideicommissum sit factum in contractu, fideicommissa qualiter sint intelligenda. Filiorum appellatione, quando veniant, & quando non, nepotes.

Romana *fideicommissi de Gaietanis.*
Vener. 7. Februar. 1620. *Card. Verospio.*
Argumentum CLXXXIII.

Instrumentum si non excedat tempus centum annorum non potest dici antiquum, & sic opus est recognitione manus Notarij. Instrumentum antiquum, licèt non egeat formali recognitione coadiuuandum tamen venit adminiculis, & in istis terminis, quæ adminicula tanquam insufficientia non admittantur.

Romana *fideicommissi de Longis.*
Lunæ 28. Maij 1618. *Sanctiss. D.N. INNOCENTIO X.*
Argumentum XXXI.

Fideicommissum reciprocum, quando dicatur inductum. Substitutio facta post mortem plurium honoratorum in tota hæreditate, cui censeatur facta. Vocatus conditionaliter, pẽdente conditione agere potest pro eius interesse.

Tusculana *fideicommissi.*
Lunæ 15. Aprilis 1619. *Coccino.*
Argumentum CII.

Appellatione filiorum licet regulariter loquendo non veniant nepotes, tamen regula ista notabiliter limitatur, casu quo testator substituit filios in infinitum, cum verbis denotantibus perpetuitatem, quia tunc, ne verba stent frustatoriè dicendum est, Testatorem voluisse, vt sub nomine filiorum venirent non tantum filios, sed & nepotes, ac vlteriores descendentes. Et aliqua habes circa materiam representationis in successione patruelum.

Tusculana *fideicommissi.*
Lunæ 23. Martii 1620. *Coccino.*
Argumentum CXCVIII.

Plura deducuntur circa materiam representationis, scilicet, quando intret, & an, & quando filiorum appellatione veniant nepotes, pronepotes, alijsq; descendentes, ac non nulla circa successionem in capita, vel in stirpes.

Viterbien. *fideicommissi.*
Mercur. 4. Decembr. 1619. *Card. Sacrato.*
Argumentum CXLVIII.

Iudicis immissio, quam vim habeat, Iudex præsumitur ritè, & rectè procedere, & contrarium asserenti incumbit onus hoc clarè, & notoriè probandi. Filij in conditione positi non censentur vocati.

Vrbeuetana *fideicommissi.*
Mercurij 13. Nouembr. 1619. *Coccino.*
Argumentum CXXXIX.

Late discutitur, quando productio scripturarum sine dubio appareat quod fuerit realis, & non verbalis, in quibus plura ponderantur, ac perpenduntur, & maximè verba productionis. Aliqua quoque circa fidem, ac probationem registrorum, & an quando fiunt requiratur præsentia, vel citatio partis.

Vrbeuetana *fideicommissi.*
Veneris 27. Nouembris 1620. *Coccino.*
Argumentum CCLIV.

Rectus sermo in dispositionibus testamentarijs attendi debet, & nõ scriptorum imperitia, & vt vera expositio extrahatur, quid attentè considerandum veniat, maximèq. quando verba sunt obscura, & testamentum est antiquissimum, & præsertim ea sumenda est interpretatio, per quam euitatur contrarietas. Testator, quod fuerit Dominus totius tenutæ, ex quo probetur, quamuis eius assertio in aliquo videatur contraria. Nonnulla etiam habes circa probationem identitatis.

Romana seu Viterbien. *fideiussionis.*
Veneris 15. Martij 1619. *Dunozetto.*
Argumentum XCV.

Fideiussio de representando aliquem ad omne mandatum Domini est conditionalis, & ideo talis fideiussor non constituitur in mora, nisi præcedente requisitione Iudicis, aut saltem die.

Bononien. *fideiussionis de Formagliaris.*
Veneris 19. Ianuarij 1618. *Remboldo.*
Argumentum III.

Sententia lata contra principalem, quando noceat etiam fideiussori. Soluere iudicatum, quando quis promisit, vt condamnari possit, quid sufficiat probare. Promissio de iudicatum soluendo coram vno iudice licet non extendatur ad iudicium alibi factum, tamen id non procedit, quando dicta promissio fuit facta per verba generalia, ac non restricta ad certum Iudicem, &c.

Bononien *fideiussionis de Formagliaris.*
Mercurij 14. Martij 1618. *Remboldo.*
Argumentum XIII.

Venditori si fuerit intimata lis mota super re vendita, tenetur ipse tunc assistere emptori, & hoc maximè si d. venditori promiserit in se suscipere omnem litem, & soluere iudicatum, itaque tenetur ad omne damnum, & quocumque modo successerit euictio, siue de iure, siue de facto.

Bononien. *Fructuum de Gozzadinis.*
Lunæ 17. Februarij 1620. *Remboldo.*
Argumentum CLXXXII.

Marito, licet eo ipso debeantur fructus dotis, quando substinet onera matrimonialia, tamen id procedit, si dos fuerit promissa viro, secus verò si vxori, quia tunc requiritur interpellatio. Debitum non potest considerari, vbi non adest mora. Fructus rei dotalis an debeantur cessionario post cessionem.

Elboren. *Fructuum.*
Sabbato 23. Ianuar. 1621. *Verospio Sen.*
In Rota Martiniana.
Argumentum CCLXXI.

Liquidationis fructuum materia, cum sit difficilis probationis, ideo ad eos probandos leuiores probationes admittuntur. Testes quando bene probent in materia liquidationis fructuum.

Maioricen. *Fructuum.*
Lunæ 12. Ianuar. 1618. *Card. Sacrato.*
Argumentum I.

Cononicus si ex iusta causa, & cum licentia Ordinarij se ab Ecclesia absentet, lucratur distributiones quotidianas, perinde ac si esset præsens, cessante tamen iusta causa, quamuis adsit licentia Ordinarij, nullatenus eas acquirere potest. Et quæ in hac materia dicatur iusta causa, & quando absentia ob negotia propria dicatur iusta, & an super iustitia causæ stetur assertioni Ordinarij, & quid stante consensu Capituli condonandi Canonico absenti sine iusta causa distributiones quotidianas.

Placentina *Fructuum.*
Merc. 6. Iunij 1618. *Card. Verospio.*
Argumentum XXXVI.

Vnio vt affectuata dicatur, quid sit necesse, vt interueniat & quando non requiratur, vt post obitum possessoris capiatur possessio. Fructus rei vnitæ si quis capiat præsumitur

tur vnionis acceptatio, & possessio, Regulæ de Iure quæsito non tollend. an dicatur sat sfactum per derogationem regularum Cancellariæ, & vtrum requiratur specialis derogatio.

Placentina *Fructuum*.
Lunæ 11. Maij 1620. *Card. Verospio*.
Argumentum CCXV.

Sequestrum quamquam regulariter sit prohibitum, tamen id maximè dependet ab arbitrio iudicantis, ideo quoties adest præsumptio vsurpationis, & ne iudicium reddatur elusorium, est apponendum.

Romana *Fructuum*.
Vener. 1. Iulij 1622. *Coccino*.
Argumentum CDXXIV.

Emptor, si retineat rem, & pretium, omnis æquitas suadet, ne locupletetur cum aliena iactura, & teneatur ad fructus cōpensatiuos, quousque pretium soluat, ac liquidatio eorum fructuum spectat ad eos, qui illos petit & quid si nulli fructus fuerint percepti ex re empta, an tunc cesset æquitas l. curabit C. de act. empt. & resolutio est affirmatiua.

Romana *Fructuum*.
Mercur. 1. Februarij 1623. *Coccino*.
Argumentum CDLIII.

Ad fructus recompensatiuos tenetur emptor, quando pretium rei sibi traditæ non soluit, & licet aliqui voluerint, vt emptor ad eos teneretur, ex illius perfidia, quia ex parte sua non adimplet contractū, soluendo pretium, postquam venditor adimpleuit ex parte sua tradendo rem, tamen ista ratio non subsistit, quia ad illos tenetur, ne cum aliena iactura locupletetur, ideoque si probetur ex re empta, deductis expensis nullos fructus acquisiuisse, ad illos non tenetur.

Romana *fructuum Dotis*.
Veneris 27. Ianuarii 1623. *Remboldo*.
Argumentum CDLII.

Mandatum relaxatum, vt valeat, debet esse certū, & pro qua summa relaxatur, debet constare. Calculus à perito factus, si sit incertus non releuat. Statutum Vrbis lib. 1. cap. 137. habet tantum locum in vidua post iudicialem interpellationem petentem fructus dotis, & sic non intrat quando aliqua est nupta. Statut. Vrb. lib. 1. c. 139. qualiter succurrat vxori, quæ è domo mariti fuit eiecta.

Neapolitana *Grani, & Hordei*.
Lunæ 19. Martij 1623. *Remboldo*.
Argumentum XCVIII.

Appellatio datur à sententia lata in plenario possessorio per viā sententiæ diffinitiuæ, & hoc saltem de Iure Canonico. Aegidiana Constitutio, quando non intret. Sententia, quando vitio nullitatis laboret, & aliqua circa naturam clausulæ, sine præiudicio legitimæ executionis.

Romana *Grani*.
Veneris 4. Decemb. 1620. *Vbaldo*.
Argumentum CCLIX.

Solutio licet in dubio non præsumatur, tamen ex pluribus coniecturis, & præsumptionibus simul iunctis, de quibus hic in decisione, bene probari potest solutionem fuisse factam. Et in hoc multum verisimilitudo est attendenda.

Ariminen. *Hæreditatis*.
Veneris 22. Maij 1620. *Card. Verospio*.
Argumentum CCXVI.

Administratori testamentario est danda immissio in bonis administrandis, vel ex remedio l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. vel saltem ex officio Iudicis. Hæreditas, quando est iacens datur executori testamentario administratio, & ad quem effectum.

Ariminen. *Hæreditatis*.
Veneris 1. Iulij 1620. *Card. Verospio*.
Argumentum CCXLIII.

Administratori hæreditatis, quando non debeatur immissio, & quando è contra. Clericus, quando possit esse administrator testamentarius. Fraudis præsumptio excluditur cessante interesse.

Bononien. *Hæreditatis*.
Lunæ 18. Aprilis 1622. *Merlino*.
Argumentum CCCLXXV.

Filia ingrediens Monasterium, si renunciet bonis paternis, & maternis, data morte eorum, in quibus bonis succedat filius, qui deinde moriatur ab intestato, dubitatur modo, an eius soror, qui fecit talem renunciationem, possit in eis bonis succedere, & concluditur pro affirmatiua, quia ea bona non dicuntur amplius paterna, vel materna, cum per aditionem fratris propriunt ipsius patrimonium fuerūt effecta, quibus bonis non legitur renunciatum.

Firmana *Hæreditatis*.
Veneris 7. Iunii 1619. *Dunozetto*.
Argumentum CXXII.

Testamentum satis superque dicitur validum, & perfectum, si contineat annum, diē locum loci, institutionem hæredis, numerū testium omniaque alia requisita, quæ ad solemnitatem testamenti de iure, & consuetudine requiruntur, & diluuntur plures exceptiones contra validitatem testamenti sic cōfecti, tamquam nimis leues, ac fragiles, vt videre est in summarijs.

Firmana *Hæreditatis*.
Mercur 11. Decembr. 1619. *Dunozetto*.
Argumentum CLVII.

Substitutio compendiosa facta per verbum commune continet sub se vulgarem, quæ vulgaris operatur, vt præcedente instituto subintret substitutus, sed si facta reperiatur per verbum obliquum, non comprehendit vulgarem, sed erit fideicommissaria, itaque præmoriente hærede ante testatorem, non succedit substitutus. Verbum recadat, quid significet, & an sit commune vel obliquum. Idem quoque de verbo reuertatur.

Firmana *Hæreditatis*.
Ven. 6. Nouembr. 1620. *Dunozetto*.
Argumentum CCXLVI.

Substitutionis vulgaris ea est natura, ac virtus, vt si primò institutus, vel substitutus non possit, vel nolit consequi hæreditatem, aperiatur via successori secundo loco vocato, & sic ille efficitur primo loco institutus. Substitutio vulgaris, quando dicatur à testatore facta, qua occasione plura habentur circa interpretationem verbi, recadat, an sit directū, vel obliquum, & item vtrum verbum, volo, importet fideicommissum, vel substitutionem vulgarem.

Firmana *Hæreditatis*.
Mercur. 27. Ianuar. 1621. *Dunozetto*.
Argumentum CCLXXII.

Institutio mutua, regulariter non dicitur prohibita, quando sit tamen ex mutua, & simplici affectione, secus si conditionaliter facta sit, scilicet ad aucupandam alienam hæreditatem. Et reijcitur Sarmien. opinio, dum non benè sentit, vt institutiones captatoriæ dicantur, sufficiat esse correspectiuas, licet dispositiones non sint conditionales, quia nihilominus iudicandum est, à conuentione processisse, &c. ac recipitur, opinio Cuiaci, qui non ex proprio capite, sed cum textibus locutus est in hac materia.

Firmana *Hæreditatis*.
Lunæ 15. Martij 1621. *Dunozetto*.
Argumentum CCLXXIX.

Correspectiuæ licet quando sunt duæ dispositiones, si vna deficiat, altera quoque necessè est, vt corruat, tamen regula ista non est perpetua, ideoque potissimum cessat, quando subiecta materia id non patitur, veluti si sumus in duobus testamentis correspectiuis, cum ambulatoria sit humana voluntas, vsque ad supremum vitæ spiritum; vnde si vnus reuocet testamentum, alius non censetur quoque mutare suum, dum aliud non disponit.

Meleuitana *Hæreditatis*.
Lunæ 9. Decembr. 1619. *Dunozetto*.
Argumentum CLIV.

Instrumentum, si laboret pluribus defectibus, vel ei nullatenus adhibetur fides, vel saltem valdè suffocatur, & qui sint isti defectus. Scriptura vt dicatur reperta inter rogitus alicuius Notarij, quidnam sit necessarium, & quid si sit reperta à tertio, & maximè habente interesse in causa. Instrumentum non meretur nomen instrumenti, nec fidem facit, si non doceatur

ceatur de rogitu, & publicatione. Obseruantia, vt tribuat robur scripturæ informi, quidnam sit necessarium probare.

Meleuitana *Hæreditatis*.
Lunæ 6. Nouembr. 1623. *Manzanedo*.
Argumentum CDXCVI.

Scripturam aliquã, quando & ex quibus præsumatur quod Notarius habuerit pro instrumento perfecto. Obseruantia dat robur etiam scripturæ informi.

Perusina *Hæreditatis*.
Lunæ 31. Ianuarij 1622. *Coccino*.
Argumentum CCCXLVI.

Pars an censeatur renunciasse appellationi si se obliget, ac promittat stare ad omne mandatum Iudicis, & resolutio est affirmatiua, ideoque lata in hoc casu sententia cum non intret appellatio, nihil remanet, nisi vt executioni demandetur, idque verum intellige, quando Iudicis certa persona non fuit contemplata, quia quando daretur talis contemplatio, tunc si sententia lata sit à diuerso Iudice, non intrat dicta obligatio.

Recanaten. *Hæreditatis*.
Ven. 10. Martij 1623. *Merlino*.
Argumentum CDLXI.

Fratres, & sorores amitinæ admittuntur ad successionem fratris defuncti, vnà cum fratribus, & sororibus patruelibus, nam & in eodem gradu sunt. Statuta disponentia circa successionem, non habent locum quoad bona existentia extra territorium, & vt intrent dicta statuta, requiritur vtraque subiectio, scilicet, tàm respectu bonorum, quàm personarum, nec locum habent licet defunctus, & bona subsint statuto, si succedens sit forensis.

Romana *Hæreditatis*.
Lunæ 14. Maij 1618. *Card. Sacrato*.
Argumentum XXII.

Testamentum si fuerit cancellatum, & reperiatur apud testatorem, ab eodem præsumitur cancellatum, idq. multò magis procedit, si super hoc concurrant coniecturæ, & quamuis ea præsumptio non intret, quando est instituta pia causa, tamen secus est si intraret fauor alterius piæ causæ, cum intraret conquassatio priuilegiorum. Confraternitates laicorum, quando veniat appellatione piorum locorum, & quando non.

Romana *Hæreditatis de Agazarijs*.
Ven. 14. Ianuar. 1622. *Remboldo*.
Argumentum CCCXXXIV.

Procurator in causa non admittitur regulariter ad testificandum pro suo Domino, & quamuis ab ista regula iustis de causis non difficulter recedatur, & Rota in hoc non solet rigorosè procedere, & sæpius admittit tale examen, maximè cum decreto ponendi ad partes, tamen prædicta regula solida permanet, quando vrgerent plures coniecturæ pro affectione procuratoris in causa, quia tunc Iudex numquam tale examen debet admittere.

Romana *Hæreditatis de Agazaris*.
Lunæ 11. Aprilis 1622. *Remboldo*.
Argumentum CCCLXX.

Hæredi scripto in testamento petenti immissionem vigore l. fin. C. de edict. D. Adr. tollend. quando impediatur d. immissio, eò quia filius testatoris opposuit, se ab eius patre fuisse præteritum, quamuis ex ipso testamento appareat, eum nullatenus fuisse præteritum. Mulieris obligatio inita non seruata forma staeuti Vrbis lib. 1. cap. 151. vt corruat necessè est, sic cantante eodem statuto.

Romana *Hæreditatis de Fuscbis*.
Veneris 20. Iunii 1619. *Pirouano*.
Argumentum CXXVIII.

Statutum continuans possessionem defuncti in suum hæredem, an dicatur vera, ac realis possessio, & non ficta, ita vt competant remedia possessoria. Statutum inducens continuationem possessionis bonorum defuncti in hæredem an detur medium inter mortem testatoris, & aditionem hæredi s, ita vt possessio de eo tempore capta à tertio fouenda, vel respectanda veniat. Et aliqua circa materiam suitatis sit probationis filiationis.

Romana *Hæreditatis de Gracchis*.
Mercur. 11. Decembris 1619. *Remboldo*.
Argumentum CLVIII.

Hæres si probauerit possessionem defuncti immittendus est in possessionem, alias nullatenus. Census licèt non substineatur si sit impositus super fideicommisso, tamen saluari potest super melioramentis, sed ista exceptio tanquam requirens altiorem indaginem non admittitur in iudicio executiuo.

Vrbeuetana *Hæreditatis*.
Veneris 22. Aprilis 1622. *Manzanedo*.
Argumentum CCCLXXVIII.

Renunciatio facta à muliere, cum solemnitatibus statutarijs, quin valeat non est dubitandum. Solemnitati insinuationis suppletur per iuramentum. Constitutiones Marchiæ silent in contractibus minorum vel mulierum, quando in loco, vbi illi contrahunt adest particulare statutum, qualiter, & cum quibus solemnitatibus prædicti contrahere debeant.

Vrgellen. *Hæreditatis*.
Veneris 24. Maij 1619. *Pirouano*.
Argumenrum CXV.

Monacho effecto Episcopo si quis hæreditatem relinquat, tunc Episcopus eam adeundo, sibi acquirit vsumfructum, proprietatem verò Ecclesiæ, itaque deinde ille in præiudicium Ecclesiæ dictam hæreditatem repudiare nequit, nec facere alium actum, per quem inferatur præiudicium Ecclesiæ, cui iam per dictam aditionem fuit ius quæsitum, quoad proprietatem.

Bononien. *Indemnitatis*.
Ven. 23. Martij 1618. *Dunozetto*.
Argumentum XV.

L. hac edictali C. de secund. nupt. per Statutum potest derogari, & quid ad hoc sit necessarium. Statutum si mandet deferri lucrum dotale marito, vxor non potest testando ei præiudicare, cum maritus illud percipiat non ex iudicio vxoris, sed ex dispositione statuti, & alia de quibus in summarijs.

Bononien. *Indemnitatis*.
Mercur. 6. Iunij 1618. *Dunozetto*.
Argumentum XXXVIII.

Minor, quando compromittit an requirantur solemnitates statutariæ in eorum contractibus requisitis. Statutum Bononien. de arbitr. lib. 2. loquitur in arbitratoribus non autem in compromissis, prout de Iure. Minor faciens actum necessarium, an in eo requirantur solemnitates statutariæ.

Bononien. *Indemnitatis*.
Lunæ 17. Decembris 1618. *Dunozetto*.
Argumentum LXVI

Statutum Bononien. sub rub. de dotib. §. item dicimus. quid disponat, & declaratur, statutum relatiuum ad quid debeat referri, statuti interpretatio est vitanda, si sit contraria expræssè menti statuentium. Statutum loquens ab intestato cessat conditio testamento &c.

Romana *iuris creandi Notarios*.
Lunæ 13. Iunii 1622. *Coccino*.
Argumentum CCCCVIII.

Prothonotarij Apostolici de numero participantium gaudent priuilegio creandi Notarios, tam Romæ, quam extra, & in hoc sunt in quasi possessione. Item quæritur, an isti Notarij ab eis creati possint exercere officium Tabellionatus, absque eo, quod fuerint descripti in Collegio Archiuij, & responsio est negatiua, quia Bulla Sixti V. ex qua dd. Prothonotarij habent tale priuilegium, non derogat Bullæ Iulij II. latæ ad fauorem Archiuij, in qua cauetur, vt nullus possit exercere officiũ Notariatus, nisi sit descriptus in d. Archiuio.

Lauretana *Iurisdictionis*.
Ven. 1. Iunij 1618. *Card. Sacrato*.
Argumentum XXXIV.

Derogatio Regulæ de Iure quæsit. non tollend. quando non sit

sit necessaria. Obseruantia ex quo non desinat esse interpretatiua. Protectoris nomen regulariter non sonat in iurisdictionem.

Oueten. *Iurisdictionis*.

Veneris 8. Aprilis. 1622. *Vbaldo*.

Argumentum CCCLXVIII.

Archidiaconus, vt manuteneatur in quasi possessione visitandi, & cognoscendi causas, non tamen priuatiuè, quoad Ordinarium, quando dicatur probasse dictam quasi possessionem in qua etiam de iure communi dicitur habere assistentiam. Possessio quando redditur titulata & colorata, tunc eo facilius conceditur manutentio, & dicta manutentio ad quæ detur.

Ragusina *Iurisdictionis*.

Veneris 11. Decembr. 1620. *Remboldo*.

Argumentum CCLXIV.

Sententiæ, & decreta, quando sint nulla, & iniusta, ac maximè ex insanabili illo defectu citationis. Iudices ex abrupto nō debent deuenire ad aliqua decreta, sed seruatis seruandis, maximèq. si res sit magni præiudicij, nam Iudices non fulminare, sed iudicare debent.

Theatina *Iurisdictionis Sancti Ioannis in Venere*.

Lunæ 10. Maij 1621. *Coccino*.

Argumentum CCXC.

Mandatum aliquod Communitati dicitur legitimè intimatum, si talis intimatio facta fuerit ei in certo loco congregatæ, quamuis ad istum effectum minimè fuerit congregata. Contumacia quid sit, & eius vigore conceditur declaratoria. Possessio bonorum Ecclesiæ, & præsertim ciuilis est sine dubio non apud Prælatum, sed penes ipsam Ecclesiam. Transactio, quæ euanuit ex defectu conditionis in ea appositæ, nō attenditur, nec quidquam in ea dispositum, aut confessum.

Theatina *Iurisdictionis Sancti Ioannis in Venere*.

Lunæ 5. Iulij 1621. *Coccino*.

Argumentum CCCX.

Abbas dum controuertitur an habeat, nec ne iurisdictionem omnimodam spiritualem, & temporalem in suos, itaque silere debeat iurisdictio Episcopi, tunc ipse Episcopus est manutenendus, & multò magis si constet de eius actuali possessione. Conc. Trid. sess. 24. cap. 20. de reform. quando non habeat locum.

Tiburtina *Iuris Molendi*.

Lunæ 5. Iulij 1621. *Remboldo*.

Argumentum CCCVIII.

Habens iurisdictionem an merum, & mixtum imperium, recognoscens superiorem, non potest statuere, vt subditi non accedant ad alia molendina, quam sua, nisi doceat de aliquo priuilegio, conuentione, vel præscriptione.

Ciuitatis Castellanæ *Iuris pascendi*.

Veneris 15. Maij 1622. *Vbaldo*.

Argumentum CCCXCIII.

In mala fide possessor constituitur à die motæ litis, & propterea à dicta die non facit fructus suos, & quando procedat id etiam respectu eius, qui litem non mouit. Ad damna, & interesse, quando quis in sententia non fuit condemnatus, tunc ab eis censetur absolutus, quando illa à parte fuerunt petita, & Index tenuit condemnare, secus verò, si non fuerunt petita. Fructus, licet post rem iudicatam peti nequeant, tamen quando hæc conclusio non habet locum.

Ciuitatis Castellanæ *Iuris pascendi*.

Veneris 1. Decembr. 1623. *Vbaldo*.

Argumentum CDXCVIII.

Dispositio emanata ad fauorem vnius ex socijs prodest etiam alteri. Sententia quādo est lata in rem, prodest omnibus eiusdem rei possessoribus. Fructus dum non petuntur ratione malæ fidei, tunc non est attendendum tempus motæ litis. Periti relationi, quando omnino sit standum.

Asculana *Iurispatronatus*.

Mercur. 1. Iulii 1620. *Card. Sacrato*.

Argumenrum CCXLII.

Executio prohibita est lite pendente, & maximè coram diuerso Iudice. Ius superuenturum coram quo Iudice iustificandum veniat. Lite pendente non licet Principi supplicare, & quid si sit obtenda gratia, cum narratiua litis, an executor datus possit eam exequi absque vitio attentatorum.

Ilcinen. *Iurispatronatus*.

Ven. 16. Februarij 1622. *Remboldo*.

Argumentum XI.

Vocati, quando sunt plures vnico contextu, & structura verborum, tunc inter eos, non cadit ordo successionis, cum censeantur coniunctim vocati.

Lucana *Iurispatronatus de Podijs*.

Vener. 5. Martii 1621. *Coccino*.

Argumentum CCLXXV.

Sacrosanctum Concil. Trident. nihil innouauit in prolatione iurispatronatus familiæ non potentis, sed secus quando sumus in familia potenti. Referuntur nonnulli casus, in quibus remissoria denegatur.

Mutinen. *Iurispatronatus*.

Mercurij 27. Nouembris 1619. *Remboldo*.

Argumentum CXLII.

Attentanti denegatur remissoriæ petitio, quando attentata sunt clara, & rectè cogitari potest illam petere, ad se confouendum in possessione. Recursus ad Sedem Apostolicam tam ad effectum deuolutiuum, quam suspensiuum, nec per iuramentum, nec per quamuis consuetudinem, tolli nequit.

Veliterna *Iurispatronatus*.

Lunæ 29. Octobris 1618. *Card. Verospio*.

Argumentum XLVII.

In iurepatronatus familiari, & gentilitio succeditur in capite, & non in stirpes. intellige tamen quando iuspatronatus proximioribus de familia relinquitur, secus vero quando sunt vocati omnes de familia, quia tunc pro virili succeditur successorum appellatione veniunt etiam hæredes, & quid appellatione successorum suorum.

Pampilonen. *Iurispatronatus de Taffalla*.

Vener. 13. Nouemb. 1620. Dunozetto.

Argumentum CCL.

Iurispatronatus materia ad effectum concedendæ remissoriæ reputatur prophana. In materia prophana, ad hoc vt concedatur remissoria, quid sufficiat. Iuspatronatus in antiquissimis, quando probetur.

Calaguritana *Iurisprouidendi de Viana*.

Vener. 19. Aprilis 1619. *Remboldo*.

Argumentum CIII.

Notarius rogatus de instrumento potest illud extrahere absque solemnitate. Instrumenta compulsita ex processibus, tam fabricatis in partibus, quam in Curia probant vigore Innocentianæ, quæ habet etiam locum in Bullis habentibus Plumbum cum cordulis. Iura extracta non seruata forma compulsorialibus non probant.

Romana *Laudemij, & Prælationis*.

Lunæ 9. Februarij 1618. Pirouano.

Argumentum IX.

Subemphyteuta alienans bona emphyteutica, quando teneatur requirere consensum domini directi, & quando emphyteutæ. Et licet ipse de iure communi non teneatur vtriusq. consensum requirere, hoc tamen fallit, stante super hoc pacto expresso.

Perusina *Laudi*.

Mercur. 6. Ianuar. 1619. *Card. Sacrato*.

Argumentum LXXIII.

In probationibus cum verisimilia attendantur, ideò Iudex in perquirenda veritate non parum oculum debet habere ad ipsam verisimilitudinem. Testes valde inuerisimilia deponentes sunt suspecti de falso. Dos nullatenus præsumitur quod fuerit soluta, quando sponsalia fuerunt dissoluta, & amplia si hincinde ortæ sint lites, & inimicitiæ.

Arimi-

Ariminen. *Legatorum.*
Merc. 26. Iunii 1619. *Manzanedo.*
Argumentum CXXX.

Mulier præsertim minor, si enormissimè læsa fuerit, non obstante eius renunciatione facta cum interuentu proximiorum, & decreto Iudicis, alijsque solemnitatibus adhibitis, ac cum eius multiplicatis iuramentis de non contraueniendo, poterit agere ad rescissionem, ac venire contra propriam renunciationem. Læsio enormissima ex quo apparenter probata remaneat. In donatione quando considerari possit læsio, quamuis ipsa per se sit actus læsiuus.

Ariminen. *Legatorum.*
Lunæ 15. Nouembris 1621. *Manzanedo.*
Argumentum CCCXVIII.

Minores, vel mulieres stante enormissima læsione, restituendi sunt, non obstante iuramento, necnon cæteris solemnitatibus in eorum contractibus à iure requisitis, sicuti nec etiam amplissimis, ac geminatis renunciationibus ab ipsis factis de non petendo restitutionem in integrum, ac in specie renũciationis enormissimæ læsionis, quia ea facilitate, qua sunt inducti ad contrahendum, censentur quoque inducti ad renunciandum, maximè q. cum dd. renunciationes ponantur ex solito Notariorum. Læsus licet quis non dicatur, quando sciuit læsionem, tamen id secus est, quando sumus in minore, vel muliere, & quare.

Ariminen. *Legatorum.*
Veneris 17. Iunij 1622. *Manzanedo.*
Argumentum CCCCIX.

Hæreditatis status debet prius firmari ad effectum, vt constet, an in eius, vel legati renunciatione interuenerit enormissima læsio, & an satis dicatur firmatus ex inuentario bonorum hæreditariorum ab hærede confecto. Filius habet intentionem fundatam super legitima ei debita super bonis paternis.

Bononien. *Legati.*
Veneris 8. Decembris 1623. *Dunozetto.*
Argumentum D I.

Testamenti executio non est retardanda, prætextu falsitatis, nisi incontinenti probandæ, quando illud fuit recognitum, & nec est abolitum, nec cancellatum, quod procedit etiam si in diuerso iudicio, in quo tamen ille, qui petit testamenti executionem, non fuit citatus, tale testamentum falsum fuit declaratum, & Notarius in pœnam vltimi supplicij fuit cõdemnatus, ac prædicta sententia executioni demandata. Notarij confessio, quod confecerit instrumentum falsum, non præiudicat tertio, nec ipsi instrumento.

Nouarien. *Legati.*
Veneris 20. Maij 1622. *Coccino.*
Argumentum CCCXCVIII.

Legatum, si quis fœminæ reliquerit, dum matrimonium contrahit, an tale legatũ debeatur, si nupserit in Domino, monasterium ingrediendo, resolutio est affirmatiua, quia si testator fuisset interrogatus, an quoque illud relinquebat, dũ illa monialis effecta esset, censeri potest affirmatiuè respondisse, & licet ab hac conclusione recedatur, quando testator apparet intellexisse de nuptijs carnalibus, & non spiritualibus, tamen in his terminis non sufficit testatorem sensisse de nuptijs carnalibus, nisi etiam senserit ad exclusionem nuptiarum spiritualium. Et quid dum dixit relinquo legatum Sciæ, quando se matrimonio copulauerit.

Romana *Legati.*
Lunæ 4. Martij 1619. *Remboldo.*
Argumentum LXXXIX.

Legatum, si factum sit alicui sub istis verbis, *Item lascio a Sempronio la metà di tutti i miei beni, suppellettili di casa, e se mouenti di lino, & di lana*, dubitatur, an sub isto legato comprehẽdantur etiam bona stabilia, & quamuis regula sit affirmatiua, tamen contrarium erit dicendum, si diligens, ac cautus Iudex aliud testatorem sensisse animaduerteret. Species quando non amplient genus, &c.

Romana *Legati.*
Mercurij 24. Nouembr. 1621. *Coccino.*
Argumentum CCCXXI.

Transactionem, quando quis impugnare intendit ex capite nullitatis, tunc auditur, etiamsi accepta eius occasione non restituat, quando vero petit, vt rescindatur eo, quia in ea fuit læsus, & tunc non auditur, nisi accepta restituat. Statutum si mandet, vt in contractu mulieris interueniant duo proximiores, dato, quod vnus tantum adsit, ac cum eius tãtum interuentu celebretur contractus, talis actus non substinetur, cum loco alterius curator erat deputandus. Vtilitas putatiua, quando sufficiat ad euitandam læsionem. Mulier non potest allegare errorem iuris.

Romana *Legati.*
Mercurij 10. Maij 1623. *Coccino.*
Argumentum CDLXXVIII.

Contractus initus à minore sine debitis solemnitatibus à iure, vel à statuto requisitis licèt nullitati subijciatur, tamen conualescit, si cum prædictis solemnitatibus fuerit à minore ratificatus, & quid ad hunc effectum requiratur. Contractus initus cum minore aliquo modo non est dicendus dolosus, quando minor non fuit læsus. Clausula, citra innouationem posita in ratificatione alicuius contractus, quid operetur, & qualiter intelligenda veniat. Minor, vel mulier ratificando contractum nullum, opus est, vt notitiam habeant d. nullitatis, quod cessat, quando non fuerunt læsi.

Romana *Legati de Vrsinis.*
Lunæ 10. Februarij 1620. *Vbaldo.*
Argumentum CLXXVI.

Inuentarium bonorum hæreditariorum inter alias solemnitates, vt validè ab hærede dicatur confectum, requiritur citatio legatariorum, & creditorum, alias eos non afficit, & quod isti non fuerint citati, ex quo non probetur, & quid aliud requiratur circa confectionem dicti inuentarij. Legatarius quando non dicatur testamentum impugnare.

Romana *Legati de Vrsinis.*
Lunæ 1. Martij 1621. *Vbaldo.*
Argumentum CCLXXIV.

Inuentarium bonorum hæreditariorum, vt legitimè dicatur factum, quo adinteruentum eorum, quorum interest, quid sufficiat, & an in his terminis sufficiat scientia, quæ deducitur ex intimatione, cum simus in actu extraiudiciali. Certus non est amplius certiorandus, Et reijciuntur plures exceptiones opposita contra testes deponentes, quem fuisse præsentem confectioni inuentarij.

Romana *Legati de Vrsinis.*
Lunæ 18. Aprilis 1622. *Vbaldo.*
Argumentum CCCLXXVI.

Inuentarium, vt dicatur valide confectum, quid sufficiat, & an requiratur, vt interponatur decretum Iudicis ante illius confectionem. Præsentia supplet defectum citationis, nam, & fatuus dicitur Iudex, qui præsentem citare facit. Sententia lata in contumaciam præsumitur potius lata in contumaciam, quam ob delictum.

Romana *Legatorum, seu administrationis.*
Lunæ 2. Decembris 1619. *Remboldo.*
Argumentum CXLVI.

Actio criminalis, & ciuilis, quando oriuntur ex eodem fonte, tunc actio ciuilis debet prius terminari, si fuerit prius intentata. Iudicium ciuile quando absorbeat, vel dicatur præiudiciale criminali. Administrator si fuerit absolutus in causa ciuili, non potest contra eũdem experiri criminaliter.

Venusina *Legati.*
Mercur. 28. Iunij 1623. *Coccin.*
Argumentum CDXCIII.

Ad matrimonium contrahendum cum certo genere personarum, licet quis metu pœnæ non possit inuitari, tamen ad hoc potest allici sub spe lucri, quod intellige, nisi agatur de amissione magni lucri, cum amissio magni lucri æquipararetur pœnæ, & inferat iustum metum, & stantibus alijs, quæ latè, & doctè in decisione habentur.

Interamnen. *Legitimarum.*
Veneris 10. Februarij 1623. *Coccino.*
Argumentum CDLVII.

Æstimatio, cum in dubio præsumatur iusta, ideo contrarium asserenti incumbit onus probandi excessiuitatem. Legitima non in pecunia, sed in corporibus assignanda venit, in qua assignatione intrat arbitrium Iudicis, quod tamen non à suo capite, sed à iure debet esse regulatum.

Roma-

Discu-

Romana Mercedis.

Vener. 9. Iunij 1621. *Manzanedo.*

Argumentum CCXCVI.

Discutitur in praesenti decisione, vtrum filius cogi possit ad soluendam mercedem, à patre promissam eius praeceptori, & conclusio est affirmatiua, cum omnis aequitas suadeat, vt stante vtilitate filij, ipse remaneat obligatus, & licet in hoc requiritur prius consensus ipsius filij, tamen quando est impubes (quidquid nonnulli senserint) talis consensus non est necessarius.

Bononien. *Molendini.*

Lunae 28. Maij 1618. *Card. Verospio sen.*

Argumentum XXXII.

Aquam alienam tunc multo magis ducere nequit quis ad suũ fundum, quando sequeretur damnum Domini aquae, & tractatur qualiter dominium aquae probari possit ad aliquem spectari. Aqua licet ingrediatur in fundum alicuius eius efficiatur, tamen quando id non procedat.

Bononien. *Molendini.*

Lunae 3. Decemb. 1618. *Card. Verospio sen.*

Argumentum LVIII.

Aqua postquam fundum alicuius est ingressa nihil prohibet, quo minus in suo fundo Dominus possit eadem vti ad sui libitũ, & hoc non obstante, quod Dominus aquae reclamet nisi tamen probauerit acquisiuisse seruitutem passiuam contra vtentem aqua. Canalis expurgatio an denotet dominium aquae quo ad eum, qui eum expurgare facit.

Bononien. *Molendini.*

Vener. 1. Februar. 1619. *Card. Verospio sen.*

Argumentum LXXV.

Plura deducuntur circa probationem dominij aquae, ex quibus scilicet, illud non remaneat probatum, itaque Dominus fundi inferioris postquam aqua ingressa est in suum fundum ad suum libitum possit ea vti. Statutum Bononien. prohibens sub certa poena fieri aquae canalem per fundum alienum, qualiter veniat interpretandum.

Bononien. *Molendini.*

Lunae 9. Decemb. 1619. *Dunozetto.*

Argumentum CLI.

Perpenduntur plura in facto, ex quibus demonstrantur quando molendinum nouum, non inferat certum, & graue, & maximum praeiudicium molendino veteri, itaque non sit locus statuto Bononiensi, prohibens nouum molendinum aedificari, itaque veteri per regurgitationem aquarum praeiudiciũ inferatur. Testium depositiones, quae praeualere debeant. Actiones criminosas non praesumitur quis voluisse facere, maximequè si etiam tractetur de eius praeiudicio.

Bononien. *Molendini.*

Veneris 18. Iunij 1621. *Card. Verospio sen.*

Argumentum CCC.

Attentata ex quibus satis dicantur purgata, quae attentata tamen cessant, quando aliquid fit ex mandato Iudicis. Tertius in causa non existens non dicitur attentare.

Meliten. *Molendini.*

Lunae 10. Decembr. 1618. *Card. Verospio sen.*

Argumentum LXI.

Molendinum in flumine non potest construi, si alteri habenti antiquius molendinum in dicto flumine damnum inferatur circa primaeum cursum aquae, & si sit factum tale molendinum omnia sunt in pristinum reponenda, etiam si habita fuerit licentia à Principe de eo construendo, cum licentia sit intelligenda sine praeiudicio tertij.

Meten. *Monasterij.*

Lunae 5. Iulij 1621. *Coccino.*

Argumentum CCCXII.

Abbatis electio dicitur inualida, si ad eam fuerit deuentum per viam scrutinij, in qua de necessitate forma tradita in cap. quia propter. de elect, seruanda est, cuius textus dispositio non solum sibi locum vsurpat in electionibus Praelatorum Ecclesiarum Collegiatarum, sed etiam in electione Praelatorum Regularium, & si forma tradita in d. cap. non seruetur, electio est ipso iure nulla, absque alia sententia. Electio per viam Spiritus Sancti duplex est, nam alia dicitur per inspirationem, altera per quasi inspirationem, & quae sint declaratur, quas tamen electiones per viam inspirationis authore DEO immediatè, certum est (peccatis nostris exigentibus) rarò contingere.

Romana *Multipliti.*

Lunae 25. Februarij 1619. *Vbaldo.*

Argumentum LXXXV.

Promittens aliquid adimplere, si deinde nequaquam adimpleat in tempore conuento, succedit obligatio ad damna, & interesse quod solitum est in omnibus obligationibus ad factum. Pacta posteriora, quandò non alterant anteriora. Procurator, qui suscepit mandatum, si illud non exequatur tenetur ad damna, & interesse. Non adimplementum, quando excusari non possit.

Romana *Munerum.*

Lunae 29. Nouemb. 1621. *Coccino.*

Argumentum CCCXXII.

Dantis intentio expiscanda venit in materia voluntaria, quae intentio etiam ex coniecturis venatur. Munera, quae transmittere solet Cardinales nouiter creati ad Camerarios Papae, si accidat ante transmissionem Papam mori, & deinde ea munera transmittant, dubitatur an illa debeatur ad Cameram Papae mortui, vel ad Cameram Papae successoris, cõclusio est affirmatiua pro noua Camera ex rationibus hic in decisione adductis.

Beneuentana *Nobilitatis.*

Veneris 21. Ianuarij 1619. *Pirouano.*

Argumentum LXXII.

Possessorio omisso prosequi potest causa in petitorio, virtute clausulae, quam & quas Nobilitatis qualitas, cum de iure non praesumatur ideoq. eam allegans, subire tenetur onus eam iustificandi. Qualitas aliqua extrinseca, & popularis solet iustificari ex opinione inter ciues. Ars mecanicha statum nobilem denigrat. Iurisconsulti inter nobiles sunt numerandi.

Romana *Nominationis.*

Ven. 17. Decemb. 1621. *Remboldo.*

Argumentum CCCXXVI.

Nominatio licet, quando competit ex contractu licita sit variatio, tamen id fallit, quando nominans per viam contractus, & cum iuramento sibi ademit talem facultatem, quia tunc sumus in necessarijs, & non in voluntarijs. Per viam vltimae voluntatis omnia quae fiunt, & disponuntur, sunt reuocabilia.

Romana *Nullitatis obligationis.*

Lunae 28. Maij 1618. *Vbaldo.*

Argumentum XXXIII.

Mulier accipiens pecunias ad societatem officij pro nonnullis suis, & suae domus negotijs, & necessitatibus, & Iudex interposuerit suum decretum, & mulier iurauit pecunias accipere pro vergentia mariti ad inopiam, ad eum subleuandum, tunc quae nullitates aduersus dictum contractum non admittantur. Pecunias dans mulieri in certam causam, quando non debeat esse sollicitus, vt pecunia in dictam causam expendantur.

Romana *Nullitatis obligationis.*

Mercur. 11. Decembr. 1619. *Card. Verospio sen.*

Argumentum CLVI.

Iudex, quamuis instante parte pronunciauerit, ex hoc tamen non sanatur nullitas processus facti à procuratore sine mandato, quia sententia nihilominus remanet sine processu, vti facto à non habente mandato, qui propterea non substinetur. Et habes aliqua circa decretum Iudicis interpositum in contractibus minorum.

Romana *Nullitatis Testamenti.*

Lunae 3. Iunij 1619. *Manzanedo.*

Argumentum CXIX.

Testamentum, si fit stipulatum à Notario non habente facultatem rogandi instrumenta veluti stante statuto, disponente, vt instrumentis rogatis à Notarijs non matriculatis non adhibeatur fides, tunc dictum testamentum subiacebit vitio nullitatis. Testamentum si careat signo Notarij, iste defectus quando obstet, & quando non, & quo casu suppleatur, per clausulam, actum &c.

Roma-

Romana *Officij Hæbreorum*.

Veneris 3. Februarij 1623. *Pirouano*.

Argumentum CDLV.

Controuertitur in præsenti decisione, an Officium Notariatus Hæbreorum Vrbis sit amouibile, & vacabile per S. R. E. Camerariorum obitum, ac responsio est negatiua, quodque deducitur ex ipsa natura similium officiorum, quam origine ipsius, & etiam obseruantia subsecuta. Officia quando sunt manualia, & amouilia, vacabilia sunt quoque per obitum concedentis. Antecessor non potest supplantare successorem, concedendo officia vltra eius vitam.

Romana *Officij Habreorum*.

Vener. 17. Martii 1623. *Pirouano*.

Argumentum CDLXVII.

Status primæuus alicuius officij, quando iuxta dispositionem iuris est bene probatus, tunc vt ille mutatus præsumatur, debet doceri de sufficienti tempore, & quod adfuerit voluntas volentis contrarium statum inducere, quæ voluntas præsumitur abfuisse, quando ille potestatem non habebat id facere, cum in voluntate plus non possit esse, quam in potestate. Antecessor officij non valet per suas dispositiones supplantare eius successorem.

Cæsaraugustana *Officij Notariatus*.

Veneris 17. Nouembr. 1620. *Coccino*.

Argumentum CCLV.

Notarius, quando semel est electus, sine iusta causa reuocari non potest, & quid si simus in successore officij. Notarij electio facta à Capitulo, quando per successores Capituli non possit reuocari, & an in his terminis intret dispositio extrauagan. ambitiosæ, de reb. Eccles. non alienan.

Hildesimen. *Optionis*.

Ven. 15. Octobris 1621. *Coccino*.

Argumentum CCCXIII.

Appellatio, licet regulariter debeat in scriptis interponi, tamen id non habet locum, quando statim prolata sententia pars grauata, viua voce dicit, appello, quæ conclusio de plano procedit, si fuerit appellatum ad Sedem Apostolicam. Text. in cap. 1. de his quæ fiunt à maior part. Capit. quando, & in quibus terminis loquatur. Iudicialiter procul dubio, quando dicatur processum.

Hildesimen. *Optionis*.

Veneris 20. Maij 1622. *Coccino*.

Argumentum CCCXCVII.

Iudicialiter satis, superque dicitur fuisse processum, quando interuenit Iudex, actor, & reus, item si fuerit porrectum libellum, vel fuerit imploratum officium Iudicis nobile ad aliquid assequendum, aut constet sententiam fuisse latam, quod est manifestissimum signum, tractatur enim de appositione sequestri, dum possessio fuit capta appellatione pendente, quod sequestrum venit apponendum, etiamsi constaret Iudicem non habuisse iurisdictionem, & quare. Procedens de facto non debet esse melioris conditionis, quam ille, qui de iure coram Iudice procedit.

Hildesimen. *Optionis*.

Lunæ 28. Nouembris 1622. *Coccino*.

Argumentum CDXXXIV.

Optio regulariter spectat ad antiquiorem Canonicum, & quid si sit absens, cum licentia tamen Capituli. Abessendi licentia ad certum tempus, quando est concessa alicui, a die datæ computan. & tunc currere incipit à dicto tempore, quando vero simpliciter est concessa, & eo casu à tempore ipsius absentiæ fieri debet calculus. Capitulum, quando dicatur habuisse pro valida licentiam ab eo datam Canonico abessendi.

Romana *Palatij*.

Mercur. 6. Iunij 1618. *Card. Sacrato*.

Argumentum XXXVII.

Emptionis, & venditionis cõtractus quando dicatur perfectus: Et an instrumenti conficiendi reseruatio in contractu emptionis denotet imperfectionem contractus, si non fuerit dictum, vt contractus aliter non valeat. Venditio quotupliciter dicatur imperfecta.

Romana *Palatij*.

Lunæ 18. Februarij 1619. *Coccino*.

Argumentum LXXVIII.

Exceptione, quod sua non interest, repellitur is, qui agere audet, postquam cessit ius suum. Apud cedentem, quatenus remaneant actiones directæ. Contractus, quando sunt diuisi, tunc non implementum, quoad vnum non obstabat, quo ad alium. Contractus qualiter veniant regulandi.

Romana *Palatij*.

Lunæ 5. Iulii 1621. *Coccino*.

Argumentum CCCVII.

Venditio dicitur perfecta, quamuis in ea fuerit reseruatum, vt apponerentur pacta, conditiones, cautelæ, &c. prout concordatum erit inter partes, quia verba ista non respiciunt substantiam venditionis, sed illius accidentalia, nam, & in casu discordiæ in his terminis recurrendum erit ad arbitriũ boni viri, & regulariter, quæ pacta, & conditiones soleant apponi in contractibus venditionum, Venditor debet dare fideiussores idoneos de euictione, vel saltem pro assecuratione pretij, & hoc multo magis si in limine venditionis immineat euictio.

Romana *Palatij*.

Lunæ 30. Maij 1622. *Coccino*.

Argumentum CDII.

Pacta aliqua in contractu emptionis, & venditionis quando sunt reseruata, quæ tamen non respiciunt substantialia contractus, sed accidentalia, tunc si partes non concordent, recurritur ad arbitrium boni viri. Emens rem subiectam fideicommisso dicitur securus stante derogatione Apostolica. Creditores super fideicommisso conditionali sui debitoris, durante illius vita possunt prætendere fructus illius, &c.

Romana *Palatij*.

Lunæ 14. Nouembris 1622. *Coccino*.

Argumentum CDXXVI.

Vendita, quando est vna res duobus, quamuis præferatur ille, cui primo ea res fuit tradita, tamen id fallit, quando secundus emptor, cui primo fuit res consignata, notitiam habuit de prima venditione, cum tunc partidipet cum venditore ad præiudicium primi emptoris. Emptor cui res non fuit tradita, licet non possit inhibere venditori, ne rem alteri vendat, tamen quæ cautela in hoc seruari possit. Alienatio bonorum fideicommisso subiectorum, valida est stante derogatione fideicommissi facta per Summum Pontificem.

Bononien. *Parochialis de Sambuca*.

Vener. 20. Decembr. 1619. *Remboldo*.

Argumentum CLXIV.

Circa electionem factam ab Ordinario, cum præsumptio stet eo, vt sit validè facta, ideo asserens eam esse irrationabilem, grauatur plenè id iustificare. Electio de digno relicto digniori non semper inualida reputatur, & quare. In electionibus ille est præferendus, qui habet plura vota.

Brixien. *Parochialis*.

Veneris 20. Martii 1620. *Vbaldo*.

Argumentum CXCV.

De Apostasiæ crimine, quando dicatur constare, & quando secus.

Calaguritana *Parochialis de Alzola*.

Veneris 10. Martij 1620. *Coccino*.

Argumentum CXCIII.

Parochia noua erigenda venit, propter difficultatem accessus ad antiquam, ita vt propter huiusmodi causam multi decesserunt absq. Sacramentis, & aliqua circa probationem testium, scilicet quis in concursu veniat præferendus.

Calaguritana *Parochialis de Alzola*.

Lunæ 22. Iunii 1620. *Coccino*.

Argumentum CCXXXI.

Reijciuntur nonnullæ exceptiones circa examen testium, & præsertim circa defectum citationis ad videndum eos iurare, & etiam quando non dicatur nullum, & attentatum, licet sit factum appellatione pendente. Erectioni nouæ Ecclesiæ Parochialis ex qua causa possit deueniri, & quando talis dismembratio teneat absque solemnitatibus. Ad sententiam sufficit citare illum, de cuius interesse principaliter agitur.

Cæsaraugustana *Parochialis de Maella.*
Vener. 13. Nouemb. 1620. *Coccino.*

Argumentum CCXLVII.

Alternatiua Episcoporum, cum non habeat locum nisi in beneficijs liberæ collationis, ideoq. si in beneficio, de quo controuertitur, quis probet, se esse in quasi possessione præsentandi Rectorem, cum ille in ea sit manutenedus, & sic Episcopus non potest liberè conferre, cum requiratur præsentatio patroni, quare cessat dicta regula, ac alia circa hanc materiam.

Cæsaraugustana *Parochialis de Maella.*
Lunæ 21. Iunii 1621. *Coccino.*

Argumentum CCCII.

Immissio gratiosa quibus probatis detur. Litteræ plures diuersis formis conceptæ possunt expediri super vna, eademq. supplicatione, intellige tamen dummodo non sint diuersæ, Sententia quando non egeat iustificatione.

Messanen. *Parochialis.*
Vener. 2. Decembr. 1622. *Vbaldo.*

Argumentum CDXXXVII.

Tractatur in præsenti decisione, quando concursus ad Parochialem non subiaceat vitio nullitatis, & sic non intret vacatio, si in eo non seruata fuerit forma præscripta à Concil. Trident. sess. 22. cap. 19. de reform. vbi inter alia statuitur, vt in concursu Parochialis debeant interuenire tres examinatores Synodales, & quid dum isti non adsunt, quando validus sit concursus data deputatione aliorum examinatorum extra Synodum. Forma, quando seruari non poterit, tunc sufficit facere actum eo modo, quo fieri potest, & quid stante propria culpa.

Parmen. *Parochialis.*
Lunæ 22. Iunij 1620. *Card. Sacrato.*

Argumentum CCXXXVI.

Iudex nulliter procedens non priuat anteriorem possessorem sua possessione, & si non habet se pro spoliato, ratione ciuilis possessionis potest recuperare naturalem. Executor, quando sit mixtus, & hoc casu, quid facere debeat, & an ab eius executione detur appellatio, & alia &c.

Salernitana *Parochialis.*
Lunæ 18. Februarij 1619. *Dunozetto.*

Argumentum LXXIX.

Gesta, post inhibitionem Rotalem, tamquam attentata reuocantur, & quando ad hunc effectum non excuset res iudicata. Inhibitio Rotalis impunè non potest sperni, & siue sit iniusta semper est timenda.

Vallis soletana *Parochialis.*
Lunæ 20. Ianuar. 1623. *Coccino.*

Argumentum CDXLVIII.

De potestate Papæ vnientis aliquod beneficium absurdum esset, si quoquomodo de ea dubitaretur, ac ea vnio optimè dicitur probata ex Bulla Apostolica desuper emanata. Regula reuocatoria vnionum, quando non intret. Vnio, quando clarè est probata, quod habuerit effectum, tunc intendens contrarium, qua probatione grauetur. Vnionis titulus, licet patiatur aliquam difficultatem, tamen sufficit ad præscribendum & quantum tempus requiratur.

Vlixbonen. *Parochialis de Arisana.*
Lunæ 21. Maij 1618. *Pirouano.*

Argumentum XXVIII.

Simonia non censetur commissa in acquisitione Iurispatronatus, si pro acquisitione iurium alicuius loci, aliquid fuerit solutum, quamuis in consequentiam accederet vox patronalis. Simoniæ fundamento cessante stultum est quærere, de simoniaca prauitate. Simonia in quo consistat. Text. in cap. cum pridem, de elect. quando non intret.

Romana *Participationis.*
Mercur. 1. Martii 1619. *Vbaldo.*

Argumentum LXXXVII.

Contractus locationis, quando principaliter fuit initus, & incidenter fuit complicatus contractus societatis, tunc cum societas dependeat à locatione, non erit valens ad operandum suos effectus, & sic non extinguetur per mortem socij, vnde erit transitoria ad hæredes.

Anconitana *Pecuniaria.*
Lunæ 27. Martij 1623. *Manzanedo.*

Argumentum CDLXXII.

Mandatum relaxatum vigore obligationis Cameralis est validum, licet non fuerit facta extensio dictæ obligationis, quando tamen præcessit citatio ad videndum illam extendi, quæ sola citatio absque alia extensione sufficit de stylo. Simulationis exceptio non est valens impedire executionem obligationis Cameralis, & maxime si sit turbida. Simulatio, cum in dubio de iure non præsumatur, ideoque ad eam probandam, sat non est quæuis imperfecta probatio.

Bononien. seu Rauennaten. *pecuniaria.*
Lunæ 23. Martii 1619. *Card. Sacrato.*

Argumentum CXCVII.

Consignatio alicuius rei, quod fuerit facta alicui, qualiter probetur.

Ciuitatis Castelli *Pecuniaria.*
Mercur. 5. Maij 1621. *Remboldo.*

Argumentum CCLXXXVIII.

Insinuatio in omnibus contractibus minorum est necessaria, vt disponit Constitutio March. lib. 1. c. 125. quod procedit etiã in fideissione, quamuis id in d. cap. non sit expressum. Et quid si adsint statuta particularia in locis, quæ disponun super solemnitatibus adhibendis in contractibus Minorum.

Ciuitatis Castelli *Pecuniaria.*
Lunæ 20. Martii 1623. *Remboldo.*

Argumentum CDLXVIII.

Arbitrium non solet denegare Rota, quando subest aliqua æquitas illud interponendi, & hic discutitur de sanatione contractus minoris, in quo interfuerunt omnes solemnitates requisitæ à statuto loci contractus, & solum desiderabatur insinuatio requisita vigore Constitutionis Marchiæ lib. 5. cap. 25. & pro sanatione fuit responsum ex causis in decisione adductis. Princeps numquam censetur per suam sanatoriam lædere ius partis, quoad iustitiam, & quando dicta læsio non intret.

Fauentina *Pecuniaria.*
Mercur. 4. Maii 1622. *Coccino.*

Argumentum CCCLXXXVIII.

Venditionis, & emptionis contractus resoluitur, quando non fuit perfectus, ac ille, in quem fuit collatum arbitrium declarandi pretium, ante declarationem decessit. Ad emptionis, & venditionis contractus substantiam, quidnam requiratur. Tertius electus ad daclarandum pretium rei vẽditæ, si noluerit illud declarare, licet de iure Canonico recurratur ad arbitrium boni viri, tamen id non procedit, quo ad fideiussores.

Ferrarien. *Pecuniaria.*
Lunæ 26. Aprilis 1621. *Coccino.*

Argumentum CCLXXXV.

Instrumenti vim habet scriptura priuata trino teste subscripta, & data eius recognitione obligatus in ea cogi potest ad obseruandum quidquid in ea promiserit. Error cum non præsumatur ideo plenè probandus est. Testis de auditu alieno non releuat, sicuti etiam si remaneat conuictus, vel si iudicet, & non deponat, vel si interesse habeat in causa.

Florentina, seu Romana *Pecuniaria.*
Veneris 14. Decembr. 1618. *Remboldo.*

Argumentum LXII.

Mandatum suspicionis fugæ, ad hoc, vt dicatur optimè relaxatum iuxta dispositionem Statuti Vrb. lib. 1. cap. 98. sufficit, vt de credito arbitrio Iudicis doceatur, & constet debitorẽ nulla bona stabilia in Vrbe, vel eius districtu possidere. Sententia quando est cassa per partes perdit vires. Gesta ad eximendum se è Carcere non nocent.

Fulginaten. *Pecuniaria.*
Lunæ 30. Maii 1621. *Manzanedo.*

Argumentum CCXCIII.

Donatio facta contra formam à statuto præscriptam, necesse est, vt corruat, & hoc procedit, quamuis donatio fuerit facta à sorore fratri, & sit quoque renunciatum solemnitatibus statutarijs. Statutum, si annullet donationem factam absque solemnitatibus ab eo requisitis, tanquam simulatè factam, tunc

tunc nihil operatur iuramentum, & quid si simus in statutis laicorum.

Fulginaten. *Pecuniaria*.
Veneris 25. Iunii 1621. *Manzanedo*.
Argumentum CCCIV.

Mater, licet regulariter prohibeatur se obligare pro filio, tamen id non procedit de iure Canonico stante iuramento, vel quando se obligat pro eo exarcerando, quod etiam procedit, quando filius metu mandatorum contra eum relaxatorum aufugit, vel latitat, & quamuis id limitetur, quando mater penitus remaneret indotata, tamen id plenè debet probari, & quod dicta probatio percutiat tempus ipsius obligationis.

Nauellen. seu *Melphien. Pecuniaria*.
Lunæ 16. Nouembris 1620. *Vbaldo*.
Argumentum CCLI.

Carcerationem alicuius quando quis procurauit, & quidem nulliter, ad effectum extorquendi ab eo aliquam obligationem, quæ obtenta, cum illa nulla, & inualida sit, ideoq. si Iudex vigore dictæ obligationis relaxet mandatum contra illum, qui sic se obligauit, iniuste procedit, & pars d. mandatum exequendo committit, nec est audiendus si intendat bona capta retinere pro alio suo credito, nisi vsque ad obolum, purget d. spolium.

Romana *Pecuniaria*.
Mercur. 4. Iulii 1618. *Card. Verospio*.
Argumentum XLIV.

Dos est extrahenda de bonis paternis, & non maternis, & quid si frater constituat dotem sorori ex bonis maternis, an censeatur eam constituere animo compensandi cum legitima matris. Fructus dotis non solutæ debentur, & multo magis, si iudicialiter fuerint petiti.

Romana *Pecuniaria*.
Mercur. 4. Iulii 1618. *Vbaldo*.
Argumentum XLV.

Diluuntur quædam oppositiones, seu prætensi defectus contra cambiorum realitatem, & quantitatem, obiectæ remunerationis causa si contemplatione recipientis aliquid sit datum, id in eius fauorem, & non in aliorum redundare debet.

Romana Pecuniaria, *seu Cedulæ Bancharia*.
Lunæ 12. Nouembr. 1618. *Dunozetto*.
Argumentum LII.

Cedula Bancharia de stylo Curiæ habet paratam executionem, sicuti obligatio Cameralis. Locationis contractus non venit rescindendus, si aliquid in eo conuentum non adimpleatur, quando id non pendet à voluntate locatoris, sed arbitrio Principis.

Romana *Pecuniaria*.
Lunæ 22. Aprilis 1619. *Remboldo*.
Argumentum CVI.

Fideiussor est seruandus indemnis à principali, licet id non fuerit promissum, & multo magis si adsit promissio. In mora se representandi vt quis dicatur, requiritur intimatio. Fideiussor debet deducere omnes exceptiones ad hoc vt non soluat, & aliqua circa exactionem pœnæ conuentionalis.

Romana *Pecuniaria*.
Mercur. 13. Nouembr. 1619. *Dunozetto*.
Argumentum CXXXXVI.

Executiuè, quando possit conueniri tertius possessor. Maritus celebrans contractum de re dotali, qualiter censeatur contrahere. Retrouenditio qualiter censeatur facta.

Romana *Pecuniaria*.
Lunæ 4. *Maii* 1620. *Remboldo*.
Argumentum CCVI.

Ratio omnis exposcit, & æquitas postulat, vt fideiussor, qui animo gratificandi principali, bona sua obligauit, & pro eo soluit, seruetur ab eodem indemnis, ne dispendium patiatur, vnde præmium meretur. Fideiussor dicitur omni conatu voluisse euitare solutionem, si vsque in carcerem detrusus fuerit, itaque nulla negligentia ipse notari possit.

Romana *Pecuniaria*.
Lunæ 15. Iunij 1620. *Card. Verospio sen.*
Argumentum CCXXVIII.

Debitor, vt per cedulæ banchariæ consignationem factam creditori, dicatur liberatus à sua obligatione, requiritur, vt nouatio per modum delegationis, vel extinctionis debiti interueniat, & quando dicta nouatio non dicatur interueniat, & quando dicta nouatio non dicatur interuenisse, ita vt si campsor bonis cedat, debitor non remaneat absolutus, & nihil prosit negligentia creditoris in non exigendo.

Romana *Pecuniaria*.
Mercur. 1. Iulii 1620. *Remboldo*.
Argumentum CCXL.

Mulier est priuilegiata à iure, vt possit etiam post didicita testificata idem ponere, & testes super antiquis articulis inducere. Testes, vt dicantur de nouo reperti, statur iuramento partis secundum Statutum Vrbis lib. 1. cap. 185. Probationibus vt sit locus, facienda est interpretatio.

Romana *Pecuniaria, seu fideiussionis*.
Lunæ 21. Iunii 1621. *Card. Verospio sen.*
Argumentum CCCI.

Administrator, ad hoc vt dicatur liberatus, debet constare reddidisse rationes, ac restituisse reliquatum. Obligatio redditionis rationis, quid contineat. Fideiussio facta pro eo qui administrat, qualiter interpretanda veniat.

Romana *Pecuniaria*.
Lunæ 25. Octobris 1621. *Coccino*.
Argumentum CCCXV.

Fructus rei venditæ ante pretij solutionem decursi, quamuis secundum nonnullos Doctores, soluto pretio, peti nequeunt, quia illi actione ex vendito consequi non possunt, cum debeantur officio Iudicis mercenario, vnde extincta actione principali per solutionem pretij, extincta quoque remaneat dicta fructuum petitio. Tamen quicquid sit de ista opinione, relinquendo eam in suo robore, contrarium magistraliter in præsenti decisione resoluit Rota, vt scilicet dicti fructus peti possint etiam soluta sorte principali, cum illi non debeantur venditori tanquam fructus, sed tanquam res propria ex æquitate legis cõmutatiuæ, & iure naturali, scilicet ne quis locupletetur cum aliena iactura; vnde quandocumque peti possunt, implorando etiam officium Iudicis nobile, quæ conclusio defenditur hic à Rota alijs rationibus irrefragabilibus.

Romana *Pecuniaria, seu Legati*.
Lunæ 21. Februarii 1622. *Vbaldo*.
Argumentum CCCLI.

Testator, quando fuit prohibitus aliquid disponere ad fauorem alicujus, tunc prohibens ad hoc vt teneatur ad damna, & interesse, & sic ad id, quod testator relinquere intendebat, tria debent concurrere, seu probari. Primo testatorem voluisse disponere, secundò fuisse impeditum, tertiò voluisse relinquere certam summam, & hic in decisione agitur tantum de tertio requisito, quando scilicet illud concludenter non dicatur probatum. Testatoris voluntas, quando non probetur per duos testes. & quando sufficiant.

Romana *Pecuniaria*.
Ven. 28. Aprilis 1623. *Coccino*.
Argumentum CDLXXVII.

Contractus permutationis, seu translationis pecuniarum de vno loco ad alium initus cum aliquo Mercatore non est de iure improbatus, & licitè aliquod lucrum pro dispendijs, & periculo translationis potest percipi, & quid si lucrum prætendatur ex dilatione temporis ad effectum pecuniam transferendi. Indecens est allegare vsuram, vbi non cadit mutuum, nec verum, nec palliatum. Aliqua etiam habes quando licitum sit taxare interesse, & quando non.

Cremonen. *Pensionis*.
Veneris 25. Februarij 1622. *Vbaldo*.
Argumentum CCCLII.

Arbitrium, ad effectum retardationis solutionis pensionis lite pendente, probata quasi possessione exigendi, in Rota inauditum est, quod intret, quæ quasi possessio acquiritur ad hunc

hunc effectum per vnicum actum solutionis factæ per Titularem, vel per alium de eius tamen ordine. Titularis an offerendo fructus beneficij pensionario liberetur à solutione pensionis. Arbitrium pro retardatione solutionis pensionis lite pendente, quando intret declaratur, qua occasione dilucidantur nonnullæ decisiones.

Cremonen. *Pensionis.*
Lunæ 2. Maij 1622. *Vbaldo.*
Argumentum CCCLXXXVI.

Plura in hac magistrali decisione deducuntur vtrum annotatio solutionis pensionis facta à Mercatore à tergo cedulæ bancharię probet actualem numerationem necessariam ad constituendum pensionarium in quasi possessione exigendi, itaut ea mediante in ea veniat manutenendus. Pensionis solutio aliter, quam per instrumentum probari potest. Mercator, qui dedit cedulam banchariam ad effectum soluendi pensionem, an dicatur propriè fideiussor, vel constitutor, & vtrum dictus Mercator soluendo terminos pensionis præsumatur ad hoc habuisse mãdatum à Titulari, itaque ei præiudicet, & ponuntur nonnullæ differentiæ inter fideiussorem, & constitutorem.

Feretrana *Pensionis.*
Lunæ 19. Decembr. 1622. *Vbaldo.*
Argumentum CDXLI.

Pensionarius quando teneatur probare conditionem appositam in reseruatione pensionis, dummodo remaneant centum pro Rectore, itaut ea non probata frustretur sua intentione exigendi talem pensionem. Quasi possessio exigendi pensionem quando, & quousque deseruiat.

Feretrana *Pensionis.*
Lunæ 4. Decemb. 1623. *Vbaldo.*
Argumentum D.

Onus probandi, quod remaneat centum pro Rectore, quando incumbat ipsi pensionario, & quando ipse minime dici possit probasse talem conditionem, itaut Rector eximendus sit à solutione dictæ pensionis.

Ferrarien. *Pensionis.*
Lunæ 25. Iunij 1618. *Card. Verospio sen.*
Argumentum XLII.

Monetæ valor, quando de tempore contractus veniat attendendus, & non solutionis. Testes deponentes super negatiua an sit necesse, vt remoueant sensum ab actu. Testis vnicus non probat, etiam contra producentem. Pensio debet solui de illa moneta super qua fuit reseruata.

Lucana *Pensionis.*
Ven. 29. Nouembr. 1619. *Pirouano.*
Argumentum CXLIV.

Pensionarius, si narret in gratia reseruationis pensionis, valorem beneficij affirmatiue per ascensum, ad tot scilicet ducatos, cum ista narratiua sit fundamentum dictæ gratiæ, ex quo Papa, nisi fuisset certus de valore, tamen pensionem minime reseruasset; ideoq. prædictus valor, est clarè, ac patenter probandus à dicto pensionario, alias non obtinebit. Pensionarius, quando releuetur ab onere iustificationis valoris beneficij, & quando non, & quid si simus non in titulari, qui consensit reseruationi pensionis, sed in successore, qui nouum titulum habet à Papa.

Lucana *Pensionis.*
Mercurii 9. Decembr. 1620. *Pirouano.*
Argumentum CCLXII.

Distributiones quotidianæ, in quo distinguantur ab alijs fructibus beneficiorum, ac in quo consistat eius particularis natura, & an desinant esse tales. Si quilibet Cappellanus colligat fructus in re sibi assignata, & quid casu quo ipsi diuidant inter se certis tantum temporibus interessendi diuinis.

Lucana *Pensionis.*
Lunæ 20. Iunij 1622. *Pirouano.*
Argumentum CDXIV.

Valor beneficij narratus in gratia reseruationis pensionis super eo, vt dicatur iustificatus, quid requiratur, & quando non dicatur adesse talem iustificationem. Gratia prouisionis beneficij vt substineatur, ne corruat ob defectum valoris narrati, Rota solet admittere augmentum in sexta parte eius, & ideo non sic est dicendum, quando sumus in terminus pensionis, quæ est materia odiosa.

Lucana *Pensionis.*
Mercur. 14. Iunij 1623. *Nauarro.*
Argumentum CDLXXXVIII.

Aestimationi valoris beneficij, quando sit standum Rota licet ex sola benignitate soleat ad effectum substinendi prouisionem beneficij adijcere, vel detrahere sextam partem valoris narrati, tamen quod id quoque admittat ad effectum sustinendi reseruationes pensionis, id nullatenus est verum, nec in his terminis est admittenda extensio, cum materia reseruationis pensionis sit satis odiosa, quo casu nec ex maioritate rationis admittitur extensio.

Lunen. Sarzanen. *Pensionis.*
Veneris 12. Ianuarii 1618. *Remboldo.*
Argumentum II.

Pensionarius, probata quasi possessione exigẽdi etiam per vnicum actum, pendente lite est manutenendus in sua quasi exigendi pensionem. Confessio de recepto licet non probet quasi possessionem exigendi pensionem, iunctis tamen adminiculis benè probat. Quasi possessio exigendi pensionem probata contra antecessorem iuuat etiam contra successorẽ.

Lunen. Sarzanen. *Pensionis.*
Lunæ 18. Martii 1619. *Remboldo.*
Argumentum XCIX.

Pensionis materia cum de stylo Rotæ reputetur prophana, ideo in ea conceditur remissoria absq; fumo, si articuli sint releuantes. Possessio præsumitur deperdita, si ea spatio 10. annorum quis non vtatur, & quando non procedat.

Miranden. *Pensionis.*
Lunæ 23. Martij 1620. *Card. Verospio sen.*
Argumentum CXCVI.

Pensio si sit reseruata cum clausula, habita, vel non habita possessione, si dicta possessio habita non fuerit, vltra biennium, dicta clausula non operatur, quæ conclusio limitatur, quãdo fuerit titularis negligens ad possessionem capiendam, non curando remouere impedimenta, & quid si ea proueniant à ministris Regis.

Regien. *Pensionis.*
Ven. 20. Nouembris 1620. *Pirouano.*
Argumentum CCLII.

Papa, si Motu proprio concedat alicui facultatem transferendi pensiones, cum de eius potestate non veniat dubitandum, ideoq. constito de validitate translationis nullatenus de ea hæsitandum est, cum contra talem gratiam non possit opponi defectus subreptionis, vel obreptionis, stante concessione factã Motu proprio, & quid si quoad facultatem transferendi d. pensionem fuerit excessum, sed cum clausula præseruatiua, quod intenditur disponere, nisi iuxta formam Breuis.

Romana, *seu Lateranen. pensionis.*
Lunæ 9. Maij 1622. *Vbaldo.*
Argumentum CCCXC.

Iudex habens in facultatibus procedere appellatione remota, tunc lata ab eo sententia transit in iudicatum, constito de eius iustitia, & validitate. Debitor soluendo iussu Iudicis creditori sui creditoris, consequitur liberationem, etiamsi reperiatur, quod ille non erat verè creditor, quod multo magis procedit, quando mandatum Iudicis erat executiuũ, & pœnale, nam sperni non potest. Iudex postquam functus est officio suo, si in causa se intromittat nulliter agit, & quando id non procedat.

Spoletana *Pensionis.*
Merc. 24. Ianuarij 1622. *Vbaldo.*
Argumentum CCCXLII.

Beneficij Rector, si reseruauerit sine causa pensionem super eo, ad fauorem alicuius consanguinei, & in litteris Apostolicis reseruationis fuerit appositum decretum, quod si titularis eandem pensionem in vita, & quamdiu beneficium obtinuerit, non persoluerit, realiter, & cum effectu, tunc reseruatio eo ipso sit nulla, modo dubitatur si controuersia sit inter pensionarium, & nouum titularem super solutione pensionis, qua probatione grauetur pensionarius ad probandum dictam solutionem. Valor beneficij, quando plenè & concludenter veniat probandus ad effectum validitatis reseruationis pensionis, itaut nec admittatur reductio.

Anco-

Iuxta seriem causarum Titulorum.

Anconitana *Pradij*.
Lunæ 11 Decembris 1623. *Vbaldo*.
Argumentum DII.

Fratres, & sorores pro virili de iure communi admittuntur ad successionem eorum matris. Statuta exclusiua fœminarum propter masculos, cum sint correctoria Iuris communis, ideoque strictè interpretanda veniunt, vnde excludens sorores propter fratres, debet intelligi de fratribus vtrinque coniunctis, non autem de vterinis tantum. Mandati executio non dicitur excessiua, quando quis est immissus in possessionem totius rei, licet ei tantum pars perueniebat, quando ille pro indiuiso immittendus erat, cum in qualibet rei gleba pars debeatur. Ad possessionem capiendam tunc requiritur speciale mandatum, quando sumus in beneficialibus, secus in prophanis.

Colimbrien. *Pradij*.
Lunæ 14. Iunii 1618. *Dunozetto*.
Argumentum XXI.

In spolio debet probari possessio per concludentes probationes, & non præsumptiuè. Dominus directus, licet ratione ciuilis possessionis habeat remedium spolij, contra occupantem vtile dominium, tamen quando hoc procedat.

Nucerina *Pradij*.
Veneris 7. Februarij 1620. *Card. Sacrato*.
Argumentum CLXXI.

In Instrumento si fiat mentio de aliqua scriptura, dicta assertio nihil probat, nisi constet de ea, etiamsi asserens dicat eam vidisse. Alienatio bonorum Ecclesiæ à Rectore in consanguineos est suspecta. Confirmatio non datur sine confirmabili.

Senogallien. *Pradij*.
7. Iunii 1619. *Pirouano*.
Argumentum CXXI.

In Contractibus innominatis licet non agatur ad rescissionem ob non adimplementum, sed agendum sit ex contractu, vel ad implementum, vel ad interesse, tamen vera est etiam conclusio quod agens ex contractu docere debet in primis, se ad impleuisse: aliàs exceptione non adimplementi repellendus venit, & non solum probare tenetur se adimpleuisse, sed etiam id quod adimpleuit, de iure valeat, & teneat. Insinuatio potest interuenire post contractum, & quare, quod declara.

Spoletana *Pradij*.
Lunæ 9. Decembris 1619. *Card. Pamphilio*.
Argumentum CL.

Iudex ad hoc, vt valide procedat debet esse certus de sua iurisdictione. Pupillus habet priuilegium trahendi ad suum forum eius aduersarium. Ratificatio, vt arguatur ex aliquo facto, quid requiratur. Ratificatio vt teneat debet fieri in tempore habili.

Hispalen. *Prabeminentiarum*.
Mercurij 20. Februarij 1620. *Remboldo*.
Argumentum LXXXII.

In Præheminentiarum materia, quando, & ex quibus probationibus, quis obtinere debeat, itaque manutenendus veniat. Possessio generalis nullatenus venit attendenda, quando constat de particulari, quod procedit etiamsi dicta possessio particularis sit contra ius, idq. tamen intellige si ea possessio sit alicuius temporis considerabilis.

Pacen. *Prabeminentiarum*.
Veneris 16. Nouembris 1618. *Remboldo*.
Argumentum LIV.

Rector Ecclesiæ an ipse solus habeat facultatem agendi nomine Ecclesiæ, & vtrum quilibet de populo possit comparere pro Ecclesia. Facultatis meræ, quæ sunt ab initio fauore Ecclesiæ tractu temporis efficiuntur necessitatis.

Romana *Pralationis Vinea*.
Lunæ 11. Maij 1620. *Vbaldo*.
Argumentum CCX.

Attentata cessant, quando non adest lis. Possidens ante litem motam, potest citra vitium attentatorum, continuare suam possessionem. Possessio, quando non possit capi absque vitio attentatorum.

Romana *Pralationis Vinea*.
Lunæ 24. Ianuarij 1622. *Vbaldo*.
Argumentum CCCXXXVIII.

Exceptiones reales, quæ obstant cedenti, obstant etiam cessionario, & vide alia diuersa, de quibus in summario.

Romana *Pralationis Vinea*.
Ven. 17. Martij 1623. *Vbaldo*.
Argumentum CDLXVI.

Transactio est exceptio litis finitæ, & præiudicat non solum transigenti, sed etiam eius cessionario. Hæres semel, licet non possit desinere esse hæres, tamen hoc limita per priuationem legalem.

Cremonen. *Præpositura*.
Veneris 24. Maij 1621. *Remboldo*.
Argumentum CCXCII.

Ecclesia, quod fuerit collegiata, qualiter probetur, & præcipua signa sunt habere arcam, & sigillum commune, ac ad effectum, vt Ecclesia dicatur collegiata non est necesse, vt concurrant omnia signa, sed sufficit adesse aliqua, ex quibus verisimiliter id colligatur.

Theatina *Præpositura*.
Lunæ 1. Iulii 1619. *Card. Sacrato*.
Argumentum CXXXIII.

Ordinarius ad hoc, vt iuris ordine seruato procedat ad priuandum, quem beneficio, præcedere debet bina citatio in loco beneficij, & quod expectetur per sex menses, & quando ad hoc citationes personales non habeantur in consideratione.

Romana *præstationis Annua*.
Mercur. 4. Iulii 1618. *Card. Verospio*.
Argumentum XLVI.

Fructus hæreditatis si reperiantur diminuti, omnes pro sua rata damnum pati debent. Incontinenti ea, quæ probari possunt admittuntur etiam in iudicio manutentionis. Hæres, cum beneficio legis, & inuentarij quæ priuilegia habeat.

Astoricen. *Præstimoniorum*.
Lunæ 29. Martii 1621.
Argumentum CCLXXXIII.

Præstimoniorum possessio ex quibus remaneat probata, ita vt concedenda veniat manutentio. Possessio anterior quando remaneat in suo robore, quamuis denuò ea fuerit capta, & hoc ad effectum anterioritatis possessionis. In beneficialibus sicuti datur multiplicatio titulorum ita quoque necesse est, vt detur multiplicatio possessionum.

Astoricen. *Præstimoniorum*.
Veneris 25. Iunii 1621. *Vbaldo*.
Argumentum CCCV.

Possessio posterior in cōcursu anterioris, licet non attendatur, quia Ius præsumit eam esse clandestinam, & turbatiuam, ideoque non intendit talem possessorem manutenere, nihilominus id non procedit, quando quis priùs cœpit possessionem, & deinde secundò eandem capiat, & quamuis alius medio tempore, eam quoque cœperit, tamen ille primus non dicitur posterior, si secundam possessionem obtinuerit cum præseruatiua primæ. Decretum irritans ad hoc vt operetur effectus suos, debet prius constare, quod intrat dispositio principalis.

Astoricen. *Præstimoniorum*.
Lunæ 13. Iunii 1620. *Vbaldo*.
Argumentum CDVII.

Partis contumacia stante, quia monitionibus Iudicis parere recusat, ad declaratoriæ relaxationem est deueniendum, & quando satis dicatur constare de tali contumacia. Iudici monitionibus quis dicitur parere, præstando patientiam, & requiritur quoque vt non faciat actus contrarios patientiæ. Mandato Rotali, quod quis nolit parere, satis constare dicitur ex recursu ad Iudices Laicos.

Corduben. *Præstimoniorum*.
Lunæ 13. Nouemb. 1618. *Remboldo*.
Argumentum L.

Rota, licet soleat interponere arbitrium pro sanatione defectus citationis, quando non est totalis, tamen si talis citatio nullo modo adsit, tunc nunquam indulgere solet tale arbitrium. Isem illud solet denegari, quando nullitas esset admixta

mixta spolio, vel parti tollerentur probationes, cum hoc saperet iniquitatem.

Corduben. *Præstimoniorum*.

Ven. 13. Nouembr. 1620. *Card. Sacrato*.

Argumentum CCXLIX.

Arbitrium cum relaxet aliquid de rigore iuris, ideo non intrat, quando in totum collerct ius partis, & maximè si cum nullitate intrauit spolium. Rota licet sæpius declarauit pro arbitrio ad effectum sanandi examen testium à nullitatibus, quando fuerunt data interrogatoria, alias eis non datis non intrat tale arbitrium.

Romana *pretij Vicearum*.

Lunæ 20. Iunij 1622. *Nauarro*.

Argumentum CDXIII.

Appellatio non operatur, vt sententia in rem iudicatam non transeat, nisi quoque ipsa appellatio fuerit prosecuta, committendo causam scilicet intra legitimum tempus. Cedula bancaria regulariter non habet vim solutionis, & quando d. cedula data fuit potius pro assecuratione, quàm pro solutione.

Hispalen. *Primitiarum*.

Veneris 13. Maij 1622. *Nauarro*.

Argumentum CCCXCI.

Parochus habet ius assistentiam pro se quoad perceptionem omnium oblationum, quæ fiunt intra fines suæ Parochiæ, nec alius ab eo deputatus potest prætendere manutentionem super earum perceptione, cum iste non dicatur sibi, sed Parocho possidere, & alia plura circa hanc materiam.

Aquitanien. *Prioratus*.

Lunæ 11. Aprilis 1622. *Pirouano*.

Argumentum CCCLXXI.

Equites Hierosolymitani sunt inhabiles, & incapaces ad obtinendum quascumque dignitates, & Prioratus suæ Religionis, dum de eo tempore reperiuntur debitores communis ærarij, & qualiter hoc sit intelligendum, declara. Item etia qualiter hoc casu d. debitum sit probandum.

Gerunden. *Prioratus de Ridaura*.

Lunæ 4. Martij 1619. *Vbaldo*.

Argumentum XC.

Beneficium si à Papa alicui collatum fuerit vigore reseruationis, si reperiatur illud validè esse vnitum, tunc retardanda venit executio Breuis. Et quando non possit dubitari de validitate dictæ vnionis, & quis eam probare teneatur.

Meliten. *Prioratus*.

Lunæ 18. Martij 1619. *Manzanedo*.

Argumentum XCVII.

Executoriales emanatæ ad fauorem defuncti, an possint executioni demandari ad fauorem subrogati Collitiganti, vt detur immissio in possessionem beneficij, quid sufficiat probare.

Vicen. *Prioratus*.

Mercurij 2. Martij 1622. *Manzanedo*.

Argumentum CCCLIV.

Prioratus Regularis vnio dicitur subreptitia, si Papæ fuerit narratum, eum esse conuentualem, quia omnis Ecclesia Regularis est collegiata, & Conuentus sine Monachis consistere nequit. Ecclesia an sit Collegiata, quæ sint principaliora signa, & vt dicatur talis non sufficit, adesse sigillum, vel arcam antiquam, nisi quoque doceatur de vsu. Ecclesia Regularis, si sæcularizetur, quando nihilominus non dicatur eius status mutatus.

Bononien. *Processus*.

Vener. 10. Maij 1619. *Dunozecto*.

Argumentum CXII.

Ad scripturarum exhibitionem quando quis possit cogi, & præsertim quando sumus in Notario. Hæreditatis status nequaquam firmari nequit, nisi exhibitis scripturis hæreditarijs.

Bononien. *Professionis*.

Lunæ 14. Martij 1622. *Merlino*.

Argumentum CCCLXV.

Monachus, si in aliqua Religione diu degerit, ipsique tacitè profiteatur, ac deinde relicta prima Religione ad aliam transiuerit, ibique expressè professus fuerit, nec non per multum tempus steterit, dato modo, vt iterum reuertatur ad primam Religionem, ac pendeat lis super validitate transitus, dubitatur modo, dum ea pendet, cui nam Religioni danda sit manutentio in quasi possessione exercendi actus superioritatis in d. Religiosum, & conclusio est ad fauorem eiusdem Religionis concurrentibus tamen requisitis de quibus latè in præsenti decisione.

Zamoren. *Professionis*.

Vener. 17. Iunij 1622. *Vbaldo*.

Argumentum CDXI.

Appellatio cum detur à decreto Iudicis declarantis se competentem, ideo ea pendente quidquid gestum erit, vitio nullitatis subiacebit. Tractatur enim in præsenti decisione de Moniali, quæ statim lata prima sententia super inualiditate professionis, egressa fuit è Monasterio, habituq. dimisit, ac maritum duxit stante etiam appellatione à d. sententia, & resolutum fuit, cum d. mulier dicatur stare in statu periculoso, & nutritiuo peccati ex causis hic deductis in decisione, ideo fuit resolutum, vt illa sequestraretur in aliquo Monasterio, donec causa discuteretur.

Calaguritana *Puritatis Sanguinis*.

Mercurij 13. Nouembr. 1619. *Card. Sacrato*.

Argumentum CXXXVII.

Plura deducentur ad effectum probandi quod quis sit sanguine purus, & ex Christianis antiquis ortus, & quando testes in his terminis probent famam communem, & requiruntur plures exceptiones contra eos oppositæ.

Calaguritana *puritatis sanguinis*.

Lunæ 8. Martii 1621. *Coccino*.

Argumentum CCLXXVI.

Statutum, si disponat, vt admittendi ad Collegium &c. carere debeant omni macula, & suspicione impuritatis sanguinis prorsus, & omnino; an macula, seu suspicio dicatur ex oppositione (non tamen probata) contracta, itaut inculpatus admittendus non veniat, & quid si ea suspicio per contrariam probationem fuerit sublata, & qualiter supradictum statutum intelligendum veniat. Dictiones quantumuis geminatæ & præcisæ limitantur, & restringuntur secundum subiectam materiam. Testes quando non probent impuritatem sanguinis alicuius.

Calaguritana *puritatis sanguinis*.

Veneris 18. Iunii 1621. *Coccino*.

Argumentum CCXCIX.

Sanguine purus, cum quilibet præsumatur, ideo si quis asserat contrarium, id ipse probare tenetur; quod si ipse probauerit, tunc ille se purgare tenetur, & ex quibus dicatur optimè probasse suam sanguinis puritatem. Impuritatem alicuius quando quis probauit, & ipse imputatus perfectè docuerit de eius puritate, tunc hæc probatio præualet, tollitq. omnem suspicionem, & maculam impuritatis.

Teralben. *Rectoria*.

Vener. 28. Iunii 1619. *Pirouano*.

Argumentum CXXXI.

Beneficijs, vt quis ab Ordinario iustè, & validè priuetur ob non residentiam debet seruari forma in hoc data à Canon. & ex parte, C. de Cler. non resid. & Sac. Concil. Trident. cap. sess. 23.

Terablen. *Rectoria*.

Ven. 20. Decembris 1619. *Pirouano*.

Argumentum CLXIII.

Beneficio etiam Parochiali, vt quis veniat priuandus ob non residentiam, vt iustè, & validè priuetur, quid omnino veniat seruandum, beneficio curato ob non residentiam an sit verum, vt quis spolietur ipso iure.

Romana *redditionis rationis*.

Ven. 14. Decembr. 1618. *Card. Sacrato*.

Argumentum LXV.

Redditio rationis, quando alicui est remissa, quid censeatur remissum, & ad hoc, vt illam reddere teneatur, quid sit probandum. Socius, quando non teneatur reddere rationem. Societas morte finitur.

Messa-

Messanen. *Regressus.*

Lunæ 24. Ianuar. 1622. *Vbaldo.*

Argumentum CCCXL.

Pensionarius, quando possit redire ad possessionem beneficij stante quod illud resignauerit, cum pacto expresso apposito in litteris Apostolicis reseruationis pensionis, vt in casu, quod resignatarius deficeret in solutione pensionis in toto, vel in parte &c. liceret resignanti habere regressum ad d. beneficium, discutitur enim hic, quando dicatur venisse casus purificationis dictæ conditionis, itaut resignans liberè possit redire ad sua primæua iura, ac reijciuntur nonnullæ excusationes in medium allatæ, sed perperam per resignatarium.

Romana *Restitutionis dotis.*

Mercurij 5. Decembr. 1618. *Card. Sacrato.*

Argumentum LX.

Dotem fuisse solutam ex quibus dicatur cōstare. Solutionis cōfessio ex quo præsumatur realis. Dotis confessio facta à marito ad effectum illam donandi vxori, soluto matrimonio, illa est eidem consignanda. Minor fauore matrimonij potest se obligare.

Romana *Retractus, seu prælationis.*

Lunæ 2. Aprilis 1618. *Dunozetto.*

Argumentum XVII.

Censuario licet antè Bullam san. mem. Pij V. receptum erat non competere retractum, tamen hodie secus est, & diluuntur multæ obiectiones, quæ opponebantur censuario ad effectum illum excludendi à tali retractu. Bulla fel. rec. Gregor. XIII. super retractu, vt habeat locum, quid requiratur. Vicino, vt competat retractus, quidnam probare teneatur.

Romana *de Rusticuccijs.*

Ven. 7. Iunij 1619. *Remboldo.*

Argumentum CXXIII.

Causæ restitutionis in integrum aduersus rem iudicatam, si reperiatur commissa cum clausula, parito iudicato, vt ei dicatur satisfactum, quid requiratur, & quando etiam sit necessaria refectio expensarum.

Romana *Salarij.*

Lunæ 30. Aprilis 16.1. *Pirouano.*

Argumentum CCLXXXVI.

Salarium non conuentum, licet regulariter loquendo, nullatenus debeatur, tamen etiam non conuentum debetur, si probetur solitum locandi, & conducendi operas, & ex quo probetur dictum solitum. Salarium non censetur remissum ex sola amicitia, immo nec ex consanguinitate, quæ arctius ligat. Seruitia præstita à conductore, locatori operas suas, possunt quidem deseruire in arbitranda mercede, non autem ad totalem mercedis remissionem præsumendam.

Romana *Salarij.*

Veneris 18. Februarij 1622. *Pirouano.*

Argumentum CCCXLVIII.

Mandatum, quando non possit esse gratuitum, itaut mercedem mandatarius possit prætendere. Reformatio fel. rec. Pauli Quinti statuens, vt procuratores, & sollicitatores non possint petere salarium nisi conuentum, an habeat locum etiam in illis causis, quæ procuratoribus demandatæ fuerunt ante reformationem. Inter principalem, & procuratorem, quādo dicatur conuentum de mercede, & an dicta reformatio requirat, vt expressè conueniatur de certa mercede, vel an sufficiat promissio in genere.

Maceraten. *Saluiani.*

Veneris 29. Aprilis 1622. *Coccino.*

Argumentum CCCLXXXIV.

Interdictum, retinendæ competit possessori de tempore motæ litis, qualis est ille, qui à parte fuit occupator, & detentor nominatus, nam præsumptio cum sit pro possessore, vt non sit occupator, ideo reiecta illa qualitate occupationis remanet possessio probata per confessionem partis, quæ probatio superat omnes probationes. Iudex, quando nulliter, & notoriè iniustè dicatur procedere, quando agitur vigore saluiani. Sententiæ nullitas est satis clara, quando sine citatione fuit lata.

Rauennaten. *Saluiani.*

Lunæ 17. Iunij 1619. *Remboldo.*

Argumentum CXXVI.

Deducuntur plura circa perfectionem confectionis inuentarij, ex quibus scilicet omnibus numeris perfectum esse appareat. Citatio creditorum si omittatur quando non reddat nullum inuentarium bonorum defuncti. Et casu quo inuentarium non corruat, si descriptio aliquorum bonorum fuerit omissa.

Romana *Saluiani.*

Lunæ 19. Februarij 1619. *Remboldo.*

Argumentum LXXX.

Aegidiana, quamuis intret in quocumque possessorio, tamen id non procedit, quando adest notorium grauamen. Creditor habens anteriorem hypotecam expressam, præfertur posteriori pro dote competenti. Retentio, vt detur, ratione expensarum quid requiratur. Aegidiana non habet locum in re Ecclesiastica etiamsi agatur de vtili dominio Ecclesiæ. Sententia si sit concepta vnica structura verborum, tunc an pars appellabilis trahat ad se partem non appellabilem.

Romana *Saluiani.*

Lunæ 3. Iunij 1619. *Remboldo.*

Argumentum CXX.

Prohibita alienari non cadunt sub generali obligatione bonorum, sed hoc limitatur, si prohibitio alienationis fuerit facta ad certum effectum limitatum, scilicet ad effectum præstandi consensum, & sic soluatur laudemium, vel quid simile. Instrumenta ita debent interpretari ne contineant contrarietatem.

Romana *Saluiani.*

Mercur. 17. Maij 1623. *Coccino.*

Argumentum CDLXXXI.

in Saluiano interdicto, vt quis obtineat, quid sufficiat, vt probet. Census non cadit sub hypoteca generali bonorum, quando prohibita est illius alienatio, etiam alienationis latissimo sumpto vocabulo, & quid an possit hypotecari, seu obligari illius fructus, & respondetur bene illos posse obligari obligatione personali, non autem reali. Appellatione bonorum, venit etiam nomen debitoris, & quando id sit verum.

Romana *de Sansonijs.*

Lunæ 14. Ianuarij 1619. *Remboldo.*

Argumentum LXX.

Dos data ab extraneo, nisi de eius contraria mente constet, præsumitur eam dedisse animo donandi, id tamen non procedit, quando frater dotat sororem nomine administratorio, cum tunc censeatur de bonis administratis dotasse, & quid si excesserit in dotando.

Romana *de Sansonijs.*

Lunæ 13. Ianuar. 1620. *Remboldo.*

Argumentum CLXVI.

Mulier, si agitet pro consecutione suæ dotis, vt consequatur alimenta debet docere de paupertate, & præsumptione boni iuris. Mulieres præter dotem alia bona non præsumuntur habere. Quantitas alimentorum quando est taxanda, id remittitur arbitrio Iudicis.

Tullen. *Scolastriæ.*

Lunæ 5. Iulij 1621. *Remboldo.*

Argumentum CCCXI.

Gesta post inhibitionem sunt attentata, inhibitionis vis & efficacia quæ sit. Attentata, vt probentur, quid sufficiat transportare.

Romana *scutorum* 18000.

Lunæ 24. Ianuarij 1622. *Coccino.*

Argumentum CCCXXXIX.

Papa, quando signat commissionem per verbum, placet, quid ex dicto verbo inferre intendat. In rescriptis gratiosis Papæ attenditur quid ipse rescribit, non autem extensio Regentis. Soluere, quando quis tenetur pretium alicuius rei creditoribus prioribus, & potioribus, rectè poterit illud deponere, cum conditione expressa faciendi dictā solutionem, prout ipse est obligatus, & quando dictum depositum dicatur ritè, & rectè factum ad hoc, vt ipse remaneat liberatus.

Roma-

Romana *scutorum* 18000.
Veneris 13. Iunij 1623. *Coccino.*
Argumentum CDXC.

Principis gratiæ, regulariter tacitam habent in se conditionem, quatenus ei narrata veritate nitantur, & quatenus contenta in ea adimpleantur. Gratiæ iustificatio spectat ad eum, qui in illa se fundat, non autem illis, qui eam impugnant. Et tractatur de eo, qui emit rem debitis inuolutam, & obtinuit gratiam à Principe cedulam bancariam in actis deponendi, ad effectum soluendi pretium illius rei creditoribus, iuxta gradum, & locum vnicuique per Iudicem assignandum per viam graduationis. Discutitur enim, quando depositio dictæ cedulæ validè fuit facta, & diluuntur nonnullæ oppositiones.

Romana *scut. 2. mill.*
Ven. 16. Decembris 1622. *Coccino.*
Argumentum CDXXXIX.

Fideiussio extinguitur per solutioné debiti, quod procedit etiam per compensationem, vel dationem insolutum. Et agitur hic de extinctione fideiussionis per compensationem crediti fideiussoris, cum debito principalis, vt valeat, accedente tamen super hoc consensu vtriusque.

Romaana *scutorum duorum millium.*
Mercurij 28. Iunij 1623. *Coccino.*
Argumentum CDXCIV.

Compensatio, quando est facta cum debitis requisitis, cum consensu vtriusque partis, tunc, & eo casu valens est reprimere potentiam executionis obligationis Cameralis, tunc vero contraria opinio posset habere locum, quando compensatio non est facta, sed debitor conuentus vigore dictæ obligationis Cameralis, vellet compensare, nam quando compensatio est iam secuta, ea habet vim solutionis, & talis exceptio, quin admittatur aduersus executionem obligationis Cameralis, nemo est, qui dubitet.

Cæsenaten. *separationis thori.*
Lunæ 12. Februarij 1618. *Dunozetto.*
Argumentum X.

Maritus ex qua causa possit auocare vsum iocalium vxori ab eo datorum, & qua actione. Iocalia data à marito vxori, manêt sub potestate mariti, relicto solo vsu vxori. Vxor sine iuxta causa non debet discedere à marito, & ipsa tenetur iustificare causam, quare non vult habitare cum marito.

Romana *separationis thori.*
Lunæ 27. Iunij 1622 *Coccino.*
Argumentum CDXVIII.

Vxor, cum diuertit à marito ex iusta causa, ipse maritus tenetur eidem alimenta præstare, & in qua quantitate, id in arbitrio Iudicis est remissum, qui in taxatione oculum habere debet ad quantitatem patrimonij, reddituum, & qualitatem personarum, ac in his terminis ad quantitatem dotis, & taxationem fructuum à statuto factam. Filia in nullo loco melius potest custodiri, quam sub tutela matris, & maximè dum est honestissima.

Romana *Seruitutis.*
Veneris 15. Martij 1619. *Vbaldo.*
Argumentum CI.

in Quasi possessione eundi, & redeundi ad suum fundum per fundum alienum, vt quis dicatur constitutus, quidnam sit necesse probare, ad victoriam obtinendam, quoniam hoc casu requiruntur probationes pleniores, cum præsumptio sit contra eum, nam pro libertate rei præsumitur, maximèque cum agatur de seruitute discontinua. Scientia, licet verum, sit probari posse per coniecturas, nihilominus per alias coniecturas maiores potest quoque excludi.

Foroliuien. *societatis.*
Mercur. 5. Maij 1621. *Card. Verospio sen.*
Argumentum CCLXXXIX.

Societas si sit inita super officio non vacabili, cum cesset periculum amissionis pecuniarum ex parte imponentis, ideo pecunia data remanet purum mutuum, quo stante omnes fructus restituendi veniunt, cum id sit vsura. Quod procedit etiamsi in instrumento non sit, quod tale officium non erat vacabile quamquam pars id ignorauerit, & adsit bona fides.

Narnien. *societatis.*
Lunæ 18. Februar. 1619. *Pirouano.*
Argumentum LXXVII.

Rationum redditio qualiter per administratorem reddi possit, & an possit reddi in genere absque scriptura. Liberatio generalis omnia comprehendit.

Narnien. *societatis.*
Veneris 22. Maij 1620. *Pirouano.*
Argumentum CCXVIII.

Scripturas, vt quis teneatur exhibere, quid sit probandum. Administrator, si semel reddiderit rationem, quando possit cogi ad illam iterum reddendam, & quando secus.

Narnien. *societatis.*
Lunæ 1. Maij 1621. *Pirouano.*
Argumentum CCLXXIII.

Socius, si reddiderit rationes, & obtenta fuit liberatio, & insuper sub ea inita fuerit transactio, tunc agi non potest ad exhibitionem librorum pro impugnanda transactione, sed aliunde errores sunt iustificandi, & ex quibus dicti errores nullatenus dicantur iustificati, itaut transactio in suo robore permaneat.

Romana *societatis officij.*
Veneris 11. Ianuarij 1619. *Card. Sacrato.*
Argumentum LXIX.

Mulier quando, & ex quibus coniecturis possit dici, quod non obierit ex causa partus, & sic non sit locus lucro societatis officij, cuius periculum erat super eius vita. Mors semper tribuitur causæ præcedenti, licet anterior fuerit mortalis.

Romana *societatis officij.*
Lunæ 16. Decembr. 1619. *Vbaldo.*
Argumentum CLX.

Contractus societatis officij si fuerit initus pro 16. mensibus, dubitatur an facta solutione fructuum anticipatè pro toto isto tempore, contractus sapiat prauitatis vsurariæ, & resolutio est negatiua, quia hic non sumus in mutuo, in quo solum cadit vsura. Et insuper nam sicuti in hoc contractu societatis licita est anticipata solutio fructuum per sex menses ante, ita non videtur prohibitum, si solutio fiat pro maiori tempore, cum vsura non consistat in maiori, vel minori, verum tamen est, si dicti fructus pertingerent quartam partem sortis, contractus esset iniustus, aliaq. vt in summarijs.

Romana *societatis officij.*
Lunæ 8. Aprilis 1622. *Remboldo.*
Argumentum CCCLXVII.

Societas officij, si contracta sit cum aliquo, cum pacto tamen vt omnimoda dispositio dictæ societatis pertineat, ac spectet ad alium, dato modo, vt is ad quem spectat dicta dispositio, cedat totum illud ius alteri, & iste tertius moriatur, dubitatur modo rebus sic stantibus, an dicatur societas dissoluta, & quia nonfuit nominata persona, super cuius vitæ periculo dicta societas posita erat. Vtrum quoque sit factus locus lucro pecuniarum, & resolutio est negatiua.

Romana *societatis officij.*
Merc. 1. Februar. 1623. *Merlino.*
Argumentum CDLIV.

In præsenti decisione latè discutitur, quod nullatenus iuridica est illa conclusio, nec lege, nec aliqua valida ratione comprobatur, vt societas officij in totum dissoluatur per receptionem partis sortis principalis, cum contraria opinio sit verior, & validior, & in iure magis substantialis, cum societatis natura ea sit vt per restitutionem, vel interitum partis rei communicatæ, societas in totum non dissoluatur, sed adhuc duret in eo, quod remanet.

Romana *societatis de Piccinardis.*
Vener. 5. Iunij 1620. *Card. Sacrato.*
Argumentum CCXXIV.

Societas per publicationem bonorum delinquentis finitur, & actiones ad recuperanda ea, quæ spectant ad socium, cuius bona fuerant publicata, transeunt in fiscum, & si vigore concordiæ eas alicui cessit, ei competunt omnia iura, quæ competerent fisco, tanquam illius cessionario. Notarij stipulatio pro alio, vt valida sit, requiritur illius acceptatio, & ex quo illa non præsumatur.

Roma-

Romana *Societatis de Piccinardis.*
Mercur. 14. Iunij 1623. *Vbaldo.*
Argumentum CDLXXXVII.

Vitæ translatio in terminis societatis officij, quando satisfit, vt intimetur fideiussori. Societas finitur per publicationem bonorum quando scilicet ea propter delictum transiuerunt in fiscum, & quid si fiscus ea bona alicui cesserit. Cessionis vigore, quis potest agere contra bona, & personas, ad quæ, & contra quas experiri poterat ipse cedens.

Asculana *Spolij.*
Lunæ 29. Martii 1621. *Remboldo.*
Argumentum CCLXXXII.

Aegidiana cessat constito de nullitate, vel notoria iniustitia sententiæ. Sententia est nulla ex defectu citationis, non obstante, quod ea fuerit facta, sed non legitimo procuratori. Procurator litis Dominus effectus quibus concurrentibus possit reuocari.

Romana *Spolij domus.*
Ven. 17. Decemb. 1621. *Vbaldo.*
Argumentum CCCXXVII.

In spolio primum extremum optimè, & concludenter probatur ex ipsa confessione partis aduersæ. Testator, si aliquem substituerit in casu, quo eius filius sine filijs decedat eueniéte, quod d. filius contrahat matrimonium cum aliqua, quæ habeat filios ex primo matrimonio, tunc nullatenus, ac certè isti filij faciunt cessare supradictam conditionem, & qualiter perfectè probetur illos fuisse filios ex primo viro.

Tullen. *Sponsalium.*
Lunæ 22. Iunii 1620. *Card. Sacrato.*
Argumentum CCXXXII.

Sponsalia sub conditione contracta, licet euanescant, deficiente conditione, tamen si vir carnaliter cognouerit mulierem, cui talis promissio conditionata fuit facta, censetur recedere ab omni conditione, & sic sponsalia remanent pura, ac vir potest cogi ad contrahendum per verba de præsenti. Concilium Tridentinum, qualiter corrigat iura disponentia, vt sponsalia per copulam transeant in verum matrimonium, cum hodie non teneat matrimonium, nisi contrahatur coram Parocho, & testibus.

Tullen. *Sponsalium.*
Veneris 2. Decemb. 1620. *Card. Sacrato.*
Argumentum CCLVIII.

Ad matrimonium contrahendum per verba de præsenti quis cogi potest, si constet de sponsalibus cum aliqua contractis, & hoc non obstante, quod sponsalia sint contracta sub conditione, quando tamen secuta est copula, quia per eam censetur recessum à conditione. Sponsalia secunda quando valeant non obstantibus primis.

Imolen. *Successionis Quartæ.*
Lunæ 22. Iunii 1620. *Pirouano.*
Argumentum CCXXX.

Dos, quando de tempore contractus matrimonij fuit congrua, & conueniens qualitati, & conditioni vxoris, tunc cessat dispositio auth. præterea. C. vnde vir. & vxor. & alia circa hanc auth. quando cesset, & quando secus.

Bononien. *successionis.*
Vener. 9. Decemb. 1622. *Vbaldo.*
Argumentum CDXXXVIII.

Statutum exclusiuum fœminarum à successione parentum existentibus agnatis, an illud habeat locum fauore agnati professi in aliqua Religione capaci bonorum, cum in eo non verificetur intentio similium statutorum, quæ est conseruatio agnationis, cum ille non possit habere filios legitimos, & vt. um prædicta statuta laicorum intrent ad fauorem Religiosorum, & agitur in specie de Statuto Bononiensi excludente matrem à luctuosa successione filij propter patruum, an intret, quando patruus est Monachus professus. Statuta exclusiua fœminarum propter masculos, cum sint contra dispositionem iuris communis, an in eis requiratur specialis confirmatio Principis, vel sufficiat generalis, & an d. statuta sint odiosa odio irrationabili.

Bononien. *Terrarum.*
Veneris 20. Maij 1622. *Vbaldo.*
Argumentum CCCXCVI.

Conductor, quando cadat à commodo locationis. Reconductio in prædiis rusticis ad quantum tempus censeatur facta. Conductio, & reconductio semper censetur facta, quatenus conductor soluat pensionem.

Romana *Testamenti de Marescottis.*
Lunæ 29. Ianuarij 1618. *Card. Sacrato.*
Argumentum V.

Pater instituens filium hæredem in bonis magni valoris, cum pacto, quod nihil aliud possit prætendere in hæreditate, si pater ignoraret d. bona esse sua, an filius possit petere illorum æstimationem. Clausula codicillaris, quando operetur in præiudicium filij præteriti, & quando secus.

Romana *Testamenti de Marescottis.*
Lunæ 21. Maij 1618. *Card. Sacrato.*
Argumentum XXV.

Filius, quando est institutus hæres à patre in certis bonis pro sua legitima, si postea reperiatur, quod dicta bona non erat sua, filius tunc dicitur ignoranter præteritus, & an hæredes patris teneantur dare æstimationem illorum bonorum eis

Romana *Testamenti de Marescottis.*
Veneris 10. Maij 1619. *Remboldo.*
Argumentum CXI.

Fideicõmissario competit immissio vigore l. fin. C. de edict. D. Adr. tollend. etiamsi fideicommissum ei fuerit relictum in Codicillis, cum ad istum effectum testamenta, & codicilla æquiparentur. Grauatus pure restituere, quid tantum detrahere possit.

Romana *Testamenti.*
Merc. 9. Decembr. 1620. *Coccino.*
Argumentum CCLXIII.

Testamenta plura, quando quis confecit, tunc vltimum absq; controuersia attendendum venit, constito tamen de illius validitate, qua occasione multa deducuntur, circa consuetum modum illum testandi per relationem ad cedulam scriptam, vel subscriptam manu ipsius testatoris, quale testamentum dicitur nuncupatiuum nuncupatione implicita. Ac reijciuntur nonnullæ oppositiones perperam obiectæ testamento, de quo hic in decisione agitur.

Carthaginen. *Translationis.*
Veneris 4. Martij 1622. *Vbaldo.*
Argumentum CCCLXII.

Translatio Monasterij etiam Monialium fieri nequit de loco ad locum sine licentia Romani Pontificis, & iuxta causa translationis Monasteriorum, quæ esse possit, atque nonnullæ ex dictis causis hic in decisione referuntur, & quid sit faciendum, si incolæ loci, vbi adest Monasterium alibi transferendum, ægrè ferant talem translationem.

Regien. *Translationis pensionis.*
Lunæ 25. Maii 1622. *Pirouano.*
Argumentum CDI.

Gratia translationis pensionis an laboret vitio subreptionis, si Papæ non fuerit narratum, quod beneficium, super quo adest pensio grauatum est alia pensione, cum facultate quoque eam transferendi. Pensionis translatio dicitur noua gratia in substantia, quamuis nomen sonet in translationem, & talis translatio dicitur noua pensio, quando ea est apta conseruare pensionem post mortem pensionarij. Materia translationis pensionis est odiosissima, cum agatur de prorogatione seruitutis beneficii.

Regien. *Translationis pensionis.*
Sabbati 26. Nouemb. 1622. *Pirouano.*
Argumentum CDXXXII.

Vitio subreptionis, licet laboret gratia, quãdo tacitum fuit id, quod si Papa sciuisset, vel gratiam non concessisset, vel difficilius, tamen id non procedit, quando illud, quod fuit tacitum, inualidum erat. Subreptionis defectus excluditur ex scientia generica, & virtuali Papæ. Agitur hic de validitate concessionis gratiæ circa trãslationem cuiusdam pensionis, vt substineatur, non obstantibus multis contra eã deductis.

Firmana *Tutelæ.*
Lunæ 23. Maij 1622. *Vbaldo.*
Argumentum CCCXCIX.

Appellatio parum iuuat, quod in tempore fuerit interposita, si intra legitima tempora non fuerit prosecuta. Fatalia ne currant

currant ob impedimentum partis, vel Iudicis, vt id habeat locum, concludenter est probandum impedimentum, & maximè illud Iudicis. De re iudicata, vt dicatur constare non sufficit docere de lapsu temporis, sed etiam de validitate, & iustitia sententiæ. Tutores plures, quando fuerunt dati, omnes sunt condemnandi ad reddendam rationem, & quando secus.

Nepesina *Tutelæ.*

Veneris 16. Nouemb. 1618. *Card. Verospio sen.*

Argumentum LIII.

Notariatus an probetur per communem famam. Instrumenta plura, si dicatur, Notarius rogasse, quot sufficit ostendere. Notarius, si quis sit ex præsenti, an ex hoc præsumatur fuisse in præteritum. Notariatus, quando probetur leuioribus probationibus.

Nepesina *Tutelæ.*

Mercur. 27. Nouemb. 1619. *Card. Verospio sen.*

Argumentum CXLI.

Alimenta, vt debeantur collitiganti, quid sit probandum. Tutor, quando conuenitur, vt reddat rationem, an sint ei præstanda alimenta, & alia circa materiam redditionis rationũ.

Nepesina *Tutelæ.*

Lunæ 11. Maij 1620. *Card. Verospio sen.*

Argumentum CCXI.

Tractatur de existentia, & quantitate bonorum ad effectum redditionis rationis administratæ tutelæ. Pluralitas, quando præsumatur, & ex quibus coniecturis.

Nepesina *Tutelæ.*

Vener. 13. Nouemb. 1620. *Card. Verosp. sen.*

Argumentum CCXLVIII.

In concursu testium illi sunt præferendi alijs, qui magis specificè, ac ex certa scientia deponunt, & negatiuam coarctant, Valor verus rei, ex quibus probetur, & certa est illa regula, rem tanti valere, quanti vendi potest.

Nepesina *Tutelæ.*

Veneris 22. Aprilis 1622. *Vbaldo.*

Argumentum CCCLXXX.

Tutor tenetur reddere rationem solum de ijs, quæ ad eius manus peruenerunt. Tutor in inuentario bonorum pupilli, quid tantum teneatur describere.

Romana *Tutelæ.*

Veneris 13. Ianuarij 1623. *Vbaldo.*

Argumentum CDXLII.

Notarius, licet regulariter teneatur parti reficere damna, & interesse, quando fideiussor per eum receptum, idoneus non fuit repertus, tamen id non procedit quando mandato Iudicis certam personam recepit in fideiussorem, quia Notarius Iudici tenetur obedire, & tunc ipse Iudex obligatus erit parti. Iudex, vel Notarius, vt teneantur parti læsæ, eo quia fideiussor ab eis receptus non fuit repertus idoneus, quid sit probandum. Iudex, vel Notarius non tenentur ad aliquid, dum fideiussor ab eis receptus, postea reperitur non soluendo, quando de tempore receptionis communiter habebatur pro idoneo.

Romana *Tutelæ.*

Vener. 4. Martii 1622. *Manzanedo.*

Argumentum CCCLX.

Tutor, quando est allegatus suspectus, quamuis iure caueatur, lite pendente, donec cognitio suspicionis terminetur, sit illi interdicenda administratio, tamen oculatus Iudex non debet præcipitanter deuenire ad dictam interdictionem, sed prius cognoscere saltim summariè, an calumniosè accusetur, necne, quia si ei apparebit de calumnia, non debet aliquo modo tutori denegare administrationem pendente lite, &c. Inimicitia inter tutorem & pupillos, quando non sit sufficiens ad allegandum tutorem suspectum, & quid requiratur, vt allegetur talis, quia denegat alimenta pupillis, & an ipsi pupilli possint allegare tutorem suspectum, & vlterius vt adulti possint allegare suspectum tutorem cum consensu consanguineorum, quidnam sit necessarium.

Romana *Tutelæ super Aromataria.*

Ven. 4. Martij 1622. *Manzanedo.*

Argumentum CCCLIX

Iudex procedendo via executiua pro legato relicto in testamento, nulliter procedit, cum pro illo consequendo, dictam viam competere, nullo iure caueatur, immo totum contrarium disponit textus in l. ait prætor. § si Iudex. ff. de re iud. Atque explanatur glos. in § illud in verb. directi. Auth. de hared. & falcid. quæ allucinauit nonnullos Doctores ad asserendum pro legato consequendo competere viam executiuam, cum ex dicta glosa clarè colligatur in his terminis nullo modo competere d. viam.

Romana *Tutelæ de Boncompagnis.*

Vener. 24. Maij 1619. *Vbaldo.*

Argumentum CXVI.

Tutor testamentarius quando remouetur, sit locus tutori datiuo, item tractatur de satisdatione d. tutoris datiui. Hypoteca licet non cadat super officijs vacabilibus, tamen benè cadit super eius fructibus, & pretio. Minori datur actio subsidiaria contra Magistratum non eligentem idoneum tutorem, & quando habeat locum ista actio, & quando non.

Placentina *Vicariæ.*

Veneris 10. Ianuarij 1620. *Remboldo.*

Argumentum CLXV.

Pecuniæ certa species, quando est deducta in obligatione, ea est soluenda, si reperiatur, sin minus alia pecunia diuersæ speciei est danda, ac talis debet esse solutio, vt possit ex illa conflari species pecuniæ promissæ, & hoc non obstante, quod monetæ valor intrinsecus fuerit mutatus.

Placentina *Vicariæ.*

Vener. 17. Decembr. 1621. *Coccino.*

Argumentum CCCXXVIII.

Clausula, parito iudicato, apposita à Signatura Iustitiæ, quando adest vnica sententia, ei parendum est, perinde ac si adessent tres conformes, quando tamen ea sententia vnica transiuit in iudicatum, ac constet de eius iustitia. Pecunia certa, & determinata, quando à principio est promissa, ea soluenda est, & quatenus non reperiatur eius valor &c. Ac aliqua habentur circa erectiones Vicariæ.

Romana *Vicariæ.*

Lunæ 8. Nouemb. 1621. *Coccino.*

Argumentum CCCXVI.

Papa, si in Ecclesia Collegiata Curata erigat Vicariam perpetuam, an ex tali erectione dicatur cura animarum omnimoda, & totalis priuatiuè ad Capitulum translata in Vicarium perpetuum, & resolutio quoad curam actualem est affirmatiua, quo vero ad habitualem est negatiua, quia ea remanet penes Capitulum, & quare.

Nullius *Vineæ.*

Merc. 11. Martij 1620. *Pirouano.*

Argumentum CLXXXIX.

Testator si legatum reliquerit alicui sub conditione, vt numquam audeat mouere litem contra hæredem, aliàs illo careat, an si se defendat, vel moueat litem ex causa bonorum, in quibus iure proprio succedit, vtrum cadit à tali legato. Testator generaliter disponendo de rebus suis, non comprehendit bona restitutioni subiecta.

Romana *Vineæ de Corbinellis.*

Lunæ 18. Maij 1620. *Coccino.*

Argumentum CCXIII.

Statutum Vrbis lib. 1. cap. 145. excludit fœminas ab hæreditate patris, quando ipse eas dotauit, vel frater sit paratus eas dotare, & ad effectum illas excludendi, sufficit vt frater, vel etiam eius hæres, quandocumque illas dotent, dummodo tamen non sint in mora, Filia, quod fuerit dotata à patre ad effectum eam excludendi à successione, quis id probare teneatur, & ex quibus talis probatio excludatur.

Romana *Vineæ.*

Lunæ 18. Aprilis 1618. *Coccino.*

Argumentum CCCLXXIV.

Venditor, quando promisit de euictione pro dato, & facto suo tantum, licet secuta dicta euictione ex facto tertij, non teneatur emptori actione damni infecti, nec actione in rem ad id, quod interest, nihilominus tenetur ad ipsius pretij restitutionem, ad quod tamen soluendum non astringitur, quando aliter fuit conuentum. Clausularum extensio spectat ad eum Notarium, qui de instrumento stipulatus est. Stylus Notarij extendendi clausulas, si sit valde exorbitans ab æquitate, vt liget partes, quid requiratur.

Elboren.

Iuxta feriem caufarum Titulorum.

Elboren. *Vnionis*.
Veneris 22. Iunii 1623. *Vbaldo*.
Argumentum CDLXXXV.

Oris aperitio aduersus gratias à Principe concessas, cum illæ perpetuæ esse debeant, vnde vt obtineatur, sat non est quælibet causa leuis, sed necesse habetur, vt sit magna, ac constet de bono iure eam petentis. Oris aperitio quando alicui aduersus gratiam Principis est concessa, non per hoc tollitur ipsa gratia, sed tantum eneruatur vis clausulis, quæ obstabant, vt non posset dari de subreptione, vel obreptione, Vnio, beneficiorum ex quibus benè dicatur iustificata.

Bononien. *Vsufructus*.
Veneris 14. Iunii 1619. *Coccino*.
Argumentum CXXV.

In bonis aduentitijs nepotum, licet auus habeat vsumfructum, ita vt ad libitum possit illum hypothecare, & alienare, tamen si non habeat aliundè vbi alat nepotes, cum in illis bonis in subsidium eis debeantur alimenta, ideo possunt agere contra eos, si fuerunt dicta bona translata ad eã cõsequenda, nec possunt cogi ad vendendum proprietatem.

Bononien. *Vsusfructus*.
Ven. 15. Ianuar. 1611. *Coccino*.
Argumentum CCLXVIII.

Debitor in præiudicium creditorum, an possit repudiare hæreditatem, vel legatum sibi delatum, & licet verior opinio sit, id in eius arbitrio esse, tamen ea opinio ab aliquibus limitatur, quando creditores habent hypothecata omnia bona, tam præsentia, quam futura, vt tunc non possit repudiare, & quid si iam repudiauerit, vt possint creditores contra hæreditatem exequi mandata, quid nam sit peragendum.

Bononien. *Vsusfructus*.
Lunæ 24. Ianuarij 1622. *Coccino*.
Argumentum CCCXLI.

Debitor, quamuis apertum sit, non posse alienare bona sua in fraudem creditorum, tamen si ei fuerit delata aliqua hæreditas, seu legatum, poterit illam, seu illud repudiare, itaque in his terminis non intrabit edictum prohibitorium. Quæ fiunt in fraudem creditorum &c. Supradicta tamen conclusio non procedit, quando debitor obligauit omnia iura sua præsentia & futura in fauorem creditorũ, quia tunc etiam intrat ius adeundi sub dicta obligatione, itaque non valebit repudiatio.

Finis Indicis Argumentorum.



CATA-

CATALOGVS RR. PP. SACRAE ROTAE ROMANAE AVDITORVM

Coram Quibus.

DECISIONES PRÆSENTIS TOMI EMANARVNT.

Iuxta ordinem prout tunc in Rota ſedebant.

IO. BAPTISTA COCCINVS Venetus Rotæ Decanus.

FRANCISCVS SACRATVS Ferrarienſis, deinde S.R.E. Cardinalis.

ALPHONSVS MANZANEDO Hiſpanus Patriarcha Hieroſolymitanus.

IO. BAPTISTA PAMPHILIVS Romanus, hodie SANCTISS. D. N. INNOCENTIVS X.

PHILIPPVS PIROVANVS Mediolanen. Rotæ Decanus.

FRANCISCVS VBALDVS Peruſinus.

FABRITIVS VEROSPIVS Romanus, deinde S. R. E. Cardinalis.

GVGLIELMVS DVNOZETTVS Gallus Archiepiſcopus Seleucien.

IO. BAPTISTA REMBOLDVS Germanus.

CLEMENS MERLINVS Ciuis Ferrarienſis Rotæ Decanus.

BALDASSAR SEBASTIANVS NAVARRVS Hiſpanus.

LVCAS ANTONIVS VIRILIS Romanus, deinde S. R. E. Cardinalis.



DECISIONES SACRAE ROTAE ROMANAE

A PAVLO RVBEO I.C. ROMANO SELECTAE.

EMINENT.MO CARD. SACRATO.

Maioriceñ Fructuum.

Lunæ 12. Ianuarij 1618.

ARGVMENTVM.

Canonicus si ex iusta causa, & cum licentia Ordinarij se ab Ecclesia absentet, lucratur distributiones quotidianas, perinde ac si esset præsens, cessante tamen iusta causa, quamuis adsit licẽtia Ordinarij, nullatenus eas acquirere potest. Et quæ in hac materia dicatur iusta causa, & quãdo absentia ob negotia propria dicatur iusta, & an super iustitia causæ stetur assertioni Ordinarij, & quid stante consensu Capituli condonandi Canonico absenti sine iusta causa distributiones quotidianas.

SVMMARIVM.

1 *Aequitas id postulat, vt quod vnicuique competit, sigillatim tribuatur.*
2 *Aequitati conuenit, vt quis metat, vbi seminauit.*
3 *Canonicus quando abest ex causa suæ Ecclesiæ, & cum licentia Superioris, lucratur omnes fructus, perinde ac si esset præsens.*
4 *Canonico absenti, quando non possint denegari distributiones quotidianæ.*
5 *Distributiones quotidianæ, quando dantur postcipatæ, & pro seruitio iam præstito, tunc quid attendatur.*
6 *Obseruantia est optima dispositionum interpres.*
7 *Scripturæ potius est standum, quàm testibus maximèq. si de actu, de quo agitur, conficiatur scriptura.*
8 *Consuetudo, quando est contra ius, necesse est, vt sit præscripta.*
9 *Inter Canonicos mortuos, & absentes est magna differentia.*
10 *Canonici mortui non possunt dici de Capitulo.*
11 *Canonicis grossa non debetur si sint absentes.*
12 *Inter distributiones quotidianas, & grossam, quæ sit differentia, & num 16.*
13 *Canonico absenti ex iusta causa debetur grossa.*
14 *Absentiæ licentia obtenta per Canonicum ab Episcopo, quando dicatur inualida.*
Inferior à Papa non potest dispensare in diminutionem cultus diuini.
15 *Ordinarius non potest dare licentiam, vt quis sine iusta lucretur distributiones quotidianas, si sit absens.*
17 *Consuetudo, quando est contra ius, debet probari immemorabilis, vel quadragenaria.*
18 *Canonicis etiam pro negotijs proprijs licitum est, se absentare ab Ecclesia.*
ob Negocia propria tunc licitum est Canonicis, se ab Ecclesia absentare quando, agitur de magno, periculo corporis, vel amissionis rerum sub nu. 18.
Canonicus tunc ab Ecclesia ob negotia sua potest se absentare, quando illa negotia non possunt per procuratorem geri sub num. 18.
19 *Causa in Superiore aliquid concedente præsumitur, maximèq. si sit expressa in genere.*
20 *Actus, quando de sui natura est prohibitus, non statur simplici assertioni partium.*
21 *Causa debet plenè, & non sub inuolucro verborum exprimi, quando sumus in prohibitis.*
22 *Capitulum non potest condonare Canonico absenti sine iuxta causa, vt distributiones quotidianas lucretur.*
23 *Remissiones, quæ alliciunt ad culpas futuras, non valent.*
24 *Administratio mala futura remitti non potest.*

DECISIO I.



EXTAT in Ecclesia Maioriceñ statutũ, in quo narratur, quòd cum prius statuto, vel consuetudine cautum esset, vt fructus mensæ grossæ, prima distributio in mense Decembris, altera verò in mense Martij sequentis fieret, quod in damnũ Canonicorum cedebat, quibus post collectos fructus mori cõtingebat ante distributionem in dictis mensibus faciendam, meritò æquitatem † sequentes, vt quod
1 vnicuique competit, sigillatim tribuatur, neque quoad prædecessorem, pro præstito in vita obsequio iustè, & legitimè pertinent, successori indebitè confe-

2 ratur, & æquitati conueniat, vt quis metat, † vbi se-
minauit. Hinc Canonici &c. statuerunt, & decre-
uerunt, vt deinceps quolibet anno prima grossa di-
stribuatur in mense Septembris, die videlicet, quo
congregabitur Capitulum proximiore die 12. eius-
dem mensis, altera verò grossa compartiri debeat in
die Decembris subsequentis.

Euenit, quod D. Stelrich Episcopus Draconensis,
& dictæ Ecclesiæ Canonicus de anno 1609. mēse Au-
gusti narrando se discessurum esse ob certa negocia
sibi occurrentia, obtinuit à D. Episcopo Maioricen̄
gratiam de omnibus emolumentis ad suum Canoni-
catum pertinentibus, ac si præsens esset Ecclesiæ
ad annum à die discessus; necnon dictus Episco-
pus, & Capitulum 3. Septembris dicti anni commen-
darunt eidem quædam eorum negocia apud Maiesta-
tem Catholicam, constituendo illū ad hoc Procura-
torem, discessit Stelrich die 9. dicti Septembris, & in
absentia habuit grossam maturatam de dicto mense,
& aliam de mense Septembris subsequentis.

Cū autem durante sua absentia prætenedret gros-
sam maturatam de mense Decembris subsequentis
& sic de anno 1610. & Capitulum illam denegaret,
negocio in iudicio deducto, Capitulum obtinuit sen-
tentiam absolutoriam, quæ postea fuit reuocata, & ad
fauorem Stelrich, & denique causa mihi in Rota
commissa, dubitaui, An hæc vltima sententia esset
confirmanda, vel infirmanda, & Rota censuit pro cō-
firmatione, quoad primos quatuor menses absentiæ,
quoad reliquos pro reuocatione.

Quoad primos quatuor menses moti fuerunt Do-
mini, quia præbendatus quando est absens ex causa
3 suæ Ecclesiæ, † & cum licentia Superioris, tunc lu-
cratur omnes fructus perinde ac si esset præsens, *cap.
relatum vbi Panorm. num. 1. num. 5. de Cleric. non
residen. Archidiacon. in cap. 2. ver. si cut de priuil. in
6. Angel. in summ. verb. Clericus num. 3. Paris. cons.
32. num. 8. lib. 4. Rota in causa Burgen. residentiæ 4.
Iulij 1586. coram bo. me. Card. Platto.*

Cum igitur in D. Stelrich quoad primos quatuor
4 menses concurrerent prædicta duo requisita, † dictū
fuit debere lucrari fructus ex prædictis. Et visum
fuit non obstare quod eius licētia fuerit finita 9. Sep-
tembris 1610. & grossa, de qua agitur, fuerit distribu-
ta 15. Septembris dicti anni, & sic postquam fuerat
finita licentia data pro absentia, quia ex statuto su-
pra in principio relato visū fuit apparere, quod gros-
5 sa distribuitur † postcipata, & pro seruitio iam præ-
stito, vt patet ex illis verbis, ibi, in damnum cedebat
Canonicorum, quibus post collectos fructus, & ad
ipsos iam spectantes mori contingebat, & ibi, vt ius
quod vnicuique competit, sibi sigillatim tribuatur, &
ibi, nec quoad prædecessorem pro Ecclesia præstito
ipso viuēte obsequio iustè, & legitimè pertineat suc-
cessori, indebitè conferatur, & ibi æquitati nō couenit
vt quis metat, vbi non seminauit, quæ verba non ve-
rificarentur, si distributio fieret pro sola residentia in
die distributionis, vt prætendit Capitulum, quod et-
6 iam declarauit obseruantia † optima interpres, *l. si
de interpretatione cum ibi notat. de leg. Cæs. de Graff.
decis. 1. num. 7. & 8.* eodem, ista enim grossa fuit data
etiam absentibus, vt in nota extracta ex libris distri-
butionum, cuius copia fuit data. Et dictum fuit non
obstare duos testes deponentes grossam non fuisse
datā absentibus, quia in hoc magis esset stādū scrip-
7 turæ, † quæ super huiusmodi negocio solet fieri, quā
testibus, *Glos. in cap. 1. §. postquam verbo in scriptis
vbi etiam Ioan. Monach num. 18. de censib. in 6. Are-
tin. cons. 65. num. 2. Grau. cons. 54. num. 15.*

Præterea dicebatur huiusmodi consuetudinem es-
8 se contra ius, ideoq. fuisse necessariū, † quod sit præ-
scripta, *Panorm. in cap. fin. num. 11. de consuetud.
Alex. cons. 68. num. 10. lib. 2. Paris. cons. 27. num. 29.
lib. 1. Purpurat. cons. 315. num. 19. Put. decis. 13. nu-
mer. 4. lib. 3.* de qua præscriptione non deponunt te-
9 stes. Et † etiā fuit consideratum, quod vnus ex te-
stibus se restringit ad Canonicos mortuos, inter quos
& absentes est magna differentia, cum mortui non
10 possint dici de Capitulo tempore distributionis, † vt
requiritur ad istum effectum, *Cald. cons. 21. de præ-
ben. Felin. in cap. Iacobus num. 1. vers. adde Calderi-
num de simon.* Atque ex his cessat, quod D. Stelrich
in absentia habuerit suam grossam, nempe illam de
mense Septembris, & Decembris anni 1609. quia
illa grossa fuit pro anteriori anno, in quo ille perso-
naliter resedit.

Circa secundam partem resolutionis, quod scili-
cet D. Stelrich post quatuor menses in sua absentia
11 non fuerit lucratus † grossam, fuit consideratum
quod grossa de iure non debetur absenti, est enim
hæc differentia inter grossam, & distributiones quo-
12 tidianas, quia † distributiones requirunt interessen-
tiam in loco, vbi decantantur horæ Canonicæ, grossa
vero requirit tantum residentiam in loco Ecclesiæ, &
non est opus interessentiæ, *Archidiac. in cap. vnic. nu-
mer. 1. Prob. ad Monach. num. 12. de Cleric. non re-
siden. in 6. Bero. q. 114. num. 3. Viu. com. opin. 134.
num. 6. Greg. Tholos. tract. de benef. cap. 15. num. 9.
Put. decis. 455. num. 2. & 4. lib. 2. in correct. Rota in
causa Vallisoletan. residentiæ 24. Nouemb. 1603. co-
ram Illustriss. D. Card. Lancellotto*, cum igitur D.
Stelrich minimè resederit, non debet lucrari grossam
ex prædictis.

Non obstat licentia Episcopi, & Capituli Maiori-
cen., quia concurrente legitima causa Domini admi-
serunt, quod huiusmodi licentia fuerit valida, ideo-
13 que † pro primis quatuor mensibus, quibus durauit
negocium Ecclesiæ, censuerunt D. Stelrich debuisse
lucrari grossam, iuxta superius deducta, sed cum fini-
tis illis quatuor mensibus inseruiuerit D. Archiepi-
scopo Tarraconen. in visitatione, & alijs, vt patet ex
fide data, existimarunt DD. licentiam fuisse sine cau-
sa, ac proinde inualida; *Panormit. in cap. cum ad hoc
num. 4. de Cleric. non residen. Card. cons. 130. num. 1.
& 2.* vbi allegat bonas rationes, nempè quod esset
dispensare contra Sacros Canones, per quos manda-
tur residentia, & etiam esset dispensare ad diminu-
14 tionem † cultus diuini, quæ oritur ex absentia, quo-
rum neutrum potest inferior à Papa ex ibi allegatis,
& in terminis distributionum quotidianarum, quod
scilicet Ordinarius non possit dare licentiam sine
15 † iusta causa illas lucrandi in absentia, adest disposi-
tio Sac. Concilij Tridentini sess. 24. cap. 12. & vide-
batur DD. quoad istum effectum non sit differentia
inter distributiones, & grossam, cum eadem propor-
16 tio sit respectu residentiæ ad grossam, quæ est † respe-
ctu præsentiæ ad distributiones, & quantū ad præten-
sam consuetudinem sit dispensandi sine causa, cum
sit contra ius, fuit dictum non valere, nisi probetur
17 immemorabilis, † vel quadragenaria cū titulo iux-
ta notata per *Panormit. in cap. fin. nu. 11. de consuet.
Franc. in cap. fin. num. 5. vers. limita nisi eodem tit.
in 6.*

in 6. *Iaſ. in l. de quibus num.* 45. *ff. de leg. Crau. de antiquit. tempor. par.* 4. *in princ. num.* 11. & latè proſequitur *Modern. Hiſpan. Abulen. in ſuo tractat. de beneſic. par.* 3. §. 2. *nu.* 402. *cum plurib. ſeqq.* vbi refert reſolutiones S. Congregationis ſuper Trid.

Non obſtat, quod in propoſito caſu concurrat iuſta cauſa, cum D. Stelrich abſuerit pro negocijs pro-
18 prijs, vt enunciatur in licentia, & liceat† etiam pro negotijs proprijs ſe abſentare ab Eccleſia, *gloſ. in cap. relatum verb. Prælatorum*, *& in cap. ex parte il* 2. *verbo periurum*, *verſ. Item pro negocio proprio de Cleric. non reſident. cap. præſentiam* 791. *clem.* 1. §. *certum de ſtat. Monach.* Quia fuit reſponſum, cauſam ad dictum effectum debere eſſe valde vrgentem, nempe quod agatur de magno periculo corporis vel amiſſionis rerum, *cap. vnico*, §. *quia vero de cleric. non reſident. in* 6. *vbi Archid. nu.* 2. *Geminian. nu.* 5. *Franc. nu.* 2. *Prob. ad Monach. nu.* 25. & ſignanter negocium debet eſſe tale, quod non poſſit expediri per procuratorem. *Bart. in l. ſed & ſi* §. 1. *ff. quib. ex cauſ. intus in integr. Bald. in l. eos*, §. *Apoſtolos in princ. C. de appellat.* & in ſpecie fuit dictum in cauſa *Licien. fructuum* 21. *Aprilis* 1603. *coram bo. me. Card. Pamphilio*, *& in Bonon. expenſarũ* 7. *Maij*
19 1601. *coram me*. Nec placuit replicatio, † quod cauſa ſit præſumenda in Superiore, maximè quando vt in propoſito caſu fuit enunciata in genere, ibi pro negocijs proprijs, quia fuit reſpõſum quod vbi actus
20 de ſui natura eſt prohibitus, & conceditur † ob certam cauſam, tunc non ſtatur ſimplici aſſertioni partium *Bart. in l. ſi ſorte num.* 4. *cum duob. ſeqq. ff. de caſtren. pecul. Grauett. conſ.* 175. *nu.* 2. *Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 133. *num.* 17. *Rota deciſ.* 16. *num.* 4. *par.* 1. *diuerſ.* vel ſaltem cauſa debet ple-
21 nè † exprimi, & non ſub inuolucro verborum, ne aliàs fiat fraus legi, & poſſit Superior quandocumque res fuerit ad iudicium delata, plene cognoſcere de illius validitate.

Denique dictum fuit non obſtare, quod Epiſcopus, & Capitulum non dederint ſimpliciter licen-
22 tiam † diſcedendi, ſeu non retinendi, ſed fecerit gratiam de fructibus in abſentia. Propterea dato quod D. Stelrich non poſſit illos habere ex dono Capituli, ad quem ſpectabant, quia fuit reſponſum iſtas remiſ-
23 ſiones, † quæ alliciunt ad culpam futuram, de iure non valere, *l. ſi vnus* §. *illud*, *& ibi Iaſ. num.* 1. *ff. de pact. Ruin. conſ.* 129. *num.* 20. *lib.* 5. *Cagnol. in l. contractus num.* 104. *ff. de reg. iur.* ſicque non poteſt
24 remitti † mala adminiſtratio futura *ad l. cum vi neceſſitatem iuncta gloſ. in verb. putatam C. de fideic.* cum alijs ſimilibus, quæ adduci poſſent.

Et ita tentum, &c.

R. P. D. REMBOLDO.

Luneñ Sarzanen. Penſionis.

Veneris 12. *Ianuarij* 1618.

ARGVMENTVM.

Penſionarius, probata quaſi poſſeſſione exigendi etiam per vnicum actum, pendente lite eſt manutenendus in ſua quaſi exigendi penſionem. Confeſſio de recepto licet non probet quaſi poſſeſſionem exigendi penſionem, iunctis tamen adminiculis benè probat. Quaſi poſſeſſio exigendi penſionem probata contra anteceſſorem iuuat etiam contra ſucceſſorem.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium regulatur à Iure.*
2 *Penſionarius pendente lite non eſt priuandus ſua quaſi poſſeſſione exigendi.*
3 *Arbitrium non intrat ad effectum retardationis ſolutionis.*
4 *Publicum inſtrumentum facit probationem probatam.*
5 *in Quaſi poſſeſsione exigendi quis conſtituitur per vnicam ſolutionem.*
6 *Confeſſiones de recepto non probant quaſi poſſeſſionem exigendi penſionem ad effectum manutentionis.*
7 *Confeſſio non probat ad fauorem confitentis, alias quis facilè poſſet alium ſibi obligare. & num.* 8.
9 *Confeſſio receptionis penſionis factæ à penſionario, quando probet ad eius fauorem.*
10 *Penſionis exigendi quaſi poſſeſſio probata contra anteceſſorem, probat & etiam contra ſucceſſorem.*
11 *Penſionarij ius metitur ex eius perſona, & non attenditur mutatio perſonarum ex parte titularis.*

DECISIO II.

QVONIAM, vt ſæpè dictum eſt, clauſula arbitrio
1 Rotæ † regulatur à iure, & de iure Penſionarius pendente iudicio ſuper reductione, vel etiam
2 nullitate poſſeſſionis in quaſi poſſeſsione † exigendi penſionem exiſtens, dicta ſua quaſi poſſeſſione priuari non debet *Gig. de penſ. q.* 62. *num.* 12. *Card. Seraph. dec.* 1429. *num.* 2. Sed potius in ea manuteneri, *vt fuit dictum in Neritoren. penſionis* 18. *Aprilis* 1618. *coram bo. me. Iuſto* concluſum fuit, Alexandro
3 tantum informante, † arbitrium non intrare ad effectum retardandi ſolutionem penſionis, de qua agitur.

De quaſi enim poſſeſsione illius exigendi dictam penſionem in ſumma ducat. 55. conſtat, tàm per pu-
4 blicum inſtrumentum, quod facit probationem probatam *Bald. in l. Imperator nu.* 2. *C. de ſolut. Pedemont. dec.* 72. *num.* 4. & ad probandum dictam quaſi
5 poſſeſſionem, ſufficit etiam quod vnicã tantùm † ſolutionem contineat, cum in his incorporalibus, etiã ex vnica ſolutione quaſi poſſeſſio exigendi quæratur *Rip. in cap. cum Eccleſia Sutrina nu.* 53. *de cauſ. poſ. & propr. Rom. conſ.* 311. *nu.* 7. *Card. Seraph. dec.* 436. *num.* 1. quàm etiam ex pluribus, & ſæpius reiteratis
6 cõfeſsionibus de recepto, quæ licet† regulariter plenam probationem dictæ quaſi poſſeſſionis non indu-
7 cant, quia ſcilicet fauorem confitentis reſpiciunt, †& tendunt ad alium obligandum *l. inter cartulas de conuent. fiſc. deb. lib.* 10. *Socc. iun. conſ.* 57. *nu.* 9. *lib.* 2. *cum alijs per Tiraquell de retr. lignag.* §. 1. *gloſ.* 18.
8 *num.* 81. vbi quod aliàs aperiretur via fraudibus, † quia facilè cuique eſſet probare hoc pacto exactionem, & quaſi poſſeſsionem. Quando tamen ſunt admodum veriſimiles, & adminiculatæ, vt quia, prout in caſu iſto conſtat de reſeruatione penſionis clara,
9 & expedita ad fauorem confitentis, & † confeſſiones ſunt plures, & à diuerſis perſonis ſucceſſiuis temporibus factæ, & repertæ in manibus eorum, qui ſuſpecti non ſunt, probant dictam quaſi poſſeſſionem *Card. Seraph. deciſ.* 292. *in fine*, *& fuit reſolutum in vna Calaguritana Penſionis* 30. *Ianuary* 1589. *coram bo. me. Gipſio*, *& in Reatina*, *ſeu Firmana penſionis*

sionis 15. Decembris 1599. coram bo. me. Card. Pamphilio, & alias sæpissimè.

Non obstat, quod ex dictis confessionibus nõ probatur quasi possessio aduersùs modernum Recto-
10 rem, † sed illius antecessores tantùm, quia quasi possessio aduersùs dictos antecessores Alexandro quæsita suffragatur, etiam ei aduersùs modernum Rectorem, ita quod non obstante mutatione perso-
11 narum in ea † manuteneri debeat, cum in hoc ius à possessore metiatur, quod non mutatur, nec variatur ex mutatione personarum ex parte rei. *Gig. de pens. q. 47. num. 10. Put. dec. 151. lib. 3. Rota diuers. decis. 99. nu. 11. par. 1. & fuit dictum in Messanen. Pensionis 6. Aprilis 1612. coram R. P. D. meo Manzanedo, & in Sipontina, seu nullius Pensionis 24. Ianuarij 1614. coram R. P. D. meo Pirouano.*

R. P. D. REMBOLDO.

Bonon. de Formagliarijs.

Veneris 19. Ianuarij 1618.

ARGVMENTVM.

Sententia lata contra principalem, quando noceat etiam fideiussori. Soluere indicatum, quando quis promisit, vt condemnari possit, quid sufficiat probare. Promissio de iudicatum soluendo coram vno iudice licet non extendatur ad iudicium alibi factũ, tamen id non procedit, quando dicta promissio fuit facta per verba generalia, ac non restricta ad certum Iudicem, &c.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra principalem non nocet fideiussori non citato.*
2 *Fideiussori, quando ab initio fuit intimata lis, tunc sententia lata contra principalem nocet fideiussori.*
3 *Amplia id multò magis procedere, si promisit iudicatum soluere.*
4 *Iudicatum soluere quando quis promittit, eo ipso, quod iudicatum est liquidum, potest relaxari mandatum absque nouo processu.*
5 *Promissio de iudicatum soluendo facta coram vno iudice, non extenditur ad iudicium alibi factum.*
6 *Promissio de iudicatum soluendo, quando fuit facta generaliter, tunc à quocumque iudice fuerit lata sententia, ipse tenetur.*
7 *Protestatio fideiussionis, vt in quolibet actu debeat citari, quos afficiat.*
8 *Promissioni de iudicatum soluendo, quando dicatur factus locus.*
9 *Mandatum decretum contra defunctum, non potest relaxari contra prætensum hæredem, nisi sufficienter sit legitimata persona, quod scilicet ipse sit hæres.*
10 *sine Filijs, quod aliquis obierit, non est probandum, cum id de iure præsumatur.*
11 *Iudex dicitur nulliter procedere ex defectu iurisdictionis, si ei fuerit commissa causa liquidationis fructuum, & ex hoc vult exequi sententia. declara vt hic.*
12 *Iudicatum soluere quando quis promisit, vt condemnetur, satis dicitur facta liquidatio, si doceatur ae re iudicata.*

DECISIO III.

FVIT per sententiam à bo. me. Litta latam condemnatus Ludouicus, & Fuluius de Leonibus vti hæredes q. Ascanij, qui de euictione quorumdam bonorum à Lilijs Cæsari de Quatrinis venditorum se obligauerat inter alia ad omnia damna, & interesse, & ad omnes fructus, quos dictus Cæsar soluere, & restituere coactus fuisset Dominis de Formagliarijs, quibus per eandem sententiam dicta bona adiudicata fuerunt iuxta liquidationem desuper faciendam, & ex tunc pro eis mandatum exequutiuum decretum, & relaxatum. Vnde facta postea per duas sententias dd. fructuum liquidatione ad instantiam dd. de Formagliarijs aduersùs Quatrinos, & mandato contra eosdem de Quatrinis pro summa in dd. sententijs contenta relaxato. Dubitaui, An mandatum in dicta sententia bo. me. Littæ decretum pro eadem summa aduersùs Leonem de Leonibus esset relaxandum, & Domini affirmatiuè responderunt.

1 Nam licet ex illa regula, quòd † sententia contra principalem lata fideiussori non citato non præiudicat, *l. à sententia in princ. ff. de appell. cum alijs per Natt. cons. 345. nu. 1.* videatur dd. duas sententias liquidatorias contra Quatrinos latas Ascanio, eiusq. hæredibus obesse non posse. Id tamen fallit in proposito. Tum quia fuit ab initio per dd. de Quatrinis
2 d. Ascanio † lis intimata, & propterea tenebatur ipse liti assistere, & si id non fecit, sibi imputare debet, vt post alios bene declarat *Castr. in l. cum fil. fam. sub num. 3. vers. sed si fuit citatus, ff. de verb. oblig. Bellam. cons. 3. nu. 2. & seq.* Tum quia etiam Ascanius post dictam intimationem ipsi factam in iudicio cõparuit, & denuo expressè, & sub amplissimis clausulis se obligauit de releuando indemnes dd. Quatrinos, ac etiam de iudicatum soluendo, quo stante ne-
3 dum tenetur dd. Quatrinos † penitus indemnes cõseruare, adeo quod ex dd. sententijs, seu mandatis illorum vigore relaxatis, nullum incommodum, aut damnum sentiant. *Abb. cons 43. num. 1. vol. 1. Socc. iun. cons. 94. nu. 15. vol. 3. Surd. cons. 150. nu. 9. & cons. 345. num. 24. & seq. Pedemon. dec. 48. nu. 8.*

Sed vigore etiam dictæ promissionis de iudicatum
4 soluendo debitum illius † dicitur, eo ipso quod iudicatum est liquidum, & potest pro eo mandatum in dicta sententia bo. me. Littæ relaxatum absque nouo processu exequutioni demandari *Bart. in l. 1. n. 1. ff. iudic. soluen. Bald. in l. fin. nu. 1. C. de vsur. rei iudic. & in d. l. 1. ff. iudic. solu. & in l. fideiussor §. in fideiussorem, ff. qui satisd. cogan. & in l. duobus §. igitur si quis, ff. de iur. iur. Alex. cons, 156. nu. 6. lib. 2. Crau. cons. 272. num. 7. in fin.*

5 Nec obstat quod promissio de iudicatum † soluendo fuit coram iudicibus Bononiæ præstita, & propterea non extenden. ad iudicium factum in Vrbe. *Gabr. conclus. 4. de fideiuss. quia, vt idem Gabr. in dicta conclus. 4. sub nu. 2. vers. contrarium, &c.* distinguit, obiectum procederet, si fuisset in dicta cau-
6 tione expressum nomen † certi iudicis, secus verò est, quia non fuit expressum, sed dicta potius promissio amplissimis verbis facta.

Non obstat quod Ascanius d. promissionem sub ea
7 conditione fecit, † quod in quolibet actu citaretur, quia hoc colligitur ex lectura dictæ promissionis, & comparitionis per eum factæ, & licet post dictam promis-

promissionem protestatus fuit, quod sub pœna nulli-
tatis in quolibet actu citari deberet, ista tamen pro-
testatio non afficit Quatrinos reos conuentos, sed
Formagliarios tantum, qui iudicium euictionis ad-
uersùs Quatrinos introduxerant, ac propterea si de-
fectus aliquis citationis interuenit, potuerunt hære-
des dicti Ascanij aduersùs Formagliarios agere ad
reuocationem mandati, non autem sub prætextu
nullitatis, aut iniustitiæ illius à promissione de re-
leuan. indemnes dd. Quatrinos, & iudicatum soluen-
di se eximere, quia talis promissio eo ipso commit-
8 titur, quod iudicatum esse, † & de damno, ac præ-
iudicio dictorum de Quatrinis constat *l. conquereba-
tur ff. de iudic. solu. Ias. in l. stipulatus num. 13. ff. de
verb. oblig. Bart. in quæst. 3. incipit, Perusinæ Ciui-
tatis Statuto num. 14. Surd. & alij supra citati.*

Non obstat, quod mandatum contra Ludouicum,
& Fuluium decretum, non potest contra Leonē rela-
9 xari, cum persona dicti Leonis † sufifcienter legiti-
mata non fuerit, quod scilicet ipse sit hæres dd. Lu-
douici, & Fuluij, quia obiectum hoc tollitur ex iuri-
bus pro parte DD. de Quatrinis datis, ex quibus ap-
paret in primis, quod Ascanius de euictione promi-
serat, hæredes sibi in eius testamento scripsit Ludo-
cum. & Fuluium, eosque ad inuicem substituit, si si-
ne filijs legitimis, & naturalibus decederent, & quod
post obitum Ludouici in prædicta hæreditate, vigore
dictæ substitutionis successit Fuluius, qui denique
decessit hærede sibi relicto dicto Leone eius filio, &
quod dictus Leo sit hæres, & filius Fuluij, probatur
etiam ex mandato dato ab eodē Leone ad hanc litē.

Non obstat, quod non probatur Ludouicum obijs-
10 se sine filijs, quia † id præsumitur, donec ex aduerso
probetur, quod aliquando filios habuerit *Rip. in l.
in illa nu. 26. ff. de verb. oblig. & in l. ex facto, §. si quis
autem nu. 7. ff. ad Trebell. Ias. cons. 34. num. 1. vol. 1.
Put. decis. 45. lib. 1. & fuit dictum in vna Romana
fideicommissi 17. Nouembris præteriti coram me.*

Non obstat, quod dicitur de defectu iurisdictionis,
11 ex quo scilicet mihi commissa non est † exequutio
sententiæ bo. me. Littæ, sed causa liquidationis fru-
ctuum, quia præterquamquod ex lectura commissio-
nis apparet, quod illa emanauit ad effectum ne par-
tes grauarentur transportare acta coram me in cau-
sa liquidationis fabricata coram suffecto bo. me. Lit-
tæ, & consequenter censeri debet, quod per eam
commissa mihi fuit causa liquidationis, quatenus di-
ctæ liquidationi locus esset, & quatenus ei amplius
locus non esset causa executionis dictæ sententiæ, &
12 mandati; cuius in dicta commissione fit expressa †
mentio, potest etiam dici quod facta est sufficiens
liquidatio debiti D. Leonis per productionem in hoc
iudicio sententiarum, ex quibus constat de iudica-
to, quod author dicti Leonis soluere promisit, &
consequenter locus est relaxationi mandati, vt benè
per *Bart. in d. l. 1. ff. Iudic. solu. vbi sub nu. 2. post med.
vers. Sed iste, &c.* tradit, quod ille qui in iudicio
promisit iudicatum soluere, iam est confessus debere
illud, quod iudicabitur, & dicta confessio meretur
exequutionem, &c.

☞ *In hac causa adest infra altera decisio sub die 14.
Martij 1618. coram eodem bo. me. Remboldo, est
decisio 13. ac in præcedenti par. 4. recent. habetur
altera sub die 19. Decemb. 1616. coram eodem, est de-
cisio 370. vbi allegantur aliæ decisiones in hac cau-
sa factæ.*

R. P. D. REMBOLDO.

Bononien. Fideicommissi.

Vener. 26. Ianuarij 1618.

ARGVMENTVM.

Substitutio facta per vulgarem expirat, si hæres dece-
dat cum filio, iuxta celebre consilium 21. Oldrad. à
quo tamen ex coniecturis receditur, si appareat te-
statorem voluisse constituere perpetuum fideicom-
missum, & quæ sint istæ coniecturæ. Filij in conditione
positi, quando censeantur vocati.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio facta per vulgarem expirat mortuo ali-
quo ex vocatis cum filijs.*
2 *à Consil. Oldrad. 21. receditur ex coniecturis.*
3 *Liberorum appellatione veniunt etiam nepotes, &
cæteri descendentes.*
4 *Fideicommissum perpetuum, & absolutum cense-
tur testator voluisse facere ex digressu ad plures
substitutiones.*
5 *Fideicommissum vltra vocatos an fuerit inductum,
multum conferunt vtrum verba habeant tra-
ctuum successiuum.*
6 *Testator ex quo dicatur voluisse protrahere fidei-
commissum, vsque ad vltimum agnatum.*
7 *Testamenti vna pars aliam declarat.*
8 *Filij in conditione positi, censentur vocati, si quali-
ficatè sint positi.*
9 *Filij in conditione positi censentur vocati, si sit ha-
bita ratio conseruandæ agnationis.*
10 *Filij in conditione positi, si censeantur vocati, gra-
uati etiam censentur restituere, stantibus ver-
bis habentibus tractum successiuum.*
11 *Fideicommissum perpetuum testator censetur vo-
luisse inducere, si voluit, vt bona semper mane-
rent in agnatione. & num. 12.*

DECISIO IV.

FVIT resolutum DD. de Luparis obstare testa-
mentum Fulchi senioris, in casu, de quo agitur,
quia per mortem Pirri vltimi ex dicti Fulchi descen-
dentibus factus est locus fideicommisso per dictum
Testatorem ad fauorem pauperioris de agnatione
dicti Fulchi inductum.

Nec obstat, quod dictum fideicommissum expiras-
se prætenditur, & quod substitutio de dicto paupe-
1 riori sub ea conditione facta sit, † si omnes filij ma-
sculi Ioannis Baptistæ hæredis, à dicto Fulcho insti-
tuti sine filijs decesserint & dicti filij cum filijs deces-
serunt, *ad cons. Oldr. 21.* sæpius in Rota canonizatū,
quia visum fuit DD. quod quatenus non adsit in eo-
dem testamento expressa Testatoris ad fauorem
pauperioris, etiam post mortem Pirri dispositio illa
2 saltem apertè † ex eiusdem testamenti verbis colli-
gatur, quod ad effectum, *vt à d. cons. Oldr.* recedatur
sufficit, vt per *Dec. in cons. 477. num. 2. & 3. & cons.
480. num. 5. Corn. cons. 146. num 4. vers. & quod in-
stitutis filijs coniuncto num. 41. vers. & similiter nō
obstat lib. 2. Socc. iun. cons. 1. num. 70. lib. 1. Gabr. de
fideicom. conclus. 7. num. 4.* fuit sæpius in Rota reso-
lutum, & in specie in Leodien. fideicom. 24. *Nouem-
bris 1615.* coram Reuerendiss. D. meo Decano, & no-

uissimè in *Romana fideicom. de Rubeis* 17. *Nouembris anni præteriti coram me*.

Nam posteaquam dictus Testator instituto sibi hærede Io. Baptista, eidem nedum eius filios masculos ex legitimo matrimonio natos, sed etiam superstitum liberos substitutis, & amplissimis, & admodũ prægnantibus verbis disposuit, quod supradictis omnibus sine filijs, & descendentibus legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio natis, & nascituris per lineam masculinam descendentibus succederet pauperior de agnatione, & ad dictum pauperiorem omnia eius bona deuenirent, & in eadem domo, & familia perpetuò permanerent.

Ex his enim apparet vocationem dicti pauperioris, non solum fuisse factam in defectum filiorum Io. Baptistæ, sed etiam in defectum eorumdemmet
3 filiorum liberorum, † quorum appellatione quidquid de filijs dicendum esset, veniunt etiam nepotes, & omnes dicti Io. Baptistæ descendentes, qualis est dictus Pirrus *l liberorum ff. de verb. sign. cum alijs per Peregr. de fideic. art.* 22. *nu.* 43. & fuit in puncto dictum *in vna Bonon. fideicom. de S. Petro* 27. *Maij* 1596. *coram bo. me.* Card. Mantica.

Vel in omnem euentum colligitur clara Testatoris mens, perpetuum, & absolutum fideicommissum inter omnes de agnatione inducendi, & præcipuè ex
4 eo quod † Testator non solum digressus fuit ad plures gradus substitutionis *Card. Mantic. de coniect. vltim. vol. volum.* 11. *tit.* 3. *num.* 13. *in* 5. *coniect. Thes. dec.* 96. *nu.* 14. *& seqq.* & fuit dictum *in Ariminen. fideicom.* 26. *Martij* 1612. *coram Illustriss. D. Cardin. Ludouisio*, & vsus est verbis tractum temporis de-
5 notantibus, † quæ multum in hac materia ponderari solent DD. *Ruin. cons.* 29. *nu.* 5. *& nu.* 8. *& cons.* 139. *num.* 22. *lib.* 3. *Aym. cons.* 22. *num.* 7. Rota *diuers. decis.* 579. *nu.* 10. *Card. Seraph. decis.* 409. *num.* 13. *& decis.* 934. *num.* 7. *& seq. cum alijs per Menoch. de præsumpt. præsumpt.* 71. *nu.* 34. & fuit resolutum in *Auximana fideicommissi* 12. *Ianuarij* 1604. *coram Illustriss. Card. Lancellotto, & in eadem* 22. *Aprilis* 1611. *coram R. P. D. meo Vbaldo*, sed quod omnibus etiam hæredibus institutis, & substitutis decedentibus, & vltimo ipsorum morienti substituit pauperiorem de agnatione, & quandocũque deficiente agnatione pauperiorem de cognatione, nam ex hac dispositione plusquam apertè colligitur, quod Testa-
6 tor † voluit vsque ad vltimum de agnatione, & etiam cognatione fideicommissum producere *Soccin. iun. cons.* 110. *num.* 35. *vers. & quamuis, & num.* 36. *& seqq. lib.* 3. *Paris. cons.* 43. *à num.* 35. *per tot. lib.* 2. *Menoch. præsumpt.* 62. *num.* 35. *& seq. lib.* 4. *Peregr. de fideic. art.* 13. *num.* 14. *Card. Seraphin. decis.* 934. *nu.* 15. *& decis.* 939. *num.* 10. cum præsertim nedum expressam mentionem liberorum, & sic nepotum, & descendentium, vt dictum est in prima substitutione
7 fecerit, qui † propterea censentur quoque in alijs eiusdem testamenti partibus vocati ad trad. per *Bar. in l. in repetendis ff. de leg.* 3. *& in l. seiæ §. Caio nu.* 3. *& seqq. ff. de fund. instructo. Gozadin. cons.* 64. *nu.* 9. *Gabr. de fideicom. conclus.* 4. *num.* 36. *& fuit dictum in Romana fideicom. de Comitibus* 5. *Iunij* 1591. *coram bo. me. Orano, & in Ciuitatis Castelli fideicom.* 14. *Maij* 1607. *coram Illustriss. Card. Ludouisio*, in qua plures aliæ decisiones referuntur, sed etiam in secunda substitutione fuerint in conditione positi descendentes, atque ij ex verisimili mente testatoris vocati. Tum quia dicti descendentes non fuerunt simpliciter in conditione positi, sed cum multis qua-
8 litatibus, † quod scilicet sint masculi, & de legitimo matrimonio nati, quo casu censentur ipsi quoque vocati, vt post infinitos quos cumulat, latè comprobat *Surd. decis.* 162. *per tot. Cardin. Seraphin. decis.* 956. *num.* 6.

Tum quia dictus Testator digressus est ad plures gradus substitutionis, & rationem habuit conseruan-
9 dæ † agnationis, quæ ad prædictum effectum vrgentissimæ coniecturæ sunt *Socc. sen. cons.* 250. *num.* 4. *lib.* 2. *Aym. cons.* 98. *nu.* 3. *Grat. cons.* 5. *num.* 18. *lib.* 3. *Menoch. cons.* 117. *nu.* 9. *&* 10. *lib.* 2. *& de præsumpt. præsumpt.* 69. *nu.* 13. *lib.* 4. & fuerunt sæpius per *Rotam canonizatæ, & præsertim in dicta Ciuitatis Castelli coram Illustriss. Ludouisio*.

Ex quo enim sunt vocati censentur etiam stanti-
10 bus † verbis habentibus tractum successiuum, & alijs supra deductis grauari, ad not. per *Castr. communiter receptum in l. cum ita §. in fideicom. de leg.* 2. *& in l. Gallus §. quidam rectè, & ibi Soccin. nu.* 18. *vers. quartus casus, ff. de liber. & posth. Paris. cons.* 11. *nu* 29. *et seq. lib.* 3. latè *Peregr. de fideic. art.* 19. *à nu.* 12. *vsque ad* 16. *Cardin. Seraph. decis.* 979. *num.* 4. & fuit dictum *in dicta Romana fideic. de Comitibus* 5. *Iunij* 1591. *coram bo. me. Orano, et in Perusina fideicom. de Bigazzinis* 14. *Nouembris* 1605. *coram bo. me. Litta*.

Quibus omnibus accedit, quod Testator voluit
11 omnia † bona perpetuò in familia, & agnatione permanere, & quod omnibus hæredibus institutis, & substitutis perpetuum onus imposuit faciendi celebrare missam qualibet hebdomada in perpetuum, nam, & hæc manifesta signa sunt, quod voluit absolutum fideicommissum inducere, cum aliàs absque tali fideicommisso bona in agnatione perpetuò permanere non potuissent. *Paris. cons.* 37. *nu.* 31. *lib.* 2. *Rota diuers. decis.* 568 *nu.* 5. *par.* 1. & sicuti respectu piæ causæ fuit perpetuum dictis hæredibus grauamen iniunctum, ita, & pariter dicendum † erit ipsos
12 fuisse perpetuò quoad bona grauatos *Anchar. cons.* 27. *nu.* 7. *Natt. cons.* 531. *nu.* 27. *& seqq.*

EMIN. ET REVER. D. CARD. SACRATO.

Romana de Marescottis.

Lunæ 29. *Ianuarij* 1618.

ARGVMENTVM.

Pater instituens filium hæredem in bonis magni valoris, cum pacto, quod nihil aliud possit prætendere in hæreditate, si pater ignoraret d. bona esse sua, an filius possit petere illorum æstimationem. Clausula codicillaris, quando operetur in præiudicium filij præteriti, & quando secus.

SVMMARIVM.

1 *Testator, quando legat rem alienam censetur velle grauare hæredem suum ad soluendum legatario æstimationem.*

2 *Testatoris voluntas, quando expiscatur, magis attenditur illius opinatio, quàm veritas.*

3 *Clausula codicillaris operatur etiam in præiudicium filij præteriti.*

4 *Clausula codicillaris non operatur in præiudicium filij*

filij præteriti, quando est ignoranter præteritus.
5 *Ignorantia vndequaque procedat, semper excludit consensum.*
6 *Pater non præsumitur voluisse præterire filium propter extraneum.*
7 *Clausula codicillaris non operatur in præiudicium filij præteriti, non solum, quando pater ignorauit existentiam filij, sed ex qualibet alia causa inducente ignorantiam præteritionis.*
8 *Clausula codicillaris restringitur ex quibusuis vrgentibus rationibus.*
9 *Ignorantia positiua, est maioris efficaciæ, quàm illa, quæ vocatur negatiua.*
10 *Clausula codicillaris operatur in præiudicium filij præteriti, etiam si pater ignorauerit se habere filium, sed opinio ista damnatur.*
11 *Pater, quando scit habere filium, & illum instituit in bonis magni valoris, quæ ignorat esse sua, tunc certum est, quod testator non intendit talem filium præterire.*
12 *Dictio, ideo, est redditiua rationis, & denotans causam finalem.*
13 *In gratia Principis motu proprio facta, non est opus exprimere causam, si tamen exprimatur, et reperiatur falsa, vitiat gratiam.*
14 *In sententia non est opus exprimere causam, si tamen exprimatur, et reperiatur falsa, vitiat sententiam.*
15 *Præsumptio, vbi vrget contra actum, qui prætenditur gestus, tunc ingerente necessaria est explicita, & clara scientia omnium qualitatum.*
16 *Pater non præsumitur, quod sit præteriturus proprium filium, vel illum grauaturus propter extraneum.*
17 *Et ad hunc effectum quod hoc sit verum, necessaria est in illo clara, et explicita scientia omnium gerendorum.*
18 *Pater ignorans personam filij, tunc clausula codicillaris non operatur in præiudicium filij.*
19 *Pater, quando scit se habere filium, et illi in aliqua parte hæreditatis præponit alium, tunc certum est, quod pater illum sic scriptum, voluit in illa parte præferre filio.*
20 *Patrimonium grande allicit homines ad faciendas dispositiones ad fauorem extraneorum, quas alias non facerent.*
21 *Dispositio ex quibus reddatur incerta.*

DECISIO V.

VT pluries dictum fuit in hac causa, q Alphonsus Marescottus in vltimo, quod condidit testamento, de Marco Antonio suo vnico filio, ita loquutus fuit. *Al Sig. Marc'Antonio mio figliuolo dichiaro hauer lasciato li Castelli di Vignanello, e Parrano, come per dispositione, e scritture fatte da me, e però voglio, che non possa dimandar altro della mia heredità, et l'instituisco, e nomino herede in detti Castelli.* In aliis autem bonis instituit hæredem Iuliam Balleonam vxorem suam, mortuo dicto Alphonso, & successiuè Marco Antonio eius filio, & demum Iulia vxore dicti Alphonsi, quæ instituit hæredem D. Pyrrum fratrem suum, orta fuit controuersia inter dictum hæredem Iuliæ ex vna, & filios Marci Antonij ex altera, super bonis dicti Alphonsi, & quia repertum fuit Castra per Alphonsum Marco Antonio, modo vt supra relicta, nullatenus spectasse ad ipsum Alphonsum, sed fuisse propria filiorum ipsius Marci Antonij, Rota primo coram Illustrissimo D. Card. Lancellotto, inclinauit à Iulia hærede Alphonsi fuisse debitam æstimationem Castrorũ Marco Antonio, & successiuè eius filijs, ex communibus re-
1 gulis, nempè, quòd quando quis † legat rem alienam, censetur velle grauare hæredem suum ad soluendum legatario æstimationem, de quo in *l. cum alienam*, vbi notant *Scribentes. C. de legat. §. non solum autem, instit. de legat. cum concordan.* quæ quidem æstimatio longè excedebat valorem hæreditatis dicti Alphonsi.

Postea Rota coram me recessit ab hac opinione, & censuit nullatenus voluisse Alphonsum relinquere æstimationem; & quia pro parte filiorum Marci Antonij maximum fundamentum fiebat in eo, quòd Alphonsus benè sciuerit Castra non esse sua, ex quo interuenit in quadam compositione super illis facta, cum Camera Apostolica, & ex alijs tunc deductis: Rota sub die 1. Februarij 1613. dum causa proponeretur, negauit huiusmodi scientiam, deducendo rationes, ob quas Alphonsus potuit cogitare, se posse in dictis Castris filium instituere, & in omnem euentum sufficere, quòd ipse ita crediderit cum ad expi-
2 scandam † voluntatem Testatoris, magis attendatur illius opinatio, quàm veritas, ex tunc allegatis, & propterea stante quod Marcus Antonius in nihilo fuit institutus, conclusum fuit, testamentum ex capite præteritionis nullitatis vitio subiacuisse. His stantibus hæredes Iuliæ cæperunt prætendere Marcum Antonium, & successiuè eius filios, stante clausula codicillari, quæ fuit apposita in testamento Alphonsi, per fideicommissum, fuisse rogatos, dempta legitima, hæreditatem restituere Iuliæ scriptæ hæredi in testamento Alphonsi, cum magis communis
3 opinio videatur, quòd † clausula codicillaris operetur, etiam in præiudicium filij præteriti, de quo per *Menoch. de præsumpt. præsumpt. 32. num. 2. lib. 4. Turrett. de clausula Codicillari, quæst. 54. num. 6. versic. contrariam*, & tenuit *Rota in Ariminen. Legati 10. Nouembris 1597. coram bo. me. Litta.*

Ad hæc multa fuerunt replicata pro parte filiorum Marci Antonij, sed inter alia placuit Dominis
4 illud motiuum, quòd † clausula Codicillaris non operatur, quando filius est ignoranter præteritus, *Bart. in l. 1. nu. 10. vers. hoc puto verum, ff. de iur. Codicill.* idem *Bart. cons. 235. nu. 1. Angel. in l. 1. C. de Codicill. Ias. in auth. ex caus. nu. 24. vers. ego autem, C. de liber. præter. Rip. in l. si vnquam, nu. 44. C. de reuocan. donat. Aret. cons. 93. nu. 6. vers. si verò ibi, & cons. vltim. in fin. Soccin sen. cons. 93. num. 35. lib. 4. Ruin. cons 2. in princip. vers sed contrarium, et cons. 6. in princip. et nu. 1. lib. 3. Alciat. cons. 70 lib. 9. nu. 4. Clar. in §. testamentum, quæst. 46. nu. 2. vers. contrarium, Hieron. Gabr. cons. 113. nu 9. lib. 1. Menoch. de præsumpt. præsumpt. 32. num. 3.* idem qui innumeros congerit, *cons. 499. num. 3. Anton. Gabr. de clausul. concl. 7. nu. 8. Put. decis. 228. lib. 2. in nou. Thessaur. decis. 141. num. 1.* Et licet præfati Doctores ponant casum, quando filius nondum erat natus, vel quando Testator credebat illum mortuum: attamen Domini arbitrati sunt, idem esse statuendum; quando, vt in proppposito casu, Testator sciuit quidem adesse filium, sed ignorauit se illum præterire, instituendo illum in bonis, quæ non erant propria ipsius Testatoris; non enim est ius in causa ignorantiæ, sed in ipsa igno-

5 ignorantia Testatoris, † quæ vndequaque procedat, semper excludit consensum Testatoris, & facit reuiuiscere præsumptionem, quod si Testator intellexis-
6 set † se præterire filium non præterisset, maximè propter extraneos, contra notata *in l. cum auus, et in l. cum acutissimi. C. de fideicom. et in l. si vnquam. C. de reuocan. donat.* & in puncto quod clausula Codi-
7 cillaris † non operetur in præiudicium filij, non solùm quando Pater ignorauit existentiam filij, sed ex qualibet alia causa inducente ignorantiam præteritionis, *Molin. de iustit. et iur. tract. 2, disput. 132 n. 7.*
8 & generaliter hanc clausulam restringi † ex quibusuis vrgentibus rationibus. *Gabr. cons. 109. num. 9. lib. 1.*

Addebant aliqui ex Dominis hanc ignorantiam præteritionis, quæ oritur ex eo, quod Testator instituerit filium in eo, quod ignorabat esse alienum, esse
9 ignorantiam positiuam, † quæ est maioris efficaciæ, quàm sit illa, quæ oritur ex eo, quod Testator ignorauerit se filium habere, quæ potest dici ignorantia negatiua; etenim quando Testator ignorauit se filiũ habere, adhuc potest cadere aliqua dubitatio. An si sciuisset, adhuc illum præterijsset, vnde reperti sunt
10 Doctores, qui voluerunt clausulam † Codicillarem operari, etiamsi Pater ignorauerit se habere filium, quos tamen reprobat *Bursat.* post *Bolognett. con-*
11 *sil. 15. nu. 22.* Verùm quando Pater sciens † se habere filium, illum instituit in bonis magni valoris, quæ ignorat non esse sua, tunc sumus certi, quòd Testator non intendit talem filium præterire.

Prædicta autem magis de plano videbantur procedere in hoc casu, stantibus illis verbis, ibi, *E però non voglio che possa addimandar altro*; Illa enim
12 dictio, *però*, † est redditiua rationis, & denotans causam finalem, *Crauett. cons. 192. num. 21. vers. tertio arguitur, Soccin. cons. 159. nu. 21. lib. 2. Becc. cons. 20. nu. 13.* Et ex illa apparet, ideo Testatorem prohibuisse Marco Antonio petere illud de sua hæreditate, quia scilicet relinquerat illi castra magni valoris, quæ causa, cùm non subsistat in facto, ex quo Testator verè nihil reliquit prędicto Marco Antonio; meritò cessare etiam debet dispositio ex latissimè cumulatis per *Tiraquel.* in suo tractat, cessante causa,
13 & videmus in simili de † gratia Principis motu proprio facta, & de sententia Iudicis, & alijs in quibus non est opus exprimere causam, si tamen exprima-
14 tur, & illa reperiatur falsa, vitiat rescriptum, † vel sententiam, *Felyn. in c. super literis, nu. 5. de rescrip. Gemin. cons. 53 num. 15. Alciat. de præsumpt. præsumpt. 9. reg. 3. nu. 10. Afflict. decis. 47. nu. 4. vers. sed Bart. Mobed. decis. 8. de rescript.* Et demum appli-
15 cari videbatur conclusio, quæ habet, quòd vbi præsumptio vrget contra actum, † qui prætenditur gestus, tunc in gerente necessaria est explicita, & clara scientia omnium qualitatum, vt videmus in approbatione rerum sibi præiudicialium, in derogatione iuris tertij, & similium, de quibus per *glos. in c. concertationi, verb. sciuerit, de appellat. in 6. Alexan. cons. 14. num. 4. vers. accedit. lib. 1. Crauet. cons. 197. nu. 14* multos congerit *Tiraquel. de retract. lignag. §. 36. glos. 2. nu. 30.* Cum igitur in proposito casu
16 omnis præsumptio sit, quod † Pater non sit præteriturus proprium filium, vel illum grauaturus, propter extraneum; meritò, vt Pater dicatur hoc fecis-
17 se, est necessaria in illo † clara, & explicita scientia omnium gerendorum ex prædictis, ideoque si apparet ipsum non omnino intellexisse, quod gerebat, debet vitiari tota dispositio.
18 Non obstat, quod quando Pater ignorat † personam filij, vt in posthumo, & similibus, tunc clausula codicillaris non habeat operari, quia est incertum, patrem in aliquo voluisse præponere hæredem scriptum ipsi filio, at quando Pater scit, se habere filium,
19 & illi in aliqua parte hæreditatis præponit † alium, tunc sumus certi, quod Pater voluit illum, sic scriptum in aliqua parte suę hęreditatis præponere proprio filio. Fuit enim responsum, in primis non esse certum, quod si Alphonsus intellexisset Castra relicta Marco Antonio, non esse sua propria, quod fuerit aliquid relicturus Iuliæ; Docet enim experientia
20 grande patrimonium † allicere homines ad faciendas dispositiones ad fauorem extraneorũ, quas alias non facerent, & ex eo, quod Castra relicta Marco Antonio longè plus valebant, quàm bona relicta Iuliæ, satis apparet, quod testator in concursu Marci Antonij paruifaciebat Iuliam. Sed esto quod in genere posset dici Alphõsum fuisse aliquod relicturum Iuliæ: attamen cum sit incertum, quid, & quantum
21 fuisset relicturus, dispositio † deducitur in incertum, *l. duo sunt Titij. ff. de testament. tut. Fulgos. cons. 204. num. 1. Calderin. cons. 6. de priuileg. Dyn. cons. 41. num. 8. versic. præterea, Alex. cons. 46. nu. 1. lib. 4.* Et ita &c

☞ * *Decisiones plures in hac causa emanarunt coram eodem bo. mem. Card. Sacrato, & præsertim 1. Februarij 1613. & 20. Nouemb. eiusdem anni, sunt decisiones 453. & 526. part. 1. recent. & 20. Martij 1615. 14. Decemb. eiusdem anni, ac altera eiusdem diei, & anni. sunt decisiones 662. 770. & 771. par. 2. recent. infra verò duas alias habes nempè sub diebus 21. Maij 1618. & 10. Maij 1619.*

REVERENDISS. DVNOZETTO ARCHIEPISCOPO SELEVCIEN.

Rauennateñ Emphyteusis.

Vener. 6. Februar. 1618.

ARGVMENTVM.

Emphyteusim si quis receperit pro se, filijs, & nepotibus, & vno successore, an hæres vniuersalis, licet non sit nominatus, possit illam prætendere, emphyteusis dum est concessa pro se, & vno successore, parũ interest, an ille succedat titulo vniuersali, vel particulari. Bona existentia in Ciuitate comprehenduntur sub verbis in territorio &c. Obseruantia subsecuta tollit omne dubium.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusim si quis obtineat pro se, filijs, nepotibus, & vno successore, an hæres vniuersalis, licet non sit nominatus à testatore, possit illam prætendere.*
2 *Emphyteusis dum est concessa pro se, & vno successore, tunc parum interest, an ille succedat titulo vniuersali institutionis, vel nominationis.*
3 *Bona emphyteutica Rauennæ stante Bonifaciana, possunt alienari tam inter viuos, quàm in vltima voluntate.*
4 *Ciuis alicuius loci, quod quis sit, à parte non potest impugnari, si iam illum tanquã talem approbauit.*

Testes

5 *Testes examinati ad perpetuam rei memoriam, quando probent.*
6 *Statuti verba, quando sunt clara, non possunt tergiuersari.*
7 *Bona existentia in Ciuitate comprehenduntur sub verbis in Territorio, & districtu talis Ciuitatis.*
8 *Obseruantia subsecuta tollit omnem dubietatem.*
9 *Obseruantia interpretatiua non eget temporis cursu, sed sufficit ita aliquando fuisse obseruatum.*
10 *Aetas alicuius probatur ex fide baptismatis.*
11 *ad Adimplendum aliquid, quando quis non habet tempus præfixum, sufficit adesse in statu, quo possit illud adimpleri.*
12 *Intentionis fundamentum vbi consistit, id probandum est ab eo, qui in eo se fundat.*
13 *Factum præcipuè vetitum non præsumitur.*
14 *Deuolutio ob non solutionem euitatur, si constet de deposito, stante recusatione Domini directi, & litis pendentia.*
15 *Deuolutio cessat stante concordia.*
16 *Nulla ea quæ sunt, non pariunt aliquem effectum.*

DECISIO VI.

DOMINI censuerunt domũ non esse deuolutã ea præcipuè ratione, quia fuit facta concessio Ioanni Francisco pro se, filijs, nepotibus, & vno successore: vnde dum Laurentius fuit à dicto Ioan. Francisco hæres vniuersalis institutus, dicitur nomi-
1 natus † ad domum, cum simus in re alienabili, nec agitur de tertij præiudicio, *Caldas. de nominat. emphyteot. lib. 2. q. 7. num. 3. & firmauit Rota in Romana domus in monte Iordano 29. Aprilis 1579. coram Brauo in Camerinen. domus 4. Iunij 1593. coram Gipsio, & in alijs causis.*

Licet in hoc casu, dum in inuestitura non fit mentio de nominatione, sed dicitur pro vno successore, nihil refert, an titulo principali nominationis an ve-
2 rò † institutionis vniuersalis Laurentius successerit primo acquirenti, *l. quædã. §. nihil. ff. de eden. Bald. in l. emptorem. num. 2. C. locati. Peregr. de fideicom. art. 32. nu. 84. Caldas. de nominat. emphyt. lib. 2. q. 24. num. 1. & seqq.*

Fuit etiam allegata Bonifaciana, seu concordia inita inter Clerum, & Populum Rauennaten. à Bo-
3 nifacio confirmata, † per quam bona emphyteotica possunt alienari tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate, de qua *Ancar. cons. 128. num. 4. & cons. 393. num. 3. vers. itemq. Paris. cons. 108. num. 49. lib. 1.*

Quod autem Ioan. Franciscus esset Ciuis Rauennaten. prout requirit concordia, satis constare visum
4 † fuit contra Monasterium, quod illum vti talem approbauit in instrumento inuestituræ, ibi, Io. Francisco Ciui, & habitatori Rauennæ, *Angel. in l. cum proponas. §. 1. ff. de inoff. test. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 10. num. 28. vers. sed Angel.* quæ approbatio recipit adminiculum ex priuilegio Ciuitatis, concesso Amadeo Rugerio, à quo descendisse Ioan.
5 Franciscum, & Laurentium probant testes † examinati ad perpetuam rei memoriam, cum essent octuagenarij & producti in hac causa, cum obligatione illos repetendi quatenus Monasterium voluisset.

6 Nec in dubium verti potest, concordiam habere locum non solum in † Ciuibus originarijs, sed etiam ex priuilegio, & habitatione longæua decem, cum illius verba clara sint, & firmauit *Paris. cons. 1041. num. 19. lib. 1. Menoch. cons. 737. num. 21. lib. 21.*

Non obstat concordiam loqui de bonis positis in
7 territorio, & districtu Rauennæ, nam cum illa sit † fauorabilis, vel saltim indifferens, comprehendit etiam bona existentia in Ciuitate, *Anchar. d. cons. 393. num.*
8 *mer. 1. vers. & præmitto*, & omnem † dubietatem tollit obseruantia sequuta, *l. si interpretatione. ff. de leg. 16. Rota diuers. decis. 303. num. 2. & decis. 374. num. 3. par. 1. Seraph. decis. 1410. num. 3. & 16.* quæ
9 tanquam † interpretatiua non indiget temporis cursu, sed sufficit aliquando ita fuisse obseruatum, *Crauett. cons. 118. num. 2. & cons. 201. num. 12. Decian. respons. 51. n. 58. & 84. lib. 2. Put. decis. 283. n. 3. lib. 1*

Nec visum fuit obstare Laurentij institutionem fuisse conceptam diuersis sub conditionibus, quæ nõ ostenduntur adimpletæ; nam quoad susceptionem gradus Doctoratus conditio non requiritur apposita ad effectum, vt Laurentius ante Doctoratum non sit hæres, cum & ante d. gradus susceptionem testator disposuerit hæredem inhabitare domum, seu palatiũ ipsius testatoris, ac voluerit eum habere medietatem fructuum, sed fuit posita ad effectum gaudendi fructibus totius hæreditatis, vt sunt verba clara testamenti; *E non si dottorando possi hauere dell'entrata della mia heredità la metà di essa, ma arriuando al Dottorato, possi godere interamẽte tutta l'heredità.*

Placuit etiam alia responsio, Laurentium vix ascẽ-
10 dere ad ætatem † viginti annorum, vt constat ex fide Parochi, *Mandos. ad reg. 18. q. 10. Menoch. præsumpt. 51. num. 56. lib. 2. & fuit sæpe decisum.* Et quia testator non apposuit certum tempus, infra quod gradus Doctoratus esset suscipiendus, Lauren-
11 tius dicitur adhuc esse in † statu adimplendi dictam conditionem, & per consequens non potest dici expirasse, vt sit locus deuolutioni *ad l. quandiu 68. ff. de acq. hæred. Rom. cons. 134. num. 5. vers. interpretatio hæc. Paris. cons. 71. num. 27. lib. 4.*

Fuit etiam responsum, quod nec adimplementum dictæ conditionis, nec etiam illius debet probare Laurentius, sed Monasterio, quod prætendit deuolu-
12 tionem ex causa non adimplementi dictarum † conditionum, incumbere onus probandi negatiuam non adimplementi, cum in illa consistat fundamentum deuolutionis, *Bart. & alij in l. in illa. ff. de verb. oblig. Hercul. de neg. in princ. Rota decis. 773. num. 2. par. 1. Seraphin. decis. 879. num. 1.*

Et quoad hãc secundam cõditionem fuit etiam dictum, illam satis adimpletam videri, dum non constat Laurentium non redijsse ad habitandum in illa Prouincia, in qua domicilium contrahere hæredi scripto testator prohibuerat, vnde non tenetur aliquid docere, sed illi sufficit negare se redijsse, & monasteriũ
13 si eum asserit redijsse debet probare, † cum factum præcipuè vetitum non præsumatur *vulg. l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & post lim. reuers.*

Non obstat aliud caput deuolutionis ob non solutionem canonis, nam vltra quod pro parte Laurentij
14 dicebatur canones fuisse depositatos, quod † sufficeret stante recusatione monasterij, & pendentia litis, *ex traditis post Natt. cons. 3. num. 4. Bero. cons. 126. num. 19. vol. 1. & alios per Corbul. de caus. priuat. ob non solut. canon. limit. 37. num. 2. & seqq.* deuolutio
15 cessat stante prædicta concordia, † in qua expresse fuit conuentum in tali casu non incurri caducitatem, sed canones duplicandos.

Non obstat denique quod dicitur, hæredem admisisse ad partem hæreditatis personas, quas testator abhor-

abhorruit, & sic contra voluntatem testatoris, quia ex supradictis nunquam hoc factum præsumetur; vltra quod hæc admissio iuris quæsiti saperet donatio-
16 nem, † quæ tanquam gesta à minore contra prohibitionem legis nullum in eius præiudicium parere posset effectum *vulg. l. nõ dubium. C. de legib. aut saltem competeret minori beneficium restitutionis in integrum*.

Et ita vtraque parte informante &c.

EMINENTISS. CARD. SACRATO.

Romana Domus ad Turrim sanguineam.
Lunæ 9 Februarij 1618.

ARGVMENTVM.

Ex infortunio aliquo, si allegetur amissio scripturarũ, vt admittatur, quid sit probandum. Possessionem, vt quis amittat, quid sufficiat. Facultatem redeundi ad primæua iura, si quis in casu contrauentionis sibi reseruauerit, eueniente casu non potest pro parte redire, & pro parte non, cum contractus sint indiuisibiles.

SVMMARIVM.

1 *Scripturarum amissio quando allegatur ex aliquo infortunio, non releuat, si non probetur illarum anterior existentia.*
2 *Procurator generaliter ad omnes lites, quando dicatur constitutus.*
3 *Possidendi animum sufficit, vt quis dimittat, ad hoc vt amittat possessionem, licet remanserit in detentione.*
4 *Dominus præsumitur certioratus à suo procuratore, maximèq. si sit præsens.*
5 *Procurator non præsumitur de proprio voluisse facere sumptus litis.*
6 *Actor si ab initio non habuerit scientiam litis, & postea in progressu causæ eam habuerit, intrát virtus iudicij retro.*
7 *Contractus de sui natura sunt indiuisibiles.*
8 *ad Iura primæua, si quis reseruauerit posse redire, non potest pro parte redire, & pro parte non.*
9 *Testis vnicus non probat.*
10 *Testis referens se ad scripturam, & de ea non appareat, non probat, cum relatio sit sine relato.*
11 *Dictio, quomodolibet, est vniuersalissima.*
12 *Copia si discordet ab originali, nihil probat.*
13 *Procuratoris confessio non potest nocere principali, si fuerit reuocata.*
14 *Cessionarius non potest impugnare factum cedentis.*
15 *Maximèq. si illud à d. cessionario fuerit approbatũ.*

DECISIO VII.

PERSTITERVNT in decisis in hac causa sub die 23. Aprilis 1617.* quod scilicet non constat domum, de qua agitur fuisse in bonis Lucretiæ Paluzzellæ senioris ex tunc deductis in decisione, quibus non obstare visum fuit, quod Lucretia senior reportauerit aliquas sententias fauorabiles pro restitutione lucri dotalis, & alimentorum, quia hoc non probatur in facto, & quatenus allegatur amissio
1 ex inundatione fluminis, hoc † non videtur releuare cum non probetur anterior illarum existentia, *Grauett. cons. 157. num. 16 vers. non obstat, quod acta Rota in Forosempronien. seu nullius iurisdictionis 7. Iunij 1594. coram bon. mem. Card. Pamphilio*, cum minimè post dictam inundationem fuerint repertæ aliæ scripturæ concernentes illam causam, & in specie articuli dati per dictam Lucretiam coram Chilanen. sub die 20. Nouembris 1591. Vnde etiam sententiæ fuissent repertæ, si adfuissent.

Quod procurator, qui commisit causam Senatori sic pro recuperatione dotium ipsius Lucretiæ excesserit fines mandati, dictum fuit non subsistere in facto, cum fuerit constitutus procurator generalis ad
2 † omnes Lucretiæ causas &c. coram quocũque Iudice &c. ad agendum &c. contra quamcunque personam &c. actiuè, & passiuè &c. cum clausula ad lites &c. aliisq. &c. solitis &c. Vnde apparet in materia mandati ad lites procuratorem non posse generaliùs constitui.

Quod non appareat, Lucretiam sciuisse hãc litem
3 agitari per suum † procuratorem, ideoq. non sit verũ, ipsam deposuisse animum possidendi, quod sufficeret licet remanserit in detentione, iuxta notata *in l. 3. §. in amittenda. ff. de acquirenda possessione*, fuit dictum contrarium esse verius: nam lis fuit ferè per duos annos agitata in eius vita, & per eius procuratorem productæ authenticæ scripturæ, vnde est plusquam verisimile, quod ipsa sciuerit litem agitari stante re-
4 gula, quod † Dominus præsumitur certioratus à suo procuratore, maximè quando est præsens, *Roman. cons. 481. num. 1. & 2. Seraphin. decis. 180. num. 1. Rota in Oscen. Archidiaconatus* 10. *Iunij* 1602. *corã Illustriss. D. Card. Lancellotto*, dum maximè propter expensam, quæ occurrebat in extractione iurium in forma authentica, & prosecutione litis, quam ex-
5 pensarum, non est verisimile † voluisse procuratorem facere de suo, sed potius fuisse factam ab ipso principali *ex cumulatis per Menoch. de præsumptionib. conclus. 715. num. 8.* & cessat difficultas, quia in eadem causa, ipsamet Lucretia, fuit pluries citata; propterea etiamsi Lucretia ab initio non deposuisset ani-
6 mum possidendi, attamen cum † hæres prosequutus fuerit litem, & obtinuerit, intrat virtus iudicij retroactiua ad initium litis, vt fuit dictum in alia decisione in hac causa facta; vnde tollitur, quod dicitur Lucretiam locasse domum, postquã mouit dictam litem.

Vltra quod neque hoc subsistit in facto, quia locatio fuit ante motam litem, nempe 11. Iunij 1560. & commissio fuit impetrata sub 12. Iulij subsequentis.

Quòd dicta Lucretia non recesserit à transactione in totum respectu domus, de qua agitur, sed solum respectu census, visum fuit non subsistere in facto, cum causa fuerit commissa super dote, donatione propter nuptias, & argentis, in quibus consistebat totum illud, quod Lucretia vnquam poterit cõsequi, vltra quod visum fuit quod Lucretia nõ potuerit pro parte redire ad primæua iura, & pro parte non, cum
7 † contractus de sui natura sint indiuisibiles, *Alexan. cons. 143. num. 2. in fin. lib. 7. Aymon. cons. 356. nu. 8. Tiraquell. de retract. conuent. ad finem tituli num. 5 & diffusius in tractatu lignag. §. 23. glos. 1. cum seqq.* Vnde Lucretia, vel tenebatur in totum illi sta-
8 re, vel in totum, † iuxta formam pacti redire ad primæua iura, quod comprobatur ex verbis pacti sonãtibus in totalem recessionem, ibi, perinde, ac si præsens instrumentum factum non fuisset, & comprobatur ex sequutis nẽpè sentẽtia Senatoris, & executoris, q̃ fuerunt pro totali recessione, & nõ pro parte.

Quod Gaspar hæres fecerit quietantiam Inquilino huius domus tanquã hæres Lucretiæ, nullibi probatur,

batur, & Bernardus testis, qui pro hoc datur. Vltra
9 quod † tanquam vnicus non probat *cap. veniens, cap. licet de testibus. cum concordant.* refert se ad quietantiam, de qua non apparet, vnde nihil † probat si-
10 ne relato, *Bald. in l. ius iurandi num. 3. C. de testib. Soccin. sen. cons. 40. nu. 3. vers. item ex eo quo lib. 3. Corn. cons. 56. num. 2. & 3. lib. 1.*

Quoad compromissum, diuisionem, laudum, & ratificationem factam per hæredes dictæ Lucretiæ constat de hac domo, tanquam hæreditaria, non subsistit, quia constat de hæreditate, seu alias quomodolibet. Vnde apparet dispositionem non esse restrictã ad bona materna; sed posse verificari in quibuslibet
11 alijs, stante † vniuersitate dictionis quomodolibet, *cap. indemnitati de elect. in 6. cap. pleriq. §. nec alibi, de offic. ordin. in 6. Crauett. cons. 368. num. 14.*

Quod Octauianus fecerit positiones, quod Gaspar hæres Lucretiæ possederit vti hæreditariam, re-
12 pertum fuit non subsistere in facto, † viso originali differente à positionibus productis; & dicitur etiam
13 illam † fuisse confessionem procuratoris, quæ potuit reuocari ab Octauiano, vt fuit reuocata, *Rota decis. 32. de testibus in antiquis, & decis. 2. de confess. in nouis, & decis. 613. num. 9. par. 1. diuersor.*

Fundamentum decisionis super executione facta in hac domo, tanquam propria Gasparis hæredis Lucretiæ benè visum fuit subsistere: quia executio fuit facta ad instantiam Alexandri, & Pauli, vt constat ex mandato, & Lucretia iunior tanquam illorum
14 † necessaria non potest illorum factum impugnare, *l. cum à matre. C. de rei vendicat. Dec. cons. 84. in fine, Crauett. cons. 200. num. 2. Paris. cons. 33. nu. 96. cum duobus sequentibus. Grammat. decis. 93. num. 8.*
15 maximè, cum † vsque ad hãc diem exigat scuta 150. ex pẽsionibus istius domus in vim dictæ executionis.

Prætensum creditum alimentorum Lucretiæ senioris non probatur fuisse vnquam iure debitum, vel deductum in iudicio.

☞ *Coram eodem bo. mem. Card. Sacrato, quam decisionem posui infra in Appẽdice, post decisiones anni 1626. prout in Indice ibi posito in eadem causa infra habetur altera decisio sub die 17. Iunij 1622. coram bo. me. Reuerendiss. Manzanedo.*

R. P. D. REMBOLDO.

Firmana Bonorum.

Lunæ 9. Februarij 1618.

ARGVMENTVM.

Depositum non releuat, si non sit integrum, & liberũ. Debitor, cum soluere teneatur, ideo deponendo nõ liberatur, & maximè quando creditor instat pro solutione. Sententia iniusta non attenditur. Executor merus tenetur exequi, & non iudicare.

SVMMARIVM.

1 *Depositum ad hoc vt releuet, debet esse integrum.*
2 *Depositum si non sit purum, sed conditionale, non liberat deponentem.*
3 *Mandatum Iudicis, si contineat certam summam liquidam, ea est soluenda, & non deponenda.*
4 *Creditor si instet pro solutione, tunc non est locus deposito.*
5 *Deponere non est soluere.*
6 *Sententia iniusta non releuat.*
7 *Executor non potest absoluere, sed tenetur exequi.*
8 *Executor merus non potest officium Iudicis sibi arrogare.*

DECISIO VIII.

DICTVM fuit procedendum esse ad vlteriorem exequutionem mandati Rotalis non obstante deposito in partibus facto, ac etiam sententia ad fauorem Latini lata.

Nam quoad depositum, illud non potest dictæ vlteriori exequutioni obstare, non solum quia plurimos defectus patitur, & præsertim quod non est in-
1 tegrum, † quia vltra alia deficiunt tres quartæ grani, necnon scut. tria pro expensis, & in hac materia sufficit etiam defectus in minimo, *Ang. in l. acceptam nu. 2. vers. vnde si nummus. C. de vsur. Dec. cons. 34. num. 6. cum alijs per Tiraq. de retract. conuent. §. 4.*
2 *glos. 6. num. 33. & seq.* nec est purum, † sed conditionale, aut saltem expectans ante consignationem aliud iussum Iudicis, contra formam mandati Rotalis, *Alex. cons. 78. num. 29. & seq. lib. 5. Rota decis. 71. num 9. par. 2. diuers. Card. Seraphin decis. 890. n. 4.*

Verum etiam quia cum dictum mãdatum Rotale
3 certam, & liquidam summã contineret, † illa debebat actualiter solui, & non deponi *l. item liberatur. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. Dec. d. cons. 34. num. 6. Rota diuers. decis. 623. num. 2. par. 1.* & præsertim quia Lutius instabat pro solutione, & exhibe-
4 bat se paratum recipere, quo † casu depositum non suffragatur debitori, *Bart. in l. creditor in fin. vers. sed ad hoc. ff. de distr. pign.* tantoque magis, quia vt inquit *Corn. cons. 261. nu. 13.* istæ depositiones plerumq. fiunt apud fidos amicos deponentium, & magis apparenter, quam existenter, vnde etiam dicitur,
5 quod † deponere non est soluere, *l. item liberatur. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth.*

Minus potest dictam exequutionem impedire, sententia absolutoria ad fauorem Latini in partibus lata, tum quia dicta sententia ex prædictis detegitur iniusta, eo quod Latinus sub prætextu dicti depositi
6 absolui non potuit, † cum per illud, vt dictum est, nec Lutius creditor remanserit satisfactus, nec dictus Latinus à debito liberatus, tum quia Locumtenentis, qui dictam sententiam tulit, partes non erant, di-
7 ctum Latinum † absoluere, sed cum esset datus merus exequutor mandati Rotalis, debebat illud exe-
8 quutioni demandare, aut Iudici referre, † non autem Iudicis officium sibi arrogare, *cap. pastoralis §. quia vero de offic. deleg. C. de cætero de re iudic. Zabarel. cons. 103. num. 10. vers. ad quod respondeo &c.*

REVERENDISS. PIROVANO.

Romana Laudemij, & Prælationis.

Lunæ 9. Februarij 1618.

ARGVMENTVM.

Subemphyteuta alienans bona emphyteutica, quando teneatur requirere consensũ domini directi, & quando emphyteutæ. Et licet ipse de iure communi non teneatur vtriusque consensum requirere, hoc tamen fallit, stante super hoc pacto expresso.

SVMMARIVM.

1 *Subemphyteuta, quando alienat à se omne ius, tunc requiritur consensus domini directi.*
Quando verò partem rei sibi reseruauit, tunc consensus

sensus primi emphyteutæ est requirendus.

2 *Subemphyteuta, quando alienat, de iure non tenetur duplicem consensum requirere.*

3 *Et quem consensum sufficiat, vt requirat.*

4 *Pactum initum inter contrahentes est obseruandũ, quamuis sit rigorosum, aut exorbitans à iure communi.*

5 *Pacta non possunt dici inter se contraria, & repugnantia, si accedant cumulatiuè, non autem priuatiuè.*

6 *Pacta inter se compatibilia stare non prohibentur.*

7 *Pacta inita inter partes debent obseruari in specie prout fuerunt promissa, & maximè si sequeretur aliquod præiudicium. num.8.*

9 *Contrahentibus multum expedit habere certos suæ indemnitatis releuatores, & benè idoneos.*

10 *Valasc. distinctionem de qua in eius tractat. de iure emph quæst. 13. nu. 12. licet Rota aliàs secuta fuerit, tandem materia maturè ventilata, eam damnat, refutatq.*

11 *Erubescendum non est, vt inquit Iustinian. Imp. se corrigere.*

12 *Valasc. distinctio in d. quæst. 3. num. 12. nulla probabili rati ne munita, nec auctoritate roborata est, & ipsemet fuit sibi contrarius.*

13 *Valasc. opinio in d. quæst. 13. vocatur à Caldas. vana, futilis, & ridicula, & si sequeretur, inconuenientia multa oriri possent.*

14 *Vassallus sine consensu Domini alium subuassallum potest sibi constituere.*

DECISIO IX.

QVÆSITVM fuit, An sententia Rotalis lata ad fauorem Monialium Sancti Siluestri sit cõfirmanda, vel infirmanda, & Domini eam esse reformandam censuerunt.

Non enim controuertebãtur primo, & secũdo loco decisa in hac causa, nempè quod integrum laudemium deberetur Monialibus, & quod in casu alienationum fiendarum per subconductores, Moniales haberent ius prælationis, nõ autem D. Carolus, sed tantummodo ex verbis sententiæ dicebat D. Carolus se grauatum, dum in ea leguntur, non licuisse, nec licere D. Carolo præstare consensus.

Non enim visum fuit repugnare dispositioni iuris, ac conuentionibus, & pactis inter directos Dominos, & emphyteotã ab initio in inuestitura firmatis.

Dispositioni inquam iuris, quia circumscripto interesse laudemij, aut prælationis Domini directi, distinctio Doctorum remanet sine contradictione, vt
1 scilicet † solus Domini directi consensus requirendus sit, quando emphyteota alienando omne ius à se abdicauit. secus verò vt in præsenti, quando partem rei emphyteoticæ sibi reseruauit, quia tunc consensus primi emphyteotæ est requirendus, *Soccin. sen. cons. 256. num. 2. lib. 2. Menoch. cons. 226. num. 165. & 185. Valasch. de iur. emphyt. quæst. 13. num. 12. Amod. de Ponte quæst. laudem. 24. col. fin. vers. ijs igitur casibus, & hæc distinctio recepta fuit in Romana emphyteusis 26 Iunij 1602. coram Reuerendiss. nostro Decano.**

Nec dicatur quod in iure non probetur subem-
2 phyteutam † teneri duplicem consensum requirere. Quia ex deductis sufficit probare teneri requirere consensum primi emphyteotæ ob recognitionem in
3 Superiorem illi debitam, & ob promissionem † solutionis canonis, quia alter consensus exinde succedit ex pacto primæ inuestituræ.

Ex pacto etiam hoc videtur actum inter partes, dum conuentum fuit emphyteotam subemphyteuticando posse apponere pacta sibi beneuisa, non tamen contra, aut repugnantia alijs pactis, & conuentionibus inter monasterium, & primum emphyteutam factis; pactum autem fuit expressè appositum cum subemphyteutis, vt in alienationibus tenerentur
4 tur vtriusque consensum requirere, † ideo obseruandum, quamuis rigorosum, aut exorbitans à iure, *l. 2. in princip. C. de iur. emphyt. Bald. cons. 251. vers. solutio lib. 1.* Neque dubitari potest de contrarietate
5 aut repugnantia, quia huiusmodi pacta † accedũt cumulatiuè, non autem priuatiuè, quę propterea tam
6 quam inter se † compatibilia stare non prohibentur, *Mohed decis. 3. num. 4. de feud.*

Non obstat quod absque duplicitate cõsensus pos-
7 sit alio remedio iuuari, nempè per pactũ † quod subconductores se obligent ad solutionem canonis, & obligatione conseruabatur personalis obligatio, de cuius præiudicio videtur dubitare D. Carolus.

Quia per similem obligationem non reparantur alia præiudicia D. Caroli, cui expedit habere certos
9 † suæ indemnitatis releuatores & benè idoneos, quod quidem nõ pertinet ad interesse monialium, quæ habent obligationem primi emphyteotæ indeficiẽtem, & benè idoneam, itaut contentæ suo laudemio facilè possent non curare alienum interesse.

Et ita &c.

ANNOTATIO.

* Distinctionem hanc Valasc. aliàs etiam secuta est Rota, & præsertim *coram bon. me. Vbald. in causa Romana laudemij 3. Iunij 1613. in §. quam distinctionem approbauit &c. & coram R. P. D. meo Ghisilerio in altera Romana laudemij 1. Martij 1630. & iterum 10. Maij 1632.*

10 Articulo tamen isto deinde † maturiùs ventilato trutinato, & discusso, Rota renuit amplius sequi dictam distinctionem *Valasci*, & recedendo ab alijs decisionibus, in quibus eam amplexa fuit; tandem *sub die 4. Maij 1635. in eadem causa Romana laudemij coram eodem R. P. D. Ghisilerio est infra decis. 40 par. 7. rec.* Rota veritatis splẽdore capta, parum curando ostinato animo ac ceruiciosè suas opiniones tueri, (& ad hoc bene facit *text. in §. plurimæ. 1. auth. de nupt.* vbi Imperator loquendo in eius
11 propria persona, ait, ibi, *Non enim † erubescimus, si quid in meliùs etiam eorum, quæ nos priùs diximus, competentem prioribus imponere correctionem, ne ab alijs corrigi expectemus,* & de hac materia latè dixi infra *d. par. 7.* in Epistola ad V. I. D à nu. 87.) Rota, inquam, in d. decis. 40. damnauit, refutauit, & reiecit dictam distinctionem *Valasc.* tanquam nulla probabili ratione munitam, nec authoritate roboratam,
12 † cum, & ipse *Valasc.* fuerit sibi contrarius in *quæst. 28. num. 25. vers ita etiam,* & hinc meritò reprobatur per *Caldas. de renouat. emphyt. lib. 1. quæst. 13. num. 41. & seq.* Vbi prius petita venia à Doctissimo, & sibi amicissimo *Valasc.* quoniam liberè philosophandum est, vocat eius opinionem vanam, futi-
13 lem, ridiculamq. & ne in hoc longior sim † videatur in *prædict. decis. 40.* vbi insuper numerantur multa absurda, & inconuenientia quæ euenirent, si secundus emphyteuta vendens, requireret consensum primi em-

mi emphyteutæ, & non Domini directi, & respondetur etiã fundamentis decisionibus, in quibus contrarium fuit responsum, cum Doctores in ea allega-
14 ti ferè omnes loquantur † in feudalibus, nam in ea materia, potest vassallus sine consensu Domini aliũ subuassallum sibi constituere, *cap.1.§.1.qualiter olim pot. feud. alien. &c.* & quid in hoc sit necessarium est elegans, & recens decisio *in causa Mantuana Feudi 17. Iunij 1641. coram R.P.D. meo Rojas*, dictamq. decisionem 40. etiam secuta est Rota, deinde *coram R.P.D. meo Cerro in causa Neapolitana laudemij 27. Februarij 1640. in §. dum itaque Carthusiæ non fuit soluta &c.* & iterum in eadem causa sub die 14. *Decemb. 1640. coram bo.me. Reuerendiss. Coccino in §. & hoc laudemium omnino deberi Domino directo, non autem primo emphyteutæ* & ad hoc plura plena manu allegantur, *quæ decisiones erunt in 8. part. recent. & vide infra par. 5. to. 2. decis. 613. n. 17.*

Paulus Rubeus.

REVERENDISS. DVNOZZETTO ARCHIEPISCOPO SELEVCIEN.

Cæsenaten. separationis thori.

Lunæ 12. Februarij 1618.

ARGVMENTVM.

Maritus ex qua causa possit auocare vsum iocalium vxori ab eo datorum, & qua actione. Iocalia data à marito vxori, manent sub potestate mariti, relicto solo vsu vxori. Vxor sine iuxta causa nõ debet discedere à marito, & ipsa tenetur iustificare causam, quare non vult habitare cum marito.

SVMMARIVM.

1 *Maritus ex iusta causa potest reuocare vsum iocalium vxori ab eo datorum.*
2 *Vxor non tenetur sine causa discedere à marito.*
3 *Iocalium vsus ex causa aufertur vxori à marito actione legis Aquiliæ.*
Actio rerum amotarum probrosa est. nu. 3.
4 *Iocalia data à marito vxori, manent sub dominio mariti, relicto solo vsu vxori.*
5 *Marito interest accommodare vxori monilia, & gemmas, vt ipsa mundior, & ornatior incedat, & oculis ipsius mariti magis placeat.*
6 *Quæ causa, si cesset, veluti quia vxor sine ratione à marito discessit, iure potest iocalia repetere.*
7 *Vxor, si ex iusta causa discedat à marito, competit ius, non solum repetendi alimenta, sed etiam dotem, & donationem propter nuptias.*
8 *Vxor non est æquum, vt retineat iocalia ei tradita à marito, si eum offenderit, discedendo ab eo sine causa.*
9 *Vxor debet manere in obsequio mariti, & maritus debet propter illud obsequium alimenta, & beneficia conferre ei.*
10 *Qui non facit quod debet, frustra conquæritur, si non recipit, quod oportet.*
11 *Vxor discedendo à marito, & seorsim habitando debet iustificare causam, quare non vult habitare cum marito.*
12 *Mariti sæuitia in vxorem, tamquam sapiens delictum, numquam præsumitur.*
13 *Maritus non præsumitur male tractare vxorem, & maximè si super hoc detur fumus.*
14 *Testes domestici admittuntur ad probandum ea, quæ inter priuatos parietes solum fiunt.*

DECISIO X.

CVM iam fuerit sub die 28. Iunij præteriti in hac causa * firmatum D. Mariam asportasse iocalia, & gemmas è domo Fabij viri, & illa spectare ad maritum. Proposito dubio in supradicta decisione reseruato, vtrum D. Maria seorsim à marito habitans dicta iocalia restituere teneatur, Domini affirmatiuè responderunt.

Quicquid enim sit, an maritus constante matrimonio possit ad libitum mundi mulieribus moniliũ scilicet, & iocalium vsum tanquam rem commodatam vxori reuocare, in qua quæstione discrepantes Iuris consultorum opiniones adducuntur, hoc vnum
1 est omnes conuenire, tunc demum id licitum esse † ad libitum mariti quotiescunque iusta marito superuenit causa reuocandi dictum vsum, & in hac facti
2 specie † cum vxor sine legitima causa discesserit à marito, *per text. in l. si seruus. §. si cum maritus, ff. ad l. Aquil.* vbi ex longe leuiori causa vsus iocalium
3 aufertur à marito vxori non actione † rerum amotarum, quæ est probrosa, & competeret contra extraneum, sed mitiori actione, scilicet *l. Aquil. & ibi glos. not.* quam limitationem adducit *Soccin. iun. consil. 139. per totum, lib. 2. Hondede. consil. 30. num. 29. lib. 2.*

Non enim reuocari potest in dubium, monilia & iocalia, quæ ad vsum mundi muliebris à marito vxo-
4 ri conceduntur, remanere sub proprietate relicto solo vxori vsu, vt post *Bart. Salic. Alex. fusissime. Surd. decis. 166. num. 4.* & maxima ratione; quia interest
5 marito commodare vxori monilia, & gemmas, † vt ipsa mundior, & ornatior incedat, & oculis ipsius mariti magis placeat. *l. sicut certo. §. interdum. ff. commod. vbi Bart. nu. 1. Ang. cons. 339. Tiraq. ad l. connub. glos. 1. par. 3. nu. 35.* quæ causa hodie cum
6 cesset; quia ipsa seorsum † sine iusta causa viuit à marito, iure, meritoq. potest commodata iocalia repetere. *Ang. d. cons. 339. Tiraq. in tract. cessante causa, par. 1. nu. 50. Surd. cons. 311. num. 4.*

Nam cum vxori, quæ propter iustam causam, videlicet sæuitiam diuertit à viro, competit ius repe-
7 tendi non † solùm alimenta, sed etiam dotem, & donationem propter nuptias. *Bald. in l. fin. nu. 12. C. de sent. quæ sine cert. quant. nu. 12. Alex. cons. 78. col. 1. vol. 5. Castr. cons. 65. num. 3. vol. 1.* cum allegatis per *Surd. de alim. tit. 1. quæst. 32. nu. 21.* ita nulla existente causa separationis argumento à contrario sẽ-
8 su desumpto contrarium planè dicendum † est, cum non sit æquum, vt inuito marito gemmas retineat quem discedendo sine causa offendit *l. arg. l. consensu. C. de repud. l. menia. § final. ff. de ann. legat.* fusè *Surd. de aliment. tit. 7. nu. 1.* & hac ratione, quia
9 vxor debet permanere in obsequio † viri, & maritus ei alimenta, & beneficia propter illud obsequium confert *Can. hoc imago. Can. manifestissimi. 33. q. 5. glos. in l. sicut patronus. ff. de ope. lib.* & qui non facit
10 quod debet † frustra conquæritur, si non recipit quod oportet. *l. si ea. C. de cond. insert. cum alijs allegatis per Surd. loco præcitato num. 12. & 13.*

Quod autem D. Maria Felix discesserit à marito sine causa, & hodie seorsim ab eo in monasterio vi-
11 uat, patet † quia talis causa, quæ debet esse iusta, tan-

quam accidentalis sit quid facti, ideo debet ab alle-
12 gante probari, tanto magis cum sæuitia mariti † in vxorem tanquam sapiens delictum nunquam præsumatur *ex regulis Iuris vulgaribus*.

Quinimo pro parte d. Fabij datur fumus in con-
13 trarium, † cum adsint testes complures formiter examinati, quorum alij de confessione extraiudiciali D. Mariæ, alij de certa scientia deponunt ipsam aufugisse à domo viri, non ob malam tractationem, sed propter zelotipiam leui de causa, *per suo capriccio, e gelosia*.

Et licet aliqui ex dictis testibus, ita deponentibus sint domesticis, familiares, aut consanguinei di-
14 cti Fabij mariti, † cum agatur de veritate eruenda rerum, quæ inter priuatos parietes solum fiunt, testes domestici tanquam necessarij nunquam reijciuntur, fusè *Gabr.* qui multos cumulat *tit. de testibus conf.* 10. *nu.* 34. *&* 38. *Graff. decis.* 82. *nu.* 2. cum multis allegatis in vna *Ageren. pensionis* 19. *Decembris* 1608. *coram Illustriss. Lancellotto*.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

☞ *Habetur hæc decisio sub die* 28. *Iunij* 1617. *coram eodem* Reuerendiss. *Seleucien. infra in Appendice post decisiones anni* 1626.

R. P. D. REMBOLDO.

Ilcinen. Iurispatronatus.

Veneris 16. *Februarij* 1618.

ARGVMENTVM.

Vocati, quando sunt plures vnico contextu, & structura verborum, tunc inter eos, non cadit ordo successionis, cum censeantur coniunctim vocati.

SVMMARIVM.

1 *Iure diuerso censeri non debent ea, quæ sub vnica structura verborum continentur.*
2 *Totum qui dicit, nihil excludit.*
3 *Pars maior non præiudicat minori in his, quæ pertinent ad omnes vti singulos.*
4 *Successorium edictum non admittitur in his, qui coniunctim sunt vocati.*
5 *Testatoris voluntas in omnibus est seruanda.*
6 *Consuetudo est optima rerum interpres.*
7 *Familiæ nomen est collectiuum plurium personarum.*
8 *Ex obseruantia subsecuta desumitur interpretatio dispositionum.*

DECISIO XI.

☞ PRÆSVPPOSITIS resolutionibus in hac causa factis, * quod in legato de quo agitur, vtraque familia, originaria scilicet, & aggregata, sit vocata; Dubitaui vtrum dictæ familiæ essent vocatæ coniunctim, seu potius ordine successiuo. & DD. responderunt illas esse vocatas coniunctim. Tum quia (vt ex deductis in alijs decisionibus apparet) sunt vocati vnico contextu & structura verborum, quo casu quando, vt in proposito, inter vocatos non cadit ordo necessitatis, semper censentur vocati coniunctim, ex vulgaribus illis regulis, quod scilicet copula, simul, & æqualiter coniungit, & ea, quæ
1 sub † vnica structura verborum continentur, diuerso iure censeri non debent, ex quibus ita in hac materia arguit *Bart. in l. Gallus. §. quidam rectè, nu.* 3. *ff. de lib. & posthum.* & ibidem *Ias. nu.* 16. *&* 35. *Aret. sub nu.* 7. *vers.* 2. *quia de proprietate sermonis*, cum alijs per *bo. me. Cardin. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib.* 4. *tit.* 3. *nu.* 20. & in terminis legati *est tex. in l. si mulieri, ff. de vsufruct. accresc.*

Tum etiam, quia Testator vsus est verbis denotantibus coniunctionem, vocauit enim, vt etiam in alijs decisionibus ponderatum fuit, totam domum Piccolomineam, quæ vocatio vtique in altera tantum
2 familia verificari non potest, quia † qui totum dicit nihil excludit, *l. Iulianus, ff. de leg.* 3. cum alijs per *Dec. in l. omnia, ff. si cert. pet.*

Et vlteriùs, apertè quoque demonstrauit, quod istas familias considerauit tanquam vnum corpus, & non earum personas singulares, dum præsertim disposuit, quod legatarij se congregare deberent, & in huiusmodi congregatione voluntas maioris partis præualeret; nam si singulas personas considerasset, non disposuisset, quod maior pars præualeret, quia
3 in his † quæ pertinent ad omnes vti singulos, maior pars non præiudicat minori. *Bart. in l. quod maior. sub num.* 1. *vers. ad istud oppono. ff. ad municip. Soc. in l. si cognati, num.* 23. *& seq. ff. de reb. dub.*

His enim sic stantibus, dubitari non potest, quin
4 censeri debeant coniunctim † vocati omnes, quia dicta verba, & dispositio, non admittunt successoriam intellectum, vt in simili respondit *Soccin. iun. in cons.* 171. *num.* 5. *& seq. vol.* 2. & ex illis quoque satis euidenter deprehenditur mens testatoris, quæ
5 † etiam in hoc sicut in cæteris principaliter attenditur. *l. in conditionibus. ff. de cond. & demonst. l. cum virum. §. sanè. C. de fideicommiss. Bart. in dicto §. quidam rectè, sub num.* 4. *in fin. & num.* 5. cum alijs per *Mantic. d. tract. tit.* 3 *nu.* 1. *& seq.*

Et omnis scrupulus remouetur ex obseruantia
6 postea subsecuta, quæ est optima rerum † interpres; nam in congregationibus à testatore ordinatis, vtraque familia conuenit, & vtraque etiam possedit apothecas sub porticu Piccolomineorum existentes, & per dictum testatorem toti domui, & progeniei de Piccolomineis relictas.

Vnde etiam non obstat quod nomen familiæ, quo
7 vsus fuit testator, est nomen † collectiuum plurium personarum, ac propterea censeri debent ordine successiuo vocati, *ex adduct. per Card. Mantic. vbi sup. num.* 28. quia satis ex prædictis constat, quod testator voluit vocare personas vtriusque familiæ insimul, & coniunctim, & totam domum Piccolomineam, natos scilicet tam ex stirpe, & sanguine Piccolomineorum, & Pij II. quam etiam ex stirpe, & sanguine Pij III. vt sonant expresse verba testa-
8 menti, † & declarauit obseruantia subsecuta, *ad l. si de interpretatione, ff. de leg. Aym. conf.* 101. *num.* 3. *&* 4. *cum simil. &c.*

☞ * *Idest sub diebus* 18. *Decemb.* 1615. *&* 22. *Iunij* 1616. *coram eodem bo. me. Rembold sunt decisiones* 697. *par.* 1. *recent. &* 314. *in præcedenti part.* 4. *recent.*

EMINENTISS. CARD. SACRATO.

Lauretana Bonorum.

Vener. 31. *Februar.* 1618.

AR-

ARGVMENTVM.

Mora cessante non potest debitor condemnari ad interesse. Emptor, qui habuit rem, & non soluit pretium, tenetur ad fructus compensatiuos. Venditor sibi imputet, si ipse dedit causam, non adimplendo aliquam conditionem, & sic emptor non soluerit pretium.

SVMMARIVM.

1 *Debitoris mora ad soluendum si cesset, non potest condemnari ad interusuria.*
2 *Debitor non tenetur ad damna, & interesse, quando non fuit in mora.*
3 *ad Fructus compensatiuos tenetur emptor, si habuit rem, & non soluit pretium.*
4 *Implere, quis non tenetur, quando aliquid per suum aduersarium est prius implendum.*
5 *Mora non committitur in illiquidis, & incertis.*
6 *Factum alienum quis non tenetur scire. & num.7.*
8 *Venditor sibi imputet, si ipse dedit causam, non adimplendo aliquam conditionem, & sic emptor non soluerit pretium.*
9 *Debitores alienos quis scire non tenetur.*
10 *Debitores alienos quis obligatus non est scire, maximè si agatur de qualitate anterioritatis. et n.11.*
12 *Venditoris persona non licet ignorare emptori, ad hoc vt illi soluat pretium.*
13 *Surd. cons. 36. nu. 14. quo casu loquatur, & n. 14. 15.*
14 *Emptor si emat sub conditione, vt sibi præstetur cautio, quo ad securationem solutionis, tunc vt constituatur in mora, est ei offerenda cautio.*

DECISIO XII.

FVIT tentum pro decisione in hac causa coram me facta 16. Iunij 1614.* quod scilicet D. Cardinalis non fuerit in mora in accollando sibi debita Pijssimi loco pretij 2. & 3. pagæ debitæ per Cardinalem dicto Pijssimo ob prædium, quod Cardinalis emit à dicto Pijssimo, cessante verò mora visum fuit
1 satis clarum, quod Cardinalis non † fuerit obligatus ad interusuria, ad quæ fuit obligatus Pijssimus erga suos creditores, siquidem directè non tenetur Cardinalis, ex quo illos in se non accollauit, neq; etiam indirectè potest dici obligatus, nempe loco damno-
2 rum, & interesse, quia ad damna † & interesse non tenetur debitor, qui non fuit in mora soluendi, *l. lecta, vers. sed si non sortis, & ibi Doct. ff. si cert. petat. Ruin. cons. 45. in princ. vol. 5. Crauett cons. 87. nu. 5. cum alijs per Surd. decis. 260. num. 18.* nisi forte te-
3 neatur ad fructus † recompensatiuos ex æquitate *l. curabit. C. de act. empt.* quod pendet à validitate depositi facti à D. Cardinale quam DD. reseruarunt ad aliam inspectionem.

Et quod D. Cardinalis non fuerit in mora soluendi, fuit deductum, quia D. Cardinalis non promisit præcisè soluere tali, & tali pro secunda, & tertia paga, sed promisit assumere in se tot debita anteriora dicti Pijssimi, quæ ascenderent ad summam debitam per Cardinalem pro dictis secunda & tertia paga, & cum hoc quod à creditoribus suis loco, & tempore nominandis, & à quolibet ipsorum sibi cedi debeant omnia, & singula iura & actiones, quæ & quas dicti creditores habent &c. Cũ igitur non fuerint ostensi D. Cardinali, quinam essent isti anteriores creditores Pijssimi, quibus soluere deberet, non fuit Cardi-
4 nalis in mora soluendi, † quia quis non tenetur implere, quando aliquid per suum aduersarium est sibi implendum, *Corn. cons. 245. num. 1. vol. 4. Mohed. de-*
5 *cis. vnica de pactis*, & in illiquidis, † & incertis non committitur mora, *l. in fideicommisso. ff. de vsur. cum alijs per Surd. decis. 179. nu. 13. Boer. decis. 106. per totam.*

Et clarum videbatur quod Pijssimus tenebatur prius implere, & ostendere creditores anteriores,
6 quia Cardinalis non tenebatur illos scire, † cum esset factum alienum *l. cum factum vbi gloss. in verb. non potest ff. de acq. hæred. l. fin. ff. pro soc.*

Et multò magis cum ius esset in qualitate anterioritatis, in qua consistebat interesse Cardinalis ad effectum reportandi cessionem iurium ab illis pro
7 exclusione posteriorum, † qui eum molestare possent in prædio empto, iuxta notata *in l. 3. C. de his qui in prior. credit. loco.*

Atque ex his non releuat, quod dicatur apparere, quod Pijssimus dederit illi notam debitorum, quia in alia decisione fuit dictum illam continere debitores posteriores, ideoquè non fuisse in mora Cardinalem, si illis non soluit, quia aut Pijssimus illam de-
8 dit, & sibi imputet † si non dedit notam anteriorem, ex quo Cardinalis non tenebatur soluere posterioribus *l. ex his prædijs C. de euict. cum ibi not.* Aut verò Pijssimus non dedit hanc notam, & res incidit
9 in idem, † quia Cardinalis non fuit obligatus scire debitores Pijssimi, maximè cum qualitate anteriori-
10 tatis. † Ideoque non fuit in mora, si illis non soluit.

Nec obstat, quod D. Cardinalis debuerit petere cautionem, non autem sub prætextu dictorum ante-
11 riorum † retardare solutionem pretij, iuxta cumulata per *Surd. cons. 36. num. 14. per tot* quia ex pluribus dictum fuit, non obstare notata per *Surd.* Pri-
12 mò quia † loquitur de illo, qui promisit soluere pretium venditori, quem non licet ignorare. Ideo non applicatur D. Cardinali, qui promisit soluere credi-
13 toribus Pijssimi, quos licuit † ignorare, donec per Pijssimum sibi formaliter ostenderentur, vt dictũ fuit supra. Secundo *Surd. & per eum allegati* loquuntur
14 in solutione promissa ipsi venditori † quæ non continet in se aliquam vtilitatem emptoris, sed tendit principaliter ad commodum venditoris. At in proposito casu solutio est destinata anterioribus ad vtilitatem Cardinalis, vt scilicet, reportaret cessionem, ideo non applicatur doctrina *Surd.* in qua certa
15 erat † persona, & promissio non continebat vtilitatem soluentis. Tertio, *Surd.* concludit quod, & in suo casu debet offerri cautio. Ideoque si Pijssimus volebat solui posterioribus, saltem debebat offerre cautionem, &c.

Adest decisio ista sub die 16. Iunij 1614. coram eodem Card. Sacrato, infra in appendice posita post decisiones anni 1626.

R. P. D. REMBOLDO.

Bononien. de Formagliarijs.

Mercur. 14. Martij 1618.

ARGVMENTVM.

Venditori si fuerit intimata lis mota super re vendita, tenetur ipse tunc assistere emptori, & hoc maximè si d. venditor promiserit in se suscipere omnem litem, & sol-

& soluere iudicatum, itaque tenetur ad omne damnum, & quocumque modo successerit euictio, siue de iure, siue de facto.

SVMMARIVM.

1 *Emptor sufficit, vt litem venditori intimet ad hoc, vt ipse teneatur emptori ad omnia damna passa.*
2 *Venditor, si facta ei intimatione ab emptore circa motionem litis super re vendita, susceperit in se litem, & promiserit emptorem seruare indemnem, tunc tenetur ad omne damnum.*
3 *Venditor, si se obligauerit indemnem seruare emptorem, tunc secuta euictione, per sententiam potest absque alio processu contra eumdem relaxari mandatum.*
4 *Venditori sufficit semel intimatam fuisse ab emptore litis motionem, & non requiritur in quolibet actu.*
5 *Promissio de iudicatum soluendo, intelligitur de iudicato valido, non autem nullo.*
6 *Venditor, si promiserit euictionem, penitusq. indemnem seruare emptorem, tunc siue euictio sequatur de iure, vel de facto, tenet.*
7 *de Legitimatione personarum, quando amplius non sit dubitandum.*

DECISIO XIII.

DOMINI steterunt in decisis die 18. Ianuarij præteriti. *

Neque enim obstat, quod dicitur, quod Ascanius debebat in omnibus actibus citari, nec sufficit ei fuisse semel litem intimatam, quia quidquid dicendum esset, si illi de Formagliarijs vellent sententiam contra Quatrinos latam, aduersus dictum Ascanium vti illorum fideiussorem exequutioni demandari, vel etiam dictus Ascanius esset fideiussor contractus tãtum, quo casu locum fortassis habere possent pro Leonibus allegata, cessat in proposito omnis difficultas non solum quia agunt ipsimet de Quatrinis emptores bonorum euictorum aduersus Ascanium venditorem, quibus propterea sufficit dicto vendi-
1 tori litem intimasse, ad hoc vt teneatur ipse dictis emptoribus omnia damna occasione dictæ euictionis passa resarcire. *l. cum quæstio, & l. cum successoris ff. de euict. l. vbi, Bart. & Bald. ff. eodem tit.* Roman. *cons. 169. in princ.*

Sed quia etiam idemmet Ascanius facta ipsi dictæ litis intimatione in iudicio comparuit, dictamq. litem in se suscepit, & dictos emptores indemnes pe-
2 nitus conseruare, ac etiam iudicatum † soluere promisit, nam hac promissione, & obligatione stante, tenetur absque dubio facere, quod dicti emptores nullum damnum, & incommodum ex dicta euictione, & lite ipsis mota sentiant quomodocumque damnum contingat, vt latè explicat *Surd. cons. 150. num. 3. & seqq. cum aliis in alia decis. alleg.* & debitum illius dicitur per propriam eius confessionem,
3 in eo, quod aduersùs Quatrinos iudicatum est, † liquidum, itaut absque alio processu possit pro eadem summa mandatum contra eum relaxari, vt latius fuit in *eadem decis. ex Bart. in l. 1. nu. 2. ff. iudic. solu. & alijs firmatum.*

Non obstat protestatio Ascanij in actu susceptionis litis facta, quod deberet in singulis actibus citari, quia placuit DD. responsio in alia decisione data, quod scilicet ista protestatio afficit Formagliarios actores tantùm, non autem Quatrinos reos conue-
4 tos, † quibus sat fuit, vt dictum est, litem ipsis motam semel intimasse venditori, nam ex tunc tenebatur ipse illi assistere, & si id non fecit, sibi imputare debet, non Quatrinis reis conuentis.

Non obstat quod promissio de iudicatum soluen-
5 do intelligitur † de iudicato valido non autem nullo *Franch. decis. 400. num. 5.* quia ista exceptio posset fortassis opponi Formagliarijs, si illi agerent aduersus Ascanium pro exequutione sententiæ aduersus Quatrinos latæ, non autem Quatrinis, non solum, quia respectu ipsorum iudicatum est validum, sed etiam quia Ascanius promisit eos penitus inde-
6 mnes † releuare, ac propterea tenetur de omni damno, siue illud de iure, siue de facto contingat ex supra alleg.

Ad alia, quæ circa legitimationem personarum, & defectum iurisdictionis dicebantur, fuit in alia decisione responsum, & quoad defectum legitimationis, in quo præcipuè informantes pro Leonibus insistunt, cessat omnis scrupulus etiam ex eo, quod
7 † petitur mandatum aduersus bona hæreditaria Ascanij. Vnde non est vlteriùs de dicta legitimatione quærendum, &c.

Decisio ista est 3. supra in hac parte, & in præcedenti par. 4. recent. habetur altera sub die 19. Decembris 1616. est in ordine 370. vbi aliæ allegantur.

R. P. D. VBALDO.

* Sancti Seuerini Dotis.

Veneris 23. Martij 1618.

ARGVMENTVM.

Dotem potest petere vxor ab hæredibus mariti sibi restitui in eisdem corporibus hæreditarijs, quamuis fuerit marito assignata æstimata, si promissio facta fuerit de restituendo eam in eisdem corporibus hæreditarijs, quia tunc æstimatio nõ fecit emptionem, amplia etiam id, si maritus disposuerit in testamento, vt vxor, sibi faciat restituere dotem in quibus suis bonis sibi bene visis, &c.

SVMMARIVM.

1 *Obligationes omnes defuncti transeunt in hæredem.*
2 *Vxori datur actio contra hæredem mariti pro restitutione suæ dotis.*
3 *Dos si sit restituenda vxori in eisdem corporibus hæreditarijs, an æstimatio bonorum hoc casu faciat emptionem.*
4 *Maritus quando promittit restituere dotem in eisdem corporibus hæreditarijs, tunc quamuis bona fuerint data æstimata, tamen habentur pro inæstimatis.*
5 *Maritus, si dederit facultatem vxori, vt pro restitutione dotis, accipiat bona ad eius beneplacitum, certum est posse petere bona ab ea data in dotem, quamuis æstimata.*
6 *Maritus accipiendo bona dotalia ad eius omne periculum, & risicum, id operatur, vt si ea alienentur, vel amittantur, cedere debeat eius damno, & non vxoris.*
7 *Alienatio in dubio non præsumitur.*
8 *Verisimilitudo in omni negotio multum operatur.*
9 *Bona dotalia, si aliqua deficiunt, quando dicatur id proce-*

procedere facto mariti, & non vxoris.

10 *Dos à marito non præsumitur alienata, stantibus pactis appositis in instrumentis dotalibus, vt non possint bona dotalia alienari.*

Sed hæc præsumptio, quando cesset.

11 *Vxor potest retinere bona mariti, donec de sua dote integrè fuerit satisfacta.*

DECISIO XIV.

DOMINA Sulpitia tradidit bona in dotem Mauritio primo viro, & Francisco Socero, vxor à Viro relicta fuit hæres vsufructuaria, donec viueret, & vitam vidualem seruaret, & per bienniũ etiam post transitum ad secundas nuptias, quibus secutis, & biennio elapsis Santuccius hæres proprietarius, & substitutus egit, & obtinuit ab A. C. mandatum executiuum pro restitutione fideicommissi retentis tamen per Sulpitiã censibus, & bonis in dotẽ datis; sed cum ipsa prætenderet non omnia bona in dotem data fuisse reperta in hæreditate Mauritij, & consequenter cessare retentionem in bonis, quæ non extant, Commissa causa in Rota dubitaui, An Santuccius teneatur ad restitutionem dotis Sulpitiæ, & fuit affirmatiuè responsum, quia ipsa habet intentionem fundatam, Primo in instrumento dotali celebrato de anno 1593. in quo tam Mauritius, quàm Franciscus pater in solidum declararunt penes se retinere, & conseruare dicta bona ad eorum risicum, & periculum cum obligatione in forma Cameræ de restituendo in casu restitutionis dotis; Secundo in alio instrumento confessionis Mauritij de anno 1607. de dote recepta à Sulpitia in bonis stabilibus, censibus, creditis, & pecunijs in summa in totum florenorum 5550. cum simili obligatione Camerali, de restituen. in casu restitutionis, & cum omnimoda relatione ad primum instrumentum, de quo supra. Tertiò ex declaratione Mauritij in testamento condito 1. Septembris 1610. in qua vult ipsam posse recipere dotem per eum, & patrem habitam in *qualsiuoglia modo senza contradittione, & in che, e come à lei parerà, & piacerà,* & non est dubium, quod dd.
1 obligationes Mauritij transierunt † in Santuccium eius hæredem *l. 1. C. de hæred. auct. l. 1. C. vt act. ab hærede, & contra hæred. l. nihil aliud. ff. de verb. signif. cum simil.* quemadmodum, nec dubitatur quin
2 detur Sulpitiæ actio ex testamento contra Santuccium pro consecutione † suæ dotis, *§. sed olim. vers. nostra autem, & §. si quis vxori instit. de legat.* Immo nec partes discordent, quod dos sit restituenda Sulpitiæ in eisdem corporibus, in quibus fuit à
3 Mauritio recepta. Vnde nec necessarium est † inquirere, an æstimatio bonorum hoc casu fecerit emptionem, *iuxta gloss. in l. si inter verum, vbi Doct. communiter C. de iure dot. cum aliis per Rol. cons. 92. num. 9. lib. 2. Surd. decis. 99. num. 9.* cum expres-
4 sa † fuerit à Mauritio promissio de restituendo in eisdem bonis in dicto instrumento de anno 1607. *gloss. & Doct. in d. l. si inter verum. Socc. cons. 56. nu. ... vers. secundus casus lib. 1. Couarr. pract. quæst. c. 28. num. 3.* quo casu bona habentur pro inæstimatis. *Surd. cons. 330. num. 25. lib. 3.* & accedit facultas, seu electio data Sulpitiæ in testamento mariti per illa verba, de quibus supra, *in che, & come à lei parerà. Surd. cons. 225. in princ. lib. 2.* Vndè cum ipsa
5 declarauerit † velle dotem in eisdem bonis in dotem datis, certum est in ijs faciendam esse restitutionem, *ad gloss. in l. vnic. §. exactio in verb. restituendis C. de rei vxor. actio. Socc. d. cons. 57. num. 5. vers. quintus casus. Cepb. cons. 532. num. 13. lib. 4.* sed sola difficultas est, an hæres Mauritij teneatur ad restituendum æstimationem membrorum, & corporum, quæ non fuerunt reperta de tempore finiti vsusfructus Sulpitiæ, & Domini existimabant Santuccium hæredem teneri ex geminatis obligationibus Mauritij auctoris Santuccij, & etiam ex obligatione paterna de custodien. saluando, & restituen. dd. bona ad omne eorum periculum, & risicum, & fortunam, quæ
6 verba † important, vt si bona non fuerint amissa, vel alienata, cum id cedere debeat ipsorum damno, vel eorum hæredis, non autem Sulpitiæ, *ad l. si is, qui vbi Bart. ff. de acq. rer. dom. cum alijs per Surd. cons. 61. num. 61. & seqq. lib. 1.*

7 Nec facit quod alienatio † non præsumatur, & ex inuentario confecto à Sulpitia post mortem viri non probetur, bona dotalia non descripta non fuisse reperta in hæreditate, cum non essent apponenda tanquam spectantia ad Sulpitiam, non autem ad hæreditatem, quia obiectum cessat, ex quo Sulpitia descripsit in eodem inuentario, nonnulla ex dd. bonis in dotem datis. Vnde verisimile omnino redditur, quod si fuissent reperta alia bona in bonis mariti,
8 etiam illa descripsisset, † quæ verisimilitudo in omni negotio multum operatur, *l. non est verisimile. ff. de eo quod met. caus. Surd. decis. 489. num. 9. lib. 4.* & optimè facit pro hac veritate declaratio eiusdem Mauritij in testamento, in quo meminit de bonis mobilibus habitis in dotem à Sulpitia, & vult, *che se ne debba infrancare ne gl'altri miei beni,* nec non de censibus emptis ex dote Sulpitiæ, dicens, *quali censi per mio difetto potriano facilmente andare à male, voglio, e dechiaro, che non potendosi recuperare vada à danno mio proprio, e che Sulpitia sia reintegrata ne gl'altri miei beni, sì di questi, come de gl'altri denari, che mi sono preualuto della sua dote, vt in Summ. Sulpitiæ num. 6. & 7.* & † sic euidenter
9 constare videtur, quod si qua corpora dotalia deficiunt, id processit facto Mauritij, non autem Sulpitiæ.

Ex quibus etiam cessat aliud obiectum, quod Sulpitia vti vsufructuaria relicta per Mauritium, possessionem omnium bonorum hæreditaits ipsius apprehenderit, inter quæ præsumendum sit, extitisse etiam omnia corpora dotalia, cum non possent alienari stã-
10 tibus pactis appositis in instrumentis dotalibus, † quia talis præsumptio cessat ex dicto Inuentario, in quo fuerunt apposita tantum quædam corpora dotalia, vt supra dictum est, & ex dicta declaratione facta à Mauritio in testamento, & ideò cum aliqua corpora deficiant, Domini concludebant, Santuccium tenere refundere residuum dotis, vel in pretio, vel in bonis hæreditarijs, quæ licebat mulieri
11 retinere, donec esset sibi † de dote integrè satisfactum, præsertim stante testamento Mauritij ponderato, vt supra. *Bald. in l. pen. C. de pign. act. Bart. in l. si filio. ff. solut. matrim. Natt. cons. 28. in princip. lib. 1. Capic. decis. 119. num. 3. Magon. decis. Lucen. 64. num. 3.*

Et ita fuit decisum, &c.

Infra in hac causa adsunt nonnullæ decisiones, nempe sub diebus 28. Nouembris præsentis anni 1618. & 16. Decembris 1619. & 4. Maij 1620. & 1. Iulj eiusdem

eiusdem anni 1620. coram eodem Vbaldo, ac in appendice post decisiones anni 1626. habes duas alias sub diebus 20. Februarij 1630. & 1. Iulij eiusdem anni coram bo.me. Pirouano.

REVERENDISS. D. VNOZETTO.
ARCHIEPISCOPO SELEVCIEN.

Bononien. Indemnitatis.
Vener. 23. Martij 1618.

ARGVMENTVM.

L. hac edictali C. de secund. nupt. per Statutum potest derogari, & quid ad hoc sit necessarium. Statutum si mandet deferri lucrum dotale marito, vxor non potest testando ei præiudicare, cum maritus illud percipiat non ex iudicio vxoris, sed ex dispositione statuti, & alia de quibus in summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Bononien. in rubric. de dotib. §. si vero: quid disponat. et nu. 6. 13. 18.*
2 *Statuta possunt derogare constitutioni l. hac edictali. C. de secund. nupt.*
3 *Et ad hoc non requiritur expressa derogatio, sed sufficit tacita resultans ex incompatibilitate.*
4 *L. hac edictali. C. de secund. nup. mandat fieri diuisionem inter filios primi matrimonij, et secundum virum per capita.*
5 *Statutum, et lex communis, si simul stare nequeunt, sequitur, vt statutum tollat legem communem.*
7 *Præseruans nihil de nouo concedit.*
8 *Statutum, quando defert lucrũ dotale marito, non potest vxor testando illud minuere, vel tollere.*
9 *Decisio 432. par. 1. recent. et alia corã Card. Blanchetto, quo casu loquantur, et num. 10. et 23.*
11 *Casus omissus à statuto remanet sub dispositione iuris communis.*
12 *Statutum si deferat marito lucrum dotale, hoc lucrum ipse percipit non ex iudicio vxoris, sed ex dispositione statuti.*
14 *Filij, quando sunt purè hæredes instituti, legitimam prætendere nequeunt, retinendo partem hæreditatis pro ea.*
15 *Filius si succedat ab intestato, vel ex testamento, legitimam nullo iure prætendere potest. et num. 19.*
16 *Legitima est portio successionis debitæ ab intestato.*
17 *Legitima debetur tam iure filiationis quàm hæreditario.*
20 *Statuta de lucro dotis debent intelligi tam condito, quam non condito testamento.*
22 *Legatum factum de eo, quod debetur legatario inutile est.*
24 *in Statutis odiosis, et correctorijs iuris communis strictissima interpretatio est facienda.*
25 *Statutum, si indistinctè loquatur, indistinctè etiam intelligi debet.*

DECISIO XV.

CVM Dominus Eques Sigismundus Maluasia prædium quoddam tanquam suum vindicaret prius Domino Hieronymo Fabæ vigore sententiæ per arbitros lata, trãsactionisq. inde sequutæ assignatum, d. D Hieronymus obtinuit causam super releuatione indemnitatis mihi in Rota committi contra Dominos de Linis ipsius auctores, qui multa contra dicti laudi validitatem, & iustitiam opposuerunt. Vnde placuit Dominis, vt suspensis pro nunc nullitatibus examinaretur iustitia prædictæ sententiæ per arbitros latæ, quæ tota ex hac quæstione dependet, quæ nam pars dotis Aemiliæ ad Hieronymum secundum maritum spectaret: quo dubio proposito visum fuit DD. medietatem d. Hieronymo esse adiudicandam, idq. vigore statuti *Bononien. in rubr. de dotib.*
1 *§. si vero,* † vbi deciditur dotem æquis portionibus diuidi debere inter filios primi matrimonij in stirpes, & non in capita, & secundum maritum sine deductione legitimè, per quam portio mariti diminui posset.

Cum enim non controuertatur inter partes d. Aemiliam duo matrimonia solum contraxisse, liberosq. ex primo tantum suscepisse, respondendum est vigore huius statuti d. dotem inter secundum virum filiosq. æquo iure diuidendam, cum non possit reuoca-
2 ri in dubium, iura † municipalia quæ vulgo statuta dicuntur, posse derogare constitutioni, *l. hac ædictali. C. de secund. nupt. vt per Roland. in tract. de dotibus. quæst. 24. in princip. Gabr. cons. 13. nu. 10. col. 2.*
3 sufficitq. licet non sit expressa derogatio, † vt tacita pernecesse super incompatibilitate ex verbis, & sensu statuti eliciatur, *Bald. cons. 495. lib. 5. Roland. d. tract. quæst. 25. num. 1.* fusè *Bero. quæst 119. nu. 5.*

Quod autem incompatibilis sit dispositio statuti Bononien. *cum d. l. hac ædictali* duabus rationibus
4 conuincitur, quia Imperator in dicta † lege mandat diuisionem fieri inter filios primi matrimonij, & secundum virum per capita, statutum verò vult fieri per stirpes: deinde in dicta lege cauetur, vt prius filiorum legitima ante diuisionem detrahatur, statutum verò contrarium verbis clarissimis disponit: & sic cũ
5 non possit stare simul † vtraque dispositio legis, & statuti necessariò sequitur, vt ipsum ius municipale d. legi deroget, *Castr. in l. 3. nu. 4. C. de inoff. testam. Soccin. iun. cons. 93. nu. 7. in fine, & seqq. lib. 1. Monterent. ad statutum in verb. legitima, Rota decis. 432. num. 3. lib. 1.*

Hoc posito non obstat secunda pars statuti, in qua permittitur vxori, vt possit disponere per viam testamenti, quia semper statuentes expresè mandarunt vt præseruetur legitima filijs, & marito pars, quam
6 lucrari debet secundũ formam † dictorum statutorum: ex forma autem d. statuti debet esse æqualis portio, & sic per istam partem vltimam non est immutatum
7 lucrum dotale ex parte mariti, cum qui † præseruat nihil de nouo concedat, *Dec. cons. 283. num. 3. Paris. cons. 13. num. 12. lib. 1.* Idq. tanto magis quia ista præseruatio habet relationem claram ad dispositionem præcedentis statuti, quod sine dubio ex supradictis derogat dispositioni, *l. hac ædictali* stante præci-
8 puè regula, quod quando † statutum defert lucrum dotis marito, non potest vxor testando illud tollere, aut minuere, *Castr. in l. si cum dotem in princip. numer. 11. ff. solut. matrim.* qui de communi testatur *Roland. in tractat. de dote quæst. 82. nu. 1. 2. 10. et 11. Dec. cons. 76. num. 8. vsque ad finem, Osasch. decis. 20. num. 6. Thesaur. decis. 34. in princip.*
9 Nec obstare visa fuit † *decisio 432. par. 1. in nouis,* & alia manuscripta, quæ datur coram bo. mem. Cardinali Blanchetto; responsum enim fuit, multum discrepare casum supradictarum decisionum à proposita facti specie: in illo enim casu mulier non contenta marito lucrum dotale à statuto limitatum relinquere

quere, ipsum hæredem exhæredata filia scripserat cum ipsa ex dote decem millium duo solum vnicæ
10 quam † ex primo matrimonio susceperat, filiæ dedit, reliqua vero secundo marito testamento donauerat, vt videre est ex lectura supradictarum decisionum, qui quidem casus tanquam omissus à statuentibus
11 remanebat † sub dispositione iuris communis: & ita nihil mirum si Rota tunc censuit, non fuisse eo casu derogatum dispositioni *d.leg.hac edictali.*

Secus autem dicendum est, quando marito nihil relinquitur, sed id solum præseruatur quod suum est, aliàs subuerteretur dispositio præcedētis § ad quem
12 subsequens relationem habet, cum † secundus maritus hoc lucrum non percipiat ex iudicio vxoris, sed dispositione statuti *d. Castr. in l. si cum dotem in fin. ff. solut.matrim.cum sup.alleg.*

Ex quibus euidenter patet maximam adesse differentiam inter illum casum, & istum, in quo Aemilia filios ipsos hęredes instituti, cum de hac facti specie
13 non possit loqui statutum in d.§.idem dicimus, † vbi disponitur, vt semper reseruari debeat legitima filijs: cum enim ipsi puri hæredes instituuntur, legitimam
14 prætendere non possunt, retinendo partem † hæreditatis pro legitima, & aliam repudiando *argumento leg.1. & 2. ff.de acquir.hæredit. Bart. in l. pro hærede. §.seruo. ff.de acquir. hæredit. & in l. gerit nu.2. & ibi addentes fusissimè Bald. Salicet. post Alex. post Cinc. in l.hæres.C.de impuber.& alijs substitut. Bald. in l.vnica in verbo quoad primam.C.quando non pet. part. Abb.in cap. Rainutius in fine extra de testibus, & post eum Gugl. de Bened.* vbi dicit filium succe-
15 dentem ex † testamento seu ab intestato legitimam nullo iure petere posse, idq. ea ratione, quia legiti-
16 tima cum sit † portio successionis ab intestato, debita, *l. quæ nuper. C.de inoff.testam.& in d.cap.Rainutius in verbo partis, quæ sibi debebatur ab inte-*
17 *stato,* id o debetur filio tàm † iure filiationis, quàm hæreditario, vt benè explicat *Tiraquel.de primogen. quæst.35.num.10. qui multos cumulat Bero. quæst. 7.num.10.*
18 Et ita, cum d. statutum in d. §. item dicimus, expressè mandet, vt legitima filijs præseruetur; pernecesse sequitur non præsupponi casum quo filijs fuerunt præscripti hęredes, quia nullum hæredibus,
19 † seu ex testamento, seu ab intestato ius exigdēæ legitimę cōpetit ex supradictis stante maximè, quod si-
20 milia statuta, quæ deferunt lucrum dotis † marito, debent ęque intelligi condito, seu non condito testamento, *Roland.de lucro dot.quæst.82. nu.3. Mantic. de tacit.& ambig.lib.12. tit.20.num.13.*

Nec placuit obiectio desumpta ex eo, quod D. Aemilia legauerit d. Hieronymo marito, id quod cōsequi debebat vigore statuti; placuit enim responsio
21 superius deducta, dictū Hieronymum lucrum istud vigore testamenti non prætendere, sed in vim iuris
22 à statutò sibi quęsiti, vltra quod hoc † legatum tanquam factum de eo, quod aliunde debetur legatario inutile est, *l. si creditori. de leg.1. § ex contrario.instit.de leg. cum allegatis per Surd.cons.113.num.27. & seqq.* & saltem maritus non fuit hęres institutus,
23 † vt in casu decisionum coram Card. Blanchetto.

Nec etiam obstare potest, statutum debere intelligi de dotibus à parentibus, vel alijs constitutis, non autem de dote ab ipsamet Aemilia sibi constituta,
24 quia in odiosis † sicut est istud statutum correctoriū iuris communis, strictissima interpretatio sumenda est, vulgatis iuribus. Placuit enim responsio, statu-
25 tum indistinctè † loqui, & debere intelligi de quacumque muliere dotata à seipso, seu alio, cum bona mulieris non minus ea sint, quæ ipsa sibi in dotem constituit, quàm ea quę ab alijs accepit, vt in specie respondit *Phanucc. de lucr.dot. in verb. restituenda.num.6. & seq. Menoch.cons.277.num.47.& seqq.* cum alijs fusiùs deductis *in vna Beneuentana dotis coram me Veneris 1. Decembris 1617.* in qua hęc quæstio in puncto deducitur.

Omnibus alijs obiectionibus plenissimè satisfaciunt informantes pro D. Hieronymo, cum quibus Domini transierunt.

Et ita decisum vtraque parte informante &c.

☞ *In eadem causa habes infra duas alias decisiones, prima est sub die 6. Iunij huius anni 1618. altera vero sub die 17.Decembris pariter 1618.*

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VEROSPIO SEN.

Romana Dotis.

Veneris 30. Martij 1618.

ARGVMENTVM.

Dispositio auth.res quæ. C.comm.de legat. cum non sit fundata in præsumpta voluntate testantis, sed in publica vtilitate, cum Reipublicę expediat, vt liberis hominibus impleatur Ciuitas, ideo stante in contrarium testatoris siue tacita, seu expressa dispositione etiam non alienandi ex causa dotis, nihil obstabit d. auth.

SVMMARIVM.

1 *Auth.res quæ.* C.*commun.de legat.an cesset stante probibitione testatoris alienationis etiam ex causa dotis, & num.2.*
3 *Bona fideicommissaria possunt alienari ex causa dotis, etiamsi testator aliud præcisè statuerit.*
4 *Auth.res quæ. C.commun. est fundata in publica vtilitate, inde proueniente, quòd facilius nuptiæ contrabantur.*
5 *Vtilitas publica debet præferri priuatæ.*
6 *Dispositio expressa dum habetur, non est recurrendum ad tacitam.*
7 *Imperator in auth.res quæ.C.commun.de legat.arguit antiquos legislatores, quod plurima ex generalibus hypotecis per præsumptionem exceperunt.*
8 *Testatoris probibitio non alienandi bona etiam ex causa dotis nec tacita, nec expressa, quare nihil valeat.*
9 *Testator si in parte se conformauerit cum dispositione iuris communis, in reliquis non præsumitur voluisse ab eo discrepare.*
10 *Descendentes in subsidium quis dotare tenetur.*
11 *Testatoris præsumpta voluntas sufficit, ad effectū ne ille pro constituendis dotibus alienationem abhoruisse dicatur.*
12 *Pater dempta legitima de reliquis bonis ad suum libitum disponere potest.*
13 *ob Dotis priuilegium de bonis parentum filiæ etiam vltra legitimam consequuntur stante auth. res quæ. C.comm.de legat.*
14 *Argumentum de legitima ad dotem non procedit. Legitima solis filijs, alijsq. primam in successione causam*

causam habentibus debetur. num. 14.
15 *Dos indistinctè debetur omnibus descendentibus.*
16 *Auth. res quæ. C. comm. de legat. in omnibus descendentibus etiam vltra filiam, & neptes habet locũ.*
17 *Et hoc procedit tam in natis viuo testatore, quàm post illius obitum.*
18 *Statutum Vrbis lib.1. cap.141. disponit, filias fœminas, vel neptes paterno, & auito testamento acquiescere debere.*
19 *Statutum, si se restringat ad certas personas, si alijs sit præiudiciale, ad eas non extenditur.*
20 *Extensio ex verisimili mente statuentium, quando non intret in statutis.*
21 *Diuinare, quis non potest.*
22 *Dotes in dies augentur, & semper iuxta præsentem familiæ statum, & dignitatem debentur.*
23 *Statutum Vrbis lib.1. cap.141. congruam, & necessariam dotem non excludit.*

DECISIO XVI.

QVONDAM Lucas de Maximis de anno 1549. condito testamẽto primogenituram super Castris Preseudi, Praticę, Pistertij, alijsque suis bonis instituit, & ad eam iure prælegati vocauit Lelium filium suum primogenitum, & successiuè descendentes illius masculos in infinitum de primogenito in primogenitum, & vbi primogenitus, sororibus, filiabus, neptibus, vel proneptibus, ac alijs fœminis nubilibus grauatus existeret, tunc eidem licere voluit dictę primogenituræ fructus locare, vendere, & alienare, etiam per triennium, semper tamen proprietate penes ipsum remanente, & non aliter, nec alio modo. Prohibendo insuper ex quacumque causa quamtumuis necessaria, etiam dotis istorum bonorum alienationem, vt in eadem primogenitura latius continetur. Hęc autem bona successiuè post Lelij obitum ad Pompeum deuenerunt, qui decessit relictis Octauia ex primo matrimonio filia, & ex secundo Cęcilia, & Antonio superstitibus; & cum iam Octauia nubilis esset ætatis, fuit ad eius instantiam pro dotis consequutione iudicium intentatum coram Illustrissimo Cardinali Lancellotto, qui pronũciauit ipsi Octauiæ dotem in summa scutorum tresdecim millium assignandam esse, demum causa per appellationem Illustrissimo Cardinali Camporeo cũ Voto Rotæ commissa, fuit ab eo dubium transmissum. An pro dictis Octauia, & Cæcilia, Lucę proneptibus dotandis primogenituræ bona possent alienari, quo dubio per me hodie proposito, Domini fuerunt vnanimiter affirmatiuam partem amplexi, cum præsupposito tamen, quod istæ puellę non possint aliquo pacto, iuxta modum à testatore præscriptum, nec aliunde dotari: Nam licet inter Doctores non læuis adsit controuersia super dispositione, *authenticæ resq. C. commun. de leg.* An illa videlicet locum
1 † habeat in alienationis prohibitione specialiter ex causa dotis facta, quorum aliqui, & præsertim, *Alex. cons. 56. num. 3. lib. 1. cum alijs relatis in causa Romana scutorum 7. mill. sub die 6. Iunij 1605. coram Iusto*, negatiuam partem ex eo fuerunt sequuti, quod huiusmodi authenticam in præsumpta fideicommit-
2 tentis voluntate † fundatam esse censuerunt, quæ pręsumptio non procedit, vbi expresè fuit à testatore prohibitum ex causa etiam dotis bona distrahi.

Contrariam tamen sententiam vti veriorem, & magis receptam nimirum tali prohibitione non ob-
3 stãte † posse nihilominus dicta bona quando alia nõ suppetunt, alienari, *tenuerunt Paul. de Castr. cons. 80. num. 1. vers. sed hoc non obstat, lib. 1. Dec. cons. 579. num. 4. vers. secundo etiam*, vbi de communi testatur, & ab ea dicit in iudicando non esse recedendum, *Socc. sen. cons. 75. num. 6. lib. 1. Curt. sen. cons. 27. num. 12. & seq. Rip. in l. filius fam. §. diui. num. 75. vbi Ambros. de Opizo sub num. 57. vers. quam tamen opinionem, de leg. 1. Bero. quæst. famil. 110. in princ. Bald. Nouell. tract. de dote, quæst. 13. nu. 1. & 2. Ias. in d. auth. res quæ, sub num. 32. limit. 13. vers. puto non esse verum, Ant. de Padil. ibidem sub num. 116. vers. sed iudicio meo, Phanuc. de lucr. dot. glos. 10. num. 77. Ioan. Lup. pal. in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 16. sub num. 14. Gregor. Lopez. ad part. tit. 11. leg. 6. glos. 4. quæst. 5. Fachin. Cont. Iur. lib. 4. cap. 48. vers. sed istis ergo Molfel. ad consuet. Neapol. par. 3. quæst. 1. sub num. 42. Graff. in §. fideicomissum, quæst. 57. sub num. 3. vers. contrarium Marzar. in Epitom. de fideicom. quæst. 8. sub nu. 43. vers. contrarium, Peregr. de fideicom. art. 42. sub numer. 9. vers. eius tamen, Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 189. sub num. 116. vers. contrariam opinionem, Sim. de Prat. de interpret. vlt. volunt. lib. 2. interpret. 2. dubit. 2. solut. 2. nu. 81. Marescot. var. resol. lib. 2. cap. 69. sub num. 16. Rimin. iun. cons. 514. num. 25. vers. respondetur, lib. 5. Bellon. cons. 83. sub num. 6. vers. quod adeo verum est, Siluan. cons. 90. numer. 11. Guidop. decis. 96. sub num. 1. vers. ad primum quæsitum, Boer. decis. 129. num. 5. Surd. decis. 72. numer. 11. vers. Senatus tamen, Ioseph. Ludouic. decis. 28. num. 78. & seq. Viu. decis. 18. num. 26. lib. 1. Thesaur. decis. 192. sub num. 10. vers. nec etiam, Rota Bononien. super statutis, decis. 47. num. 7. & 11. Tiraq. de primog. quæst. 57. num. 8. Cephal. cons. 683. num. 9. lib. 5. Intrigliol. de substit. cent. 3. quæst. 73. & num. 274. Ioan. Bernard. tract. de Dotario, par. 3. quæ. 15. per tot.*

Ea moti ratione, quia *dicta authentica resq.* non in præsumpta testatoris voluntate, sed in publica
4 vtilitate fundatur inde proueniente, † quod faciliùs nuptiæ contrahantur, per quas liberis hominibus Ciuitas repletur, *vt ex §. quamobrem, in auth. de restit. & ea quæ par. vnde sumitur, dicta auth. res quæ, ibi, Vt si quis de cætero restitutionem suarum rerum fecerit, primum quidem seruet filio legitimam partem, siue tertiam, siue mediam secundum filiorum numerum, deinde ex reliqua substantiæ parte, si non sufficerit legitima pars ad dotis, aut ante nuptialis, donationis oblationem honestè, & secundum personarum qualitatem, & merita excipere etiam hoc ad restitutionem secundum quod adiectum legitimæ parti dotem, aut antenuptialem facit donationem. Sancimus enim secũdum hunc modum excipi modis omnibus ad restitutionem nuptialia documenta, &c.* Et
5 paulò infrà. *Ea enim quæ communiter omnibus † prosunt ijs, quæ specialiter quibusdam vtilia sunt, præponimus &c.*

Ex quibus verbis apertè colligitur à fideicommissi restitutione legislatorem voluisse non modo legitimam excipi, sed quicquid esset pro dote dandum, si legitima nõ sufficeret: Vnde cum habeamus expres-
6 sam † Authenticæ dispositionem non videtur ad præsumptam testatoris voluntatem esse recurrendum, *Bero. d. quæst. 110. in princip vers. & quoad. Guidop. decis.*

decis 96. num.2. vers. vnde, Castren.cons.80.num.1. lib.1. & alij supra allegati.

Immo satis hæc ratio præsumptionis excluditur, cum in eadem Authentica Imperator arguat antiquiores legislatores, quòd plurima † ex generalibus
7 hypothecis per præsumptionem exceperint, ipsum autem dicit ex maiori, & meliori sententia nuptialium lucrorum exceptionem facere, & ob id præsumptionem sibi non esse necessariam.

Ex quibus clarè patet, *dictam Authen. res quæ,*
8 non in testatoris præsumpta mente, † sed in publicæ vtilitatis ratione consistere, quæ ratio, tàm in expressa, quàm in tacita prohibitione viget. *Castr.d.cons. 80.num.1. Dec.cons.579. num.4. Curt.sen.cons.27. nu.12. & seq. Ias.d.auth.res, quæ sub nu.32. Curt. iun.num.12. Padil. sub num. 116. vers. nam cum ex eo, Rip.in l.filius famil. §. diui, de leg.1. vbi Ambros. de Opiz.num.137. vers. pro quo arguo, Loazez.numer.135.Romul.120. vers. hoc non tantum, Lup. d. §.16.num.14. vers.pater verò, Phanuc. de lucr. dot. d.glos.10. num.77. Bero.dicta quæst.110. sub nu.5. vers.vltimam sent. Bernard.de dot. d.quæst.15.vers. fundamentum, Petr.de fideicomm.dicta quæst.8.numer.377. et seq. Peregr. art. 42. sub nu.9. Tiraquel. de primog. dicta quæst. 57. sub num. 8. vers. primo quia. Menoch. præsumpt.189. sub num.116. Rimin. iun.cons.514.sub num.24. Bellon.cons.33. sub nu.6. vers. ratio est, Soccin.iun. cons.119. nu.11.vers tertio potest, lib.2. & in dicto §.diui, num.174.vers.sed sic est, Curt. iun. cons. 69. num. 6. lib. 1. Curt.sen. cons.27. num.13. Dec. 519. sub num.3. vers. vbi inquit, & sub num.5. vers. & hoc confirmatur, Guidop. decis.96. sub num.2. vers. videtur, Surd. decis. 62. sub num.15. vers. secunda principalis ratio, Ioseph. Ludou. d.decis. Lucen.28.num.86.*

Præterea nec in casu nostro videtur obstare testatoris voluntas, in qua contraria opinio fundatur, cũ hic testator fœminas ex ipso descendentes dotari mandauerit, licèt ad fructus fideicommissi trium an-
9 norum se restrinxerit, † quæ dispositio sicut iuri congruit, *in l.mulier. §.cum proponeretur. ff.ad Trebel. Ias.in dicta auth.res, quæ. num. 33. vers.12. limitatio, Molin.de primogen. lib.4. c.6. num.15.* Ita pariter in reliquis illum à iure communi non discrepare præsumitur, & propterea si fructus triennales pro dotis congrua non sufficerent, eundem testatorem non obstante ipsius prohibitione dicta bona pro dotibus alienari voluisse, *Aymon.cons.291.nu.4.5.& 6.Marzar.in epit.de fideicomm. quæst.48. propè fin.vers.an vero si post prouisionem, Menoch. cons.33. num.22. lib.1. & cons.247. num.24. lib.3. Molin. de primog. lib.4. cap.6.*

De iure enim communi testator, si viueret, de-
10 scendentes in subsidium † dotare cogeretur, *l.dedit dotem. ff.de collat. bon. l. auus.ff.de iur.dot. l.fin. §. vtramque. C.de dot.promiss. l.cum seruus 82. §.nam quod. ff.de cond. & demonstr. Castr. in l.mulier. §. cum proponeretur, sub nu.2. vers. nam onus dotandi. ff.ad Senat.Consult.Trebell.& in d.auth.res quæ, num.10. Natt.cons.61. sub num.3. vers.eamdem declarationem, Bald.in auth.res quæ nu.12.vbi Curt. iun.sub num.13.vers.nam si benè, Bald.Nouell.in tract. de dot. part. 6. priuil.16. num.3. Campeg.eod. tract.q.18.Odof.de dot.rest.in princ. Rub. Alex.cons. 124.num.3.Menoch.cons.24 num.24.lib.3.*

Quæ testatoris præsumpta voluntas sufficit ad ef-
11 fectum, ne ille pro constituendis † dotibus alienationem abhorruisse dicatur, *Mantic.de coniect. lib.3 tit. 3.num.10. Molin. de primog. lib.4. cap.6. num.10. Surd.decis.62.num.5.*

Nec distinctio releuat, *Curt.iun.in d.auth.res quæ, num.35.in fin. & cons.158. num.1.lib.2. Crot.in repet.d. §.diui, num.59.* firmantium alienationem hu-
12 iusmodi pro † legitima solum procedere, cum ea dempta pater de reliquis bonis ad sui libitum disponere valeat, *l. parentibus.ff.de inoff. testam.* Nam vltra quod ex particulari huius Authenticæ disposi-
13 tione ob dotis priuilegium de bonis † parentum filij, etiam vltra legitimam consequuntur, *gloss.communiter approbata in d. §. quamobrem, vers. si non sufficit, & vers.& nota, auth.de restitution. & ea &c. Peregr. de fideicom. d. art.42. sub num.3. & 9. vers.nam cum grauat, Fachin. lib.4. d.cap.48. vers. ex ijs verbis, Bernard. d.quæst.15. propè fin.vers. & ad hanc rationem.*

14 Respondetur nihilominus, argumentum † de legitima ad dotem non procedere, cum legitima solis filijs, alijsq. primam in successione causam habentibus debeatur, vt post *Bart.Fabian.in auth. nouissima num. 24. C. de inoff. test. Berengh. Fernand. in l.quartam, in secunda præfat.num.81. vers. altera conclusio, ff ad leg.Falcid.Crass.in §. legitima, quæst. 4.num.1.vers. si verò.*

15 Quod secus accidit in dote, † quæ indistinctè descendentibus quibuscumque debetur, *Bald. d.auth. res quæ, num.12 Padill.num.56.& seq. Rip.in l.1.numer.74 ff.sol. matr. Menoch. præsum.189. num. 17. & 105.lib.4.*

Non obstat, prædictam *auth.res quæ*, vltra filiam & neptem non procedere, *Alciat. cons. 164. tom.3. lib.9.Honded.cons.76.num.13.lib.1.* Contraria enim opinio verior, & receptior habetur, cum hæc Au-
16 thentica fundetur, vt dixi in publica vtilitate, † quæ in alijs etiam descendentibus vltra filias, & neptes militat, *Ias.in d.auth.col.fin.in 13.limit.& ibi Bald. num.12.Cur.iun.num.13.Ant.de Padil.nu.58.Surd. decis.72.num.13. Cephal.cons.683 num 9. Marzar. de fideicom. quæst.48. sub num.22. Petr. de fideicom. quæst.8.num.391.& seq. Ioseph.Ludou decis.Lucen. 28. sub nu.80. vers.tertio quia, Menoch. præsumpt. 189.num.11.& seq. lib.4. Paul.de Castr.in l mulier. §. cum proponeretur, num.20. ff.ad Trebell. Bart. in auth.res quæ. sub num. 4. Ruin cons. 89. sub nu.41. vers.dicens etiam, & cons.190. num.6.lib.2. Soccin. iun.in repet. §.diui, l. filius fam.num.155.ff.de leg.1. Molin.de primog. Hisp.lib.4 c.6. sub num.4.vers.cæterum quamuis, Couar.var.resol.lib.3.cap.6. sub numer.10. vers. primum enim, Bero. quaest.100. sub num.5.vers. propter hoc tamen, Rota decis.37.nu.2. par.1.diuers.*

17 Et eadem ratio non solum in neptibus, † alijsque viuo testatore descendentibus procedit, verum etiam in natis, & post illius obitum conceptis, *Paul. de Castr. d.l. mulier. §. cum proponeretur, ad Trebell. Curt.iun.in dicta auth.res quae, num.11.vers debemus ergo, & num.13. vers. potius, & num.18. vers. retenta tamen, Ruin. cons.89. num.41. vers.dicunt enim, lib.2. & cons. 137. num.17. & 19. lib.2. Soccin.iun.in repet. §. diui, in leg. filius fam. num. 155. ff.de leg.1. Menoch.de praesumpt.lib.4 praesumpt.189 num. 13. & seq. Eugen.cons.54. nu.21. vsque ad 31. Petr.de fideicom. quaest.8. num.400. Thesaur. decis.*

Pedem.

Pedem.192.num.11. Ioseph Ludou. decis. Lucen.28. num.96. Rot.*decis.37. num.5. 6. & 7. par.1. diuers. Seraphin.decis.461.sub num.6. Molin. de primogen. Hisp.lib.2.cap.15.num.57.*

Non obstat Vrbis Statutum lib. primo, cap. 141.
18 disponens filias fœminas, † vel neptes Paterno, & Auito testamento acquiescere debere. Quia cum statutum de Filia, & Nepte, à Patre, vel Auo dotatis, loquatur ad proneptes, cæterasq. descenden-
19 tes † tanquam eis præiudiciale non extenditur, *Bald.in l.1.in fin.vers.puta si statutum.C.de success. edict. Campeg.in tract.quod stan.maso.quæst.4.n.28. Rebuff. in l.liberorum 220. §.sed & Papirius, vers. ego tamen dicerem, ff. de verbor.signif.*

Nec inducitur extensio ex verisimili statuentium
20 mente, qui ad filiam, † & neptem se tantummodo restrinxerunt de Patris, & Aui dilectione, & prudentia confisi, quod videlicet ipsi iuxta præsentem familiæ statum, & temporum qualitatem congruam essent dotem filiabus, & neptibus constituturi, quod secus accidit in alijs posterioris gradus descenden-
21 tibus quorum respectu † testator diuinare non poterat; quæ nam de tempore nuptiarum dos futura esset congrua, cum ex temporum varietate dotes au-
22 geantur † in dies, & semper iuxta præsentem familiæ statum, & dignitatem debeantur, *dicta auth. res quæ, & d.§.quam ob rem, Aym.dicto cons.291. Marzar.in epit. de fideicomm. dicta quæst. 48. num.76.*
23 Denique dicitur statutum prædictum congruam, † & necessariam dotem non excludere, *Paul. de Castr. consil.275.num.6.lib.1.* quem sequuta fuit *Rota in causa Romana supplementi Dotis 12. Nouemb. 1588. coram Orano.*

Super hoc eodem fideicommisso Lucæ de Maximis habetur infra altera decisio sub die 20 Iunij 1619. coram bo.me. Remboldo, quæ decisio postea acriter articulo discusso, & pro magis eruenda veritate huius opinionis ad incudem disputationis semel, ac iterum reuocata, in decisis Rota stetit, sub die 29. Decembris 1641. coram recol.me. Merlino, quæ decisio erit in 8.part.recent.

REVERENDISS. DVNOZETTO
ARCHIEPISCOPO SELEVCIEN.

Romana Retractus, seu Prælationis.

Lunæ 2. Aprilis 1618.

ARGVMENTVM.

Censuario licet ante Bullam sanct. me. Pij V. receptum erat non competere retractum, tamen hodie secus est, & diluuntur multæ obiectiones, quæ opponebantur censuario ad effectum illum excludendi à tali retractu. Bulla fel.rec.Gregor.XIII. super retractu, vt habeat locum, quid requiratur. Vicino, vt competat retractus, quidnam probare teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Censuario si competit ius prælationis in emptione rei censuatæ, ita, & multo magis retentio.*
2 *Census emptus post litem motam, an suffragetur ad effectum prælationis.*
3 *Censum antiquiorem habens in re, est præferendus alijs in emptione d.rei.*
4 *Censum, nec aliam rem, quis habere nequit in re propria, limita num.5. & 6.*
7 *Hypoteca non extinguitur per acquisitionem dominij rei factam reuocabiliter.*
8 *Census quando reuiuiscat.*
9 *Census nullitas à quo sit alleganda.*
10 *Prælationis ius inter censuarios, an competat illi, qui habet censum maioris quantitatis.*
11 *Prælatio respectu census in quo sit fundata.*
12 *Retractus si competat consortibus, an sit præferendus ille, qui habet maiorem partem. & num. 13. & 14.*
15 *Anchar. in cons.370. quo casu loquatur.*
16 *Statutum, si simpliciter loquatur, non est trahendum ad casum mixtum.*
18 *inter Priuilegiatos plures est præferendus ille, qui est magis priuilegiatus.*
19 *Item ille, qui agit de damno vitando.*
20 *Item ille, cui assistit ius commune sublato priuilegio.*
21 *Vincula duo magis ligant.*
22 *Et hoc est verum, quatenus ambo sint paris potentiæ, & effectus, aliàs strictiùs ligare nequeunt.*
23 *Vicino de Iure communi non competit retractus.*
24 *Bulla Gregor XIII. super retractu loquitur abrogatiuè ad præcedentes Constitutiones.*
25 *Et vt dicta Bulla habeat locum, probandæ sunt eius qualitates.*
26 *Vicinus si non probet omnia requisita iuxta Bullam Gregor.XIII. super retractu, aliquod ius non potest prætendere.*
Et hoc multo magis cum ea sit exorbitans à iure communi num.26.
27 *Iudicio illius Tribunalis, in quo aliquis articulus sæpissimè ventilari solet, multum deferendum est.*
28 *Lex trahitur ad futura.*
29 *Bulla sanct.me.Pij V. super prælatione concessa censuarijs, quatenus dicatur habere oculos retro.*
30 *Censuarios in re censuata non potest dici verè condominus, & ideo ante Bullam Pij V. non competebat ius retractus.*
31 *Census dominus, quod sit præferendus alijs, hoc est valde consonum iustitiæ, & æquitati.*
32 *Lex si procedat per viam declarationis comprehendit etiam præterita.*
33 *Census non potest dici, quod sit validè creatus, licet adsit aliquod pactum, quod non repugnet eius substantiæ.*
34 *Census substantia in quo consistat.*
35 *in Census constitutione quatenus adessent aliqua pacta contra eius naturam, tunc non contractus, sed ipsum pactum annullaretur.*

DECISIO XVII.

DOMINI censuerunt sororibus obstare censum emptum per Iosephum, quia sicuti ex priuilegio prælationis vigore Bullæ sanctæ me. Pij V. domi-
1 no census competit † actio, ita & multo magis retentio, *l.per retentionem C. de vsur. Surd. dec. 253. num.11. & dec.277.num.13.* & in his terminis tenuit *Rota in causa Romana vineæ 26. Iunii coram Illustriss.D.Card.Ludouisio.*
2 Non obstat censum † fuisse emptum post litem motam, quia hoc obiectum fuit sublatum in alia decisione facta ad fauorem sororũ, ex *Oldrad. cons.299. num. 3. Gabr. de iud. conclus. 4. num.40. & alijs ibi allegatis.*

Non

Non obſtat mulieres præueniſſe in emptione al-
terius cenſus, & in illius appoſitione per litis conte-
ſtationem,quia placuit reſponſio, talem præoccupa-
tionem non debere attendi contra Ioſephum reum ,
& poſſeſſorem , qui ratione dicti cenſus anterioris
3 dicitur habere † ius antiquius , & propterea præfe-
rendus. *Bart.in l.ſingularibus nu.1.verſ.ſi vero non,*
ff.de leg.1 & poſt alios in his terminis tenuit Rota
deciſ 475.num.14.& ſeq par.1.diuerſ.& fuit dictum
in vna *Neapolitana Monaſterij Lunæ 29. Aprilis*
1603.coram Illuſtriſs.D Lancellotto.

Non obſtat Ioſephum de tempore emptionis hu-
ius cenſus fuiſſe dominum huius vineæ , & ſic non
potuiſſe acquirere cenſum niſi extinctiuè , cum non
4 poſſit quis habere † cenſum, nec aliam ſeruitutem
in re propria *Seraph.dec.872.num.3.*& fuit dictum
in *Romana Domus Mercurij 22. Iunij 1611. coram*
Illuſtriſs.D.Card. Lancellotto.

Quia placuit reſponſio,obiectum non procedere ,
5 quoad ius retentionis , & conſeruationis † rei poſ-
ſeſſæ,ad quem effectum Ioſeph d.cenſum emit , ne
aliàs efficiatur deterioris conditionis *l. 1. C. ſi antiq.*
Credit.& ibi gloſſ.in verb.obtuleris in l quia debito-
re, ff.qui pot.in pign.Gab.Capicc.dec.43.nu.4.& ſeq.
& in his terminis poſt alios *Franc. dec.550. à nu.4.*
6 *ad nu.6.* maximè quia cenſus † fuit emptus penden-
te lite ſuper reuocatione dominij ex parte ſororum,
7 quo caſu ſicut nec de iure hipotheca † extinguitur,
quia acquiſitiò dominij vineæ dicitur facta reuoca-
biliter *l.ex ſextante §.latinus , & ibi Bart.ff. de ex-*
*cept.rei iud.*latè *Neguſ.de pign 5 par.1.memb.n.55.*
Afflict.dec.237.nu.5.& ibi Vrſill.nu.2. Ita nec cen-
ſus ad effectum prælationis, cum & caſu quo ſoro-
8 res eſſent præferendæ in emptione huius vineæ †,
cenſus iſte reuiuiſceret ad fauorem Ioſephi ad effe-
ctum agendi, quia extinctio tunc prouenit ſolum no-
mine incompatibilitatis , vt tenuit Rota *coram Se-*
raphino d.dec.87. & ſub num. 3. in *Romana cenſus*
20.Febr.1612.coram R.P.D. *meo Pamph.in* Roma-
na reſciſſionis inſtrumenti Veneris 18.Martij 1616.
coram R P.D.*meo Vbaldo , & in Veliterna cenſus*
Lunæ 20.Iunij 1616.coram R.P.D. meo Decano.

Non obſtat emptionem vineæ fuiſſe nullam ob nõ
ſeruatam formam Bullæ Pij V. quia hoc fundamen-
to admiſſo magis incompatibile redditur priuilegiũ
prælationis,cum tunc ceſſaret fundamentum ſupra-
dictum, quod Ioſeph ſit dominus, & cenſuarius , ſed
9 & nihil afficit,† quia ſimilis nullitas poterat allega-
ri à domino cenſus venditi Ioſepho , & ſicut ille po-
tuiſſet vigore dictæ Bullæ agere , ita eſt Ioſeph ex
deductis in alia deciſ.

Non obſtat cenſum ſororum eſſe maioris quan-
10 titatis, † & ita præferen. *ex Anchar. conſ. 370. &*
aliis allegatis. Nam vltra quod ſimile non viſum fuit
benè proportionari , cum prælatio reſpectu cenſus
11 ſit fundata in præexiſtenti vinculo , † & iure quod
acquiſiuit cenſuarius ſuper re cenſuata, quo caſu lo-
cus eſt regulæ, *l.2.qui pot.in pign. hab. Magon. dec.*
Florent.9.nu.1.Seraph.dec.187.num.1. & in termi-
nis retractus *Ruin.conſ.27.num.12.verſ.Ideo contra*
*tertium lib.4.*Rot.*diuerſ.dec.475.num.14.par.1. &*
in dicta Neapolitana coram Illuſtriſs.Lancellotto.

Placuit & Dominis reſponſio, non eſſe attenden-
12 dam maiorem partem , quia & in retractu compe-
tente conſortibus, firmauit per illum *text. Bald. in*
l.1.nu.5.verſ.non obſtat,quod ſi alius.C.de commun.
ſeru.manum. Ruin.conſ.27.num.5 & 12. lib. 4. vbi
13 optimam aſſignat rationem,† quod cum vnus ab al-
tera nõ differat niſi per plus,& minus,& ſic non ſpe-
cie *l.fin.ff.de fund.inſtrum.* non poteſt tunc dici pri-
14 uilegium minus potentius altero, † quia in ſubſtan-
tia inter ſe non differunt, alios refert *Tiraq. de re-*
tract.lig.§.11.gloſ 6.nu.11.nu.17. quod optimè ob-
ſeruauit *Flor.de S.Petro inter conſ. Anchar.371. &*
15 *ipſe Anchar.d.conſ.370.* loqui in ſtatuto diſponente,
quod in alienatione rei præferatur cenſus conſan-
guineus patrimonialis,& eo caſu firmarunt non præ-
ferendum , qui habebat has duas qualitates , & inſi-
mul maiorem partem alterius conſortis, qui non ha-
bebat illam qualitatem conſanguinei patrimonia-
16 lis.Vnde non poſſunt trahi † ad diſpoſitionem ſtatu-
ti ſimpliciter præferentis conſortem , quia tunc vt
ſenſit idem *Flor ſub nu. 3. verſ. nam ſecunda ratio ,*
17 non eſt ratio præferendi eum , † qui habet maiorem
partem,& hanc opinionem veriorem dicit *Decian.*
reſp.15.nu.51.verſ.non obſtat lib.4.

Et hoc caſu multò minus cẽſuerunt Domini poſ-
ſe habere locum obiectum prædictum,quo & Ioſeph
vltra maiorem antiquitatem eſt in poſſeſſione vineæ
18 ob quam † imparitatem priuilegij eſſet præferen-
dus *cap.in pari de reg.iur.in 6.l.ſi ſerui § de illo ff de*
verb.ſign.l ſi minor la 2.ff.de minor. Anchar.d.conſ.
371. nu.1. verſ. & videtur quod non duo d.conſ.27.
*num.12.*latè *Franc.dec.550.num.12. ad fin.* & agit
19 de damno † vitando *Alex. conſ. 85. num. 18. lib.5.*
Couar.in reg.poſſeſſor in 2.par. relat.§. num.4. de
reg.iur.in 6.Menoch. conſ 447. num.37. lib. 5. Rot.
diu.dec.557 nu.1.par.1. & illi adſiſtit ius commu-
20 ne † ſublato priuilegio, *Luc.de pen. in l 4. C. de ſi-*
lent lib.12.Decian.d.reſponſ.15. nu.1. verſ. primum
quia abſoluendo. Rot.diu.dec.557.num.2.par.1. Vn-
de pro ipſo optimè intrat *reg. tex. in auth. de con-*
ſang.& vterin.fratr. §. 1. quod duo vincula magis
21 † ligant , quam regulam in his terminis deducunt
Florian.d.conſ.371.nu.3. verſ.ſed magis. Dec. conſ.
619.nu.7.Decian. d. reſp.15. num.26. verſ nam duo
vincula. Rota diu.d.dec.475.nu.14. verſ. vis enim ,
& num.15.

Nec viſum fuit ſorores poſſe eadem regula iuua-
ri, dum vltra priuilegium cenſus dicũnt ſe habere
priuilegium vicinitatis , nam regula procedit quan-
22 do alterum vinculum eſt † paris potentiæ , & effe-
ctus,aliàs enim ſtrictiùs ligare non poteſt *Bald. in*
l.1.ſub num.3.C.de legit.hæred.Ruin. conſ.32. nu.6.
lib.3 Bero.conſ.96.num.8. & ſeqq. vol.2. Surd. conſ.
31.num.35.lib.1.

23 De iure verò communi ratione vicinitatis † non
competit retractus *l.dudum C.de contrah. empt. An-*
char.d.conſ.370.& 371.in princ. Dec. conſ.222. ſub
nu.1.Decian.loc.alleg.Rot. d. dec. 475. ante num. 1.
verſ.mouebat Dominos , & fuit ſæpiſſimè deciſum ,
& ſignanter in *Rom.iuris congrui 5. Iunij* 1600. *co-*
ram R.P.D.meo Decano.

Vigore autem Conſtitutionum competit ratione
Conſtitutionis Gregorij XIII. quæ loquitur abroga-
24 tiuè ad Conſtitutiones præcedentes † Summ. Pon-
tif. & ad ius commune, ſed vt ſit locus d. Conſtitu-
tioni,requiruntur qualitates expreſsæ in *§. in ruſti-*
25 *cis † quoque prædiis*, nempe quod vinea contrahen-
tis ſit maioris pretij, & quantitatis, ac ædificiorum
ſtructuris magis conſpicua , hiſq. omnibus vineam
contrahendam tantopere ſuperare , vt magna inter
vtrum-

26 vtramque adsit inæqualitas. Has autem † omnes qualitates dum non probarunt sorores, cessat priuilegium ratione vicinitatis, cum simus in Constitutione exorbitante à iure communi, *glos. fin. in clem. fin. de rescript. Corn. cons. 165. nu. 2. vers. & qui se fundat lib. 3. Cresc. in resp. pro genero num. 31. in terminis dec. cons. 222. num. 1. vers. & ad hoc*, vt habeat locum cum cum alijs latè cumulatis per *Tiraq. de retract. lign. g. §. 8. glos. 7. num. 1. & seqq.* Quæ omnia faciliùs procedunt ex rationibus deductis in *decis. facta in Camera coram R. P. D. Biscia die Lu-*
27 *næ 22. Iunii 1615.* † cui iudicio Cameræ in decidenda quæstione, quæ sæpissimè ventilari solet in illo Tribunali multum deferendum esse Rota censuit.

Non obstat Bulla Pij V. non fauere, nisi Dominis censuum creatorum post Bullam ex regula vulgari.
28 quod lex † trahitur ad futura, quia Domini dixerũt hoc esse verum respectu venditionum, vt illæ debeant fieri per Bullam, sed respectu dominorum censuum, quibus hoc priuilegium fuit concessum, sufficit, quod sint domini censuum de tempore retractus faciendi,
29 nec debet attendi de † quo tempore fuerint effecti tales Domini, cum Bulla ad hoc non respiciat, quia non est maior ratio, quare Papa voluit dari ius prælationis dominis censuum creatorum post Bullam, quàm ante Bullam, vbi fuit seruata forma dictæ Bullæ *Roman. cons. 333. num. 2. & 3. Socc. Iun. cons. 21. num. 1. vers. siue etiam consideramus mentem, & rationem, & nu. seq. lib. 1.*

Deducebant etiam, quod cum ante Bullam controuerteretur, an domino census competeret ius retractus, & receptum esset non competere, quia do-
30 minus census † nõ potest dici verè condominus, sed solum habens ius separatum, *Seraph. dec. 794. nu. 7. Rot. apud Pacif. dec. 187. nu. 2.* Tum Pius V. in dicta Bulla contrarium statuit, cum iustitiæ, & æquitati
31 valdè consonum † videretur, vt dominus census esset præferendus ex rationibus latè deductis per *Fråcisc. Leon. in Thes. for. Eccles. par. 2. cap. 15. num. 33.*
32 *& seqq.* talis Constitutio in hoc, † tanquam declaratoria comprehendit census antea creatos *Felin. & dec. in cap. fin. de constit. Menoch. cons. 79. nu. 8.*

Non obstat hunc censum emptum à Iosepho non
33 fuisse creatum iuxta formam Bullæ † stante pacto anticipatæ solutionis, nam dum pactum non repu-
34 gnat substant æ contractus, † quæ consistit in his, vt census sit impositus super re immobili in pecunia numerata iusto pretio. *Surd. cons. 318. nu. 27. vers. in censu autem substantiale suæ*, quæ omnia concur-
35 runt in hoc casu, & propterea in † omnem euentum d. pactum annullaretur. *Couar. var. resol. lib. 3. cap. 8. num. 7. vers. verum ex eo. Rota diu. decis. 500. num. 2. vers. si vero pacta*, & fuit sæpissimè decisum, & signanter in his terminis anticipatæ solutionis fuit dictum in *Bononien. census 26. Iunij 1600. coram bo. me. Card. Pamphilio.*

Vnde ex hoc Ioseph non potest dici exclusus à priuilegio contractus, quod fuit concessum censuarijs propter ius, quod habent in re censu ta, vt præferantur extraneis, non autem ex mero priuilegio in fauorem eorum, qui crearunt census ixta formam Bullæ.

Et ita post plures propositiones causa discussa vtraque parte informante, Domini resoluerunt, sororibus obstare censum, &c.

R. P. D. VBALDO.

Ferrarien. Bonorum de Zaualeis.

Lunæ 2. Aprilis 1618.

ARGVMENTVM.

Pro sententia, & re iudicata stat præsumptio, & maximè quando pars ab ea non appellauit, multòq. magis si sententia sit Rotalis. Venditor non tenetur de euictione, quando ea secuta est ex facto Principis, & quo casu id procedat, ad interpretationem textus *in l. Lucius. ff. de euict.* Item venditor non tenetur de euictione, quando ea secuta est ex imprudentia Iudicis, quod declaratur. Venditor vt teneatur de euictione, licet emptor non denunciauerit ei litem, an valeat tale pactum.

SVMMARIVM.

1 *Restitutionis in integrum petens, cum sit actor concludenter debet fundare intentionem suam.*
2 *Restitutionem in integrum petens, debet docere de eius bono iure.*
3 *pro Sententia, & re iudicata præsumitur.*
4 *pro Sententia tunc multò magis præsumitur stante acquiescentia partis, quæ non appellauit.*
5 *pro Sententia, & re iudicata tanto magis est præsumendum, quando est Rotalis.*
6 *de Euictione venditor non tenetur, quando secuta est facto Principis.*
7 *L. Lutius. ff. de euict. procedit, quando Princeps procedit de plenitudine potestatis.*
8 *Principis factum reputatur casus fortuitus.*
Casus fortuitus præuideri non potest. num. 8.
9 *Venditor non tenetur de casu fortuito.*
de Potestatis plenitudine, quando non dicatur per Principem aliquid gestum. num. 9.
10 *Principis ministri non dicuntur habere talem potestatis plenitudinem, cui resisti non possit per recursum ad ipsum Principem.*
ex Viceregis facto recurri potest ad ipsum Regem. num. 10.
11 *L. Lutius ff. de euict. non procedit, quando factum Principis quamuis superueniens post venditionem, si habeat causam præcedentem.*
12 *Dominij directi virtus semper est in esse, & actu permanentis.*
13 *Venditor non tenetur de euictione, quando ea secuta est per imprudentiam Iudicis.*
Iudex quando imprudenter procedit, iste dicitur casus insolitus.
14 *de Casu insolito partes non præsumuntur cogitasse.*
15 *Iudex, quando processit nullo iuris ordine seruato, tunc dicitur casus insolitus.*
16 *Iudex, quando procedit iuris ordine seruato, eo casu, quamuis sententia sit iniusta, non tamen dicitur casus fortuitus, vel insolitus.*
17 *Iudex, si procedat ad immissionem post interpositam appellationem, hoc non dicitur casus insolitus.*
Iudices sæpe solent iniustas executiones facere. num. 17.
18 *Iudex de notorijs potest se extraiudicialiter informare.*
Notoria an sint necesse, vt sint in actis.
19 *Sententia, quæ non iustificatur ex actis, non dicitur notoriè iniusta, si se non referat ad acta.*

Euictio-

20 *Euictionem fuisse secutam ex sententia iniusta, id dicenti incumbit onus probandi iniustitiam.*
21 *Euictio quando in casu quolibet, & ex omni causa censeatur promissa.*
22 *Euictio, quando censeatur promissa etiam ex facto Iudicis iniusto.*
23 *Euictio si fuerit intimata venditori, sibi imputet si euictio contingat ex facto Iudicis iniusto.*
ex Iudicis iniustitia si sequatur euictio, id non est imputandum emptori, si litem denunciauerit venditori. num.23.
24 *Venditor non tenetur emptori de euictione, nisi venditori lis fuerit enunciata.*
Limita tamen id, si talis denunciatio fuerit remissa vigore facti.
25 *Denunciatio euictionis potest per pactum remitti, estq. validum, & seruandum. nu.26. & 27.*
28 *Verba generalia, & geminata, sunt apta comprehendere etiam ea, quæ aliàs non venirent. & n.29.*
30 *Dispositionis vna pars altam declarat.*
31 *Euictio si fuerit promissa, etiam in casu molestiarum de facto, an ex hoc censeatur remissa denunciatio. & num.32.*
33 *Pactum vt emptor non teneatur denunciare litem venditori, licet valeat, tamen denuncianda est ex æquitate. Limita num.34.*
35 *Decis. in causa Meliten. Nauis 16. Nouemb. 1615. coram Card. Sacrato, in quo casu procedat.*
36 *Venditor tenetur de euictione, quamuis litem non denunciauerit ei emptor, quando nulla defensio venditori cõpetit, sed constat de iustitia euincentis.*

DECISIO XVIII.

PROPOSITO dubio, An constaret de causis restitutionis in integrum die 30. Martij 1610 Domini firmarunt tantum constare de legitimatione personarum, & de identitate bonorum, sed reseruarunt, vt de Iustitia sententiæ Rotalis particulariter videretur, sed cum in tribus causæ propositionibus non potuisset capi resolutio, ob diuidentes DD. sententias, sed die 27 Ianuarij anni præteriti 1641. fuisset dictum, vt viderentur DD. de Beuilacqua super bono iure, tandem in hodierna propositione fuit resolutum, non constare de causis restitutionis, nisi vnum obstet, de quo infra dicetur. Cũ enim
1 ipsi DD. de Beuilacqua in hoc iudicio † restitutionis sint actores, debent cõcludenter probare intentionẽ suam, & causas propter quas sit sibi concedenda re-
2 stitutio, pro quibus causis † in effectum videtur cõstituere prætensum eorum bonum ius super quo Rota mandauit eam audiri *Rot. dec. 1. de restit. in integr. in nou. Put. decis. 456. nu. 2. lib. 2. Seraph. dec. 1372. ante num. 1.* & fuit dictum in vna *Romana bonorum de Ceulis 31. Maij 1606. coram Reuerendiss. Lugdun.*
3 cum aliàs † pro sententia, & re iudicata præsumatur. *l. res iudicata ff. de reg. iur. l. Ingenium ff. de stat. homin. cap. cum inter de re iudic. Cassad. decis. vnica nu. 2. de præsumpt. Gabr. in tit. de sent. conclus. 4. n. 14. Natt. cons. 524 nu. 3.* latè *Menoch. cons. 100 num. 5. Surd. cons. 61. nu. 2. & seq. cons. 106. nu. 13. & cons. 34. nu. 9. & seq. lib. 1.* quæ præsumptio potissimum
4 oritur ex † acquiescentia partis, quæ non appellauit, vt per *Rot. in cap. quoniam contra de probat. Seraph. decis. 381. num. 8.* & tanto magis cum sit sen-
5 tentia, & res † iudicata Rotalis, vt in casu nostro.

Causa autem pro DD. de Beuilacqua deducebatur, vel ex facto Principis, vel Iudicis, vel partis Principis, quasi euictio bonorum, de quibus agitur,
6 fuerit † sequuta facto Principis, quo casu venditor non tenetur de euictione *l. Lutius ff. de euict. Put. decis. 381. lib. 1. Caputaq. decis. 318. par. 1. Natt. cons. 181. nu. 3. & 4. Mobed. in tract. de euict. §. 5. nu. 56.* Verum huic motiuo fuit responsum, quod *text. in*
7 *d. l. Lutius* procedit † quando Princeps procedit de plenitudine potestatis, & illum ita sumunt *Bald. & Odofr. & Angel.* & sentit *Capra conclus. 87. nu. 259.*
8 quia cum benè verificatur quod † factum Principis iudicatur casus fortuitus *l. apud Iulianum §. fin. ff. de legat. 1.* vt fuit dictum in *vna Romana sponsionum 30 Octobris 1587. coram bo. me. Card. Blanchetto*, qui præuideri non potest, *l. quæ fortuitus C. de pi-*
9 *gnorat.* & ad quem † venditor non tenetur, *l. 2. ff. de peric. & commod. rei vendit.* & apparet ex verbis eius *d. l. Lutius, ibi præcepto principali, &c.* sed hic non potest dici processum de plenitudine potestatis licèt possessio fuerit capta de mandato D. Prothesaurarij assentis se scribere de ordine Illustris. D.
10 Cardinalis Aldobrandini, † dum isti non haberent talem plenitudinem potestatis, cui resisti non posset per recursum ad Papam, vt in simili de recurso ad Regem contra factum V. Regis, trad. *Put. decis. 249. num. 3. lib. 3.* & benè in terminis faciunt notata per *Lancell. de attent. lit. pend. cap. 4. in præfat. num. 489. & seq.*
11 Præterea dispositio *d. l. Lutius* † non procedit, quãdo factum Principis quamuis superueniens post vẽditionem habet tamen causam præcedentem *Doct. in d. l. Lutius*, vbi *Ciriac. adducens l. 1. C. de peric. & commod. rei vend. Castr. in l. si fundus nu. 2. ff. locat. Osasch. decis. Pedemont. 48. nu. 7. Tiraq. de retract. lign. §. 1. gloss. 9. nu. 36.* in proposito autem rursus Cardinalis habet causam præcedentem, videlicet, deuolutionem feudi totius Territorij, in quo bona de quibus agitur, sita sunt, quæ deuolutio dici po-
12 test † præcessisse contractum, cum virtus directi dominij semper sit in esse, & actu permanentis ex vi attractiua, vt dicit *Bald. cons. 9. num. 1. verb. nec requiritur lib. 1.*

Ex facto verò Iudicis deducebatur ius DD. de Beuilacqua, ex eo quia sententia in partibus contra
13 emptorem fuit lata per † imprudentiam Iudicis, quo casu venditor non tenetur de euictione, tanquam
14 iste sit casus insolitus, de quo † partes non cognouerint *l. si per imprudentiam, ff. de euict.* sed fuit re-
15 sponsum in primis id intelligitur quando Iudex † processit nullo iuris ordine seruato, & parte citata, prout in hoc casu processit, tunc enim quamuis sen-
16 tentia sit iniusta, vel nulla non dicitur † casus fortuitus, nec insolitus, sed casus, qui sæpè accidere solet *l. 1. in princ.* ibi quippe cum in æquitate iudicantium, vel imperitiam corrigat, *ff. de appellat. iuxta distinct. Ang. cons. 176. nu. 2. Horad. cons. 94. nu. 43. Natt. cons. 181. num. 2. Rolan. cons. 45. nu. 21. & 22. lib. 3. Dec. cons. 79. nu. 2. & 3.* latè *Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 27. nu. 43. & seq.* & fuit firmatum in *decis. in hac causa facta 19. Martij 1612. coram R. P. D. meo Pamphilio*, & licet exequutor processerit ad immissionem post interpositam appel-
17 lationem, † tamen neque hic videtur casus insolitus, cum sæpè soleant Iudices iniustas exequutiones facere, vltra quod potuit credere post declaratam deuolutionem ad fauorem Domini directi non intra-

intrare appellationem saltem ad effectum suspensiuum.

Non obstat quod non fuerit in actis probatum, quod ista bona essent de pertinentijs Castrorum de-
18 uolutorum, quia vltra quod dicitur esse † notorium, & de eo potuisse iudex extraiudicialiter informare *Felin.in cap.Pastoralis nu.23.vers.limita de offic.deleg.* dicebatur etiam sententiam, quæ non iustificatur
19 ex actis, non esse † notoriè iniustam, dummodo non se referat ad acta, & possit ex post facto iustificari, *Put.decis.*401.*lib.*1.*Seraph. decis.*701. *nu.*3. *& decis.*734.*num.*7. & in omnem euentum onus proban.
20 euictionem fuisse sequutam ex sententia † iniusta incumbit DD. de Beuilacqua propter præsumptionem, quæ est pro sententia ex supradictis in princ. & tradit *Modern.de feud cap.*8. *conclus.* 31. *nu.*30. sed in presenti casu videbatur cessare difficultas propter pactum, seu promissionem euictionis verbis amplissimis conceptam, cum venditores promiserint
21 emptorem † defendere, & disbrigare, tam in possessione, quam in proprietate ab omni persona in iudicio, & eorum periculis, sumptibus, & expensis, & omnem litem, causam, quæstionem, libellum, & totum onus causæ in se suscipere, & in iudicio, & liti stare, & præseruare vsque ad finem litis, & causæ absque præsentia, vel molestia ipsius emptoris, quo casu videtur promissa euictio quomodocumque con-
22 tingat, & † sic etiam ex facto Iudicis iniusto. *Osasc. dicta decis.*48 *nu.*8.*Decian. cons.*55.*num.*94. *lib.*3. *Mantic.de tacit.dicto tit.*27. *nu.* 44. *in fine*, & fuit firmatum in *decisionibus in causa factis corã R.P.D. meo Pamphilio*, & in omnem casum cũ lis fuerit denunciata venditoribus, vt dicetur in sequenti capite,
23 ista denũciatio † operatur, vt ijs sit imputan. si euictio contingit ex facto Iudicis iniusto, cum ad nihil aliud emptor tenetur *Fulgos.in d.l.si per imprudentiam num.*6.*& seq.Bald cons.*460. *num.*5. *vers.* Item *considero lib.* 4. *Anan. cons.* 38. *num.* 4. *& ibi Adden.num.*5.

Ex facto demum partis ius pro Beuilacquis deducitur ex duplici capite, tum quia emptor litem non denunciauit saltem legitimè, tùm quia appellauit, & appellationem non est prosequutus. Circa primum DD. responderunt non obstare, de secundo voluerunt, vt particulariter videretur. * Ratio primæ resolutionis fuit, quod licet venditor non † teneatur
24 emptori euictionis nomine, nisi fuerit venditori lis denunciata *l. emptor C. de euict. l.*1. *C. de peric. &*
25 *commod. rei vend.* tamen hæc denunciatio † potest remitti per pactum, vt est textus expressus in *l. Herennius in princ.ff de euict.vbi Doct. notant, & præ*
26 *cæteris Cuiac.* vbi dicit pactum istud † esse iustum, & seruandum, & proinde re euicta competere emptori ex empto actionem contra venditorem quemuis, licet non denunciauerit, vt ea de re agenda ad-
27 esset, hanc enim esse vim † pacti, vt & inlaudatus auctor teneatur de euictione, & quod tale pactum valeat tradit *Bald.in dicta l.*1.*num.*16.*C.de peric.commod. rei vend.Corn. cons.*6. *nu.*12. *lib.* 2. vbi quod quotidie practicatur *Angel.cons.*117. *in princ.* dum tractat quid dictum pactum importet, & post plures relat. *Modern.de euict.§.*3. *num.* 117. vbi respondet contrarijs, & post illos *Becc. cons.*106. *nu.*20. *lib.*1. *Gomes.var.resolut.tom.*2.*cap.*2.*tit.de empt.num.*39. *vers. Item addo quod ista necessitas, &c.* vbi de de communi hic autem fuit remissa denunciatio per verba amplissima, & geminata, ibi, Omne onus, & omnis necessitas denunciandi litem, prosequendi, & appellandi, quod & quæ in casu euictionis, seu litis motæ, ac quolibet alio casu, loco, & tempore de iure requiritur, quæ verba adeo generalia, & gemina-
28 ta † videntur apta comprælendere, etiam denunciationem extraiudicialem, quamuis aliàs non veniret, ad trad. per *Surd.cons.*37.*nu* 62. *& seq. lib.*1. *Rota.decis.*233.*nu.*7.*& seq par.*1.*diuers.* & in materia euictionis ponderantur per *Rot.decis.*252.*num.*5. *par.*2. & ad hoc addebat vnus ex DD. quod cum promissa esset euictio super molestijs extraiudicialiter emptori illatis, verisimile videtur, vt remissio de-
29 nunciationis † intelligatur etiam de denunciatio-
30 ne extraiudiciali, cum vna pars dispositionis aliam † declaret *l.qui filiabus, vbi Ias de leg.*1.*l. vnum,ff.de petit.hæred.Surd.cons.*179.*num.*60. *lib.*2. benè facit *Angel.d.cons.*177.*num.*2.*vers.& esto &c.* vbi ex pacto, euictionis in casu molestiarum de facto arguit
31 ad remissionem † denunciationis, etiam in tali casu, & quatenus requireretur aliqualis intimatio non obstante præsenti pacto, dicebatur pro DD. de Zauaeis illam fuisse factam Marchioni Ernesto personaliter, & possessoribus bonorum de Beuilacqua,
32 quæ † sufficit ad hunc effectum, ex allegatis in *Ferrarien.decimarum* 15.*Februarij* 1614. *coram R.P.D. meo Pirouano*, maximè cum ipsi procuratores comparuerint, & allegauerint suos principales habere alios authores, & mandatum produxerint, vt in Summ dato pro Domino Camillo num.5.& 7.

Ex quibus videtur satisfactum illi opinioni ex aduerso allegatæ, quod non obstan. pacto remissionis
33 dictæ enunciationis sit † tamen denunciandum ex æquitate, prout sentit *Rebuff.in tract.de dilat. ar.*5. *gloss.vnica nu.* 39.*& seq.* quem sequuntur *Modern. de euict.§.*9.*in* 8.*fallent.num.*116. & inclinauit *Rota in vna Meliten.Nauis* 16. *Nouembris* 1615. *coram Reuerendiss.D.meo Archiepiscopo Damasceno*, quia quicquid sit de ista opinione, quæ nunc non nullis ex DD. videbatur dubitabilis, illa non appli-
34 catur in quo adest remissio † per verba prægnantissima, vt supra considerata, & constat saltem de aliquali intimatione, & quod magis mouebat DD. quia in casu dictæ decisionis apparebat, venditorem habuisse probationes, & instrumẽtum, quæ ei si fuissent
35 denunciata † potuissent produci, & emptor non amisisset causam, vt expresè consideratur in dicta *Meliten.coram Reuerendiss.Damasceno, in eadem q. causa fuit exprèsè dictum* 12.*Ianuarij* 1615.*coram me*, in proposito autem pro DD. de Beuilacquis adhuc non docetur, quod ipsi non potuissent agere, vel producere pro defensione causæ deuolutionis contra Cameram Apostolicam, & aliàs certum est,
36 quod etiam citra remissionem denunciationis † venditor tenetur de euictione, quamuis sibi non fuerit denunciatum, quando nonnulla defensio venditori competit, sed constat de iustitia euincentis, *Imol. in cap.vlt.in fin.de empt.& vendit.Aym. cons.* 179. *num.*4. *num.*6. *Abb. cons.*517. *num.* 9. *& cons.*552. *Surd.decis.*22.*nu.*8.*&* 9. & fuit dictum in *dicta Ferrarien.decimarum coram R.P.D.Pirouano.*

Et ita fuit resolutum non constare de causis restitutionis in integrum, nisi obstet, quod D. Camillus appellauit a sententia lata pro Camera Apostolica, & appellationem non est prosequutus, quod erat secundum caput ex facto partis supra considerato,

to, de quo, vt dixi DD. reseruarunt, vt particulariter videretur.

Id enim ventilatum, & pro negatiua fuit resolutum die 4. Decemb. 1618. coram eodem bo. me. Vbaldo, quæ decisio est infra suo loco.

EMINENTISS. CARD. VEROSPIO SEN.

Romana Bonorum.

Veneris 4. Maij 1618.

ARGEMENTVM.

Pater nequit aliquid disponere de bonis promissis filiæ in dotem in præiudicium sui viri. Conditio apposita executioni, non reddit contractum conditionalem, nam tunc contractus dicitur purus, licet ad tempus limitatum conferatur executio. Inæqualitas inter filios non attenditur, vbi constat de mente disponentis, eaque tantum consideratur respectu bonorum paternorum, & maternorum.

SVMMARIVM.

1 *Pater aliquid disponere non potest de bonis, quæ promisit in dotem filiæ in præiudicium sui viri.*
2 *Promissio collata in diem incertum dicitur conditionalis.*
3 *Bart. in l. stipulatus num. 41. ff. de verb. obligat. declaratur.*
4 *Conditio apposita executioni contractus, non facit obligationem conditionalem.*
5 *Obligatio dicitur pura ab initio, licet ad tempus limitatum conferatur executio.*
6 *Clausula, ex nunc, prout ex tunc, in obligatione apposita, denotat iam esse perfectam obligationem.*
7 *Inæqualitas inter filios non attenditur, vbi constat de mente disponentis.*
8 *Inæqualitas inter filios consideratur tantum respectu bonorum paternorum, & maternorum.*
9 *Bona, quando pro hypoteca obligantur, non promittitur consignatio.*
10 *Verba in contractu, quando dicantur apposita demonstratiuè.*

DECISIO XIX.

FIRMATO coram me sub die 22. Maij anni 1617.* contractum promissionis dotis per olim Camillam, & Tarquinium coniuges ad fauorem Liuiæ communis filiæ, necnon Eq. Pancratij eius viri, celebratum fuisse validum, orta inter ipsum Equitem, & viros aliarum filiarum Tarquinij, & Camillæ postea nuptarum controuersia, vt fuit dictum in alia decisione, successiuè dubitaui, An domus de quibus agitur, deberent eidem Equiti Pancratio consignari. Quo dubio non resoluto, Rota disputari mandauit, An scuta octo millia pro reliquis filiabus in dotem à Camilla, & Tarquinio assignata ad fauorem d. Equitis essent computanda, & fuit affirmatiuè responsum, illa enim extracta fuerunt de Tarquinij, & Camillæ bonis, qui prius cum hypotheca generali pro dotis residuo promiserant Equiti suorum bonorum, tàm præsentium, quàm futurorum tertiam par-
1 tem erogare. Vnde non † poterant postea dictis coniuges in Equitis præiudicium aliquid de hac tertia parte etiam pro dotibus filiarum disponere, *Aretin. consil. 17. num. 19. vers. dico etenim. Bald. in l. fin. num. 10. C. de dot. promis. Corn. consil. 21. num. 13. lib. 4. Soccin. cons. 269. num. 4. lib. 2. Negus. de pignor. secundo memb. 2. par. num. 12. vers. 18. amplia.*

2 Nec releuat huiusmodi promissionem in † diem mortis fuisse collatam, & sic tamquam in incertam diem censeri conditionalem, itaut ante conditionis euentum, nec actio, nec obligatio nata dicatur *Bart. in l. ita stipulatus, num. 41. ff. de verb. oblig.* Nam re-
3 spondetur *Bart.* † loqui vbi dies incerta substantiæ obligationis, non executioni fuit adiecta, secus au-
4 tem est in casu nostro, cum † illa executioni apposita reperiatur, quæ non facit obligationem conditionalem, *l. ex ijs. C. quand. dies leg. ced. l. firmio Eliodoro. ff. eodem, Bar. in l. 1. num. 3. vers. instat. ff. de cond. & demonst. Dec. in l. in omnibus, num. 7. & Cagnol. num. 23. ff. de reg. iur. Oldrad. cons. 139. post princ. vers. hæc autem bona, Ang. cons. 179. num. 8. Alex. cons. 14. num. 3. lib. 1.* & fuit dictum in *Maceraten. Legati 27. Februarij 1606. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Quod autem dies incerta non substantiæ, sed executioni sit adiecta, clarè patet ex lectura ipsius obligationis, ibi, *obligano li loro beni præsenti, & futuri per vna terza parte da consegnarsi ad esso Caualliero dopoi la morte di detti Tarquinio, & Camilla dalli loro heredi*, hæc autem verba, *da consegnarsi*
5 *dopoi la morte, &c.* obligationem † indicant ab initio puram extitisse ad tempus autem limitatum executionem, *Oldrad. cons. 114. per tot. & consil. 139. post princip. vers. hæc autem bona, Dec. cons. 655. num. 12. Gab. cons. 141. num. 4. lib. 1. Negus. de pignor. 2. memb. 2. par. num. 5. Honded. cons. 44. nu. 61. lib. 2.* & fuit dictum *in causa Romana Donationis de Incoronatis 29. Aprilis 1616. coram R. P. D. meo Vbaldo.*

Quod eo magis venit dicendum, cum adsit in obli-
6 gatione clausula † ex nunc, prout ex tunc, quæ denotat iam esse perfectam obligationem, *Tiraq. de const. par. 3. limit. 2. num. 15. & seq. Oldrad. d. cons. 114. Negus. de pignor. par. 2. memb. 2. num. 4. Natt. cons. 453. num. 6. Gab. cons. 141. num. 4. lib. 1.*

Præterea clarius id ex alijs etiam verbis colligitur nimirum, *talmente che in vita loro non possino sopra di ciò esser molestati*. Quia si dicta bona de tempore solum obitus essent in obligatione deducta, non fuisset opus addere Camillam, & Tarquiniũ in vita molestari non posse, hæc enim verba essent omnino superflua tãquam super re indubitabili prolata.

Nec valet dicere si promissio de bonis non intelligeretur, quæ tempore solum obitus extarent, nec à dicto tempore inciperet obligatio, futuram inter fi-
7 lias inæqualitatem; Nam vltra quod † vbi constat de mente disponentis, inæqualitas non attenditur, *l. parentibus. C. de inoff. test. Dec. cons. 527. in princ. Decian. cons. 102. num. 22. lib. 1.* Retorquetur nihilominus argumentum, cum ad saluandã inter filios æqualitatem, sit necesse dicere tertiam partem intelligi promissam de bonis præsentibus, & futuris, & statim esse natam obligationem, alias reliquiæ filiæ de bonis paternis, & maternis haberent singulæ scuta quatuor millia, Liuia verò solummodo 2. mill.

Nec ad tollendam inæqualitatem releuat, ab Horatio Liuiam scuta quatuor millia habuisse, de cuius bonis aliæ sorores non participarunt, solum enim
8 respectu † bonorum paternorum, & maternorum

inæqualitas consideratur, *l. vt liberis C. de collat. l. 1. §. inter eos. ff. eod. Bald. in l. si emancipati, nu.* 5. vbi *Cast. num. 2. C. de collat. Cagnol. in l. si emancipati, num. 118. Curt. iun. num. 24. ad finem, & num. 28. Bolognett. num. 15. & 22. C. de collat. Bero. cons. 54. num. 16. lib. 1. Surd. cons. 219. nu. 12. Honded. cons. 82. num. 36. lib. 2. Menoch. cons. 998. num. 15.*

Non obstat pro dote promissam fuisse tertiam partem bonorum de tempore obitus futurorum, & pro cautione dictos coniuges bona præsentia obligasse, quia non fuerunt simpliciter obligata, & hypothecata bona præsentia, sed promissa consignari, nam
9 quando † pro hypotheca bona obligantur, non promittitur consignatio, cum certum non sit, an debeat venire casus pro quo illa fuerunt hypothecata, Vnde verbum illud, *da consignarsi, &c.* dicendum est in
10 contractu fuisse † appositum ad demonstrandum, bona præsentia fuisse in obligatione deducta, *Dec. cons. 324. n. 2. vers. secundo, Alberic. in l. inter stipulantem, §. sacram, num. 15. & Imol. num. 14. ff. de verb. oblig. Laderch. cons. 159. num. 2.*

Denique nulla præcessit hic obligatio, pro qua necesse fuisset bona hypothecari, non enim principaliter contrahentes bona futura tempore obitus promiserunt, obligando pro eorum consignatione præsentia, sed obligatio potius à bonis præsentibus incepit, vt clarè legitur in instrumento, &c.

☞ *Decisionem hanc sub die 22. Maij 1617. coram eodem bo. me. Verospio, habes infra in Appendice post decisiones anni 1626. prout in indice ibi in principio posito.*

R. P. D. REMBOLDO.

Algareñ Dismembrationis.

Veneris 4. Maij 1618.

ARGVMENTVM.

Transactio super bonis Ecclesiasticis confirmata à Sede Apostolica, quid requiratur ad hoc, vt liget successores, Taciturnitas, quæ vitiet gratiam. Rectori sunt assignanda tot bona, ex quibus deducere possit 100. ducatos annuos, & debent esse liberi ab omni onere.

SVMMARIVM.

1 *Concordia inita super bonis Ecclesiasticis confirmata à Sede Apostolica, ligat etiam successores.*
2 *Quod intellige, quando confirmatio est valida, secus verò, si illa subreptionis, & obreptionis vitio laboret.*
3 *Nullum, quod est, nullum producit iuris effectum.*
4 *Parochiani habent iustam causam interueniendi in causa Ecclesiæ Parochialis, ne illa depauperetur.*
5 *Taciturnitas, quando est talis, quæ si esset narrata Principi, aut gratiam non concessisset, aut saltem difficiliùs, sufficit ad effectum nullitatis dictæ gratiæ.*
6 *Gesta contra formam præscriptam, nulla sunt.*
7 *ex Actu non conformi præcedenti dispositioni, non inducitur effectuatio.*
8 *ex Actu nullo non inducitur iuris effectus.*
9 *Possedisse per plures annos si quis asserat, necessè est, vt doceat se possedisse per triennium.*
10 *Rectori sunt assignanda tot bona, ex quibus ducatos centum percipere possit. & num. 13.*
11 *Et isti centum ducati debent esse liberi ab omnibus oneribus. & num. 14.*
12 *Authoritas Sedis Apostolicæ in contractibus rerum Ecclesiæ, supplet quidem solemnitatem, non autem supplet defectum causæ.*
15 *Transactio, vt rescindatur propter læsionem, debet esse vltra dimidiam.*
16 *Transactionis causa, quando reperitur falsa, corruit transactio.*
17 *Gratia obreptitia, vel subreptitia nulla est, & per consequens inefficax.*
18 *Clausula, sublata, adimit facultatem Iudici aliter iudicandi.*
19 *Gratia concessa ad supplicationem partis, non valet, nisi veris existentibus narratis. & num. 20.*

DECISIO XX.

DOMINI censuerunt concordiam non obstare moderno Rectori; Nam quod in alia decisione * huius causæ dicebatur, quod concordia † à ☞ Sede Apostolica confirmata, ligat etiam succes-
1 sores, *cap. veniens*, & ibi *gloss. & Doct. de transact. cum alijs per Gemin. cons. 87. num. 1. vers. in contrarium*, intelligi procul dubio debet, vt tunc demum
2 procedat, quando confirmatio † est valida, secus verò sicut in proposito illa subreptionis, & obreptionis vitio laborat, ac per consequens est nulla, quod enim
3 nullum est, † nullum producit Iuris effectum, *cap. non præstat, de reg. iur. in 6. l. 4. §. condemnatum. & ibi Bart. ff. de re iudic.*

Quòd verò confirmatio, de qua in proposito agitur, dicto vitio laboret, satis videbatur probari, tum ex eo, quòd licèt prius lis super dismembratione penderet cum Rectore, & Parochianis, & ijdem met Pa-
4 rochiani in dicta lite interesse haberent, † & iustam causam in ea interueniendi, ne eorum Ecclesia parochialis depauperaretur, vt fuit dictum in *Gerunden. Vnionis 20. Martij 1600. coram Reuerendiss. D. meo Damasceno*, & traditur *in cap. dudum, vbi glos. in verb. deceptæ, de elect.* nulla tamen de illis facta fuit mentio Papæ, nam si id Papæ narratum fuisset, vtique inauditis Parochianis, vel dictam confirmationé
5 non † concessisset, vel saltem difficiliùs, quod ad effectum nullitatis dictæ confirmationis sufficit, *cap. super litteris, & ibi Felin. num. 8. de rescript. Cassad. decis. 12. num. 14. de præben.*

Tùm etiam quia Papæ narratum fuit, non solum quod dismembratio Gregorij XIII. effectum sortita fuerat, & quidem per plures annos; sed quod portio quoque Rectori in dicta concordia assignata, erat ei magis vtilis, quàm fuisset illa, quæ vigore literarum dictæ dismembrationis, ipsi assignari debebat, cùm tamen hæc omnia manifestè falsa appareant, neque enim dici potest, quod dicta dismembratio effectum sortita fuerit, quia nunquam fuit dicto Rectori facta assignatio bonorum, & proprietatum, ex quibus pro eius congrua annuatim ducatos centum, percipere potuisset, prout iuxta dictarum literarum formam fieri debebat.

Nec obstat, quod ei fuerint assignati ducati centú
6 in pecunia, quia cum id factum fuerit † contra formam dictarum literarum, & per consequens nulliter, vt in his terminis resolutum fuit *in Cæsaraugustana fructuum 31. Ianuarij 1597. coram bo. mem. Cardinali Pamphilio*, non possunt indè dici dictæ literæ

7 teræ effectuatæ, quia ex actu † non conformi præce-
denti dispositioni, non inducitur effectuatio, *Rota decis.262.num.1 par.2. diuers.* prout & ex actu nul-
8 lo, † non inducitur Iuris effectus; *Rip. in l. condemnatum, in princ. ff. de re iudic. cum aliis per Surd. cons.424.num.33.*

Et in omnem euentum, verum non est, quòd vt
Papæ suppositū fuit, per plures annos dicta dismem-
bratio effectum sortita fuerit, quia Capitulum neque
per biennium bona ei, mediante dicta dismembra-
9 tione vnita possedit, & vt potuisset † dici possedisse
per plures annos, prout narratum fuit, necesse fuisset,
quòd possedisset ad minus per triennium, *glos. in autb. de trient. & semis. §. & quod sæpè in verb. filiorum*, quam elegantem dicit *Alex. in l. sæpè, num.4. ff. de re iudic.*

Minus subsistit, quod Papæ suppositum fuit, por-
tionem Rectori in dicta concordia assignatam, esse ei
magis vtilem, quàm fuisset illa, quæ ei vigore literarū
dismembrationis, assignari debebat; quia iuxta dicta-
rum literarum formam, erant ei assignanda tot bo-
10 na, † ex quibus Rector ducatos centum percipere
potuisset, prout etiam in Concilio Tridentino dispo-
nitur, cap.13. sess. 24. & isti ducati centum † debe-
11 bant esse liberi ab omnibus oneribus, vt fuit resolu-
tum *in causa Forosempronien. pensionis coram Reuerendiss. D. meo Damasceno*, per dictam verò con-
cordiam datur dicto Rectori quarta pars fructuum
tantummodo, quæ cum, vt in eadem dismembratio-
ne narratur, omnes fructus non excederent ducatos
370. vix ascendere poterat ad summam ducatorum
90 & vlteriùs dicto etiam Rectori in eadem concor-
dia imponuntur omnia ferè onera dictæ parochialis,
ita quod manifestè appareat, quod portio Rectori in
dicta concordia assignata, non solum magis vtilis ei
non fuit, sed quod immo indè etiam enormiter læ-
sus remansit, quod dictam concordiam reddit pro-
cul dubio nullam, etiam quod à Sede Apostolica
confirmata fuerit, cum ad effectum, vt sit valida, ne-
cesse sit, quod vtilitatem quoq; Ecclesiæ contineat,
12 quia Sedis † Apostolicæ authoritas supplet quidem
solemnitatem, non autem defectum causę, quę in si-
milibus contractibus copulatiuè, cum solemnitate
requiritur, iuxta tradita per *Doctores, in cap. sine exceptione. 12.q.2. Rota diuers. 181. par.1. & decis. 178.num.2. par.2. diuers. & fuit dictum in hac eadem causa 14. Nouemb.1616. coram me.*

Non obstat, quod fructus dictæ Ecclesiæ à tempo-
re dismembrationis, vsq; ad tempus concordiæ, po-
tuerunt esse aucti, quia vltra quod valor ducatorum
370. in litteris dismembrationis narratus fuit per nō
excessum, hoc est, quod non ascendebat ad dictos du-
catos 370. ac propterea verisimile non est, quod di-
cti fructus in tàm breui temporis spatio adeo excre-
uerint, vt ex aduerso confingitur, in omnem etiam
euentum, quia dicti fructus, quatenus fuissent aucti,
excreuissent etiam pro rata in vtilitatem Rectoris,
13 ex quo de tempore dismembrationis, debuisset † ha-
bere tot bona in proprietate, ex quibus perciperen-
tur ducati centum quolibet anno, vt in specie pon-
deratum fuit in supradicta *Cæsaraugustana fructuū coram bon. mem. Card. Pamphilio*, assignatio Rectori
in dicta concordia facta, non potest fuisse vtilis, sed
immo admodum læsiua, vt dictum est, & prę sertim,
14 quia dicti ducati † debebant esse liberi, & quarta
pars fructuum Rectori in dicta concordia assignata
remanebat grauata omnibus oneribus d. Ecclesiæ.
15 Nec obstat, quod cum versemur † in transactio-
ne, lęsio debet esse vltra dimidium, iuxta terminos,
l.2. C. de rescind. vendit. cum alijs per *Rot. decis.732. par.1. diuers.* quia vltra quod ex supra deductis re-
sultat læsio, etiam vltra dimidiam, in omnem etiam
euentum concordia non obstaret Rectori, tum quia
dicta concordia ex ea causa inita fuit, vt dictum est,
quod portio in ea Rectori assignata, esset ei vtilior,
quam fuisset portio vigore dismembrationis debita,
16 & cum dicta † causa detegatur falsa, corruit etiam
concordia, *Bald. cons.386. lib.1. Crauett. cons.26. in fin. Menoch. cons.91. num.40. Rota diuers. decis.123. num.15. par.2.* tum quia cum ex eadem causa motus
fuerit Pontifex ad confirmandam dictam concordiā,
dictamque confirmationem, procul dubio aliàs non
concessisset, vel saltem difficiliùs, dicta confirmatio
17 † vti obreptitia, & subreptitia, vt dictum est, rema-
net nulla, & per cōsequens etiam inefficax, nec pro-
pterea dicta concordia ligat successorem ex supra al-
legatis.

Non obstat, quod de subreptione dictæ confirma-
tionis dari non possit, quia licet ista clausula in litte-
ris dictæ confirmationis legatur, cum tamen illa non
sit coniuncta cum clausula sublata, vel alia æquipol-
18 lenti, per quam Iudici adempta † sit facultas aliter
iudicandi, & confirmatio concessa sit ad supplicatio-
19 nem partis, dicta clausula † non operatur, nisi veris
existentibus narratis, *Put. decis.213. lib.2 Caputaq. decis.128.num.2. & 5 lib.1 & fuit dictum in Ispaleñ. beneficij de Xerel 6. Nouemb.1602. coram bon. mem.*
20 *Litta*, sed transfert † ad summum onus probādi sub-
reptionem in opponentem, vt fuit dictum *in Pampilonen. Parochialis de Edatinen. 4. Martij 1581. coram bo. mem. Card. Pamphilio.*

☞ *Idest sub die 5. Iunij 1617. coram eodem bon. mem. Remboldo, est infra in appendice post decisiones anni 1626. prout in Indice, ibi in principio posito. Præsens hæc decisio fuit postea confirmata coram eodem sub 11. Ianuarij 1619. est infra suo loco, ac in eodem anno 1619. sub die 29. Aprilis, alteram decisionem in eadem causa habes. Quæ decisiones coram d. bo. me. Remboldo, fuerunt postea amplè confirmatæ à Rota coram bo. me. Card. Sacrato, in eadem causa sub die 16. Decembris 1619. est pariter infra suo loco.*

REVERENDISS. D. VNOZETTO.
ARCHIEPISCOPO SELEVCIEN.

Colimbrieñ. Prædij.
Lunæ 14. Maij 1618.

ARGVMENTVM.

In spolio debet probari possessio per cōcludentes pro-
bationes, & non præsumptiuè. Dominus directus,
licet ratione ciuilis possessionis habeat remedium
spolij, contra occupantem vtile dominium, tamen
quando hoc procedat.

SVMMARIVM.

1 *In spolio primum extremum debet probari per manifestas, & concludentes probationes, & non per præsumptiuas.*
2 *Actio spolij etiam aduersus Ecclesiam præscribitur spatio 40. annorum.*

3 *Domino directo ratione ciuilis possessionis competit spolij remedium ex remedio, vnde vi, aduersus occupantem vtile dominium.*
4 *Dominium vtile emphyteusis, quando finitur, consolidatur cum proprietate.*
5 *Emphyteusis Ecclesiastica vltra tertiam generationem nō extenditur sine beneplacito Apostolico.*
6 *Dominus directus non potest intentare remedia possessoria, quando clarum est, quod linea non est finita. vide num.7.*
8 *Canonum solutio non concludit dominium ad obtinendam deuolutionem.*
9 *Beneplacitum Apostolicum, vbi requiritur per obseruantiam 30.annorum, præsumitur interuenisse.*
10 *Dominium per donationem non probatur, nisi constito de dominio donantis.*
11 *Donari potest res aliena.*
12 *Possessio ex quibus verbis probetur.*
13 *Singula singulis sunt referenda.*
14 *Ius directi dominij si maneat penes personas priuatas, præsumitur de iure emphyteusis perpetua, & non restricta ad tres vitas. amplia num.15. sed secus est in concesso ab Ecclesia. num.16.*
17 *Text. in §. emphyteusim Auth. nō alien. declaratur.*

DECISIO XXI.

ROTA vtraque parte informante censuit sententias in partibus latas esse reuocandas, quia de earum iniustitia satis superque constat ex eo, quod mandarunt reintegrari Ecclesiam, seu Commendam in possessione prædij, de quo agitur, quam penes dictam Commendam fuisse nullibi probatur, quod tamen primum extremum ad effectum spolij † debuit
1 per manifestas, & concludentes probationes, & nō per præsumptiuas verificari, *Seraph. decis. 292. nu. 1. Afflict. decis. 364. num. 5. Verall. decis. 328. num. 6. & seq. par. 2. Alex. cons. 10. cum duobus seqq. lib. 4. & cons. 139. nu. 14. lib. 6. Menoch. de recuper. remed. 15. quæst. 32. num. 408. cum similibus.*

Quinimo per plures testes in hoc iudicio examinatos probatum fuit Michaelem Rangel eiusq. authores à longissimo ne dicam immemorabili tempore possedisse pacificè istum fundum videntibus, & patientibus Commendatoribus, quæ probatio maximum adminiculum recipit ex antiquissimo priuilegio Infantis Portugalliæ sub anno 1430. in quo eximendo incolas Moutæ mentionem facit Laurentij Annes de Morais authoris dicti Michaelis vti possessoris dicti prædij litigiosi, quibus stantibus præcipuè in actione spolij excluditur omnis prætensio
2 Domini Commendatoris, cum † etiam præscribatur aduersus Ecclesiam spatio 40. annorum, *cap. illud, & cap. de quarta, de præscript.* fusè *Seraph. decis. 1360.*

Nec obstare visum fuit vnicum fundamentum
3 Domini Commendatoris dum † dicitur Commendæ vti Dominæ directæ ratione ciuilis possessionis competere spolij remedium ex interdicto, vnde vi aduersus occupantem vtile dominium, vt post multos firmat *Valasch. de iure emphyteut. quæst. 18. num. 8. & Cald. de emphyteu. lib. 1. quæst. 78. nu. 2. fuit dictum in vna Ciuitatis Castelli bonorum coram bon. mem. Card. Pamphilio 8. Nouemb.* 1589. vt in hac facti specie, in qua asseritur dominium directum Commendæ fuisse legitimè probatum, tàm per diploma donationis factæ à D. Garsia Mendez, & Eluira coniugibus, quàm per cōfessionem ipsius partis per tot solutiones canonum dictaque testium, quibus simul iunctis iustificatum videtur dominium directæ Ecclesiæ, vnde sequitur finita tertia generatione vtile † debere
4 consolidari cum directo secundum naturam, & proprietatem emphyteusis Ecclesiasticæ, quam non extendi posse sine beneplacito Apostolico † vltra tertiam
5 generationem indubitati iuris est, *iux. text. in auth. de non alienand. §. emphyteusim Doct. in cap. in præsentia, vbi Abb. num. 29. Dec. num. 48. de probat. Anchar. cons. 134. num. 1.* fusè *Mantic. de tac. & amb. conuent. lib. 22. tit. 5. num. 15.*

His obiectionibus pluribus modis DD. responderunt, & primo actionem spolij penitus cessare,
6 quia † dominus directus tunc potest intentare remedia possessoria, quando clarum est, & indubitatum per lineam finitam, vel alio modo naturalem possessionem cum ciuili esse consolidatam, *vt in casu d. Ciuitatis Castelli coram bon. mem. Card. Pamphilio,* sed quando deuolutio redditur aliquo modo ita du-
7 bia, † vt indigeat interpretatione, tunc tenetur iudicio petitorio experiri, vt multoties *Rota* declarauit, & præcipuè *in vna Ariminen. deuolutionis 16. Februarij 1609. coram Reuerendiss. D. Archiepiscopo Damasceno, & in vna Regien. bonorum die 20. Decemb. 1613. coram me,* in qua multæ authoritates allegantur, & nouissimè *in vna Romana deuolutionis domus 18. Aprilis 1616. coram R.P.D. Andrea.*

Quod autem ista deuolutio sit admodum turbida non dubitarunt Domini, quinimmo si omnia fundamenta, ex quibus elicere volunt probationem directi dominij Commendæ ad effectum deuolutionis perpendantur, ea non posse subsistere facile deprehendetur.

Et primò non obstat confessio Michaelis vna cum solutione canonis, seu recognitione, quia hæc pro-
8 batio, quæ forsitan posset suffragari † ad effectum continuationis dictæ solutionis canonum, non includit dominium ad obtinendam deuolutionem, *Caputaq. decis. 280. par. 1. & decis. 9. aliàs 91. lib. 2. in manuscript. Gouar. variar. lib. 1. cap. 2. num. 2.* fuit dictum in terminis, *in vna Romana domus S. Agnetis 2. Maij 1588. & 19. Iunij 1589. coram Orano, & in Hispalen. coadiutoriæ 15. Nouembris 1606. coram R.P.D. Pamphilio,* & alijs sæpissimè.

Vltra quod non simpliciter Michael fassus fuit se possidere prædium litigiosum subiectum directo dominio Ecclesiæ, sed cum qualitate emphyteusis perpetuæ, prout idem disertis verbis cōcludunt testes in hoc iudicio examinati, durūq. esset diuidere dicta testium, & ipsiusmet rei ad eliciendam probationem concludentem dominij directi, cum qualitatibus deuolutionis, cum concesso directo dominio Ecclesiæ non excludatur totaliter perpetua emphyteusis, li-
9 cet enim requiratur † beneplacitum Apostolicum, illud per obseruantiam triginta annorum præsumitur *Mohed. decis. 2. de transact. Put. decis. 365. nu. 3. & 7. lib. 2. Rot. decis. 179. par. 2. diuers.* multo magis per ducentorum ferè annorum.

Non obstat denique instrumentum donationis, & possessionis adeptæ, in quo vim faciunt informantes
10 pro D. Commendatore, quia vltra quod per donationem non probatur satis dominium nisi cōstito de
11 dominio donantis, † cum res aliena donari possit, *vt per glos. & Doct. in l. cum res. C. de probat. Alex. cons. 187. num. 5. lib. 2. Boer. decis. 42. num. 25. Afflict. decis. 14. num. 8.*

Pla-

Placuit alia responsio etiam ex lectura dictę donationis, & possessionis sub die 17. Nouembris 1439. tolli prætensam deuolutionem, quia nō apparet donatum fuisse hoc prædium in specie, siue hanc tenutam à donatoribus Ecclesiæ, sed iura habendi domū exigendi canones, & tributa in rebus donatis, vt clarissimè legitur in instrumento immissionis, quod declarat diploma donationis, vnde patet directum dominium solum fuisse Ecclesiæ donatum, quod clariùs ostenditur coniungendo priuilegium Petri Infantis concessum nouem annis ante dictam donationem Laurentij de Morais datum anno 1430. quem fuisse authorem Michaelis testes, & iura demōstrāt, & inter partes nulla est controuersia, in eo enim legitur concedi exemptionem incolis loci Laurentij
12 da Morais, ex quibus † verbis colligitur d. Laurentium illum locum, seu prædium tunc possedisse, *l.2. §.in locum ff de relig. & sumpt. funer. Doct. in rubr. de nou.oper.nunc.* & præcipuè *Bart nu.5. Alex.consil.49.num.7. & cons.54.num.2.lib.5. Rot.diuers.decis.23.num.1.par.2.*
13 Et sic singula singulis † congruè referendo, confessio Michaelis, dicta testium concurrunt cum instrumentis antiquis, vt ius exigendi canonem super hoc predio possesso ab antecessoribus Michaelis fuerit donatum Commendæ, sed non ideo infertur post tertiam generationem istud prædium, de quo agitur subiacere deuolutioni, quia istud directum dominiū transiuit ad Ecclesiam, cum suo onere, & qualitatibus emphyteusis concessæ à laicis in statu, & terminis in quibus vtilis dominus tempore donationis possidebat, aliàs si natura directi dominij immutata esset, ipsi eiusq; successoribus contra iuris formam præiudicium inferretur.

Pręiudicium patet euidenter, quia si ius directi do-
14 minij † penes personas priuatas permansisset, præsumeretur de iure emphyteusis perpetua, & non restricta ad tres vitas, *Iaš in l.2. C.de iur.emphyt. Me-*
15 *noch. cons.372.num.3.* vbi multos † cumulat, accedente præcipuè pręscriptione, & possessione ducentorum solutione vniformis canonis, per tot annos, *Bald.in l.2.num.6.de iur.emphyt. Angel. in l.male agitur, eod.tit.cum multis quos citat, & sequitur Mātic.de tacit. & ambig. conuent. lib.20. tit.5.num.14.* Secus verò dicendum esset in fundo ab Ecclesia
16 † concesso in emphyteusim, vt distinguit *Couar. variar.resol.lib.3. cap.16.num.4. & Mantic. loco præcitato.*

Quibus sic stantibus potest esse emphyteusis hodie Ecclesiastica, & nihilominus erit perpetua non subiecta deuolutioni ob non finitam lineam, nec ap-
17 plicabitur dispositio, † *tex.in §.emphyteusim, auth. de non alienand.* cum Imperator non prohibeat in emphyteusim perpetuam dari nisi ea bona, quæ sunt actualiter Ecclesiæ, nec extendi potest hæc prohibitio ad ea, cuius vtile dominium Ecclesia nullo tempore habuisse demonstratur.

Et ita conclusum pro infirmatione sententiam.

EMIN. ET REVER. D. CARD. SACRATO.

Romana Hæreditatis.

Lunæ 14. Maij 1618.

A R G V M E N T V M.

Testamentum si fuerit cancellatum, & reperiatur apud testatorem, ab eodem præsumitur cancellatum, idq; multò magis procedit, si super hoc concurrant coniecturæ, & quamuis ea præsumptio non intret, quādo est instituta pia causa, tamen secus est si intraret fauor alterius piæ causę, cum intraret conquassatio priuilegiorum. Confraternitates laicorum, quando veniant appellatione piorum locorū, & quando non.

S V M M A R I V M.

1 *Testamentum, quando reperitur cancellatum penes ipsummet testatorem, cancellatio præsumitur facta de eius ordine.*
2 *Testator, quod voluerit eius voluntatem mutare, ex quo argui possit. & num. 3.*
4 *in Testamento, quando est instituta pia causa, tūc si reperiatur testamentum cancellatum, talis cancellatio non præsumitur facta de voluntate testatoris. limita vt num. 5 6. & 7.*
5 *Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib.12. titul.1. num 32. alijq. ab eo allegati, quo casu loquuntur.*
6 *Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra æqualiter priuilegiatum.*
7 *Præsumptio, quæ est pro vna pia causa, facit cessare præsumptionem, quæ est pro alia pia causa.*
8 *Confraternitates Laicorum non comprehenduntur sub piis causis, sed hoc intellige in simplicibus Fraternitatibus Laicorum*
9 *Confraternitates Laicorum tunc dicūtur piæ causæ, si habeant redditus distinctos ad vsus pios, qui non nisi in talibus vsibus expendi possunt.*
10 *Testamentum nuncupatiuum per lacerationem scripturæ non annullatur, & an hæc opinio sit vera.*

D E C I S I O XXII.

PROSEQVENDO disputationem, de qua in decisione in hac causa coram me facta die 29. Octobris 1616. * Dubitaui an testamentum q. Francisci Mariæ Sciarpæ fuerit ab eo laceratum, vel ab alia persona, & Domini tenuerunt testamentum fuisse laceratum à dicto Francisco Maria testatore,
1 quia quando † testamentum reperitur cancellatum penes ipsummet testatorem, cancellatio præsumitur, facta de illius ordine, & volunate, *Bart.in l.si vnus num.2.vbi Iaš. num.7. C.de testam.* latè *Alex. cons. 104.num.6. lib.7. & cons.14 num.16. lib.6. Castr. in l.1. §.fin. in fin.ff. de his, quæ in testam. delent. Rub. Alex.cons.95.sub num.4. Paris.cons.28.nu.45. lib.2. Viu.decis.45. num.7. cum alijs per Mantic. de coniect.vltim.volunt. lib.12. tit.1. nu.30. fuit etiam resolutum in Maceraten. hæreditatis 10. Decembris 1612.coram R.P.D.meo Manzanedo.* Coadiuuatur prædicta conclusio ex circumstantijs facti, quia testamentum fuit depositatum penes Patrem Ioannem Brunum, vt deponunt duo testes, & nihilominus fuit postea repertum penes ipsum testatorem,
2 ex qua recuperatione testamenti † oritur indicium voluntatis, & vlterius adest dispositio secundi testis, quod testator sibi dixit, quod volebat lacerare hoc
3 suum testamentum, & † mouit etiam Dominos, quod in domo testatoris non aderat persona, cuius interesset, quod mutaretur hoc secundum testamentum.

Non obstat, quod quando in testamento est insti-
4 tuta pia causa, tunc cancellatio non præsumatur † facta de voluntate ipsius testatoris, *Mantic.de coniect. vltim.volun.tit.1. lib.12. nu.32.* Nam pręter quod

Man-

5 Mantic. & per eum allegati non † loquuntur, quan-
do concurrunt circumstantiæ, de quibus in proposi-
to casu cessare visa fuit difficultas, quando agitur in
concursu alterius piæ causæ, vt est casus, de quo agi-
tur, tunc enim intrat conclusio, quod priuilegiatus
6 † non vtitur priuilegio cōtra æqualiter priuilegiatū,
& quod præsumptio, quæ est pro vna pia causa facit
7 cessare † præsumptionem, quæ esset pro alia pia cau-
sa, vt fuit ponderatum in dicta decisione in hac cau-
sa facta.

Et quatenus replicabatur Confraternitatem San-
ctissimæ Annunciatæ institutam in primo testamento
8 † non posse dici piam causam ex quo Confraternita-
tes laicorum non sunt tales, *Natt. cons. 62. num. 6.
lib. 1. Gabr. de pia causa conclus. 1. Rota diu. decis.
574. num. 6. par. 1.* fuit responsum prædicta proce-
dere in simplicibus Fraternitatibus Laicorum, secus
quando tales Fraternitates habent redditus destina-
9 tos † ad vsus pios, & qui non nisi in talibus vsi-
bus expendi possunt, tunc enim de istis iudicatur si-
cut de pia causa, *Castr. cons. 167. num. 2. lib. 2. Card.
Mantic. de coniect. vltim. volun. lib. 4. tit. 5. art. 6. nu-
mer. 5. Gabr. de pia causa conclus. 2. num. 22. Peregr.
de fideicom. art. 3. num. 63. vers. & nota, & fuit di-
ctum in causa Aesina fideicommissi 3. Decemb. 1604.
coram R.P.D. meo Decano.*

Non obstat, quod versemur in testamento nuncu-
10 patiuo, quod † per lacerationem scripturæ non an-
nullatur, *Bald. in l. proximè num. 3. de his quæ in
testam. delent. Castr. in l. pluribus num. 4. ff. eodem*
nam præterquam quod ipsi potius contrarium dicūt,
visum fuit Dominis hoc esse extra presens dubium,
in quo tamē quæritur de ipso facto cācellationis &c.

☞ *Est decisio 321. supra par. 4. recent.*

R. P. D. VBALDO.

Romana Cambiorum.

Lunæ 14. Maij 1618.

ARGVMENTVM.

De Cambiorum realitate dubitari sine dubio nullate-
nus poterit, si in eis concurrant omnia requisita, de
quibus in Constitutione sanct. mem. Pij V. 148. inter
eius impress. Relationibus illius periti, cum quo con-
cordat alius tertius peritus electus, standum est.

SVMMARIVM.

1 *Cambia, quando dicantur vera, & realia.*
2 *Cambia, si non petantur ratione commissæ moræ, sed ratione conuentionis, & mandati, tunc non obstat defectus intimationis.*
3 *Realitati cambiorum an obstet, quod ea fuerint accepta per Mercatores à semetipsis.*
4 *Relationibus eius periti standum est, cum quo concordat tertius peritus ex officio electus.*
5 *Relationi periti specialiter ad aliquem punctum electi standum est.*

DECISIO XXIII.

CVM Domini de Guicciardinis essent debitores
Dominorum del Palagio, & Falconieri in sum-
ma scut. 12. mil. pro eis solutorum D. Carolo Barbe-
rino, necnon cambiorum decursorum, iuxta formam
conuentionum inter eos factarum, & fuerit iam re-
solutum scuta septemmillia cessisse in extinctionem
debiti Guicciardinorūm à die solutionis per eos fa-
ctæ, scuta vero quinque millia à die vltimæ solidatio-
nis de anno 1615. Dubitaui, An constaret de iusti-
tia cambiorum, & pro qua summa esset relaxandum
mandatum contra Guicciardinos, & Domini quo-
ad primam partem dubij, responderunt affirma-
tiuè; nam cambia iustificantur ex conuentione inter
partes inita de capien. ad cambium summam prædi-
ctam scut. 12 mill. vel à semetipsis, vel ab alijs Mer-
catoribus vsque ad integram sortis, & cambiorum
restitutionem necnon ex litteris verè transmissis ab
Vrbe ad diuersos Mercatores in nundinis, quæ per
eos receptæ, & acceptatæ, & postea cum cambijs re-
uersæ, iunctis partitis librorum Mercatorum per cō-
fessionem ipsius R.P.D. Aloysij Guicciardini appro-
1 tis faciunt, vt dicta † cambia dicantur realia, & in eis
interuenerint omnia requisita in Constitutione fel.
rec. Pij V. 148. inter impress. prout fuit resolutum
in vna *Romana, seu Florentina cambiorum 12. Ia-
nuarij 1615. coram* R.P.D. *meo Dunozet, & in Ro-
mana pecuniaria 13. Iunij 1616. coram* R.P.D. *meo
Pamphilio,* vbi in specie fuit responsum ad defectum
2 intimationis, cum in hoc † casu cambia non petan-
tur ratione commissæ moræ per Guicciardinos, sed
ratione conuentionis, & mandati, vt fuit resolutum
*in Bonon. Quadernæ 22. Iunij 1611. coram Illustriss.
Cardinali Lancellotto, & in dicta* Romana *pecunia-
ria coram D. meo* Pamphilio, *& in eadem causa 1. De-
cembris 1617. coram* R.P.D. *meo Buratto.*

Nec obstat, quod cambia fuerint per Mercatores
3 accepta à semetipsis, quia † huic obiecto abundè sa-
tisfit in *d. Romana, seu Florentina cambiorum co-
ram D. meo Dunozet.*

Circa verò secundam partem dubij, dicebant Do-
mini, mandatum esse relaxan. pro summa liquidata
à partibus de anno 1615. quæ demptis cambijs acti-
uis, & passiuis decursis pro partita scut. 7. mill. quam
Rota tenuit, cessisse in extinctionem de tempore so-
lutionis, vt in *decis. 31. Maij 1617.* ascendit ad scu-
ta 9289. b. 93. monetæ, quæ redacta ad aurum stam-
parum ad rationem augmenti, seu vt dicitur, dell'
aggio ad rationem 130. prout tunc currebat, consti-
tuunt scuta 6984 sol. 15. den. 3. per totā diem quar-
tam Septembris 1615. iuxta relationem periti mer-
4 catorum, † cum quo concordat tertius peritus ex of-
ficio electus, cui standum est *l. item si vnus, §. vlt. ff.
de recept. arbitr. Bart. in l. 3. ad fin. C. de pignor. Se-
raph. decis. 665. num. 3. & fuit dictum in Romana
mercedis 14. Nouembris 1611. coram me,* quæ scuta
6984. denuò cambiata, prout aurum valebat die 26.
Martij 1616. ad rationem 93. faciunt summam scut.
7190. auri stamparum, quibus si addantur cambia
postea decursa vsque ad diem 9. Septembris 1617.
quæ important scuta 1031. auri stamparum iuxta re-
5 lationem † alterius periti ad hoc specialiter electi,
cui etiam standum est, *l. semel, C. de re milit. lib. 12.
Aym. cons. 94. num. 2. vers. secundo respondeo,* con-
stituunt in totum summā scut. 8221. 12. 2. auri stam-
parum, & in d. summa Domini dixerunt, mandatum
esse relaxandum.

Et ita fuit decisum vna tantum parte informante.

R. P. D.

R. P. D. REMBOLDO.

Ariminen. Fideicommissi.

Veneris 18. Maij 1618.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum restrictum ad certas personas, non est cur illud ad non nominatas vltra mentem testatoris veniat extendendum. Alienationis prohibitio, vt sit valens inducere absolutum fideicommissum, quid requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum ad certas personas restrictum ad alias non extenditur.*

2 *Prohibitio restricta ad certas personas, & ad certum tempus, nec vltra dictas personas, nec vltra dictum tempus extenditur.*

3 *Fideicommissum vltra personas expressas quando extendatur.*

4 *Familiæ nomen est generale, & sic comprehendit etiam nepotes.*

5 *Alienationis prohibitio, quando sit valens inducere fideicommissum absolutum, & num.9.*

6 *Alienationis prohibitio tunc per se est apta inducere fideicommissum absolutum, quando stat in capite separato, absque aliqua relatione.*

7 *Ideo secus erit, quando habet dependentiam, & sub vnico tenore facta est, quia tunc regulatur secundum naturam dispositionis, cui adijcitur, & nu.8.*

10 *Extensio de persona ad personam in iure non admittitur.*

11 *Testator si aliquid voluisset, id expressisset, & maximè si aliqua dispositio similis expressit in certo casu.*

12 *Fideicommissum non censetur testator voluisse inducere, si exclusit proprias filias, vt includeret filios.*

13 *Substitutiones non sunt ampliandæ, & somniandæ, vt extendatur fideicommissum vltra mentem testatoris.*

DECISIO XXIV.

ANDREAS q. Thomati de Ghellis scriptis sibi hæredibus vniuersalibus Ioan. Antonio, & Sebastiano eius filijs, ipsos ad inuicem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, & per hæc bona inter eos diuidi prohibuit, & quoniam mētio, & intentio dicti Andreæ testatoris est, quod bona hæreditatis ipsius non dilapidentur, sed vt potius quantum fieri poterit cōseruentur pro ipsis suis filijs, & eorum familia, voluit, iussit, & mādauit, quod dicti Ioannes Antonius, & Sebastianus non possint, nec valeāt bona hæreditatis prædictæ inter ipsos sub quocumque prætextu diuidere, donec Sebastianus ætatem annorum 25. compleuerit sub pœna priuationis &c. Vnde dubitari contigit. An per dictam dispositionem fuerit inductum fideicommissum ad fauorem Mariæ, & Andreæ nepotum dicti testatoris, & Domini negatiuè responderunt.

Nam quantum dictam substitutionem attinet, dubium nullum est, quod quia in illa nulla mentio facta legitur de filijs filiorum dicti testatoris ad dd. filiorū filios, & sic testatoris nepotes extendi non potest ex
1 trita illa, & sæpius in Rota †canonizata regula, quod fideicommissum ad certas personas restrictum ad alias non extenditur *Aretin. in l. Gallus, §. & quid si tantum col.4. & ibi omnes. ff. de liber. & posthum. Rip. in l. fil. fam. §. diui num.108. & 111. ff. de leg.1. Ceph. cons.330. num.72. & cons.39. num.17. vol.3. Honded. cons.63. num.14. lib.3. Peregr. de fideicom. art.1. num.72. cum alijs adductis in vna Bononien. fideicommissi de Lambertinis 11. Martij 1611. coram R.P.D. meo Manzanedo, & in Ariminen. fideicommissi 17. Ianuarij 1614. coram R.P.D. meo Verospio.*

Et ex eadem quoque ratione non potest dicta extensio fieri virtute dictæ prohibitionis, quia illa nedum restricta est ad filios dicti testatoris, sed ad certum etiam tempus limitata, vsquequo licet Sebastianus vigesimumquintum annū compleuerit, ac pro-
2 pterea, †nec vltra dictas personas, nec vltra tempus in ea expressum extenditur *Bart. in l. pater filium. §. fundum. ff. de leg.3. Ripa in d. l. filius familias. §. diui. num.108. & 111. ff. de leg.1. Caputaq. decis.23. num.2. par.2. Card. Seraph. decis.482. num.2. cum alijs supra citatis.*

Nec aliquid operatur declaratio mentis testatoris per modum causæ expressa, & dictæ prohibitioni adiecta, quoniam voluit bona pro filijs conseruari, nam & si dici soleat, quod huiusmodi declaratio per
3 modū causæ expressa apta est†ad inducēdū perpetuū, & absolutū fideicōmissum, & extendit dispositionem etiam vltra personas expressas *d. l. pater filium, & ibi Bart. ff. de leg.3. Castr. cons.238. in fin. vers. sed in contrarium lib.2. Rota diuers. decis.568. par.1. & fuit aliàs sæpissimè decisum.*

Idq. maximè in proposito procedere videatur, eo quod nomen familiæ de qua testator in dicta disposi-
4 tione, seu declaratione expressam mentionem† fecit, est generale, & aptum quoque nepotes comprehendere, *l. pronunciatio §. familiæ, vers. iure enim proprio. ff de verb. signific. Bart. in l. fin. sub nu.1. vers. contrarium. C. eodem.*

5 Et prohibitio erat de per se valida,†propter adiectionem pœnæ nullitatis, quod multum ad hunc effectum ponderare solent Doctores, nam quatenus eo
6 † casu non censeretur absolutum fideicommissum inductum, ratio per testatorem expressa, remaneret superflua, *Rota d. decis.568. sub num.2. vers. idque tanto magis, Surd cons.67. num.8.*

Dictum tamen fuit hæc locum sibi vindicare, quando declaratio testatoris per modum causæ expressa stat de per se, & in capite separato, & absque
7 † aliqua relatione, seu correspectiuitate ad præcedens, seu subsequens fideicommissum, aut aliam dispositionem ad certum tempus, vel personas limitatam, secus verò quando dicta declaratio ab alio fideicōmisso, seu dispositione †dependet, & sub vnico tenore, & contextu verborum facta est, quia tunc nō fit extensio fideicommissi per rationem adiectam, sed ipsamet ratio restringitur ad personas in fideicommisso, seu alia dispositione comprehensas, iuxta *cons. Dec.636. & Alex. cons.59. num.9. lib.3.* quos millies Rota sequuta fuit, & præsertim coram *bon. mem. Card. Seraph. decis. inter impress.883. & in Fauentina fideicommissi de Pasijs 20. Maij 1588. coram bo. me Card. Pamphilio.*

Vnde cum in proposito ex verbis testamenti supra relatis appareat, quod declaratio testatoris, quod voluit bona pro filijs, & eorum familia conseruari, nō
8 stant de per se, sed † tota depednet à subsequenti dispositione, cum qua nisi dicta declaratio coniungeretur

retur, illa remaneret imperfecta, debet procul dubio ad eandem dispositionem, quæ ad certas personas, & ad certum tempus limitata est, restringi, nec vltra eam aliquo modo extēdi, vel interpretari ex allegat.

Ex quibus etiam patet responsio ad omnia in cōtrarium allegata, quod scilicet casui nostro non applicantur, quia in illis prohibitiones alienationis
9 † erant perpetuæ, & rationes à testatore expressæ non dependētes ab alia dispositione limitata, sed per se stantes, vt ex earum lectura apparet.

Nec aliquid faciunt aliæ coniecturæ pro extensione fideicommissi ab informantibus ponderatæ, nam ex eo quod testator filiabus fœminis substituit eius filios, & dictorum filiorum filios in portione per ipsum eisdem filiabus relicta, elici non potest sufficiēs coniectura ad extendendum fideicommissum filijs masculis iniunctum ad eorumdemmet filiorum fi-
10 lios, quia fieret hoc pacto † extensio de persona ad personas quod in iure non admittitur, *Rol. cons. 56. num. 24 lib 3. Gabr. cons. 111. nu. 13. lib. 1. Menoch. cons 220. num. 128. & seq.* quinimmò ex hac ipsa substitutione filiabus feminis facta satis euidens cōiectura colligitur, quod si testator filijs masculis eo-
11 rumdemmet filios substituere † voluisset, id expressisset, prout fecit substituendo dictis filiabus, iuxta tradita per *Rol. dicto cons. 56 nu. 4 lib. 3. Gozzad. cons. 29. num. 16. Soccin. cons. 73. num. 21. vers. hæc pars lib. 4. Menoch. cons. 215. num. 68. & seq. Cardin. Seraph. decis. 1486. num. 12.*

Minus dici potest sufficiens coniectura illa, quod testator exclusit proprias filias ad fauorem filiorum,
12 † quia non ideo inducitur fideicommissum ad vlteriorem gradum, *Menoch. cons. 220. num. 128. & seq. cum alijs adductis per bo. me. Card. Seraph. d. decis. 1486 num. 17. & sequen.*

Prout & illa coniectura quoque est inefficax, quæ ex eo deducitur, quod testator disposuit, quod si eius filiæ remanerent viduæ, possint redire ad domum ipsius testatoris, quia cum hæc dispositio possit adim-
13 pleri viuentibus filijs, aut saltem † absque alio fideicommisso non sunt ampliandæ, seu somniādæ substitutiones vltra dispositionem testatoris, *vt tradit bo. me. Card. Mantic. de coniect. vltim. volun. volum. 6. tit. 15 num. 6. cum ibi allegatis &c.*

EMINENTISS. CARD. SACRATO.

Romana de Marescottis.

Lunæ 21. Maij 1618.

ARGVMENTVM.

Filius, quando est institutus hæres à patre in certis bonis pro sua legitima, si postea reperiatur, quod dicta bona non erant sua, filius tunc dicitur ignoranter præteritus, & an hæredes patris teneantur dare æstimationem illorum bonorum ei.

SVMMARIVM.

1 *Actum nullum de sui natura, nemo præsumitur voluisse scienter, & prudenter facere, & n. 7.*
2 *Actum à sapientibus reprehensibilē, & contra naturalem omnium hominum affectum, nemo præsumitur facere voluisse. & num. 9.*
3 *Filium præterire est actus nullus.*
4 *Filium præterire est actus à sapientibus reprehensibilis.*
5 *Testator præteriens filium, à lege vocatur amens & furiosus.*
6 *Filios præterire, est actus contra naturalem omnium hominum affectum.*
8 *Simulatio numquam admittitur, nisi probata causa simulationis.*
10 *Testamentum est ita interpretandum, ne testator præsumatur voluisse facere actum reprehēsibilem.*
11 *Pater non præsumitur voluisse facere contra naturalem affectum paternum.*
12 *Hæredes mediati testatoris non possunt allegare ipsius turpitudinem.*
13 *Error circa proprium patrimonium plerumq. euenisse solet.*
14 *Confiscationes, vt euitentur, multa fingi solent.*
15 *Pater, quando ignoranter præterit, filium, lex præsumit, quod si pater hoc sciuisset, illum non præterijsset. & num. 21.*
16 *Causa, quando reperitur falsa, cessat voluntas.*
17 *Clausula codicillaris fuit inuenta, vt voluntas testatoris, quæ directè non potest habere locum, illum habeat indirectè, & per fideicommissum.*
18 *Causa cessante, cessat effectus.*
19 *Pater, quando ignorans habere filium, illum præterijt, clausula codicillaris nihil operatur.*
20 *Patrimonij amplitudo allicit homines ad faciendas dispositiones ad fauorem extraneorum, quas alias non facerent.*
22 *Actor tenetur plenè liquidare suam prætensionem, nec sufficit sibi de illa docere in confuso.*
23 *Clausula codicillaris, quid operetur.*
24 *Testator præsumitur implicitè voluisse, quod Notarius extendit in testamento.*
25 *Voluntas implicita, & præsumpta facilius tollitur contrarijs præsumptionibus.*

DECISIO XXV.

DOMINI perstiterunt in decisis in hac causa sub die 29. Ianuarij præsentis anni, * quod scilicet M. Antonius filius præteritus non fuerit per clausulam codicillarem grauatus restituere hæreditatem paternam Iuliæ scriptę hæredi in testamento, & pro fundamento sumpserunt quod M. Antonius fuit ignoranter præteritus, quod probari videbatur, quia ex alids dictis negari non potest materiam esse dubiam, & in dubio non est dicendum Alphonsum patrem scienter, & prudenter voluisse facere actum
1 † de sui natura nullum, & à sapientibus reprehensi-
2 bilem, † & contra naturalem omnium hominum affe-
3 ctum, etenim quod præterire † filium fit actus nullus, patet in toto *tit. ff. de lib. & posthum. & C. de lib. præterit.* Quod sit à sapientibus † reprehensibi-
4 lis probatur *ex tex. in l. si Titia in fine. ff. de inoff. testam. & in l. panonus. §. vlt. ff. de leg. 3.* vbi lex vocat
5 † facientes similia testamenta quasi amentes, & fu-
6 riosos, tertio quod talis præterit o sit contra † naturalem omnium hominum affectum probatur *in l. cū auus de condit. & demonstr. in l. cum acutissimi. C. de fideicom. & in l. si vnquam. C. de reuocan. donat. cum simILib.* Quod autem nempè præsumatur sciens,
7 & † prudens velle facere huiusmodi actus quoad nullitatem probatur in *l. similes qui destinauerat. ff. de milit. testam. Bald. cons 42. lib. 1. Alex. cons. 53. num. 5. & 6. lib. 7. Alciat. de præsumpt. reg. 5. præsump. 35. num. 3. vers. & hæc præsumptio*, sed eo minus quando non potest allegari causa propter quam volue-

voluerit quis facere actum nullum, sicut dicimus de
8 simulatione, † quæ nunquam admittitur nisi probata
causa simulationis. *Bald. in l. ab Anastasio num. 11.
& 12. ff. mandat. Bart. cons. 65. nu. 2 & 3. lib. 1. Ri-
min. iun. cons. 62. nu. 7. lib. 1. & fuit pluries decisum
in Rota.* Similiter quod nemo præsumatur voluisse
9 † facere actum reprehensibilem. Ideoq. capiendam
10 esse interpretationem ne testator † de hoc redargua-
tur est *textus Iulius Saluius Aristo. ff. de lega. præ-
stan. & scribunt Aym. cons. 3. num. 23. vers. sed debet
interpretari, Roland. à Valle cons. 72. nu. 43. lib. 3.
& dixit Rot. in decis. 724. num. 11. par. 1. diuers.* Et
11 denique quod quis † non præsumatur voluisse facere
contra naturalem affectum paternum probatur *in
dd. ll. cum auus, cum acutissimis, & si vnquam cum
ibi notatis per scribentes*, sed vlteriùs quod testator
in proposito casu ignoranter, & sine intentione præ-
terierit filium, manifestè colligi visum fuit ex verbis
ipsius testatoris dum declarat *hauer lasciato à M.
Antonio li Castelii di Vignanello & Parano, come
per dispositione & scritture fatte da se, & però vuo-
le, che non possa dimandar altro della sua heredità,
& l'instituisce in detti Castelli.* Cum igitur non sit
verum, quod testator reliquerit Castra M. Antonio,
nec illa essent de sua hæreditate in totũ vel pro par-
te, vt aliàs fuit decisum, alterum sequi videbatur, vel
quod testator imprudenter, & mendaciter hoc asse-
ruerit, vel quod errauerit credendo scilicet Castra à
se relicta esse sua, cum verè non essent, sed primum
12 non possunt asserere hæredes Iuliæ, quia † tanquam
hæredes mediati ipsius testatoris non possunt allega-
re illius turpitudinem *l. filios C. qui in fraud credit.
Signor. cons. 122. num. 3. & cons. 257. num. 5. Castr.
306. num. 4. lib. 2. Crauett. cons. 125. num. 6.* ergo di-
cendum est secundum, nempè quod testator errauе-
rit credendo Castra esse in totum vel in parte, cum
verè non essent, nec fuit visum Dominis nouum,
13 quod quis † errauerit circa proprium patrimonium
cum hoc soleat plerumq. euenire, vt dicit *textus in
§. in fraudem instit. quibus ex caus. manum. non li-
cet. & in l. in fraudem. ff. qui & à quibus*, & licèt Al-
phonsus testator interuenerit in quadam composi-
tione facta cum Camera Apostolica, in qua fuit as-
sertum ista Castra esse filiorũ ipsius testatoris, quod
14 non essent propria, cum notum sit multa † cõfingi ad
euitandas confiscationes, & sic licèt Alphonsus tunc
admiserit Castra esse filiorum, non ex hoc conuinci-
tur aduersus tot supra ponderatas rationes, quod non
remanserit sibi, vel saltim quod non superuenerint
post dictam cõpositionem opinio & credulitas, quod
essent sua in totum, vel pro parte forte propter ali-
quas prætensiones, quas haberet super fideicommissis
in quibus vocabantur filij aut quid simile, & fuit ani-
maduersum, quod alias dum ageretur, An Marco An-
tonio deberetur æstimatio istorum Castrorum fuit illi
ad instantiam hæredum Iuliæ denegata æstimatio ex
hoc principali capite, quod testator crediderit illa es-
se propria, & sic non habuerit intentionem relinquẽ-
di æstimationem; vnde modo videbatur posse fieri di-
lema, aut testator sciuit Castra non esse propria, &
omnino deberi æstimationem Marco Antonio & eius
filijs, quæ æstimatio plus valet quàm reliquum hæ-
reditatis, relictum Iuliæ, & sic clausula codicillaris
seruiet de vento, aut ignorauit Castra non esse sua, &
remanet firmum, quod ignoranter præterijt filium,
vnde resultare, videbatur quod ipse per clausulam
codicillarem non censeatur grauatus restituere hæ-
reditatem Iuliæ hæredi scriptæ in testamento, quia
15 lex † præsumit, quod si testator intellexisset se præte-
rire filium illum non præterijsset, nec extraneum in
tota hæreditate proposuisset *dd. ll. cum auus cum acu-
tissimi, & si vnquam cum concordantibus*, sed vlte-
rius hoc fit manifestum ex ipsis verbis testamenti, de
quibus supra, ex quibus apparet, ideo testatorem
præterijsse filium in parte relicta Iuliæ, quia credebat
se reliquisse Castra Marco Antonio, ibi, *Però voglio
non possi dimandare altro della mia heredità*, cum
16 igitur ista causa modo detegatur falsa † cessat volun-
tas & consensus prætereundi filium *ex reg. cap. cum
cessante de appell. Tiraq. tract. cessante caus. nu. 96.
120. & 121. bene Anchar. cons. 163. in fine*, cessante
verò voluntate prætereundi filium in institutione di-
recta, necesse est vt etiam cesset in grauando illum per
17 clausulam codicillarem, quia clausula † codicillaris
fuit adinuenta, vt voluntas testatoris quæ directè nõ
potest habere locum, illum habeat indirectè, & per
fideicommissum, *Bald. in l. fin. num. 4. C. de codicill.
Mandell. post alios cons. 463. num. 16. & 17.* Ideoq.
18 cessante illa † cessat & ista, quia talis est causa de-
riuatiua, qualis fuit primitiua seu productiua, vt ele-
ganter dicit *Bald. in cons. 116. num. 1. lib. 1.* & sic be-
nè applicatur communissima opinio in alia decisione
19 firmata, quod si pater † ignorans se habere filium
illum præterijt, clausula codicillaris nõ operatur, quia
vis non est in causa præteritionis, sed in ignorantia
qua data præsumitur quod testator directè non insti-
tuisset extraneum, vt benè ponderat *Aret. cons. vlt. in
fine*. & consequenter præsumit quod nec etiam per
clausulam codicillarem voluerit grauare filiũ ad re-
stituen. illi extraneo, & licet quando testator scit se
habere filium, & hoc non obstante illum instituit in
certa tantum parte hæreditatis, oriatur suspicio quod
si testator sciuisset bona à se relicta filio non esse pro-
pria, adhuc reliquisset aliquid hæredi extraneo scrip-
to in testamento, tamen neque hoc potest pro certo
20 affirmari, cum amplitudo † patrimonij alliciat ho-
mines ad faciendas dispositiones ad fauorem extra-
neorum, quas aliàs non facerent, sed etiam hoc ad-
misso nihil releuare visum fuit, quia sufficit filio qui
conuenitur tanquam hæres ab intestato docere, quod
verè testator tantam partem directè non reliquisset
extraneo, quod probatur eo ipso, quod per supra al-
21 legatas conclusiones docet patrem si sciuisset † non
fuisse in totum præteriturum, vt supra demonstratum
est, etenim totum illud quod iure institutionis reli-
cturus erat filio, erat ablaturus hæredi scripto, ideo
remanet incertum quid, & quãtum testator reliquis-
set, quæ incertitudo prætensionis actoris sufficit reo
22 ad effectum liberationis, quia actor † tenetur plenè
liquidare suam prætensionem, nec sufficit sibi de illa
docere in confuso *ad l. duo sunt Titij. ff. de testam. tu-
tel. c. in præsentiam, vbi gloss. verb. dubium de proba-
tionibus. Crauett. cons. 208. num. 3.*

Considerabãt etiam aliqui ex DD. quod ista clau-
sula ex stylo Notariorũ ponitur in omnibus testa-
mentis, & sic etiam habetur in formulario impresso,
& pauci sunt homines qui intelligant illius efficaciã,
& licèt Rota non admittat opinionem illorum, qui
23 † propter hoc volunt illam nihil aut parum operari,
vt in *Ariminen. fideicommissi 10. Nouembris 1597.
coram bo. me. Litta*, attamen negari non potest, quod
illius operatio procedit ex voluntate testatoris præ-
sumpta

24 sumpta, quippe quia præsumitur † quod testator implicitè voluit illud, quod Notarius extendit in testamento,& iam si non intelligat vim clausularum,ideo-
25 que ista voluntas implicita, † & præsumpta faciliùs tolli debet ex contrarijs præsumptionibus *l. diuus ff. de restit. in integr. Alex. cons. 54. num. 21. lib. 7. Castren. cons. 26. num. 3. ad fin. lib. 2. Crauett. cons. 145. num. 11. Tiraq. in l. si vnquam verb. donatione largitus num. 156.*

Et ita conclusum, &c.

☞ *Est supra in hoc Tomo decis. quinta. Et in part. 1. recent. in eadem causa habes duas decisiones, nempe sub diebus 13. Februarij, & 20. Nouemb. 1613. sunt in ordine 453. & 526. atque in par. 2. pariter recent. adsunt tres aliæ sub diebus 20. Martij 1615. 14. Decemb. eiusdem anni, ac altera etiam eiusdem diei, & anni, sunt decisiones 662. 770. & 771. Infra habetur alia sub die 10. Maij 1619. coram bo. me. Remboldo.*

R. P. D. VBALDO.

Anconitana de Fanellis.

Lunæ 21. Maij 1618.

ARGVMENTVM.

Instrumento est adhibenda fides, si concurrant omnia requisita publici instrumenti. Instrumento, quando sit standum, & alia circa extractionem instrumentorum, & maximè si sint mortui Notarij de eis rogati.

SVMMARIVM.

1 *Instrumento est adhibenda fides, si habeat omnia requisita publici instrumenti.*
2 *Testamenti instrumentum ex quibus appareat esse authenticum.*
3 *Instrumenta notarij mortui possunt publicari ab alijs Notarijs, stante sic statuto.*
4 *Et illis datur fides perindè, ac si essent extracta à successore in officio.*
5 *Extractio instrumenti Notarij mortui videtur permissa tantum ex protocollo, non autem ex liberculis.*
6 *Hoc tamen non procedit stante speciali commissione* Iudicis. *& num 7.*
7 *Sumpto, seu exemplo non statur, nisi producatur originale.*
8 *Instrumentum, si semel fuerit legitimè extractum, ei standum est, tanquam publico instrumento, quamuis non constet de matrice, vel originali. num. 9.*
10 *de Rogitu instrumenti originalis, vbi non constat eius sumpto extracto, etiam auctoritate superioris non creditur.*
11 *Notario non creditur attestanti de rogitu alieno, nisi de eo constet.*
12 *Fallit tamen hoc, quando eiusdem instrumenti reperitur facta mentio in alia scriptura.*

DECISIO XXVI.

1 CENSVERVNT Domini sumpto testamenti, de quo agitur, esse adhibendam fidem, † quia in primis habet omnia requisita ad publicum instrumentum, de quibus per *glos. in l. generali. in verb. seruituti. C. de Tabular. lib. 10. Bart. in l. si quis ex argentarijs, §. si initium. num. 6. ff. de eden. Abb. in cap. 1. num.... & ibi Imol. & Felin. num. 2. de fid. instr. Seraph. decis. 1236. num. 1.* & fuit dictum in *causa Bononien. de Gozzadinis 21. Maij 1614. coram* R. P. *D. meo Pamphilio*, nempe subscriptionem Notarij,
2 annum, & diem, Indictionem, † Pontificatum, numerum testium, institutionem hæredis, & alia requisita ad testamentum.

Non obstat quod extractio non fuerit facta ab eodem Notario rogato, quia stante Statuto Anconitano dante facultatem Notarijs publicandi Instrumenta Notariorum defunctorum, etiamsi non essent in protocollis extensa, habentibus tamen licentiam à consilio eiusdem Ciuitatis, prout illam habuit Nota-
3 rius, qui dictum sumptum † extraxit, datur fides per-
4 inde, ac si essent extracta † à successore in officio. *cap. cum P. tabellio. vbi Abb. nu 2. Felin. in princ. Card. num. 1. de fid. instr. Bart. in d. l. si quis ex argentarijs, §. 1. nu. 3. ff. de edend. Doct. in auth si quis in aliquo, vbi Alex. cons. 5. vers. faceret etiam. Ias. num. 5. vers. 10. fallit. C. eod. tit. Seraph. decis. 1236. num. 2. Caputaq. decis. 351. num. 2. & 3. par. 2. cum alijs adductis in Mediolanen. decimarum S. Donati 23. Ianuarij 1612. coram R. P. D. meo Pirouano, & in alia Mediolanen. decimarum 4. Iulij 1614. coram* R. P. D. *meo Andrea, & in Aquilana pecuniaria 6. Aprilis 1612. coram me.*

Nec refragatur, quod non fuerit extractum ex protocollo, sed ex quodam liberculo instrumento-
5 rum Angeli Seubronij anni 1544. qui vt † dicitur rogatus de dicto instrumento, extractio autem per obitum Notarij rogati videatur permissa ex protocollo tantùm, iuxta allegata per *Castren. cons. 111. sub num. 1. vers. si vero solemnitatem. par. 1. cum aliis per Menoch. de arbitr. cap. 185. num. 25.* quia
6 fuit responsum hoc fallere stante † speciali commissione Iudicis, vt ibidem per *Castrens. cons. 111. & Menoch. num. 26.* in proposito autem commissio extrahendi fuit data Ioanni Baptistæ Alberico à Consilio Anconæ, iuxta formam Statutorum eiusdem Ci-
7 uitatis, quibus permittitur publicari † instrumenta Notarij mortui, etiam non extensa in protocollo habita licentia, seu commissione, vt supra dictum est.

Nec facit, quod dicto sumpto, seu exemplo non
8 stetur, nisi † producatur originale, *auth. si quis in aliquo,* vbi *Doct. C. de edend.* nam cum fuerit semel
9 legitimè extractum, ex prædictis ei † standum est tanquam publico instrumento, etiam si non constet de matrice, vel originali. *Bald. in rubr. C. de fid. Instr. sub num. 20. vers. vnde in contrarium. Couarr practic. quæst. cap. 19. sub nu. 3.* & fuit tentum in *dicta Bononien. de Gozzadinis coram R. P. D. meo Pamphilio, vbi aliæ decisiones allegantur.*

Nec visum est obstare, quod non constet de rogi-
10 tu † originali testamenti, de quo agitur, quo casu sumpto etiam extracto auctoritate Superioris non videtur credendum, *ad tradita per Curt. iun. cons. 166. num. 1. & seq. cum alleg.* quia licet vera sit con-
11 clusio, quod non creditur † Notario attestanti de rogitu, præsertim alieno, nisi de illo constet, ex tra-
12 ditis per *Curt. iun. loco allegato,* tamen fallit † quando eiusdem instrumenti reperitur facta mentio in alia scriptura. *Ruin. cons. 144. num. 9. & 11. lib. 4. Menoch. cons. 185. nu. 33. & post eos, & alios Surd. cons. 245. nu. 23. & seq. &c.*

REVE-

REVERENDISS. DVNOZETTO ARCHIEPISCOPO SELEVCIEN.

Pampilonen. Beneficiorum.

Lunæ 21. Maij 1618.

ARGVMENTVM.

Remissoriæ petitio quando reijcienda veniat. Vniuersitati ad probandum, se esse constitutam in quasi possessione ab immemorabili tempore alicuius Iurispatronatus, quando denegetur remissoria.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria denegatur ad probandum id, quando de contrario per scripturas authenticas apparet.*
2 *Immemorabilis non potest probari per scripturas.*
3 *Extare, & non extare hoc nihil magis inter se repugnat.*
4 *Obseruantia est optima rerum interpres.*
5 *Episcopus non potest Ecclesiam ante liberam seruituti sine causa subijcere.*
6 *Verbum, postquam, denotat tempus futurum, & excludit omne tempus anterius.*
7 *Remissoria denegatur, quando per productionem iurium, & depositiones testium productorum contrarium fuit plenè articulatum, & probatum.*
8 *Immemorabilis, quando fuit probata, allegari potest melior titulus de mundo.*
10 *Testium dicta diuidi possunt.*
11 *Scriptura non potest pro parte acceptari, & pro parte reprobari, ab illo, qui eam producit.*
12 *Productio scripturarum, licet sit facta in alio iudicio, tamen si sit inter easdem partes, semper productio præiudicat.*
13 *Productio facta à procuratore, habente generale mandatum valida est, ita vt principali præiudicet.*
14 *ex Tituli productione oritur confessio producentis.*
15 *Titulus, quando producitur ab aliquo, ex hoc non infertur carentia alterius melioris tituli.*
16 *Scriptura requiritur, & non testes, ad probandam immemorabilem in iurepatronatus potentum.*
17 *Laici, nullum ius habent in decimis.*
18 *Ex augmento dotis non quæritur iuspatronatus.*
19 *Ordinarius non potest impedire executionem literarum Apostolicarum.*
20 *Remissoria non datur sine fumo, stante probatione contraria.*
21 *Prouisio Ordinarij, si sit facta postquam Papa manum apposuit non tenet, cum manus Ordinarij ligatæ sint.*

DECISIO XXVII.

DISPVTATO aliàs sub die 6. Nouemb. 1617.* dubio vtrum constaret de causis restitutionis in integrum aduersùs rem iudicatam, & sententiam Rotalem in fauorem libertatis Ecclesiæ, & prouisorũ Apostolicorum, Alcaldus, Iurati, & Vicarij Vniuersitatis, qui se fuisse indefensos asserebant ad docen. de bono iure, quod in eo consistit vtrum iuspatronatus Beneficiorum, de quibus agitur, ipsis competeret petierunt remissoriam ad proban. se esse constitutos in quasi possessione ab immemorabili tempore d. iurispatronatus, quæ sola stan. dispositione Sac. Concilij Vniuersitati potest suffragari. Ideo prouisis Apostolicis denegandam remissoriam contendentibus; Dubitaui vtrum dictæ Vniuersitati danda esset remissoria necne, Quo dubio proposito Domini negatiuè responderunt.

Ratio pręcipua, & maxima decisionis hęc est, quod articulus primus datus pro parte Vniuersitatis ad proban. immemorabilem hodie redditur improba-
1 bilis, & ita denegatur remissoria † ad probandum id quando de contrario per scripturas authenticas apparet *l. Census, ff. de probat. glos. in cap. 1. §. posteaquam de censib. in 6. in verbo scriptis*, *Rot. decis. 10. num. 2. de offic. deleg. in nouis cum multis allegatis in illa Meliten. Baiuliuatus 27. Nouembris 1617. & 4. Maij 1618. coram me.*

Licèt enim immemorabilis non possit probari per
2 scripturas, † potest tamen totaliter excludi quando per productionem alicuius tituli constat de initio cũ
3 nihil magis † repugnet inter se quam extare, & non extare *Put. decis. 456. nu. 2. lib. 2. Seraph. decis. 458. num. 4. Couar. in reg. poss. ssor. par. 2. §. 3. ad fin. Molin. de primog. Hispan. lib. 2. cap. 6. num. 45. 61. & 63. & in hac causa fuit firmatum coram R.P.D. meo Pirouano*, & fusissimè in vna *Conchen. Decimarum dell' Infantado 11. Martij 1616. coram R.P.D. Andrea*, & aliàs sæpissimè.

Quod autem constat de initio iurispatronatus apparet ex eo quod ad iustificandum iuspatronatus Vniuersitati competere Procurator dictę Vniuersitatis produxit coram primo Iudice non solum Bullã Alexandri confirmatoriam, sed concessionem ipsam factam ab Ordinario de consensu Archidiaconi Collatoris inferioris, prout in registro processus à fol. 63. vsque ad 80. in qua hæc verba leguntur (quibus Alcaldo, Iuratis, & Vicarijs Iuspatronatus 16. Portionum de consensu Archidiaconi Rectoris tenore præsentium concedimus) ex quibus verbis necessario sequitur ius nouum antea non inductum fuisse concessum, *Felyn. in cap. decernimus num. 9. de iudic. fuit dictum in vna Ratisbonen. Canonicatus 23. Iunii 1617. coram R.P.D. Pirouano.*

4 Quod obseruantia optima † interpres docuit dum omnes præsentationes, & collationes factæ fuerunt secundum formam prædictæ concessionis, & cum relatione expressa ad ipsam, quæ minimè suffragari potest huic Vniuersitati ad acquirendum iuspatronatus cum Episcopus non potuerit istud priuilegium con-
5 cedere, † & Ecclesiam antea liberam subijcere seruituti sine causa nec confirmatio Apostolica vltra narrata, possit effectum sortiri, prout firmauit *Rota in hac causa coram R.P.D. Pirouano*, & clarè dicta verba concessionis id demonstrant, quia istud iuspatronatus tunc demum ab Ordinario Vniuersitati cõceditur postquam numerus Beneficiatorum erit re-
6 ductus de 24. ad 16. Verbum si quidem, † postquam denotat tempus futurum, & excludit omne tempus anterius *l. Aemilius, ff. de minor. 25. ann. Menoch. cons. 31. num. 83. lib. 1.*

Nec displicuit Dominis alia ratio denegandæ remissoriæ desumpta ex eo quod Vniuersitas in toto processu prætendit, & articulauit se habere iuspatronatus vigore priuilegij confirmati per Alexandrũ VI. & id non solum probauit, sed etiam fuerunt producta dicta testium in alio processu super hoc iure examinatorum, qui coarctant negatiuam, & deponunt Vniuersitatem nullum aliud ius habere quam prætensũ
7 priuilegium, & ita denegatur remissoria, † quando per

per productionem iurium, & depositiones testium
productorum contrarium fuit plenè articulatum, &
probatum, vt ex multis cumulatis firmauit *Rota in
vna Giennen. permutationis* 10. *Aprilis* 1617. *coram
me*.

Nec visum fuit obstare quod contra primum decisionis
fundamentum dicitur Procuratorem Vniuersitatis
ad alium finem, in alia causa sine mandato speciali
prædicta iura produxisse, & ita non potuisse tol-
8 lere ius dictæ Vniuersitati, quæ probata † immemorabili
allegare posset meliorem titulum de mundo, &
probatis continuis præsentationibus secundum formam
à Sacro Concilio præscriptam victoriam causæ
obtinere.

Hæc enim obiectiones facilè tolluntur. Et primo
in facto constat Gabrielem de Oteyca Procuratorem
Vniuersitatis die 4. Septembris 1614. comparuisse
coram Iudice, & petijsse reuocationem inhibitionis,
quæ emanauerat ex eo, quod nō erat productū iuspatronatus,
nec sententiæ, & concludit se illa iura exhibere
pro obtinen. moderatione inhibitionis, quia
non est æquum, vt stante patronatu principales sua
possessione priuentur, vt in processu fol. 67. exhibito
Dominis:

Et licet ad alium effectum hæ concessiones, & pri-
9 uilegia fuissent producta, non ideo sequeretur non †
probari per instrumenta omnia quæ in his directè, seu
indirectè continentur *cap. cum olim* 19. *de censib. &
ibi* clarè *Innoc. num.* 5. quem ad id allegat, & laudat
Abb. num. 10. *&* 11. *Mohed. decis.* 1. *de regular.* Dicta
10 siquidem † testium possunt diuidi, secus autem dicendum
de scriptura quam pro parte acceptare, &
11 pro parte reprobare; qui eam producit, † non potest,
vt fuit consideratum in vna *Vlixbonen. Prioratus*
11. *Martij* 1611. *coram* Reuerendiss. *Sacrato*.

Nec visum fuit subsistere hæc iura fuisse producta
in alia causa licet prius intentata fuerit lis super abusu
præsentandi, nam in limine huius causæ articulatum
fuit iuspatronatus probatum, & canonizatum
per sententias in partibus Vniuersitate instante latas,
& ab ipsa acceptatas, & quamuis in alio iudicio
12 productio facta † fuisset cum sit inter easdem partes
semper productio præiudicaret *Bald. in l.* 2. *C. de
eden. & ibi scribentes Abb. in cap Clerici num.* 14. *&
ibi Felin. num.* 17. *de iudic. Caputaq. decis.* 190. *lib.* 1.
par. 2.

Prout non placuit Dominis, quod dicitur productionem
fuisse minus legitimè factā per Procuratorē
13 sine mandato speciali † sufficit enim ad productionem
validam mandatum generale ad lites, vt principali
præiudicet *Aym. cons.* 80. *num.* 6. *Rom. cons.* 433.
num. 10. *Veral. decis.* 193. *n.* 3. *p.* 1. Tolliturq. omnis
scrupulus ex eo quod dicti Alcaldus, Iurati, & Vicarius
sequenti die comparuerunt coram Iudice peten.
restitutionem scripturarum die præcedenti productarum,
vt in processu fol. 223. & in summ. num. 11.
14 ex quo actu † videtur Vniuersitas approbasse productionem
factam à Procuratore *l. vlt. C. de alim.
pupil. præst. Tiraq. de præscript. glos.* 4. *nu.* 59. *Seraph.
decis.* 2515. *in princ. post Veral. decis.* 133. *num.* 3.
& 4. *par.* 1.

Nec etiam obstat quod dicitur etiamsi iuspatronatus
non spectaret ad Vniuersitatem, propterea Ecclesiam
nō remanere liberam, quia vltra Alcaldum,
& Iuratos interuenit in præsentatione cantor, aliæq.
personæ Ecclesiasticæ, & sic videretur dicendum nō
esse locum dispositioni Sacri Concilij dum formam
præscribit personis, in quibus præsumitur vsurpatio
ad proban. iuspatronatus.

Responsum enim fuit per ipsammet concessionem,
& Bullam Alexandri VI. apparere Ecclesiasticos vna
cum laicis insimul ius illud obtinuisse, & sic ipsi
tanquam facientes numerum in Vniuersitate præsentant,
vt Vniuersitas quo casu non excluditur præsumptio
vsurpationis, nec posset hodie cantor vna cum
alijs Ecclesiasticis dictæ Vniuersitatis probare immemorabilem
possessionem iurispatrooatus ipsis separatim
competere, quia hoc esset incompatibile
cum narratiua, & dispositiua concessionis, & priuilegij,
& in omnem euentum si Ecclesiasticis solis hoc
ius competeret non excluderentur prouisi Apostolici
stante regula reseruatoria.

15 Nec obstat etiam quod ex † productione tituli
oriatur confessio illius, sed non carentia alterius melioris,
*vt in Constantien. Iurisdictionis coram Reuerendiss.
Attrebaten.* Ex supradictis enim tollitur obiectum,
& præcipuè ex verbis tituli producti, vnà cum
obseruantia plusquam centenaria probata per testes,
& per scripturas, vt fusius per informantes.

Quoad secundum articulum, in quo Vniuersitas
articulat fundationem, & constructionem Ecclesiæ
cum præsupposito, quod probari non possit immemorabilis,
vt superius firmatum est, facilis est responsio
non posse stante dispositioue Sacri Concilij Tridentini
cap. 9. *sess.* 25. admitti hanc probationem per te-
16 stes, † sed requiri scriuturas *Seraph. decis.* 1471. *nu.* 1.
fuit dictum in vna *Auximana iurispatronatus* 28.
Maij 1593. *coram Illustriss. Mellino*, alias quotidie
fieret fraus ũispositioni Sacri Concilij, vt fuit consideratum
in *vna Calaguritana de Viana* 1. *Iulij*
1615. *coram me*.

Quoad tertium articulum minus releuans videtur,
dum probare vult Vniuersitas nouum iuspatronatus
ex dotis augmento, quia vnde hoc augmentum
creuerit colligitur ex lectura concessionum, nec dicetur
auctum de bonis prætensorum patronorum si
constat auctos fuisse redditus Beneficiatorum ex diminutione
numeri portionum. Vltra quod præsupponitur
maiorem partem fructuum consistere in deci-
17 mis, † quas laici, qui nullum ius in his habere possunt,
nunquam præsumuntur donasse, *Rota* ... & si
Seraph. dec. 1387. *num.* 2 *& decis.* 1424. *num.* 1. & si
18 esset probatum augmentum dotis non ideo † iuspatronatus
dictæ Vniuersitati esset quæsitum *glos. in
cap. piæ mentis in verb. patronum* 16. *quæst. Abb. cons.*
59. *lib.* 2. *Bero. cons.* 4. *num.* 26. *lib.* 1. *Rota decis.* 258.
par. 1. *diuers. cum multis allegatis in vna Cæsaraugustana
Parochialis coram* R. P. D. *Decano die* 6.
Nouembris 1617.

Quo vero ad quartum articulum, in quo articulatur
vnum de beneficijs litigiosis non vacasse in mense
Maij, vt concludenter probauit Gulielmus, sed in
mense Iunij nullum posse fieri fundamentum ad obtinen.
remissoriam visum fuit. Nam si Vniuersitatis
ratio habeatur cum de inualiditate prætensi iurispatronatus
non dubitetur quoad eam nihil interest
quocumque mense vacauerit, quo verò ad Ordina-
19 rium † ipse non potuit impedire excquutionem literarum
Apostolicarum, & ad hunc effectum non
potuit esse legitimus contradictor, & petere remissoriam,
vt fuit dictum in *vna Verdunen. Canonicatus*
1604. *coram Illustriss. Millino*, die 8. Decembris
& in

& in Toletana Canonicatus coram Illustriß. Lancellotto 11. Ian. 1610.

Quo vero ad prouisum ab ipso Ordinario quoad ipsum causa remanet merè beneficialis, & intrant omnes regulæ à Rota toties approbatæ quod non
20 detur remissoria † sine fumo stante probatione contraria facta per Gulielmum à Rota canonizata, vltra quod iste prouisus obtinuit collationem, & institutionem lite in Rota pendente post inhibitionem intimatam in partibus, & reproductam in Curia quo casu ipse non dicitur legitimus contradictor ad impedien. exequutionem litterarum Apostolicarum,
21 idq. tanto magis quia prouisio † Ordinarij facta fuit postquam Papa quinque mensibus antea manum apposuerat, & ita ligatæ erant manus collatoris Ordinarij, vt fusius per informantes cum quibus transiuerunt Domini.

Et ita decisum vtraque parte informante.

☞ *Habetur præsens decisio sub die 6. Nouemb. 1617. infra in Appendice, post decisiones anni 1626. pro ut Indice ibi in principio posito. In eadem causa adest altera decisio sub die 13. Martij 1617. apud Mangil. post tract. de subhastation. est in ordine decis. 58.*

REVERENDISS. PIROVANO.

Vlixboneñ Parochialis de Arifana.

Lunæ 21. Maij 1618.

ARGVMENTVM.

Simonia non censetur commissa in acquisitione Iurispatronatus, si pro acquisitione iurium alicuius loci, aliquid fuerit solutum, quamuis in consequentiam accederet vox patronalis. Simoniæ fundamento cessante stultum est quærere, de simoniaca prauitate. Simonia in quo consistat. Text. in cap. cum pridem. de elect. quando non intret.

SVMMARIVM.

1 *In Iurispatronatus acquisitione, quando non censeatur commissa simonia.*
3 *Copulata intrant æqualiter in dispositione.*
4 *Iuspatronatus non transit in aliquem propter vitium simoniæ.*
5 *Actus semper tribuitur suæ causæ, & ab eo regulatur.*
6 *Protestatio remouet sensum ab actu probibito.*
7 *Pro Patronali voce acquirenda dare pecuniam, de Iure Canonico est probibitum.*
8 *Actus substineri non debet contra intentionem agentis.*
9 *Protestatio contraria facto non valet.*
10 *Protestatio, quando non dicatur contraria facto.*
11 *Text. in c. cum pridem de pactis, quando non intret.*
12 *Simonia, in quo consistat.*
13 *Assertioni transigentium in probibitis non statur.*
14 *Transactionem allegant incumbit onus probandi veritatem narratorum pro iustificatione substantiæ transactionis, si agatur de ea substinenda inter partes transigentes.*
15 *Timor futuræ litis, sufficit pro causa sufficienti ad transigendum.*
16 *Verisimilitudo solet implere probationem, etiam in casibus, in quibus alias non admitteretur.*
17 *Instrumenti tenor est attendendus.*

DECISIO XXVIII.

IN præsenti causa fuit datum dubium: An sententia Rotalis esset confirmanda, vel infirmanda, postmodum fuit restrictum ad caput simoniæ, & hodie eo proposito censuerunt Domini non constare de simonia.

Ex cõtextu enim instrumenti cessionis anni 1541. (quod nunc datur, & esse in forma probanti præsupponitur, & à quo pendet simoniæ probatio propter pretium scutorum 300 in eo conuentum, & solutũ) apparet quod Rodericus Monteiro erat in possessione Turris de Penalua, & pro ea prætendebat vnam vocem ex pluribus in hoc iurepatronatus, cuius vigore præsentauit Hieronymum de Bragantia, contrarium vero prætendentes Eleonora, & Guiomara de Gaa, (quæ præsentarunt Didacum) mouerunt litem coram Laico contra Rodericum super dicta Turri propter consequentiam vocis patronalis, exinde autem per concordiam recesserunt à lite cedendo liti, & causæ, & omni earum iuri, & actioni ad fauorem Roderici, per quem data fuere dicta scuta 300. cum expressa protestatione, quod soluebat pro redimendis vexationibus, & non alia causa, aut modo de iure prohibitis, & vt illum relinquerent in pace in dicta Turri, & Casalibus, & in voce.

Similiter data fuerunt instrumenta donationum de anno 1543. pro alijs duabus vocibus, quas sorores prædictæ de Gaa habebãt in eodem patronatu ad fauorem eiusdem Roderici sincerè, & liberè absque vllo premio, & cum protestatione, quod eandem donationem faciebant pro maiori seruitio Ecclesiæ, & cultus diuini.

Ex primo autem instrumento existimabant Domini non esse commissam aliquam simoniam, quia
1 principalis † controuersia non erat super voce, sed super Turri, & Casalibus, pro quorum iurium acquisitione siue in transferendo, siue in dimittendo potuerunt dari scuta 300. quamuis in consequentiã, & accessoriè vox patronalis accederet, *cap. ex litteris, vbi Cardin. in 11. quæst. de iur. patron. Cæs. Lambert. eodem titul. artic. 11. & 20. per totum quæst. 5. princip. lib. 1. part. 2. Couarru. variar. resol. lib. 2. cap. 18. num. 8. Menoch. cons. 401. num. 125. & 126.* quod etiam fuit firmatum *in Toletana iuris præsentandi 1. Iunij 1612. coram R.P.D. Manzanedo*, vbi dicitur, expressionem censeri factam solum maioris declarationis gratia, & vbi accessoriè transit, in quo-
2 cumque casu † deficit fundamentum simoniæ, quia nullum pretium videtur statutum pro ipso iurepatronatus, vt ponderat idem *Lambertin. ex mente aliorum in d. artic. 20. num. 15.*

Non obstat, quod ex cõtextu cessionis æquè principaliter videantur cessa iura pro hac voce in iurepatronatus per illa verba (*Et transmittunt in ipsum Doctorem omne ius, quod prætendebant habere in dicta Turri, & Casalibus, & in voce*) & paulo infra, (*vt illum relinquerent in pace in dicta Turri, &*
3 *in Casalibus, & voce*) † copulata enim intrant æqualiter in dispositione, ideo dicebatur propter vitium
4 simoniæ † non transire iuspatronatus secundum veriorem opinionem, *de qua per Ioan. Andr. in cap. vnico de iurepatron. in 6. & per tex. cum glo. in cap. quærelam de simonia quam propter copulatiuam*, & ponderat idem *Lambert. d. art. 20. num. 10. & 11.*

Quia pro responsione Domini aduerterunt ad na-

turam rei in controuersiam coram Laico deductæ, quæ non erat super voce, sed super Turri de Penalua, & Casalibus, in quorum possessione Rodericus reperiebatur, & super indebita vexatione, de qua conquerebatur Rodericus, vnde patet, quod non acquisitio vocis, super qua non erat quæstio, sed recessus à lite super bonis controuersis, & vexatio indebita debuerunt principaliter dare causam transactioni
5 propter naturam actus, † qui semper tribuatur suæ causæ, & ab ea reguletur, vt voluit *Bal. in l. iubemus num. 1. C. ad Velleian. Soccin. sen. cons. 24. num. 12. vol. 1. Surd decis. 217. num. 3.* ergo si quidquid datũ est contemplatione bonorum datum est, pro voce nullum videtur statutum pretium à quo possit deduci simonia. Addebatur præterea, quod & si istæ sorores transmiserint iura quæ prætendebãt super Turri, & Casaalibus & super voce cum tali conditione, quod darentur scuta 300. pro expensis, & Rodericus cessionem acceptauerit; attamen in conditione se declarauit, quod dabat dictam pecuniam pro expensis, & ob redimendam vexationem, quam illæ faciebant, & quod se hoc protestabatur, & non per alium modum aliquem prohibitum in iure ciuili, vel canonico, ideo cum cum † protestatio remoueat cõsensum ab actu prohibito, *Bar. in l. nõ solum. §. morte. nu. 18. ff. de oper. nunc. Surd. post alios cons. 143. num. 42. lib. 1.* & dare pecuniam pro acquirenda
7 voce patronali de † iure canonico prohibitum sit, necessario dicendum est, pecuniam stare pro redimenda vexatione Turris, & Casalium, non autem pro
8 voce, ne † actus sustineatur cõtra intentionem agentis contra *tex. l. non omnis. ff. si cert. petat.* & si dica-
9 tur videri protestationem contra factum, † quæ non solet attendi, neque hoc potest sustineri, quia inter se compatiuntur, vt pecunia sit pro desistentia vexationis Turris, & Casalium, non autem pro voce,
10 † quo casu non dicitur contraria facto, vt declarat *Angel. in l. iurisgentium. §. quod ferè in princ. ff. de pact. Ceph. cons. 222. n. 13. Surd. cons. 143. n. 59. lib. 1.*

Et ex prædictis satis colligitur non esse necessariũ
11 ingredi disputationem *cap.* † *cum pridem de pact.* neque terminos decisionis *Lunen. Sarzanen. confidentiæ 9. Iunij 1600. coram bon. mem. Card. Pamphilio,* quia in præsenti non agitur de cessione litis spiritualis mediante pecunia, neque pro redimenda vexatione rei spiritualis propter pecuniam sub colore expẽsarum, sed de cognitione facti an sit data pecunia pro cessione, vel redemptione vexationis rei spiri-
12 tualis † in quo consistit simonia, quod negatiuè fuit probatum, sed pro re temporali Turris, & Casalium, quæ non habent legem resistentem.
13 Non obstat, quod assertioni transigentium † standum non sit in prohibitis propter periculum simulationis velandi simoniam, ac etiam quia verè non probatur lis propter illa verba *Verentes, quod si præsentaretur dicta cedula orirentur discordiæ, & lites.*

Quia omisso, quod in præsenti non agitur de sustiuenda trãsactione inter partes transigentes (quo casu alleganti transactionem incumberet onus probãdi veritatem narratorum pro iustificatione substantię transactionis,) sed de veritate facti, an transactio eo modo sit concepta; nihilominus partes non se re-
15 strinxerunt ad litem iudicialem, † sed ad timorem litis futuræ, quæ sufficit pro causa sufficienti ad transigendum, *l. 2. vbi DD. C. de transact. Nauarr. cons. 84. num. 1. de simon.* & in his terminis fuit firmatum *in Rauennaten. bonorum 2. Maij 1586. coram bon. mem. Card. Seraph.* quæ data fuit, & vlterius concurrunt etiam coniecturæ verisimiles, dum narratur fideicommissum antiquum & casum illius euenisse
16 respectu Turris, & Casalium, quæ † verisimilitudo solet adimplere probationem, etiam in casibus in quibus alias non admitteretur, *Salyc. in l. mater. C. de contrah. empt. Tiraq. in l. si vnquam. vers. donatione largitus num. 100. & sequentib. C. de reuoc. don. Surd. decis. 325. num. 5.*

Demum non obstant ponderata in decisione in hac causa facta 14. Martij 1611. ad conuincendam simoniam, quia ibi præsupponuntur verba testium ad perpetuam rei memoriam examinatorum, & tunc non erat productum instrumẽtum cessionis, ad quod examen illorum se referebat, quæ omnia cessant hodie producto instrumento authentico, vel præsupposito pro authentico ad effectum illius disputationis,
17 † cuius tenor solummodo debet attendi tanquam fundamentum disputationis, *cap. recipimus de priuileg. l. ad probation. C. de prob. ibi,* quem tenor ostendit, *l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. Barbat. cons. 33. num. 8. lib. 2.*

Ex alijs autem instrumẽtis donationum anni scilicet 1543. similiter colligi non poterat simonia, neque suspicio, aut vmbra, quia donatio iurispatronatus pro duabus vocibus legitur facta per sorores de Gaa sincerè, & liberè absque pretio, vel pactione inferente ad interesse considerabili, vel æstimabili, & cum protestatione, quod illam faciebant pro seruitio, & cultu diuino, quo casu iure cautum non reperitur, quin donatio sustineri possit adhibitis solemnitatibus de iure requisitis.

Et ita fuit resolutum.

REVERENDISS. D. VNOZETTO ARCHIEPISCOPO SELEVCIEN.

Romana Canonum.

Veneris 25. Maij 1618.

ARGVMENTVM.

Domus, si expressè sit vendita cum onere soluendi canones, tunc certè emptor tenetur ad illius solutionem. Dominium, quando deducitur incidenter, qualiter probetur. Obligatio Cameralis, quæ comprehendat.

SVMMARIVM.

1 *Confessio probat tàm contra confitentem, quàm illius hæredes, & successores.*
2 *Emptor domus tenetur ad solutionem canonis, si expressè fuit vendita cum tali onere.*
3 *Dominium, quando deducitur incidenter ad effectum solutionis canonis probatur leuioribus probationibus.*
4 *Creditum debetur via executiua, quando est obligatione Camerali vallatum.*
5 *Obligatio Cameralis extenditur ad omnia in instrumento enunciata, & promissa.*
6 *Hæres, si prætẽdat, quod creditum defuncti ad eum spectet, debet iustificare, quod adiuit hæreditatem.*

DECISIO XXIX.

DOMINI censuerunt *canones hæredibus Annæ* à Dominis de Perben edictis deberi, quia in

in instrumento acquisitionis domus factæ per Equitem Ioannem Baptistam illorum authorem, non solùm ipse asseruit domum esse grauatam onere canonis scut.18.ad fauorem dictæ Annæ, † quæ confessio probaret debitum tam contra ipsum confitentem, quàm illius hæredes,& successores, *Socc.cons.13.volum.2.circ.med.& cons 82.vol.2.ante med.lib.3.Grauet.cons.217.num.7.* & 8. sed etiam domus expresse vendita † fuit cum onere soluendi dictum canonem, Annæ, *Rom.cons.311.num.1.vers.hoc tamen, & seq.* latè post alios *Surd.decis.10 num.14. vers.præterea.*

Et confessioni prædictæ accedunt deducta *coram bo. me. Penia in hac causa, Ven. 13. Octobris 1595.* quæ licet tunc pro maiori parte visa fuerint Dominis non sufficere ad probationem dominij principaliter ad effectum deuolutionis, tamen benè possunt deseruire † incidenter ad effectum solutionis canonis, quo casu sufficiunt leuiores probationes; *Doct. in l.Iudicia,C.de rei vendic. Caputaq. dec.280. & 298. par. 1.* fuit dictum in Romana proprietatis *Vineæ 18.Iunij 1601.& 9.Septembris 1602. coram bo. me. Card.Pamphilio,* & aliàs sæpissimè.

4 Deberi etiam dict. canones † via executiua firmarunt Domini ex eo, quia in dicto instrumento adest obligatio Cameralis, quia extenditur ad omnia in instrumento enunciata, † & promissa,& sic ad solutionem huius census, cuius onus expresse acceptauit ipse emptor, *Rot.diuers. decis.246. num.2. decis 741.& 797. num.11. part.1.* & apud *Zacch. decis.61.num.2.& 3.& decis.69.num.3.& 4.*

Dixerunt autem Domini deberi canones hæredibus Annæ,non autem D. Antonio Francisco, qui illos prætendit,vti hæres hæredis Annæ, † quia ex Iuribus per ipsum datis non visum fuit benè iustificatum,aut ipsum, aut eius patrem hæreditatem Annæ adiuisse,& sic non deficit ius,sed probatio.

Verùm quia pro parte Dominorum de Perbenedictis opponebatur exceptio præscriptionis, propterea resolutio fuit facta canones deberi hæredibus Annæ via executiua,nisi obstet præscriptio, de qua particulariter erit videndum.

Et ita conclusum vtraque parte informante.

☞ *In eadem causa habes infra duas alias decisiones, nempè sub diebus 20. Martij 1620. & 15. Aprilis 1622.coram bo.me.Francisco V bald.*

EMINENTISS. CARD. VEROSPIO SEN.

Bononien Exemptionis.

Veneris 25.Maij 1618.

ARGVMENTVM.

Regulares sunt exempti à datijs, gabellis,vectigalibus, & oneribus tam realibus, quàm personalibus. Priuilegiorum communicatio facta alicui, quid importet.

SVMMARIVM.

1 *Regularibus competit exemptio ab omnibus datijs, gabellis, vectigalibus,&c.*
2 *Priuilegia alicuius, si sint communicata alteri, quid importet talis communicatio.*
3 *Clausulæ amplissimæ in priuilegiorum communicatione appositæ, aperantur, vt tunc multò magis ea omnia ea censeantur communicata.*
4 *Priuilegia exemptionum si sint concepta per verba ampliatiua, & generalissima, omnia comprehendunt.*
5 *Verba, quæcumque, & quæuis, sunt apta omnia comprehendere.*
6 *Generalis mentio continet sub se omnes species, sisimus in materia fauorabili.*
7 *Clausulæ, in omnibus, & per omnia, in priuilegiorum communicatione appositæ,quid importent.*
8 *Decis.in causa Valentina Decimarum 28. Nouembris 1603.coram Card.Lancell.declaratur.*
9 *Exemptio à solutione decimarum, tamquam materia exorbitans à iure communi, non venit sub generalitate verborum.*
10 *Brundusina Gabellæ 13. Februarij 1604. coram Penia, est decisio magistralis, eamque passim sequitur Eminentissima Congregatio super controuersijs iurisdictionalibus,&c num.11.& 12.*
13 *Sicuti quoque decisio in causa Alben. Gabellæ, seu Onerum 28.Iunij 1630.coram Merlino.& n.14.*
15 *Ecclesiastici omnes exempti sunt à Principum secularium potestate, tam iure diuino, quàm naturali, ac positiuo.*
Et hoc tam respectu personarum quàm rerum.
16 *Doctores omnes Catholici vno ore concludunt Ecclesiasticos nullatenus subiacere legibus Principum sæcularium.*
17 *Orbis ferè totus Christianus in Clericorum exemptionem à potestate laicali propter publicam vtilitatem consensit.*
18 *Bulla in Cœna Domini inhibet omnibus Magistratibus, ne se intromittant quoquo modo contra Clericos.*
19 *Opinio scelerati hæretici Caluini lib. 4. Instit. cap. 11.confutatur.*
20 *Princeps sæcularis rectè clericos punit, quando ab Ecclesia DEI damnantur, degradantur, & sæculari Iudici traduntur.*
21 *Hæreticorum mos est deprauare auctoritates, quas allegant,vt suis diabolicis chimeris inseruiant.*
22 *Doctores illi incauti, qui oscitanter affirmarunt, exemptionem clericorũ à potestate laicali initium habuisse à Iustiniano Imperatore redarguuntur. & vide num 24.*
23 *Clericorum exemptio à Principum secularium potestate est de iure diuinc.*
24 *Clerici etiam de tempore primitiuæ Ecclesiæ eorum priuilegio exemptionis à potestate laicali gaudebant,*
25 *Et adducuntur quatuor Concilia generalia ante tempus Iustiniani Imper. celebrata, in quibus fit ampla mentio immunitatis Clericorum à legibus sæcularium,&c.*

DECISIO XXX.

LITE coram me inter nonnullos Regulares, & Regimen Bononien. super exemptionibus introducta,ad instantiam Canonicorum Regularium Lateranensium,& S. Saluatoris; Dubitaui, circumscriptis pro nunc eorum laboratoribus, colonis,& emptoribus,necnon subsidio triennali: An ipsi sint ab alijs datijs,gabellis,vectigalibus, & oneribus tàm realibus,quàm personalibus exempti; Et Rotæ visum
1 fuit affirmatiuè respondendum, cum istis † regularibus tam ex iuris communis dispositione competat hæc exemptio *cap. quanquam de censib. in 6. cap.1. de immunit.Eccles.in 6.Clem.præsenti eod.tit.cap.1.*

de decim.cap.non minus, & cap.aduersus de immu-
nit.Eccles.Card.in d.cap. non minus eod. tit. Abb. in
cap.Inuocamus de censib.num.4. & cons. 13. par.2.
Bald.in l.1.num.9. C.de contrah. empt. Bertazz. de
gabel.seu vectig.§.7 princip.num.10. & fuit dictum
in Coregien.gabellæ coram Iusto 27. Nouemb. 1602.
& in Valentina gabellæ 4.Decembris 1595. coram
Card. Pamphilio, & in Brundusina gabellæ 13.Fe-
bruarij 1604.coram Penia.

Quàm vigore Priuilegij ab Eugenio Quarto, sub
datum Florentiæ vij.Kalend.Martij 1434.motu pro-
prio concessi Monachis Cassinensibus, & per Sixtū
Quartum Congregationi Lateranensi, necnon per
Iulium Secundum Congregationi S.Saluatoris com-
2 municati, quæ † communicatio idem operatur, acsi
dd.Congregationibus fuisset in specie talis exemptio
concessa. *Oldrad.cons.300.num.8. & vers. præsertim*
in facto. Bertrand.cons.149.Illud est generale nu.2.
lib.1.in antiq.Paris.cons.22.num.5.lib.4.Doct.com-
muniter in l.1.ff.de leg. 1. vbi Ioannes Crot. nu.13.
vers.vltima conclusio. Iacob.de Nig. num.5. & 6. in
fin. Roman.cons.383. post num. 2. Natt. cons.432.
num.9.& 15.lib.1.Crescen.decis.9.num.5.vers.secun-
do quia de priuil.Rota decis.8.nu.5.par.2.diuers.
3 Stantibus præsertim clausulis † amplissimis in
eadem communicatione appositis. *Aym. cons. 294.*
num.1.Rolan.cons.60.num.2.& seq.Io.Crot. vbi sup.
nu.13.Iacob.de Nig.ibidem num.15.

Vnde pluries dicta Communicatio fuit in Rota
canonizata, videlicet in *Burgen.iurisdictionis S.Ioã-*
nis 20.Decembris 1596. coram Orano, & in Burgen.
Procurationum 9.Martij 1598.coram eodem.
4 Nec potest controuerti Priuilegium † huiusmodi
esse amplissimum vti conceptum per verba amplia-
tiua,& generalissima nimirum ab omnibus gabellis,
talijs, & datijs, collectis, impositionibus, & oneri-
bus,etiam ad Pontium refectionem,& viarum repa-
rationem, aut ab alio quocunque grauamine quouis
5 nomine censeatur, quæ verba sunt apta † plenissi-
mam exemptionem quoad onerum, collectarum, &
impositionum species importare. *Io. Andr. in cap.*
Episcoporum sub num.7. vbi Gemin. & Archid. de
Priuileg.in sexto.

Nec valet dicere communicationem suffragari nō
posse tanquam expresè nō facta mentione de exem-
6 ptionibus ab oneribus realibus. Nam satis fuit † ge-
neralis mentio, cum simus in materia fauorabili.
Paris.cons.22 num.5. & seq.lib.4.Dec.cons.113. n.4.
& 5.cum alijs supra alleg.

Tantò magis quia fuerunt appositæ clausulæ. In
7 omnibus,† & per omnia &c. & absque vlla prorsùs
differentia &c. *Ripa in l.1.nu.1.de leg.1.& ibi Scrib.*
Rota decis.8.num.5.par.2.diuers. Cresc. decis.9.nu.5.
de priuileg.
8 Non obstat decisio allegata † in *Valentina Deci-*
marum 28.Nouembris 1603. coram Illustriss.Lan-
cellotto. Ibi enim de exemptione tractabatur à solu-
9 tione decimarum,quæ † tanquàm exorbitans à iure
communi sub generalitate verborum comprehendi
non valebat; quod secus accidit in casu nostro ex
alleg.

Verùm quia non obstantibus dd. Exemptionibus
pro parte Ciuitatis, & Regiminis Bononiensis præ-
tendebatur istos regulares in aliquibus casibus de-
bere contribuere Domini voluerunt hoc particula-
ri dubio esse discutiendum.

ANNOTATIO.

10 DECISIO ista *Brundusina Gabellæ 13. Fe-*
bruarij 1604.coram bo. me. Francisco Penia,
impressa erat in præcedenti par.4.recent. habetur
pariter post Galian.ad Statut. Perus.decis.114.adest
quoquè apud D. Ciarlin. controuers. Forens. lib. 1.
cap.103.num.30.Sed omnium melius erit inter eius-
dem Peniæ decisiones à me in dies imprimendas, est
in ordine decisio 869.
11 Famigeratam,† ac præcellentem esse hanc deci-
sionem certò scio, in tantum, quod Eminentissima
Congregatio S.R.E. Cardinalium, præpositorum
super Controuersijs iurisdictionalibus, &c. eam
continuò amplectitur, vt patet ex sequenti decreto,
cuius tenor ita se habet.
12 *Sacra Congregatio Eminentissimorum † Cardi-*
nalium Controuersiis Iurisdictionalibus Præposito-
rum aliàs censuit, bona per Ecclesiasticos possessa
gaudere exemptionibus à quibuscumque impositio-
nibus, & oneribus,quæ non sint copulatiuè certa,
realia, & inuariabilia iuxtà decisionem in Brundu-
sina Gabellæ coram bo.me. Peniæ, *& concordan.Nec*
non ab impositionibus Cameralibus etiam compre-
hensiuis Ecclesiasticorum quando Ecclesiastici liber-
tatem eam non soluendi præscripserint, iuxta decre-
tum anno 1600. de tempore sa. me. Clementis VIII.
editum. Datum hac die 21.Aprilis 1640.

I.B.Card.Pamphilius.

Franc.Paulutius S.Congr.Secr.

Rota quoque eamdem Peniæ decisionem perpe-
13 tua constantia sequitur, † ac vti magistralem cano-
nizauit, in alia non minus celebri decisione in hac
materia in causa *Alben.Gabellæ, seu onerum 28.Iu-*
nij 1630.coram clar.me.Clement.Merlino, est infra
in 6.part.recent.decis.339 num.36.vers satis est alle-
gare magistralem decisionem in causa Brundusina
Gabellæ &c. & nuper *in causa Albiganen. Auenæ*
12.Februarij 1644 coram R. P. D. meo Francisco
Ghisilerio Vicedecano, in §.Fundata est intentio per-
sonarum Ecclesiasticarum, &c. Dictamque decisio-
nem Alben. Gabellæ etiam passim amplectitur supra
allegata Eminentissima Congregatio,vt annotaui ibi
in argumento decisionis.
14 Rota pariter hanc Merlini decisionem † pluribus
in causis secuta fuit, & præsertim *coram bo.me.Co-*
cino in vna Barchinonen. exēptionis 20.Iunij 1636.
est infra in par.7.recent.decis.169.num.1. in fin. vbi
affirmatur prædictam materiam in dicta decisione
non minus doctè, quàm latissimè explicari, *eamque*
quoque amplexa fuit in causa Neapolitana Laude-
mij 27.Februarij 1640. coram R. P. *D. meo* Carolo
Cerro, & recentiùs in *d. Albiganen. Auenæ 12.Fe-*
bruarij 1644.coram eodem R.P.*D. meo Ghisilerio.*
15 Quod enim inspectis, † nec non applaudentibus
omnibus iuribus tàm diuino, quàm naturali,ac posi-
tiuo omnes Ecclesiastici à Principum sæcularium
potestate penitus immunes, ac prorsùs exempti, ac
soluti sint, & hoc tàm respectu personarum, quàm
bonorum text.est rotundus *in cap.quamquam, ibi,*
Ecclesiæ, Ecclesiasticæ personæ, & res ipsorum non
solùm iure humano, quinnimo, & diuino à sæcula-
rium personarum exactionibus sint immunes, &c.de
censib.in 6. Optimumq. est testimonium Sacri Con-
cilij Lateranensis sub fe.re.Leone X.in sessione nona
in Bulla reformationis Curiæ, dicentis, *Cum à iure*

tam

tàm diuino, quàm humano laicis potestas nulla in Ecclesiasticas personas attributa sit, &c. Idque quoque inconcussè confirmat Sacrum Concil. Trident. sess. 25. num 20. de reformat. ibi, *Ecclesiæ, & personarum Ecclesiasticarum immunitatem DEI ordinatione, & Canonicis Institutionibus sancita est, &c.*

Irrefragabile est enim apud Doctores Catholicos,
16 Ecclesiasticos † non subiacere legibus Principum secularium, quorum numerus est quasi sine numero, DEO enim fauente alibi eos simul conglutinabo ad terrorem aduersariorum, sat hic erit asserere vna cum *Couarr. practic. quæst. cap. 31. sub num. 2. vers. tertia conclusio*. Quod ferè totus Orbis Christianus in hanc clericorum exemptionem prorsus à seculari
17 iurisdictione propter publicam vtilitatem † consensit, & propterea non posset à secularibus Principibus reuocari. Habemus etiam Bullam in Cœna Domini, quæ prohibet omnibus Iudicibus, & Magistratibus secularibus, ne contra clericos se intromittant quoquo modo, etiam sub prætextu quorumcum-
18 que † priuilegiorum à Sede Apostolica concessorũ, quæ irrita, ac nulla, ac nullius roboris, vel momenti fore, & esse decernit.

Nec manum quidem vertamus per ea, quæ fœtens
19 illud os scelerati † hæretici *Ioan. Caluin. lib. 4. Instit. cap. 11. §. 15.* euomit, dicens, clericos omnes debere esse subiectos legibus secularium Magistratuum, præterquam in causis merè Ecclesiasticis, & hoc probat per Epistolam Constantini Imperatoris ad Nicomedienses, relatã *à Theodoreto lib. 1. histor. cap. 20.* Vbi Imperator Constantinus dicit se eiecisse in exilium Eusebium Episcopum Nicomediensẽ, & subiungit hæc verba præcisa. *Si quis Episcoporum inconsultè tumultuatus sit, Ministri DEI (hoc est) mea executione illius audacia coercebitur.*

Nam respondetur, quod Constantinus Imperator in ea Epistola, ait, non simpliciter se eiecisse Euse-
20 bium Episcopum in † exilium, sed prius asserit Eusebium fuisse à Nicœno Concilio propter hæresim ab Episcopatu suo depositum, non enim negatur, quin Magistratus secularis debeat clericos punire, quando ab Ecclesia DEI damnantur, degradantur, & seculari Iudici traduntur.

Insuper aduertendum est, more solito hæretico-
21 rum, Caluinus, † verba illa Constantini Imper. deprauasse, quia eo in loco Constantinus non minatur pœnam Episcopis, sed laicis, cum dicat se animaduersurum grauiter in plebem Nicomediensem, si velit iterum ad Episcopos hæreticos à Concilio generali damnatos redire. Hæc sunt verba Constantini, *Sin autem quispiam* (non dicit Episcoporum, vt Caluinus arroganter addit) *temeritate, & audacia accensus, eas Ecclesiæ pestes, idest Episcopos Arrianos, vel memoria, vel laudibus celebrare aggrediatur, confestim opera, & diligentia Ministri DEI.* (hoc est) *mea pœnas suæ inscientiæ dabit, &c.* Doctrinam prædictam Caluin. secutus est quidam *Petrus Martyr in cap. 17. ad Roman. & aliàs prout tractat, & confutat post Cardin. Bellarm. disput. de exempt. Clericorum in calce secũdi tom. suor. oper. vers. respondeo nihil ea ratiocinatione, &c. R. P. Ascan. Tambur. in tract. de iure Abbat. tom. 1. disput. 15. quæst. 19. num. 4.* Vide quoque D. Ioannem Dominicum *Tassonum Neapolitan. in suis controuers. iursdictionalib. super Pragmat. de Antefato, vers. 13. obseruat. 2. sub num. 12. vers. Quæso aduertas, &c.* vbi redarguit incautos illos Doctores, qui oscitanter affirmarunt,
22 exemptionem Clericorum à potestate seculari, † initium habuisse à Iustiniano Imperatore, per eius Cõstitutionẽ *§. 1. vt Cleric. apud propr. Episcop. conuen. collat. 83.* nam vt ipse asserit *num. 14. & dixi supra*, secundùm omnes Doctores, dicta exemptio Cleri-
23 corum † à Principum secularium potestate est de iure diuino &c.

Immo ad eos magis confundendum idem *Tas-*
24 *son. num. 12.* probat † de tempore primitiuæ Ecclesiæ Clerici gaudere dicta immunitate, vt patet ex auctoritate S. Pauli Apostoli, *qui in epistol. 1. cap. 5. ad Timotheum Episcopum*, sic scripsit, *Aduersùs præsbyterorum accusationem noli recipere nisi sub duobus, vel tribus testibus, &c.* Insuper expendit quatuor Sacrosancta Concilia Generalia, scilicet, Cal-
25 cedonense, † Agathense, Carthaginense, & Meliuitanum, quæ Concilia celebrata fuerunt ante tempus Iustiniani Imper. in quibus Concilijs fit ampla mentio dictæ immunitatis Clericorum, ac variæ ordinationes in eisdem Concilijs decernuntur, &c.

Alia circa supradictam diuinam immunitatem dixi in *annotat. ad decisionem 2. par. 3. recent. à num. 12.* vbi latè apposui, id quod non sine aperto DEI miraculo accidit Valentiniano Imperatore, qui eam turbare tentauit, ac etiam in eadem *par. 3. in annotat. ad decis. 14. à num. pariter 12.* sed latiùs ero in supra allegata *decisione Brundusina Gabellæ coram Penia.*

Paulus Rubeus.

EMINENTISSIMO, ET REVERENDISSIMO D. CARD. PAMPHILIO. IVN.

Romana Fideicommissi de Longis.

Lunæ 28. Maij 1618.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum reciprocum, quando dicatur inductum. Substitutio facta post mortem plurium honoratorum in tota hæreditate, cui censeatur facta. Vocatus conditionaliter, pendente conditione agere potest pro eius interesse.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum, quando dicatur reciprocum.*
2 *Testamentum non est interpretandum contra expressam testatoris voluntatem.*
3 *Fideicommissum reciprocum ex quibus coniecturis dicatur inductum.*
4 *Substitutio, quando est expressè facta post mortẽ plurium honoratorum, & in tota hæreditate, censetur tacitè facta vltimo morienti, & num. 6.*
5 *Fideicommissum reciprocum, vt dicatur inductum, tria requiruntur.*
6 *Agnationis ratione dicitur inductum, fideicommissum, si perpetuò fuerint exclusæ fœminæ, & deficientibus masculis fuerit substituta pia causa.*
7 *Clericus beneficiatus verisimiliter filios legitimos; & naturales habere non potest.*
8 *Alienationis prohibitio, & substitutiones ad fauorem agnationis suum effectum operare debent.*
9 *Vocatus conditionaliter pendente conditione agere potest pro eius interesse, & num. 11.*
10 *Ad Primogenituram vocatus, pendente conditione*

ne agere potest ad effectum vt bona primogenitu-ra eueniente casu sibi restituantur.

12 *Testatoris dispositio declaratur, & regulatur ex causa, quæ ex eius verbis colligitur, & ex qua motus fuerit.*

13 *Testator, quando mandat fieri multiplicum ipsius hæreditatis intelligitur de augumento alicuius cõsidcrationis, non autem modicæ summæ, & temporis.*

14 *Dispositionis substantia, quando non est conditionalis, hoc casu recurritur ad arbitrium boni viri.*

DECISIO XXXI.

FVIT resolutum constare de fideicommisso, itaut Martinus possit agere ad inuestimentum quia testator Honorio, Decio, & Antonio filijs hæredibus institutis eorum filios, nepotes, pronepotes, & alios descendentes masculos, legitimos, & naturales in perpetuum, & in stirpes quamdiu eorum progenies masculina legitima, & naturalis durauerit expresse per fideicommissum substituit, & alias etiam in eodem testamento expresse de fideicommissarijs mentionem fecit, & de fideicommisso, quod propterea satis clarum remanet, & pro parte Decij non controuertitur.

1 Quod autem huiusmodi fideicommissum sit† reciprocum, itaut Martinus filius Honorij patrui ex eo vocatus censeatur, colligitur, quia post præfatam substitutionem descendentium per nomen coltectiuum cum digressione ad plures gradus substitutionum, & cum qualitate masculinatis factam, idem testator dictis hæredibus, vt supra institutis, & substitutis quamcunque detractionem, & alienationem expresse prohibuit, addita ratione, quia intendit omnia eius bona semper, & perpetuo conseruari, quamdiu progenies masculina dictorum suorum filiorum durauerit, ex his enim satis visum fuit inter dd. hæredes inductum fuisse reciprocum fideicommissum, quia alias attenta huiusmodi dispositione
2 vnusquisque ipsorum sine filijs masculis † decedens posset tàm ex testamento, quàm ab intestato ad fœminas, & alios extraneos bona transmittere etiam quod progenies masculina ex alijs filijs testatoris duraret contra expressam ipsius voluntatem, vt ponderat, *Ruin.cons.*144 *num.9.lib.2.Aym.cons.* 113.*num.2.& cons.*130.*numer.6.& 9. Soccin. Iun. cons.*110.*nu.39.lib.3.sequitur Decia, cons.44. n.68. lib.3.Rust.in tract.an, & quando lib.1.in cond.lib.5. cap.9.n.10. Mant.de coniect.vlt.vol.lib.7.tit.5.n.15. vers.ex coniecturis*, & ita ex similibus coniecturis
3 † pro reciproco fideicommisso, fuit resolutum in causa *Romana fideicommissi de Quinque 12. Nouembris* 1607.*coram Illustriss. D.Cardinali Ludouisio, & in Bononien de Pannolinis* 10. *Decembris* 1610. *& 9. Maij* 1611. *coram Reuerendiss. D. Lugdunen. & alia Bononien.de Poetis* 10.*Martij* 1607. *coram* R.P.D. *Vbaldo, & aliàs sæpissime.*

Et supradicta eo facilius procedunt in casu isto, quia idem testator inferius expresse voluit, & mandauit, quod casu quo dicti eius filij sine filijs masculis decesserint ex tota ipsius hæreditate fieri debeat Monasterium. Vnde cum huiusmodi substitu-
4 tio † sit expresse facta post mortem plurium honoratorum, & in tota hæreditate, & ex supradictis coniecturis censeatur, tacite facta vltimo morienti, *vt ex trad. per Paris.cons.43.num.33.lib.2.& alios allegatos fuit dictum in dicta Bonorum de Pannolinis* 10. *Decembris* 1610. *coram Reuerendiss. D.Lugdonen.* sequitur omnino dicen. quod in casu isto censeatur inductum reciprocum fideicommissum cum
5 concurrant † ista tria requisita de quibus per *Doct. in l.hæredes mei, §.cum ita, ff.ad Trebell. vbi Bart. Soccin.num.4.Rip.num.17.& 19. Alex.cons.91.n.4 lib.1.*Ruin.*cons.126.numer.5.lib.3.* Paris. *cons.44 num.27. lib.2.cum alijs latè adduct. per Gabr. de substit.concl.1.num.8.Mant.de coniect.vlt.vol.lib.7. d.tit.5.num.3.& numer.15. & coram Seraph.decis.* 1023.*num.6.& in causa Bononien. fideicommissi de Lutio* 26.*Nouembris* 1616. *coram Reuerendiss. D. meo Danasceno*, in pluribus alijs per informantes adductis. Et in simili casu quo testator fœminas
6 pariter † perpetuo excluserat, & deficientibus masculis de tota hæreditate ad fauorem piæ causæ disposuerat cum alijs supradictis coniecturis loquitur *Aym.d.cons.*130. *num.9. & seq. vers.in proposito nostro. Soccin.Iun. dicto cons.*110. *num.39. lib.3. Decia. dicto cons.44.sub num.68.in fine vers.item dixit quod omnibus, & num seq.*

Præterea concurrit in casu isto, quod Decius erat tunc Clericus beneficiatus, qui propterea verisimi-
7 liter filios legitimos, † & naturales habere non poterat, quod etiam Testator intellexit dum iussit. Ex portione ipsius quolibet anno fieri inuestimentũ quia obtinuerat beneficia Ecclesiastica sufficientia pro ipsius victu. Ideoque dum id Testator voluit bona conseruari in agnatione sequitur facilius dicendũ quod ei substituerit descendentes fratris, sicque inter eos sit inductum reciprocum fideicommissum
8 quia alias quoad ipsum † ad fauorem agnationis, nullum adesset fideicommissum, & prohibitio alienationis, & tot substitutiones illius respectu nihil operarentur contra *l si quando ff. de legat. primo, cum alijs adductis in istis terminis per Peregr. cons.* 54 *num.9.lib.*1.

Quod vero Martinus possit agere ad inuestimentum deducitur, quia cum testator mandauerit quolibet anno ex portione Decij inuestiri scuta quinquaginta pro beneficio, seu augmento hæreditatis ipsius Testatoris, & ipse Martinus sit ad d. hæreditatem per fideicommissum vocatus post mortem
9 hæredum etiam illis viuentibus sicque † conditione pendente agere potest pro eius interesse, quod in ea habet, tàm ratione portionis paternæ, quàm portionis Decij patrui, vt scilicet eueniente conditione dicta hæreditas cum augmento sibi restituatur, *iuxta l.hæc stipulatio, & tot.tit.ff.vt legat.seu fideicom.nomine cau.et l.prima in princ.& l.si is à quo in fin.ff.vt in possess. legat.& post* Cephal.*cons.*112.*sub nu.31.& alios allegatos trad.*Peregr.*de fideicom.art.* 40.*nu.*10.*Petra.eodem tract. quæst.*10. *num.*13. vbi testatur de communi, & in eo qui est vocatus ad
10 primogenituram † quod eodem modo pendente conditione agere possit ad effectum vt bona primogenituræ eueniente casu, & conditione sibi restituantur, *trad. Couar. variar. resolut. lib.1. cap.18. num.8.Molin.de primogenit.Hisp.lib.1.cap.15.nu.2. & seqq. quem sequitur Peregr. de fideicomm. dicto artic.40.sub num.10.vers.& in primog.*

Nec obstare quod testator disposuerit, quod casu quo Decius sese opposuerit huiusmodi inuestimento faciendo duo fratres possint illum ad id cogere per

per viam iuris, quia non censetur propterea, quoad nepotes voluisse disponere, quòd ipsi id facere non possint, sed potius censetur, quoad eos remisisse se
11 † dispositioni iuris secundum quam pro eorum interesse, pendente conditione agere possent ex supradictis.

Minus obstare, quod huiusmodi inuestimentum ex portione Decij post mortem matris non sit amplius faciendum. Quia pro responsione fuit ponderatum quod cum Testator disposuerit huiusmodi inuestimentum esse faciendum ex portione Decij, quia ipse Decius obtinuerat beneficia Ecclesiastica sufficientia pro eius victu sicque ista causa sit perpetua durante vita Decij, eadem etiam debeat esse dispositio circa inuestimentum, quia certum est, quod
12 dispositio † Testatoris declaratur, & regulatur ex causa, quæ ex verbis Testatoris colligitur, & ex qua Testator motus fuit *l. cum pater §. dulcissimis, ff. de leg. 2. cum alij adductis per Castres. cons. 333. numer. 1. lib. 1.* Quod etiam suadetur dum Testator mandauit, fieri huiusmodi inuestimentum ipsius hæreditatis, quia videtur intellexisse de
13 augumento alicuius † considerabilis non autem modici temporis, & summæ ad *l. in rebus, §. possunt, ff. commodat.* Et licet quoad executionem, & modum inuestiendi dicta scuta quinquaginta, an scilicet sint inuestienda in tot societatibus officiorum, vel aliter remiserit se arbitrio vxoris, & respectiuè
14 matris Decij tamen dispositio † quoad eius substantiam non est conditionalis, quo casu recurritur ad arbitrium boni viri, iuxta *trad. per Doct. in l. si quis arbitratu, vbi Bart. num. 3. & num. 5. Ias. num. 16. in fin. ff. de verb. oblig. cum similib.* Et ita, &c.

☞ *Confirmata fuit præsens decisio à Rota in eadem causa coram Eminentiss. & Reuerendiss. D. Card. Verospio Iuniori die 27. Martij 1634. quam apposui infra in Appendice.*

EMINENTISS. D. CARD. VEROSPIO SEN.

Bononien. Molendini.

Lunæ 28. Maij 1618.

ARGVMENTVM.

Aquam alienam tunc multò magis ducere nequit quis ad suum fundum, quando sequeretur damnum Domini aquæ, Et tractatur qualiter dominium aquæ probari possit ad aliquem spectari. Aqua licet ingrediatur in fundum alicuius eius efficiatur, tamen quando id non procedat.

SVMMARIVM.

1 *Aquam, quis inuito domino ad suum fundum ducere nequit.*
2 *Aquam alienam, tunc multò minus quis potest ad suum fundum ducere, si sequeretur damnum domini aquæ.*
3 *Aquæ dominium, quod ad aliquem spectet; probari potest ex instrumento emptionis.*
4 *Emptionis instrumentum tunc multò magis probat dominium concurrentibus adminiculis. & n. 6.*
5 *Dominium probari potest per enunciatiuas antiquissimas.*
7 *Expensæ factæ in manutentione, & reparatione alicuius rei, præsumuntur factæ in viim domini.*
8 *Aquæ, ille præsumitur Dominus, qui eam ducit suis expensis.*
Aquæ dominus de ea disponere potest ad sui libitum, num. 8.
9 *Aquæ dominium ex quibus dicatur in aliquem translatum.*
10 *Clausula pleno iure, importat proprietatem.*
11 *in Communi re potior est conditio prohibentis.*
12 *Dominium non probatur per actus æquiuocos.*
13 *Seruitus induci non potest sine præscriptione.*
14 *Testibus habentibus interesse in causa, fides non adhibetur omnimoda.*
15 *Aqua, si ingredatur fundum alicuius eius efficitur.*
16 *Limita hæc regula, vt non procedat constito de alterius dominio, per quam seruitus passiua fundi inferioris inducitur.*
17 *Aquæ seruitus, ex quo præsumatur, & n. 18.*

DECISIO XXXII.

☞ FACTA coram me de anno præterito * decisione per quam Equiti Bonfiolo concedebatur, molendinum construere, cum ipse in euentum succumbentię cautionem de demoliendo præstitisset successiue dubitaui An idem Eques posset ad dictum molendinum aquam ducere. Quod fuit illi denegatum, cum enim Franciscus Parata sit huius aquæ
1 Dominus, eo inuito Bonfiolus † ad suum fundum ipsam ducere non valet, *l. in concedendo, ff. de aq. plu. arc. Bart. in l quominus num. 22. in fine vers. item ex hoc & num seq. vers. alias ex ipsa formulæ, ff. de flumin. Alex. cons. 108. num. 1. lib. 2. Thesaur. decis. 245. numer. 2. & seq. Menoch. de retinen. remed. 6. num 89 Surd. cons. 447. num. 11. lib. 3.*

Cum præsertim ex Peritorum relatione constet per huius ductionem aquæ Paratam impediri ne
2 † altero molendino, quod nuper ipse construxit possit vti *l. Præses, C. de seruit. & atque, Ias. in d. l. quominus, num 93. ff. de flum. Cepol. de seruit. Vrb. præd. cap. 4. num. 49. & num. 52. in princ. Bero, cons. 144. num. 20. vers. 3. respondeo.*

De Paratæ autem dominio satis apparere dicitur ex Instrumento emptionis dictæ aquæ de anno 1525
3 factæ † per Franciscum eiusdem Paratæ Patrem, quod Instrumentum dominium probat *l. proprietatis C. de probat Seraph. decis. 927. num. 1. Verall. decis. 281. num. 1. par. 1.*

4 Concurrentibus præsertim adminiculis † *Bart. in l. de probationem C. locati, Rip. in l. qui aliquam rem num. 39 ff. de acq. poss. Soccin. cons. 187. col. 2. lib. Dec. cons. 196. num. 14. Paris. cons. 27. num. 25. lib. 1. Bald. in l. cum aliquis num. 4. C. de iur. deliber. Veral. dicta decis. 281. num. 5. par. 1. Afflict. decis. 23. num. 4. Et fuit dictum in causa Papien. bonorum 28. Aprilis 1595. coram Illustriss. Millino, & in Sublacen. Bonorum 21. Maij 1604. coram Litta.*

Adminicula autem ex pluribus Instrumentis deducuntur cum authoribus Paratæ celebratis, in quibus aquæ dominium, nec non Canalis eiusdem mo-
5 lendini dictorum authorum fuisse enunciatur † quæ enunciatiuæ tanquam antiquæ, cum ab anno 1474. emanauerint benè probant dominium, *Dec. cons. 428 num. 4. Soccin cons. 187 num. 5. lib. 2. Ruin co s. 19. num. 7. lib. 4. Afflict. decis. 324. num. 6. in fine Menoch. de arbitr. casu 42. num. 3 Et fuit dictum in Barchinonen. Murorum 10. Iunij 1615. coram me.*

Tanto

Tanto magis quia post dictam emptionem Paratæ
6 pater semper † extitit in huius aquæ possessione, & tanquam Dominus fuit habitus, vt apparet ex transactione de anno 1542. inter ipsum, & maltachettos inita, necnon ex testibus pro eodem Parata examinatis, qui deponunt ipsum, & Franciscum eius filium pro ipsius aquæ manutentione, & expurgatione Ca-
7 nalis impensas continuò sustinuisse, quæ in vim † dominij præcedentis factæ præsumuntur *l.2. C. de acq. poss. l. quædam mulier. ff. de rei vind. Aym. cons. 158. in fin. Cæs. de Grass. decis. 5. num. 5. & caus. poss. & propr.*

Et hoc pariter dominium probatur, cum ipse Parata, & Gabriellius eandem aquam ex flumine publico Idicis communibus impensis extrahant, reparando in dicto flumine clusam, & alia faciendo pro huiusmodi extractione, vt testes pro eodem eamina-
8 ti deponunt, vnde intrat conclusio, † illũ aquæ dominum effici, qui eam ducit, & de ipsa potest ad libitum disponere, *Bart. in l. quo minus q. 14. num. 25. vers. aut de proprietate. ff. de fluminibus, & in l. cũ essent. §. plurium. ff. de seruit. rust. præd. Bald. in l. aqua in princ. ff. de seruit. & in cap. cum omnes numer. 42. vers. in contrarium de const. Alex. cons. 108. num. 1. lib. 2. Paris. cons. 112. num. 2. lib. 1. Bero. cons. 134. num. 39. lib. 3. Surd. cons. 41. num. 2. & cons. 130. num. 2. lib. 1. Hond. cons. 79. num. 18. lib. 1. Cepol. de seruit. rust. præd. tit. de seruit. aquæd. num. 31.*

Nec valet dicere aquæ dominium licèt penès Paratæ authores extitisset, non tamen constare in ipsum Paratam molendini emptorem fuisse trãslatum, sed nudam tantummodo aquæ ducendæ seruitutem illum habuisse; nam ex lectura instrumenti emptionis contrarium apparet, cum ibi venditum fuerit mo-
9 lendinum cum suis clusis, † aquæductis, canalibus, & alijs iuribus ad illud spectantibus pleno iure cum omnibus iurisdictionibus, facultatibus, exemptionibus, priuilegijs & indultis ad Annibalem Bentiuolum venditorem pertinentibus &c. quæ verba cum omnibus iuribus &c. aquę dominium important in Paratam fuisse translatum, *l. verbum illud. ff. de verb. signif. glos. in verbo ad suum, vbi Doct. in cap. inter dilectos de fid. instr. Felin. in rubr. de rescript. num. 7. Franc. Aret. cons. 6. num. 8. Paris. 58. num. 44 lib. 3.*

Accedente presertim clausula pleno iure, per quã
10 proprietas † dicitur cum vsufructu translata, *Soccin. cons. 9. num. 34. lib. 1. Paris. cons. 45. nu. 1. lib. 3. Gozzad. cons. 47. num. 10. Anto. de But. cons. 53. numer. 2. Alex. cons. 162. num. 4. & 5. lib. 6.*

Non obstat Annibalem venditorem eodem anno 1525. aliud in parte superiori molendinum, quod hodie per Gabriellium possidetur Galeatio de Castillo vendidisse; Quia non per hoc aquæ proprietas inferioris molendini fuit diminuta, sed conseruata, vt patet ex dicti Castilli obligatione & promissione; & in omnem euentum hæc aqua communis esset ipsius Paratæ, & Castilli, quod sufficit ad effectum, vt Parata dicatur dominus, & possit illius vsum Bon-
11 fiolo prohibere cum in re † communi potior sit conditio prohibentis *cap. in re communi de reg. iur. in 6. l. Sabinus cum ibi not. ff. comm. diuid. l. parietem ff. de seruit. vrb. præd.*

Non obstant testes pro Bonfiolo ad probandum illius dominium examinati, non enim de illo deponũt, sed de quibusdam solummodo actibus ipsum videlicet Bonfiolum seruisse arbores, necnon dumos in ripis eiusdem canalis extirpasse, qui actus cum
12 † fieri potuerint ad effectum vberiores reddendi terras per alluuionem acquisitas dominium concludenter non probant *Bald. in l. inditia, vbi Paul. de Castr. & scrib. C. de rei vend.*

Nec vlla seruitus ad fauorẽ Equitis potuit induci cum isti actus tanto temporis spatio facti non appa-
13 reant, vt † ea dici possit præscripta, sine qua præscri-
14 ptione seruitus non inducitur, *Alex. cons. 108. nu. 30. in princip. lib. 2. Cepoll. de seru. rust. præd. cap. 19. num. 4. Paris. cons. 114. nu. 20. lib. 1. Mandel. cons. 299. n. 13. Thesaur. decis. 245. nu. 3. Roland. cons. 43. num. 3. lib. 2.*

Præterea nec huiusmodi testibus tãquam in causa respectu maceratorij habentibus interesse omnimoda videtur fides adhibenda, *Angel. Aret. cons. 130. num. 16. & seq. Bero. cons. 191. num. 36. lib. 1. & cons. 94. num. 15. lib. 3. & cons. 164. num. 22. eod. lib. Paris. cons. 77. num. 79. lib. 3.*

15 Nec releuat aquam † ingrediendo Bonfioli fundũ inferiorem illius effici, regula non procedit constito
16 de Paratæ dominio, per quod seruitus † passiua fundi inferioris inducitur, *Bero. cons. 74. nu. 20. lib. 1. Ruin. cons. 191. nu. 11. lib. 1. Dec. cons. 144. in princ. Surd. cons. 130. nu. 11.*

Quæ seruitus satis inducta comprobatur ex dicta transactione, & testibus deponentibus, hanc aquam
17 per Bonfioli fundum inferiorem † continuo fluxisse, necnon ibi Paratam excauasse foueam, ex quo seruitus resultat per dictum Bonfioli fundũ aquam ducendi, *Bart. & alij in l. seruitus. C. de seruit. Cepoll. de seruit. aq. num. 54. & 56. Mandel. cons. 35. num. 1. Bald. de præscript. art. 4. nu. 2. Aym. de antiq. temp. 4. par. num. 255. Bursatt. cons. 87. num. 6.*

Non obstat ex alluuione dictam aquam hodie per longius spatium in hunc Bonfioli fundum fluere.
18 Vnde per hoc ille præsumit in † ea ius acquisiuisse, non enim id procedit ex quo Bonfiolus commune principium cum Parata non habet huiusmodi aquam ducendi, *Bero. cons. 74. nu. 2. lib. 1. Bald. in cap. cum Ecclesia Vulterana num. 2. de elect. Dec. cons. 144. in princip. Surd. cons. 130. num. 11.*

Quoniam verò Bonfiolus respectu maceratorum eandem aquam, quæ ducere prætendebat voluerunt Domini super hoc partes audire &c.

☞ *Idest sub die 23. Ianuarij 1617. est infra in Appendice post decisiones anni 1626. prout in Indice ibi in principio posito. In eademq. causa infra habentur aliæ decisiones sub diebus 3. Decemb. 1618. 1. Februarij 1619. 9. Decemb. eiusdem anni.*

R. P. D. VBALDO.

Romana nullitatis obligationis.
Lunæ 28. Maij 1618.

ARGVMENTVM.

Mulier accipiens pecunias ad societatem officij pro nonnullis suis, & suæ domus negotijs, & necessitatibus, & Iudex interposuerit suum decretum, & mulier iurauit pecunias accipere pro vergentia mariti ad inopiam, ad eum subleuandum, tunc quæ nullitates aduersus dictum contractum non admittantur. Pecunias dans mulieri in certam causam, quando non debeat esse sollicitus, vt pecunia in dictam causam expendantur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Præsumptio stat pro decreto Iudicis, eiusq. iustitia.
2 Vxor marito subuenire tenetur.
3 Societates officij quot plures, quis facit magis arguitur eius indigentia.
4 contra Causam expressam in instrumento requiritur concludens probatio.
5 de Pecuniarum vera, & reali numeratione, ex quibus dicatur constare.
6 Confessio simplex receptionis pecuniarum excluditur per illa verba recepit incontanti.
7 Confessio non probatur per testes singulare, sed saltem debent esse duo contestes.
8 Confessioni iuratæ, & cum decreto Iudicis factæ, magis standum est quam simplici.
9 Confessioni eius de cuius interesse agitur non est standum.
10 Causa expressa in decreto Iudicis interposito in contractibus mulierum sufficit, vt sit vera.
11 Pecuniam si quis det mulieri in certam causam cum decreto Iudicis si in eam causam non expendat, an id ei noceat.
12 Sollicitus, quando quis esse non debeat, an in causam expressam mulier pecunias expendat.
13 Mulier, si pecunias quasi in vsus suos acceperit, alij creditura non est locus Velleiano.
14 cum Fœminis nemo contraheret, si esset diuinandum quid acturæ sint.
15 cum Muliere contrahens dando ei pecunias, quid tantum ab eo exigitur.
16 Scientia præsumpta non sufficit vbi agitur de delicto.
17 Auth. si qua mulier. C. ad Velleian. non procedit stante iuramento mulieris.
18 Contractus mulieris tum iuramento substinetur de iure Canonico.
19 Mulieris contractus iuratus substinetur etiamsi illum celebret ex causa voluntariâ.
20 Terminum postquam quis suscepit, non potest refricari quæstionem nullitatis.

DECISIO XXXIII.

ITERVM proposui dubium, An sententia Rotalis esset confirman. die 28. Iunij præteriti * pro confirmatione coram me resolutum, & Domini vnanimiter vtraque parte informante censuerunt persistẽdum esse in decisis ex rationibus in dicta decisione 28. Iunij, & latius in decis. 28. Februarij 1611. coram Reuerendiss. Attrebaten. * deductis. Quibus non obstare existimarunt, quæ pro falsitate causæ obligationis D. Hieronymæ adducebantur, ad quam informantes pro ipsa in hac causæ propositione se restringebant. Fuit enim narratum, & expositum Iudici cum iuramento D. Hieronymam accepisse pecunias ad societatem officij pro nõnullis suis, & suæ domus negocijs, & necessitatibus, & Iudex super dicta causa interposuit decretum, & ideo intrat
1 præsumptio pro veritate dictæ causæ nedum generalis, † quæ stat pro decreto, & eius iustitia, *l. ab ea parte in fin. ff. de probat. Alciat. reg. 3. præsumpt. 10. in princ. Put. decis. 205. num. 2. lib. 3* Surd. alios adducens *decis. 106. num. 9. & cons. 39. num. 7. & fuit dictum in Romana subbastationis inter easdem partes 2. Iunij 1614. coram me, & prius in Augusten. Hospitalis 21. Februarij 1611. etiam coram, & in vna Romana saluiani pro eadem D. Hieronyma 15. Decembris 1614. coram R.P.D. meo Pamphilio, & in alia Romana saluiani 20. Maij 1616 coram R.P.D. meo Manzanedo, & in vna Romana Casalis 26. Nouembris 1610. coram bon. mem. Penia confirmata 3. Aprilis 1615. coram R.P.D. meo Dunozet,* sed etiam
2 particularis stante vergentia viri ad inopiã, cui † vxor subuenire tenebatur, *Bart. in l. cum dotem § sin autem in se. num. 6. ff. solut. matrim.* & fuit firmatum in decis. in hac causa factis coram *Reuerendiss. Attrebaten. & coram me in dicta Romana saluiani 11. Ianuarij, & 20. Maij 1616. coram D. Manzanedo.*

Nec facit quod vir etiam post contractas duas societates, de quibus agitur fecerit alias etiam sine obligatione vxoris, quia ideo magis arguit allega-
3 tam † vergentiam ad inopiam, vt exitus declarauit commissa discussione, & sine satisfactione omnium creditorum, & in omnem euentum, ex eo quod non nulli, ita contraxerunt cum D. Ioanne Baptista non conuincitur pernecesse bonus ipsius status, & conditio præsertim ad reddendam falsam assertionem instrumenti circa indigentiam domus, cum contra eã
4 requiratur † concludens probatio, *§. item verborũ instit. de inutil. stipul.* ibi manifestissimè *Aym. cons. 56. num. 3.* & fuit sæpè decisum.

Prout nec etiam obstant duo alia motiua ad deducen. hanc causæ falsitatem, alterum quod pecuniæ non peruenerint ad manus Hieronymę, alterum quod nõ fuerint versæ in necessitates domus, vt fuit iudici expressum. Nam quoad primum de contrario apparet ex lectura instrumenrorum societatum de quibus agitur, vbi Hieronyma cum iuramento, & cum rennnciatione exceptioni non numeratæ pecuniæ, & cum obligatione Camerali coram Notario, & testibus dicitur habuisse, & recepisse pecunias in
5 contanti † in tot iulijs, & testonibus, & sic constat de vera, & actuali numeratione in manibus Hieronymæ, iuxt. doctrinam *Bart. in l. singularia nu. 23. & ibi Alex. & Dec. num. 33. & Ias. nu. 47. ff. si cert. petat.* & idem *Bart. in l. si ex cautione. num. 1. C. de non numer. pecun. Alex. cons. 179. nu. 6. lib. 2. & fuit tentum in* Bonon. *census 24. Aprilis 1600.* coram *bo. mem. Card. Pamphilio in* Romana *dotis 11. Decembr. 1613. coram me*, & alias sæpè, & signanter in vna *Assisien. census 29. Nouembris 1614. coram R.P.D.*
6 *meo nunc Decano*, vbi fuit dictum sufficere illa † verba, recepit in contanti ad excluden. simplicem confessionem de recepto, & denotan. realem numerationem. Nec obstat depositio Notarij de instrumento rogati, quia fuit ei abundè responsum in vltima decisione.

Alterum vero obiectum, quod pecuniæ non fuerint versæ in indigentias domus, sed potius in extinctionem duarum præcedentium societatum tollitur, quia quoad societatem Angelini huiusmodi conuersio nõ deducitur, nisi ex confessione extraiudiciali ipsius Angelini quasi ipse vnicam tantum solutionem fe-
7 cerit scut. trecentorum, quæ confessio † nõ probatur, nisi per testes singulares, qui non sufficiunt, sed debent esse saltem duo contestes secũdum communem opinionem, de qua per *Gabr. cons. 40. num. 57. lib. 2. & fuit dictum in vna Firmana altaris 15. Iunij 1612. coram me*, & in omnem euentum dicta confessio non potest præiudicare Marcello, nec alijs, qui accesserunt contemplatione Hieronymæ, quæ recognouit bonam fidem, & omnino magis videtur standum

8 dum confessioni † ipsius Hieronymæ iuratæ, & cum decreto Iudicis ex supra allegat, nec aliàs esset in potestate Angelini tollere obligationem ipsius Hieronymæ factam ad fauorem obligatorum in dictis so-
9 cietatibus, qui ab ea † receperunt promissionem releuationis indemnitatis.

Et quoad vtramque societatem quatenus verum esset, quod pecuniæ acceptatæ per Hieronymam inseruissent pro extinctione præcedētium societatum, non autem pro alijs indigentijs domus, tamen non exinde inferri posset ad falsitatem causæ expressæ, sed solum quod pecuniæ non fuerint conuersæ in causam expressam, quæ duæ valdè differunt, solum autem
10 requiritur, † quod causa expressa fuerit legitima, qualis est de qua agitur, ex latè deductis in *decis. Reuerendiss. Attrebaten.* nec dans pecunias debet esse sollicitus, quod accipiens in eam causam expendat,
11 et si non † expendat non nocet danti pecunias, vt probat *text. in l. 1. §. non autem, & ibi Bart. num. 2. & Castr. num. 4. ff. de exercitor.* ibi etenim [non oportet creditorem ad hoc astringi, vt ipse reficiendo nauis curam suscipiat, & negotium Domini gerat, quod certè futurum sit si necesse habeat probare pecuniam in refectionem nauis erogatam esse, & hos duos textus adducit *Seraphin. decis. 1187. num. 1. par. 2.*

Et quod quis non debeat esse sollicitus, An in
12 causam expressam † mulier pecunias expendat, fuit decisum in *Romana census* 1. *Ianuarij 1616. confirmata* 1. *Decembris præteriti coram me per decis. Surd. 156. num. 9.* vbi in fine testatur de communi, & in dicta vltima *decis. Romana census coram me Rota sequuta est decisiones in hac causa factas tàm coram* Reuerendiss. *Attrebaten. quam coram me*, facit
13 text. *in l. si mulier 11. ff. ad Velleian.* vbi si † mulier quasi in vsus suos pecunias acceperit, alij creditura non esse locum Senatus Consulto dicit Iurisconsultus, alioquin nemo cum fœminis contraheret, quia
14 ignorari potest quid † acturæ sint, vt enim rectè aduertit *Cuia. in dicta l. fin. ff. de exercit. seu tract. 8. ad affician.* id tantum exigitur à dante pecunias, vt non fuerit quæsitus titulus falsus, & sentit etiam *decisio coram Reuerendiss. Attrebaten.* hoc autem casu non fuit nec plenè, nec semiplenè probatum D. Marcellum quæsiuisse titulum falsum, nec certo sciuisse, vel indagasse, quod D. Hieronyma ex pecunijs harum societatum vellet extinguere priores, & alias ad arguen. contractum de falso, vel simulatione, nec etiam
16 præsumpta † scientia sufficeret, *§. si quis autem, §. si vero expressum, vbi gloss. auth. de hæred. & falcid. Aret. cons. 47. num. 2. & Surd. cons. 328. nu. 29. lib. 3.*
17 Nec demum obstat dispositio † *auth. si qua mulier C. ad Velleian.* quia vltra quod non procedit stante
18 iuramento in obligatione mulieris, † cuius vigore de Iure canonico sustinetur *gloss. communiter recepta in cap. ex rescripto de iur. iur.* cum alijs quæ sequuta est Rota *in vna Interamnen. Mercurij 4. Iunij 1597. coram bo. me. Penia, & in dicta Romana Saluiani 11. Ianuarij coram* Reuerendiss. *Manzanedo*.

Dicebatur etiam procedere in obligatione volun-
19 taria, † quam fecit vxor pro marito, non autem in obligatione facta ad subleuandum maritum magno ære alieno grauatum, & pro alijs indigentijs domus. *Surd. cons. 367. num. 14.* cum alijs, de quibus in dicta *Romana Saluiani 11. Ianuarij coram Reuerendiss. Manzanedo*.

Ex quibus Domini permanebant in decisis, & eo libentiùs, quod non sumus in creditore, qui dederit pecunias, sed in fideiussore, qui soluere fuit iudicialiter coactus, & Hieronyma, & ipsa citata non solum non excepit de falsitate causæ contra creditores, sed debitum agnouit, & suscepit terminum. Vnde non
20 potest † modo quæstionem nullitatis contractus referre aduersùs Marcellum, quem ipsa ab omni molestia promisit defendere, sed debet contra creditores actionem dirigere, & vt fuit resolutum in *Romana fideiussionis, seu releuationis indemnitatis 2. Iunij 1614. coram* R. P. D. *meo* Pirouano.

Et ita decisum, &c.

** Decisionem hanc sub die 20. Iunij 1617. coram eodem bo. me. V baldo, posui infra in Appendice post decisiones anni 1626. prout in Indice ibi in principio posito.*

** Ista decisio sub die 28. Februarij 1611. coram bon. me. Reuerendiss. Ortembergo Episcopo Oriolen. habetur infra in d. Appendice.*

EMINENTISS. CARD. SACRATO.

Lauretana Iurisdictionis.

Vener. 1. Iunij 1618.

ARGVMENTVM.

Derogatio Regulæ de Iure quæsit. non tollend. quando non sit necessaria. Obseruantia ex quo non desinat esse interpretatiua. Protectoris nomen regulariter non sonat in iurisdictionem.

SVMMARIVM.

1 *Derogatio regul. de Iur. quæsit. non est necessaria in declaratione expositiua iuris dubij.*
2 *Obseruantia non desinit esse interpratatiua, licet verba in aliquo improprientur.*
3 *Papa, eo ipso quod erigit aliquam Ecclesiam in Cathedralem, cessant omnia iura, quæ alius Prælatus habebat in d. Ecclesia. declara num. 4.*
5 *Protectoris nomen de sui natura non importat iurisdictionem.*
6 *Sed hoc procedit in genere, & in abstracto.*

DECISIO XXXIV.

DOMINI persliterunt in decisione in hac causa facta sub die 5. Martij proximi, * in qua fuit dictum Capitula q. Cardinalis Lancellotti esse seruanda, & dixerunt non obstare vnicum fundamentum deductum pro parte D. Cardinalis Episcopi, nempè quod prædicta Capitula quatenus tribuant aliquam iurisdictionem spiritualem Protectori, vt prætendit ipse D. Protector erunt in hoc contraria Bullæ super erectione Ecclesiæ Lauretanæ, & consequenter non valebunt dicta Capitula sine derogatione regulæ de Iure quæs. non tollen., licèt enim talis derogatio non
1 sit necessaria in declaratione † expositiua Iuris dubij, secus tamen est dicendum, quando præcedit ius clarum, quia tunc nō est propriè declaratió, sed correctio, & ablatio iuris antiqui, *Castr. cons. 238. lib. 1. cum aliis alleg.* Visum enim fuit DD. quod etiam si Capitula contineant aliquam iurisdictionem spiritualem ad fauorem Protectoris (quod erit suo loco viden. adhuc posse sustineri) quod sint Capitula declara-

claratoria, & non derogatoria prædictæ Bullæ. Nam etsi ex lectura Bullæ, & circumscriptis Capitulis sensus verborum, & natura negotij incallescant, quod tota iurisdictio fuerit data Episcopo priuatiuè ad omnes alios, vt latè ponderatur per informanter pro D. Cardinali Episcopo, & fuit tactum in decisionibus in hac causa factis, attamen visum fuit DD. hæc duo posse stare simul, quod sensus vnius scripturæ per se solius consideratæ vnum significet, & nihilominus ex circumstantijs facti, vel quod magis erit ex declaratione ipsiusmet conditoris scripturæ diuersum sensum recipiat, vt videmus in simili de obser-
2 uantia † interpretatiua, quæ non desinit esse interpretatiua etiam si verba in aliquo improprientur, *Io. de Amic. cons. 42. num. 18. & 19. Soccin. sen. cons. 66. num. 11. lib. 3.* cum alijs latè per *Menoch. cons. 390. num. 2.* Ideoque dato, quod ex lectura solius Bullæ dicendum esset omnimodam iurisdictionem esse datam Episcopo, non exinde sequitur, quod eadem Bulla ex declaratione ipsiusmet Pontificis conditoris non potuerit recipere interpretationem, quod aliqua iurisdictio remanserit Protectori; si hoc habebitur in Capitulis, quod suo tempore examinabunt Domini; Et circa illud quod ex natura negotij omnis iurisdictio fuerit translata in Episcopum, quia
3 eo ipso, quod † Papa erigit aliquam Ecclesiam in Cathedralem cessant omnia iura, quæ alius Prælatus haberet in eadem Ecclesia, *iux. not. per Host. & alios, in cap. cum inferior, de maiorit. & obed.* fuit respon-
4 sum hoc habere † locum in erectionibus ordinarijs, & vbi nullum adest indicium contrarium, sed in proposito casu ex lectura ipsius Bullæ, & circumstantijs facti apparet Papam voluisse, quod remaneret in rerum natura antiqua Protectoria. Ideoque remansit aliqua dubietas, quod ius voluerit Papa remanere apud istum Protectorem, quæ dubietas potuit per nouam dispositionem eiusdem Papæ declarari; Et
5 quatenus replicabatur nomen † Protectoris de sui natura non importare iurisdictionem, *iux. notat. in cap. ex parte, de priuil. Gemin. cons. 8. in fin.* Fuit di-
5 ctum hoc esse verum in † genere, & in abstracto, sed in proposito casu nos versari in Protectoria, quæ per prius habebat omnimodum ius, ideoque remanere difficultatem, quam partem antiqui iuris Papa voluerit in hac noua erectione illi præseruare, stante quod reseruauit, & non extinxit, vt regulariter fieri solet ipsam Protectoriam, & omnia illius iura, & hoc, quam scilicet partem voluerit Papa præseruare isti Protectoriæ, est colligendum ex ipsis Capitulis, quæ videntur emanasse ad tollendas dissensiones inter istas duas Prælaturas habentes inter se negotium valdè connexum; Et circa illud quod Papa in Bulla expressè det Iurisdictionem nouo Episcopo, fuit dictum talem concessionem satis verificari in regulari, & ordinaria iurisdictione, quæ sine dubio fuit concessa nouo Episcopo, & non excludere, quod aliqua modica pars respectu vniuersalis remanserit Protectori, si apparebit ex Capitulis, hanc fuisse intentionem Papæ intelligendo scilicet verba Bullæ indefinitè, & non vniuersaliter, quod erit suo loco videndum, quando scilicet de interpretatione Capitulorum agetur.

Est decisio 630. in præcedenti par. 4. recent. vbi quoque in eadem causa habes binas decisiones sub diebus 20. Iunij 1616. & 21. Aprilis 1617. sunt in Tom. IV. Recent. Par. II. ordine decisiones 313. & 455. Aliasque decisiones in hac causa factas posui infra in Appendice post decisiones anni 1626. quæ sunt sub diebus 23. Ianuarij 1617. & 13. Nouemb. eiusdem anni.

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Romana Census.

Mercurij 6. Iunij 1618.

ARGVMENTVM.

Oppositio contra validitatem census, quod fuerit constitutus sine pecunia numerata quando sumus in Censu imposito ante Constitutionem Pij V. de censibus non annullat & quare. Pactum quod emptor census cogi possit quandocunque ad redimendum censum, cum sit illicitum an vitiet validitatem census, & quid si sit concessum beneplacitum venditori census.

SVMMARIVM.

1 *Creditor prior in tempore, est potior in iure.*
2 *Census non dicitur inualidus, si opponatur non interuenisse pecuniam quando fuit impositus ante Constitutionem Pij V.*
3 *Census per Constitutionem Martini, & Calixti de Censibus non requirebant pecuniam numeratam in eius impositione.*
4 *Census contractus importat emptionem, & venditionem.*
5 *Pecunia, quod debeat interuenire in emptione, & venditione, non reperitur iure cautum.*
6 *Surd. in decis. 162. num. 37. errat dum sentit in terminis Constitutionis Pij V. de censibus non requiri pecunia numerata pro forma.*
7 *Pactum, quod emptor census possit cogi quando cunque ad redimendum censum, est illicitum.*
8 *Et sic contractus resoluitur in merum mutuum.*
9 *Verba in dubio semper sunt reducenda ad bonum sensum & ad actum licitum.*
10 *Verba sunt intelligenda, ne contractum reddant illicitum.*
11 *Verbum liceat, non importat necessitatem, & 12.*
13 *Emptionis naturale est, vt sit contractus perfectus, nisi aliud sit conuentum, & nu 14.*
15 *Verba illa, ad beneplacitum, posita in redemptione census, quid importent.*
16 *Pluralitas multoties resoluitur in singularitatem.*
17 *Pluralitas non resoluitur in singularitatem, quando resultaret aliquid illicitum, vel absurdum.*
18 *Contractus in dubio, quod sit vsurarius non est facienda interpretatio.*
19 *in Census extinctione cuius beneplacitum requiratur.*
20 *in Venditorum census potestate, si non sit quandocunque redimere census, an sit de Iure prohibitum.*
21 *à Tertij voluntate, id quod dependet, reputatur impossibile.*
22 *Census inspecto iure communi, non est probibitum, vt de sui natura sit perpetuus, etiam quo ad venditorem.*
23 *Prouisio hominis si non babeat clausulam annullatiuam non facit cessare prouisionem legis.*
24 *Inclusio vnius non operatur exclusionem alterius, si aliàs*

si aliàs sequeretur prauus intellectus.

25 *Venditori census, quod liceat beneplacito emptoris redimere censum, hoc pactum non operabitur vt non possit fieri etiam sine beneplacito, & quare,*

26 *Pactum in censu non potest dici contra substantiã contractus, si non faciat illum transire in aliam speciem.*

27 *Pacta illicita in censu vitiantur, & non vitiant.*

28 *Fructus census ex Statuto Vrb. cap. 159. lib 1. præscribuntur spatio 10. annorum limita nisi adsit interpellatio.*

39 *Præscriptiones tot requiruntur, quot sunt annuæ præstationes.*

DECISIO XXXV.

FVIT dictum pecunias esse restituendas per Vrsinos Carduinis pro parte tamen nõ præscripta, etenim Vrsini habuerunt pecunias vigore Census constituti de anno 1560. cum obligatione de illas restituendo prioribus, & potioribus. Carduini autem agunt vigore census constituti de anno 1557.
1 † & sic tanquam Priores in tempore sunt potiores in Iure iuxtà regulam *l. 1. & l. prior C. qui pot. in pign. hab. cum simil.*

Non obstat quod census Carduinorum fuerit inualidus. Primo quia non apparet in illo interuenisse pecuniam numeratam, quia fuit dictum talem
2 exceptionem non intrare, ex quo fuit impositus ante Constitutionem Pij V. etenim in terminis Iuris cõmunis seu etiam Constitutionũ Martini, & Calixti
3 de censibus valet census sine interuẽtu pecuniæ numeratæ, *& in specie ad not. per Michaelem Salon. de cens. contr. 2. num. 3. Nauarr. de vsurar. num. 78. & Latius cons. 1. per tot. de empt. & vendit. vol. 1. & fuit dictum in causa Eugubina Census 7. Februarij 1597. coram bon. me. Litta, in causa Ciuitatis Castelli bonorum 29. Maij. 1606. coram bo. me. Iusto.*
4 Et ratio est in promptu † quia iste contractus continet emptionem, & venditionem, *vt per Surd. cons. 162. num. 4.* In contractu autem emptionis, &
5 venditionis non reperitur iure cautum, † quod debeat interuenire pecunia numerata, *& bene per eundem dicto cons. 172. num. 37. cum pluribus seqq.* licet
6 aborret in † terminis Constitutionis Pij V. quæ pro forma requirit pecuniam numeratam vt patet ex illis verbis, quæ sine intellectu destructiuo non possunt euitari.

Non obstat, quod secundo loco opponebatur contra huiusmodi censum, nempe continere pactum, quod emptor illius posset quandocunque cogi ad
7 redimendum, † quod pactum est illicitum, cum sit in potestate emptoris quandocumque rehabere suã
8 pecuniam, & sic contractus † resoluitur in merum mutuum *ex relat. per Mantic. de tac. & ambig. lib. 8. tit. 22. cum alijs cumulatis per informantes pro Vrsinis*, quia fuit responsum tale pactum non fuisse appositum censui de quo agitur licet non fuerit dictũ quod liceret venditoribus. Census infra triennium proximum, & deinde ad beneplacitum partium, & recipere, & censum prædictum retrocedere teneretur; attamen ex hoc non visa fuit resultare aliqua obligatio in venditore, vt posset cogi ad retrouendendum censum, præmittendo, quod verba † in du-
9 bio sunt semper reducenda ad censum bonum, & vitio carentem *Rota decis. 4. num. 5. & 10. de test lib.*
10 *in antiq.* & † in specie ne contractus reddatur illicitus. *Alex. cons. 191. num. 7. lib 2.* Prædicta autem non important pernecesse, quod venditores possent
11 cogi ad retrouendendum quia verbum liceat † non importat necessitatem. *Surd. cons. 98. num. 1. ibi, & verbum potest Aldou. cons. 40. num. 23. Seraph. decis. 739. num. 3.* & sic quamuis fuerit dictum, quod liceret venditoribus infra triennium redimere, ex extinguere censum non per hoc fuit illis imposita
12 aliqua necessitas hoc faciendi, nec nocent illa verba, ibi, ad beneplacitum partium quasi quod elapso triennio esset ad beneplacitum Lucretiæ emptricis cogere venditores ad redimendum censum, quia fuit responsum dupliciter. Primo illa verba nullo modo posse deseruire, vt Lucretia posset cogere emptores ad redimendum, sed ad summum quod elapso triennio non possent venditores sine beneplacito emptricis redimere, quod est quid diuersum à necessitate redimendi, quia necessitas redimendi facit transire contractum in mutuum vt supra dictum est quod non facit impotentia redimendi cum hoc sit
13 naturale emptioni, vt scilicet sit contractus † perfectus nisi aliter speciali pactu cautum sit Ideoque non immutat substantiam contractus licet hoc quod quis possit redimere tanquam magis proficuum
14 venditori † census magis iustificet contractum vt per *Mantic. dicto tit. 22. num. 3. & 4.* Secundo fuit dictum, quod illa verba, & deinde ad beneplacitum
15 licet importet facultatem † redimendi si vtrique parti placuerit, non propterea important pernecesse, quod redemptio debeat fieri ad beneplacitum tantum solius Lucretiæ Emptricis quia verba ad beneplacitum partium sonant in pluralitatem, ideo non essent verificata si concurret tantum beneplacitum vnius partis hoc est Lucretiæ Emptricis tantum, & quamuis multoties pluralitas resoluatur
19 † in singularitatem *l. falsa demonstratio §. finali, ff. de cond. & demonstr l. si chorus ff. de leg. 4. Mandell. Alba cons. 237. num. 38. vol. 1.* hoc tamen non ha-
17 bet locum, quando ex huiusmodi † resolutione resultaret aliquid illicitum vel absurdum. *Bald. in l. penult. num. 17. vers. aut pluralitas respicit C. de imp. pub. & alijs subst. Socc. cons. 150. num. 12. vers. et secundo responderi potest lib. 2.* Esset autem illicitum & absurdum dicere, quod redemptio esset facienda
18 cum solo beneplacito Lucretiæ Emptricis, † quia includeret contractum vsurarium, per ea, quæ dicta fuerunt supra. Ideoque dicere debemus, quod in redemptione deberet concurrere beneplacitum
19 vtriusque quod † non est de iure improbatum, sed licitum, quia satis est quod redemptio non fiat sine beneplacito venditoris.

Tertio non obstat quod non esset in potestate
20 venditorum † census quandocunque redimere, quod videtur de iure prohibitum, & quod non esse in eorum potestate deducebatur, tum ex illis verbis liceat infra triennium proximum, & deinde ad beneplacitum partium redimere censum, vnde infertur quod elapso triennio non licebat venditoribus sine beneplacito Lucretiæ Emptricis redimere iure censum, quod est in effectu, ac si nullo modo pos-
21 sent redimere, cum impossibile reputetur illud, quod pendet à voluntate tertij *l. idem Iulianus, §. fin. vbi not. omnes ff. de leg. 3. Bart in l. continuus §. cum quis sub conditione num. 6. ff. de verb. oblig. Abb. cons. 45. num. 3. lib. 2. lap alleg. 66. quoddam Mona-*

Monasterium num. 2. in fine, & alleg. 92. inspeximus sub num. 7. vers. disponit autem, quia fuit multipliciter responsum. Primo non esse satis expeditum quod ante Constitutionem Pij V. non valeret census, nisi esset in potestate Venditoris illum redimere etenim contractus emptionis, & venditionis est de sui naturæ perpetuus Ideoque circumscripta particulari Constitutione non est † cur de iure communi non possit valere census de sui natura perpetuus etiamquoad venditorem secundo esto quod de iure huiusmodi pactum debeat subintelligi, & sic quod ex natura contractus debeat esse in potestate venditoris quandocunque redimere illud pactum, quod elapso triennio liceat ad beneplacitum partium redimere,
23 quia prouisio † hominis si non habeat clausulam annullatiuam non facit cessare prouisionem legis, & inclusio vnius non operatur exclusionem alterius si
24 alias sequeretur † prauus intellectus *Bald. cons. 232 num. 2. vers. sed ad hoc respondetur lib. 1.* Ideoque pactum, quod liceat venditori cum beneplacito emptoris redimere censum, non operabitur quod hoc
25 non possit fieri etiam sine beneplacito † si alias hoc de iure licet, & dicere contrarium facit contractum illicitum. Denique ponderabatur, quod istud pactum non potest dici contra substantiam contractus,
26 ex quo non facit illum transire † in aliam speciem, nec habet aliquid commune cum mutuo. Ideoque
27 ad peius † vitiaretur, & non vitiaret *Rota in Bononien. Census 20. Iunij 1600. coram bon. me. Card. Pamphilio.*
28 Quantum ad præscriptionem † fuit dictum quod ex Statuto Vrbis cap. 159. lib. 1. fructus præscribuntur spatio decem annorum, & quod tot requiruntur
29 præscriptiones quot sunt † annuæ præstationes, *vt in causa Romana Census de Caffarelis 9. Decembris 1587. coram bo. me. Gipsio.* Ideoque ad istam rationẽ esse faciendam detractionem ex fructibus petitis
30 † nisi doceatur de interpellatione infra decennium.

EMINETISS. CARD. VEROSPIO SEN.

Placentina Fructum.

Mercurij 6. Iunij 1618.

ARGVMENTVM.

Vnio vt affectuata dicatur, quid sit necesse, vt interueniat & quando non requiratur, vt post obitum possessoris capiatur possessio. Fructus rei vnitæ si quis capiat præsumitur vnionis acceptatio, & possessio, Regulæ de Iure quæsito non tollend. an dicatur satisfactum per derogationem regularum Cancellariæ, & vtrum requiratur specialis derogatio.

SVMMARIVM.

1 *de Sententiæ validitate ex quibus dicatur constare.*
2 *Sententiæ iustitia colligi potest ex decisionibus in causa emanatis.*
3 *Vnio, vt dicatur effectuata non solum requiritur obitus possessoris, sed etiam quod fuerit acceptata vnio, & capta possessio.*
4 *Sed hoc non requiritur, si vnio fuerit facta cum clausula ex nunc prout ex tunc.*
5 *Ita vt ius in re statim dicatur quæsitum ei ad cuius fauorem fuit vnio facta.*
6 *Vnionis acceptatio, & possessio bene dicitur capta, si fructus rei vnitæ fuerint percepti.*
7 *de Attentatis dari non potest, si non adsit lis licet in eadem re ad alium effectum reperiatur lis.*
8 *Regulæ de Iure quæsito non tollend. an dicatur satisfactum per derogationem regularum Cancellariæ.*
9 *Regulæ de Iure quæsito non tollend. vt censeatur derogatum requiritur specialis derogatio.*
10 *in Regula de Iure quæsit. non tollend. adest protestatio, quod illi Papa nolit derogare quibuscũque clausulis, & verbis vtatur.*
11 *Vnde non potest dari, seu induci forma per quam dici possit de mente Summi Pontificis constare, nisi expressè dictæ Regulæ derogetur.*

DECISIO XXXVI.

DOMINI responderunt sententiam Rotalem esse confirmandam; De illius enim validitate constat ex reuolutione processus, in quo apparet
1 sententiam fuisse latam in vim † specialis commissionis, præcedentibus citatione, mandatis procuræ, & seruatis omnibus de Iure seruandis *iuxtà decis. Caputaq. 160. par. 2.*
2 Iustitia pariter † innotescit ex decisionibus *sub die 15. Aprilis 1616. & sub die 17. Februarij 1617. coram R.P.D. meo Remboldo in ista causa factis.*

Quibus non obstat per mirandæ obitum factum non fuisse locum vnioni, & dismembrationi vigore litterarum Adriani VI & Clementis VII. cum ad
3 hoc vt † vnio dicatur effectuata non solum possessoris obitus requiratur, sed quod acceptata fuerit vnio, & prabendæ vnitæ capta possessio. Nam vltra quod hic sola vacatio sufficit, cum in dictis litteris ap-
4 posita fuerit clausula ex nunc, † prout ex tunc, quæ operatur vt in eodem vacationis instanti dicatur
5 vnio effectum sortita, & Ius in re illi quæsitum † ad cuius fauorem ipsa emanauit. *Stafil. de lit. grat. & iust. in 2. forma mand. de prouid. numer. 3. & 4. & fuit in ista causa firmatum.*

Respondetur nihilominus, hic acceptationem, & possessionem non de esse, cum per mirandæ obi-
6 tum Canonici fructus † præbendæ vnitæ perceperint quod sufficit *Calder. cons. 13. num. 20. de reb. Eccles. non alien.*

Nec releuat huiusmodi possessionem lite penden-
7 te captam fuisse † quia super vnione lis non pendebat sed super nullitate pensionis, & accessu, vel regressu ad Decanatum, quæ lis cum vnione, vel dismembratione nihil habet commune, vt *fuit dictum in vltima R.P.D. mei Remboldi decisione.*

Non obstat in prouisione Ioannis per mirandæ obitum factam fuisse mentionem litterarum Adriani VI. & Clementis VII. cum derogatione in specie
8 quarundam † regularum Cancellariæ, & non nullarum aliarum in genere cum clausula, quarum tenores &c. ex quo satis regulæ de Iure quæsito non tollendo præsumitur derogatum.

Nam specifica, & expressa derogatione opus erat,
9 vt dictæ regulæ derogatum † censeretur *Sarnen. in prohem regul. quæst. 6. nnmer 2. & quæst. 15. in fin. Cæs. de Graß. decis. 9. de rescript.*

Et hoc stante in eadem regula protestatione,
10 quod illi Papa nolit † derogare, quibuscunque clausulis & verbis vtatur *Cæs. de Graß. dicta decis. 9. num. 13. de rescript.*

Nec vlla potest induci forma, per quā dici possit
11 de mente † Summi Pontificis constare, nisi expres-
sè ille de tali regula meminerit *Sarnen in probem. dictæ regul. quæst.5. numer.3. Seraphin. decis.1082. num.7.*

Non obstat Ioannem subrogatum fuisse ad omne ius, & possessionem mirandæ, qui accessum habebat ad decanatum cum suspensione litterarum Adriani, talis enim accessus mirandæ cum dicta suspensione
12 præstare non potuit impedimentum † effectuationi
dismembrationis, cum solum in gratia reseruationis pensionis reperiatur; Vndè non suffragatur Ioanni subrogatio in mirandæ Iuribus qui nec ipse poterat vnionis effectuationem impedire ex deductis in alijs decisionibus &c.

*** Prima decisio in hac causa sub die 15. Aprilis 1616. habetur infra in Appendice post decisiones anni 1626. pro vt in Indice ibi in principio posito. Altera verò sub die 17. Februarij 1617. impressa adest in præcedenti par.4 rec. decis.402.*

EMINENT.^MO CARD. SACRATO.

Romana Palatij.

Mercurij 6. Iunij 1618.

ARGVMENTVM.

Emptionis, & venditionis contractus quando dicatur perfectus. Et an instrumenti conficiendi reseruatio in contractu emptionis denotet imperfectionem contractus, si non fuerit dictum, vt contractus aliter non Valeat. Venditio quotupliciter dicatur imperfecta.

SVMMARIVM.

1 *Emptio dicitur perfecta stante consensu, re, & pretio, & num.2.*
3 *Emptionis contractus non perficitur cum consensu vnius partis.*
4 *Scriptura declaratiua actus, probat actus perfectionem, in præiudicium declarandis, seu consentienti.*
5 *Scriptura dicitur declaratiua actus, de præterito, si in ea adsint in verba præteriti temporis.*
6 *Venditio, si sit facta, & sint reseruata pacta, & conditiones, in quibus partes erunt concordes, ista verba videntur importare imperfectionem consensus.*
7 *Pacta accidentalia possunt reseruari in contractu emptionis, nec ex hoc potest desumi, quod contractus sit imperfectus.*
7 *In emptionis contractu, quando interueniunt tria illa necessaria requisita, tunc cætera interuenienda non possunt esse nisi accidentalia.*
8 *Instrumenti conficiendi reseruatio in contracta emptionis &c. non denotat imperfectionem contractus, nisi fuerit dictum, quod contractus non valet.*
9 *A contractu primo vt dicatur recessum necessè, est, vt secundus contractus, sit incompatibilis cum primo.*
10 *Verba, e di più, in apoca alicuius contractus significant potius additionem, quam extinctionem dicti contractus.*
11 *Venditio duplici modo dicitur imperfecta, & n.12.*
13 *Interpretatio ea est facienda, quæ minus noceat conficenti.*
14 *Vendere aliud est, & aliud confiteri se vendidisse.*
15 *Ad mutuum recipiendum, si quis mandatum habeat, non potest facere simplicem confessionem de mutuo recepto.*
16 *Bart. in l.1. §. fin. num. 6. & 7. ff. si cert. pet. declaratur.*
17 *Procurator non potest donare sine speciali mandato.*
18 *Procurator constitutus ad vendendum sub conditione, si eam non adimpleat expirat mandatum declara vt num.19.*
20 *Bona fideicommisso subiecta dicuntur nulliter alienata, si deficiat beneplacitum Apostolicum.*
21 *Vocatus ad fideicommissum quando quis fideicommissarij alienabunt bona fideicommissaria, id cessat stante amplissima derogatione Apostolica fideicommissi, & nu.22.*
23 *Substitutio vulgaris cessat, quando quis decedit cum liberis.*
24 *Procurator habens mandatum ad vendendum, non potest habere fidem de pretio.*
25 *Vendens non dicitur habuisse fidem de pretio, si ad illud soluendum, nullam dederit dilationem.*

DECISIO XXXII.

DVBITAVI, An esset recedendum à decisione in hac causa facta, sub die 15. Decembris 1614. & placuit Dominis resoluere tantum, quod probetur venditionem, de qua in apoca, (de cuius exequutione agitur) fuisse perfectam. Etenim apoca continet tria, quæ sufficiunt ad perfectionem con-
1 tractus emptionis, nempè † consensum, rem, &
pretium, ibi, *dichiaro hauer venduto à Monsignor Viues il Palazzo, per il prezzo di 14500. scudi di*
2 *moneta*, quod autem † interuenientibus istis tribus,
contractus dicatur perfectus, *tradunt Doct. in l.1. & 2. ff. de contrahen. empt instit. de empt. & vend. in princ. Bald. in l. si vendentis, numer.3. G. cod. Paris. cons.64 num 6.7. & 8. lib.1.* latissimè *Bursatt. cons. 100. num.2. & per tot.*

Non obstat primò, quod in confectione apocæ, minimè interuenerit consensus D. Viues, & hoc
3 genus † contractum non perficiatur, cum consensu
vnius partis: quia fuit responsum, allegata in contrarium procedere in scriptura, ex nunc obligatiua,
4 secus in declaratiua actus de præterito, quia † pro-
bat actus perfectionem, in præiuditium declarantis, seu consentientis. *Cur. Iun. cons.168. nu.10. & 11. Aegid. decis. 690. num.8. vers. in extraiudicialibus, Rota in causa Parisien.* Pecuniaria *30. Martij & 16. Nouembris 1612. coram R.P.D. meo Decano.* Quod
5 autem apoca de † qua agitur sit declaratiua actus de
præterito, satis colligi visum fuit, ex quo vtitur verbis præteriti temporis. *Bart. in l. verbum, numer.8. in fin. ff. de verb. oblig. Alex. cons. 191. num.1. vers.9. lib.1. lib.2. Soccin. cons.21. num.11. vers.6. prædicta, Rota decis.377. & 717. par.2. diuers. in impress.*

Non obstat secundò, quod fuerint reseruata pacta, & conditiones in quibus partes erunt concor-
6 des, quæ verba † videntur importare imperfectioné
consensus, quasi quod perfectio contractus remaneat in arbitrio contrahentium, quod non licet, ex allegatis in alia decisione, quia placuit replicatio, illa

6 illa verba esse intelligenda † de pactis accidentali-
bus, quæ benè possunt reseruari ad arbitrium partiũ.
glos. in l. in vendentis, vers. accidentale autem, & ibi,
*Salyc. num. 3. vers. oppono quinto, Bald. num. 23. vers.
sed dic quod glos. & num. 15. vers. quarto oppono*, C.
de contrah. empt. quod autem pacta in proposito ca-
su reseruata, sint intelligenda de accidentalibus,
patet, quia iam interuenerant tria requisita, de
7 quibus supra, ideoque † cætera interuenienda, non
poterant esse, nisi accidentalia. *Bald. in dicta l. in
vendentis, num. 23.* vbi dicit, quod quando præce-
dit consensus, res, & pretium, quicquid adiungitur,
est accidentale.

Non obstat tertiò, quod fuerit actum de confi-
ciendo instrumento, & alijs spacijs, quia *Rota* se-
8 quitur opinionem, quod hoc † non denotet imperfe-
ctionem contractus, nisi fuerit dictum, quod contra-
ctus aliter non valeat. *Put. decis. 43. lib. 3 in antiq.
Rota decis. 377. num. 6. & 517. num. 2. par. 1. diuers.*

Non obstat quartò, quod à prædicta apoca fuerit
recessum, per aliam sub die 24. Aprilis, quæ non
fuit impleta per R. P. D. Viues, vt iam fuit resolu-
tum, sub die 25. Iunij 1617. & 19. Februarij pro-
ximi, quia fuit responsum hoc esse extra articulum,
ad quem se restrinxerunt Domini in hac propositio-
ne, potest enim esse, quod contractus, de quo in
prima apoca fuerit perfectus, de quo tantum egerũt
Domini in hac propositione, & quod postea fuerit
ab illo contractu recessum, sed neque hoc, quod sci-
licet fuerit recessum admittebant Domini, cum se-
cunda apoca sit compatibilis, cum contractu, de
quo in prima, quod patet, quia non continet aliud,
quàm nouas cautelas adhibendas in exequutione
9 primi contractus: vt autem † dicatur recessum, ne-
cesse est, vt secundus actus sit incompatibilis cum
primo. *l. 1. ff. de nouat. Dec. cons. 400. sub nu. 6. vers.
& his stantibus, Cephal. cons. 454. numer. 18. & seq.
Matthesil. sing. 178. in fin.* & benè *per Menoch. de
recuper. remed. 9. num. 390 & 391.* Et hoc etiam vi-
debatur confirmari ex modo loquendi. Secunda
10 enim apoca est in eodem folio † in quo est prima, &
incipit, *Et di più prometto, &c.* Vnde apparet fuis-
se factam per viam additionis, non autem extinctio-
nis ad primam, hoc enim significant illa verba,
*E di più. Corn. consil. 13. sub numer. 2. lib. 1. Paris.
cons. 95. num. 8. & 9. lib. 2.*

Non obstat quintò, quod D. Viues in quadam sua
epistola confessus fuerit contractum fuisse imperfe-
ctum, per illa verba, ibi, *Che per me non stà il con-
cludere la compra, &c.* quia visum fuit illa verba esse
intelligenda, de conclusione exequutiua cõtractus,
non autem de conclusione obligatiua ad ipsum con-
tractum. Duplici enim modo in eo quod facit ad
11 rem nostram, potest dici † imperfecta venditio, vno
modo ad effectum, vt sit locus pœnitentiæ, alio mo-
12 do, quia nondum fuerit † effectuatà per solutionem
prætij, & traditionem rei, siue interesse; vt latè
per *Mant. de tac. & ambig. lib. 4. tit. 26. nu. 17. cum
duobus seqq.* Iuxta primum modum, intellexerunt
Domini venditionem esse perfectam. Secundò ve-
ro modo potest interpretari epistola D. Viues, circa
concludendam venditionem, faciendo scilicet inter-
13 pretationem, † quæ minus nocet confitenti, *iuxt.
not. per Bart. in l. inter stipulantem, §. 1. de verb.
oblig. Alex. cons. 115. num. 5. lib. 3. Dec. cons. 493. n. 16.
Alba cons. 17. num. 11.* & quæ magis concordat cum
alijs probationibus, *l. cum his stantibus, §. pœniten-
tiam, ff. de donat. inter vir. & vxor. Rom. cons. 304.
num. 2. Mantic. de tacit. & ambig lib. 2. tit. 4. num. 18.
vers. quamobrem*, idest quæ magis concordat, cum
apoca confecta à Fuluio.

Non obstat sextò, quod Fuluius fuerit constitu-
tus Procurator à suis Fratribus, ad vendendum
Palatium, ideoque non potuerit facere simplicem
14 confessionem de Palatio vendito, cum † aliud sit
vendere, aliud confiteri se vendidisse, vt in simili de
15 habente mandatum ad recipiendum † mutuum,
quod non possit facere simplicem confessionem de
mutuo recepto, *Bart. in l. 2. §. fin. num. 6. & 7. ff. si
cert. pet.* fuit enim responsum dupliciter. Primò
Fuluium fuisse pro sua portione Dominum, & pro
alijs portionibus mediante obligatione de soluendis
scut. 30000. fuisse à Fratribus constitutum vsufru-
ctuarium, cum facultate alienandi Palatium, & alia
bona communia. Vnde quo ad Palatium, habendũ
esse pro Domino & proprietario: & sic potuisse cõ-
fiteri, sicut quilibet alius Dominus & proprieta-
rius, quia in effectu fuit potius contractus transa-
ctionis, quàm simplex mandatum. Secundò, con-
16 clusio † *Bart.* & sequacium procedere, in confes-
sione. quæ directè præiudicat Domino, sicut est cõ-
fiteri mutuum, quia per talem confessionem Domi-
nus simpliciter, & absque vlla visibili recompensa
obligatur ad restituendum, vndè talis confessio in-
17 cludit donationem, quam † non potest facere pro-
curator, sine speciali mandato, vt considerat. *Bart.
loco alleg. num. 7. in fin.* quod non accidit in confes-
sione de re vendita, iusto (vt supponitur) pretio,
quia talis confessio includit, tàm obligationem Do-
mini, quàm Emptoris, & non potest vnum sine alio
acceptare, ideoque non potest talis confessio dici,
quod contineat donationem, in quo fundatur alle-
gata conclusio.

Ad aliud quod septimò loco opponebatur, Ful-
uium vigore mandati, aut contractus, cuius vigore
fuit constitutus Procurator à Fratribus ad venden-
18 dum † fuisse obligatum infra sex menses, facere
depositum scutorum 16000. quod cum non fecerit,
expirauit mandatum, & facultas ad vendendum.
Fuit responsum, quod Fuluius non erat simpliciter
obligatus facere depositum, sed de pretio rerum
19 vendendarum, propterea † tempus sex mensium,
non incepit à die stipulationis, sed à die venditiodis
rerum, de quarum pretio erat faciendum depositum.
l. tale, in princip. ff. de iur. dot. benè *Soccin. post Bald.
in l. in diem, num. 4. & 5. ff. de condit. & demonstr.
Ias. in l. si cui, nu. 17. ff. de leg. 1.*

Octauò loco fuit dictum, non obstare, quod ven-
20 ditio sit imperfecta ob defectum † derogationis apo-
stolicæ ad fideicommissa, ex quo in prædicta dero-
gatione neque est facta mentio fabricæ Sancti Petri,
neque narratiua filiorum in fideicommisso Baldi Far-
ratini Senioris vocatorum, quantum enim ad fabri-
cam Sancti Petri fuit obseruatum, ipsam esse voca-
tam, in casu in quo deuolueret fideicommissum ad
Cathedralem Amerinam, & ipsa Ecclesia Amerina
alienaret, vel alienationi per prius factæ consenti-
ret, quare cum in derogatione iam obtenta fuerit
amplissimè derogatum vocationi dictæ Ecclesiæ A-
merinæ, non est amplius agendum de vocatione fa-
21 bricæ Sancti Petri, quia talis vocatio † tanquam
descendens à facto Ecclesiæ Amerinæ, illa sublata

remanet caducata. *iuxta not. in l. vnica, §. & cum triplici, verf. vel mortuo*, & ibi, *gloss. in verb, deficiebat, C. de caduc. toll.* vltra quod taciturnitas iuris fabricæ Sancti Petri non operetur nullitatem derogationis fideicommissi quoad alia, sed tantum operaretur, quod dicto iuri non censeatur derogatum, de quo iure posset tantum dare ipsa fabrica, eueniente casu suæ vocationis, vel etiam ipse D. Viues em-
22 ptor, qui ex † hoc capite esset minus securus: non autem ipsi Ferratini venditores, quorum hoc non interest. *Soccin. Sen. cons. 78. num. 8. lib. 4. Cassad. decis. 10. num. 1. super reg.* & fuit dictum *in Romana Hereditatis* 18. *Martij* 1611. *coram me*. Quo vero ad naturales, responsio ex mox dictis, sed vlterius fuit consideratum ipsos esse vocatos sub conditione si quondam Fuluius Senior decesserit sine filijs, vel eius filij decederent sine filijs, cũ igitur dictus quondam Fuluius Senior reliquerit Ioannem filium, qui
23 Ioannes reliquit Fuluiũ Iuniorem, & alios † filios, expirauit fideicommissum: etiam si modo Fuluius, & Fratres decederent sine filijs contra vulg. *cons. Oldrad.* 12. sæpissimè in Rota Canonizatum.

Postremò dictum fuit, non applicari ad propositam facti speciem, quod Fuluius tanquam procurator ad vendendum, non potuerit habere fidem de pretio, *iuxta not. per Bart. in l. à diuo pio §. sed si emptor, num. 2. ff de re iud.* Quia Fuluius in proposito casu non habuit aliquam fidem de pretio, ex quo nullam dedit dilationem ad soluendum, neque hoc continet illius confessio, qua nititur D. Viues. Vltra quod illa conclusio non videtur applicari ad eum, qui per contractum vsus fructus, & facultatem alienandi, cum certa recompensa fuit constitutus Dominus, & proprietarius: vt dictum est supra in responsione ad sextum obiectum.

Et ita tentum.

☞ *Decisio ista in eadem causa sub die 15. Decembris 1614. coram eodem Card Sacrato posui infra in Appendice post decisiones anni 1626. pro vt in Indice ibi in princip. posito. Vbi quoque habes aliam sub die 23. Iunij 1617. coram eodem Sacrato.*

REVERENDISS. DVNOZZETTO
ARCHIEPISCOPO SELEVCIEN.

Bononien Indemnitatis.

Mercurii 6. Iunii 1618.

ARGVMENTVM.

Minor, quando compromittit an requirantur solemnitates statutariæ in eorum contractibus requisitis. Statutum Bononien. de arbitr. lib 2. loquitur in arbitratoribus non autem in compromissis, pro vt de Iure. Minor faciens actum necessarium, an in eo requirantur solemnitates statuiariæ.

SVMMARIVM.

1 *in Minorum cõpromissis non sequiruntur solemnitates statutariæ.*
2 *Statutum Bononien. de arbitr. lib. 2. disponit, vt impuberes minores, 14. annorum non possint compromittere.*
3 *Statutum* Bononien. *de arbitr. lib. 2. loquitur in arbitratoribus, non autem in compromisso pro vt de iure.*
4 *Minor in compromisso an lædi possint. Compromittere est species alienationis. num. 4.*
5 *Minor quando facit actum necessarium non requiruntur solemnitates requisitæ in eorum contractibus ampliа num. 6.*

DECISIO XXXVIII.

☞ DVAE nullitates fuerunt oppositæ contra laudum de cuius executione agitur, quarũ prima est, quod Antonius Auus paternus compromiserit, & acceptauerit laudum absque interuentu Georgij, & Fratrum Minorum, secunda quod dicta acceptatio cum cõsignatione possessionum seu prædiorum de quibus agitur fuerit facta sine decreto antianorum iuxta Statuta Bononiæ.

Sed prima fuit sublata ex eo quod iste solemnita-
1 tes statutariæ † non requiruntur in compromisso, & alijs actibus necessarijs, *Benint. decis. 21. num. 11. & seqq. Put. decis. 105. num. 3. & 4. lib 1. Rota diuers. decis. 867. num. 5. par. 3.*

Non obstat Statutum Bononien. *de arbitr. lib. 2. in fin. vers. saluo*, in quo cauetur, quod impuberes
2 minores 14. † annis non possunt compromittere, quia statutum loquitur in arbitratoribus non autem
3 in compromisso pro vt de iure, † in hoc enim posteriori casu intrat necessitas solutionis quatenus de iure, in primo verò minor potest lædi, & ideo à sta-
4 tuto iure merito † fuerunt exclusi tales minores cũ esset hæc quædam species alienationis, *vt etiam bene distinguit Benint d. decis. 21.*

Secunda nalliras cessat ex prædictis quia huiusmo-
5 di decretum non erat necessarium cum ista † assignatio non esset voluntaria, *vt per Benint. dicta decis. 21. num. 20 Lamberteng. de coniect. mulier. gloss. 1. num. 2.* maximè quia loco talis decreti interuenit
6 decretum Auditoris Illustriss. Legati † ad id specialiter deputati ab eodem Legato cum derogatione expressa dicti statuti.

☞ *Supra in hoc Tomo in eadem causa habes alteram decisionem sub die 23. Martij 1618. coram eodem bon. me. Reuerendiss. Dunozetto est decisio 15. Adest quoque alia infra sub die 17. Decembris pariter anni 1618. coram eodem.*

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Romana prætensorum damnorum, & interesse.

Mercur. 13. Iunij 1618.

ARGVMENTVM.

Iniustitia notoria stante datur appellatio à sententia, licet à Statuto, vel Constitutione fuerit prohibita, Notarius non tenetur de mala fideiussione, quando est conuentionalis, & sic non prætoria; ac referuntur alij casus, in quibus Notarius non tenetur, si fideiussor datus per eius acta non sit soluendo.

SVMMARIVM.

1 *in Causis Notariorum Capitulinorum actiuè, & passiuè proceditur, appellatione remota.*
2 *Appellatione remota licet sit commissa causa, nihilominus stante notoria iniustitia datur appellatio.*
3 *Notarius tunc tenetur de mala fideiussione, quando est prætoria.*

Non

Non autem in fideiussione, quæ recipitur ex conuentione partium.
4 *Fideiussio quando est præstita vigore contractus, & non vigore decreti, tunc Notarius non tenetur de mala fideiussione.*
5 *contra Notarium non potest agi de mala fideiussione, si eius fides fuit acceptata à parte, & non à Notario.*
6 *Notarius, si rogetur de fideiussione præstita, non tenetur, quando fideiussor non sit soluendo, quia pars poterat illum recusare.*
7 *Notarius non potest non acceptare scripturas.*
8 *Actus, quod fit ex necessitate officij non præiudicat.*
9 *Fideiussoris datio, si fuerit intimata parti, & non contradixerit. ex hoc tacito consensu liberatur Notarius, si fideiussor non est idoneus.*
10 *in Iuditijs tacens sibi præiudicat.*
11 *Fideiussor si de tempore fideiussionis erat idoneus, hoc sufficit pro excusatione Notarij, quando postea non est soluendo.*
12 *contra Notarium de mala fideiussione non potest agere quis, nisi in subsidium.*

DECISIO XXXIX.

IVLIVS Cæsar vendidit quandam domum Cælio, & pro pretio excomputauit quandam pecuniarũ summam, quam debebat dicto Cælio, residuum verò idem Cælius promisit soluere in duabus paghis, siue portionibus, & in solutione vltima promisit idem Iulius Cæsar dare cautionem de euictione domus. Cum autem creditores Iulij Cæsaris sequestrassent dictum residuum pretij penes Cælium, instarentque coram secundo Collaterali per acta Marchetti Notarij illud sibi consignari, Cælius deposuerit precium penes Montem Pietatis, & in actis dicti Marchetti deposuit cedulam, seu cedulas, cum protestatione, quod non consignarentur nisi citato dicto Iulio Cæsare, & illius creditoribus, qui obtinuerunt sequestrũ, & data cautione, &c. Ioannes Paulus vnus ex creditoribus Iulij Cæsaris citato Cælio emptore pro cõcurrenti quantitate sui crediti, obtinuit sibi consignari pecunias data cautione de euictione pro summa consignanda. Ideoque dictus Ioannes Paulus intimauit Cælium, qualiter pro Iulio Cæsare fuit præstita cautio de euictione iuxta formam instrumenti, & ad docen de illa produxit fidem Augustini Oliuarij Notarij Capitulini de ea rogatus, atque inde obtinuit consignari sibi cedulam pro summa sui crediti. Nouissimè Cælius emptor prætendens domum sibi fuisse euictam, & fideiussionem datam de euictione non esse soluendo, mouit iudicium contra prædictos Oliuarium, & Marchettum Notarios, & obtinuit sententiam, in qua hæredes dicti Marchetti interim defuncti fuerunt condemnati ad soluendum integrum pretium domus cum damnis, & interesse. Et quia Cælius stante Constitutione Sixti Papæ Quinti, quod
1 in causis Notariorum † Capitulinorum actiuè, & passiuè procedatur appellatione remota, prætendebat esse locum exequutioni. Ideo ego qui fui electus in Consultorem à D. Capitaneo Appellationis, coram quo casu pendebat, dedi dubium, An esset locus exequutioni; Et pro negatiua fuit tentum stante
2 notoria iniustitia, quæ† resultat ex reuolutione actorum, hoc enim casu sententiæ etiam vbi adest Constitutio prohibens appellationem non demandatur exequutioni, *cap. Pastoralis, vbi Abb. num. 14. & cæteri omnes de appell. Alex. in l. 4. §. condemnatum num. 4. ff. de re iudic. Put. decis. 414. num. 2. lib. 3. Cas. de Grass. decis. 2. num. 8. de solut.*

Iniustitia visa fuit apparere primò, quia illud quod
3 Notarius teneatur pro malo fideiussore procedit † in fideiussione prætoria, & iudiciali, non autem in fideiussione, quæ recipitur ex conuentione partium, *Seraph. decis. 576. num. 6.* In proposito autem casu fideiussor fuit præstandus ex conuentione partium, & licet interuenerit etiam decretum Iudicis, attamen hoc fuit in exequutionem contractus, & sic in effectu
4 fideiussio † fuit præstita vigore contractus, & non vigore decreti, quia attenditur causa originalis, & primæua, *Surd. cons. 346. num. 25. in fine, & seq.*

Secundo fuit dictum malè fuisse actum contra Marchettum, siue illius hæredes, quia ipse Marchet-
5 tus † non acceptauit fidem, sed illam tantùm acceptauit Angelus Oliuarius, & licet fuerit in actis Marchetti producta fides, in qua dictus Angelus attestabatur de dicta fideiussione præstita, attamen DD. arbitrati fuerunt esse rem valdè diuersam, quod Notarius recipiat vnum fideiussorem, vel quod rogetur de fide, quam facit alius de fideiussione præsti-
6 ta. Etenim primo casu fuit actum voluntarium † cum possit si fideiussor non est idoneus illum recusare, & nolle acceptare, ex quo agitur de suo interesse. Ideoq. illum acceptando videtur approbari, sed quando ro-
7 gatur de fide ab alio producta facit actum † necessarium, cum non possit non acceptare scripturas, quæ coram se per partes producuntur. Ideoque quod fa-
8 cit ex † necessitate sui officij non debet ei nocere, *c. quod quis mandato iuncta gloss. in verb. cum habeat de reg. iur. in 6.* & faciunt ad hoc tradita *in l. 1. §. plures, & si Curator. ff. de magis conuent. & per Clar pract. crim. q. 85. vers. cæterum.*

Tertio fuit dictum constare de iniustitia, quia talis fideiussio, vt patet ex supra deductis fuit intima-
9 ta † parti, quæ non contradixit vnde videtur tacitè consensisse, ex quo tacito consensu partis interesse habentis liberatur Notarius *Constit. de remed. subsid. remed. 5. num. 6. Modern. quæst. crim. 33. num. 92. Ioseph Ludou. decis. Lucana 33. num. 15. Rota in causa Romana pecuniaria 19. Febr. 1592. coram*
10 *bo. me. Platto*, & est regulare † quod in iudicijs tacens sibi præiudicet, *cap. olim il 1. de offic. deleg. Crau. cons. 1. num. 11. & 140. num. 4. cum aliis per Surd. cons. 202. nu. 38. Thesaur. decis. 157. num. 11.*

Quartò, quia fideiussor de tempore fideiussionis
11 possidebat bona immobilia maioris valoris, † quam importaret fideiussio, quod sufficit pro excusatione Notarij. *Paris. de Put. de Sindic. in verb. fideiussor officialium cap. 3. num. 2. & 9. Modern. Rom. d. q. 33. num. 93. Rota in dicta Romana pecuniaria coram bo. me. Card. Platto.*

Quinto, quia actio contra Notarium est subsidia-
12 ria. Ideoque † non potest ad illam deueniri, nisi facta excussione contra ipsos fideiussorem, & principalem debitorem, *Salic. in l. r. num. 3. C. de magistr. conuent.* & fuit dictum in *d. Romana pecuniaria 19. Febr. 1590 coram bo. me. Cardinali Platto*, & talis excussio est facienda cum requisitis per *Signorol. cons 57. num. 8. & seq.* vt tenuit *Rota in Romana de Cuppis 4. Februarij 1608. coram Illustriss. D. Card. Lancellotto.*

Denique videbatur, quod in omnem euentum nõ deberet Notarius teneri pro integro pretio domus, vt

vt fuit condemnatus, sed tantum pro summa contenta in cedulis, quæ in vim prædictæ fideiussionis receptæ à Notario fuerant consignatæ, vt enim ex facti serie in principio narratur, apparet Cælius mediante ex computatione iam soluerat partem pretij. Ideoque quoad istam partem sic solutam nullum præiudicium recipit ex prætensa mala receptione fideiussionis, quia dictus Cælius periculum malæ emptionis, quoad pecunias solutas iam subiectus erat eo ipso, quod Notarius cogitur soluere pecunias contentas in cedulis, quæ in vim fideiussionis fuerunt consignata, ac reponit Cælium in statu in quo ante fideiussionem erat, quod videtur sufficere ex deductis in causa *Romana de Theodolis* 10. *Decembris* 1593. *coram bo.me.Card.Blanchetto, & in Romano depositi* 10.*Decembris* 1601. *coram R.P.D. meo* Decano.

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Asculana Bonorum.

Mercurij 13.*Iunij* 1618.

ARGVMENTVM.

Pactum super hæreditate viuentis absque eius consensu, iura improbant, quæ conclusio procedit, etiamsi iuramento vallatum sit cum iuramentum non debeat esse vinculum iniquitatis, & quid de pacto negatiuo de non succedendo. Contra obligationem Cameralem admittitur omnis exceptio, quæ in continenti probari potest.

SVMMARIVM.

1 *Pacta super hæreditate viuentis sine eius consensu non tenent.*
2 *Hocq. multò magis procedit, quando si nedum deficiat consensus, sed etiam si adsit dissensus.*
3 *Mater non potest præiudicare filijs si ad eorum fauorem sit ordinatum.*
4 *Renunciatio, seu pactum iuratum omnino seruandum venit.*
5 *Pactum de succedendo alicui, affirmatiuum si sit, non validatur iuramento.*
6 *Pactum de hæreditate viuentis, cum sit contra bonos mores, non validatur iuramento.*
7 *Iuramentum non debet esse vinculum malitiæ, & iniquitatis.*
8 *Promissio, quæ inducit votum captandæ mortis, nec de Iure Canonico tenet.*
9 *Text. in cap. quamuis, de pact. in 6. quo casu loquatur.*
10 *Pactum negatiuum de non succedendo alicui iuramento firmatur.*
11 *Pactum de succedendo, vel non succedendo alicui, accedente eius consensu, à iure non est reprobatũ.*
12 *Pactum de succedendo alicui, an valeat si sit solum super parte hæreditatis.*
13 *Ratio eadem vbi militat, ibi idem ius statui debet.*
14 *Votum captandæ mortis, quando intrare potest, tunc pactum subsistere nequit, etiamsi adsit compensatio. & num.*15.
15 *Cagnol.in l.fin. num.*198 *C. de pact. quomodo veniat intelligendus.*
16 *Grauett.in consil* 139.*in quo casu loquatur.*
17 *contra Obligationem Cameralem admittitur omnis exceptio, quæ incontinenti probari potest.*
18 *in Iudicijs omnibus regulare est, quod licet in eis non admitteretur aliqua exceptio, debet tamen admitti, si incontinenti probetur.*
19 *Iuris articulus non dicitur admittere altiorem indaginem, cum ius semper sit certum.*

DECISIO XL.

ASTVLPHVS Guiderochus nuptui tradidit Portiam, & Iuliam sorores suas quibus promisit certam dotem, & curauit, vt dictæ mulieres, & earum mariti renunciarent quibusdam legatis à communibus Patruis eis factis, & circa hæreditatem communis matris tunc viuentis cauerunt, quod si ipsa decederet intestata dictæ sorores ab illius hæreditate censerentur exclusæ, quæ hæreditas cedere deberet in vtilitatem ipsius Astulphi, sed si quouis contractu inter viuos mater aliquid donaret ipsis mulieribus, vel si decessisset cum testamento in quo directè, vel indirectè aliquid relinqueret ipsis mulieribus, tunc sorores haberent tertiam tantùm partem sic relictorum, vel donatorum, & residuum dicto Astulpho acquireretur, pro qua quidem renunciatione, & pacto Astulphus post mortem promisit vltra dotem constitutam dare scuta mille prædictis mulieribus; obijt Astulphus, & deinde Francisca communis mater, quæ reliquit certum quid filijs prædicti Astulphi, & in reliquis instituit dictas Portiam, & Iuliam hæredes cum declaratione, quod si filij Astulphi ex quauis causa, vel conuentione vellent excludere mulieres à dicta hæreditate dicta hæreditas recedat ad Fratres S. Francisci de Asculo, prohibens fieri aliquam concordiam, & pactum super dictis bonis, & hæreditate, quia voluit semper adimplere suum testamentum non obstantibus quibuscumque renunciationibus, alias hæreditas redire deberet ad dictos Fratres S. Francisci. Mortua testatrice, & adita per filias hæreditatem, filij Astulphi illas conuenerunt pro obseruatione supra in præsenti Capitulo dd. conuentionum, & causa mihi commissa dubitaui in Rota, An esset relaxandum mandatum contra prædictas mulieres, & pro negatiua fuit tentum,
1 quia in iure est expeditum, quod pacta super † hæreditate viuentis, sine illius consensu non valeant, *l.fin. vbi glos. & scrib. C. de pact.* multo verò magis quando vt in proposito casu nedum deficit consen-
2 sus, † sed vlterius adest expressus dissensus. Accedit prouisio testatricis, quod bona in casu contrauentionis vadant ad Fratres S. Francisci. cum enim pactum
3 seu renunciatio mulierum † non possit prodesse filijs Astulphi ad quorum fauorem facta sunt cessat pactũ seu renunciatio, *iuxta reg. cap. non præstat de reg. iur. in 6. & per eund. text. Surd. cons.* 133.*nu.*24.

Non obstat quod pactum, & renunciatio fuerint
4 iurata, † ideoque virtute iuramenti sint seruanda, ad *cap. quamuis pactum cum sua materia, de pact. in 6.* quia magis communis, & magis vera opinio est, quod
5 saltem pactum de successione † affirmatiuum, in cuius terminis versamur non validetur iuramento. *DD. in l. pactum, quod dotale, & in dicta l. fin. vbi Bald. num.*22.*vers. nec iuramento firmatur, Cagnol. ibidem num.*92.*&* 95. *C. de pact. Anchar. Imol. & Gemin. in d. cap quamuis pactum de pact. in 6. Alex. cons.*155.*num.*10. *vbi etiam Adden. lib.* 1. *cum alijs latè congestis per Surd. cons.* 480. *num.* 21. & dixit *Rota in Romana hæreditatis de Marganis* 17. *Octobris* 1584. *&* 1. *Aprilis* 1585. *coram bo. me. Robuste-*
6 *rio.* Mouentur optima ratione, † nempè, quia pacta de

de hæreditate viuentis sunt contra bonos mores, vt dicit ad litteram, *tex in dicta l.fin.C. de pact.* Ideoq. non validantur iuramento, quod non debet esse vin-
7 culum malitiæ, † & iniquitatis *cap. cum contingat de iure iuran. cap.non est obligatorium de reg.iur.in 6. cum concord.* & hunc videmus quod neque etiam
8 de Iure Canonico tenet † promissio, quæ inducit votum captandæ mortis *cap. detestanda de concess. præbend.*

Quo verò ad textum in *cap. quamuis pactum*, fuit
9 dictum illum loqui † in successione negatiua quando quis simpliciter renunciauit successioni alicuius ab
10 intestato, quia ex hoc quod † vnus excludatur non fit certus alter de successione. Ideoque inest minus periculi, atque ita non est trahendum extra suos terminos, Immo ibi ponitur casus in quo concurrebat
11 consensus illius, de cuius successione agebatur, † quo casu neque Ius Ciuile resistit, *dicta l. fin. C. de pact.* ibi, nisi ipse forte de cuius hæreditate pactum est voluntatem suam accommodauerit.

Non obstat quod pactum de quo agitur non fuerit super tota hæreditate Franciscæ, sed super duabus tertijs partibus, quia prohibitio habet locum etiam super parte, *l. quæ de tota 75. ff. de rei vendic. vbi Bart. Bald. in d.l.fin.C.de pactis num.2. Salicet.n.10. & Gemin.in d.cap.quamuis pactũ n.10.vers.4 actu,*
13 & ratio est quia † militat eadem ratio, cum non minus inducatur votum captandæ mortis pro vna parte, quam toto, pro *argum. l. illud, ff. ad l. Aquiliam.*

Minus obstat, quod pactum non fuerit gratuitum,
14 sed contemplatione scutorum mille, quia ex † hoc non deficit ratio textus nempè de voto captandæ mortis, atque ita etiam soluitur, quod hac de causa fuerit per Astulphum promissa maior dos, quia si aliquid contemplatione huius pacti fuit datum poterit repeti de quo suo loco, & sic cessat *Cagnol.in d.*
15 *l.fin.num.*198. C. *de pact.* † vbi dicit tenere renunciationem factam contemplatione dotis, quia loquitur in simplici renunciatione, non autem in pacto de succedendo contra voluntatem testatoris, in quibus
16 terminis nos versamur. Non obstat † *Crauet. cons. 139. cum Concord.* quia loquitur in pacto super certis bonis non super hæreditate, qui sunt termini nostri.

Non denique releuat, quod ista non sit exceptio ex tribus; quia aduersùs obligationem Camera-
17 lem † admittitur omnis exceptio, quæ in continenti probatur *Galles. ad 4. partem, vel clausulam obligat. Camer. q.1. num.17. vers. Neque hoc tertiam*, & re-
18 gulare esse in omnibus iudicijs, † quod exceptio, quæ alias secundum naturam illius iudicij non admitteretur, debeat admitti si in continenti probatur, *dixit Rota in Romana de Marescottis 20. Nouem-*
19 *bris 1613 coram me*, qualis † videtur esse ista, quæ est articulus iuris, quod ius est de sui natura certum *Bald. in l. Ancillæ num.2. C. de furt.* Quod verò dicitur de obligatione maritorum insolidum visum fuit esse extra dubium propositum, &c.

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Romana Dotis,

Lunæ 18. Iunij 1618.

ARGVMENTVM.

Dos fœminis, quando venit constituenda, attendenda est familiæ qualitas, quantitas patrimonij, & etiam quid consuetum fuit dare alijs fœminis eiusdem familiæ. Dos debet constitui ad solam legitimam, & quando id non procedat.

SVMMARIVM.

1 *in Dote constituenda maximè est attendenda familiæ qualitas.*
2 *Dos, quando est extrahenda consideranda venit quantitas patrimonij.*
3 *Familiæ qualitas, & patrimonij quantitas arbitrio boni viri est æstimanda, quando dos est constituenda.*
4 *Dotes fœminarum exclusarum à statuto, & fideicommisso, qualiter sint taxandæ.*
5 *Dos, quando extrahitur, videndum est, quid consuetum fuit dare alijs fœminis eiusdem familiæ.*
6 *Consuetudo non constituendi maiorem dotem fœminis est fauorabile, & vtile Reipublicæ.*
7 *Familiæ sine diuitijs labuntur.*
8 *Altare vnum non est discooperiendum, vt alterum cooperiatur.*
9 *Dos debet constitui ad solam legitimam.*
10 *Sed hoc intellige, quod si legitima non est sufficiens dos est taxanda etiam vltra legitimam.*

DECISIO XLI.

FVIT resolutum dotem esse taxandam D.Pantasileæ de Gaetanis in scutis 7000. non obstantibus, quæ pro, & contra deducebantur.

Et quantum ad D.Pantasileam, quæ maiorem dotem prætendebat attenta qualitate familiæ, quæ circumstantia maximè in constituendis dotibus atten-
1 ditur, adeout attenta hac ratione † possit, & debeat constitui dos vltra legitimam, *glos.in §.quamobrem, autb. de restit. Afflict. decis. 160 per tot.* & fuit responsum, quod vltra qualitatem familiæ ponderantur etiam in hac materia aliæ circumstantiæ, & si-
2 gnanter quantitas † patrimonij, ex qua extrahenda est dos, & consuetudo familiæ, vt admittit *Afflict. loc. supra allegato*, & notatur *in l. quæro, ff. de iur. dot. in l. filiæ Pater. ff. de leg.3. Fulgos. cons.32. vers. & nota. Cephal.cons.751.num.11. Bald. nouell. de dot.par.5.priuil.26.col.8. Brun. de statut. exclus. fœm. art.9 q.1.num.32. Thes.decis.192.num.1.* Quæ om-
3 nia † æstimantur arbitrio boni viri, vt latè per *Menoch. de arbitr. Iudic. cas.149.* attenta igitur quantitate patrimonij, & consuetudine familiæ, Domini non fuerunt arbitrati vltra prædictam summam; nam quantum ad patrimonium est certum, quod Pater D.Pantasileæ, & fratrum non reliquit aliud, quàm Castrum Maentiæ, quod fuit venditũ pro scutis 8000. Ex quibus informantes pro D.Pantasilea admittunt, & non possunt negare esse detrahenda scuta 19000. tàm occasione dotis D.Vestiliæ matris, quam duarum sororum altera in sæculo, & altera in Domino nuptarum, & debitorum Paternorum, adeout secundum illorum lecturam remanent scuta 6100. ex quibus detrahenda sit dos verum pro parte fratrum fuerunt datæ aliæ deductiones, quæ non videbantur spernen. & signanter partitam multiplici, quæ est scut. 5000. quæ fuit visa Dominis non esse habenda in consideratione ad effectum detractionis dotis quasi quod illa remaneat ad fauorem fratrum, & filiorum, cum certum sit fructus dicti multiplici non posse æquare capitale in . . . . . annis fuit visum Dominis non posse

posse super illo fieri aliquod fundamentum, maximè
quia iam est diminutum per extractionem 3000. ap-
plicatorum monacationi alterius sororis, quæ partita
per informantes pro Domina Pantasilea non ponitur
in computum, vnde apparet, quod isti fratres cum
hoc multiplicò nunquam subuenient eorum necessi-
tatibus, atque ex his apparet summam, ex qua ex-
trahenda est dos non posse valutari in plusquam scut.
54000. licet reuera attentis coloratis defensionibus
fratrum posse valutari in minus attenta, aut prædi-
cta summa Domini arbitrati sunt summam scutorum
7000. esse sufficientem, quia longè excedit legiti-
4 mam, † aut paragium, qua regulariter taxantur do-
tes fœminarum exclusarum à statuto, & fideicom-
misso, prout ex vtroque capite est exclusa Domina
Pantasilea. *Aym. cons. 236. num. 3. Decian. cons. 17. num. 21. lib. 2.* & quia ista summa est conformis con-
5 suetudini familiæ, † quæ etiam attenditur ex supra
allegatis; nam Domina vestilia mater Dominæ Pan-
tasileæ non habuit plusquam 3500 in dotem.

Similiter D. Alexander frater Dominæ Pantasileæ
non recepit pro dote plusquam scuta 4000. & signan-
ter Domina Angela soror Dominæ Pantasileæ nupsit
Domino Cosmo de Vrbinis de Piteliano cum dote
scutorum 7000. adeout benè videatur iustificata
6 consuetudo † non constituen. maiorem dotem etiam
fauorabile, & vti Reipublicæ substinere nobiles fa-
7 milias, quæ sine diuitijs labuntur, † *& considerant Scribentes in rubr. C. de fideiuss.*

Ideoque cum isti fratres attenta eorum nobilita-
te, & signanter graui familia D. Alexandri alterius
ex illis sint remansuri pauperes censuerunt Domini
8 prædictam dotem esse congruentem, & † non esse
vnum altare discoperiendum, vt alterum cooperia-
tur, contra illud quod dicit *text. in cap. cum causam, de præben. l. assiduis C. qui pot. in pig. hab.*

9 Quo verò ad Alexandrum, qui † prætendebat do-
tem ad simplicem legitimam iuxta not. per *Aym. d. cons. 236. num. 3. Decian. cons. 17. nu. 21. lib. 2. Surd. de alim. tit. 3 quæst. 1. num 60 Ioseph. Ludouic. decis. 21. num. 38 Thes. decis. 192. num. 2.* fuit responsum,
quod quando portio legitimæ † non est sufficiens dos
est taxanda, etiam vltra legitimam, prout vltra
gloss. & Afflict. supra in princ. allegat tenuerunt Dec. cons. 26. num 4. Gabr. cons. 20. num. 77. lib. 2. cum aliis allegat. per Thes. d. decis. 192. num. 3. &c.

EMINENTISS. D. CARD. VEROSPIO.

Ferrarien. Pensionis.

Lunæ 25. Iunij 1618.

ARGVMENTVM.

Monetæ valor, quando de tempore contractus veniat attendendus, & non solutionis. Testes deponentes super negatiua non sit necesse, vt remoueant sensum ab actu. Testis vnicus non probat, etiam contra producentem. Pensio debet solui de illa moneta super qua fuit reseruata.

SVMMARIVM.

1 *Monetæ valor, quando de tempore contractus veniat attendendus, & non solutionis.*
2 *Testes deponentes super negatiua, vt probent remouere sensum ab actu debent.*
3 *Testes deponentes super negatiua, si sint periti super re, in qua deponunt, non est necesse vt remoueant sensum ab actu.*
4 *Et hoc maximè si sui dicti optimam adducant rationem.*
5 *Testis vnicus non probat, & licet deponat contra partem, a qua fuit inducta.*
6 *Testis personam quis producendo dicitur approbare, non autem dictum.*
7 *Pensio debet solui de illa moneta super qua fuit reseruata.*
8 *Moneta debet produci in actis, ad effectum cognoscendi, an fuerit alterata necne.*

DECISIO XLII.

Ex testibus examinatis Domini censuerunt à
decisis coram me sub die 12. Maij 1614.* esse
☞ recedendũ, & ita per Simonem Bottanum soluen-
dam esse Paulo Leonio pẽsionem non in scutis mo-
netæ Ferrariensis, vel ad eorum valorem de tempo-
re faciendæ solutionis; sed ad rationem valoris dicti
scuti reseruationis pẽsionis tempore currentis; quia
1 † tunc huiusmodi scutum non aderat, sed erat solũ
modo imaginarium, *Bart. in l. Paulus num. 6. ff. de solut. Surd. cons. 220 lib. 2. & cons. 406. lib. 3. & fuit dictum in Foroliuien. census 17. Maij 1604. coram Illustriss. Millino, & in alia Foroliuien. census 12. Iunij 1609. coram Iusto.*

Nec valet dicere istos testes deponendo super ne-
2 gatiua quod videlicet reseruationis † tempore scutũ
cussum non adesset actum à sensu remouere debuis-
se; quia Dominis placuit responsio, cum huiusmodi
testes vti Bancherij sint in arte periti, satis ex illorũ
3 † depositionibus dici negatiuam probatam, licet
actum à sensu non remoueant *Bald. & Aret. in cap. 3. loco de probat. vbi Felin. num. 5. vers. & dicit non esse opus, Bart. cons. 81. lib. 1. Paris. cons. 162. nu. 14. lib. 4. Siluestr. Aldobr. cons. 84. num. 15. Herculan. de neg. num. 320. & fuit dictum in causa Calaguritana canonicatus 28. Iunij 1605. coram Illustriss. Lancellotto, & in Portelegien. vnionis 11. Decembris 1593. coram Orano.*

4 Cum præsertim sui dicti † bonam reddant ratio-
nem, necnon de publica voce, & fama deponant,
Paris. d. cons. 162. nu. 14. lib. 4. Surd. cons. 196. n. 65.

Non obstat eosdem testes asserere de dicto reser-
uationis tempore fuisse in rerum natura dimidium,
& quartum, ex quibus integrum scutum conficieba-
tur, & sic de illis esse faciendam solutionem, nam
5 † vnus, tantummodo hoc deponit, qui licet fuerit à
Bottano inductus non tamen contra eũdem probat,
6 † cum ipse tantummodo personam testis, non dictũ
approbasse censeatur *Bart. in l. Teopompus. ff. de dot. præleg. Bonif. de Vitalin. in clem. 2. num. 21. de testibus Achil. decis. 1. eod. tit. Seraph. decis. 1249. nu. 4.*

Et in omnem euentum in dimidio, & quarto fa-
cienda non esset solutio, quia non in illis pensio fuit
7 † reseruata, sed in scutis monetæ Ferrariensis, quæ
per dimidium, vel quartum conflari non dicuntur,
sed per alias partes minutiores, *Bart. in l. Paulus num. 8. ff. de solut.*

Non obstat fuisse productum scutum, argenteum
de anno 1590. cussum, necnon à duobus testibus re-
cognitum, & sic fuisse tunc temporis in rerum natu-
ra monetam cussam; vltra quod enim hoc scutum in
8 actis hodie non reperitur, † vt esset opus ad effectũ
videndi num esset alteratum, de quo stantibus præ-
dictis

dictis non leuis oritur suspicio, cum nihilominus testes pro Bottano examinati sint in arte periti, & Bancherij, & insuper detur fides Præfecti Zecchæ attestantis de anno solum 1596. scutum argenteum cussum fuisse, maior istis videtur adhi-
9 benda fides cum † præsertim sint numero plures, quam illis duobus qui dictum scutum recognouerūt *gloss. in l. hoc carmen. ff. de testib. Bald. cons. 455. nu. 7. lib. 4. Ruin. cons. 5. num. 5. lib. 4. &c.*

** Decisio ista sub die 14. Maij 1614. à qua Rota à decisis recessit est supra in prima parte recent. in ordine decis. 597.*

R. P. D. REMBOLDO.

Romana deuolutionis Vineæ.

Lunæ 25. Iunij 1618.

ARGVMENTVM.

Possessio ex quo dicatur probata. Possessio licet non sit considerabilis, quando quis auctoritate Iudicis fuit eiectus ab ea tamen hoc procedit, quando ritè, & rectè procedit, secus si iniustè, quia tunc pars si se non habuit pro spoliata, manutenenda venit, sin minus reintegranda.

SVMMARIVM.

1 *Possessio probari potest ex concessionis instrumento, ubi adest clausula constituti.*
2 *Possessio probatur ex instrumento adeptionis possessionis.*
3 *Possessio probari potest ex propria confessione aduersarij.*
4 *Probatio, quæ fit per confessionem aduersarij, est maior omnium.*
5 *Possessio non est considerabilis, quando quis ab ea possessor fuit eiectus auctoritate Iudicis.*
6 *Decretum Iudicis quando est nullum, non priuat quem sua possessione, quia etiam eius executio est nulla.*
7 *Pro Spoliato si quis se habuerit, quando iniustè proceditur tunc est reintegrandus.*
8 *Caducitas non potest intentari ob non solutionem, si triennium non sit lapsum.*
9 *Constitutiones Aegidianæ non ligant Clericos.*
10 *Appellatione pendente non potest procedi ad executionem.*

DECISIO XLIII.

DOMINI censuerunt Brunellum esse manutenendum in possessione Vineæ de qua agitur, vel saltem quatenus probaretur quod habuerit se pro spoliato ad eandem possessionem reintegrandū, quia de eius primæua possessione constat nedum ex
1 instrumento cōcessionis † dictæ vineæ in emphyteusim ipsi factæ cum clausula constituti, *l. quod meo. ff. de acq. poss. l. quædam mulier., vbi glos. in verb. possessionem. ff. de rei vendicat.* Pedemon. *decis. 133. numer. 6. cum alijs per Tiraq. de iur. constit. poss. par. 1. num. 2. & 4. & par. 2. ampliat. 8.* sed † etiam ex instrumento adeptæ possessionis, & alijs actibus, & ex
3 propria demum † D. Mutij confessione sæpius in iu-
4 dicio facta, qua nulla † maior probatio, *cap. vestra, & cap. fin. de cohabit. Cleric. & mulier. l. vnica. C. de confess. Corn. cons. 18. num. 8. lib. 2. & fuit dictum in Romana domorum in Burgo 24. Maij 1602. coram Illustriss. Card. Lancellotto.*

Nec obstat, quod Brunellus fuit dicta possessione
5 per † decretum Iudicis priuatus, quia dictum decretum, & exequutio illius vigore facta fuit nulla,
6 † & iniusta, & per consequens vel non priuauit Brunellum dicta sua possessione, *Angel. in l. clam possidere, §. qui ad nundinas num. 2. in fin. ff. de acquir. possess. Corn. cons. 193. num. 4. lib. 3.* vel quatenus
7 ipse habuit † se pro spoliato ad eandem possessionem reintegrari debet *cap. reintegranda 3. quæst. 1. cap. litteris de restit. spoliat. glos. & DD. in cap. consultationibus de offic. deleg. & in c. licet causam de probat. Benintend. decis. 33. num. 2.*

Quod autem dictum decretum, & exequutio fuerit nulla & iniusta, probatur tum ex eo quod vt bene
8 in facto deducitur, vel prætensæ † caducitati locus non erat, ex quo nondum erat lapsum triennium, vel saltem poterat Brunellus à dicta caducitate excusari, iuxta deducta in *Romana spolij domus 13. Febr. 1615. coram R. P. D. meo Dunozetta, & in eadem 22. Maij 1617. coram me*, tum etiam quia in
9 omnem euentum cum † dictus Brunellus sit Clericus, ac propterea Constitutioni Aegidianæ locus non esset, vt pluries fuit in Rota firmatum, & præsertim in *Perusina hæreditatis 27. Iunij 1587. corā Brauo, in Ariminen. deuolutionis bonorum 27. Iunij 1608. coram Reuerendiss. D. meo Damasceno, & in Romana domus de Scappucij Mercurij 19. Ianuarij 1611. coram Reuerendiss. D. meo Decano*, dabatur à
10 dicto † decreto appellatio, & ea pendente non poterat ad exequutionem procedi tot. tit. vt lit. pendent. &c.

EMINENTISS. D. CARD. VEROSPIO.

Romana Pecuniaria.

Mercur. 4. Iulij 1618.

ARGVMENTVM.

Dos est extrahenda de bonis paternis, & non maternis, & quid si frater constituat dotem sorori ex bonis maternis, an censeatur eam constituere animo compensandi cum legitima matris. Fructus dotis non solutæ debentur, & multo magis, si iudicialiter fuerint petiti.

SVMMARIVM.

1 *Executio retardari nequit, quando agitur vigore obligationis Cameralis.*
2 *Stipulatione Notarij stante pro absente ei acquiritur ius absque alia cessione.*
3 *Frater constituendo dotem sorori, censetur eam constituere animo compensandi cum legitima matris. limita num. 4.*
5 *Compensatio cum alieno credito non admittitur.*
6 *Compensatio ex quo excludatur.*
7 *Dos est extrahenda de bonis paternis, non autem maternis, & num. 8.*
9 *Fructus succedunt loco damnorum & interesse.*
10 *Fructus dotis debentur si fuerint promissi, & multo magis si iudicialiter fuerint petiti, & onera matrimonij substenta.*

DECISIO XLIV.

REV. P. D. Paulus, necnon Dominicus, & Octauius fratres de Capranica Faustinam sororem suam

ſuam nuptui tradiderunt Nicolao Ghiſello cum do-
te ſcutorum octo millium, de quibus illico quatuor
millia ſoluerunt, alia vero ſcuta quatuor millia vnuſ-
quiſque pro ſua rata intra annum eidem Nicolao
promiſit erogare alias ad omnia, & ſingula damna,
expenſas, & intereſſe cum omnium bonorum obli-
gatione, & in forma Cameræ teneri omnes volue-
runt. Mortuo poſtmodum Nicolao fuit ſecundo lo-
co Fauſtina cum dote omnium eius bonorum, & iu-
rium nupta Bartholomæo de Piccolominibus qui
contra Dominici hæredes, & Octauium egit, ex quo
integram ſuam ratam ſcutorum quatuor millium il-
li non ſoluerant; vnde cauſa mihi commiſſa, dubita-
ui, an contra bona hæreditaria Dominici, & Octauij
mandatum eſſet relaxandum pro ſorte principali, &
fructibus ad quam rationem, & pro qua ſumma, &
Dominis viſum fuit relaxãdum eſſe mandatum cum
1 enim agatur in vim obligationis † Cameralis, execu-
tio retardari non poteſt, *Cyn. & Fab. in l. ſi actum. C. fam. ercisc. Angel. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. Boer. q. 295. num. 6. verſ. ſecus. Menoch. de arbitr. iud. caſ. 17. nu. 4. Galleſ. ad formam oblig. Camer. par. 1. q. 2. num. 11.*

Nec poteſt controuerti dictam obligationem ad
Fauſtinæ, & Bartholomæi coniugij fauorem emanaſ-
ſe cum Notarius fuerit ſtipulatus pro omnibus, quo-
rum intereſt, aut quomodolibet infuturum poterit
2 intereſſe, per quam † ſtipulationem abſentibus, quo-
rum intereſt, ſine ceſſione ius acquiritur, *Natta conſ. 54. num. 8. Pariſ. conſ. 72. num. 2. lib. 1. Gab. de iur. dot. concl. 3. num. 7. & fuit dictum in Romana fructuum dotis 11. Martij 1603. coram Illuſtriſſimo Ludouiſio.*

Non obſtat Dominicum cenſeri Fauſtinæ dotem
promiſiſſe animo illam cum legitima in bonis ma-
3 ternis † ei debita compenſandi, vnde cum iam Fau-
ſtina dictam legitimam habuerit, ipſum ad hoc dotis
reſiduum amplius non teneri; quia reſponditur Do-
4 minicum legitimæ debitorem non fuiſſe, † cum ſuæ
matris hæres ipſe non extiterit, ſed alij fratres, &
ideo non poſſint Dominici hæredes cõpenſationem
5 hodie prætendere, quæ † cum alieno credito non in-
ducitur *l. 1. & 2. & l. in rem. ff. de compenſ. l. eius. C. eod.*

Nec releuat ſaltim quoad alios fratres, qui matri
ſucceſſerũt huiuſmodi compenſationem eſſe admit-
tendam; nam cum illi dictam legitimam poſt liqui-
dationem à bon. mem. Cardinale Blanchetto factam
ſoluere promiſerint, & nihilominus vltra eam ſe
6 vnuſquiſque pro tertia dotis parte obligauerit † dare
patet eoſdem noluiſſe cum legitima dotem com-
penſari.

Quod eo fortius arguitur, quia dos prædicta ex
7 teſtamento patris, † de ipſius bonis erat extrahen-
da, vnde non cenſentur iſtos fratres compenſare vo-
8 luiſſe, † cum legitima dotem, quæ de bonis ipſorum
ſoluenda non erat.

Quo vero ad fructus Domini pariter cenſuerunt
mandatum eſſe relaxandum, cum ad eorum ſolutio-
nem in forma Cameræ ſe dicti fratres obligauerint,
9 ex quo poſt annum à die † promiſſionis, & damna
& intereſſe, quorum loco ſuccedunt, fructus, teneri
voluerunt, *Doct. in cap. ſalubriter de vſur. Paul. de Caſtr. conſ. 11. num. 41. lib. 1. Bald. conſ. 94. lib. 1. Magon. deciſ. Florent. 83.*

Cum præſertim à Bartholomæo fuerint iſti fructus
10 petiti iudicialiter, necnon † ſemper idem onera ma-
trimonij ſuſtinuerit, *l. pro oneribus. C de iur. dot. Alex. conſ. 147. num. 4. lib. 5. Couar. var. reſolut. lib. 3. cap. 1. num. 3.*

Ad quam vero rationem dicti fructus debeantur,
ſatis conſtare dicitur, ex ipſius ſtatuti diſpoſitione
cap. 137 lib. 1. & illorum quantitas à calculo in
mandati relaxatione faciendo apparebit &c.

R. P. D. VBALDO.

Romana Pecuniaria.

Mercurij 4. Iulij 1618.

ARGVMENTVM.

Diluuntur quædam oppoſitiones, ſeu prætenſi defectus contra cambiorum realitatem, & quantitatem, obiectæ remunerationis cauſa ſi cõtemplatione recipientis aliquid ſit datum, id in eius fauorem, & non in aliorum redundare debet.

SVMMARIVM.

1 *de Cambiorum realitate vt conſtet, quid ſit perquirendum, & verificandum.*
2 *Libri Mercatorum, quod ſint mercantiliter tenti ex quibus apparere poſſit.*
3 *Remunerationis cauſa ſi aliquid ſit remiſſum, id cedere debet in commodum eius tantum in cuius intuitu fuit remiſſum.*
4 *Expenſæ procuratoris, & Aduocati repeti poſſunt, licet remunerationis cauſæ fuerint remiſſæ.*
5 *Beneficium ſeu remunerationem ab aliquo recipiẽs, tenetur ei ad antidoram.*
6 *Lucra prouiſionum inter Mercatores correſponſales ex ſtylo communicantur.*
7 *Conſuetudo & vſus in materia cambiorum potiſſimum eſt attendenda.*
8 *inter Mercatores an adſit conſuetudo alterandi, & minuendi pretium cambiorum.*

DECISIO XLV.

CONTRA deciſionem in hac cauſa factam die
14. Maij præteriti *opponebatur. Primò, cir-
ca veritatem cambiorum, quod non eſſent exhibi-
tæ litteræ, nec à Peritis viſæ, nec Libri Mercantili-
ter tenti, ex quorum partitis verificentur, & quod
1 realiter, † & cum effectu, & in hanc cauſam fuerint
pecuniæ ad cambium acceptæ, *iux. deciſ. Seraphin. 946. num. 1. & in Bononien. pecuniaria 27. Martij 1607. coram Litta*, in qua aliæ referuntur; ſed huic
obiecto fuit reſponſum, illud ceſſare ex facto, quia
quoad litteras illæ fuerunt productæ in actis; & re-
cognitæ cum interrogatorijs partis, vt in regiſtro
Rotali à folio 179. vſque ad 213. & quod Periti vide-
rint partitas, conſtat ex eorum relatione; vltra quod
libri fuerunt in domo D. Ponentis per multos dies,
2 & † à parte ad ſatietatem viſi, & cõſiderati, & quod
Periti non viderint litteras, non obſtat, quia fuerunt
tantum deputati ad calculandum, in qua ſumma
Domini de Guicciardinis remanerent debitores, cũ
præſuppoſito; quod partita ſcutorum 7000. extinxe-
rit eorum debitum de tempore ſolutionis, vt fuit in
Rota reſolutum, & conſtat ex deputatione. Secun-
dò, opponebatur quoad iuſtitiam dd. cambiorum;
quòd Domini de Guicciardinis, fuerunt creati debi-
tores

tores pro integra prouisione nũdinarum Placentiæ, cum tamen à Dominis Palagijs, & Falconerijs non fuerit verè soluta, nisi quarta pars dictæ prouisionis; sed placuit responsio, quod residuum censeatur ijs
3 remissum à Mercatore correspõsali, animo † remunerandi, occasione mutuæ negotiationis inter ipsos, & ideo cedere debeat commodo ipsorum de Palagiis, & Falconerijs, non autem de Guicciardinis, *l. si vero non remunerandi, iuxta l. idemq. §. fin. ff. mand.*
4 & facit simile de expensis Procuratoris, † & Aduocati, qui gratis seruiunt, vt eæ repeti possint, cum remunerationis causa fuerunt remissæ, vt per *Specul. in tit. de expensis. §. 6. num. 8. vers. sed distingue*, quem sequitur *Abb. in cap. finem litibus, num. 29. de dol. & contum. Boer. decis. 210. num. 5. Tiraquel. de retract. lignag. §. 29. gloss. 4. num. 6. Rot. decis. 38. de sent. & re iud. in antiq. Bisignet decis. 5. num. 2. de procur. Menoch. de arbitr. casu 154 sub nu. 6. ad fin.* Quod eo magis dicendum est procedere in isto casu,
5 ex quo ijdem Falconerij, & † Palagij tenentur eidem responsali eandem remissionem facere vigore obligationis antidorlais quandocunque ab eis pecunias acceperit ad cambium, *l. sed & si lege, §. consuluit. ff. de petit. hæred. Abb. in d. c. finem litibus, num. 29.* cum alijs proximè allegatis, & confirmatur ex litteris, quas vocant, del ritorno à Mercatore correspõsali trãsmissis, in quibus adest computum Guicciardinorum, cũ debito integræ prouisionis, & postea in computo ad partem inter eundem Mercatorem, & Falconerios adest prædicta remissio per illa verba, *vi si è fatto buono, &c.* ex quo apparet, d. remissionem fuisse factam contemplatione Mercatorũ, cum quibus cambia fuerunt facta, non autem DD.
6 de Guicciardinis, & corroboratur etiam † ex stylo Mercatorum DD. dato communicandi ista lucra prouisionum inter correspõsales.

Tertio opponebatur, quod non fuit habita ratio pecuniarum DD. de Guicciardinis ad manus Mercatorum peruentarum mediante persona D. Septimij Olgiati, cum quibus saltem per aliquod spatium temporis prætenditur cambia fuisse extincta; sed fuit responsum, hæc in facto nullatenus iustificari.

Quartò, & vltimò, fuit oppositum de excessiua valutatione cambiorum cum fuerint valutata iuxta communem cursum, seu æstimationem plateæ, & tamen inter ipsos particulares, Mercatores, solet dicta æstimatio alterari, vel diminui pro tertio, vel dimidio pro singulis centenarijs ad commodum eorũ,
7 qui recipiunt ad cambium, qui vsus, † & consuetudo videtur in hac materia potissimum attendendus, *ex tradit. per Card. Mant. de tacit. & ambig. lib. 25. tit. 3. nu. 18. vers. 3. restringitur*, & tanto magis oppositio videbatur intrare in hoc casu stante pacto, *d'auantagiar sempre il possibile*, & propterea Domini concludebant standum esse in decisis, sed cum temperamento, iuxta ordinem datum, quod respiciebat hanc pretij cambij diminutionem, super qua tamen reseruarunt se extraiudicialiter informare, postea in relationibus memorialium in vltima Rota retulerunt se informasse, non adesse talem consuetudinem, quod inter Mercatores alteretur pretium
8 † cambiorum, sed benè interdum inter ipsos fieri tales conuentiones, vel ob pecuniæ copiam, quæ in platea vertitur, vel ob Mercatorum, cũ quibus contrahitur, qualitatem; vltra quod dicebatur Guicciardinos de tempore contracti cambij non fuisse actu Mercatores, ideoq. cessaret prætensa consuetudo, & dummodo Palagij, & Falconerij cambiauerint à semetipsis, secundum illum valorem dictum del conto, de consensu Mercatorum in platea stabilitum, cuius contrariũ exaduerso non docetur, non habent Guicciardini de quo conquerantur; vnde DD. de his informati absolutè censuerunt standum in decisis.

Et ita conclusum.

☞ * *Decisionem hanc habes infra in Appendice, & in præcedenti par. 4. recent. adest altera sub die 4. Decembris 1617. coram eodem bo. me. Vbaldo, est in ordine decisio 591.*

EMINENTISS. D. CARD. VEROSPIO SEN.

Romana Annuæ Præstationis.

Mercurij 4 Iulij 1618.

ARGVMENTVM.

Fructus hæreditatis si reperiantur diminuti omnes pro sua rata damnum pati debent. Incontinenti ea, quæ probari possunt admittuntur etiam in iudicio manutentionis. Hæres, cum beneficio legis, & inuentarij quæ priuilegia habeat.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditatis fructus si diminuti reperiantur omnes pro sua rata damnum pati debent.*
2 *in Manutentionis iudicio non admittuntur ea, quæ requirunt altiorem indaginem.*
3 *in Manutentionis admittuntur exceptiones, quæ incontinenti probari possunt.*
4 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij non tenetur vltra vires hæreditarias.*
5 *Creditor, & debitor sui ipsius nemo existere potest.*
6 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij non confundit creditum suum, cum defuncto, & ideo ipse sibi soluere potest.*
7 *Liber alicuius Congregationis fideliter tentus, pro ipsa iunctis adminiculis probat.*
8 *Quasi possessio exigendi in iudicio manutentionis leuiter probari potest.*

DECISIO XLVI.

DOMINA Fuluia Sfortia, dum viueret, donauit inter viuos annuum censum scutorum mille septingentorum viginti octo Congregationi S. Mariæ in Vallicella cum onere quolibet anno pluribus locis pijs, & alijs personis diuersas pecuniarũ summas erogãdi, pro qua tamen cura, & onere ipsi concessit in primis, vt annua scuta ducenta perciperet, necnon eãdem Congregationem postea condito testamento hæredem instituit cuius donationis, & hæreditatis occasione dicta Congregatio varias coacta fuit lites subire, & præsertim cum D. Duce Sfortia, cui mediante sententia, & mandato Rotali scuta quatuor millia quadringenta, & quinquaginta sex persoluit. Vnde fructibus hæreditarijs, & donationis hac de causa diminutis, Congregatio prætendebat non integrè donatarijs satisfacere; qui exaduerso pro totius summa exactione mandatum petebant de manutenendo. Quare dubio hodie per me proposito, Rota censuit, omnibus pro ratæ diminutione dandum esse mandatum de manutenendo; quia cum

1 huius † hæreditatis fructus diminuti reperiatur omnes debent pro sua rata damnum pati, *l. & si contra in fin. ff. de vulg. & l. fin. ad finem. ff. de leg. 3. & vtrobique glos. & Doct.*

Nec valet dicere talis diminutionis exceptionem
2 altiorem indaginem requirere, † & sic ad petitoriũ
esse reijcendam, satis enim ex iuribus pro parte Cõgregationis exhibitis de huiusmodi constat diminu-
3 tione, † quæ cum incontinenti fuerit probata in hoc iudicio venit admittenda, *Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 730. & 732.*

Non obstat Congregationem esse D. Fuluiæ hæ-
4 redem, nam stante beneficio legis, † & inuentarij, quo dictam hæreditatem adiuit vltra vires hæreditarias ipsa non tenetur, *l. fin. §. etsi præfatum. C. de iur. delib. glos. in §. si vero non fecerit in auth. de hæred. & Falcid. Crot. cons. 107. num. 7. Grat. cons. 9. nu. 68. Soccin. iun. cons. 134. num. 3. lib. 1. Bero. cons. 129. num. 5. lib. 2.*

Non obstat manuteneri non posse Congregatio-
5 nem in quasi possessione à se ipsa exigendi † cum nemo sui creditor, & debitor existat. Quia stante dicto legis, & inuentarij beneficio, personæ non confun-
6 duntur, † & sic illa sibi soluere valet, *Bald. in l. fin. §. in computatione num. 3. Ias. num. 5. C. de iur. delib. Surd. decis. 310. num. 12. Paris. cons. 69. nu. 161. lib. 1. Roland. de inuent. par. 4. vers. decima vtilitas.*

Quo verò ad quasi possessionem omnium de tempore motæ litis exigendi satis apparet ex pluribus solutionibus factis à Congregatione donatarijs, cuius donationis vigore sibi pariter eadem Congregatio soluit vt ex pluribus libris constat à dictæ Con-
7 gregationis Camerario fideliter tentis, † qui pro ipsa benè iunctis adminiculis probant *Aym. cons. 156. num. 6. & 11. & de antiq. temp. par. 1. vers. quod in libro num. 12. & fuit dictum in Romana Canonis S. Eustachij 1. Iulij 1609. coram R. P. D. meo Caualer.*
8 Adminicula verò † patent ex ipsa donatione Cõgregationi facta de percipiendis quolibet anno scutis ducentis, quod in isto iudicio sufficit *Rota decis. 196. num. 4 par. 1. diuers. & fuit dictum in Valentina pensionis 23. Iunii 1617. coram R. P. D. meo Pamphilio.*

Ex quibus decisum fuit omnibus donatarijs esse dandam modo prædicto manutentionem &c.

EMINENTISS. CARD. VEROSPIO.

Veliterna Iurispatronatus.

Lunæ 29. Octobris 1618.

ARGVMENTVM.

In iurepatronatus familiari, & gentilitio succeditur in capite, & non in stirpes, intellige tamen quando iuspatronatus proximioribus de familia relinquitur, secus vero quando sunt vocati omnes de familia, quia tunc pro virili succeditur successorum appellatione veniunt etiam hæredes, & quid appellatione successorum suorum.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus, quando dicatur familiare.*
2 *in Iurepatronatus familiari, & gentilitio succeditur in capite, & non in stirpes.*
3 *in Iurepatronatus familiari in stirpes succeditur.*
4 *Sed hoc procedit, vbi iuspatronatus proximioribus de familia relinquitur, secus vero, quando sunt vocati omnes de familia, qui pro virili portione succedunt.*
5 *Successorum appellatione veniunt etiam hæredes. Hæredes in iurepatronatus dicuntur in stirpes succedere. num. 5.*
6 *Successores sui illi solum intelliguntur qui sunt de sanguine.*
7 *Descendentes, si testator vocauerit, cũ verbo perpetuo, censetur eosdem vocasse ordine successiuo, limita num. 6.*
8 *Clem. 1. de iurepatr. loquitur tantum in iurepatr. hæreditario.*

DECISIO XLVII.

IOANNES Barbetta condito testamento de suis bonis inter cætera Cappellam sub Inuocatione Sancti Ioannis Baptistæ in Ecclesia Sancti Saluatoris Veliternæ Diœcesis construi, eamq. dotari mandauit, hac tamen apposita conditione, quod omnes sui præsentes, & successores ex proprio suorum genere descendentes ad illam Cappellanos præsentarent.

In vim dictæ fundationis vacante nuper huiusmodi Capellania fuerunt ad eam per diuersos patronos Ioannes Baptista Landus, & Andreas Pontianellus præsentati, inter quos orta controuersia, num illud iuspatronatus in capita, vel in stirpes competeret, dubio per me Lando solum informante proposito, contra illum Domini responderunt, videlicet in hoc iurepatronatus in capita succedi, nisi obstet obseruantia, ex qua particulariter videri voluerunt. Ratio autem decisionis fuit, quia testator vocauit omnes suos præsentes, & successores ex proprio suorum ge-
1 nere descendentes, † & sic omnes de ipsius familia, quo casu iuspatronatus familiare, & gentilitium di-
2 citur, cui succeditur in capita, non † in stirpes, *Alex. de Neuo cons. 63. num. 2. Bald. in l. 2. num. 4. C. de suis & legit. & tenuit Rota in Burgen. Prioratus 19. Nouembris 1605. coram bo. me. Penia, & in Florentina de Ricasolis 10. Martij 1603. coram Illustriss. Lancellotto vbi plures aliæ decisiones allegantur.*
3 Non obstat † etiam in iurepatronatus familiari in stirpes succedi, *vt fuit dictum in Mediolanen. iurispatronatus de Cortesellis coram R. P. D. meo Piruano in vltima impressione par. 1. tom. 2. decis. 482. num. 11.* nam id procedit, vbi iuspatronatus proxi-
4 mioribus de familia relinquitur, † tunc enim in stirpes competit, quod casu nostro non applicatur, vbi vocati sunt omnes sui præsentes, & successores, & sic omnes de familia qui pro virili portione succedunt, *Lambert. de iurep. lib. 1. par. 2. q. 1. art. 28. num. 15. vers. notabiliter, Alex. de Neuo d. cons. 63. num. 3. & fuit dictum in allegata Regien. Prioratus coram Penia.*

Nec valet dicere, testatorem vsum fuisse verbo
5 † (successorum) quorum appellatione veniunt etiam hæredes, qui dicuntur in stirpes succedere; nam alia verba, nimirum omnes sui ex proprio genere suorũ descendentes &c. indicãt solum intellexisse defun-
7 ctum de descendentibus sanguinis, † etiam quod nõ essent hæredes, cum sui tãntummodo sanguinis descendentes, dicantur *l. liberorum, l. cognoscere, §. liberorum. ff. de verb. signific. Alex. cons. 160. num. 3. lib. 2. & cons. 24. n. 13. lib. 5. Curt. sen. cons. 64. n. 16. Soccin. cons. 51. num. 1. & 2. lib. 4 Dec. cons. 123. n. 2.*

Nec

Nec releuat testatorem vocando descendentes
8 iuncto verbo, † perpetuo, censeri eosdem vocasse per fideicommissum ordine successiuo, *Io. de Anan.cons. 46.nu.2. Grauett. cons.22.n.4. & 6.cum aliis alleg.*

Quia conclusio non applicatur, cum legantur ibi dicta verba; omnes sui &c. ex quibus censentur sin-
9 guli de †familia vocati ad effectum in capita succedendi, *vt fuit dictum in allegata Florentina de Ricasolis coram Illustriss. Lancellotto.*

Non obstat Clementina plures de iurepatronatus
10 illa enim loquitur in † iurepatronatus hæreditario, non gentilitio in quo dicta Clementina locum non habet, *vt tradit Alexan. de Nouo alleg. cons. 63. num.2.& 3. Bald. in l.2. num.4. C. de suis, & legit. hæred.& fuit resolutum in alleg.decisionibus* Regien. *Prioraus, & Florentina de Ricasolis &c.*

Et ita &c.

☞ *Rota recessit ab hac resolutione coram bo. me. Buratto sub die 27. Iunij 1622. est decisio 647. inter eius impressas, incip.* Recesserunt Domini à resolutione *facta coram R.P.D. Verospio 29. Octob. 1618. &c. Altera quoque in eadem causa adest decisio sub die 27. Ianuarij 1623. coram eodem Buratto est inter eius impressas decis.679 sed vt verum fatear, mihi videtur eadem cum prima coram eodem.*

R. P. D. REMBOLDO.

Leodieñ Censurarum.

Lunæ 7. Nouembris 1616.

ARGVMENTVM.

in Censuras Ecclesiasticas latas à lege quando quis clarè, & absque tergiuersatione dicatur incurrisse, ita vt absque alia citatione possit deueniri ad promulgationem declaratoriæ, & reijciuntur plures exceptiones in hac materia oppositæ. Et agitur quando seculares volunt se itromittere in materijs beneficialibus, itaque cum iam inciderint in excommunicationem denunciandi veniant, aliaque vt hic.

SVMMARIVM.

1 *in Excommunicationis pœnam, & Ecclesiasticas censuras, quando quis dicatur, sine dubio incidisse.*
2 *Confessione nulla est maior probatio & num.5.*
3 *per Approbationem etiam quis incidit in delictum, etiamsi approbans illud non perpetrauerit, & num.4.*
6 *Iudici cuilibet Ecclesiastico attributa est facultas denunciandi delinquentes.*
7 *Nuncius Apostolicus in sua prouincia dicitur Iudex Ordinarius.*
8 *Auditores Generales Nunciorum Apostolicorum non dicuntur Iudices Delegati. sed Ordinarij.*
9 *Iudex ille dicitur Ordinarius, & non delegatus, si sit deputatus ad vniuersitatem causarum.*
10 *Vicarij Episcoporum & Capitulorum Sede Vacãte, dicuntur Iudices Ordinarij.*
11 *Vicarij Episcoporum possunt etiam ipsi censuras promulgare.*
12 *Iudices Ordinarij quando sententias ferunt non tenentur ad earum facultatuum insertionem sed sufficit vt sint in quasi possessione facultatis Ordinariæ, & pro talibus communiter habeantur.*
13 *Iudici Ordinario obijciens, qui communiter pro tali reputabatur, nullitatem ex defectu potestatis tanquam calumniosus repellendus est.*
14 *ad Censurarum promulgationem, vt ritè deueniatur requiritur trina monitio.*
15 *ad Censurarum promulgationem potest deueniri, absque alia citatione, quando sumus in notorijs, & versamur in excommunicatione là à lege.*
16 *Citatio tunc requiritur antequam feratur sententia excommunieationis, quando discuti debet factum propter qrod quis dicitur excommunicatus, vt magis nnotescat & euitetur ab alijs.*
17 *Monitio trina qualiter sit facienda antequam deueniatur ad promulgationem censurarum.*
18 *Citatio debet esse personalis ante promulgationem censurarum.*
19 *Intellige id, quando sumus in terminis excommunicationis promulgandæ ab homine, non autem in iam lata ab homine.*
20 *Citationis personalis solemnitas quare iura requirunt quando quis est excommunicandus.*
21 *Citandus quando quis est personaliter, si reperiri non possit, quæ diligentiæ sufficiant, adhoc vt dicatur citatus personaliter.*
22 *Citutionis omnis defectus sanatur per comparitionem.*
23 *Citatio illegitima cum notitia subsequuta, ita ligat sicut citatio ab initio legitima.*
24 *Ita vt tunc contumax habetur pro vero contumace.*
25 *Citatio vltra vram dietam, à quo Iudice fieri possit, & à quo non. & n.21.*
26 *Nuncij, &* Legati *Prouinciarum citare possunt per totam Prouinciam.*
Auditores Rotæ Romanæ citant per Vniuersum Orbem, quia in procedendo sunt Iudicis Ordinarij, num.21.
27 *Denunciatio est nullu, si non fuerit præmissa sententia declaratoria.*
28 *Sed hoc non procedit, quando factum est notorium, ita vt certum est excommunicato nullam defensionem competere.*
29 *ad Denunciationis executionem statim potest deueniri quando factum est notorium, ac sufficit præfigere terminum ad excusandum factum.*
30 *Termini assignatio ad se excusandum non requiritur, vbi non competit aliqua excusatio.*
31 *ad Denunciationem potest deueniri absque alia citatione.*
32 *Sententia absque citatione ritè ferri non potest.*
33 *Citatio, vt in aliquo actu non requiratur requiritur, vt nulla tergiuersatione velari possit.*
34 *Excommunicatus euitari non debet ante declaratoriam, nisi excommunicatio sit notoria per euidentiam facti.*
35 *Factum dicitur euidenter effectum notorium per propriam, & explicitam partis confessionem.*
36 *ad Ecclesiam aliam transiens absque licentia Romani Pontificis in hoc non cadit excusatio.*
37 *Bulla Cœna Domini expressè, ac claris notis excommunicat Consiliarius illos, qui prætextu quocunque exceptionum auocant causas ecclesiasticas &c. & num.33.*
38 *Executioues validas intra terminum sibi assignatũ, quis tenetur deducere, & non friuolas ac inanis*
39 *à Censurarum & excõmunicationis incursu, quando*

do quis nullo modo excusari nequeat.
40 *Pœna sufficit, vt notoriè sit incursa, quia potest statim ad executionem procedi, licèt delinquens excusari possit.*
41 *Denunciari quando possint singuli de Capitulo.*
42 *Appellatio nulla, & inualida est, si coram Iudice non fuerit interposita.*
43 *Appellatio, quando nulla est, ritè potest sperui.*
44 *Appellatio non impedit declarationem excommunicationis, iam incursæ, & à lege inflictæ.*
45 *Appellatio à sententia declaratoria excommunicationis à lege suspendit eius executionem & quando id habeat locum.*
46 *Achill. decis. 4. de Sentent. appell. quando habeat locum.*
47 *Factum quando dicatur notorium.*
48 *inter Excommunicationem latam ab homine, & latam à lege multum differt.*
49 *ad Denunciationem censurarum, quando rectè dicatur deuentum reiecta appellatione,*

DECISIO XLVIII.

DVBITAVERAM an declaratio, seu denunciatio Auditoris Reuerendissimi Nuntij Colonien. de qua agebatur substineretur & re mature discussa fuit per omnes Dominos conclusum illam substineri. Quod enim adesset iusta causa procedendi ad dictam denunciationem visum fuit plusquam manifestè apparere ex eo quòd constat nedum ausos fuisse se in causa beneficiali, & mere Ecclesiastica intromittere, ac Iudicem Ecclesiasticum per præcepta pœnalia ne suam in dicta causa iurisdictionem exerceret impedire, illumque, & prouisum à Reuerendissimo Nuntio coram se citare, sed quod peius est post monitionē etiam ipsis factam in eodem delicto contumaciter perseuerare, ac denique contra eundemmet Reuerendissimi D. Nuntij Auditorem mandata pænalia relaxari. His enim stantibus du-
1 bitari non potest quin multipliciter † in excommunicationis pœnam, & Ecclesiasticas censuras, tam de iure communi *in cap. quoniam vbi Franch. nu. 3. de immunit. Eccles. in 6. & in grauem vbi gloss. in verb. procures. Abb. num. 5. de sent. excom.* quam vigore Bullæ in Cœna Domini inflictas inciderint.

Neque subsistit, quod dicitur in actis D. Nuntij de prædictis non constare, quia non solum ex reuolutione processus apparet, quod ante declarationem fuit in actis exhibitum mandatum contra prouisum à dictis Consiliarijs relaxatum, sed adest quoque propria Consiliariorum confessio in appellatione,
2 & mandato ad appellandum dato qua † nulla maior probatio, *l. cum precum, & ibi gloss. & DD. C. de lib. caus. Felin. in cap. 2. num. 14. vers. fallit 8 de libelli oblat.* & vlterius ex eisdem etiam actis constat quod moniti ab Auditore D. Nuntij, vt dicta præcepta reuocarent, nedum dictæ monitioni obtemperare curarunt, sed vt ex appellatione in dictis etiam actis exhibitam colligitur factum etiam pertinaciter defendere, ac itá illud approbare ausi sunt, quod solum etiam sufficeret adhoc vt iustam causam denun-
3 ciationi dedisse censeri debeant, † cum per huiusmodi approbationem delictum etiam si ab ipsis commissum non fuisset proprium fecerint. *gloss. in cap. aduersus in verb. successorem ibi ex quo ipsum non purgat, & ibid. Abb. num. 16. de immunit. Eccles.*

Atque hinc etiam cessat, quod dicitur non constare dicta præcepta fuisse executioni de mandata
4 quia sat est vt dixi, quod factum † approbauerint, ac etiam pertinaciter defendere conati fuerint, vltra quod reuera dicti Consiliarij neque tunc neque vnquam alias postea negarunt, quod dicta præcepta executa non fuerint, quinimo tam in præcepto post denunciatione dicto Auditori transmisso, quam in
5 omnibus alijs eorum apologijs † & scriptis postea editis id audaciter confessi sunt, vnde negari non potest quin causa dictæ denunciationis vndequaque remaneat iustificatissima.

Nec eadem denunciatio potest aliqua ratione de nullitate redargui, nam de sufficienti D. Nuntij iurisdictione constat ex eius facultatibus, & illa com-
6 petebat illi de iure, quia competit † cuilibet Iudici Ecclesiastico habenti Iurisdictionem siue Ordinariam siue delegatam *Couar. in cap. Alma mater p. 1. §. 11. sub num. 1. de sent. excom. in 6.* vbi dicit hanc esse omnium communem opinionem, & de ea mini-
7 me oportere disputare, & Nuntius † in sua Prouincia dicitur Iudex Ordinarius *Gamb. de off. legat. de lat l. 8. in principio.*

Nec refert quod denunciatio non ab ipso Nuntio sed ab eius Auditore facta fuerit absque eò quod tenorem suæ delegationis monitorio inseruerit, vel
8 alias de ea docuerit, quia isti Auditores † Generales Nuntiorum non dicuntur Iudices delegati sed ipsi quoque sunt Iudices Ordinarij cum sint deputati
9 † ad vniuersitatem causarum *Felin. in cap. nonnulli § sunt, & alij sub nu. 13. in quarta fallent. post med. de rescript. Bald. in l. quoties ad fin. C. vbi senat. vel clariss. &c. & plenissimè Ferrett. cons. 204. num. 19.*
10 prout dicitur de Vicarijs Episcoporum & † etiam Capitulorum Sede Vacante, & alijs similibus de quibus *per gloss. & DD. in cap. licet de off. Vicarij in*
11 *6. ac proinde † possunt, & ipsi censuras promulgare Couar. in dicto cap. Alma mater loco proximè citato Suarez de censuris disp. 2. sect. 2. num. 9.* nec tenetur ad earum facultatuum insertionem sed sufficit quod sint in quasi possessionem Iurisdictionis Ordinariæ,
12 † & quod pro talibus cōmuniter habeātur, vt tradunt omnes *in cap. præterea vbi Butr. num. 7. post prin. vers tu die vbi constat & vers. hic facit differentiam de dilat; Ancar. in Clem. 1. col. 1. vers. 2. casu principali de Iudic. Specul. de citat. § sequitur videre num. 7. vers. verum autem citatus. V ant. de nullit. cap. vltimo num. 35.* vbi dicit quod obijciens Iudici Ordinario
13 qui communiter pro tali reputabatur † nullitatem ex defectu potestatis tāquam calumniosus repellen- est *Missing. cent. 3. obser. 1. ad fin.*
14 Nec verum est quod saltem dicta † denunciatio corruat ex eo quod non pręcessit trina monitio, quia huic motiuo in quo magnum fundamentum fieri videbatur in quadam consultatione ex partibus transmissa Domini dupliciter respondebant.

Et primo quod cum versemur in excommunicatione à lege non autem ab homine inflicta, & delictum ex quo Consiliarij in excommunicationem inciderunt esset notorium vt supra ostendi, & latius
15 etiam infra dicam, potuit † ad dictam denunciationem, etiam absque alia præuia citatione procedi vt probat *gloss. in cap. cum sit Romana §. præterea in verbo irrequisitum de appell. Fel. in c. Rodulphus sub num. 41. vers. intellige primo de rescript.* vbi post *Rom. cons. 482.* quem refert, & sequitur tradit quod tunc demum requiritur citatio quando discuti debet factum

15 factum propter quod quis dicitur excommunicatus
secus vbi aliquis, præsupposito facto pro indubitato
denunciatur excommunicatus, vt magis innotescat
& euitetur ab alijs nam tunc non est opus eum citare,
& notant omnes *in cap.1.de Iudic.& in cap.reprehensibilis c. sacro de sent.excom.Couar.in d. cap.
Alma mater par.1. §.9. sub num.5. vers. trina vero
monitio*.

Secundo quod in omnem euentum constat ex processu quod non solum simplex, & vnica, sed trina
17 premissa† fuit citatio per assignationem scilicet termini nouem dierum, tertium pro prima tertium pro
secùda & tertium pro tertia monitione. *Tusc. Text.
in cap.constitutionem. §.statuimus, & ibi glos.communiter recepta de sent.excom. in 6.Couar. loco proximè cit.num.5.*

Non obest quod dicitur non constare de legitima
18 dicta citationis siuè Monitorij executione † ex eo
quod Consiliarij personaliter apprehensi non fuerũt
vt requiri *trad.Innoc.& alij in c.in fin. de eo qui met.
in poss.caus.& c.Felin.in c.cum sit Romana nu.13 &
seq.de appell.* quia præterquamquod prædicti loquũtur in excommunicatione ab homine ferenda &
19 propterea eorum † dictum in terminis denunciationis excõmunicationis iam incussæ in quibus nos
versamur procedere non videatur cum in denunciatione pœna, quæ per denunciationem infligitur non
inferatur, atque ideò cesset etiam grauitas præiu-
20 dicij propter quod solemnitas personalis citationis
in excommunicatione requiritur vt declarat *Rom.
dicto cons.482.num.5.& seqq.* plura ibidem similia
adducens obiectum etiam duplici alia ratione tollitur.

Et primo quia cum non pateret tutus accessus
vt bene testes summariè examinati probant, & comprobatur etiam ex postea subsequutis potuerunt ritè dicti Consiliarij in domo solitæ habitationis cum
21 copiæ dimissione, † & per affixionem ad Valuas Ecclesiæ Cathedralis citari, & sic citati perinde habentur, ac si personaliter fuissent apprehensi. *iuxt.
Clem.causam de elect.Couar.d.cap.Alma mater.par.
prima, §.9.sub num.4. vers. primus passim*, & fuit
in fortioribus terminis scilicet in casu, quo censuræ
latæ erant in contumaciam resolutum *coram bo.me.
Card Seraph.decis.inter impress.1296.nu.3.& 4.*

Secundo quia quatenus etiam aliquis defectus in
executione dicti monitorij potuisset considerari ille
22 fuit totaliter sanatus † per comparitionem eorundemet Consiliariorum per Procuratorem sufficit
enim, quod ex dicta comparitione, & alijs à dictis
Consiliarijs gestis constet citationem prædictam ad
23 eorum notitiam peruenisse, † citatio enim illegitima cum notitia subsecuta ita ligat sicut citatio ab
initio legitima. *Fel.in cap gratum num.4. de off. deleg. & in d.cap. cum sit Romana num.15. de appell.
Conar. loco proxime citato sub num.4. vers. tertius
casus Rota decis.11. de dolo, & contum. in nou. &
fuit in eadem decis. bo.me. Card. Seraph.1296.* quæ
vt dixi loquitur infortioribus terminis resolutum
24 † in qua etiam fuit dictum quod talis contumax habetur pro vero contumace.

Nec facit quod in eadem consultatione ex partibus transmissa dicebatur citationem fuisse nullam
25 ex eo, quod per illam Consiliarij vltra vnam † dietam euocati fuerint contra dispositionem *cap. non
vlli de rescript.& cap.Statutum, §.cum vero eod.tit.
l.6. quia dicta* Iura procedunt in Iudice delegato
non autem Ordinario, quales vt dixi sunt Nuntij,
26 † & legati in Prouincia, ad quam fuerunt deputati
illi namquè possunt citare per totam Prouinciam, vt
declarat *Felin.in d. cap. non vlli num.23.in septimo
casu Ferret.dicto cons.204.num.27.* vbi quod Auditores Sacri Palatij citant per vniuersum Orbem
quia in procedendo habent Iurisdictionem Ordinariam.

27 †Non etiam dicta denunciatio dici potest nulla
quod præmissa non fuit sententia declaratoria *iuxt.
trad.per Couar.in d.cap. Alma mater par.1.§.2. n.9.*
quia hoc nõ procedit quando vt in proposito factum
est notorium, ita quod certum sit excommunicato
28 † nullam defensionem competere, & denunciatio
fit ab eo, qui habet etiam ipsius, causæ cognitionem, *vt ex mente Abbatis & aliorum explicat. Couar. loco proximè citato sub nu.9.& melius ad propositum tradit.Gemin. in cap. cum secundum §.1. in
2. notab. de Heretic.in 6.* vbi quod in facto notorio
sufficit præfigere terminum ad excusandum factum
& si non excusetur statim potest ad executionem
denunciationis procedi absque alia declaratione,
quem refert, & sequitur *Felin.in dicto c. Rodulphus
sub num.37.vers.pro tanto dixit de rescript.* vbi etiã
subdit quod vbi notorium esset absenti excusationem
29 non † competere, non requireretur termini assignatio ad excusandum, vnde cum in casu nostro fuerit
ex abundanti terminus nouem dierum præfixus, &
Consiliarij nnn solum factum nõ excusauerint sed illud, vt sæpè dictum fuit, etiam pertinaciter defendere conati sint, ritè fuit absque alia sententia ad denunciationem processum ex supra allegatis quibus
addi possunt omnes alij Doctores tenentes quod
etiam absque alia citatione possit ad denunciationẽ
deueniri, nam si citatio adhunc effectum non requiritur multo minus necessaria erit sententia, quæ
30 † absque citatione ritè ferri non potest.

Atquè ex his patet etiam responsio ad id quod di-
31 citur non constare quod factum † esset ita notorium
vt nulla tergiuersatione velari possit prout ad dictum
effectum requiritur *ex sententia Couar. loco proximè citato*, quia vltra quod Couar. non dicit, quod
ad effectum vt possit ad declarationem absque alia
sententia deueniri, non sufficiat quælibet notorietas, sed inquit tantummodo quod secundum
32 Consilium Basiliense † excommunicatus euitari
non debet ante declaratoriam, nisi excommunicatio sit notoria per euidentiam facti, cessat etiam
in proposito omnis difficultas, ex eo quod verè versamur in notorio, quod Consiliarij aliqua ratione tergiuersari non possunt, nam siue factum ipsũ
33 inspiciamus, illud fuit † effectum euidenter notorium per propriam, & explicitam Consiliariorum
confessionem, & neque etiam hodie ipsi tergiuersantur. Ius autem quod ex dicto facto oritur similiter, est clarum ex supra allegat. nec aliqua ratione
potest euitari ad trad. *per Fel.in dicto cap. Rodulphus
ante num.42.vers.dicitur autem notorium*, vbi exẽ-
34 plum dat de eo, † qui transiuit ad aliam Ecclesiam
sine licentia Romani Pontificis & similia, quæ vt inquit si apparet fuisse notoriè perpetrata non cadit in
eis excusatio.

Nec subsistit quod non deerant causæ ex quibus
Consiliarij ab incursu excommunicationis, & censurarum excusari potuissent, quia præterquamquod

in Bulla Cœnæ Domini explicitis verbis excommu-
nicantur in specie Consiliarij, qui etiam prætextu
quarumcunque exemptionem gratiarum, & littera-
rum Apostolicarum causas auocant, aut quomo-
dolibet citationes, vel inhibitiones reuocant, aut
reuocari faciunt vel fauorem Consilium, aut assen-
sum præstant atque ideò dicti Consiliarij, qui talia
comiserunt nulla excusatione iuuari possunt, in om-
nem etiam euentum debebant in termine ipsis assi-
gnato validas excusationis causas deducere, quod
35 † cum non fecerint, sed potius sub friuulis præten-
sionibus, & euentuali, vt dicebant appellatione iu-
risdictionem D. Nuntij eiusque Auditoris spreuerint,
ac denique ad magis demonstrandam eorum perti-
naciam dicto Auditori præcepta pœnalia transmise-
rint, non possunt aliqua ratione ab incursu censu-
rarum, & excommunicationis excusari, & conse-
quenter ritè fuerunt vti tales etiam absque alia præ-
uia sententia denunciati *ex Gemin. Fel. & aliis supra
alleg. quinimò ex sententia eiusdem Fel. in alleg. cap.
Rodulphus sub num. 37. post med.* sufficere videtur
36 † pœnam fuisse notoriè incursam, quia potest statim
ad executionem procedi licet delinquens excusari
possit *& allegat. gloss. in cap. commissa in verbo Iu-
sto impedimento de elect. in 6.*

Nec processus inficiari potest ex eo, quod non
totum Consilium, sed aliqui particulares Consilia-
rij denunciati fuerint, quia cum totum Consilium
mandatum ad appellandum dederit, & consequen-
ter singuli Cõsiliarij monitionis notitiam habuerint
ac etiam in appellationis, cedula factum cõfessi sint,
37 illudquè approbauerint atque † ideo culpabiles ef-
fecti fuerint ex supra deductis bene potuerũt singuli
denunciari *ex trad. per Franch. post Innoc. & alios
in cap. Romano §. in vniuersitatem, num. 5. de sent.
excom. in 6.*

Denique non obstat quod denunciatio facta sit
38 post interpositam appellationem † tum quia appel-
latio fuit nulla cum non sit coram Iudice interposita
Clem. 1. de appell. c. vt debitus honor eod. tit. & con-
39 sequenter † ritè potuit sperni *ad l. non possunt de
reg. Iur. cum concord.* tum quia appellatio non im-
40 pedit declarationem excommunicationis † iam in-
cursæ & à lege inflictæ *vt est Tex. in c. Pastoralis §.
verum, & ibi Franch. num. 3. de appell. Rom. d. cons.
482. sub nu. 9. vers. tamen declaratio Lancell. de at-
tent. cap. 12. limit. 21. n. 3. Rot. dec. 59. de appell. in nou.*

Nec huic responsioni refragatur *decis. Achill. 4.* de
sentẽtia excommunicationis in qua dicitur quod ap-
41 pellatio à sententia † declaratoria excommunicatio-
nis à lege suspendit eius executionem, ex quo talis
sententia habet ad mixtum factum in quo potuit de-
cipi Iudex quia non solum in proposito non agitur
de appellatione interposita à sententia declaratoria
atque ita sumus extra casum dictæ decisionis sed
42 etiam quia dictum Acchillis † non procedit quando
factum est notorium tunc enim non obstante appel-
latione potest ad denunciationem procedi, *vt no-
tabiliter ac vtiliter per dictam regulam limitat. post
Lop. & Gemin. in cap. 15. cui §. fin. de sent. excomm. in
6. Imol. in cap. 1. in fin. de sequestr. poss. Franc. in cap.
pastoralis §. verum quia num. 34 de appell. Lancell.
de attent. loco proximo cit. num. 30.*

Quod autem in proposito factum esset notorium
43 per propriam † confessionem Consiliariorum abun-
dè supra demonstraui.

Ad alia, quæ pro parte Consiliariorum allegabã-
tur visum fuit Dominis superfluum respondere cum
non percutiant punctum præsentis quæstionis in qua
agitur de denunciatione excommunicationis incur-
44 sæ, & à lege inflictæ, sed respiciant materiam † ex-
communicationis latæ ab homine, quæ multum dif-
fert à nostra, vt colligitur ex *alleg. cons. Rom. 481. &
aliis supra deductis.*

Et quicquid tandem sit, Domini dixerunt firmum
manere, quod cum factum esset certum, & indubi-
tatum ex propria confessione, ac eo magis inexcu-
45 sabile, quod Consiliarij non solum in † termino ip-
sis assignato illud non reuocarunt, sed etiam perti-
naciter defendere conati sunt, vt etiam ex præcepto
postea Auditori transmisso manifestissimè deprehen-
ditur ritè, & rectè fuerunt absque alia citatione, &
sentententia à reiecta appellatione denunciati, ex
Abb. Gemin. Fel. Rom. & aliis sup. citatis.

Ex quibus fuit ita resolutum, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Pampiloneñ Cappellæ.

Mercur. 7. Nouemb. 1628.

ARGVMENTVM.

Testator, si vocauerit ad iuspatronatus consanguineum proximiorem, an extante filio fratris illegitimi præferatur filio sororis legitimæ. Iurispatronatus nedum sunt capaces legitimi ex naturalibus procreati, sed etiam ipsi naturales. Testator vtrum voluerit, vt in iurepatronatus succederent etiam consanguinei naturales id ex coniecturis expiscandum venit.

SVMMARIVM.

1 *Illegitimi, ipsi quoque dicuntur filij, vti ab eodem semine, & sanguine prouenientes.*

2 *Testator, quando vocauit proximiorem, sine dubio existens in quarto gradu debet cedere existenti in tertio.*

3 *Testator si vocauerit aliquos per verba naturalis, tunc descendens ex illegitimo non potest venire in concursu cum legitimo, etiam quod sit proximior. Sed ita demum, si legitimi non extent, & hæc verior opinio, ac omni iure æquissima. nu. 4. & 5.*

6 *Legitimus natus ex illegitimo de iure capax iurispatronatus, immo, & ipsi illegitimi.*

7 *Iuspatronatus si debeatur proximiori, non debet excludi ille, qui habet hanc qualitatem, licet prouniat ex radice infecta.*

8 *Qualitas passiua prælationis in concursu transit ad descendentes etiam illegitimos.*

9 *Arbor, & rami non differunt à radice, à qua assumunt sibi naturam.*

10 *Imol in l. ex facto, §. si quis rogatus. ff. ad Trebell. & aliorum doctrina quo casu procedat.*

11 *Filij legitimi stantibus, excluduntur illegitimi.*

12 *Testator ad iuspatronatus an voluerit vocare etiã illegitimos id dependet à coniecturata eius voluntate. & num. 14. 15.*

13 *ad Fideicommissum an testator vocauerit naturales, id aperiendum est ex dignitate, & ex voluntate, & conditione eius, qui fideicommissit.*

16 *Linea tota præsumitur prædilecta, si testator etiam vocauerit fœminas.*

17 *Proximioritatis ratio haberi non potest dum superest*

pereſt perſona de linea prædilecta.

18 *Iuspatronatus, & ius præsentandi sunt res inter se distinctæ, ideoque vna non potest aliam determinare.*

19 *in Iurepatronatus si quis sit prælatus, præferri etiã debet in præsentatione.*

20 *Admissus, quando quis est ad id quod est maius, debet etiam admitti, ad id quod est minus.*

21 *Ratio vbi eadem est, ibi quoque idem ius seruari debet.*

DECISIO XLIX.

IN resolutionibus diei 6. Nouembris 1617.* & diei 16. Februarij anni præsentis 1618.* reseruatum fuit particulariter videre, An legitima linea in concursu esset præferenda, super qua suscepta hodie disputatione Domini censuerunt Petrum vti descendentem à Catherina sorore Gundisalui fundatoris esse præferendum Didaco descendente ex Ioanne filio illegitimo Ferdinandi, qui & ipse erat frater eiusdem fundatoris non enim iam decisa reuocarunt in dubium.

Quod scilicet Didacus comprehenderetur in dispositione loquente de consanguineis cum inspecta
1 natura, & ipsi dicantur † filij vti ab eodem sanguine, & semine prouenientes sequendo *Bart. in l. pronunciatio, §. familiæ in fin. ff. de verb. signific. & in l. tutelas num. 4. ff. de capit. diminut.*

Et quod idem Didacus esset proximior fundatoris vti in tertio gradu. Petrus verò remotior vti in
2 quarto gradu, qui ex lege † fundationis præcedere nõ poterat vocatum cum qualitate proximioritatis.

Verum dixerunt, quod in vocatione per verba naturalia, quæ æquè conuenire possunt naturalibus,
3 prout legitimis descendens † ex illegitimo non potest venire in concursu cum legitimo, etiam quod sit proximior, sed ita demum si legitimi non extent, se-
4 quendo veriorem opinionem, de qua per *Imol. in l. ex facto, §. si quis rogatus num. 5 per illum text ff. ad Trebell.* sequitur *Alex. ibidem nu. 16. Ruin. cons. 120. num. 12. lib. 1. Peregr. de fideicom. art 22. num. 80. & art. 28. num. 50.* & hanc Rota est amplexa *in causa Ianuen. Iurispatronatus coram Card. Lancellotto, tunc Rotæ Auditore 12. Februarij 1607. Menoch.*
5 *cons. 285. per tot. lib. 3.* asserens omni iuri † æquissimam esse opinionem, cui in præsenti obstare non videtur, quod Didacus non sit naturalis, sed legitimus & ex persona sua capax iurispatronatus, tàm ex lege fundationis cum non sit exclusus, vt firmatum fuit in decisionibus in hac causa factis, quam etiam inspecta
6 Iuris communis dispositione secundum quam nedum legitimi ex naturalibus † procreati, sed & ipsi naturales capaces sunt Iurispatronatus, *l. eam quam, vbi Bald. in fin. C. de fid. instr. cum aliis allegatis in eadem Ianuen. iurispatronatus coram Card. Lancel-*
7 *lotto*, quia non debet † postponi Didacus ex eo quod proueniat à radice infecta secundum opinionem *Bart. in l. 2. §. videndum, ff. ad Tertullian.* quam DD. communiter sequuntur, & referuntur per *Surd. cons.*
8 *355. num. 45 vol. 3.* Sed quia ista qualitas passiua prælationis † in concursu transit ad descendentes etiã illegitimos, nec arbor, & rami differant de sua radice
9 à qua assumunt † sibi naturam, vt considerat *Bald. in cons. 388. siue 389 num. 1. lib. 2.* similiter nec etiam
10 vrgere potest, quod dicta per *Imol.* † *in l. ex facto, § si quis rogatus, & alios allegatos,* procedere debeant quando testator respexit lineam, vel filios vocatorum, secus verò, vbi testator non habuit rationem lineæ, sed simpliciter, vt in præsenti vocauit consanguineos proximiores in quibus cessat illa ratio prælationis ex proprietate nominis filiorum demon-
11 stratæ † per nuptias, & iuris dispositio per quam illegitimi extantibus filijs legitimis excludebantur, secundum *gloss. in l. vltima vers. aperimus, C. de natur. lib Menoch. post alios cons. 285. num. 14.*

Quia sicuti in casibus prædictis totum facit con-
12 iectura † voluntatis disponentis; vt colligitur ex ratione, *§. si quis rogatus*, in decidendo casum quoad naturales liberos propositum, vt scilicet quid
13 senserit testator ex dignitate, & ex voluntate, † & ex conditione eius, qui fideicommisit, aperiendum sit ita, & in præsenti ex similibus coniecturis erit dicendum in fauorem prolis legitimæ pro qua nonnullæ fuerunt prolatæ, quæ Dominis placuerunt, quarum

Prima est quod Gundisalnus fundator de tempore fundationis, dum haberet vtrumque nepotem, scilicet, Ioannem filium Ferdinandi fratris, & Matthæum filium Cathairnæ eius sororis prætulit Matthæum in Patronatu nominando eum filium legitimum Catherinæ, ex quibus duo colliguntur præla-
14 tio nempe † legitimi existente illegitimo in eodem gradu, & tempore secundo qualificata prælatio sub nomine legitimi, quæ respectu conditionis personæ eius sororis poterat omitti, vt dicunt *Imol. & alij in*
15 *d. § si quis rogatus,* & ea propterea videtur † augere sensum fundatoris in prædeligendo, & præferendo Patronos legitime natos.

Secunda est coniectura tendens in idem, quia fundator deficiente Matthæo voluit quod succedere debeat in Patronatu filius Matthæi, succedat in Patronatu consanguineus propinquior, vnde videtur li-
16 nea † tota prædilecta dum etiam fœminas ad patronatum vocauit, & post posuit illegitimos quoscumque quatenus, vt iam firmatum fuit sub nomine consanguineorum comprehenderentur, & hunc proxi-
17 mioritatis † ratio haberi non potest dum superest persona de linea prędilecta, & hoc est, quod videtur firmare, *Dec. cons. 87. num. 1. & alij allegati in Conceben. Cappellæ de Belmonte coram R.P.D. Verospio 15. Iunij 1610.*

Nec obstare visum fuit, quod prædicta non concernunt personam præsentandam, sed ius præsentandi, super quo non est controuersia, & ideo cum istæ
18 dispositiones actiuæ, & passiuæ inter se ratione † distinguantur dicebatur vnam non posse aliam determinare, *l. sub conditione, ff. de hæred. instit. l. quæ conditio, ff. de cond. & demonstrat.*

Quia cum Petrus sit in eadem linea Matthæi prędilecta, & prælata, visum est, quod nulla sufficiens ratio possit assignari, quare si in patronatu, quod est
19 magis releuans † præferri debet, nõ etiam in præsẽtatione, quæ est quid minus releuans pręferri debet illegitimum sub verbis generalibus vocatam, & vbi
20 eadem ratio conuenit regula est clara, quod idem ius seruari debet, *l. illud, ff. ad sequil. l. à Titio, ff. de verb. oblig. l. bis solis, C. de reuoc. donat.* Et ita &c.

☞ * *Sunt decisiones 571. & 616. in præcedenti par. 4. recent. & infra in hoc eodem tomo in eadem causa habes duas alias sub diebus 25. Februarij 1619. coram eodem bo. me. Pirouano, & 4. Martij 1622. coram bo. me. Rembold.*

R.P.D.

R. P. D. REMBOLDO.

Corduben. Præstimoniorum.

Lunæ 12. Nouembris 1618.

ARGVMENTVM.

Rota, licet soleat interponere arbitrium pro sanatione defectus citationis, quando non est totalis, tamen si talis citatio nullo modo adsit, tunc nunquam indulgere solet tale arbitrium. Item illud solet denegare, quando nullitas esset admixta spolio, vel parti tollerentur probationes, cum hoc saperet iniquitatem.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium non intrat, vbi adest defectu citationis.*
2 *Sententia est nulla ex defectu iurisdictionis, si sit lata pendente termino ad probandum.*
3 *Iurisdictionis defectus est insanabilis.*
4 *Arbitrium Rota solet interponere, pro defectu citationis, quando non est totalis.*
5 *Citationis defectus, quando dicatur totalis.*
6 *Terminus ad probandum includit de sui natura dilationem.*
7 *Arbitrium Rota non solet interponere, quando intraret iniquitas, veluti si tolleret defensionem partis.*
8 *Rota non solet interponere arbitrium quando nullitas est admixta cum spolio.*
9 *Restitutionis possessionis beneficium competit parti spoliatæ.*
10 *Citatus si quis fuerit ad sententiam pendente termino ad probandum, talis citatio potest sperni, nisi prius reuocetur d. terminus.*

DECISIO L.

PROSEQVENDO disputationem coram me factam in hac causa die 5. Nouembris 1617. dubitaui, An esset locus arbitrio, de quo in commissione mihi directa ad effectum sanandi sententiam A. C. in hac causa latam. Et pro negatiua fuit tentum.

Primò, quia non est locus arbitrio, vbi adest defe-
1 ctus † citationis, ex alleg. in fine decisionis dicta die
in hac causa factæ, & latiùs in *causa Mantuana bonorum 16. Decembris 1611. coram R. P. D. meo Vbaldo, relata in nouissimis decis. 365. par. 1.* prædictum autem defectum citatiouis in proposito casu adesse satis fuit firmatum in prædicta decisione, & modo addebatur sententiam fuisse pariter nullam ex defe-
2 ctu Iurisdictionis, quippe quia fuit † lata pendente
termino, quo casu Iudicis officium conquiescet, *l. siue pars de dilat. vbi Bart. num. 1. glos. in cap. 2. vers. & data dilatione, eodem tit. Ias. in l. 2. num. 38. ff. de re iudic. Anchar. cons. 36. in fine, Gabr. de dilat. conclus. 1. num. 1. Rota decis. 37. num. 2. de appellat. in*
3 *antiq.* & iste defectus iurisdictionis † est pariter insa-
nabilis, iuxta *Scriben. in tit. Cod. si an. compet. Iud. vbi Bald. in rubr. num. 2. & in l. 1. §. fin. ff. ad Tertul. & Verall. decis. 38. num. 2. par. 3.* & licet posset dubitari, An defectus in vtroque casu esset totalis, quo
4 casu vbi scilicet non esset † totalis, solet Rota sugge-
rente æquitate impartiri arbitrium, *vt in causa Ispalen. beneficij 22. Aprilis 1611. coram R. P. D. meo Pamphilio*, attamen in proposito casu visum fuit DD. non esse locum prædictæ Conclusioni. Primò, quia existimarunt defectum citationis esse verè tota-
5 lem, † quia fuit lata sententia ante 60. dies assignatos
ad videndum se declarari, vnde nedum intra 60. dies deest citatio, sed quodammodo adest promissio Iudicis de non ferenda sententia infra dictum terminum,
6 cum † talis terminus de sui natura includat dilatio-
nem, *l. 1. & dicta l. siue pars, vbi scrib. C. de dilat. glos. in cap. significante in verb. præuenire de appellat. cum concordan.*

Secundò, quia pars in proposito casu intra terminum 60. dierum nullam fecit defensionem, vnde mo-
7 do præstare arbitrium esset iniquitas, † quia hoc mo-
do tolleretur defensio partis, vt benè per *Natt. cons. 18. num. 4. & 5. & dixit Rota in Zamen. pecuniaria Ven. 30. Martij 1609. coram R. P. D. meo Caualerio, & in Foroliuien. Emphiteusis Lunæ 1. Iulij 1613. coram R. P. D. meo Decano.*

Secundo principaliter fuit dictum non esse locum arbitrio, quia nullitas est admixta cum spolio quo
8 casu † Rota non solet impartiri arbitrium, quia esset
tollere beneficium restitutionis possessionis, quod
9 tali casu † competit parti spoliatæ, *vt resoluit Rota*
in prædicta Mantuana bonorum 16. Ianuarij 1611. coram R. P. D. meo Vbaldo, & in allegatis in fine alterius decisionis.

Non obstat, quod post dictam citationem ad 60. dies fuerit Tolomeus procurator Seminarij iterum
10 citatus ad sententiam, quia † cum dilatio 60. dierũ
non esset reuocata potuit procurator impunè negligere hanc citationem cum sciret durare tempus dilationis ad fauorem sui principalis, *ex alleg. in alia decisione, &c.*

EMINENTISS. D. CARD. VEROSPIO SEN.

Elnen. Distributionum.

Lunæ 12. Nouembris 1618.

ARGVMENTVM.

Arbitrium, licet non intret, quando sententia est nulla ex defectu citationis, tamen id procedit, quando defectus est totalis, aliàs secus, & an sententia in totum dicatur caruisse citatione, si ea fuerit facta, sed non ad locum fuit lata. Consensus omnium de Capitulo requiritur, vbi sumus in actibus voluntarijs, ita vt non sufficiat maior pars, sed limita id, prout hic.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium, non intrat pro sanatione defectus citationis ad sententiam, quando est totalis.*
2 *Arbitrium pro sanatione defectus citationis intrat, quando non est totalis.*
3 *Citatio si fuerit facta ad sententiam, sed non ad locum vbi fuit lata, tunc defectus citationis non dicitur totalis. & quare.*
4 *Arbitrium aliquantulum de rigore iuris remittit.*
5 *Arbitrium intrat, ne contingat ex capite nullitatis reuocari sententiam, quæ postea veniat ex capite iustitiæ confirmanda.*
6 *Arbitrio solet esse locus, quando concurrit aliqua rationabilitas.*
7 *de Nullitate sententiæ ille dare potest, si illi renunciauit.*
8 *Singulis de Capitulo quando aliquid competit non iure singulari, sed iure Ecclesiæ.*

9 Tunc

9 *Tunc licet actus sit voluntarius, non tamen requiritur consensus omnium, sed sufficit maior pars.*
10 *de Vtilitate satis dicitur constare, & quidem manifestè, quando quis recedit à lite iniusta.*
11 *Communitas aliqua, quando dicitur, quod fuit congregata, arguitur, quod omnes interfuerint, vel maior pars.*
12 *Arbitrium non intràt, quando adest spolium, vel attentatum.*

DECISIO LI.

SVB die 1. Iunij præteriti fuit coram me * decisum nullam extitisse sententiam Episcopi Barchinonen. Executoris deputati per litteras traslationis à Clemente VIII. factæ de residentia Episcopi, & Capituli Elnen. in Collegiatam Ecclesiam S. Ioannis Baptistæ Oppidi de Perpiniano, ex quo dicta sententia lata non fuerat in Palatio Episcopali Barchinonen, quod pro loco iudicij fuerat deputatū, sed postmodum adita pro parte Capituli Elnen. Signatura Sanctissimi fuit mihi rescriptum, vt reiecta Rotæ arbitrio prædicta nullitate, in causa procederem; Vnde proposito per me dubio fuit resolutum, arbitrio locū
1 esse. Quamuis enim ista † clausula, arbitrio, non consueuerit operari vbi defectus adest citationis ad sententiam, *vt dictum fuit in Mantuana bonorum 16. Decembris 1611. coram R. P. D. meo Vbaldo.*
2 Hoc tamen procedit, † totali existente citationis defectu *Cæs. de Graß. decis. 4. in fin. de rescr. Vestr. in prax. lib. 5. cap. 13. num. 2.*

Hic autem iste totalis defectus non apparet cum citatio ad sententiam præcesserit, & quamuis non in
3 loco, vbi erat pronunciandum, non † per hoc tamen dici potest, citationem totaliter defecisse, quia si pars citata comparuisset in Palatio Episcopali pro loco destinato, & Episcopum ibi non inuenisset, potuisset, vbi ille degeret notitiam habere, & sic totali non exi-
4 stente citationis defectu, potest † esse locus arbitrio, quod de iuris rigore aliquantulum relaxat, *Bart. in l 1. num. 4. vers. Ad istam lecturam. C. de legibus. Crescent. decis. 4. num. 3. de testibus.*

Et tantò magis id venit dicendum, stante iustitia sententiæ prædicti Barchinonen. Episcopi, de qua satis constat per *decisionem in ista causa sub die 11. Maij 1615. coram me factam*; Quo casu faciliùs ad euitandos circuitus inutiles intrat arbitrium, ne cō-
5 tingat † ex capite nullitatis reuocari sententiam, quæ postea veniat ex capite iustitiæ confirmanda;
6 Quando autem aliqua subest † rationabilis causa, solet esse locus arbitrio, *vt fuit dictum in Fauentina legitimæ 1. Decembris 1589. coram Giptio, & in Ispalen. Matrimonij 9. Decembris 1605. coram Illustrissimo Ludouisio.*

Accedit Beneficiatos dictam sententiam ratificasse, necnon promisisse, illam amplius non impugna-
7 re, & sic videtur † prædictæ nullitati renunciatum; Et quamuis hodie per ipsos Beneficiatos hæc renunciatio tanquam non ab omnibus facta impu-
8 gnetur, quando tamen id, quod competit singulis non non † iure singulari, sed Ecclesiæ competit, vt in casu nostro, quia de distributionibus, & emolumentis agi-
9 tur, quæ iure Ecclesiæ debentur etiam, quod actus sit voluntarius, † si tamen vtilis est Ecclesiæ maior pars minori præiudicat, *cap. fin. & ibi Innoc. in verb. sanioris*, & post eum *Abb. num. 4. de his quæ fiunt à maior. part. Capit. Doct. in cap. cum omnes de constit.* & ibi præsertim *Io Andr. num. 28. Imol. num 7. Abb. num. 5. vers. Item procedit. Fel num. 15. Bero. n. 60. Paris. cons. 90. num. 11. & 16. lib. 4. Franc. Marc. decis. 889. num. 2. par. 2.* Et fuit resolutum in *Burgen. Decimarum de Scalante 1. Februarij, & 29. Martij 1593. coram Orano, & in Burgen. præeminentiarum 4. Ianuarij 1611. coram* Reuerendiss. *Domino meo Decano.*
10 De vtilitate † verò hic manifestè constat, cum ab iniusta lite fuerit recessum, vt ex eadem decisione in ista causa facta colligitur.

Nec releuat maiorem partem Beneficiatorum huic renunciationi non interfuisse, si Canonici demantur, qui habent interesse; Nam vltra quod ex lectura instrumenti ipsius renunciationis hoc cessat, dum in ea dicitur; Conuocata, & congregata Benefi-
11 ciatorum Communitas, quod arguit † omnes de ipsa Communitate, vel maiorem illius partem interuenisse, *vt per Oldrad. cons. 100. Fel. in cap. cum omnes num. 28. vers. facit etiam de constit. Ruin. cons. 190. num. 16. lib. 7. Achil. decis. 2. num. 1. de his, quæ fiunt à maior par. capit.*

Tollitur nihilominus obiectum ex facto cum in dicta renunciatione Elnensis Ecclesiæ Canonici de quorum interesse agebatur, non interuenerint, sed Canonici Ecclesiæ Perpiniani, qui simul cum alijs Beneficiatis Ecclesiæ S. Ioannis Baptistæ Vniuersitatem constituunt.

Non obstat Episcopum Barchinonen. ad execu-
12 tionem propriæ sententiæ deuenisse, quo † casu intraret attentum, & spolium, & sic non esset locus arbitrio, vt in dicta *Mantuana Bonorum 16. Decembris 1611. coram* R. *P. D. meo Vbaldo*. Quia respondetur in facto non probari ad huiusmodi executionem fuisse deuentum, &c.

** Decisionem hanc habes infra in Appendice.*

REVERENDISS. DVNOZETTO.
ARCHIEPISCOPO SELEVCIEN.

Romana Pecuniaria, seu Cedulæ Bancharíæ.

Lunæ 12. Nouembris 1618.

ARGVMENTVM.

Cedula Bancharia de stylo Curiæ habet paratam executionem, sicuti obligatio Cameralis. Locationis contractus non venit rescindendus, si aliquid in eo conuentum non adimpleatur, quando id non pendet à voluntate locatoris; sed est in arbitrio Principis.

SVMMARIVM.

1 *Cedula banbaria ex stylo Curiæ, ad instar obligationis Cameralis habet exequutionem paratam.*
2 *Soluere promittens, non obstantibus quibuslibet exceptionibus, & eas opponat, non est audiendus.*
3 *Executio parata cedulæ banchariæ non est amplius differenda, quando diu obligatio fuit deducta in iudicium, & nihil in actis contra eam fuit deductum.*
4 *Contractus rescissioni non est locus, si aliquid in eo conuentum, non pendeat à voluntate contrahentis, sed ex facto Principis, nam si illud non adimpleatur agitur ad damna, & interesse.*
5 *Creditum non liquidum non potest impedire executio-*

cutionem obligationis Cameralis.
6 *Iudicium exequutiuum non impeditur propter admissionem articulorum positionum, &c. stante clausula, sine præiudicio processus executiui, & paratæ executionis.*

DECISIO LII.

CONCLVSVM fuit pro relaxatione mandati contra D.Robertum Primum de cuius obligatione constat in actis per apocham, seu cedulam
1 banchariam, † quæ ex stylo Curiæ ad instar obligationis Cameralis habet executionem paratam, *Bald. cons.348. num.3. lib.1. Zabarell. cons. 153. num. 1. Rot.Ianuen.decis.2.num.9. Seraph. decis.1139. nu.5.* & multoties fuit in Rota decisum.

Nec obstare visæ sunt exceptiones allegatæ per D.Robertum ad effectum retardandi executionem d. cedulæ. Tum quia ipse promisit se soluturum pa-
2 gas affictus liberè non † obstantibus quibuslibet exceptionibus, & ità non est audiendus, *l. si quis domum, ff. locat. Boer. decis.273.*

Tum etiam quia à quatuor ab hinc mensibus quibus hæc obligatio deducta fuit in iudicium tàm coram R.P.D. meo Andrea subrogato, quàm coram
3 me, d. Robertus Primus nihil † in actis deduxit, aut saltem probauit, vnde non est æquum, vt maior sei hodie detur dilatio ad impediendam executionem paratam cedulæ.

Nec etiam pro parte Sauini potest impediri dicta executio siue ex rationibus, & exceptionibus aliàs deductis siue ex his, quæ hodie de nouo proponuntur in memoriali per ipsum porrecto.

Non enim obstat quod dicitur eodem modo obligatum esse Excell. D. Marium ad præstandam liberam extractionem grani, vti erat Sauinus ad soluendas pagas d. affictus, vt aliàs fusius fuit longa serie deductum. Placuit enim responsio data in decisionibus in hac causa factis, non ideo locum esse rescissio-
4 ni contractus; quia † non dependet à voluntae ipsius D.Marij; sed ex facto Principis extractio grani. Vnde teneri D.Marium ad remissionem mercedis, seu ad omnia damna, & interesse fuit iam decisum quæ cum
5 non fuerint † liquidata non impediunt executionem Cameralis obligationis contra Sauinum.

Et re vera talis fuit intentio Rotæ dum mandauit, quod cedula libera daretur pro scutis decem mil. & pro alijs quinque mil. daretur alia de soluendo ad omne mandatum Rotæ non ad alium finem, nisi vt vtrique parti consuleretur, & præcipuè Sauino, qui deberet liquidare dicta damna, & interesse, & tunc facta liquidatione concederetur ei retentio super dictis scut. quinque mil.

Neque etiam obstant articuli nuper dati in actis ex quibus d. Sauinus intendit probare facto D.Marij ipsum fuisse impeditum, quo minus re locata vti possit, quinimo omnes redditus, & fructus d. Affictus fuisse per ipsum met D. Marium perceptos ad quos articulos probandū iam induxit Testes qui iurarunt.
6 Responsum enim fuit factam † admissionem positionum articulorum, & iuramentum datum fuisse sine præiudicio processus executiui, & paratæ executionis vnde sufficit quod hodie nihil in actis adhuc fuerit probatum, quinimo datur magnus fumus dictos fructus, & redditus fuisse perceptos per Pazzagliam socium Sauini in d. affictu.

Et ita decisum.

EMINENTISS. D. CARD. VEROSPIO SEN.

Nepesina Tutelæ.

Veneris 16. Nouembris 1618.

ARGVMENTVM.

Notariatus an probetur per communem famam. Instrumenta plura, si dicatur Notarius rogasse, quot sufficit ostendere. Notarius, si quis sit ex præsenti, an ex hoc præsumatur fuisse in præteritum Notariatus, quando probetur leuioribus probationibus.

SVMMARIVM.

1 *Fama communis facit substinere actum licet veritas aliter sit.*
2 *Notarius si dicatur rogasse plura instrumenta, sufficit, vt numerum quatuor excedant.*
3 *Et in hoc multum Iudicis arbitrio defertur.*
4 *Notarius ex præsenti, non præsumitur in præteritum.*
5 *ad Notariatum probandum probationes iungendæ sunt.*
6 *Quod multò magis procedit, si concurrant testes deponentes, de communi reputatione notariatus.*
7 *Notariatus probatur leuioribus probationibus, quando non agitur inter cum ipso Notario, sed inter tertios.*
8 *Testes duo sufficiunt regulariter in qualibet materia.*
9 *Tutelæ acceptatio ex quibus præsumatur.*
10 *Tutor illegitimus non debet esse melioris conditionis legitimo:*
11 *Enunciatiua non probat, vbi principaliter contigit dubitari de enunciato.*
12 *in Facto proprio, quis non præsumitur errasse.*
13 *Probationis materia tota in arbitrio Iudicis residet.*

DECISIO LIII.

EX rationibus deductis in decisione coram me sub die 19. Ianuarij præteriti * facta Dominis visum fuit ab ea non recedere, nec obstat, quod hodie replicatur Angeli notariatum non probari, tanquam testes de illo non bene deponant, cum notariatus famam coarctent ad Castrum Ciuitellæ, nam hoc in facto non subsistit, vt enim dixi in vltima decisione, non illi se restringunt ad Ciuitellæ Castrum tanquam ibi solum Angelus notarius haberetur, sed ad reddendam sui dicti rationem, quod nimirum dicti Castri Prætorem eundem agnouerant, deponendo illum vti talem ab omnibus fuisse habitum, quod suf-
1 ficit † pro huius deputationis validitate *I. Barbacius de offic. præt. cum alijs ibi alleg.*

Nec obstat eiusdem Angeli notariatum non probari per instrumentum, de quo fuit habita mentio in
2 decisione, quia plura dantur hodie per illum † instrumenta rogata, quæ sufficiunt cum numerum quatuor excedant *Innoc. in cap.1. sub num. 2. de fid. instr. vbi Butr. sub num.3. Felin. nu.18. Boer. decis.36. nu.11.*
3 Licèt in hoc multum † Iudicis arbitrio deferatur *Io. Andr. in cap.1. col 2. in med. vbi Abb col.3. vers. de fid. instr. Pacian. de probat. lib.2. cap.21. nu.2.*

Nec valet dicere nonnulla ex dictis instrumentis esse rogata post deputationem, de qua agitur, & sic notariatum ex illis de requisito tempore non probari

4 ri cum † ex præsenti notarius in præteritum non præ-
sumatur *Alex.cons.195.nu.3.& 4.lib.7.*
Nam vltra, quod etiam ante prædictam deputa-
tionem adsunt instrumenta rogata, dato tamen, quod
ipse illa non sufficerent essent nihilominus cum se-
5 quentibus instrumentis † iungenda ad effectum pro-
bandi notariatum in præteritum Boer.*decis.36. num.*
11. *Gabr. concl.1. num.1. de probat. cum alijs per il-
lum alleg.*

Quando concurrunt præsertim coniecturæ, necnõ
6 testes † de notariatus communi reputatione depo-
nentes, vt in casu nostro *Alex. cons.16. num.2. lib.5.*
Et fuit dictum in *Farfen. Territorij 31. Maij* 1604.
coram Illustriss. Card. Millino.

Quæ tanto magis hic procedunt, cum quæstio no-
7 tariatus agatur, † non cum ipso notario, sed inter
tertios, quo casu leuiores probationes æquiruntur,
immo sola notariatus possessio sufficeret *Roman. in
l.1. num.15. C. de testam. Abb. in cap.1. col. 3. de fid.
instr. Boer. dicta decis.36. num.11. vers. & cum sit in
quasi possessione notariatus.*

Non obstat ipsius Angeli manum à testibus benè
recognitam non fuisse, contrarium enim fuit Domi-
8 nis visum, cum licet aliqui testes vacillauerint † tres
tamen fuerunt in dicto concordes, quod sufficit *l. vbi
numerus. ff. de testib. cum vulg.*

Et in omnem euentum dato, sine veri præiudicio,
dictum notariatum plenè non probari, nec recogni-
tionem Angeli manus formiter factam fuisse. Quia
tamen constat Antonium Plodium huiusmodi tute-
lam administrasse, vt fuit dictum in alijs decisionibus
9 tutelæ † datio, & acceptatio, præsumeretur, *l. si filius
famil. tutor. §. acquisitio, ff. de tutel. vbi Bald. num.1.
vers. in textu cognosce. Boer. decis.124. nu.13.*

Accedente præsertim ipsiusmet Antonij confessio-
ne in instrumento societatis officij facta in quo se il-
le tutorem, & Curatorem asseruit, quo casu non po-
10 test ipse, vel eius hæres excusari, † ne legitimus tu-
tor sit deterioris conditionis illegitimo, *Aretin cons.
20. in princ Roland. cons.49. num.17. lib.1. Rota de-
cis.634. num.1. par.1. diuers. cum alijs alleg. in decis.
sub die 6. Iunij 1616. coram me in hac causa facta.*

Nec valet replicatio dictum Societatis Instrumē-
tum non continere vllam confessionem, sed meram
11 enunciatiuam, quæ non probat † vbi de enunciato
dubitari contingit ex alleg. hæc enim dici non potest
enunciatiua, sed propria eiusdem Antonij assertio
12 quem non est † verisimile in facto proprio errasse,
vnde cum ex his omnibus deputationis tutelæ veri-
tas comprobetur, tantò magis pro vera debet ad-
mitti probatio notariatus Angeli, qui de huiusmo-
13 di tutela se rogauit † cum probationis materia in Iu-
dicis arbitrio tota resideat *Dec. cons.463. num.23.
Paul. de Castr. cons. 380. num.1. lib.1. Honded. cons.
15. num.6. lib.1.*

Et ita, &c.

☞ * *Habetur decisio hæc infra in Appendice. Aliasq. pariter in eadem causa decisiones posui infra suo loco, idest sub diebus 27. Nouemb. 1619. 11. Maij 1620. 13. Nouemb. 1620 coram eodem bo. me. Card. Verospio, & 22. April. 1622. 11. Decembris 1624. 27. Iunij 1625. coram bo. me. Vbald. & 20. Nouemb. coram clar. me. Merlin.*

R. P. D. REMBOLDO.

Paceñ. Præheminentiarum.

Veneris 16. Nouembris 1618.

ARGVMENTVM.

Rector Ecclesiæ an ipse solus habeat facultatem agendi nomine Ecclesiæ, & vtrum quilibet de populo possit comparere pro Ecclesia. Facultatis meræ, quæ sunt ab initio fauore Ecclesiæ tractu temporis efficiuntur necessitatis.

SVMMARIVM.

1 *Rector, cum Ecclesiæ administrationem habeat, ideo ille solus habet facultatem agendi nomine Ecclesiæ.*

2 *Cultus Diuinus consistit in multitudine ministrantium.*

3 *Ecclesiæ nomine quilibet comparere potest.*

4 *Ecclesiæ defensio spectat ad Dominum loci, & maximè si ipse habeat interesse in causa.*

5 *Deosculatio pacis debetur Domino loci, quando sacra solemni ritu peragitur.*

6 *pro Ecclesia agens, eius nomine debet concipi actio. vide num. 7.*

8 *Clerici non possunt cogi inseruiendi illi Ecclesiæ, in qua ipsi non sunt intitulati.*

9 *Facultatis meræ, quæ sunt ab initio, fauore Ecclesiæ efficitur necessitatis stante cursu longissimi temporis.*

10 *Quod multò magis procedit, si initium non sit merè voluntarium.*

11 *Testis vnicus sufficit ad manutentionem obtinendam.*

12 *Instantia incepta continuatur in hæredem, & potest obtinere manutentionem debitam defuncto si viueret.*

13 *Testes deponentes super affirmatiua præferuntur deponentibus super negatiua.*

14 *Testes illi sunt præferendi, qui deponunt secundum dispositionem Iuris.*

15 *Testes deponentes super negatiua non probant, si eam non coarctent.*

DECISIO LIV.

DOMINI steterunt in decisis die 22. Iunij
præteriti * ex rationibus tunc deductis, &
☞ & præsertim quod non solum constat de possessio-
ne Ecclesiæ D. Petri ex testibus, & ex propria etiã
Clericorum confessione, sed quia dicta quoque pos-
sessio fomentum habet à Cæremoniali Romano, &
& fuit per decretum Ordinarij, ac demum per Breue
Sanctiss. D.N. approbata:

Non obstat, quod manutentio Ecclesiæ dari non
potest, etiam quod probata sit illius possessio, ex
quo pro ea non instat, nec ipsa Ecclesia, nec ipsius
1 Rector, qui solus dictæ Ecclesiæ administrationem,
& facultatem pro illa agendi habet ad not. per *Abb.
in cap. edoceri num.13. in fin. vers. idem in Presby-
tero Rectore, & ibi Felin. sub num.2. de rescript.*
Quia cum agatur de fauore Ecclesiæ, & cultus Di-
2 uini, qui consistit in multitudine ministrantium,
*cap. ex parte de constit. cap. nocte sancta, & cap. &
hoc attendendum de consecrat. distinct.1. Card. Se-
raph. decis.426. num.4. & decis.1385. num.5* constet
de negligentia Rectoris, ex quo ipse nedum ius suæ
Eccle-

Ecclesiæ non prosequitur ad not. per *Innoc. in cap. cum olim num. 1. de testib.* sed ipsemet se opponit
3 cum Diacono, & Subdiacono, quilibet † pro Ecclesia comparere potest, *gloss. in dicto cap. cum olim verb. per exceptionem de testib. & in cap. si quis Presbyterorum in verb. personis de reb. Eccles. non alien.*
Et præsertim Dominus loci vbi sita est Ecclesia,
4 cum ad † eum spectet defensio Ecclesiæ, & ipse quoque habeat interesse in hac causa propter pacis deo-
5 sculationem, quæ ei debetur, dum sacra ritu † solemni peraguntur, ad trad. per *Andr. Gaill. obseruat. 128. lib. 1. Lap. alleg. 50. num. 13. in fin. & seq. Rota decis. 13. de iudic. in nou.*
6 Non obstat quod † actio saltem concipi debuisset nomine Ecclesiæ, *ex Innoc. in d. cap. cum olim num. 1. de testib.* quia vltra quod istæ disputationes, quæ suscipiuntur, sunt actus merè extraiudiciales, & suo loco videri poterit, cuius nomine actio concipienda sit, idem quoque *Innoc. in eodem loco in fine,*
7 ait, quod si Iudex non coegerit actorem † exprimere, cuius nomine agat, prudenter faciet si nec ipse exprimat.
Non obstat quod Rector solus Missas decantare non potest eo ritu quo prætenditur, & alij Clerici cogendi non sunt ad ei inseruiendum in munere Dia-
8 coni, & Subdiaconi, ex quo † in dicta Ecclesia intitolati non sunt, nec propterea ad eam accedere, & ibidem inseruire tenentur, *cap. conquerente, & ibi gloss. in verb. deseruiat, vers. & sic potest, & ibi omnes de cleric. non resid. cum alleg.*
Quia placuit Dominis responsio etiam in alia decisione data, quod dicti Clerici per longissimum
9 temporis spatium dictæ Ecclesiæ inseruierint, † coguntur etiam imposterum eidem inseruire, quia ex cursu longissimi temporis, ea quæ ab initio sunt meræ facultatis fiunt fauore cultus Diuini necessitatis, vt sæpè alias firmatum fuit, & signanter in *causa Segobien. Cantoriæ 11. February 1604. coram Illustriss. Card. Lancellotto.*
Quod tantò magis de plano in casu isto procedit, quod satis apparet seruitium huc vsque à dictis Cle-
10 ricis præstitum non fuisse in omni parte † voluntarium, sed originem traxisse ex promissione, quam ijdem Clerici facere solent dum ad sacros ordines promouentur inseruiendi dictæ Ecclesiæ, vt deponũt testes in Summ. D. Petri num. 7. & etiam quia participant de aliquibus emolumentis, & distributionibus, vt fuit in alia decisione ponderatum, nec propterea in contrarium allegata ponderantur.
Nec obstat, quod non est probata respectu deosculationis Pacis possessio Petri, probata etiam per ter-
11 tium testem, qui est Presbyter, & incola loci, † de quo agitur, & solus sufficeret ad effectum manutentionis, vt fuit sæpissimè dictum, cum dictus Antonius Pater viuens turbatus fuerit in sua possessione, ac litem super hac turbatione introduxerit, & man-
12 datum de manutenendo petierit, † potest post eius obitum D. Petrus dicti Antonij filius, & hæres idem iudicium prosequi, & obtinere manutentionem, quæ ratione ciuilis possessionis debita fuisset Antonio si vixisset, iuxta not. per *Abb. in cap. quia v. sub n. 11. & ibi Felin. & alij sub num. 4. & seq. de iudic. Menoch. de retin. rem. 3. num. 62.* & fuit dictum in vna *Bononien. de Carnalibus 11. Ianuarij 1602. coram bo. me. Card. Pamphilio.*
Non obstant testes deponentes dicto D. Petro nõ fuisse datum Pacis osculum, quia per responsiones in alia decisione datas, quod magis standum est te-
13 stibus D. Petri, quia scilicet † deponunt super affirmatiua, ad tradita per *gloss. in l. diem proferre, §. si plures in verb. consenserunt, ff. de recept. arbitr. Alex. cons. 169. in fin. lib. 5. cum aliis latè cumulatis per Gabr. de testib. conclus. 4. num. 1.* & iuxta dispositio-
14 nem † Iuris, *Felin. in cap. in nostra num. 3. de testib. Anchar. cons. 283. num. 4. circa med. Aretin. cons. 44.*
15 *in fin. Gabr. d. conclus. 4. num. 22.* videbatur † quod dicti testes non bene coarctent negatiuam, quinimò primus Testis Summ. num. 3. expressè fatetur se vi- disse aliquando dare Pacis osculum dicto D. Petro.
Quod dicitur testes D. Petri iurasse extra terminum, & fuisse etiam extra terminum examinatos tollitur ex facto, & alia etiam sublata remanent ex responsionibus in alia decisione datis, &c.

☞ * *Habetur infra in Appendice post decisiones an- ni 1626.*

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Vallisoletana Pensionis.

26. Nouembris 1618.

ARGVMENTVM.

Articulans, licèt de iure stricto non dicatur fateri, ni- hilominus articuli præbent magnum lumen ad con- iecturandam veritatem. Literæ reseruationis pensio- nis non sunt producendæ, quando agitur iudicio pos- sessorio. Contra pensionarium existentem in quasi possessione exigendi non admittuntur exceptiones ad retardandam solutionem pensionis.

SVMMARIVM.

1 *Articulans licet de iure stricto non fateatur, ex tamen articulis resultat magnum adminicul[um] pro eruenda veritate contra articulantem.*
2 *Literæ reseruationis pensionis licet non sint pro[du]cendæ in iudicio manutentionis.*
3 *Tamen si producantur, deseruiunt pro admini[culo] ad probandam solutionem pensionis.*
4 *Mariti confessio probat solutionem dotis in præ[iu]dictum creditorum, quando præcessit promissio [...] sius dotis.*
5 *Ius metitur ex parte actoris.*
6 *Pensionis exigendæ quasi possessio probata con[tra] antecessorem suffragatur etiam contra suc[ces]sorem.*
7 *Pensionarius si sit in quasi possessione pensionem exigendi, manutenendus est in ea licet à parte [ex]cipiatur, quod pensio sit reducenda ob exiguitat[em] fructuum.*
8 *Pensionarius est manutenendus in sua quasi pos[ses]sione exigendi pensionem, licet narrauerit, [...] beneficium certum valorem, & contrarium [...] parte.*

DECISIO LV.

PRO Francisco solo informante fuit tentum [...] est illi esse concedendum mandatum de ma[nu]tenendo in quasi possessione exigendi pensionem, de qua agitur, quia de illius quasi possessione in exigen- do, constat ex quatuor testibus, quorum summarium fuit datum, & hoc idem fuit articulatum per Petrum eius Aduersarium, licet enim de stricto Iure articu- lans

lans non fateatur, aut negari non poteſt ex articulis
1 reſultare magnum adminiculum contra ipſum † ar-
ticulātem quod articulata ſint vera ex traditis per
*Bald. in l. cum præcum num. 1. & Salic. num. 2. C. de
lib. cauſ. Pariſ. conſ. 21. num. 22. lib. 4. Honded. conſ.
52. num. 30. lib. 1.* & conferunt etiam adminiculum
2 ipſæ litteræ reſeruationis penſionis, † quæ licet non
ſint neceſſario producendæ ad effectum manutētio-
nis ex traditis in *Piſtorien. penſionis 3. Iulij 1606.
3 coram Gard. Ludouiſio*, tamen ſi † producantur fa-
ciunt adminiculum quod penſio fuerit ſoluta, vt fuit
ponderatum *in Cuſentina penſionis 4. Maij 1616.
& 12. Februarij* 1618. *coram R. P. D. Vbaldo* pro
4 quo facit ſimile de confeſſione mariti, † quæ pro-
bat ſolutionem dotis in preiudicium creditorum
quando præceſſit promiſſio ipſius dotis *l. in contra-
ctibus §. 1. in fin. vbi gloſ. in verb. exponuntur. C. de
non numer. pecun. Crau. conſ. 40. num. 2. Surd. conſ.
117. num. 23.* Rota *in Fauentina ſaluiani interdicti
14. Ianuarij* 1611. *coram Card. Ludouiſio.*

Non obſtat, quod Franciſcus non exegerit penſio-
nem à Petro de Solis moderno beneficiato, ſed à quo-
dam Andrea Fernandez tunc beneficium tenente,
5 quia Rota ſequitur † opinionem quod ius metiamur
6 ex parte actoris, & ſic quod quaſi poſſeſſio † contra
anteceſſorem ſuffragetur etiam contra ſucceſſorem
iuxta deciſ. Guidopap. 629 quam Rota ſequuta fuit,
vt per *Put. deciſ. 151. lib. 3. & deciſ. 99 num. 11.
par. 1. diuerſ. & in Cuſentina penſionis 12. Februa-
rij præſentis anni coram R. P. D. meo Vbaldo, & in
Oſcen. penſionis 25. Iunij proximè præteriti coram
R. P. D. meo* Pirouano.

Non obſtat quod Petrus excipiat dicta reductio-
7 ne † penſionis ob exiguitatem fructuum, quia iſta
exceptio remittenda eſt ad petitorium, & interim
concedenda manutentio, *vt in Campanien. penſio-
nis 20. Iunij 1611. coram R. P. D. meo Vbaldo.*

Sicut etiam non reſultat, quod penſio ſit conceſ-
8 ſa ſub aſſertione, quod beneficium † aſcendat ad du-
catos 180. quæ narratiua ſit probanda per aſſeren-
tem, quia hoc procedit in petitorio, & ex hoc non
retardatur manutentio illi qui eſt in poſſeſſione, *Put.
deciſ. 495. num. 2. lib. 2. Card. Mantic. deciſ. 196. n. 2.*

R. P. D. VBALDO.

Sancti Seuerini Dotis.

Mercurij 28. Nouemb. 1618.

ARGVMENTVM.

Vxor ſi ſit inſtituta hæres à marito, & grauata alteri
reſtituere hæreditatem, tunc eueniente caſu reſtitu-
tionis præſumitur ſibi retinuiſſe bona dotalia, &
quid ſi ipſa aſſerat contrarium, dicendo dicta bona
non reperijſſe, in hæreditate. Maritus inconſulta
vxore non poteſt alienare bona dotalia. Vxor reli-
cta hæres à marito non tenetur bona dotalia deſcri-
bere in inuentario, & quare.

SVMMARIVM.

1 *Hæres vſufructuarius dicitur hæres proprietarius,
ſi alius non ſit inſtitutus in proprietate.*
2 *Hæres tenetur ad omnia ad quæ obligatus erat de-
functus.*
3 *Hæres adeundo hæreditatem, confundit actiones,
quas habebat contra defunctum.
Et ſi ſit grauatus reſtituere hæreditatem, euenien-
te caſu cenſetur ſibi retinuiſſe creditum proprium.*
4 *Mulier petens ſibi reſtitui dotem, dicitur actrix.*
5 *Actor tenetur fundare intentionem ſuam.*
6 *ad Hæredem præſumuntur omnia hæreditaria per-
ueniſſe.*
7 *Vxor mortuo marito, cenſetur iure, ſeu titulo pro-
prio poſſidere dotem.*
8 *Nec ad hoc requiritur expreſſa declaratio.*
9 *Bonorum diſtractio, cum ſit quid facti, non præſu-
mitur, ideoq. probanda.*
10 *Maritus non poteſt, inconſulta vxore, alienare bo-
na dotalia.*
11 *Interpretatio omnis facienda eſt pro excluſione
delicti.*
12 *Gerundium inducit conditionem.*
13 *Conditione niſi adimpleta, quis agere nequit.*
14 *Propter quod vnumquodq. tale, & illud magis.*
15 *Vxor relicta hæres à marito, in inuentario bono-
rum eius non tenetur deſcribere res dotales, cum
ſint eius propria.*
16 *pro Inuentario non præſumitur, niſi ſit legitimè
confectum.*
17 *pro Executione ſtat præſumptio.*
18 *Mandati exceſſus non præſumitur.*
19 *circa Dotis reſtitutionis modum, quando non ſit di-
ſputandum.*

DECISIO LVI.

NON controuertebatur prima pars deciſionis
in hac cauſa facta die 23. Martij præteriti, *&
ſic creditum dotale Sulpitiæ fundatum in pluribus
inſtrumentis, vt in deciſione, ſed quod Sanctuccius
tanquam hæres Mauritij teneretur ad reſtitutionem
dictæ dotis, ad quā reſtituendam ſe obligauit Mau-
ritius, à quo Sanctuccius cauſam habet, hoc apud
nonnullos ex Dominis patiebatur difficultatem,
quia ex teſtamento Mauritij conſtat Sulpitiam fuiſ-
ſe relictam hæredem in omnibus bonis præſentibus,
& futuris donec viueret, & vitam vidualem ſeruaret,
& per biennium etiam poſt tranſitum ad ſecundas
nuptias, & licet fuerit nuncupata hæres vſufructua-
ria, tamen cum interim non fuerit ſibi datus cohæ-
1 res vniuerſalis, † effecta fuit hæres vniuerſalis etiam
in proprietate. Sed grauata reſtituere per fideicom-
miſſum Sanctuccio hæredi inſtituto poſt mortem, vel
ſecundas nuptias Sulpitiæ, *arg l. ſi quis ita hæres in-
ſtitutus fuerit excepto fundo. & l. 1. §. ſi ex fundo.
ff. de hæred. inſtit. Bald. in l. id quod pauperibus in 14.
quæſt. num. 27. C. de Epiſc. & Cleric.* & tenuit in his
terminis *Salic. in l. extraneum. in vlt. quæſt. C. de
hæred. inſtit.* quem latè defendit *Alex. conſ. 162. ſub
num. 2. verſ. & dato lib. 2. & idem Alex. conſ. 111. in
princ. eod. lib.* quod eſt in duplicatum *in conſ. 45. lib.
4. Ruin. conſ. 36. num. 3. & 4. vbi de communi lib. 2.*
& alij plures congeſtis per *Peregr. de fideicom. art. 5.
num. 21. Onded. conſ. 62. num. 2. lib. 2. Aldobr. conſ.
13. nu. 1. & ſeqq. lib. 1. Mantic. de coniect. lib. 4. tit. 5.
in 7. art. num. 4.* & ſic ſtante iſta opinione, Sulpitia
tanquam hæres Mauritij tenetur ad omnia, ad quæ
2 ſe obligauit Mauritius, † & conſequenter etiam ad
dotes reſtituendas, & ſic ratio deciſionis retorque-
tur contra ipſam; ſed quia ipſamet eſt creditrix dicta-
3 rum dotium ſunt confuſæ † actiones, ſed mulier po-
tuit eueniente caſu reſtitutionis fideicommiſſi cre-
ditum ſuū retinere, iuxta *not. per Doctores in l. cre-*

ditori, vbi Curt. iun. num.3. C.de pact. & fuit dictum in causa Aesina fideicõmissi 6. Nouembr.1617. & in Firmana legitimæ 16. Febr. præteriti coram me, prout pro retentione iudicauit A.C. sed tamen Sulpitia negat retinuisse in hæreditate Mauritij, vel quia fuerint sibi ablata in vim mandati executiui ab A.C. relaxati pro restitutione fideicommissi; & cum
4 in hoc articulo mulier sit † actrix, quia petit sibi restitui suam dotem; dubium non videtur quin ad eam
5 spectet onus probandi saltem alterum eorum, † quæ proximè dicta sunt *l. actor. l. cum te. C. de probat. cũ vulgar.* & tamen neutrum videbatur ab eo probari, & ideo Domini recedendum putarunt à resolutis. Nam primum quod bona dotalia saltem omnia non inuenerit in hæreditate Mauritij pro eius parte non probatur, quia cum ipsa fuerit hæres immediata
6 Mauritij ex supradictis, † præsumendum est omnia bona hæreditaria ad ipsam peruenisse, & sic etiam bona dotalia quatenus fuerint à Sulpitia Mauritio
7 consignata, vt in decisione firmatur, & censetur † cœpisse iure proprio possidere *iuxta tradita per Soccin. sen. cons. 131. num. 3. & 4. lib. 1. Seraphin. decis. 580. num. 2.* cum nec requiratur expressa declaratio,
8 quod mulier voluerit sibi † mutare causam possessionis secundum opinionem quam Rota sequitur *Acchill. decis. 4. in fin. de caus. poss. & propr. Dec. cons. 400. num. 5.*

Nec facit quod dicta bona dotalia fuerint à viro
9 viuente distracta, quia † ista distractio non probatur, & tanquam quid facti non præsumitur *ad l. in bello.*
10 *§. factæ. ff. de capit.* imò cum † non posset Mauritius bona dotalia alienare, ex consulta vxore, *l. lex Iulia. ff. de fund. dot. l. 1. C. eod. l. si prædium. C. de iur. dot.* immo si alienasset incidisset in periurium stante eius obligatione iurata in contrarium, facien-
11 da † est omnis interpretatio pro exclusione delicti *ad l. merito. ff. pro soc.* & in specie periurij *cap. quemadmodum de iur. iur. Bero. cons. 149. num. 12. lib. 1. Surd. dec. 58. num. 4. Menoch. cons. 84. num. 10.*

Nec suffragatur declaratio Mauritij in testamento considerata in decisione vers. & optimè facit &c. & quatenus illa loquitur de mobilibus, & pecunijs à Sulpitia in dotem datis informantes pro Sanctuccio dicebant non recusari à Sanctuccio earum restitutionem, vel refrancationem iuxta legatum factum Sulpitiæ in eodem testamento, sed quoad census pariter in dotem datos nõ videbantur obstare illa verba, *quali censi per mio difetto potriano andare à male, voglio e dechiaro, che non potendosi recuperare, vada à danno mio proprio &c.* quia illa verba (*non*
12 *potendosi recuperare*) resoluuntur † in conditionem, si non poterunt recuperari, *Dec. cons. 433. num. 6. Surd. de alim. tit. 5. q. 3 n. 41.* & sic importaut, quod in subsidium volebat teneri de proprio, vnde Sulpitia non videtur posse agere, vel ad bona hæreditaria
13 mariti, vel ad pretium censuũ, † nisi probauerit dd. census ab alijs recuperari non posse. Vltra quod prædicta verba non arguunt pernecesse dd. censuũ distractionem, immo considerabant Domini, quod si vbi poterat esse dubietas, an adesset vel non adesset defectus testatoris circa peremptionem iurium dotalium, se ostendit adeo scrupulosum in consulendo indemnitati mulieris, vt in verbis supra relatis, multo magis eidem consuluisset circa bona in vita
14 distracta, † in quibus certus erat, quod damnificasset vxorem, *authent. multo magis. C. de sacros. Eccles.*

Non obstat præsumptio, seu verisimilitudo deducta ex inuentario, in quo reperiuntur descripta nonnulla bona dotalia, ex quo arguitur quod alia etiam fuissent à muliere descripta, si fuissent ab ea reperta in hæreditate, vt latius in decisione, quia hæc præ-
15 sumptio videbatur leuis, tum quia † nec illa tenebatur describere, cum non essent hæreditaria, sed propria mulieris, vt etiam decisio admittit, tum quia inuentarium patitur multos defectus, de quibus latè per informantes, & aliàs asserenti non fuisse reperta alia bona, non creditur, nisi exhibeatur inuen-
16 tarium † legitimè confectum, pro quo præsumitur vel alia vrgeat vehemens præsumptio pro asserente, *Ias. in l. si constante. num. 130. ff. sol. matr. & in l. fin. §. licentia. num. 1. vers. ego omissa. C. de iur. delib. Gabr. de prob. cons. 7. nu. 12. & alter Gabr. cons. 118. num. 7. lib. 1. Peregr. de fideicom. art. 39. num. 14* latè *Barz. decis. Bonon. 105. num. 20. & seqq. Couar. lib. 2. var. resol. cap 6. num. 4. Rota decis. 210. par. 2 diuers. Seraph. decis. 209. num. 7. fuit dictum in Bonon. de Poetis 4. Maij 1615. coram me.*

Secũdum verò ex supra propositis videlicet, quod fuerint bona dotalia ablata in exequutione mandati per Sanctuccium obtenti pro restitutione fideicommissi, nec etiam probatur per Sulpitiam, & interim
17 † pro executione præsumitur, *l. 2. C. de offic. cui iud. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 10.* cum alijs per *Surd. decis. 106. num. 9. & cons. 39. num. 7. Seraphin. decis. 338. num. 1. & fuit dictum in Augustana Hospitalis 21. Febr. 1611. coram me, & aliàs sæpissimè,* & tanto magis cum bona dotalia expresse fuerint in dicto mandato excepta, & permissa retineri per Sulpitiam, vnde si ista etiam bona fuissent ablata
18 per executorem fuisset apertus † excessus, qui non præsumitur *Rot. decis. 45. num. 1. de appell. in nou. Seraph. decis 1185. num. 2.* quibus ita stantibus, non est necessarium inspicere circa modum restitutionis dotis super quo latè insistebatur pro Sulpitia prætendente sibi restitui dotem quoad corpora distracta,
19 † vel aliàs non reperta in hæreditate mariti in pecunia, seu in pretio, non autem in bonis hæreditarijs, quia si non constat de vlla distractione, nec quod non fuerint reperta, ex prædictis cessat omnino dicta inspectio, vltra quod informantes pro Sanctuccio offerebant restitutionem in pecunia si de prædictis vnquam constaret.

Ex quibus Domini recesserunt à decisis &c.

☞ *Decisio ista in eadem causa sub die 23. Martij 1618. est supra in hoc Tomo decisio 14. & infra pariter in eadem causa habes plures decisiones sub diebus 16. Decemb. 1619. 4. Maij 1620. & 1. Iulij eiusdem anni 1620. coram eodem Vbaldo, & 1. Februarij 1620. coram bo. me. Pironano.*

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Gerundeñ Pratariæ.

Merc. 28. Nouembris 1618.

ARGVMENTVM.

Vnio facta pro dote necessaria Ecclesiæ non cadit sub regulis reuocatorijs vnionum. Regulæ reuocatoriæ vnionum, in quibus vnionibus verificentur. Materia reuocatoria, & materia suspensiua valde inter se differunt, & quando Regulæ de iure quæsito non tollendo, non sit opus, vt derogetur &c. & alia.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Vniones factæ pro dote necessaria Ecclesiæ non cadunt sub regulis vocatorijs.*
2 *Regulæ reuocatoriæ vnionum loquũtur generaliter.*
3 *Regulæ reuocatoriæ vnionum non possunt verificari, nisi in casibus vnionum, & sic non in diuersa specie.*
4 *Materia reuocatoria, & materia suspensiua valde inter se differt.*
5 *Materia reuocatoria est perpetua, materia suspensiua, est temporalis.*
6 *in Resignatione beneficium stat super vna tantum vita.*
7 *in Coadiutoria cum futura successione beneficium stat super duabus personis.*
8 *Resignatio, & coadiutoria non differunt specie, cum in vtroque agatur de dilatione.*
9 *Coadiuti regulariter sunt senes, vel infirmi.*
10 *Verbum quicumque est vniuersalis, & comprehendit ea, quæ alias non venirent.*
11 *Subreptio vt euitetur, sufficit Papæ cogitatio in genere.*
12 *Regulæ de iure quæsito non tollendo non est necessaria derogatio, quando constat Papam sciuisse præiudicium partis.*
13 *Regula de iure quæsito non tollendo est fundata in præsumptione.*
Præsumptio non habet locum, vbi rei euidentia est in contrarium. num.13.
14 *de Voluntate Papæ non est dubitandum, quando aliquid in specie expresit, & derogauit.*
15 *Argumentum ab vsu patris familiæ iubet.*
16 *Vniones Papa videtur concedere sub tacita conditione, quatenus ipse non concesserit aliquam suspensionem.*
17 *Put. decis. 189. lib. 3. in quo casu loquatur, & n. 18.*
19 *Vnio quando est perpetua certum est, aliquando esse habituram suum effectum.*
20 *Beneficium nunquam moritur.*

DECISIO LVII.

FVIT dictum vnionem non suffragari ad impedien. effectum Coadiutoriæ Ioannis, nam etsi Prateria, seu beneficium de quo agitur, fuerit alias vnitum Archipresbyteratui, & sublato de medio Petro Thoræ Pratariæ Titular, prædicta vnio debuisset fortiri suum effectum iuxta formam litterarum desuper expeditarum, attamen cum ante obitum Petri Thoræ superuenerit Coadiutoria concessa Ioanni cum speciali suspensione vnionis factæ Archipresbyteratui viuente Ioanne, non est locus vnioni.

Non obstat, quod suspensio vnionis fuerit nulla, ex quo non fuerit facta mentio, quod illa erat facta pro dote necessaria Ecclesiæ, vt videmus in simili,
1 quod huiusmodi vniones factæ pro dote necessaria † non cadunt sub regulis reseruatorijs vnionis, quia fuit responsum dupliciter, primo quod regulæ reuo-
2 catoriæ vnionum loquuntur † generaliter, & sic possunt verificari in vnionibus factis in alia causa, hic vero suspensio loquitur in indiuiduo de vnione facta Archipresbyteratui, vnde verba non possunt verificari in alia specie vnionum, † quam in ista indiuidua-
3 li, & sic non applicatur dicta conclusio, secundo fuit
4 dictum esse differentiam inter materiam † reuocatoriam, & materiam suspensiuã, quia prima est perpetua, & agitur de magno præiudicio. Secunda verò
5 est † temporalis, & dilatiua, vnde præiudicium est minus, & sic non benè infertur de vno ad aliud, vt fuit in specie decisum, in *causa Gerunden. Prioratus 10. Maij 1610. coram R.P.D. meo Verospio*, quæ de-
6 cisio licet loquatur in resignatione † in qua beneficium stat super vna tantum vita secus in Coadiutoria, cum futura successione in qua beneficium stat
7 super duabus vitis nempè † Coadiutoris, & Coadiuti, attamen hæc duo non visa fuerunt differre specie,
8 cum in vtroque casu agatur de dilatione, † quæ est quid diuersum à totali reuocatione, & licet sint duæ vitæ, tamen cum vna vita sit intus aliam, & Coadiu-
9 ti, † regulariter sint vel senes, vel infirmi, semper est verum ducere, quod agitur de modica dilatione ad differentiam totalis reuocationis.

Ex quibus etiam cessat prætensa subreptio ex non facta mentione, quod vnio esset pro dote, cum ista qualitas in hac materia nullatenus sit considerabilis, vt patet ex prædictis; & in omnem euentum cum
10 Papa vsus fuerit verbis vniuersalibus † nempè quascumque vniones, quæ clausula facit venire illa, quæ
11 alias non venirent, videtur saltem † in genere cogitasse quod sufficit ad euitandam subreptionem, *Cassad. decis. 12 num. 6. de præben. Felin. in cap. nonnulli num. 18. de rescript. Corn. cons. 201. num. 14. lib. 2. & fuit in specie decisum in Eugubina beneficij 15. Maij 1599. coram bo. me. Card. Pamphilio.*

Minus facit, quod non fuerit derogatum regulæ de iure quæsito non tollendo, quia fuit responsum in
12 primis, quod † quando Papa facit actum de sui natura præiudicialem, itaut non possit sine preiudicio sortiri suum effectum, tunc non est necessaria dero-
13 gatio † regulæ, quia regula est fundata in præsumptione, quæ non habet locum, vbi rei euidentia est in contrarium, *Cassad. decis. 1. de priuileg. Seraphin. decis. 762. num. 4. & decis. 1445. num. 6.* Ideoque cum Papa non solum in genere suspenderet quascumque vniones, sed in indiuiduo hanc factam Archipresby-
14 teratui † non est locus dubitationi An Papa voluerit tollere ius quæsitum Archipresbyteratui ex prædicta vnione, & in proposito dicit *Put. decis. 357. numer. 5. cum seq. lib. 1. in antiq.* quod cum Papa simi-
15 les ex stylo passim suspendat, † arguendo ab vsu patris familias videtur illas concessisse sub tacita con-
16 ditione, † vt habeant locum si, & quatenus ipse nõ concesserit huiusmodi suspensiones, vel alias quando dictæ suspensiones sint finitę. Et quantum ad *de-*
17 *cis. Put. 289. lib. 3. † in antiq.* vbi consideratur præiudicium ex dilatione erat facta ad vitam, vnde per suspensionem in potentia reuocabatur prima concessio, quia poterat esse quod ille cui fuerat con-
18 cessa † vnio ad vitam decederet ante illum, ad cuius fauorem fuerat facta suspensio, quod non applicatur in vnione perpetua, qualis est ista de qua agitur, in
19 qua † certum est vnionem esse habituram suum effectum, cum certum sit Archipresbyteratum, qui
20 nunquam † moritur esse super extiturum Ioanni Coadiutori ad cuius fauorem facta est vnio &c.

EMINENTISS. D. CARD. VEROSPIO SEN.

Bononien. Molendini.

Lunæ 3. Decemb. 1618.

ARGVMENTVM.

Aqua postquam fundum alicuius est ingressa nihil prohibet, quo minus in suo fundo Dominus possit eadem vti ad sui libitum, & hoc non obstante, quod Dominus aquæ reclamet nisi tamen probauerit acquisiuisse seruitutem passiuam contra vtentem aqua. Canalis expurgatio an denotet dominium aquæ quo ad eum, qui eum expurgare facit.

SVMMARIVM.

1 *Aqua postquam fundum alicuius est ingressa, ea ille ad sui libitum vti potest, amplia nu. 2.*

3 *Aquæ dominus cogi potest, eam in proprio etiam fundo vicino inferiori vendere, quoties ad flumen illa est reditura.*

4 *Aquam alienam, quis inuito Domino in proprium fundum ducere nequit.*

5 *Sed hoc procedit, quando aqua in Domini fundo existit, secus vbi fuit illa fundum inferiorem ingressa.*

6 *Aquæ seruitutem, quod quis acquisiuerit, quid probandum veniat.*

7 *Probibitio ne quis aqua vtatur, non sufficit ad acquirendam seruitutem passiuam contra vtentem, sed vlterius requiritur illius acquiescentia.*

8 *Aquæ seruitus in dubio præsumitur vendita, & non illius dominium.*

9 *Dominium Canalis aquæ, non probatur ex illius expurgatione, facta ab eo, qui prætenditur dominus.*

10 *Expurgatio Canalis aquæ, cuique competit seruitute habenti ducendi aquam etiam inuito Domino fundi.*

DECISIO LVIII.

PROPOSITO denuo per me dubio. An Equiti Bonfiolo ducere liceat aquam ad Molendinum nuper ab ipso constructum, Domini responderunt ei licere, quatenus tamen id Paratæ, Molendino ob restagnationem aquarum nõ præiudicet, licèt enim dictus Parata iuxta decisionem coram me sub die 28. Maij præteriti * factam esset huius aquæ Dominus, vbi tamen eius prædium illa fuit egressa,
1 † nihil prohibet quominus in suo fundo Bonfiolus possit eadem ad sui libitum vti *l. 1. §. illud labeo ff. de aq. quot. & æst. Dec. cons. 244. num. 3. & 7. Surd. cons. 447. num. 2. Paris. 114. num. 5. & 6. lib. 1. Honded. cons. 79. num. 19. lib. 1. Thesaur. decis. 245. nu. 2. Ias. in l. quominus num. 88. de flumin.*
2 Etiam quod hæc aqua † Iure seruitutis in Bonfioli fundum ingrederetur *dicta l. 1. §. illud labeo Dec. cons. 244. num. 3. & 7. Surd. cons. 41. num. 2. Cepol. de seruit. rust. præd. cap. 4. num. 12. vers. & quod dixi, & num. 31. vers. tertius casus.*

Tanto magis cum dicta aqua post egressum de Paratæ fundo sit peritura, vnde succedit conclusio,
3 posse aquæ Dominum † cogi eam in proprio etiam fundo vicino inferiori vendere, quoties ad flumen illa est reditura *Ripa in l. quominus num. 87. ff. de flumin. Ias. in l. 2. num. 33. ff. solut. Matr. Thesaur dicta decis. 245. num. 7.*

Et sic non obstant in contrarium allegata, quod
4 Bonfiolus inuito † Parata aquam ducere non valeat *ex Bart. in l. quominus num. 22. in fin ff. de flumin.*

Quia conclusio procedit, aqua in Domini fundo
5 existente secus vbi † fuit illa fundum inferiorem ingressa *Rimin. Iun. cons. 24. numer. 10. lib. 1. Honded. cons. 79 num. 19. lib. 1. cum alijs supra alleg.*

Nec valet dicere, hic prædicta non applicari, cum Parata seruitutem passiuam in Bonfioli fundo prætendat acquisiuisse, non seruitus aquam per Bonfioli fundum recipiendi non controuertitur; Quod verò eadem aqua ipsius fundum ingressa Bonfiolus vti
6 non valeat, hæc seruitus per † Paratam non probatur, ad hunc enim effectum opus fuisset docere Bonfiolum vti voluisse tali aqua, & Paratam cum eiusdem Bonfioli acquiescentia prohibuisse *glos. in l. qui luminibus vbi Bart. Castr. & alij ff. de serbit. Vrb. præd. idem Castr. in l. 1 §. denique ait num. 2. ff. de aq. plu. arc. Bero cons. 144. nu. 87. ad med lib. 3.*

Hoc autem non docetur Immo potius contrariũ
7 appatet, † cum ex primo, secundo, tertio, & quarto testibus pro Bonfiolo examinatis constet, voluisse Paratam dicto Bonfiolo aquæ vsum impedire, nec potuisse, quinimò illum destitisse postea ab huiusmodi prohibitione.

Non obstat de anno 1525. fuisse talem aquam cum illius aquæ ductu per Franciscum Paratæ Auum emptam, & ita constare de Canalis dominio ad fauorem Paratæ, nam quamuis in venditione facta contrahentes de aquæ ductu meminerint, non tamen apparet, illius dominium alienatum fuisse,
8 † immo potius vendita seruitus præsumitur *l. si aquæ ductus, vbi Bald. Fulgos. & Odof. ff. de contrahen. empt.* & in omnem euentum de illo tempore canale vltra dictum Paratæ fundum non attendebatur. Vnde nec pari modo respondetur ad transactionem de anno 1542. initam, in qua Maltachetus Paratæ cedit Canalem, & Ripas, quia similiter dicitur non
9 probari, cessum fuisse dominum; Vltra † quod Canalis cessio debet intelligi respectu prædij Maltachetti, quod vsque ad flumen tunc temporis prætendebatur.

Non obstant Testes deponentes impensis Paratæ Canalem expurgari. Dantur enim alij testes pro Bonfiolo examinati, ex quibus probatur ipsum in proprio fundo suis Impensis Canalem expurgasse,
10 & in omnem euentum probata etiam tali expurgatione, non illa Canalis dominium concluderet, cum expurgandi facultas cuicumque competat seruitutem habenti ducendi aquam etiam inuito Domino fundi *l. refert. is §. sed & depræssorum, & §. si per tuũ fundum ff. cum præd. Cepol. de seruit. rust. præd. cap. 4. num. 21. &c.*

Et ita &c.

Decisio ista sub die 28. Maij 1618. est supra in hoc Tomo decisio 32. & in eadem causa infra habentur aliæ decisiones sub diebus 1. Februarij 1619. & 9. Decembris eiusdem anni nec non 14. Iunij 1621. & in Appendice adsunt duæ aliæ sub diebus 23. Ianuarij 1617. coram eodem bon. me. Card. Verospio, & 1. Martij 1627. coram clar. me. Merlino.

R. P. D. REMBOLDO.

Aprutina Beneficiorum.

Mercurii 5. Decembris 1618.

ARGVMENTVM.

Gratia facta motu proprio non eget iustificatione narrato-

ratorum amplia licet emanauerit ad instantiam partis, & ad sit clausula sicut accepimus. Motus proprius transfert onus probandi in aduersarium. Papa est omnium Ordinariorum maior.

SVMMARIVM.

1 *Gratia si sit concessa motu proprio non eget iustificatione.*

2 *Motus proprius non eget iustificatione licet etiam emanauerit ad instantiam partis.*

3 *Motus proprius non est iustificandus, quamquam in eo sit apposita clausula sicuti accepimus.*

Et ita seruat quotidiana praxis Curiæ Romanæ.

4 *Motus proprij ius tanta est, vt transferat onus probandi in aduersarium.*

5 *Gratiæ factæ motu proprio ob eorum reuerentiam exequutioni demandari debent amplia num.6.*

7 *Papa potest concurrere cum omnibus Ordinarijs collatoribus.*

8 *Papa est Dominus absolutus omnium beneficiorum, & collator etiam Ordinarius.*

Papa est omnium Ordinariorum Maior. nu.8.

9 *Iuspatronatus vt releuet debet de eo constare ex actis.*

10 *Beneficia cum præsumantur libera, ideo alleganti iuspatronatus incumbit onus probandi.*

11 *Iuspatronatus exactius venit probandum, quando contra illud allegantem vrget præsumptio vsurpationis.*

12 *Iuspatronatus, quando sumus in personis suspectis de vsurpatione non sufficit probatio immemorabilis.*

Sed necesse est etiam ostendere per scripturas authenticas præsentationes cōtinuatas spatio 50. annorum & effectum sortitas.

DECISIO LIX.

RESPONSVM fuit, gratias Illustrissimorum DD. Cardinalium Crescentij, Camporæ, &
1 S. Susannæ esse canonizandas, nam cum † sint concessæ motu proprio Sanctissimi Dom. Nostri non egent alia iustificatione quia scilicet præsumuntur omnia vera, quæ S. D. N. in suis litteris expressit, *iuxta not. per Abb. in cap. dudum num. 3. de priuil. Card. in clem. 1. nu. 10. de probat. Dec. cons. 341. nu. 1. Acchill. decis. 10. de probat. & fuit dictum in Asten. pensionis 11. Martij 1615. coram Reuerendiss. D. meo*
2 *Decano*, vbi quod hoc procedit, siue motus † proprius emanauerit ad instantiam partis, siue ex mera Principis liberalitate, iuxta opinionem quam Rota, & quotidiana Romanæ Curiæ practica seruat,
3 & etiam quod in litteris † motus proprij apposita legatur clausula sicut accepimus, quia licet non probetur factum sub tali clausula expressum tanta
4 † tamen est virtus motus proprij, vt transferat onus probandi contrarium in Aduersarium *Put. decis. 100. lib. 3. iuxta nouam impress. Acchill. dicta decis. 10. num. 1. & seq. de probat Card. Seraph. dec. 1484. num. 10. cum alijs latè cumul. in alleg. Asten. pensionis coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Et consequens debent dictæ gratiæ, ob earum
5 reuerentiam exequutioni demandari *cap. si quando de rescript. cap. si Capitulo & ibi gloss. in verb. exequatur, & cap. seq. de conceß. præbend. in 6. Mobed. decis. 13. vt lit pendent.*

Eoquè magis quia nullus exaduerso comparet prouisus ab Ordinario, & qui sit anterior in data, &
6 etiam † quod mensis in quo vacarunt beneficia de quibus in dictis litteris esset Ordinarij, nihilominus prouisio substineretur in vim præuentionis, quia
7 nullum dubium est † quin Papa possit concurrere cum omnibus Ordinarijs Collatoribus cum sit Dominus absolutus omnium Beneficiorum & Collator
8 † etiam Ordinarius, & omnium Ordinariorū maior *cap. dudum, cap. quamuis il secondo & cap. si à Sede de præben. lib. 6. cap. si Papa de priuil. eodem lib. Clem. prima vt lit. pend. cum alijs per Roman. cons. 335. num. 7. & seqq.*

Nec dicta exequutio retardari debet sub prætextu quod dicta beneficia sint de Iurepatronatus Principis Casertæ Domini locorum, in quibus dicta bene-
9 ficia sita sunt, quia de dicto prætenso Iurepatrona-
10 tus in actis non constat & † cum beneficia præsumantur libera *Innoc. in cap. cum venerabilis in fin. de except. Archidiac. in cap. decernimus 16. quæst. 7. Dec. cons. 117 sub nu. 1. vers. & ideo Put. decis. 192. num. 3. lib. 1.* id debet ab allegare probari, eoque
11 exactius, quod versamur † in personis, in quibus cadit præsumptio vsurpationis, itaut nec probatio immemorabilis sufficeret, sed necesse esset ostende-
12 re quoque per scripturas authenticas † præsentationes cōtinuatas per spatium quinquaginta annorū, & effectum sortitas *iuxta Decretum Sacri Tridentini Concilij Seß. 25. cap. 9. de reform. & fuit sæpissimè dictum.*

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Romana Restitutionis Dotis.

Mercur. 5. Decembris 1618.

ARGVMENTVM.

Dotem fuisse solutam ex quibus dicatur constare solutionis confessio ex quo præsumatur realis. Dotis confessio facta à marito ad effectum illam donandi vxori, soluto matrimonio, illa est eidem consignanda. Minor fauore matrimonij potest se obligare.

SVMMARIVM.

1 *Dotis solutio dicitur constare ex confessione de recepto, stante præcedente constitutione d. dotis.*

2 *Et hoc multo magis procedit, quando aliquæ solutiones verificantur.*

3 *Solutionis confessio dicitur realis, si in instrumento narretur pecunias fuisse solutas manualiter, & in contanti.*

Ex quo excluditur actus simplicis confessionis de recepto, cum probetur vera numeratio.

4 *Notarij attestatio, quod solutio sit facta manualiter, & in contanti admittit probationem in contrarium.*

5 *Instrumentum confectum inter aliquos non præiudicat tertio.*

6 *Dotis confessio facta à marito ad effectum donandi vxori occasione matrimonij, soluto matrimonio debetur vxori.*

7 *Vxor soluto matrimonio per mortem vel per separationem lucratur sponsalitiam largitatem.*

8 *Matrimonij solutio per mortem, vel per separationem, æquiparatur.*

9 *Minor fauore dotis potest contrahere sine solemnitatibus.*

10 *Et idem est de sponsalitia largitione propter cohærentiam.*

DECISIO LX.

INFORMANTE solum Martæ, fuit tentum cõstare de solutione dotis vsque ad summam quingentorum, quippe quia fuerunt data instrumenta, in quibus Marcus Antonius Vir Martæ non solum confitetur se recepisse prædictam summam ex causa
1 dotis, quæ confessio sufficeret † stante præcedenti promissione eiusdem dotis, quo casu confessio de recepto probat etiam inter maritum, & Vxorem. *Grau.cons.40. num.2. Surd. cons.397.num.4. Menoch.cons.154.num.17.& 27. Rota in causa Fanen. Saluiani interdicti 14 Ianuarij 1611. coram Card.*
2 *Ludouisio*, maximè quando vt in proposito † casu, aliquæ solutiones verificantur *Couar.var.resol.lib.1. cap.7.Menoch.de præsumpt.præsumpt.12.n.50.lib.3. Sanch.de matrim lib.6.disput 9.num.10.Surd. dicto cons.397.num 7.*

Sed vlterius in prædictis instrumentis narratur pecunias fuisse solutas manualiter, & incontanti,
3 ex quibus † excluditur, quod actus sit simplex confessio de recepto, sed potius probatur vera numeratio *Bald. in l. si ex cautione num.4. C. de non numerata pecunia Bart.in l si ita §.Chrisoganus nu.3. Alex.num.14.vers.quia quando notarius ff.de verb. oblig.& fuit resolutum in Florentina bonorum 17. Aprilis 1592.coram Illustris.Millino, & in Bononien.Census 15.Februarij 1599.coram bon.memor. Penia.*

Et licet ista attestatio Notarij admittat probatio-
4 nem † in contrarium, vt in causa *Senogallien.Census 26.Aprilis 1599.coram bon.me. Card.Pamphilio*, & ex instrumẽto celebrato vltima Ianuarij 1611. quod fuit datum per Martam, appareat primum instrumentum, in quo Marcus Antonius fatetur se manualiter & incontanti recepisse scuta 230. continere simulationem, quia Marcus Antonius verè non recepit scuta 230. sed tantum 30. & reliqua 200. confessus fuit habuisse, vt faceret donationem dictæ sũmæ Martæ occasione nuptiarum inter ipsos contrahentes tamen existimarunt Domini hoc secundum instrumentum nõ præiudicare Martæ ex duplici ca-
5 pite. Primò quia † non fuit confectum cum ipsa Martæ, sed inter Marcum Antonium, & Simeonẽ Patrem Martæ qui non potuerunt præiudicare ipsi Martæ *tot.tit. inter alios acta alijs non præiudicare & tangit in specie Vinc.de Franch.decis.205.nũ.2.*

Secundo principaliter etiamsi ex hoc instrumento probaretur quod dicta scuta 200. verè non fuerint
6 soluta in causam dotis, sed confessata † ad effectum donandi Martæ occasione matrimonij, adhuc videbatur Dominis, quod esset soluenda ipsi Martæ, quia materia separationis thori, & diuortij, siue dissolutionis matrimonij per mortem æquiparantur. *Gamb.decis.234.num.2.& 3.Seraph.decis.1315.n.2.*
7 Ideoque sicut Vxor per † dissolutionem matrimonij lucratur sponsalitiam largitatem, *vt latè fuit dictum in causa Fanen.Saluiani 8.Martij 1613 & 16.Martij 1614.coram R.P.D. Pamphilio, & probat text. in §.mitiores auth.de nupt.Rolan.cons.50. numer.4. Vinc.de Franch.decis.244.lib.2. cum alijs per Thes.*
8 *decis.130.* ita debet habere † spõsalitiam largitatem per separationem, cum hæc duo æquiparantur.

Non obstat, quod Marcus Antonius esset minor,
9 & † contraxerit sine solemnitatibus quia fauore dotis minor sine solemnitatibus contrahere potest *Iuxt.not.in l.vnic.vbi gloss.in verb.sed an prædia in fin.& Bart.& Castr.num.3.& Salyc.num.2.C.si aduers. dot. restit. postul. cum alleg.per Menoch.cons. 242.num.1.& 2. & conferunt tradita in Anconitana dotis 28. Ianuarij 1602. coram Illustriss. Card.*
10 *Millino*, & idem videtur esse dicendum † de sponsalitia largitate propter coherentiam contractus *Guidopap. decis.145. num.2. col.3. vers.idem censeri debet Vinc.de Franch decis.205.num.3.& Menoch. dicto cons.num.2.&c.*

EMINENTISS. CARD. VEROSPIO SEN.

Meliten. Molendini.

Lunæ 10. Decembris 1618.

ARGVMENTVM.

Molendinum in flumine non potest construi, si alteri habenti antiquius Molendinum in dicto flumine damnum inferatur circa primæum cursum aquæ, & si sit factum tale Molendinum omnia sunt in pristinũ reponenda, etiam si habita fuerit licentia à Principe de eo construendo, cum licentia sit intelligenda sine præiudicio Tertij.

SVMMARIVM.

1 *Molendinum, quis non potest construere in flumine, vbi alia molendina ad sunt, si aqua vt prius ad d.Molendina non laberetur.*
2 *Aquæ antiquus cursus non licet alterari in præiudicium tertij.*
3 *Molendinum, an dicatur præiudicium inferre alteri Molendino, si ab eo; valde distet, & num.4.*
5 *Molendinum, si quis construxerit, & præiudicium afferat antiquiori Molendino, circa cursum primæum aquæ, tunc omnia in pristinum reponenda.*
6 *Molendinum in parte inferiori fluminis potest construi, etiam si alteri antiquius Molendinum habenti damnum inferatur.*
7 *Sed hoc intellige in Molendino constructo in priuato flumine, non autem in publico.*
8 *Licentiæ Principis debent intelligi sine præiudicio Tertij.*
9 *Licentiam construendi Molendinum, si quis obtinuerit à Principe, debet intelligi sine præiudicio Tertij.*
10 *Locationes verum redditum non probant.*

DECISIO LXI.

POST decisionem ad fauorem Ecclesiæ Militésis pro reintegratione ipsius Molendini ad pristinum statum, coram me sub die 16. Decembris anni 1616.* contra Antoniũ Sanctium emanatã, proposito denuo eodem dubio, mandarunt Domini confici plantam cum relatione decliuij aquæ, Et quo peracto super ijsdem causam hodie proposui; iterum firmatum fuit istud Ecclesiæ Molendinum ad pristinum statum esse restituendum, necnon postea deprimendam esse vsque ad modum præiudicij clusam.

Ex deductis enim satis de præiudicio liquet Molendino Episcopatus illato, cum aliud Sanctius in par-

parte dicti fluminis inferiori construxerit, cuius occasione ob diuersa impedimenta, & parietem in eo-
1 dem flumine factum, † aqua non vt prius labitur ad Ecclesiæ Molendinum, & sic illud non ita vsui esse potest, quod in Ecclesiæ detrimentum Sanctius facere non valuit, *Bart. in l. quominus, num. 8. ff. de flumin.* vbi *Ripa num. 43. & 44. Angel. num. 1. Ias. num. 50. vers. Tertio quæritur, Bald. cons. 467. num. 6. lib. 4.*

2 Cum in tertij † præiudicium non liceat antiquum aquæ cursum alterare *l. vnica, vers. generaliter, ff. Ne quid in flum. public. l. prima §. Non autem omne, ff. de flumin. Menoch. cons. 909. num. 12. in fin.*

3 Non obstant Testes pro Sanctijs examinati, deponentes, inter † vtrumq; Molendinum spatium interiacere palmorum mille centum & quindecim, & parietem de nouo constructum à superiori Molendino per octingentos palmos abesse, per quam distantiam arguit Sanctius, nullũ fuisse illatum præiudicium Ecclesiæ Molendino.

4 Quia non obstante tali distantia, damnum probatur, vt benè † deponunt Testes pro Episcopo examinati, concludentes aquam eadem, qua prius velocitate, non fluere: sed ob dicti parietis constructionem attolli, & redundare.

Ex Testium pariter depositione constat, in eodem Ecclesiæ Molendino de tempore suæ conductionis Antonium innouasse, cum eius facto quatuor palmis cum dimidio minus aquam decliuem cursum habeat. Fuit pariter fusus Rota diminutus, & Canale, seù, vt dicitur, Sagitta, per quam aqua in rotam ducitur per sex palmos fuit recisa, necnon alia præstita fuerunt per Antonium impedimenta, vt apparet ex eiusdem Molendini planta, & relatione peritorum de Rotæ mandato facta. Ex quibus dictum Molendinum non ita velociter molit in Ecclesiæ præiudicium, & subiacet aquarum inunda-
5 tioni, à qua prius erat immune; Vnde † sequitur, omnia esse in pristinum statum reponenda *l. cum con. ductorẽ C. locati l. si merces. §. conductor ff. eod. Ruin. cons. 80. num. 1. & 2. lib. 1. Surd. decis. 131. nu. 4.*

6 Non obstat, in parte fluminis inferiori Molendinum construi posse, etiamsi alteri antiquius † Molendinum habenti damnum inferatur. Nam in con-
7 trarium allegata procedunt in Molendino in priuato flumine facto, non in publico, vt in casu nostro, *ex Bart. in l. quominus num. 8. & 9. ff. de flumin,* vbi *Ias. num. 50. & seq. Ripa num. 46. Aretin. in §. fin. Instit. de Interdict. Alex. cons. 203. lib. 6. num. 1.*

8 Nec releuat Sanctio datam fuisse à Principe Militensi facultatem, istud Molendinum construendi. Hoc enim sine † Tertij præiudicio debet intelligi. *l. 2. §. si quis à Principe ff. Ne quid in loco publico,*
9 *Surd. cons. 203. num. 28.* Et in † specie de licentia construendi Molendinum, *Bald. in l. si manifestè, num. 3. vers. Si autem vnus,* vbi *Salicet. post med. vers. Secundo casu C. de seruitut. Ias. in l quominus, num. 10. ff. de flumin.*

Non obstat Ecclesiæ Molendinum pro eadem hodie pensione locari, vnde videatur in eo damnum
10 excludi. Nam vltra quòd † locationes verum redditum non probant, *Rot. decis. 116. numer. 2. par. 2. diuers.* Testes pro Episcopo examinati deponunt, hodie pensionem esse diminutam. Et in omnem euentum eadem existente pensione constat de causa, quia nimirum alia Molendina in eodem flumine defecerunt vt probatur ex Testibus. Vnde plures ad hoc Molendinum hodie confluunt, quod propterea, si, vt antea, moleret sine dubio pensiones etiam augerentur, & ad effectum de quo agitur, satis est facto Sanctij, dictum Ecclesiæ Molendinum deterius euasisse, vt ex prædictis apparet.

☞ *Decisionem hanc sub die 16. Decembris 1616. posui in Appendice post decisiones anni 1626. In eadem causa habes alias duas decisiones coram bon. me. Buratto prima est sub die 7. Iunij 1619. est decisio 400. inter eius impressas, altera verò sub die 26. Februarij 1624. est pariter inter eius impressas decisio 767. quæ deinde fuerunt confirmatæ coram bonæ mem. Pirouano 18. Aprilis 1625. quæ decisio est infra suo loco.*

R. P. D. R E M B O L D O.

Florentina, seu Romana Pecuniaria.

Veneris 14. Decembris 1618.

A R G V M E N T V M.

Mandatum suspicionis fugæ, ad hoc, vt dicatur optimè relaxatum iuxta dispositionem Statuti Vrb. lib. 1 cap. 98. sufficit, vt de credito arbitrio Iudicis doceatur, & constet debitorem nulla bona stabilia in Vrbe, vel eius districtu possidere. Sententia quando est cassa per partes perdit vires. Gesta ad existimendum se è Carcere non nocent.

S V M M A R I V M.

1 *Mandatum suspicionis fugæ, sententiam Statutum Vrbis lib. 1. cap. 98. vt dicatur valide relaxatum, quid requiratur.*
2 *Mandatum suspicionis fugæ est nulliter relaxatum, si non probetur creditum pro quo fuit relaxatum.*
3 *Sententia sine actis non probat.*
4 *Sententia, quando est nouata inter partes, tunc omnis illius actio extinguitur, & num. 5.*
6 *Contractus conditiones, quando quis non adimplet, agendum non est, ad rescisionem, sed ad implendum.*
7 *Sententia, quando de consensu partium fuit cassa, ea amplius vires non habet.*
8 *Debitum quis dicitur agnosere si dederit fideiussores.*
9 *à Carceribus se eximendi gratiam si quis aliquid faciat, ei non obest.*
10 *Obligans se representare ad omne mandatum Domini, quando nullatenus dicatur ei contrauenire.*

D E C I S I O L X I I.

PRODVCTO pro parte Dominorum de Vannis coram Primo Collaterali Curiæ Capitolij quodam instrumento sententiæ, quo vt prætendebatur alias in Ciuitate Florentiæ declaratus fuerat D. Nicolaus Miniatus, dd. de Vannis debitor, in summa scuta 4754. & iurato eodem Miniato dum per Vrbem Neapolim transiret, de fuga suspecto, obtinuerunt mandatum contra ipsum relaxari, cuius vigore cum dictus Miniatus captus, atque ad præsentiam Iudicis ductus fuisset, dedit ad se liberandum duos fideius-

fideiussores, videlicet, D. Alexandrum Fabrinum, & Hieronymum Ballierium, qui promiserunt, quod dictus Miniatus iuri staret pro dicta summa, & in carceribus se præsentaret ad omne mandatum Domini. Verùm, reuocato postea eodem Miniato instante, dicto mandato, cum omnibus inde secutis, mediante eiusdem Iudicis Capitolij decreto, & causa in Rota introducta Domini censuerunt dictum decretum esse iustum, ea præcipuè ratione moti, quod
1 licet † iuxta dispositionem Statuti Vrbis cap. 98. lib. 1. sufficiat ad hoc, vt mandatum suspicionis fugæ substineatur, quod de credito arbitrio Iudicis doceatur, & constet debitorem nulla bona stabilia in Vrbe; seu eius districtu possidere, tamen in præsenti deficit primum saltem requisitum, eo scilicet, quod per sententiam Florentiæ, vt prætenditur latam non proba-
2 tur creditum scut. 4754. pro † quo dictum mandatum suspicionis fugæ fuit relaxatum; tum quia di-
3 cta † sententia est sine actis, quo casu non probat *Rota diuers. decis. 196. num. 5. par. 2. Card. Seraph. decis. 615. num. 5. & 6.* Tum etiam, quia per transactionem inter dd. de Vannis, & Miniatū post dictam sen-
4 tentiam initam, fuit dicta sententia † nouata, & per consequens omnis actio, quæ illius vigore dd. de Vannis competere poterat extincta *l. 1. & l. si rem in fin. ff. de nouat. Bart. in l. penult. in fin. ff. de prætor. stipul. & in l. si cum dotem, §. si mulier num. 6. ff. solut. matr. Surd. cons. 298 num. 44. & cons. 308. n. 31.* & vt ex tenore dictæ transactionis apparet pretensum
5 creditum ad scut. 3000. tantum † reductum cum pacto expresso, quod dd. de Vannis nihil vnquam vigore dictæ sententiæ prætendere possent, sed illa haberetur pro cassa.

Nec obstat quod dicitur Miniatum non adimpleuisse contenta in dicta transactione, quia præterquamquod de hoc non constat debuissent in om-
6 nem † euentum dicti de Vannis agere ad implementum, *Alex. in l. cum proponas la 2. num. 4. C. de pact. Ruin. cons. 128. nu. 9. lib. 5. Cardin. Seraph. dec. 501.* nec poterant dicta sententia semel nouata, & cassa
7 amplius vti, eum præsertim fuerit in eadem † transactione expresse prouisum, quod in euentum quod Miniatus deficeret in solutione dicti de Vannis possint propterea authoritate possessionem bonorum dicti Miniati capere.

Minus facit, quod Miniatus dando fideiussores
8 censetur † debitum agnouisse, quia cum id fecerit ad
9 effectum se eximendi à carceribus, † nihil potuit ipsi datio dictorum fideiussorum obesse, *l. qui in Carcerem, vbi Bart. & alij, ff. quod. met. caus. Menoch. de arbitr. Iudic. lib 2. cap. 136. num. 4.* & in terminis similes præstationis ab iniustè carcerato *Alex. cons. 241. in fin. lib. 6 Bero. cons. 9. num. 15. & seqq. vol. 3. cum alijs adduct. in vna Foroliuien. nullitatis obligationis 20. Maij 1613. coram Reuerendiss. D. meo Damasceno.*

Non obstat prætensa exceptio periurij, quia Miniatus nihil innouauit, & fideiussores non egerunt, vltra quod nec dici posset, quod iurauerint non agere, sed tantùm Miniatus iuri staret, & se repræsentaret ad omne mandatum Domini, cui promissioni dicti fideiussores non contrauenerunt, quia nec Minia-
10 tus † recusauit iuri stare, nec Domino mandante se præsentare, sed imò fuit ab eodem Iudice vnà cum fideiussoribus absolutus, &c.

R. P. D. VBALDO.

Ferrarien. Bonorum de Zaualeis.

Veneris 4. Decembris 1618.

ARGVMENTVM.

Emptor, licèt teneatur appellare à sententia contra se latam, ad effectum, vt possit agere de euictione aduersùs venditorem, tamen id non procedit, quando per pactum expressum inter emptorem, & venditorem fuit remissa necessitas appellandi, & quid stante dicta remissione si emptor appellauerit, sed appellationem non fuit prosecutus, itaque sententia transiuerit in iudicatum, vtrum possit agere de euictione, & an possit remitti ista prosecutio appellationis.

SVMMARIVM.

1 *Emptor an teneatur appellare à sententia contra se lata ad effectum, vt possit agere de euictione aduersùs venditorem.*
2 *Emptor non tenetur appellare à sententia contra se latam, quando ista necessitas fuerit ei remissa per venditorem.*
3 *Et quid si appellauerit, & appellationem non fuerit prosequutus, an possit agere de euictione contra venditorem.*
4 *Emptor appellans à sententia lata contra se, si appellationem non prosequatur, itaque sententia transeat in rem iudicatam, quo casu id non obstith quo minus agat de euictione.*
5 *Emptor ne teneatur prosequi appellationem à sententia lata contra se, id per pactum remitti potest.*
6 *Sub Litis vocabulo continetur quoque instantia appellationis.*
7 *Lis non dicitur finita, nisi per tres conformes, & rem iudicatam.*
8 *Appellationis prosequutio ex quibus verbis dicatur emptori, per venditorem remissa, ita vt non teneatur eam prosequi.*
9 *Clausula concepta verbis prægnantibus, & generalibus absurdum est, vt stet superfluè.*
10 *Text. in l. Herenuius. §. Caia, ff. de euict. quo casu loquatur. num. 11.*
12 *non Appellare, quando appellandum est, & causam appellationis non prosequi paria sunt.*
13 *Sententia non transit in iudicatum, si adhuc fatalia non sint lapsa.*
14 *Appellatio non datur in possessorio, & ideo frustratoriè appellatur, nec est opus prosequi appellationem.*
15 *Emptor non potest dici culpa sua causam, dum appellationem non fuit prosecutus, si eam prosequendo facilè perdidisset ex defectu iuris.*

DECISIO LXIII.

IN decisione in hac causa facta 2. Aprilis præteriti * in qua fuit dictum non constare de causis restitutionis in integrum DD. de Beuilacquis fuit reseruatum, vt particulariter videretur, An Domino Camillo obstaret appellatio, & eius non prosequutio, quo dubio hodierna die proposito DD. negatiuè responderunt, nã quoad appellationem quicquid esset dicendũ de iure communi circũscripto pacto, An
1 emptor teneatur appellare à sententiam contra † se lata ad effectum, vt possit agere de euictione contra venditorem, de quo recurrendum est ad distinctionem

nem Bart. post gloss. in l. Herennius, §. Caia, de euict. quam etiam ibi sequitur Bald. Angel. Alberic. & alij, Aretin. in §. actionum sub num. 47. vers. sic dic plenius &c. instit. de act. Natt. cons. 208. vbi alios concordantes cumulat, in casu nostro certum est, quod emptor non tenebatur appellare eum expressè fuerit si-
2 bi † remissa per pactum necessitas appellandi, prout remitti potuit, vt per Doct. in dicto §. Caia, vbi in specie Alberic. vers. fallit, & in cap. fin. de empt. & vendit. & in cap. non iniustè, vndè tota difficultas reducitur ad hoc, quia pro parte D. Camilli fuit appellatum licet ex pacto non teneretur appellare, & ita videatur vel fassus esse sententias iniustas, vel renunciasse dicto pacto, & consequenter se arctasse ad pro-
3 sequendā appellationem, quod † cum non fecerit non potuit agere de euictione contra auctores suos Natt. d. cons. 208. sub num. 2. vers. laudo Budrig. Abb. & alij in dicto §. Caia post gloss. ibid. in verb. appellauit. Scriben. in dicto cap. non iniustæ Aretin. in dicto §. actionum sub num. 47. Ruin. cons. 84. num. 3. lib. 5. Alex. cons. 117. num. 4 lib. 7. Imol. in l. ab excequutione, §. alia num. 8. vers. si tamen appellauerit, ff. de appell. cum alleg. tamen DD. hoc non obstan. censuerunt in casu nostro non obstare non prosequutionem
4 appellationis, nec intrare † dispositionem tex. & gloss. in dicto §. Caia, ex pluribus. Primò, quia hic per pactum fuit, & remissum onus prosequutionis appella-
5 tionis, † prout requiritur Imol. in dicto §. alio nu. 8. vers. nisi per pactum post specul. in 2. part. tit. de appellat. num. 8. vers. sed nunquid emptor, & tradit Imol. eod. loco, quod in instrumentis communiter necessitas appellañ, & appellationem prosequendi ipsi emptori remittatur, quod autē fuerit remissa etiam prosequutio appellationis ex particula instrumenti, id apparet, ibi, omne ius, & omnem necessitatē denūciandi litem prosequendi, & appellandi, quod, & quæ in casu euictionis, seu litis motæ, aut quomodolibet alio casu loco, & tempore de iure requiritur, quæ verba, litem prosequendi, referri possunt non solum ad primam instantiam, sed etiam ad instantiam ap-
6 pellationis cum † litis vocabulo contineatur etiam inst. an. appellationis, Abb. in cap. non iniuste num. 3. vers. aut fuit de procur. & dicitur eadem causa, ratio identitatis personarum, rei, & actionis gloss. in rubr. C. ne lit. tot. prouocat. Cassad. decis. 8. num. 4. de rescript. Menoch. de arbitr. cas. 202. num. 6. & dixit Rota in vna Pistorien. beneficij 13. Ianuarij præteriti coram R. P. D. meo Buratto, & hinc dicitur litem
7 non esse finitam nisi per † tres conformes, vel rem iudicatam cuius vigore præsumptæ fuerint reliquæ instantiæ, Rota decis. 10. vt lit. pend. in nou. Mohed. decis. 2. num. 2. & decis. 3. num. 3. eod. tit. Put. decis. 311. num. 2. lib. 2. Rot. decis. 768. num. 6. par. 2. diuers. Lancell. de attent. par. 1. cap. 3. num. 129. & seqq. & par. 2. de attent. lit. pend. in præfat. num. 249. & seq. & fuit dictum in Mantuana bonorum 10. Decembris 1612. coram me. Secundò, quia adsunt in instrumento illa verba supra relata, quod onus, & quæ necessitas in casu euictionis, seu litis motæ, aut quolibet alio ca-
8 su loco, & tempore de iure requiritur, & sic compræhendere etiam remissionem † prosequutionis appellationis, quæ de iure requiritur aliquo casu, iuxta distinctionem Bart. & gloss. in d. §. Caia, & supra dictum est in princ. ne alias dicatur dictam clausulam tot verbis prægnantibus, & generalibus conce-
9 ptam stare † superfluo contra l. si quando, ff. de leg. 1. cum tamen in contractibus nullum verbum debeat esse otiosum Bald. in rubr. C. de contrahen. empt. quæst. 99. num. 9. Surd. cons. 177. num. 9. Rota decis. 664. num 5. & 6. par. 1. & decis. 37. num. 23. par. 2. diuers. Tertiò, quia tex. in §. Caia in fine habet, & verba si emptor appellauit, & bonam causam vitio
10 suo, † & præscriptione perdidit, ad authorem reuerti non potest, vnde text. procedit quandocumque emptor permisit sententiam transire in iudicatum ob desertionem appellationis, & lapsum fatalium, &
11 sic perdidit causam † ex præscriptione temporis ad prosequen. appellationem à iure constituto cum paria sint non appellare quando appellandum erat, &
12 causam appellationis † non prosequi, ideoque emptor vitio suo videtur amittere causam, l. si ideo, ff. de euict. & declarat gloss. in d. §. Caia in verb præscript. & ibi Doct. & præ cæteris Cuiac. sed casu nostro euictio non est sequuta, quia sententia transiuit in iudi-
13 catum ob non prosequutionem † appellationis, quia adhuc non erant lapsa fatalia, sed vigore litterarum Cardinalis Aldobrandini absque vllo vitio D. Camilli, vltra quod text. præsupposuit quod emptor vitio suo amiserit causam propriam, quæ qualitas in casu isto non adest, tum quia sententia lata est in possesso-
14 rio, † in quo non dabatur appellatio, & sic frustratoria fuisset prosequutio appellationis, tum quia ex decisione in hac causa factis, præsertim in 2. Aprilis præteriti coram me non constat, quod DD. de Beui-
15 lacqua foueant bonum † ius, & ideò dici non potest emptorem vitio suo ex non prosequutione amisisse causam bonam cum eam si fuisset prosequutus facilè amisisset ex defectu iuris.

Et ita fuit decisum.

☞ * Decisio ista in hac causa sub die 2. Aprilis 1618. coram eodem bo. me. Vbaldo, est supra in Tomo decisio decimaoctaua.

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Romana Domus.

Veneris 14. Decembris 1618.

ARGVMENTVM.

Stante pacto de retrouendendo potest agi ad retrouenditionem. Tutoris confessio an, & quando præiudicet pupillo. Actuum geminatio, quid importet. Pactum de retrouendendo diminuit de vero valore, & quantum.

SVMMARIVM.

1 *Confessio Tutoris regulariter non præiudicat pupillo.*
2 *Confessio Tutoris, quando est adminiculata probat contra pupillum.*
3 *Scriptura priuata probat ad fauorem scribentis, quando est adminiculata.*
4 *Vir prouidus non præsumitur errasse, nec aliquid in sui præiudicium sponte confessus sit.*
5 *Actuum geminatio excludunt dubietatem erroris.*
5 *Prorogatio materiæ præiudicialis, habet contra se iuris præsumptionem.*
7 *Emens rem pro se, & persona nominanda, dum non sequitur nominatio contractus totus residit in emptore.*
8 *In contractibus attenditur persona cum qua fuit contra-*

contractum, licet commoditas contractus ad illum non spectet.
9 *Ignorantia non suffragatur ad acquirendum lucrum.*
10 *Casus, si sit mixtus damno, & lucro, præualere debet pars magis priuilegiata, quæ est illa de damno.*
11 *Complementarius non potest donare iura rationis bancharię. & num. 20.*
12 *Venditio facta cum pacto de retrouendendo fit minus iusto pretio.*
13 *Pactum de retrouendendo solet estimari in sexta parte, & aliquando in tertia.*
14 *Pactum de retrouendendo dicitur indiuisibile.*
15 *Quod potui nolui, &c.*
16 *Clausula & omni meliori modo, quando est apposita, cum dictione, &, ampliat, & facit valere illo modo, quod magis de iure valere potest.*
17 *Factum non præsumitur, nisi probetur.*
18 *Nominis identitas denotat identitatem rei.*
19 *Pluralitatem eiusdem nominis, qui allegat tenetur probare.*
21 *Socius dicitur Dominus in re communi.*
22 *Tutores, & administratores non sunt Domini rerum administratarum.*

DECISIO LXIV.

CVM præsupposito decisionis in hac causa factæ sub die 9 Iunij proximi * in qua fuit dictũ domum, de qua agitur, fuisse ab initio emptam pro ratione bancaria. Dubitaui, An esset standum in decisis sub die 7. Nouemb. 1616.* vbi fuerat dictum domum esse retrouendendam Dominis de Emis cessionarijs Lippomanorum. Et placuit Dominis permanere in decisis, quia ex deductis pro parte illorum de Emis visum fuit constare de continuatis prorogationibus, & consequenter adhuc vigere pactum de retrouendendo cuius vigore agunt Emi. Primo enim loco fuit facta prorogatio à Pirrho vsque ad mensem Maij 1611. vt constat ex confessione tàm Octauij, quàm Ricasoli Tutoris Nicolai facta de dicto mense, quando & ipsi dederunt nouam prorogationem; quod enim talis confessio probet contra Octauium tunc maiorem 20. annis videtur indubitatum, sed etiam visum fuit probare contra Nicolaum,
1 nam & si † regulariter confessio Tutoris non præiudicet pupillo, vt ex allegatis, hoc tamen limitatur si
2 pro † confessione Tutoris concurrunt adminicula, *Ruin. cons. 14 num. 4. lib. 1. Natt. cons. 543. num. 2. Rot. decis. 177. num. 4 par. 2. diuers. & in Marsilien. pecuniaria 6. Iunij 1611. coram Illustris. Ludouisio*; Et videmus in fortioribus de scriptura priuata,
3 quæ † probat ad fauorem scribentis si concurrant adminicula, *Rot. decis. 751. num. 2. cum seq par. 1. diuers.* pro adminiculo autem fuit in primis ponde-
4 rata d. confessio Octauij, quem tanquam virũ † prouidum neque est verisimile errasse, neque aliquid in sui præiudicium sponte confessum fuisse. Pro secundo adminiculo fuerunt ponderatæ multiplicatæ prorogationes ex post concessæ, quas non esset verisimile fuisse factas, si pactum de retrouendendo semel ex-
5 pirasset, considerando vim geminationis actuum, † quæ excludit dubietatem erroris, *Sco. cons. 15. num. 29. lib. 1. Felin. in cap. olim, num 8. de rescript. Gabr. concl. 1. num. 61. de confess. Afflict. decis. 164. num. 3. Surd. decis. 10. num. 8. & Rota in Romana emphiteu-*
6 *sis 11. Maij 1613. coram me*, & materiam † præiudicialem prorogantibus, quæ habet contra se præsumptionem, *iux. not. in l. cum de indebito, de probat.* & pro tertio adminiculo fuit etiam ponderata diligentia illorũ de Lippomanis in procurandis nouis prorogationibus. Vnde est plusquam inuerisimile, quod semel permiserint labi terminum sibi datum ad retroemendum; Quod autem talis prorogatio data à Pirrho potuerit suffragari, etiam si domus ab initio non fuerit empta pro illo, sed pro ratione bancharia, vt modo supponitur, dictum fuit, consistere ex duplici capite; Primo quia Pirrhus emit sub proprio nomine, & pro persona nominanda, Vnde antequam
7 nominaret † ius contractus resedit cum dicto Pirrho ex allegatis in alijs decisionibus, quibus fuit addita decisio in causa *Romana census 18. mill. die 2. Decembris 1605. coram Illustriss. Ludouisio.* Nec mouit Dominos, quod prædicta procedant, quando quis ab initio verè emit pro se ipso, sed in proposito casu apparere, quod Pirrhus ab initio non emit pro se ipso, sed pro ratione bancharia iuxta decisionem, quæ supponitur, quia ad hoc fuit responsum, quod licet respectu rationis bancharię Pirrhus ab initio non dicatur emisse pro se ipso, tamen respectu venditorum, qui neque sciebant, neque scire tenebantur, quod Pirrhus emerat pro ratione bancharia, ius contra-
8 ctus resedit in ipso Pirrho, regulariter enim † attenditur persona, cum qua fuit contractum, licet commoditas contractus ad eum non spectet, vt per plura exempla docet *Ias. in l. final. num. 3. cum seq. ff. de pact. Surd. cons. 150. num. 104. cum pluribus seq.* alias si res ita indistinctè sumeretur, sequeretur, quod neque etiam Pirrhus durante termino potuisset retrouendere. Non obstat quod prorogatio ex parte Lippomanorum fuerit actus lucratiuus, & proinde ignorantia, quod contractus spectaret ad rationem bancharıam, benè potuerit illis suffragari ad effectũ non amissionis proprij iuris, secus ad acquirendum
9 lucrum, cum ignorantia † non suffragetur ad acquirendum lucrum, sed tantum ad euitandum damnum ex allegatis, quia fuit responsum, quod istud lucrum prorogationis est mixtum, cum damno; etenim Lippomani ante factam nominationem habuerunt iustam causam credendi, quod Pirrhus emptor suppositus à ratione bancharia esset verus dominus, & cum hac bona fide, & iusta credulitate permittendi, quod laberetur primum tempus datum ad redimendum, quod credendum est non fuisse permissuros, nisi sibi fuisset data prorogatio per Pirrhum; Propterea
10 cum casus sit mixtus † damno, & lucro, præualere debet pars magis fauorabilis, *Anchar. cons. 70. n. 1. Decian. cons. 1. num. 73. vol 4. Surd. decis. 329. nu. 16.* & sic pars quæ agit de damno euitando, quæ dicitur fauorabilior, *Rom. cons. 179. num. 17. Anchar. cons. 313. num. 2. vers. nam cum ipse. Seraph decis. 464. num. 6.* & sibi imputari debet ratio bancharia, quæ ab initio voluit acquirere per suppositam personam, vel saltem si non curauit quamprimum fieri nominationem, & illam intimari Lippomanis. Secundò, principaliter dicebatur, quod etiam si contractus ab initio totaliter, & respectu ipsorum Lippomanorum resedisset apud rationem bancharıam, adhuc cum Pirrhus, tunc temporis esset dictæ rationis bancharię Complementarius, vt constat ex instrumento societatis, sub prima Maij 1608. adhuc potuisse dictum Pirrhum facere d. prorogationem. Et non obstare
11 quod Complementarius † non possit donare iura rationis

tionis bancharię, & ista prorogatio videatur species donationis, quia visum fuit Dominis hanc prorogationem non posse dici talem, cum contineat ius valde incertum, & euentuale, stante quod non erat certum, quod si non fuisset data prorogatio, Lippomani essent permissuri, quod laberetur tempus sibi da-
12 tum ad redimendum, † quin potius ex eo, quod domus fuerit vendita minus iusto pretio, vt regulariter fit quando adest pactum de retrouendendo, quod so-
13 let † extimari in sexta parte, vt resoluit *Rota in causa Romana Fideiussionis 28. Ianuarij 1594. coram Card. Seraphino, quæ est 1063. in ordine impressis, Romana residui dotis 31. Ianuarij 1611. coram Illustriss. Lancellotto, & in Auximana Bonorum 1. Iulij 1613. coram me*, & aliquando in tertia, vt post *Tiraquell. de retract. conuent. in præfat. n. 2. & Couar. var. resolut. lib. 3. cap. 10. num. 1.* tenuit *Rota in vna Romana Domus 15. Ianuarij 1588. coram Reuerendiss. Lugdunen.* & ex diligentijs factis in obtinendis prorogationibus, est multum verisimile, quod Lippomani intra terminum fuissent redempturi; Vnde etiam insurgit aliud, quod potest iustificare factum Complementarij, nempe, quod ipse videns Lippomanos alias esse redempturos existimauerit magis conducere rationi bancharię concedere prorogationes, quam ex tunc euacuare domum, & hæc quoad prorogationem concessam per Pirrhum.

Quo verò ad prorogationem concessam de dicto mense Maij 1611. per Octauium, & Ricasolum, quæ includit mensem Augusti 1613. fuit dictum hanc pariter suffragari, & quoad Octauium tunc temporis maiorem res videtur sine scrupulo, quo verò ad Nicolaum res pariter visa fuit clara ex authoritate illius Tutoris, de qua in decisione in hac causa facta sub die octaua Maij 1616. cum qua Domini transiuerunt.

Sequitur alia prorogatio facta per solum Octauium de dicto mense Augusti 1613. ad aliud triennium, & hæc pariter visa fuit suffragari, & quidem quoad partem domus tangentem Octauium sine difficultate,
14 nam & si pactum de † retrouendendo dicatur indiuisibile, attamen, cum cadat super re diuidua, videtur, quod hoc procedat, si altera ex partibus contradixerit, secus si sint concordes, cum nihil impediat quin domus possit pro parte contractari; & proinde cum Octauius dederit prorogationem, videbatur dicendum, quod domus potuerit volentibus Emis quoad partem d Octauij per Emos redimi; Verum etiam visum fuit, quod Octauius potuerit concedere prorogationem pro redemptione totius domus, cũ tunc temporis esset complementarius rationis bancharię; Nec mouerunt dominos tria obiecta. Primũ quod Octauius fecerit prorogationem nomine pro-
15 prio. Vnde quoad rationem banchariam intret regula, † quod potui, nolui, &c. quia hoc cessare visum fuit, cum adhibuerit clausulam, & omni meliori modo, quæ clausula quando est apposita cum dictione, Et, ampliat, & facit actum valere illo mo-
16 do, † quo magis potest de iure valere, *Achill. decis. vnica de verb. signific. in fin. Verall. decis. 124. par. 1. Cæsar de Grass. decis. 1. num. 4. de elect.* latè *Moder. in tract. de claus. claus. 81. num. 3. & seq.* Secundum obiectum erat quod ista ratio, cuius erat complemẽtarius Octauius, non est illa, pro qua fuit ab initio empta domus, & sic non poterat Octauius disponere de rebus spectantibus ad antiquam rationem cuius ipse Octauius non probatur fuisse complementarius. Verum ex alias deductis, visum fuit Dominis quod effectus antiquæ rationis bancharię fuerint transfusi in hanc nouam rationem, quod satis indicant litteræ huius nouæ rationis, de quibus in Summ. Emorum num. 3. in quibus agitur de concedenda noua prorogatione Emis, quod esses impertinens si domus non spectasset ad hanc nouam rationem, & etiam videbatur suaderi ex eo, quod in hac noua ratione adsunt eædem personæ Octauij, & Nicolai, & non apparet
17 de diuisione effectuum primæ rationis, & cum † sit facti, non præsumitur iuxta vulgares conclusiones, vnde possunt dici continuati in secunda ratione, quæ etiam dicitur cantare sub eodem nomine hæredum Alexandri Doni, & sic cum hæc secunda conueniat nomine cum prima dicitur etiam conuenire effectu,
18 quia † identitas nominis denotat identitatem rei.
19 *l. si idem C. de codicill.* & qui allegat † pluralitatem rerum eiusdem nominis tenetur probare, *Crauett. cons. 198. nu. 1. Menoch. cons. 80. num. 43.*

Vltimum obiectum erat, quod complementarius non possit facere huiusmodi prorogationes, sed hoc cessare visum fuit, ex dictis supra de prorogatione concessa à Pirrho vti complementario, & visum fuit non applicari simile de Tutore, vel administratore, quem dicit *Tiraquell. de retract. conu. ad finem n. 17.*
20 non posse † concedere similes prorogationes, nam quicquid sit in Tutore, vel administratore, qui non habet interesse videbatur, quod sit maior potestas
21 Complementarij, cum sit socius, & socius † dicitur Dominus in re communi *l. serui electione §. labeo, vbi glos. verb. communis, ff. de legat. 1. l. in re communi, ff. de seruit. vrb. præd. Rota in Bonon. de Guidalottis 9. Decembris 1613. coram R. P. D. Verospio,*
22 quod non legitur † statutum de Tutore, & administratore.

Circa inquilinatum, & alias prætensum vitium litigiosi nihil fuit deductum pro parte Dominorum de Donis, & dicta in decisionibus circa hoc visa fuerunt Dominis bene subsistere, propterea in omnibus permanserunt in decisis.

☞ ** *Habes has decisiones infra in Appendice.*

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Romana redditionis rationis.

Veneris 14. Decembris 1618.

ARGVMENTVM.

Redditio rationis, quando alicui est remissa, quid censeatur remissum, & ad hoc, vt illam reddere teneatur, quid sit probandum. Socius, quando non teneatur reddere rationem. Societas morte finitur.

SVMMARIVM.

1 *Administrator bonorum impossibile est, quod sit debitor alicuius reliquatus, sine redditione rationis.*
2 *Rationum redditio, quando alicui est remissa, tunc ad nullam, vel saltem ad scrupulosam redditionis rationem non tenetur.*
3 *A rationis redditione, quando quis est liberatus, non tenetur eam reddere, nisi probetur fuisse in dolo.*
4 *Testamentum licet sit conditum ante mortem testatoris, tamen recipit suas vires de tempore mortis illius.*

Socie-

5 *Societas præsumitur inita, si plures exercent eandem artem, in eadem domo, & apotheca.*
6 *Socius tenetur minimè reddere rationem, si per consocium illa etiam non reddatur.*
7 *Statut. Vrb. cap. 151. lib. 1. an habeat locum in actu necessario.*
8 *Societas morte finitur.*
9 *Socius post mortem socij non tenetur perseuerare in communione.*
10 *Hæres tenetur præstare disposita à testatore.*
11 *Creditum asserens esse inexigibile, tenetur id probare.*
12 *Libri Mercatorum non probant contra tertium. & num. 13.*

DECISIO LXV.

RESOLVTVM fuit, non constare de reliquatu,
qui per Thomam debeatur; nam illud quod
posset ad summum prætendere Francisca, ex persona
Georgij sui auctoris esset, quod per Thomam sibi
redderetur ratio de administratis per eum in socie-
tate argentariæ aliàs initæ, inter dictum Thomam
1 ex vna, & dictum Georgium ex altera, sine qua † red-
ditione rationis impossibile videtur firmare, quod
Thomas sit debitor alicuius reliquatus ad not. in
*l. quamuis, ff. de cond. & demonstrat. & in l. de illo, ff.
pro socio*, vnde informantes pro Francisca, iure me-
rito insistebant super eo quod ratio, alias reddita
per Thomam, non esset bona, & legalis, ita vt rema-
neret debitor in reliquatu scutorum mille, quæ ante
omnia existimabant esse restituēda, quod tamen Do-
minis non placuit, præmittendo, quod Thomas, vel
2 ad nullam, vel saltem † ad scrupulosam redditionis
rationem non tenetur, stante amplissima liberatione
sibi legata à Georgio in suo testamento, per quam
3 liberationem non tenetur † reddere rationem, nisi
probetur fuisse in dolo, vt latè fuit deductum *in Bo-
nonien. administrationis 28. Febr. 1611.* & rursùs *in
alia Bononien. de Bouijs 16. Febr. 1612. coram me*,
quæ decisiones loquuntur in fortioribus terminis,
nempè in liberatione administrationis futuræ, in qua
adest periculum committendæ fraudis, propositus
autem casus est de administratione præterita.

Et quatenus deducebatur per informantes pro
Francisca, testamentum non extendi ad societatem,
de qua agitur, quæ fuit inita post conditum testamen-
4 tum: fuit responsum, quod licet † testamentum fuerit
conditum ante mortem testatoris, tamen recipiebat
suas vires de tēpore mortis testatoris *l. 4 ff. de adim.
leg. cap. cum Martæ de celebrat. Missar. Menoch. cons.
97. num. 21. & de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 122.
num. 7.* ideoque liberatio non est anterior, sed poste-
tior administratione ipsius Thomæ.

Ex alio etiam capite, videbatur Dominis, Tho-
mam non esse obligatum reddere rationem, quippe
quia non apparet ipsum solum administrasse, cum
potius ex multis deductis pro ipsius parte, apparet,
etiam Georgium administrasse, signanter ex multis
quietantijs, *de quibus in Summ. Thomæ nu. 2. & 3.*
quod etiam videbatur satis verisimile cum societas
fuerit inita, super arte argenteriæ, & vterque eorum
5 esset argentarius, & exercerent artem † in eadem do-
mo, & apotheca, & licet in primis societatibus fuerit
dictum, quod Thomas solus haberet custodiam bo-
norum, & Georgius pecuniarum, hoc tamen non fuit
repetitum in alijs societatibus, vltra quod custodia
pecuniarum in Georgio, non excludit, sed immo ma-
ximè includit administrationem Georgij, de qua sit
reddenda ratio; quapropter non tenetur Thomas
6 reddere rationem, † nisi è conuerso pro parte Geor-
gij, siue illius hæredum, sibi etiam reddatur ratio
arg. l. si quis ex argentarijs rationem, iuncta *l. argen-
tarius, §. edi. ff. de edend. Castr cons. 126. nu. 1. lib. 2.
Socc cons. 24. num. 36. circa finem lib. 1. Ang. cons.
286. nu. 2. & 3. Crau. cons. 159. num. 6. Rot. Ianuen.
decis. 39. num. 3. & Perusina per Ioseph. Ludou. dec.
28. num. 20. & Rot. in causa Romana pecuniaria Lu-
næ. . Iunij 1614. coram R.P.D. meo Buratto.*

Tertio satis dubitabile videbatur, an Thomas te-
neretur reddere aliam rationem, cum iam fecerit di-
uisionem rerum socialium cum Francisca, & ab illa
reportauerit generalem quietantiam; & licet repli-
caretur de nullitate ob non seruatas solemnitates, de
quibus *in Statuto Vrbis cap. 151. lib. 1.* tamen dubi-
7 tabatur an illud † Statutum possit habere locum, in
actu necessario *iuxta dec. Seraph. 1133. num. 2. cum
ibi alleg.* in proposito autem casu, actus quietantiæ,
& solidationis dicebatur esse necessarius, cum per
8 mortem Georgij iam esset † finita societas *l. actio-
ne, §. morte, ff. pro socio, §. soluitur Inst. de societat.
Bald. cons. 109 num. 1. lib. 2. Surd. cons. 20. num. 3.
Menoch. cons. 12. num. 8. Card. Mantic. decis. 17.
num.* 10. & dixit *Rota in Ferrarien. pecuniaria
Vener. 19. Iun. 1611. coram R.P.D. meo Pirouano*; &
9 Thomas † non tenetur perseuerare in communione
*d. l. actione, §. morte in vers. societas, ff. pro socio, &
l. fin. vbi Bart. in princ. C. commun. diuid. Gabr. cons.
62. num. 18 lib. 2. & dixit Rota in Romana diuisionis
domus Ven. 9. May 1614. corā R.P.D. meo Buratto*;
Alij etiam ex Dominis deducebant necessitatem
quietandi ex liberatione facta à Gregorio, cuius Frā-
10 cisca est hæres, ideoque † tenetur præstare disposita
ab eodem testatore *l. ex maleficijs §. hæres, ff de act.
oblig. §. hæres inst. de oblig. quæ ex quasi contract.
nasc. Socc. iun cons. 72. num. 26. lib. 3. Rolan. cons. 30.
num. 30. vol. 4. Surd. cons. 532. num. 2.*

Denique quicquid dicendum fuisset, si ex deductis
pro parte Franciscæ constitisset de dolo vero, vel
etiam præsumpto ipsius Thomæ, visum fuit Domi-
nis, quod prætensiones Franciscæ essent valde turbi-
dæ; nam prima prætensio, quod capitale societatis
esset scutorum 4522. & tamen Thomas non reddi-
derit rationem nisi de scutis 3133. videbatur cessa-
re ex facto, quia Thomas, computata dote, quam
poterat detrahere iuxta conuentionem, reddidit ra-
tionem maioris summæ, vt in computo dato per in-
formantes pro eo.

Circa aliud, quod in diuisione primæ societatis
fuerit assignatum Georgio defuncto creditum Gilij
Legij, pro scutis 200. quod cum sit inexigibile,
Thomas tenetur restituere medietatem, responde-
batur non probari, quod illud creditum sit inexigi-
11 bile, † quæ probatio incumbit Franciscæ, tanquam
actrici vulg. *l. ei incumbit, ff. de probat. & l. 1. C. eod.
tit.* & etiam esset vidēdum an credita assignata Tho-
mæ pro sua portione essent exigibilia.

Circa aliam partitam de Ioiello computato in
diuisione pro scutis 80. quod fuit venditum à Tho-
ma pro scutis 100. fuit dictum non probari identi-
tatem gemmæ, & in omnem euentum, non esse
inconueniens, quod gemmæ inter artifices gem-
marum valutantur vno modo, & postea propter af-
fectio-

ſect ionem ementis, vel alias vendantur multo maiori pretio.

Circa aliud de ornamento ex ebano, cum quatuor columnis, æſtimatis pro ſcutis 300. fuit dictum non apparere, quod peruenerit, magis ad manus Thomæ, quam Georgij.

Circa aliam partitam de affinatura apothecæ, quæ dicitur fuiſſe bis affinata, vt ex libro affinatorum.
12 Reſpondebatur librum † affinatoris non probare contra tertium, *Bart. in l. admonendi. num. 8. ff. de iureiuran. Felin. in c. 2 num. 32. verſ. & ideo de fid. instr. Bald. in rubr. C. eod. tit. verſ. ſequitur videre de ſcriptura mercatoris, Seraph. deciſ. 431. num. 5. Rot. in Imolen. cenſus Merc. 10. Iunij 1615. coram R. P. D. meo Buratto.*

Quo ad aliam ſcutorum 168. vt dicebatur exactã per Thomam à Monacis Caſſinenſibus, & aliam ſcutorum 236. à Capitulo Lateranen. vt ex libris di-
13 ctorum; Reſpondebatur in primis libros † Caſſinenſium, & Capituli non probare contra tertium ex ſupra alleg. & in omnem euentum, cum exactio fuerit facta poſt ſocietatem, probandum eſſet, quod fuerit pro laborerijs factis durante ſocietate.

Circa aliud, quod in diuiſione ſocietatis Thomas aſſeruerit æs alienum aſcendere ad ſummam ſcutorũ 360. & b. 60. fuit dictum hoc non includere aliquem dolum Thomæ, ſed quod teneatur præſtare illud quod aſſeruit in diuiſione eſſe verum.

Quo ad aliud quod Thomas teneatur reddere rationem de quibuſdam rebus nominatis Maſſeriole, appoſitis in ſocietate, fuit dictum quod iſta prætenſio erat ſatis illiquida quo ad ſpeciem & valorem, ac etiam quoad exiſtentiam, cum ſint res, quæ vſu conſumuntur, vnde parum fundamentum videbatur poſſe fieri ſuper tali prætenſione.

Quo ad lucrum duarum vinearum venditarum, dicebatur non probari aliquod lucrum, & hæc guſtarunt Domini ſolum ad effectum turbiditatis.

REVERENDISS. DVNOZETTO
ARCHIEPISCOPO SELEVCIEN.

Bononien. Indemnitatis.

Lunæ 17. Decembris 1618.

ARGVMENTVM.

Statutum Bononien. ſub rub. de dotib. §. item dicimus. quid diſponat, & declaratur, ſtatutum relatiuum ad quid debeat referri, ſtatuti interpretatio eſt vitanda, ſi ſit contraria expreſsè menti ſtatuentium. Statutum loquens ab inteſtato, ceſſat condito teſtamento &c.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Bononien. ſub rub de dotib. §. item dicimus qualiter diſponat. & num. 4. 10. 11. & 23.*
2 *Statutum relatiuum debet referri ad eam partem, in qua non ſit correctio iuris communis.*
Statutum recipit interpretationem paſſiuam à iure communi num. 2.
3 *L. hac edictali. C. de ſecund. nupt. poteſt derogari per ſtatutum.*
5 *Exceptio ita intelligi debet, vt ſit de regula.*
6 *Statuti relatio non poteſt fieri ad eam partem, in qua diſponitur diuerſum eius, quod quæritur.*
7 *Statutum Bononien. de lucro dotal. principaliter emanauit ad fauorem maritorum.*
8 *Statuti ea interpretatio eſt vitanda, quæ eſt contraria expreſſæ menti ſtatuentium.*
9 *Relatio potius eſt facienda ad proxima, quam ad remota.*
13 *Alex. conſ. 101. num. 9. lib. 6. quo caſu loquatur.*
14 *Theſaur. deciſ. 84. declaratur. & num. 15.*
16 *Deciſ. 61. Rota Bononienſ. in quibus terminis veniat intelligenda.*
17 *Caſus à ſtatuto non deciſus remanet ſub diſpoſitione iuris communis.*
18 *Statutum loquens ab inteſtato non debet intelligi condito teſtamento.*
19 *Statutum deferendo lucrum dotale marito intelligi debet tàm ab inteſtato, quàm condito teſtamẽto.*
20 *Statuti verba indefinitè loquentia, generaliter veniunt intelligenda.*
21 *Præſeruans nihil de nouo diſponit.*
22 *Legitimæ detractionem filij prætendere nequeunt, quando ſuccedunt ab inteſtato.*

DECISIO LXVI.

CVM nuper ſub die 23. Martij præteriti fuiſſet in hac cauſa deciſum medietatem dotis Aemiliæ ad Hieronymum ſecundum maritum, alterã ad DD. de Linis filios d. Aemiliæ, ſpectare non acquieſcentibus dd. DD. de Linis iterum propoſui idem dubiũ: quo propoſito DD. nullo modo receden. eſſe à deciſis reſponderunt, ex eiſdem rationibus, quibus in ſupradicta deciſione ſatis fusè probatum fuit, ſtatutum *Bonon. in §. item dicimus*, dum concedit facul-
1 tatem † teſtandi mulieri de rebus dotalibus, præſeruare marito lucrum medietatis dotis ſecundum diſpoſitionem præcedentis ſtatuti, & filijs prioris matrimonij legitimam, vt ſonant verba d. ſtatuti, quæ referri debent ad præcedentem diſpoſitionem in qua etiã extantibus filijs primi matrimonij ſemper medietas lucri ſecundo viro conceditur.

Nec viſũ fuit obſtare, quod dicitur dd. verba ſtatuti in qua ſtatuentes decernunt medietatem lucri dotis marito filijs non extantibus ea ratione, quia relatio
2 † potius debet fieri ad eam partem in qua nulla ſit correctio iuris communis, cum ſtatuta recipiant interpretationem paſſiuam à iure communi, *Bald. cõſil. 367. num. 4. Aret. conſ. 116. num. 3.* in hoc autem caſu certum eſt in dicta prima parte ſtatuti nullam fieri derogationem, ſed ſolummodo in ſecũda in quã
3 expreſsè derogatur diſpoſitioni † legis hac edictali, *C. de ſecund. nupt.* & hanc intelligentiam ſtatuti videtur ſequi *Alex. conſ. 101. num. 7. & 9. lib. 3.*

Placuit enim reſponſio data in dicta deciſ. verba ipſius ſtatuti in §. item dicimus repugnare penitus
4 † huic intelligentiæ; conſideratur enim caſus in quo non ſolũ marito, ſed etiam filijs aliquid relinquendum ſit, dum facultas conceditur teſtandi mulieri etiam filios haben. ex quocumque matrimonio, reſeruato lucro marito, & legitima filijs. Vnde concluditur ſtatutum limitare facultatem illam teſtandi retentis terminis primæ regulæ, quando adeſt ſecundus maritus, & filij primi matrimonij; regulari-
5 ter † enim exceptio ita intelligi debet, vt ſit de regula, *l. & non vltra, §. 1. verſ. ſed iſtam ſententiam. ff. de negoc. geſt. Bart. in l. 1. & ibidem, Dec. nu. 20. ff. de reg. iur. cum cumulatis per Surd. conſ. 152. numer. 43. & conſ. 262. num. 7.*

Nec possunt verba istius statuti loquentia de filijs
referri ad illam partem in qua disponitur de casu
6 † quo extant filij ex secundo matrimonio, quia in
illo nullum deberi marito lucrum deciditur.

Consideratum etiam fuit statutum emanasse prin-
cipaliter ad fauorem maritorum, quod necessario
colligitur, quia in duabus primis partibus concedi-
7 tur † marito plusquam illi competeret de iure com-
muni, & clarius in secunda parte, dum in ea deroga-
tur dictæ legi ac edictali, & si relatio fieret huius
partis ad primam, sequeretur pernecesse, quod non
solum lucrum secundo marito non præseruaretur, sed
8 totũ ei auferretur, quod esset de directo contra † men-
tem expressam statuentium; & ita magis placuit Do-
minis faciendam esse relationem ad secundam par-
tem statuti, quæ disponit extantibus filijs primi ma-
9 trimonij, stante iuris axiomate, vt † relatio fiat po-
tius ad proximiora, quam ad remota *glos. in l. 1. ff. de
leg. præst. Bart. Castrens. & alij in l. hæredes palam.
§. sed & palam ff. de testam. cum alleg. per Surd. con-
sil. 462. num. 17.*

Nec etiam obstant differentiæ consideratæ inter
secundam, & tertiam partem statuti; dum dicitur,
quod in secunda prohibetur filijs detractio legitimæ,
10 & in tertia conceditur; quia placet responsio † quod
in secunda parte prohibetur detractio legitimæ filijs
prioris matrimonij ad ostenden. statuentium mentem
fuisse, vt integra medietas spectaret ad secundum
maritum sublata omni difficultate, ne filij alterius
matrimonij postea prætenderẽt, quod in primis esset
detrahenda legitima, & inter eos dos esset postea
diuidenda, & sic illa declaratio non tendit ad præiu-
dicandum filijs in legitima, quam habent semper in-
tegram in medietate eis delata à statuto cum eo ca-
su non posset esse maior semissæ hæreditatis, sed ad
fauendum marito, vt haberet integram medietatem
11 sine decisione sub prætextu legitima, † vnde sequi-
tur, vt dum postea in §. item dicimus concedit mu-
lieri testandi facultatem cũ præseruatione lucri ma-
riti, & legitimæ filiorum non possit dici diuerso mo-
do disposuisse, sed solum limitasse portionem filio-
rum, quibus ex secunda parte statuti debebantur me-
dietas dotis, & ex tertia parte solum legitima, nec
potest inferri quod statutum vno casu concedit legi-
timam, & in alio auferat.

12 His positis non obstat † *cons. Alex.* 101 *num. 9.
lib. 6.* quia in eo casu in quo consuluit Alex. aderant
superstites filij illius secũdi mariti cum quo de tem-
pore mortis vxor erat copulata, qui non est casus de
quo controuertitur, sed longè diuersus, quia ex vlti-
mo matrimonio nulli extant liberi, & licet videatur
13 sub num. 9. innuere relationem fieri debere ad † prio-
rem statuti partem, id obiter dicit, & extra casum in
quo consuluit, & nihil penitus allegat. Eodemque
14 modo respondetur decisioni † Thesauri 84. quia ibi
quærebatur vtrum, stante statuto deberet prius de-
trahi legitima quam diuidi inter filios primi matri-
monij, & secundum maritum res dotales: & licet ibi
15 Thesaurus † dicat prius debere detrahi legitimam,
non potest hæc decisio applicari huic casui in quo, vt
superius dictum fuit hæc quæstio in contrarium à sta-
tuentibus definitur.

16 Idemq. dicen. † *de decis. 61. Rota Bonon. in nouiss.*
quę loquitur dum vxor omnia bona donauit marito
vel eundem hæredem instituit, is enim casus non est
17 † decisus à statuto, sed remanet sub dispositione iuris
communis, vt fusius deductum fuit in d. decisione
in hac causa coram me facta in qua respondetur de-
cisionibus coram bo mem. Blanchetto factis, quæ re-
sponsiones rursus ponderatę Dominis placuerunt.

Non obstat etiam quod magna verborum serie
18 deducitur, † statutum quod loquitur ab intestato
non debere intelligi condito testamento. Responsum
enim fuit regulam esse in contrarium, quotiescumq;
19 enim † statutum defert marito lucrum dotis debet
habere locum tàm ab intestato, quàm condito testa-
mento, *Roland. quæst. 80. num. 3. Mant. de diuid. &
lib. 12. tit. 20. num. 15. vers. & hoc lucrum*, deinde
20 verba † statuti loquuntur indistinctè, & indefinitè,
defert enim generaliter lucrum marito, & cum sit
de natura indefiniti debet vniuersaliter, & indistin-
ctè intelligi, siue ab intestato, siue cum testamento
21 vxor decedat; & licet postea in tertia parte faciat
mentionem de testamento, † id fit limitatiuè, & cum
præseruatione lucri dotalis, de quo nihil disponit, il-
ludq. deberi indistinctè iam probatum fuit ex *Rol. &
Mant. supra allegat.*

Placuit etiam responno data in supradicta deci-
sione statuentes considerasse, etiam casum in quo fa-
22 cienda esset detractio legitimæ, quæ † regulariter fie-
ri non potest nisi facto testamento cùm ab intestato
filij succedant in totum, nec possunt prætendere vl-
lam legitimæ deductionem, aut detractionem, *Bald.
Salicet. & Alex. in l. hæredes. C. de impub. Bart. &
Ang. in l. quia poterat. ff. ad trebell. cum alleg. in su-
pradicta decisione.*

Nec visum fuit denique obstare quod dicitur D.
Hieronymum non potuisse lucrari, nisi medietatem
dotis primi matrimonij, & non illam, quæ fuit assi-
gnata pro dote post matrimonium iam consumma-
tum, quia vltra quod dicitur hoc in facto non subsi-
stere tollitur obiectum quia statuti verba, quæ loqui-
23 tur de lucro dotali in §. 1. etiam extendũtur ad me-
dietatem augmenti dotis, vt patet ex verbis statuti
ex quibus, & alijs accuratè per D Zambeccharium
deductis Domini steteerunt in decisis vtraque parte
accerrimè informante &c.

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Ariminen. Bonorum.
Lunæ 17. Decembris 1618.

ARGVMENTVM.

Acta in dubio præsumuntur integrè transportata, itaut
contrarium asserenti incumbat onus probandi, &
qualiter d. probatio facienda veniat, & quæ non suf-
ficiat. Acta quando dicantur tantum verbaliter, &
non realiter producta.

SVMMARIVM.

1 *Acta præsumuntur integrè transportata, & ideo
contrarium asserenti incumbit onus probandi.*
2 *Actorum non integra transportatio non probatur
ex eo, quod aliqua iura producta non sint in actis
transportatis.*
3 *Quia potest esse ea fuisse producta verbaliter, quæ
non veniunt transportanda.*
4 *in Actorum productione, quando adest verbum te-
noris &c. dicitur productio realis.*
5 *Actorum productio dicitur minimè realis, quando
adsunt verba, pars rehabuit.*
6 *Productionum stylus probatur ex fide Curialium,
&*

& coadiuuatur talis probatio ex fide Curialium. num. 7.

8 *Iudex non priuat possessores sua possessione, quando adest aliqua nullitas.*

9 *Causa si non sit expedita intra tempus præfixum à Constitutione Aegidiana, tunc sententia laborat vitio nullitatis.*

10 *Constitutio Aegidiana, seu Carpensis seruatur in Curia Rauennaten.*

11 *Constitutio Aegidiana stante extensione Pauli IV. seruatur in toto Statu Ecclesiastico.*

12 *Constitutio Aegidiana non seruatur, quando appellatur ad Sedem Apostolicam.*

13 *Sed hoc intellige, quando quis prosequitur appellationem apud Sedem, secus vero, quando causa fuit reuersa ad Iudices de partibus.*

14 *Fatalia non currunt impedito.*

Impedimentum, vt releuet, debet probari interuenisse. num. 14.

15 *ex Actorum reuolutione potest probari, an interuenerit impedimentum ad prosequendam appellationem.*

16 *Legatus non potest rescribere contra Constitutionem effectam Papalem.*

17 *Sententia si sit ferenda intra certum tempus, & d. tempus pluries sit lapsum, tunc magis intrat difficultas sanationis.*

18 *Iudex si nõ potest habere terminum pro seruato nisi per duas vices, si vlterius illum habet, nulliter pronunciat.*

DECISIO LXVII.

FVIT tentum pro decisione in hac causa coram me facta sub die 26. Martij 1618.*

Et in primis visum fuit non obstare prætensos defectus non transportationis integrorum actorum sine quibus non posset videri An Iudex à quo iniustè
1 processerit in actibus non transportatis; fuit enim responsum præsumi† pro Notario, qui dedit acta, ideoque defectum transportationis esse plenè probandum per eum, qui illum allegat, vt tenuit *Rota in Veneta illegitimitatis, Veneris 2. Maij 1597. coram bon. mem. Penia, & in Pampilonen. Abbatiæ, Lunæ 31. Ianuarij 1600. coram eodem, & in Pampilonen. de Quatiquerque, Merc. 3. Decembris 1602. coram Illustriss. Lancellotto.* Hunc autem defectum
2 dixerunt Domini non probari †ex eo, quod multa iura fuerunt producta in partibus, quæ modo non reperiuntur transportata in Curia, quid placuit re-
3 sponsio illã productionem fuisse verbalem, † & propterea non causare defectum transportationis, *vt in causa Carpentoraten. fideicommissi 11. Ianuarij 1608. coram Illustriss. D. Lancellotto, & in Romana de Pinis, Lunæ 27. Ianuarij 1614. coram me, & in alijs ibidem relatis.*

Et licet replicaretur per informantes pro Hortensia quod imò productio fuit realis ex quo in pro-
4 ductione adest verbum tenoris &c. quod † importat realem productionem, vt in *Mediolanen. decimarum 27. Nouemb. 1617. coram R. P. D. meo Decano,* fuit re-
5 sponsum hoc potuisse habere locum, nisi † vlterius adessent alia verba, pars rehabuit, quæ important productionem fuisse verbalem, vt de se patet, & pro-
6 bat fides curialium, †quæ fuit data, & cui in hac materia styli visum fuit esse multum deferen. *ex dictis per Osasc. decis. 22. num. 16. & in Mediolanen. rescissionis contractus, Lunæ 17. Iunij 1602. coram me, & in Ianuen. pecuniaria, Veneris 16. Nouemb. 1612. coram R. P. D. meo Vbaldo,* & dictum fuit præ-
7 dictam fidem testimonialem esse multum † adminiculatam ex attestatione Notarij, qui dicit se exemplasse totum processum ex traditis per *Scribentes in l. si quis decurio. C. ad l. Corn. de fals. Verall. decis. 245. par. 2. & in supradicta Pampilonen. Abbatiæ coram Penia.*

Circa nullitates ex quibus causatur, quod Iudex
8 non dicatur † priuasse anteriorem possessorem sua possessione, ex allegatis in decisione fuit visa subsi-
9 stere, illa quod causa non fuerit expedita infra †tempus præfixum à Constitutione Marchiæ cap. 9. lib. 6. quæ Constitutio siue sit Aegidij, siue Carpensis, ser-
10 uatur in Curia Rauennaten. † vt ex fide curialium data cui in materia ordinaria defertur ex *decis. Mediolanen. coram me, cum alijs supra allegatis,* & suf-
11 ficit quod reperiatur †inserta in volumine Constitutionum, quas Paulus Papa Quartus per suam Bul-
12 lam contentam in principio † eorumdem Constitutionum extendit ad totum Statum Ecclesiasticum. Minus refragari dictum fuit, quod †illa Constitutio non habeat locum, quando appellatur ad Sedem Apostolicam, quia existimarunt Domini habere lo-
13 cum, †quãdo quis prosequitur appellationem apud Sedem Apostolicam, secus quando causa, vt in proposito reuersa fuit ad Iudices de partibus, & coram illis agitata.

Sicut etiam visum fuit non applicari, quod fatalia
14 non currant †impedito, quia non fuit probatum in facto aliquod impedimẽtum interuenisse prout probari debuit *l. fin. § illud. C. de tempor. appell. Felin. in cap. ex transmissa nu. 7 de præscript. Dec. in cap. suscitatus nu. 18. & 19. de rescript. Verall. decis 72. num. 1. & 5. par. 2.* quia potest dici ex reuolutione
15 processus †apparere contrarium: ex quo ex illo apparet aliquando per quatuor aliquando per sex menses nihil fuisse actum.

Minus refragari visum fuit, quod Illustrissimus Legatus 24. Maij 1612. commiserit causam V. Legato siue eius Auditori, ac si dicta die esset appella-
16 tum, quia Legatus non habet facultatem † rescribendi contra Constitutionem effectam Papalem per dictam Bullam *Pauli Quarti ad not. per Crau. cons. 103. num. 2. Tob. Non. cons. 20. Honded. cons. 93. numer. 70. vol. 2. & in Foroliuien. nullitatis obligationis, Lunæ 20. Martij 1613. coram me,* augetur difficultas, quando vt in proposito casu nedum vnus ter-
17 minus, sed plures †lapsi sunt *ex not. per Scriben. in l. 1. vbi glos. in verb. flagitauerit, & ibi Bart. in princip. & Bald. in §. not. C. de dilat. & Mohed. decis. 7. de appellat. num. 1. in princip.*

Placuit etiam secunda nullitas in hac propositione deducta ex eo, quod iuxta Constitutionem Legati non potuerit haberi terminus pro seruato, nisi per
18 duas vices, & tamen in proposito casu†fuerit habitus per sex vices vnde defuit iurisdictio, & forma dicti decreti, quod decretum seruatur etiam quando agitur coram V. Legato, vt ex fide curialium data &c.

Habes decisionem hanc infra in Appendice post decisiones anni 1626.

R. P. D. REMBOLDO.

Algareñ Dismembrationis.

Veneris 11. Ianuarij 1619.

ARGVMENTVM.

Dismembratio rerum Ecclesiæ, vt dicatur fuisse per plures annos effectuata, quantum tempus requiratur. Iustificatio de facto circa narrata in gratia, quando non sufficiat. Dismembratio rerum Ecclesiæ, vt valeat, quid sit necesse.

SVMMARIVM.

1 *Actus, si dicatur, quod fuit per plures annos iustificatus, necessè est, quod ad minus per integrum biennium, aut etiam triennium sit secuta d. iustificatio.*

2 *Narrata ea quæ sunt ad inducendum Principem ad concedendum gratiam, non sufficit; vt iustificentur de facto.*

Et hoc amplia, quando agitur de perpetuo præiudicio. num. 2.

3 *Narrata omnia in gratia sunt pars gratiæ, & ex ijs censetur Princeps motus ad concedendum.*

4 *Subreptio quælibet, præsertim in gratiosis vitiat totam gratiam.*

5 *Et ista opinio procedit etiamsi Princeps alias esset concessurus.*

6 *Taciturnitas talis si existat, quæ si fuisset expressa, Princeps aut non concedisset gratiam, vel saltem concessisset difficilius, sufficit, vt gratia corruat.*

7 *Locutio pluralis verificatur in duobus.*

8 *Locutio pluralis aliud est, & aliud verbum, plures.*

9 *Lingua Latina non habet numerum dualem, sicuti Græca.*

10 *Verbum, plures, de sui natura requirit tria.*

11 *Confirmatio dismembrationis rerum Ecclesiæ est nulla, non facta mentione de intrusione Capituli.*

12 *Concordia facta à Rectore super bonis Ecclesiæ, vt liget successorem, requiritur solemnitas, & causa.*

13 *Dismembratio rerum Ecclesiæ, vt valeat requiritur necessitas, & quod ista constet.*

14 *Dismembratio rerum Ecclesiæ facta ad fauorem Ecclesiæ iam erectæ, est inuerisimile, quod sit facta ex causa necessaria.*

15 *Causa necessaria in dismembratione rerum Ecclesiæ est exprimenda.*

16 *Beneficia Ecclesiastica petentes vniri, debent exprimere verum valorem.*

DECISIO LXVIII.

DICTVM fuit standum esse in decisis 4. Maij præteriti; * inter cætera enim fundamenta, quæ Dominis placuerũt, illud videbatur inconcussũ quòd confirmatio Apostolica, sine qua, concordia modernum Rectorem non ligaret, vt sæpius iam in hac causa dictum fuit, deregitur manifestè obreptitia, ex eo, quod verum non est, prout in dicta confirmatione narratur, quòd dismembratio per plures annos effectum sortita fuerit, tùm quia per assignationem ducatorum centum, Rectori in pecunia factã, dici non potest fuisse dictam dismembrationem, in qua Papa mãdat eidem Rectori tot bona in proprietate assignari, ex quibus posset annuatim centum ducatos percipere, vt latius in alia decisione deducitur, effectuatam; tum etiam quia nec per integrum
biennium Capitulum possedit bona, ei mediante dicta dismembratione vnita, cum tamen ad effectum,
vt potuisset dici fuisse per plures annos dictam dis-
1 membrationem † effectuatam, necessè fuisset, quòd
ad minus per integrum biennium, aut etiam triennium, *iuxta gloss. in authen. de trient. & semiss. §. & quod sæpè, in verb. filiorum possedisset.*

Nec visum fuit primum obreptionis caput euitari posse, ex eo quòd sufficit Capitulo, ad effectum, vt confirmatio substineatur ostendisse dismembrationem fuisse effectuatam de facto, licet fortassis nulliter, & præsertim quod dicta confirmatio emanauit ad validandam transactionem super dicta dismembratione initã, quæ si validè priùs fuisset dicta dismembratio effectuata, remansisset superflua; quia vt ex supra deductis apparet, dicta dismembratio non probatur, nec de iure, nec de facto effectuata, cum nunquam fuerit facta aliqua assignatio bonorum Rectori, prout ad effectum dictæ effectuationis requirebatur, iuxta deducta *in Cæsaraugustana fructuum 13. Ianuarij 1597. coram bo. mem. Card. Pamphilio*, & in omnem euentum, quod dici posset iustificata effectuatio de facto non cessaret vitium obreptionis, quia
2 in his quæ narrantur † ad inducendum Papã ad concedendum gratiam, non sufficit iustificatio de facto, *Rota diuer. decis. 451. num. 5. par. 1.* & præsertim quando, vt in proposito agitur de inferendo Ecclesiæ perpetuum præiudicium, *Rot. decis. 208. nu. 2. par. 1. diuers. & fuit dictum in Bononien. prioratus 15. Maij 1609. coram Illustriss. Card. Lancellotto.*

Nec aliqua ratione prætendi potest, quod dictæ effectuationis mentio facta non fuerit, ad inducendũ Papam ad concedendam confirmationem, quia præ-
3 terquam quod omnia narrata † in gratia sunt pars
gratiæ, & ex ijs censetur Princeps motus ad concedendum, *Put. decis. 245. num. 1. lib. 1, Caput. decis. 59. num. 2. par. 2. Achill. decis. 2. num. 3. de procurat. Rot.*
4 *decis. 534. num. 1. par. 1. diuers.* & quælibet † subrep-
tio, præsertim in gratiosis vitiat totam gratiam, *Cardin. cons. 31. num. 3. Aegid. decis. 4. num. 2. Put. decis. 126. num. 1. Caputaq. decis. 34. num. 5. par. 2.* etiam
5 † quod Papa † fuisset aliàs concessurus, idem *Put.*
decis. 414. lib. 1. cessat difficultas ex eo quod satis manifestè apparet, non sine artificio narratum fuisse, quod dismembratio per plures annos effectum sortita erat, ad hoc videlicet, vt Papa non cogitaret, nec de impedimento proueniente ex regula reuocatoris vnionum, nec de intrusione Capituli, de quibus si co-
6 gitasset, vtique vel † dictam confirmationem non
concessisset, vel saltem concessisset difficilius, quod sufficit ad hoc, vt dicta gratia corruat *cap. super literis, & ibi Felin. nu. 1. de rescript. Soccin. cons. 262. num. 2. lib. 2. Corn. cons. 245. num. 6. lib. 1. Cassad. decis. 12. num. 14. de præben.*

Minus suffragatur ad effugiendum secundum ca-
7 put obreptionis, quod pluralis locutio † verificatur
in duobus, *cap. pluralis locutio, de reg. iur. in 6.* quia
8 præterquam quod dici posset, quod aliud est † locutio
pluralis, aliud verbum plures, quia locutio pluralis verificatur quidem in duobus, & quod lingua latina
9 † non habet numerum dualem sicut Græca, non au-
tem verbum plures, quod de sui natura tria re-
10 quirit, † *ex gloss. in auth. de trient. & semiss. §. & quod sæpè, Alex. in l. sæpè, num. 4. ff. de re iudic.* in
omnem etiam euentum, Capitulum vt dictum est, non possedit per integrum biennium, ac propterea dicta

dicta narrata remanet etiam in hac parte falsa.

11 His accedit quod confirmatio † est etiam nulla, quia in ea mentio facta non fuit de intrusione Capituli contra formā dismēbrationis, ad trad. *per Bald. in cap. litteris. num. 6. de rest. spoliat. Abb. in cap. iam dudum, num. 3. de preben. & in cap. præterea. nu. 2. de iurepatr. cum aliis adductis in causa Virdunen. Abbatiæ 22. Iunij 1615. coram R.P.D. meo Buratto.*

Et quod in omnem euentum, quod confirmatio nulla non esset, concordia nihilominus non obstaret moderno Rectori, quia cum ad effectum, vt cōcordia liget successores, copulatiuè requiratur solemnitas, & causa, & confirmatio Apostolica suppleat solemnitatem tantummodo, vt fuit etiam in hac causa sub die 4. Maij anni præteriti firmatum,

12 † deest in præsenti alterum ex dictis requisitis, scilicet causa, quæ est euidens Ecclesiæ vtilitas, tum quia non solum assignatio Rectori in dicta concordia facta, ei magis vtilis non fuit, quam fuisset portio vigore dismembrationis ei debita, sed vt latè in alia decisione deductum fuit, maximè etiam damnosa, tum quia ex quo iam ante cōcordiam dicta dismembratio esset per regulas reuocatorias vnionum piæ mem. Sixti Quinti, & aliorum Pontificum reuocata apparet manifestè dictum Rectorem fuisse mediante dicta concordia enormissimè etiam læsum, cum per eam ipsi fuerit ablata maior pars fructuum suæ Ecclesiæ, absque vlla prorsus recompensatione.

Nec obstat, quod dismembratio non fuit per dictas regulas reuocata, ex quo facta prætenditur ex

13 causa † necessaria, quia nec de ista necessitate constat, prout constare deberet, *ad not. in c. dudum. de reb. Eccl. non alien. in 6. Oldrad. cons. 261. in princ.*

14 nec illa est verisimilis, † cum præsertim dismembratio facta fuerit ad fauorem Ecclesiæ iam erectæ, vt fuit pōderatum *in Toletana Cappellaniæ de Pastrana 23. Ianuarij 1608. & in Valentina subsidij 14. Martij 1616. coram R.P.D. meo Pamphilio,* nec fuit

15 in dicta † dismembratione narrata, *Rot in Toletana beneficij 20. Nouembris 1592. coram bo. me. Gipsio.*

Et in omnem euentum potuisset huic necessitati, quatenus adfuisset, satisfieri ex fructibus aliarum nouem præbendarum admodum pinguium, iuxta dispositionem Sacri Tridentini Concilij sess. 22. cap. 3. quod verisimiliter factum fuisset, si Papæ narratus

16 fuisset † verus valor mensæ Capitularis, prout narrari debebat, iuxta regulam 21. de vnionibus.

☞ *Decisio ista in hac causa sub die 4. Maij 1618. coram eodem coram bon. mem. Remboldo est supra in hoc Tomo decisio vigesima, vbi in fine annotaui plures aliæ decisiones in hac causa, quæ sunt infra.*

EMINENT.MO CARD. SACRATO.

Romana Societatis Officij.

Veneris 11. Ianuarij 1619.

ARGVMENTVM.

Mulier quando, & ex quibus coniecturis possit dici, quod non obierit ex causa partus, & sic non sit locus luero societatis officij, cuius periculum erat super eius vita. Mors semper tribuitur causæ præcedenti, licet anterior fuerit mortalis.

SVMMARIVM.

1 *Mortuus an quis sit potius ex vna, quam ex alia causa, hoc est Iudici arbitrarium.*

2 *Mulier, quando non possit dici, quod sit mortua ex causa partus.*

3 *Obijsse, quis non censetur ex causa, quæ per multum tempus antepræcessit.*

4 *Mulieres retinentes purgationes post partum ad summum viuere potest vsque ad 55. dies.*

5 *Mors attribuitur vltimæ causæ, etiam si prima fuisset mortalis.*

6 *Decis. coram Card. Caualer. declaratur.*

7 *Societatis officij disdicta non tenet, si sit facta ab infirmo, & ante quindecim dies decesserit.*

8 *Obseruantiæ contrahentium multum deferendū est.*

9 *Sententiæ plurium standum est.*

10 *Testibus numero pluribus in concursu est credendū*

11 *Mulier præsumitur decessisse ex causa partus, licet post multum tempus si nunquam bene valuit.*

12 *Mulieres infirmæ non solent fieri prægnantes.*

13 *Testibus magis specificè deponentibus in concursu deferendum est.*

14 *Testibus adminiculatis magis credendum est.*

17 *Ius totum mutatur, ex modica facti mutatione.*

DECISIO LXIX.

SOCIETAS de qua agitur fuit contracta super periculo vitæ Angelæ Casinæ exceptuato tamē obitu ex causa partus, & prægnantiæ. die 19. Maij 1616. dicta Angela peperit filium masculum, & die 10. Decembris subsequentis ex hac vita migrauit; fuit dubitatum, An creditores societatis illam fuissent superlucrati, & rrsolutio pendebat ab eo, An Angela obierit ex causa dicti partus, vel non, Rota censuit Angelam non obijsse ex causa dicti partus, & cōsequenter debitores ex obitu dictæ Angelæ superlucratos fuisse societatem; moti fuerunt DD. quia

1 hæc materia, An quis fuerit mortuus † potius ex vna causa, quam ex alia, est præcipuè arbitraria Iudici, vt *est tex. in l. quod si nolit. §. si mancipium circa med. ff de edil. edict. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 3. casu 275. num. 1. Gram. cons. 49. nu. 3. Marsil. cons. 7. numer. 28.* & in istis terminis obitus ex causa partus, *est decis. 701. num. 7. par. 1. diuers.* ex infrascriptis autem facti circumstantijs DD. arbitrati fuerunt, quod Angela non obierit ex causa partus. Primò,

2 † quia à die partus ad diem obitus intercesserunt se-

3 ptem menses, ideoq. ex causa, quæ per † multum tempus præcessit, quis non præsumitur obijsse, *cap. præterea, & ibi not. glos. & scrib. de Cleric. percuss.* & in terminis puerperij, hoc est retentionis purgagationum partus, ex qua causa prętenditur Angelam obijsse, adest doctrina, *Hyppocratis lib. 1. de morbis mulierum à nu. 43. vsque ad 60.* vbi concludit mu-

4 lieres † retinentes huiusmodi purgationes post partum ad summum nō excedere quadraginta quinque dies, quod repetit *Ludouic. Duret. in coniect. prænotion. tract. 3. text. 4.* Secundo, quia testes deponunt Angelam per multos dies antequā obiret febri acu-

5 ta laborasse, in dubio autem mors † attribuitur vltimæ causæ, etiamsi prima fuisset mortalis *l. huic scripturæ §. si seruus. ff. ad l. aquil.* & in istis terminis argumentata fuit Rota in alia *Romana societatis de mense Iunij 1569. coram Oradino*, & in alia pariter *Romana societatis 15. Nouemb. 1612. coram R.P.D.* meo

meo Caualerio, licet ibi contrarium fuit tentum,
6 quia inter alia febris præcesserat partum, ideo ex causa dictæ febris acutæ præsumendum est obijsse Angelam.

Tertiò quia post partum Angelæ per duo trimestria recepit fructus societatis, signum euidens, quod nec ipsa, nec maritus, aut alij assistentes habebant illam pro periculosa, quia alias non recepissent trimestra, sed disdixissent societatem, prout disdixe-
7 runt in vltima infirmitate licet † non in tempore cũ non disdixerint ante 15. dies. Vnde pro hoc intel-
8 lectu potest dici quod ad sit obseruantia † ipsorumet contrahentium, cui maximè defertur *l. sed Iulianus §. proinde ff. ad macedonianum Crau. cons. 101. n. 4. Cephal. cons. 272. num. 144. Menoch. cons. 49. num. 20. & 21. Surd. cons. 224. nu. 7.*

Quartò insuper eo quod Angela non decesserit ex causa partus adest iudicium duodecim Medicorum, quibus tanquam Peritis in arte videtur standum, *l. septimo mense ff. de stat. hom. l. 1. in princ. ff. de ventr. Inspic. cum concord.* & licet pro contraria
9 sententia adsint etiam octo Medici, † attamen visum fuit Dominis, quod in hoc stantum sit scientiæ plurium, sicut dicimus de testibus, quorum maior nu-
10 merus † in concursu attenditur, *cap. licet causam §. ex præmissis vbi Abb. num. 9. de probat. gloss. in cap. in nostra in princ. de testib. Alex. cons. 64. nu. 2. vol. 2. Gabr. concl. 4. n. 54. de test. & dixit Rota in Viterbien. Cursus Aquarum 17. Aprilis 1606. coram Illustriss. Card. Ludouisio.*

Non obstant testes dati pro parte filiarum, & hæredum dictæ Angelæ, ex quibus prætenditur probari quod Angela post partum non habuit puerperium vulgo appellatum il Capoparto, nec similiter menstruas purgationes, & quod semper male se habuit cum trimefactionibus ventris murmurationibus in corpore pustulis, & similibus, vnde prætenditur,
11 quod ex quo semper se male habuit, † nec vnquam bene conualuit, quod mors sit attribuenda partui, *vt in dicta decis. 701. par. 1. diuers. & in alijs Romana Societatis coram Oradino, & D. meo Caualerio supra allegat.* quia in contrariũ adsunt testes pro parte examinati deponentes Angelam habuisse bonas purgationes & quod ipsa gerebat solita negotia domus & singulis diebus festis cõferebat sed ad Ecclesiam, & spatiabatur per Vrbem, & quod nunquam fuit visitata à Medicis etiamsi ipsi accederent ad illius domum occasione aliorum infirmorum, & signanter quod ipsa lactauit puerum, & quod multum mouit DD. duo ex dictis testibus deponunt quod ipsa Angela asserebat se prægnantem, signum euidens, quod ipsa habebat se pro perfectè sana, cum non so-
12 leant † mulieres infirmæ fieri prægnantes; quibus testibus visum fuit Dominis magis deferre. Tum
13 quia † deponunt magis specifice & magis verisimilia *iuxt. tex. in l. ob Carmen §. si testes ff. de testib. & in nostra eodem tit. & Rota in recent decis. 237. n. 5. tom. 1. par. 1. & decis. 248. num. 6. tom. 2. par. 2.* Tum
14 quia remanent adminiculati ex his quæ dicta fuerunt supra in princip. *Abb. in cap. licet causam numer. 9. vers. secundo de probat. Gabr. conclus. 4. num. 89. de testib. Rota in recent. decis. 223. num. 11. tom. 1. par. 2.*
15 atque ex his cessare † visa fuerunt deducta in prædictis decisionibus 701. *par. 1. diuers. & in alijs coram Oradino, & D. meo Caualerio*, in quibus fuit con-
16 clusum obitum processisse † ex causa partus nempe quia ibi factum multum diuerse se habebat, cum
17 tamen ex modica facti mutatione † totum ius mutetur *iuxt. not. in l. si ex plagis §. in cliuo ff. ad l. aquil. cum concord. &c.*

R. P. D. REMBOLDO.

Romana de Sansonijs.

Lunæ 14. Iuanuarij 1619.

ARGVMENTVM.

Dos data ab extraneo, nisi de eius contraria mente constet, præsumitur eam dedisse animo donandi, id tamen non procedit, quando frater dotat sororem nomine administratorio, cum tunc censeatur de bonis administratis dotasse, & quid si excesserit in dotando.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum publicum, facit probationem probatam.*
2 *Dos data ab extraneo, præsumitur data animo donandi, non autem repetendi.*
3 *Fratrer si dotet sororem nomine administratorio, censetur de bonis administratis dotasse, & nu. 4. declara nisi excedat. num. 7.*
5 *Fratres obligati sunt sorores ab hæreditate exclusas dotare, & sic censentur dotare de proprio, amplia num. 6.*

DECISIO LXX.

DOMINI censuerunt constare de credito dotis Hieronymæ scuta 2500. facta tamen prius per eam renunciatione bonorum à fratribus administratorum quia de credito constat per publicum instrumentum promissionis dictæ dotis in summa sc. 3500.
1 dictæ Hieronymæ ab eius fratribus factæ, † quod facit probationem probatam vt in terminis similis instrumenti *fuit dictum coram bon. me. Card. Seraph. decis. inter impress. 1406. num. 1.*

Nec obstat, quod licet regulariter extraneus do-
2 tans videatur † dotasse animo donandi non autem repetendi, *ad text. in l. vnic. §. accedit C. de rei vxor. act.* id tamen locum non habet, quando vt in pro-
3 posito frater dotauit sororem † nomine administratorio, nam tunc censetur de bonis administratis dotasse *iuxt. not. per Bart. in l. Nesennius num. 5. ff. de neg. gest. Bald. in l fin. nu. 18. & 19. C. de dot. promiss.* vbi dicit hanc esse communem opinionem, quia
4 præterquam quod dubium videbatur Dominis † vtrũ dicti fratres promissionem dictæ dotis nomine administratorio seu potius nomine proprio fecerint, & licet dictæ sorores negocia gesserint, cum tamen ipsi
5 obligati † essent illam ab hæreditate exclusam dotare, censentur de proprio dotasse *vt in terminis consuluit Ruin. cons. 200. num. 7. lib. 1. cum alijs adductis per Menoch. de arbitr. cas. 88. num. 47. lib. 2.* cessat
6 omnis † difficultas per dictam renunciationem bonorum à fratribus administratorum. Nam quod dicitur, quod frater negocia sororis gerens, animo negocium sororis gerendi dotauerit, locum habere
7 non potest † in ea parte in qua dos promissa bona administrata excedit, id enim necessariò, præsumi debet fuisse à fratre sorori donatũ, *ad dictam l. vnic. §. accedit C. de rei vxor. actio.* & per consequens
8 dicta † renunciatione facta, remanet dictum Hieronymæ

nymæ creditum in dictis scutis 2500. liquidum ex supra allegatis &c.

REVERENDISS. DVNOZZETTO ARCHIEPISCOPO SELEVCIEN.

Romana Curæ,

Lunæ 14. Ianuarij 1619.

ARGVMENTVM.

Ratio, si semel fuerit reddita ab administratore, non potest iterum peti ab eo noua ratio, & licet hoc non procedat, stante errore, & dolo, tamen hæc sunt plenè probanda. Purgationis iuramentum an admittatur ad liberandum aliquē ab exhibitione scripturarum, qui eas custodire tenebatur.

SVMMARIVM.

1 *In scripturarum exhibitione* Rota *inuiolabiliter seruat æquitatem Canonicam.*
2 *Ratio, quando semel est reddita, aut saltem facta solemni liberatione, non potest iterum peti, vt reddatur noua ratio.*
3 *Ratio semel reddita non est amplius reddenda, nisi doceatur de errore, aut læsione.*
4 *Ratio, si sit iam semel reddita, si quis alleget, quod ad fuerit error, vel dolus ea tenetur probare, & num.5.*
5 *Purgationis iuramentum, quando adest, circa non existentiam scripturarum apud aliquem, non debet ille cogi ad vlteriorem exhibitionem.*
6 *Iuramentum purgationis non facile admittitur ad liberandum eum ab exhibitione scripturarum, qui eas custodire tenebatur.*
7 *Actor, nisi probauerit suam intentionem, reus est absoluendus.*
8 *Negligentia alicui suffragari non debet.*

DECISIO LXXI.

VISVM fuit Dominis D. Octauium Donum teneri exhibere libros, & scripturas ipsi assignatas in Instrumento inter partes celebrato de mense Aprilis anni 1605. non solum ex æquitate
1 Canonica quam Rota semper in materia exhibitionis inuiolabiliter obseruat, sed etiam ex dispositione Iuris Communis.

Cum enim appareat ex d. Instrumento publico Marium Donum, & Pyrrhum Albericum Curatores testamentarios pro reuisione computorum totalis administrationis bonorum ipsius Doni illi maiori facto consignasse omnes libros, & scripturas cōfectas, tam occasione rationis bancharię, quam aliorum bonorum stabilium pacto inito, vt ipse Octauius examinatis dictis libris & scripturis per annum integrum prætensiones suas deduceret, & quo elapso propositis quibusdam prætensionibus ipsemet Octauius dd. Curatores & Administratores ab vlteriori redditione rationis absoluit & quietauit, vt patet ex Instrumento publico de anno 1606. de eodem mense Aprilis confecto.

Quo posito libris per annū examinatis per Octauium ipsi assignatis reddita semel ratione aut saltem
2 facta solemni liberatione non potest iterum † petere, vt ipsi reddatur noua ratio, nisi prius dd. libros & scripturas de quibus Instrumenta faciunt mentionem exhibeat *Neuiz. cons. 97. in fin. Paris. cons. 89. num. 27. lib. 1.*

Clara siquidem iuris est regula rationem semel
3 redditam non esse amplius reddendam † nisi doceatur de errore, aut læsione, quam qui allegat illam tenetur probare *Paul. de Castr. cons. 36.* quem allegat, & sequitur *Soccin. sen. cons. 190. col. 2. vol. 4. Dec. cons. 100. in fin. Roland. cons. 49. num. 50. lib. 1.* fieri autem non potest, vt doceatur de dicto errore nisi prius exhibeantur scripturæ super quibus fuit facta prædicta liberatio à redditione rationis, & ita
4 per consequens † qui vult agere tenetur illas exhibere *Neuiz. d. cons. 97. Soc. sen. d. cons. 190. num. 5. Seraph. decis. 230. num. 4.*

Nec placuit Dominis quod dicebatur omnes libros remansisse in Bancho, cuius administrationem Pyrrhus suscepit postea, non enim controuertitur existentia librorum Rationis banchariæ, sed quorūdam librorum qui respiciunt administrationem bonorum stabilium vt Casalium aliorumque in hæreditate Alexandri repertorum, quæ tunc temporis sēper fuerunt distincta ab ipsa Ratione bancharia, vt ex verbis primi Instrumenti colligitur in quo fit mētio distincta & separata librorum dictæ Rationis existentium in bancho aliorumque bonorum hæreditariorum qui in domo existebant, vnde ex eo quod dictus Pyrrhus continuauerit in administratione Rationis banchariæ non potest referri ad retentionem aliorum librorum confectorum super bonis stabilibus dictæ hæreditatis.

Nec etiam visum fuit obstare, quod pro parte Octauij dicebatur libros aliquos, Casalia concernentes fuisse amissos sine culpa ipsius seque paratum esse id iuriurando præstito coram Iudice affirmare
5 † quo iuramento purgationis stante non debet cogi ad vlteriorem exhibitionem *Bart. in l. si quis ex argentarijs §. an hæc hæredi, num. 2. ff. de eden. cum similibus.*

6 Placuit enim responsio hoc † Iuramentum purhationis non facile admitti ad liberandum eum ab exhibitione, qui libros custodire tenetur *Socin. cons. 190. num. 7. Bero cons. 1591. num. 24. lib. 1. Rota corā bo. me. Orano in vna Romana mercium die 30. Maij 1588. & in alia Romana computorum 11. Februarij 1593.* deinde d. Octauius est actor qui iterum petit sibi reddi rationem non obstante liberatione per ip-
7 sum facta in fauorem Pyrrhi, qui est reus, † & debet absolui nisi suam intentionem probauerit actor iuribus vulgaribus quam aliter non nisi exhibitis libris & scripturis supradictis poterit probare nec es-
8 set æquum vt negligentia † in custodiendis libris Dono suffragetur contra omnes iuris regulas.

Verum quia principalis difficultas consistere videbatur super exhibitione speciali certorum librorū respicientium Casale di Campo del fico, quos sibi nunquam fuisse assignatos dictus Octauius constanter asserit, ideo Domini id esse particulari dubio examinandum censuerunt.

Et ita decisum vtraque parte informante.

☞ *Infra in eadem causa habes duas alias decisiones nempe sub diebus 29. Nouembris 1619. & 11. Martij 1620.*

R. P. D.

R. P. D. PIROVANO.

Beneuentana Nobilitatis.

Vener. 21. Ianuarij 1619.

ARGVMENTVM.

Possessorio omisso prosequi potest causa in petitorio, virtute clausulæ, quam & quas. Nobilitatis qualitas, cum de iure non præsumatur ideoque eam allegans, subire tenetur onus eam iustificandi. Qualitas aliqua extrinseca, & popularis solet iustificari ex opinione inter ciues. Ars mecanicha statum nobilem denigrat. Iurisconsulti inter nobiles sunt numerandi.

SVMMARIVM.

1 *Causa si sit commissa, cum clausula quam, & quas potest prosequi in petitorio, omisso possessorio intanto.*
2 *Acta aliqua non esse integrè trasportata vt probetur, quid requiratur.*
3 *Nobilitatis qualitas cum non præsumatur, ideo qui eam allegat, debet illam probare.*
4 *Popularis, & ignobilis quilibet præsumitur.*
5 *Opinio inter ciues solet iustificare aliquam qualitatem extrinsecam, & popularem.*
6 *Ars mecanicha non solum indicat statum popularem, & ignobilem exercentis, sed etiam nobilem statum denigrat, & abolet.*
7 *Probationibus veris existentibus non est curandum de præsumptiuis.*
8 *Iurisconsulti inter nobiles sunt numerandi.*
9 *Nobilitas patris transit in filios.*
10 *Forma data à Statuto, ea interuenire debet, & num. 11.*

DECISIO LXXII.

DICTVM fuit constare de causis restitutionis in integrum aduersus sententiam Rotalem, non quidem ex capite nullitatis, sed iniustitiæ. Nullitas enim, quæ deducebatur ex defectu iurisdictionis propter suspensionem petitorij ab ipsis de Carissimis cum expressa protestatione de non recedendo in possessorio, quod tamen in gradu appellationis à sententia contra eos lata in possessorio dicebatur contrarium fuisse prosecutum, dum obtinuerunt sententiam in petitorio non videbatur obstare, quia appellatio fuerat commissa cum clausula quam &
1 quas cum toto negotio principali † & quibus potuit causam prosequi in petitorio omissa causa possessorij prius intentati. *Sarn. in regul. de infirm. 9. add. ad decis. 23. de reser. in nou. num. 8.*

Similiter cessat ex facto defectu mandati procuræ quia illud fuit productum die 6. Februarij 1619. & sententia Rotalis lata fuit die 15. subsequenti. Demum non etiam verificatur defectus transportationis actorum propter deficiẽtiam interrogatoriorum,
2 † quia donec non probatur de actis, per illorum productionem deficit fundamentum exceptionis in non transportando.


Iniustitia verò probatur, siue agatur de nobilitate originali & descensiua, siue acquisita per Hieronymum patrem Bartholomæi & fratrum nunc agentium.

Nam quantum ad nobilitatem originis neque probata fuit, neque præsumitur tanquam qualitas, quæ non venit à natura, sed habet ortum ex accidentibus
3 sibi vel progenitoribus, † Ideo qui illam allegat debet probare. *Bald. in l. non ignorat. col. 1. qui. anni poss. & in l. in actionibus, §. planè col. 1. C. de in lit.*
4 *iuran.* dicitur qaemlibet præsumi popularem † siue ignobilem, *sequitur post alios Tiraq. de nobilitate §. 10. num. 13. & alios recenset Menoch. præsumpt. 60. num. 4. lib. 6.* prædictæ autem præsumptioni accedũt testes dati deponentes de reputatione familiæ de Carissimis vti popularis tàm in genere, quàm in specie Antonij, & Hieronymi respectiuè Aui, & patris Bartholomæi, & fratrum, quæ opinio inter
5 † ciues solet iustificare qualitatem huiusmodi extrinsecam & accidentalem, *Secundum Bart. in l. 1. num. 26. vers. examinemus ista verba, C. de dignit. l. 12. Tiraq. dicto tract. de nobilit. ex num. 1.* & vltra communem reputationem concurrit positiua probatio Artis mechanicæ in Antonio Auo dictorum fratrum scilicet exercitij Aromatariæ, quæ nedum in-
6 dicat statum popularem, & ignobilem, † sed nobilẽ quatenus adesset denigraretr & aboleret. *Tiraq. de nobilit. post alios c. 35. num. 4.*

Ex quibus patet actum nominationis & deputationis ad officium administrationis sanctissimæ Annuntiatæ, ad quod non solent admitti nisi nobiles
7 non releuare quoad nobilitatem originis, dum † ex veris probationibus contrarium probatur, & nec etiam ex illo actu videtur cõcludi per necesse ad nobilitatem, quia testes dati num. 9. dicunt quod de anno 1580. huiusmodi electiones fiebant in confuso aliquando de nobili populari, aliquando de popularibus tantum propter concursum votorum in maiori numero popularium, & prout in electione Hieronymi concurrunt nobiles in maiori numero, quia sex tantum nobiles leguntur interuenisse.

Quo verò ad nobilitatem acquisitam per Hieronymum ex priuilegio Doctorali Bonon. & Pauli III.
8 tribuente seu declarante tales † Iurisconsultos etiam nobiles quantum & illi inter nobiles sint connumerandi *l. possidendum l. postul. Alex. cons. 213. num. 9. vers. in eo etiam concurrebat l. 6. Tiraq. de nobilitat.*
9 *cap. 5. num. 3.* & huiusmodi † nobilitas transeat ad filios *l. Senatoris filium, ff. de senat. cum aliis in decisione 4. Februarij 1619. in hac causa allegata*, de quo tamen visum fuit non suffragari ad effectum, de quo quæriter, scilicet nominationis ad officium publicum Ciuitatis Beneuenti propter statutum eiusdem
10 loci, in quo datur certa forma † admittendi nominationes similium nobilium ex armis & litteris nẽpe post triennium à die acquisitæ nobilitatis, & cum maiori parte, & voluntate nobilium qui de eo tempore reperiantur in Consilio, quæ cum iustificata non fuerit, meritò de nobilitate ad eum effectum
11 non † potest dici constare obstante statuto, & nominatio Hieronymi ad effectum administrationis potius videtur interpretan. & intelligen. de populari, non autem de nobilibus, cũ non sit clara & aperta respectu nobilitatis personæ in ea enunciatæ.

Et ita &c.



R. P. D.

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Perusina Laudi.

Mercurij 6. Ianuarij 1619.

ARGVMENTVM.

In probationibus cum verisimilia attendantur, ideò Iudex in perquirenda veritate non parum oculum debet habere ad ipsam verisimilitudinem. Testes valde inuerisimilia deponentes sunt suspecti de falso. Dos nullatenus præsumitur quod fuerit soluta, quādo sponsalia fuerunt dissoluta, & amplia si hinc inde ortæ sint lites, & inimicitiæ.

SVMMARIVM.

1 *Testes valde inuerisimilia deponentes sunt suspecti de falso.*
2 *in Probationibus, quod verisimile est attendi debet.*
3 *in Veritate indaganda Iudices potissimum verisimilitudinem attendere debent.*
4 *Testes inuerisimilia deponentes credendum eis non est, etiamsi numero sint plures. & num. 23.*
5 *Testibus etiam plenè probantibus aliquando etiam fides non adhibetur.*
6 *Et iusta causa dicitur, quando rem non verisimilem non deponunt.*
7 *Dos non solet solui, quando spes adhuc durat effectuationis sponsalium.*
8 *Soluisse quis non est præsumendum, quod non tenebatur.*
9 *Dos non præsumitur fuisse soluta etsi sponsalia fuerunt dissoluta, & maximè si orta sint lites, & inimicitiæ.*
10 *Dos non præsumitur soluta absque quietantia.*
11 *Compensare præsumitur debitor voluisse, si ipse erat creditor sui creditoris.*
12 *Solutionem, si quis fecisset, certè pendente lite eam opposuisset.*
13 *Solutionis exceptio cum litem perimat, non solet prorogari vsque ad tertiam instantiam.*
14 *in Instrumento dotali si adsit confessio de dote recepta, quando ea soluitur non est opus quietantia, & quando id non procedat. & num. 15.*
16 *Testes si deponant aliquid fuisse dictum in aliquo actu, si ille actus non verificetur fuisse gestus, non probant.*
17 *Testes, vt probent confessionem debent esse contestes. num. 19.*
18 *Testibus inter se contrarijs non est adhibenda fides.*
20 *Tempus quando est de substantia actus est articulandum, & probandum.*
21 *Testes de auditu non releuant.*
22 *Testes si sint personæ viles, & patientes exceptiones non probant.*

DECISIO LXXIII.

CAVSA maturè discussa, nec non Testium dictis, & qualitate ponderatis visum fuit Rotæ à decisis coram me sub die 7. Februarij præteriti recedere, * & sic firmandum solutionem dotis Ioanni Francisco Siro factam non probari.

Testes enim, attenta facti serie, videntur admodū inuerisimilia deponere. Nam contractis inter Siros, & Saluuccios de anno 1601. sponsalibus cum promissione dotis hinc inde scutorum bis mille, fuit inter ipsos factum instrumentum super dictarum dotium receptione; Verum hæc sponsalia tunc temporis effectum habuerunt pro parte solummodo Ioannis Francisci Siri, qui filiam Vincentij Saluuccij duxit vxorem, non autem ex parte Iosephi Saluuccij, qui filiam Iacobi Siri ob defectum ætatis ducere non potuit; Vnde quoad istos tres ab anno 1601. vsque ad annum 1606. fuit in suspenso. Tunc autem inter Siros, & Saluuccios occasione dictorum sponsalium orta fuit controuersia, ex quo Iacobi Siri filia nubilis facta Saluuccio matrimonio iungi recusabat.

Ex his autem Domini censuerunt, non fuisse vnquam à Saluuccio dotem solutam non obstantibus pluribus Testibus ab eodem examinatis, de hac dotis solutione deponentibus. Quia dicti † testes tanquam valdè inuerisimilia deponentes de falso suspecti redduntur, & sic eis non venit fides adhibenda. *Abb. in cap. quia verisimile num. 3. de præsumpt. Dec. cons. 94. num. 2. vers. Secundo in dictis Testium, & cons. 684. num. 5. Ias. in l. si extraneus num. 8. ff. de cognit. ob caus. Aym. cons. 78. num. 1. cons. 115. nu. 12. & cons. 134. num. 36. Menoch. de arbitr. casu 174. num. 59. Mascard. de probat. conclus. 1364. num. 1. Caput. decis. 276. num. 6. par. 3.*

2 Cum in probationibus id, quod † est verisimile, attendi consueuerit *Bald in l. scripturæ num. 8. C. de fid. instrum. Dec. cons. 272. nu. 10. Aym. cons. 73. n. 41.*
3 *Curt. iun. cons. 178. num. 11.* Et in veritate † indaganda Iudices potissimum verisimilitudinem debent inspicere, *Aretin. cons. 9. Aym. cons. 9. num. 33. & cons. 61. num. 9. Bald. cons. 180. num 3. lib. 3. Oldrad. cons. 13. in fin.* Quæ locum habent etiam si testes sint nu-
4 mero plures, quia nihilominus illis inuerisimilia deponentibus non creditur, *Dec. d. cons. 94 Gabr. cons. 159. num. 14. lib. 1. Mascard. d. concl. 1364. num. 13. Farinac. de Testib. quæst. 65. num. 147.* Cum etiam
5 Testibus plenè probantibus ex causa † fides non adhibeatur *Bart. in l. Lucius num. 3. vbi Bald. in 2. notab. & Castr. num. 4. ff. de his, qui not. in fam.* Iusta
6 autem causa dicitur, † quando rem non verisimilem deponunt, *Curt. iun. cons. 52. num. 8. Aymon cons. 75. num. 22.*

Pro inuerisimilitudine verò, quod Saluuccius dotem soluerit multum videtur vrgere, quod ipse, dum Iacobi Siri filiam ducere debebat vxorem, non erat dotis debitor, cum tantundem pro dote sui filij recipere debuisset. Vnde fuerunt ex ista causa factæ hinc inde reciprocæ confessiones, & sic intra dictum tempus omnis adest verisimilitudo per Vincentium do-
7 tem solutam non fuisse; cum spes duraret † effectuationis istorum sponsalium, & nihilominus deponere conantur testes de solutione intra dictum tempus facta, nimirum ab anno 1601. vsque ad annum 1607. Credibile autē non redditur, quod Vincentius id sol-
8 uerit, † ad quod non tenebatur, iuxta notata in *l. cū indebito, ff. de cond. indeb. Angel. cons. 127. in fin. Bertazzol. cons. crimin. 253. num. 8. lib. 2. Rota decis. 485. num. 4. & 6. lib. 3. par. 3. diuers.* Et fuit dictum in *Ferrarien. Dotis 4. Maij 1615. coram* R. P. D. *meo Buratto.*

Nec pariter veritati consonum videtur ab anno 1606. vsque ad annum 1607. fuisse dotem solutam,
9 nam ab inde † citra sponsalibus dissolutis ortæ fuerunt lites, & inimicitiæ, quæ non præsumere faciunt Vincentium vltrò, & sine quietantijs adeò magnam pecu-

pecuniarum quantitatem, videlicet, scuta duo millia persoluisse, tantò magis cum in tot vicibus, in qui-
10 bus † prætenditur, solutas fuisse pecunias nulla exhibeatur quietantia, vt per *Abb. in cap. quia verisimile num. 3. de præsumpt. Riminal. iun. cons. 489 num. 9.*

Additur ob huiusmodi sponsalium inobseruantiam eundem Vincentium prætendisse factum fuisse locũ
11 pœnæ conuentionali, cum qua probabilius est † illum dotem soluendam compensare voluisse, *Anchar. cons. 434. num. 3. vers. accedit huic præsumptioni. Aym. cons. 129. num. 9. in fin.*

Augetur insuper inuerisimilitudo depositionis istorum testium, cum dicta solutio nunquam fuerit
12 lite † pendente, nec in partibus coram Arbitro, nec in Curia per duas instantias allegata, quod arguit, eam factam non fuisse. *Castr. cons. 283. nu. 1. & cons. sequen. num. 3. par. 1. Aym. cons. 63. nu. 8. & cons. 75. num. 9. Becc. cons. 103. num. 27.* Anchar. *cons. 234. num. 3. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 91.*
13 *num. 8.* Cum solutionis exceptio, † quæ litem perimit ad tertiam instantiam prorogari non soleat.

Nec valet obiectum non fuisse opus quietantia tanquam Saluuccius tutus esset instrumento dotali,
14 in quo ad eius fauorem aderat confessio de † recepto; nam id procederet, vbi sponsalia fuerunt in suspenso, non autem illis dissolutis, quia talis confessio ad aliud matrimonium ex parte Saluuccij futurum erat correspectiua, cuius matrimonij spe sublata, dicta confessio cessauit, & Saluuccius in scutis
15 duobus millibus Siri debitor existebat. † Vnde non potest dici quietantiam non fuisse necessariam.

Nec releuant testes de ipsamet Ioan. Francisci cõfessione circa dotis receptionem deponentes; Cum enim illi non loquantur de quo tempore id audiuerint, possunt intelligi de cõfessione facta prius, quam
16 sponsalia dissoluerentur; Et vlterius † cessat difficultas, quia ex dictis testibus aliqui deponunt de confessione facta tempore solutionis, & sic dum solutionem concludenter non probant, nec probare possunt confessionem, quæ ex dicta solutione ortum habet; Et in omnem euentum testes sunt singula-
17 res, † cum tamen ad probandam confessionem debeant esse contestes *Gab. cons. 40. num. 13. & seq. lib. 2. Cassi. de Grass. decis. 4. num. 4. de sent. & re iudic. Put. decis. 466. lib. 2. in nou. Seraphin. decis. 1172. num. 5.*

18 Supradictis additur, eisdem testibus † tanquam inter se contrarijs fidem non esse adhibendam, *l. qui falsò, ff. de Testibus, gloss. & Doct. in cap. in tua, vbi Felin. num. 3. de Test. Feder. cons. 162. num. 2.* Alex. *cons. 18. num. 7. lib. 1. & cons. 143. num. 2. lib. 2. Marsil. cons. 4. num. 30. in fin. & singul. 498. num. 1. vbi de communi Paris. cons. 83. num. 38. lib. 1. Socc. iun. cons. 86. num. 23. lib. 2.*

Tantò magis quia, vt ex dictis eorundem testium
19 apparet, non inter se illi conueniunt in quantitate †, loco, moneta, nec in contestibus datis. Vnde non suffragantur *Ruin. cons. 67. nu. 2. lib. 1. & cons. 9. n. 10. lib. 2. Cephal. cons. 250. num. 37.*

Discordant etiam in tempore, cuius tamen probatio hic de substantia videbatur, cum ante sponsalium dissolutionem non esset dotis solutio necessaria,
20 & postea reddatur inuerisimilis; Vnde necessarium † erat articulare tempus quod per testes concludenter erat probandum *gloss. in l. cum actum, vbi Bart. ff. de neg. gest. Bald. in l. Presbyteri num. 6. C. de Episc. & Cleric. Ias. in l. præscriptione num. 6. C. si cont. ius, vel vtil publ. Surd. decis. 75. num. 10.* Hoc autem cum factum non fuerit testes non releuant.

21 Rursus aliqui tanquam † de auditu deponentes, fidem non faciunt, *cap. tam in litteris, vbi gloss. & Felin. num. 2. de testib. Verall. decis. 278. nu. 2. par. 3.*
22 Plures quoque sunt † personæ viles, & alias, patiuntur exceptiones, vt per Informantes pro Siro. Vnde non probant *Abb. in cap. 1. num. 40. de except. Anchar. cons. 64. nu. 3. vers. concurrunt, Aym. cons. 249. num. 11. & seq. cum alijs per Menoch. de arbitr. cas. 99. num. 7.*

Nec releuat dictos testes esse numero plures, quia
23 nihilominus illi, † stantibus prædictis, veniunt omnino repellendi. *Ruin. cons. 149. num. 36. in fin. & 150. num. 18. lib. 5. Dec. cons. 137. Gabr. de testibus concl. 7. nu. 9. Surd. decis. 135. num. 10.*

☞ * *Decisio hæc sub die 7. Februarij 1618. à quo Rota recessit, est in præcedenti par. 4. recent. dec. 612.*

R. P. D. PIROVANO.

Ratisbonen. Canonicatus.

Lunæ 1. Februarij 1619.

ARGVMENTVM.

In Ecclesia aliqua si adsit consuetudo, quod in Canonicum non admittatur, qui sit suspectus de aliquo crimine, vel alias læsæ famis, vel leuis opinionis, an dicta consuetudo habeat locum in filio hæretici post abiurationem.

SVMMARIVM.

1 *Hæretici filius est læsæ famæ, & leuis opinionis.*
2 *Hæreticorum filij, quod post reuersionem patris ad fidem Catholicam, & abiurationem, sint adhuc infames nullo iure cauetur.*
3 *Hæretici filius, non est iudicandus inhabilis ad obtinendum Canonicatum, stante statuto, quod ad illos non admittantur illi, qui sunt læsæ famæ. Si pater reuersus sit ad fidem Catholicam, & abiurauit. num. 3. amplia num. 4.*
5 *Per infamiam excluditur quis ab honoribus, & dignitatibus.*
6 *Per admissionem in Canonicum admittitur quis ad beneficium honoris, & præeminentiæ.*
7 *Infamiæ facti sunt duæ species, nempe de hominis & inter homines.*
8 *Infamia hominis consideratur solum ratione propriæ culpæ, status, & vitæ eius personæ, de qua agitur.*
9 *Et hæc infamia non potest considerari in filio hæretici. & num. 10.*

DECISIO LXXIV.

FVIT resolutum standum esse in decisis, quod scilicet causa expediatur, quia articuli vltimo loco dati non etiam releuant, dum in his ponitur consuetudo immemorabilis non admittendi in Ecclesia Ratisbonen. aliquem, qui sit suspectus de ali-
1 quo crimine, vel alias læsæ famæ, † vel leuis opinionis qualis prætenditur D. Henricus hæretici filius ob illius infamiam ante abiurationem, *Zanch. de hæres. cap. 28. num. 2. vers. tertia pœna est, Couar.*

var. resolut. lib. 2. cap. 8. num. 3. cum alijs allegatis per Farinac. in suo tract. de hæres. quæst. 191. *nu.* 22. post autem abiurationem etiam quod bene vixerit adhuc fama illius remanserit læsa.

Dicebant enim Domini ad firmandam irreleuantiam prædictæ consuetudinis esse animaduertẽdum, quod læsio istius famæ potest considerari altero de duobus modis, aut tanquam consequutiua iuris, vel tanquam consequutiua facti.

2 Primò casu nullo iure cautum reperitur, † quod filij hæreticorum post reuersionem ad fidem Catholicam, & abiurationem adhuc infames sint, vel aliquæ reliquiæ remaneant, itaut in fama læsi rema-
3 neant, & hoc sufficere debet D. Henrico, † qui iudicandus non est inhabilis, & in consuetudine de læsis in fama de tempore admissionis in Canonicum cõprehensus, nisi causa in iure expressa, & probata, *Rebuff. in prax. de dispens. cum regul. facta num.* 59. & hoc argumento vsa est ad excludendam infamiæ notam, *Rota nostra in causa Gadicen. Canonicatus coram Comitulo* 20. *Iunij* 1587. & tantò minus de huiusmodi consequentia iuris videbatur habendam esse rationem, cum D. Henricus habeat dispensatio-
4 nem à Sede Apostolica † ante obtentum Canonicatum, scilicet ad Canonicatus etiam in Cathedrali existentes, ac demum fuerit prouisus de hoc ipso Canonicatu in eadem Ecclesia Ratisbonen. qui actus
5 non se compatiuntur cum reliquijs infamiæ † iuris, per eam enim excluditur quis ab honoribus, & dignitatibus, *cap. 2. §. hæretici, cap. statutum, il 2. de hæret. in 6. Menoch. cons.* 808. *num.* 44. & per admis-
6 sionem in Canonicum † admittitur quis ad beneficium honoris, & præeminentiæ, quæ non associantur cum fama læsa, & vulnerata, eius qui recipi debet in Canonicum.

Secundò casu, neque tamquam consequutiua facti, & de reliquijs status præcedentis considerari po-
7 test, quia cum sint duæ species † infamiæ, quæ ad factum pertinere possunt, nempè de homine, & inter
8 homines, de infamia hominis ipse D. Henricus † non fuit infamis, quæ solum consideratur ratione propriæ culpæ morum, status, & vitæ eius personæ de qua agitur, vt distinguit *Calder. in cons.* 1 *de probat. & cons.* 3. *de testib.* & colligitur *ex l. 1. ff de his, qui not.*
9 *infam.* & hæc culpa propria considerari † non potest in filio hæretici, prout est D. Henricus, qui natus est hæreticus, non autem iam Catholicus facto suo hæreticauit, neque de infamia inter homines datur aliquis fumus, cum illa pertineat ad communem diffamationem, & ad solam suspicionem ex certo, vel incerto Auctore prouenientem, vt declarat idem
10 *Calder. in Consilijs supradictis*, † ideo cum Henricus non deliquerit consequentia, & reliquiæ infamiæ referendæ erunt iuxta dispositionem legis secundum theoricam *Bald. in l. cunctos populos in quinta opposit. C. de Summa Trinit.* quæ non admittunt consequentiam læsionis, vt supra in primo casu dictum fuit.

Propterea si neque attenta iuris dispositione, neque de facto dici potest, quod in filio hæretici fama remaneat læsa de tempore quo dispensatus, & prouisus recipi debet in Canonicum, erit pariter superflua, & irreleuans probatio antiquæ, & immemorabilis consuetudinis super eo, quod læsus famæ, & leuis opinionis non debeat recipi, aut admitti in Canonicum, ex quo non datur casus, cui probata applicari possint. Et ita fuit conclusum vtraque parte informante.

EMINENTISS. CARD. VEROSPIO SEN.

Bononien. Molendini.

Veneris 1. *Februarij* 1619.

ARGVMENTVM.

Plura deducuntur circa probationem dominij aquæ, ex quibus scilicet, illud non remaneat probatum, itaque Dominus fundi inferioris postquam aqua ingressa est in suum fundum ad suum libitum possit ea vti. Statutum Bononien. prohibens sub certa pœna fieri aquæ canalem per fundum alienum, qualiter veniat interpretandum.

SVMMARIVM.

1 *Aquam alienam quis ad sui libitum vti non valet.*
2 *ex Emptione canalis aquæ, quando non inferatur ad dicta aquæ dominium, & num.* 3.
4 *Aqua canalis dominium alicui acquiri potest ex alluuionis beneficio.*
5 *per Alluuionem fundibus quid acquiratur.*
6 *per Alluuionem, ita demum alicui acquiritur, si flumen ei immediatè cohæreat. & num.* 7.
8 *Aqua superueniens non est valens immutare dominium, sed tantum inducere seruitutem.*
9 *Seruitus fundi non adimit proprietatem fundi.*
10 *Aqua dominium ex quibus probari possit.*
11 *Dominium si incidenter deducatur probatur leuioribus probationibus.*
12 *Statutum Bononien. prohibet sub certa pœna canalem aquæ fieri per alienum fundum.*
13 *Sed dictum Statutum intelligendum est inuitis tantum Dominis.*
14 *Aqua in terminis seruitutis in fundo inferiori vti non licet. declara num.* 15.
16 *Bart in l. quominus num.* 23. *ff. de flumin. quo casu loquatur.*
17 *Aqua postquam est ingressa fundum alicuius, dominus illius ad sui libitum ea vti valens est.*

DECISIO LXXV.

FVIT sub die 3. Decembris præteriti * coram me firmatum, Equitem Bonfiolum ducere posse aquam ad molendinum, quod construxerat, dummodo tamen Paratæ molendino, ob restagnationem aquarum id non præiudicaret, iuxta quam decisionem, cum instaret Eques pronunciari, fuit pro parte Paratæ replicatum de canalis dominio, quo stante dici non posset, aquam ingredi Bonfioli fun-
1 dum, nec eadem † illum posse ad sui libitum vti, vt firmatum fuerat in decisione. Verum partibus iterum auditis Rota nihilominus perstitit in decisis.*

Nec Paratæ suffragatur emptio canalis iam ab anno 1525. per eius Auum facta; Vt enim dictum fuit in alia decisione, tunc temporis vltra Paratæ fundũ
2 canalis † non extendebatur, & per consequens ex dicta emptione ad canalis dominium per Bonfioli fundum transeuntis inferri non valet.

Non obstat Paratæ Authores totius canalis dominium vsque ad flumen acquisiuisse. nam id procedit respectu loci, per quem canalis tunc flumen ingre-
3 diebatur, † qui locus erat superiùs, nec ipsius Bonfioli prædium attingebat, vt apud partes non controuertitur.

Nec

Nec valet dicere canalis dominium ex alluuionis
4 beneficio † paratam fuisse consecutum; Quia cum per lineam rectam, e conspectu fundi ipsius Equitis, & eius authorem facta sit alluuio, canalis verò cursum transuersalem erga flumen habeat, vt apparet ex
5 planta, dicendum † est fundo solum dicti Equitis alluuionem acquisiuisse *l. adeò, §. praeterea ibi agro nostro, ff. de acq. rer. domin. §. Insula Instit. de rer. diuis. vbi glos. in verb. latitudinis, & l. Insula de acquir. rer. dom. Bald. nouell. de Iure prothom. §. 2. num. 140. & 141. Cepol. de seruit. rust. præd. cap. 34. num. 3 Menoch. de arb. casu 145. num. 6. Aymon de Alluu. lib. 2. cap. 9. num. 15.*

Nec releuat ità demum alicui per alluuionem
6 acquiri † si flumen immediatè prædijs cohæreat. *Bart. in tract. de flumin. in verb. adiecerit in 1. nu. 1. & 2.* nam ex planta satis apparet Bonfioli Terras immediatè flumini cohærere; prout illi etiam ante alluuionem adhærebant.

Non obstat, canalem vti, quid intermedium alluuionem ad Bonfioli fauorem impedire; Quia cum Terra prius extiterit, quam super ea manauerit
7 aqua, statim ac dicta terra cessit † dominio Bonfioli tanquam habentis è conspectu fluminis prædium
8 non potuit hoc dominium † aqua superueniens immutare, sed tantum inducere valuit seruitutem, quæ
9 fundi † proprietatem non adimit.

Non obstat ex longæua canalis possessione, & peractus ad paratæ fauorem priuatiuè ad Bonfio-
10 lum † factos ipsius Paratæ dominium probari; non enim de tali possessione, nec de huiusmodi actibus docetur, immò ex testibus pro Bonfiolo examinatis apparet illum in suo fundo canalem expurgasse,
11 nec non alios fecisse actus, † per quos canalis dominium incidenter deductum probatur *l. cum res C. de probat. Bald. cons. 486. num 4 lib. 1. Castr. cons. 4. num. 1. vers. tamen quia dominium lib. 2. Soccin. cons. 112. num. 23. lib. 4. Paris. cons. 115. num. 8. lib. 1. Boer. decis. 42. num. 8. Surd. decis. 10. num. 11. Rota decis. 34. nu. 20. par. 2. diuers.*

Non obstat, in vim Statuti Bonon. prohiberi
12 sub certa pœna † canalem fieri per alienum fundum; Quia non inde infertur, Paratam canalis do-
13 minium acquisiuisse, cum † statutum procedat solum inuitis Dominis. In casu autem nostro per Bon-
14 fioli fundum aqua † potuit ex pacto, vel iure seruitutis duci.

Nec releuat etiam in terminis seruitutis in fun-
15 do † inferiori aqua vti non licere. *Bart. in l. quomi-*
16 *nus num. 23. ff. de flum.* nam in dicto loco † *Bart.* loquitur qui de alieno prædio aquam inuito Domino vult extrahere; hic autem Bonfiolus intendit so-
17 lummodo vti aqua ipsius † fundum ingressa, quod illi permittitur *Rimnald. iun. cons. 24 nu. 10. lib. 1. Honded. cons. 79. num. 19 lib. 1. Dec. cons. 244. nu. 3. & 7. Surd. cons. 41. num 26. &c.*

** Decisio ista sub die 3. Decembris 1618. in hac eadem causa facta adest supra in hoc eodem Tomo decisio quinquagesima octaua. Alias decisiones in hac causa factas, annotaui supra ad decisionem trigesimam secundam, quæ pariter est in ista causa, & ad dictam decisionem 58.*

R. P. D. VBALDO.

Romana Diuisionis.

Lunæ 4. Februarij 1619.

ARGVMENTVM.

Conductio alicuius negotij si facta fuerit simul cum aliquo, tunc inter eos dicitur contracta societas, nec socius potest prætendere aliquam possessionem contra consocium, licet ipse tractet totum negotium, cum illud præsumatur facere iure familiaritatis, & nomine consocij, & quid si ipse tantum retineat claues. Pro continuatione possessionis rei mobilis datur interdictum vtrobique, quod est simile interdicto vti possidetis &c.

SVMMARIVM.

1 *Conductio si simul facta sit cum aliquo, inter eos dicitur, contracta societas ad d. effectum.*
2 *Conductio à duobus si sit facta, tunc vtrique fuit acquisitum ius vtendi, & fruendi re conducta.*
3 *Communio rei conductæ, ex quibus actibus etiam probari possit, & nu 4.*
5 *Socius non acquirit aliquod ius super parte socij, licet faciat quoad illam actus possessorios, cum præsumantur facti iure familiaritatis.*
6 *Clauium retentio facta ab vno ex socijs non arguit possessionem contra consocium & quare.*
7 *Probatio, vt releuet debet esse certa, & concludens.*
8 *Clauium retentio apud aliquem sine dubio non arguit possessionem contra consocios, si ea retentio dederit causam liti.*
9 *Actus censetur factus ex titulo præambulo.*
10 *Frumentum, si fuerit collectum in arca, & postea in horreum conditum non resultat ex hoc probatio, quod ibidem existeret de tempore motæ litis.*
11 *Possessionis continuatio non datur in rebus mobilibus.*
12 *Socius licet possideat totam rem communem, non tamen socius ex hoc amittit possessionem suæ ratæ.*
13 *Prout, de eo, à quo res mobiles detinentur in depositum, vel ex commodato, vel precario.*
14 *Pro possessione rerum mobilium retinenda datur interdictum vtrobique.*
15 *Interdictum, vtrobique, quod datur pro retinenda possessione rerum mobilium est simile interdicto retinendæ.*
16 *Coniectura leuis reijcitur ad destruendam probationem identitatis, quando de ea iam constat.*
17 *Testes deponentes verisimilia, & qui concordant cum scripturis, ac iuribus, sunt attendendi.*
18 *Probationes leuiores admittuntur in iudicio summarissimo.*
19 *Testium dicta adiuuanda sunt potius, quam cauillanda.*

DECISIO LXXVI.

DOMINI censuerunt, mandatum A. C. esse confirmandum, in quo fuit concessa manutentio Alexandro pro portione ad ipsum spectan. in possessione frumenti de quo agitur. Quia contra validitatem mandati nihil opponebatur, & de vilitia videbatur constare cum Casale Montis Oliuerij in

in quo fuit recollectum dictum frumentum fuerit ab Alexandro conductum pro se, & fratribus, vt constat ex Instrumento quod Andreas eius frater ratifi-
1 cauit, & ideo cum simul conduxerint, dicitur † inter eos contracta societas ad dictum effectum *Bald. in l.1. quæst.11. num.33. C. pro Soc. Alex. cons.133. in princ. lib.2. Modern. de societ. cap.11. num.31.* prout contrahi potest *l. actione §. si rem certam ff. pro Soc. Ossase. decis. Pedem 76 sub num.4.* & ius vtendi fruē-
2 di re † conducta fuit acquisitum vtrique *l.1. & l. verum in princ. vbi gloss. in verb. Fraternitatis ff. pro Soc. dicta decis. Pedem. 76. sub num.4. circa fin.* Quæ
3 communio † probatur etiam ex cura & sollicitudine, quam adhibuit Alexander circa culturam eiusdem Casalis, & solutionibus factis operarijs pro messe, & recollectione frumenti, & ex pluribus alijs actibus relatis per informantes de quibus in vtroque summario Iurium, & testium per Alexandrum dato. Et demum fuit etiam probatum quod frumentum ex dicto Casali fuit ad instantiam Alexandri de anno 1614. & sic intra tempus conductionis aduectum Romam, & repositum in horreo Babuini in via nuncupata Marguttæ, mediantibus Carrarijs, seu Operarijs Camilli Bonauenturæ, & fuisse quantitatis circiter rubrorum 800. vt deponūt duo testes contestes nouissimè, & formiter examinati pro Alexandro, quorum depositiones adminiculantur ex Instrumento conuentionis initæ per Ale-
4 xandrum cum dicto Boneuentura † super conductione dicti grani ad Vrbem, & ex solutionibus iuxta dictam conuentionem subsecutis *Seraph. decis. 411. num.3. & 4.*

Quibus stantibus actus facti per Andream circa dictum granum respectu portionis alterius dicuntur
5 facti † iure familiaritatis, & ex eis non dicitur acquisita aliqua possessio in portione socij *l. qui iure, & l. communis seruus vbi Bart. Castr. & omnes ff. de aeq. possess.* & sic nihil facit. Quod Andreas retinuerit claues granarij quia vel retinuit communi nomi-
6 ne vel iure † familiaritatis, tanquam natu maior, & qui in Vrbe degebat, & in omnem euentum. Vltraquod hæc clauium retentio non arguit pernecesse possessionem Andreæ priuatiuè quoad portionem Alexandri de cuius possessione constat ex tot actibus
7 supradictis; & tamen probatio debet esse certa, &
8 concludens *cap. in præs. ntia de prob. cum vulg.* dicebatur etiam hanc clauium † retentionem dedisse causam præsenti liti, & ideo non est habenda in consideratione, *vt fuit dictum in Carthaginen. Iurisdictionis 18. Decembris 1587. corā Gypsio, Aleoulen. Iuris visitandi 28. Iunij 1600. coram Illustriss. Ludouisio, Elnen. Primitiarum 22. Iunij præteriti coram Reuerendiss. Damasceno, & alias sæpe.*

Non obstat quod non probetur granum ad Vrbē, vt supra vectum fuisse de illo recollecto ex parte Casalis conducta per Alexandrum, Quia testes expresse deponunt de frumento aducto ex Casale Montis Oliuerij; & cum non constet in eo Alexandrum acquisiuisse granum ex alio titulo præterquam dictæ
9 conductionis, actus † censetur factus ex titulo præābulo *l.2. C. de aeq. poss. gloss. in l. quadam mulier ff. de rei vendic.* fuit dictum in proprijs terminis locationis in *Mutinen. Canonicatus 13. Iunij coram me.*

Nec facit quod ex eo quod frumentum fuerit col-
10 lectum in area, & postea in horreo conditum † non resultet probatio quod ibidem existeret de tempore motæ litis ad *cons. Siluan. 91. num.18. & seq.* Quia istud cessat ex facto cum fuerit mensuratum de mandato A. C. Andrea non reclamante, & repertum in eadem fere quantitate de qua testes deponunt.

Non obstat quod possessio in rebus mobilibus
11 † non continuetur, prout in rebus immobilibus. *Siluan. dicto cons.91. num.19.* nec naturali possessione amissa (cui lis retineatur animo) vt per *Aretin. post fabr. in §. retinendæ num.3. vers. sed Io. Faber. Instit. de Interd.* & sic cum hodie granum reperiatur penes Andream etiamsi constaret de identitate illius cum grano recollecto in Casali Montis Oliuerij, & transuecto ad dictum horreum, tamen non possit amplius dici possessum per Alexandrum. Quia fuit responsum, quicquid sit de hoc, quod cum dictum granum peruenerit ad manus Andreæ vigore conductionis Casalis communi nomine factæ, & ratificatæ per ipsum vt supra dictum est quamuis totum granū
12 retineat, ipse † tamen Alexander pro sua rata possi-
13 det, vt de eo à quo res mobilis detinetur in † depositum, vel ex commodato, vel præcario tradit *Bart. in l. vnica num.3. vers. vel aliter ff. vtrobique*; quod
14 interdictum datur † pro retinenda possessione mobilium, *vt vbi dicit Alber. & Menoch. ex aduerso allegatus de retinendo remed.2.* ex quo tollitur aliud obiectum, quod non detur manutentio pro rebus
15 mobilibus, quia † immo licet non detur interdictum retinendæ vti possidetis, datur tamen interdictum vtrobi, quod est similiter retinendæ, *vt per gloss. Bart & Alber. in dicta l. vnica* & sunt exequata, *vt per Menoch. dicto rem.2. num.11* oppositio quod nō constet de identitate granarij visa fuit leuis cum nō
16 ostendatur Andream † tempore inuentionis frumēti de quo agitur habuisse in loco designato alia horrea.

Obiectiones datæ contra testes nouissimè examinatos nec Dominis visæ sunt attendendæ cum de-
17 ponant † verisimilia, & concordent cum scripturis, & iuribus supra consideratis, neque in hoc iudicio
18 summarijssimo admittūtur, in quo sufficiunt † leuiores probationes *Couar. pract. quæst. cap.17. sub n.4. Rota decis.28. num.4. & 9. par.1. diuers. Seraph. decis. 392. & decis.561. in princip. fuit dictum in vna Cusentina Pensionis 12. Februarij 1618. coram me, &*
19 alias † testium dicta sunt adiuuanda potius quam cauillanda *Alex. cons.5. num.12. lib.1. Seraph. decis. 241. num.3. & decis.1083 num.6.*

Ex quibus fuit conclusum mandatum esse confirmandum &c.

REVERENDISS. PIROVANO.

Narnien. Societatis,

Lunæ 18. Februarii 1619.

ARGVMENTVM.

Rationum redditio qualiter per administratorem reddi possit, & an possit reddi in genere absque scriptura. Liberatio generalis omnia comprehendit.

SVMMARIVM.

1 *Sermonis recti ratio in omni materia attendi solet.*

2 *Computa formantur ex datis, & acceptis.*

3 *Liberatio generalis omnia comprehendit.*
4 *Rationis redditio potest fieri nedum in specie in scriptura per distinctas partitas, sed etiam in genere absque scriptura.*
Videlicet ex conuentione, & per approbationem partis, de cuius interesse agitur nu.4.
5 *Contrahentes possunt eam legem imponere suis contractibus, quam volunt.*

DECISIO LXXVII.

DVBITATVM fuit in hac causa, An ex instrumento cessionis fuerit per Maximum reddita ratio Syro de sua administratione facta anno quarto, & si non, ad quid teneatur, cui dubio Domini responderunt in instrumento cessionis fuisse solidata computa, etiam pro quarto anno.

Ex lectura enim instrumenti prædicti rogati die 17. Aprilis 1612. apparet de expressa conuentione inter Maximum, & Syrum, quod redditio computorum facta per eundem Maximum intelligatur facta à die instrumenti quietantiarum celebrati inter eundem Maximum, Syrum, Thomam, & Io. Mariam, quod contigit in fine quarti anni, nempè die 16. Septembris 1611. & de quo fuit rogatus Octauius Laustus; & vlterius in eodem instrumento legitur, quod cæteræ omnes partitæ, & quietantiæ factæ ab eodem Maximo à mense Septembris retro, sint, & intelligantur comprehensæ in dicto instrumento rogato per Octauium, ac demum in fine eiusdem instrumenti cessionis ponitur declaratio, quod præsens quietantia, & liberatio sit reciproca inter ipsum Syrum, & Maximum, *di tutti l'interessi, pretensioni passate tra di loro, dal primo giorno che cominciorno a negotiare, & far compagnia assieme, fin al presente,* ex quibus verbis necessariò consequitur solidatio computorum quarti anni.

Nam si redditio computorum intelligi debet facta mense Septembris anni 1611. & de dicto mense terminabat quartus annus societatis, certe ista discretiua loquutio, & inclusio excludere debet distinctionẽ temporum, & differentiam à dicto die in præteritũ,
1 quia repugnaret rationi† recti sermonis, quæ in quacunque materia solet attendi, *Mantic. de coniect. lib.3.tit.4.numer.14.* scilicet, quod totum tempus esset inclusum, & rationes pro aliquo tempore essent redditæ.

Et clarior repugnantia colligeretur ex alio pacto, quod de eodem mense Septembris censeantur comprehensæ omnes partitæ, & quietantiæ, cum illæ sint de pertinentibus ad computa reddenda, vnde posset sequi, quod partitæ essent de anno quarto, & pro illo deseruire non possent; quod non est dicen-
2 dum, quia † computa formantur ex datis, & acceptis, non autem de receptis tantum, *l. si quis ex argentarijs, §. rationem, ff. de ed. Rot. Ian. decis.148. num.2.*

Demum pactum liberationis reciprocæ non haberet suum effectum secundum illius formam, & temporis inclusionem, scilicet à die conuentionis de
3 negotiando, † vsque ad tempus præsens, & tamen secundum eius generalitatem, & naturam omnia debet comprehendere, *Bald. in l. sub prætextu, col. fin. C. de transact. Menoch. cons.496. num.58. Surd. decis.217. num.12.*

Non obstat, quod in eodem instrumento cessionis dicatur quod Maximus dat Syro computa suæ administrationis pro duobus annis in quibus quartus non comprehenditur, nec includitur in folijs, ad quæ Maximus se refert, vnde dicebatur quod si referens attendatur, siuè relatum inspiciatur, semper probatur negatiua redditionis pro quarto anno, ex reuolutione instrumenti prædicti.

4 Quia cum redditio rationis possit fieri † nedum in specie in scriptura per distinctas partitas, sed & in genere absque scriptura, ex conuentione, & per approbationem partis, de cuius interesse agitur, non repugnat, quod pro certis annis sit reddita formiter, & pro quarto anno, vel alio tempore partes conuenerint de veritate computorum absque alia scriptu-
5 ra; ex quo potuerunt hoc facere, & † eam legem suis contractibus dicere, quam voluerunt, *l. contractus, vbi Cagnol. num.72. de reg. iur. Becc. cons.4. num.18. Surd. decis.260. num.13.*

☞ *Infra in eadem causa habetur altera decisio sub 21. Maij 1620. coram eodem bo. me. Pirouano.*

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Romana Palatij.

Lunæ 18. Februarij 1619.

ARGVMENTVM.

Exceptione, quod sua non interest, repellitur is, qui agere audet, postquam cessit ius suum. Apud cedentem, quatenus remaneant actiones directæ. Contractus, quando sunt diuisi, tunc non implementum quo ad vnum non obstat, quo ad alium. Contractus qualiter veniant regulandi.

SVMMARIVM.

1 *Ius suum cedens alicui, si postea agere vult super eo excluditur exceptione, quod sua non interest.*
2 *Apud cedentem remanent actiones directæ, quarum vigore agere potest. declara num.3.*
4 *Allegatio in actis habet vim denunciationis.*
5 *Confessio in præiudicium confitentis plenè probat.*
6 *Confessio alicuius non probat in præiudicium tertij.*
7 *Iudicis arbitrium venit per modum supplementi.*
8 *Acta sunt nulla, si non seruetur forma, in causa præscripta.*
9 *Contractus, quando sunt diuisi, tunc non implementum, quod ad vnum, nihilominus potest obstare, quo ad alium.*
10 *Verba, e di più, sunt continuatiua eiusdem sermonis.*
11 *Contractus sunt regulandi, secundum suam causam primodialem.*

DECISIO LXXVIII.

FVIT resolutum, causam non esse expediendam, neque ad fauorem Illustris. D. Cardinalis, neque ad fauorem R.P.D. Viues; Et quantum ad Illustris. D. Cardinalem fuit dictum nullatenus constare in actis de cessione per D.S. Illustris. allegata, vnde intrare conclusionem, vt ea quæ non sint de actis, habeantur ac si non essent de mundo. Et quatenus replicabatur adesse commissionem, vt staretur indicationi scripturarum, fuit responsum, quod licet hoc

hoc fuerit petitum in commissione, non tamen fuit
repetitum in secunda parte commissionis, quæ sola
attenditur iuxta notorium stilum Signaturæ; Secun-
do fuit dictum, neque petitionem extendi ad scri-
pturas post commissionem conficiendas; vt est præ-
tensa cessio D. Cardinalis; Quo vero ad R. P. D. Vi-
ues, fuit dictum, neque ad illius fauorem posse ex-
pediri causam, quia ipse allegauit in actis se cessisse
1 ius † suum dicto Illustriss. D. Cardinali, vnde potest
per Dominum de Ruspolis reum, excludi exceptio-
ne, quod sua non intersit, *l. fin. C. de rei vend. Soccin.
sen. in l. 2. num. 6. ff. de except. rei iud. Surd. cons.* 415.
num. 17. & 18. *Menoch. cons. 1. num. 320. & Rot. de-
cis. 4. num. 2. de re iud. in nou.* & in specie de ceden-
te *Bart. in l. facta §. si hæres, num. 2. vers. quæro post
factam cessionem, ff. ad Treb. quem seq. Crau. cons.*
191. *num. 3. Guidopap. decis. 530. num. 2.* & fuit latè
deductũ in *Anconitana Pecuniaria Veneris 7. Maij*
1610. *coram me*. Et quatenus replicabatur, apud
2 cedentem † remanere directas actiones, quarum vi-
gore potest agere, *leg. quod seruus ff. de pecul. l. fin.
C. quando fisc. cum concord.* fuit *responsum*, hoc non
3 habere locum, quando interuenit † vnum ex tribus,
de quibus in *l. 3. C. de nouat. & not. ibi Salic. num. 2.*
& fuit deductum in *dicta Anconitana Pecuniaria
7. Maij* 1610. *coram me*. In proposito autem casu
4 interuenit dicta allegatio D. Viues † in actis, quæ
habet vim denunciationis, de qua loquitur, *d. l. 3. C.
de nouat.* Ad illud autem, quod dicebatur, aut con-
stare de cessione, & causam esse expediendam ad fa-
uorem D. Cardinalis, aut non constare, & causam es-
se expediendam ad fauorem D. Viues, qui obtinuit
decisionem fauorabilem; fuit responsum, quod in eo,
quod concernit interesse D. Viues, potest dici con-
5 stare de cessione, quia eius † confessio in sui præiudi-
cium, plenè probat *l. cum te. C. de transact. & l. cum
præcum C. de liber. caus. Rom. cons. 23. num. 1. cum
alijs per Menoch. cons. 1. num. 66.* sed non exinde se-
6 qui quod constet † de cessione ad fauorem D. Car-
dinalis in præiudicium tertij, *Tiraq. de retract. con-
uent. §. 4. glos. 6. num. 6. Surd. cons. 5. num. 39. Afflict.
decis. 245. num. 11. Seraph. decis. 1424. num. 2.*

Secundò principaliter fuit dictum, non posse ex-
pediri causam, quia venditio de cuius canonizatio-
ne agitur, vltra constitutionem pretij, fuit facta cum
infrascriptis verbis, *con li paeti, conditioni, cautele,
e sicurezze, che saremo d accordo fra di noi, & secon-
do si conterrà nell'instrumento, & altri spacci, che
saranno necessarij, & vtili*. Vndè antequam exe-
quutioni demandetur venditio, visum fuit necessa-
rium firmare, quæ pacta conditiones, & cautelæ sint
apponendæ in ista venditione, licet enim fuerit deci-
sum venditionem fuisse perfectam, & hæc decisio
præsupponatur. Attamen hoc intellexerunt Domi-
ni ad effectum, ne amplius sit locus pœnitentiæ, sed
non exinde decreuerunt, quod venditio possit perfi-
ci, absque eo quod habeatur ratio dictorum pacto-
rum, conditionum, & cautelarum, & quamuis ad-
mitterent, illa esse arbitranda arbitrio boni viri, & sic
per Iudicem, hoc tamen dicebatur habere locum, si
& quatenus partes super illis non concordarent,
7 quia † arbitrium Iudicis venit per modum supple-
menti, & ideo non debet illi esse locus, nisi quatenus
partes non concordent, de quo est bonus text. in
*l. in venditione, §. fin. & ibi Bart. num. 2. & 3. ff. de
bon. auct. Iud. possid.* Atque ex his concludebatur,
quod antequam causa expediatur, debebat per Do-
minos de Ferratinis, seu ab illis causam habentes
proponi, quæ pacta, conditiones, & cautelas inten-
dant apponere, in hac venditione, quibus si D. Vi-
ues, vel ab illo causam habens non acquiescet, tunc
Rota interponet suum arbitrium.

Tertiò fecit difficultatem, quia causa fuit mihi
commissa, cum clausula firmis remanentibus No-
tarijs, quæ verba important conditionem, *l. à testa-
tore, vbi glos. verb. conditio, ff. de cond. & demon.
scrib. in rub. solut. matr. vbi Ias. in princ. & Verall.
decis. 150. num. 2. par. 1.* & tamen fuit scriptum per
alium Notarium diuersum, vnde videtur quod acta
8 fuerint nulla, † ex quo non fuerit seruata forma re-
scripti, *l. cum hi, §. si prætor ff. de transact. cap. cum
dilecta, vbi Felin. num. 6. vers. gesta contra formam
extr. de rescript. Verall. decis. 150. num. 2. in fin. par. 1.
decis. 143. num. 5. par. 5. Cæs. de Grass. decis. 1. nu. 12.
de reb. Ecclesi. non alien.* cum maximè fuerit inhibi-
tum D. Viues, iuxta formam commissionis.

Quartò, cum fuerit in hac causa resolutum D. Vi-
ues non impleuisse secundam apocam; siue secundam
partem apocæ, existimabant aliqui ex Dominis ei
obstare dictum non implementum, etiam quatenus
agat vigore primę apocæ, siuè primæ partis; non enim
videbatur tuta responsio, quod apocæ sint scriptu-
9 ræ diuersæ; ideoque non implementum quoad vnam,
nullatenus habet obstare, quoad aliam, quia immo
videbatur istis Dominis, apocas esse considerandas,
tanquam vnum, & idem negocium. Tum quia secun-
da apoca est apposita in eodem folio, & incipit per
10 hæc verba, *& di più prometto*, quæ verba, † *& di
più*, sunt continuatiua eiusdem sermonis, *l. si sic lo-
quutus, & l. si tibi purè, & ibi Bart. ff. de leg. 3. & in
l. si is, qui ducenta, §. vtrum, num. 5. vers. 3. casu. ff.
de reb. dub. & Surd. cons. 200. num. 17. lib. 2.* Vnde
apparet partes noluisse agere nouum negocium, sed
continuare primum; Tum etiam quia prima apoca
dat materiam præsistentem secundæ per verba supra
ponderata, ibi, *con li patti, conditioni, & cautele,
che saremo d'accordo*, vnde videbatur istis Dominis,
quod hæc secunda apoca fuerit facta in exequutio-
11 nem primæ, † atque ita sit regulanda secundum
suam causam primordialem, ex trad. *per Surd. cons.
128. num. 11. & cons. 389. num. 10.* & hoc etiam in-
nuit productio facta per D. Viues, vbi produxit fo-
lium, de quo agitur sub nomine vnius apocæ, & non
duarum, & colligitur etiam ex articulis per D. Viues
in actis datis, & medio iuramento specificatis, & te-
stibus desuper examinatis in quibus habetur hanc
secundam apocam fuisse factam per viam additionis
ad primam, & docuit etiam obseruantia subsequuta,
quia D. Viues egit vigore huius secundæ petendo
scilicet extendi formam Cameralem, quæ forma Ca-
meralis non adest in prima apoca, sed in secunda.

Et quatenus diceretur secundam apocam, seu ad-
ditionem continere principaliter fauorem D. Viues,
cum quibusdam tamen limitationibus ad fauorem
DD. de Ferratinis, atque ideo DD. de Ferratinis nõ
posse recurrere ad dictas limitationes, seu pactiones
sibi fauorabiles, nisi si, & quatenus D. Viues velit
vti suo fauore.

Respondebatur, quod Fuluius in dicta secunda
apoca, seu additione duo promisit ad fauorem D. Vi-
ues, casu quo D. Viues duo alia alternatiuè præsta-
ret ad fauorem ipsius Fuluij, & fratrum. Prima pro-

missio Fului fuit quod ipse Fuluius, & sui fratres erant consensuri gratiæ, quam volebat D. Viues pro sua cautione; secunda fuit de faciendo instrumento cum omnibus clausulis iustis,& necessarijs, si igitur D. Viues, non implet obtinendo illa, quæ prætendebat Fuluius, prout illum non impleuisse iam fuit resolutum. Concludebant isti Domini, quod neque Fuluius, seu ab illo causam habens tenetur implere alia duo, quorum vnum est facere instrumentum venditionis, quod est illud, de quo agitur ad quod etiam videbatur suffragari quintus articulus,& quod super illo deponunt testes, quod scilicet secunda apoca non fuerit facta solum ad commodum D. Viues,sed etiam DD. de Ferratinis, & hæc proponebantur per ipsos Dominos solum ad effectum,vt considerarentur ante expeditionem causæ.

Die 27. Februarij 1619. Procurator Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Cardinalis de Tresio produxit per compulsum instrumentum cessionis iurium venditionis Palatij Ferratini factæ à Reuerendiss. D. Viues, per acta Notarij Archiuij.

Die 25. Iunij 1619. D. Fuluius Ferratinus cessit dubio dato, An acta facta per acta Archiuij sint valida in casu,&c. per acta Notarij Archiuij.

** Supra in hac causa habetur altera decisio sub die 6. Iunij 1618. coram eodem bo.me. Card. Sacrato, est decisio 37. vbi annotaui in fine alias decisiones in hac eadem causa factas.*

REVERENDISS. DVNOZETTO, ARCHIEPISCOPO SELEVCIEN.

Salernitana Parochialis.

Lunæ 18. Februarij 1619.

ARGVMENTVM.

Gesta, post inhibitionem Rotalem, tamquam attentata reuocantur, & quando ad hunc effectum non excuset res iudicata, Inhibitio Rotalis impunè non potest sperni, & siue sit iusta, siue sit iniusta semper est timenda.

SVMMARIVM.

1 *Gesta post inhibitionem Rotalem, omnia corruunt, & tamquam attentata reuocantur.*
2 *Attentata excusantur stante re iudicata.*
3 *Res iudicata tollit inhibitionem legalem, & facit expirare vires inhibitionis Rotalis.*
4 *Sententiæ, & res iudicatæ non prosunt, nisi doceatur de earum executione.*
5 *Res iudicata, quando adest ad fauorem rei, trahit secum virtualiter executionem.*
6 *Lis non potest dici finita, si adhuc pendeat super executione sententiæ.*
7 *Inhibitio Rotalis, quando est intimata alicui, tunc ab eo non potest, nec debet impune sperni, sed debet ad Rotam ipsam, vel ad Signaturam recurrere.*
8 *Inhibitio Rotalis siue iusta, siue iniusta est timenda.*
9 *Sententia notoriè iniusta non transit in rem iudicatam.*
10 *Diuisio titulorum, & beneficiorum benè probatur ex visitationibus Ordinariorum, & enunciationibus antiquis.*
11 *Status quadragenarius in beneficijs, vt possit constitui, quid requiratur.*

DECISIO LXXIX.

CVM sub die 23. Ianuarij 1617.* fuisset in hac causa decisum omnia gesta per Thomam Baracanum post inhibitionem Rotalem, tanquam nulla,& attentata esse reuocanda,non acquiescente huic resolutioni Ioanne Martino Sabatino moderno Cappellano Thomæ subrogato,ad eius instantiam iterũ proposito dubio, Domini sine vlla difficultate steterunt in decisis moti ex rationibus fusè deductis in dicta decisione coram me facta, ex quibus apparet dictum Thomam non obstante pendentia litis in Rota post inhibitionem ipsi personaliter intimatam indebitè fructus vtriusque beneficij separati, & non
1 vniti exegisse in † spretum inhibitionis Rotalis; vnde omnia corruant, & tanquam attentata reuocentur necesse est.

Nec visum fuit posse excusari attentata ex eo, quod hodie exhibentur acta iudicialia super quibus lata fuit sententia Rotalis quam transitum fecisse
2 in rem † iudicatam tam ob lapsum fatalium, quam ob non interiectam debito tempore appellationem vtraque pars fatetur;vnde infertur tolli per rem iu-
3 dicatam † inhibitionem legalem, & expirare vires inhibitionis Rotalis.

Huic obiectioni pluribus modis responderũt Domini, & primo placuit responsio data in decisione
4 non sufficere† allegare sententias,& rem iudicatam, nisi doceatur de earum executione, *Mobedan. decis. 1. vt lit. pend. Sarn. de ann. quæst. 44. cum allegatis in dicta decisione.*

Nec subsistere visum fuit in facto, quod pro exclu-
5 sione attentatorum replicatur adesse rem † iudicatam ad fauorem rei,& possessoris, quæ trahit virtualiter secum executionem; quia licèt sit verum sententiam transijsse in rem iudicatam,nullibi iustificatur, quod D. Thomas esset reus, & possessor, quini-
6 mò constat concessum † fuisse mandatum de manutenendo Rectori collitiganti, & per consequens non potest concludi litem fuisse finitam cum adhuc penderet super executione ex allegatis in dicta decisione;vltra quod cum esset commissa causa appellationis, & restitutionis in integrum in Rota, & vi-
7 gore eius emanasset inhibitio ipsi† Thomæ intimata, non potuit,nec debuit ab ipso impunè sperni,sed debebat ad Rotam ipsam,vel ad Signaturam recurrere vt firmauit dicta decisio, & millies fuit in Rota deci-
8 sum cum inhibitio † Rotalis iusta, siue iniusta, sit timenda,vt tritum est in Curia.

Tertiò responsum fuit sententiam huiusmodi nun-
9 quam transijsse in † rem iudicatam, stante eius notoria iniustitia,quæ hodie ex actis pro parte Io. Martini productis clariùs iustificatur, ex eorum enim reuolutione apparet hæc beneficia,de quibus agitur esse diuersa,vnum sine cura, alterum cum cura animarum à diuersis personis, & titularibus possessa, vnde tenebatur Thomas probare aliquam dismembrationem, aut vnionem.

Quod autem in dicta Ecclesia S. Marci adessent duo distincta beneficia patet ex pluribus visitationibus Ordinariorum factis ab anno 1492. vsque ad annum 1602. in quibus enunciatur, & asseritur prædictam Ecclesiam in titulum Cappellaniæ,& Rectoriæ diuisam esse à centum, & amplius ab hinc annis, ex

10 ex quibus visitationibus † Ordinariorum enunciationibusq. antiquis probatur diuisio dictorum titulorũ, & beneficiorum, *Veral. decis. 160. par. 2. & fuit in simili causa resolutum coram R.P.D. meo Verospio 15. Martii 1614. in vna Salernitana parochialis.*

Comprobatur clarissimè hæc separatio beneficiorum ex continuis prouisionibus, & collationibus istorum beneficiorum distinctè & diuersis personis factis ab anno 1563. vsque ad hunc diem, quæ effectũ fuerunt sortitæ quibus stantibus posset constitui sta-
11 tus quadragenarius † separationis beneficiorum, qui sufficeret ad inducendã præscriptionem iuribus vulgaribus, vnde iure meritoq. coram Illustrissimo Ludouisio Lunæ 5. Iulij 1611. fuit decisum hæc beneficia non esse vnita, sed penitus distincta, ex qua resolutione elicitur sentẽtiæ iniustia quæ adiudicat Thomæ in præiudicium possessoris collitigantis vtriusq; beneficij fructus tanquam non distincti, & separati.

Et ita decisum vtraque parte informante.

Decisionem hãc in hac causa sub die 23. Ianuarij 1617. coram eodem bo.me. Dunozetto habes infra in Appendice post decisiones anni 1626. prout in Indice ibi in principio posito.

R. P. D. REMBOLDO.

Romana Saluiani.

Lunæ 19. Februarij 1619.

ARGVMENTVM.

Aegidiana, quamuis intret in quòcumque possessorio, tamen id non procedit, quando adest notorium grauamen. Creditor habens anteriorem hypotecam expressam, præfertur posteriori pro dote competẽti. Retentio, vt detur ratione expensarum quid requiratur. Aegidiana non habet locum in re Ecclesiastica etiamsi agatur de vtili dominio Ecclesiæ. Sententia si sit concepta vnica structura verborum, tunc an pars appellabilis trahat ad se partem non appellabilem.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana habet locum in quocumque possessorio.*
2 *Aegidianæ non est locus, quando sententia continet notorium grauamen.*
3 *Instrumenta publica faciunt probationem probatã.*
4 *Creditor si habeat anteriorem hypotecam expressã, præfertur posteriori pro dote competens.*
5 *Fundus dotalis potest maritus vxori relinquere pro sua dote.*
6 *in Iudicio possessorio non admittuntur ea, quæ respiciunt petitorium.*
7 *Vsusfructus fundi dotalis spectat ad maritum, & sic illum in alium potest transferre. amplia num. 8.*
9 *Retentio ratione expensarum, vt detur requiritur, vt de eis constent.*
10 *Sententia non redditur iniusta ex probatis post eã.*
11 *Aegidiana ad hoc, vt non intret iniustitia debet probari ex eisdem actis.*
12 *Cessio vt releuet cessionarium debet docere de iuribus cedentis.*
13 *Inhibitio facta post consumatum actum non causat attentata.*
14 *Aegidiana non habet locum in re Ecclesiastica etiã si agatur de dominio vtili Ecclesiæ.*
15 *Sententia si sit concepta sub vnica verborum structura. tunc pars appellabilis trahit ad se partem non appellabilem.*
16 *Et quando hoc procedat.*
17 *Sententia, si concedat immissionem, & vnico contextu condemnet ad fructuum, & expensarum restitutionem, an quoad fructuum condemnationem possit appellari, & nequaquam quoad immissionem.*

DECISIO LXXX.

TENTVM fuit, quoad vineam locum esse Aegidianæ, & non constare de attentatis; quoad domum verò dictæ Aegidianæ locum non esse. Nam quoad vineam videbatur, quod dictæ Aegidianæ locus sit, quia apparet sententiam fuisse in mero possessorio latam, & absque aliqua mistura; quo casu dubium non est, quin intret dicta Aegidiana, cum illa
1 locum habeat † in quocumque possessorio, quia est instar *l. primæ. C. de moment. poss.* quæ secundum cõmunem DD. opinionem in quocumque possessorio, vt fuit sæpius dictum, & signanter *in Romana domus 4. Iulij 1603. coram bo.me. Card. Pamphilio,* & in alijs relatis *in Romana saluiani interdicti 26. Nouembris 1605. coram R.P.D. meo Manzanedo, & in Fanen. saluiani 14. Ianuarij 1611. coram Illustris. Card. Ludouisio.*

Non obstat, quod Aegidianæ locus non est quando sententia notorium grauamen continet, quia
2 † præterquam quod notorium grauamen illud dicitur, quod nulla tergiuersatione celari potest, vt in terminis dictæ Constitutionis Aegidianæ latè aduertit *Corn. cons. 10 num. 3. vol. 4.* debet etiam de eo constare ex eisdem actis *Gabr. cons. 36. num. 1. lib. 2. Rota diu. decis. 445. in fin. par. 4. Card Seraph. decis. 872. num. 2. & fuit dictum in Ciuitatis Castelli spolij 23. Ianuarij 1593. coram bo. mem. Orano, & aliàs sæpissimè.*

At in casu isto tale grauamen non probatur, sed potius docetur de iustitia sentẽtiæ, quia scilicet probatur creditum census, & hypoteca, necnon vtrumque extremum, quod nempè Stephanus debitor possederit vineam de qua agitur, & quod eadem nunc à
3 Francisco & Paulo possideatur per † publica instrumenta, quæ vt tritum est faciunt probationem probatam.

Nec obstat, quod dicti Franciscus, & Paulus dictam vineam possident ex causa dotis per dictum Stephanum Victoriæ eius filiæ datæ, quia D. Curtus
4 habet † anteriorem hypotecam expressam, quæ propterea præfertur posteriori pro dote competenti, *glos. in l. assiduis. C qui pot. in pign. habea. Rip. in l. 1. sub nu. 1. solut. matrim. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 22. num. 30. Couar. var. res lib. 1. cap. 7. vers. quinta conclusio.*

Minus facit, quod eadem vinea sit vt pretenditur fundus dotalis vxoris præmortuæ dicti Stephani, qui
5 † propterea videtur potuisse illam dictæ Victoriæ pro eius dote restituere, quia vltra quod, nec ista exceptio vllo modo iustificatur in facto, & tanquam altiorem indaginem requirens reijciẽda esset ad pe-
6 titorium, † neque in hoc iudicio admitteretur *Natt. cons. 532. nu. 4. Menoch. de adipisc. reme l. 3. nu. 180. vers. & in hoc iudicio. Paleott. decis. 3 1.* cessat difficultas, ex eo quod siue dicta vinea sit pro restitutione dotis vxoris dicti Stephani hypotecata, siue etiam fundus

fundus dotalis dictę vxoris, negari tamen non potest, quia cum vsusfructus saltem illius, tempore obligationis per Stephanum ad fauorem dicti Curti factæ
7 ad eundem Stephanum† pertineret, fuerit per dictā obligationem omne ius dicto Stephano in dicto vsufructu competens in dictum Curtium transfusum, *glos. in l. si is qui bona. §. vsusfructus. ff. de pignor. l. arbori 6. §. vsufructuarius. ff. de vsufruct.* adeout
8 nec dictæ Victoriæ dicti Stephani filiæ† competat pro ipsius alimentis retentio, vt pluribus firmatum fuit *in Bononien. vsusfructus* 14. *Maij præteriti coram R.P.D. meo Verospio.*

Nec releuat quod saltem dictis Paulo, & Francisco competebat ratione expensarum pro cultura di-
9 ctæ vineæ factarū retentio, quia† nec de dictis expensis modo constat, nec fuit de eis ante sententiam oppositum, vnde quatenus etiam in posterum proba-
10 rentur non† redderetur inde sententia iniusta, *Corn. d. cons.* 10. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 4. & præsertim ad effectum impediendi Aegidianam cum ad hunc effectum, vt
11 supra dictum† est, necesse sit quod iniustitia deducatur ex eisdem actis.

Eadem responsione tollitur quod dicitur Franciscum & Paulum habere iura cessa à creditoribus anterioribus Stephani, quia nec dictæ cessiones fuerūt
12 in actis, saltem ante sententiam productæ, † nec minus doctum de iuribus cedentium, prout requiritur *ad trad. per DD. in auth. si quis in aliquo. C. de eden. Surd. decis.* 231. *num.* 3.

Non obstat quod etiam, quod non intret Aegidiana tamen exequutio fuit attentata, cum sit facta post supersessoriam ab Illustrissimo D. Cardinali Præfecto Signaturæ Iustitiæ obtenta, quia hoc obiectum tolli-
13 tur ex facto, cum ex eo constet † exequutionem factam fuisse die 7. Decembris pręteriti, supersessoriam verò die sequenti concessam.

Quo verò ad domum dicta Aegidiana non intrat, quia probatur illam esse de dominio directo Prioratus Vrbis, & Aegidiana locum non habet in re Ec-
14 clesiæ, † etiam quod agatur de vtili illius dominio, vt latè firmatum fuit *in causa Romana de Scapuccijs* 19. *Ianuarij* 1611. *corā Reuerendiss. D. meo Decano.*

Nec obstat, quod si Aegidiana respectu domus non intrat, ac per consequens quoad illam sententia erat appellabilis, fuit quoque appellabilis respectu vineæ
15 † cum dicta sententia concepta sit sub vnica verborum structura, atque ideo pars appellabilis traxerit ad se causam non appellabilem, *Rota decis.* 323. *nu-*
16 *mer.* 1. *par.* 1. *diu.* quia obiectum procedit† in duabus causis, seu iuribus complicatis, & connexis nō autem in separatis, & diuiduis, prout sunt domus & vinea, in his enim pars appellabilis non trahit ad se partem non appellabilem, vt in terminis sententiæ,
17 quæ concessa fuit immissio in eodem contextu† pars condemnata ad fructuum, & expensarum restitutionem, vt scilicet quoad fructuum condemnationem licita sit appellatio secus quoad immissionem, quia sunt iura diuidua pluribus ostendit, *Surd. cons.* 102. *num.* 12. *lib.* 1. *Crescent. decis.* 5. *de appellat. Afflict. decis.* 77. *sub num.* 8. *vers. item etiam fuit dubitatum &c.*



EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Romana de Pinis.

Mercurij 20. *Februarij* 1619.

ARGVMENTVM.

In Renunciationibus, & cessionibus cum non comprehendantur, nisi iura quæ renuncians habet, ideo non extenditur ad ea, quæ competere possunt de futuro.

SVMMARIVM.

1 *Matris successio æqualiter spectat ad filios.*
2 *in Cessione non potest comprehendi nisi ius, quod competit cedenti.*
3 *Renunciare, & legare quis tantum censetur ius quod habet in re.*
4 *Renunciatio censetur facta ex causa quæ viget de præsenti.*
5 *Bona materna radicata in fratre, & illo defuncto, in patre non dicuntur amplius materna.*
6 *Pactum super successione viuentis, præsente, & consentiente illo de cuius successione agitur valet, & tenet. declara vt num.* 7.
8 *in Voluntate eadem, quis non dicitur perseuerare si contrarium disponat.*
9 *Renunciatio, seu cessio non extenditur ad bona non expressa.*

DECISIO LXXXI.

CVM præsupposito decisionum in hac causa factarum, dubitaui quid deberetur DD. de Pinis in casu de quo agitur, & visum fuit DD. firmare cessionem factam per Monialem Hieronymam non comprehendere nisi medietatem dotis maternæ hoc est sc. 750. ex quibus, quæ pars debeatur Pinis, reseruarunt particulariter videre. Quod cessio non cōprehendat nisi medietatem dotis maternæ tenuerunt Domini, quia ex communibus parentibus nati sunt
1 dicta Hortensia, & Angelus cui facta fuit cessio, † vnde ad vtrumque æqualiter spectabat successio matris *auth. in successione. C. de suis, & legit.* propterea in cessione censetur tantum comprehensa portio, quæ
2 spectabat † ad ipsam cedentem *ex alleg. per Surd. decis.* 172. *num.* 7. & est vulg. conclusio quod quis censetur renunciare, & legare ius tantum, quod habet in re, *l. si domus. §. fin. in fin. vbi Bald. num.* 1. *ff. de leg.* 1. *Cephal. cons.* 516. *num.* 11. *Surd. cons.* 113. *numer.* 14. *& decis.* 93. *num.* 27. *&* 28. *Rota in nouiss. decis.* 375. *num.* 7. *par.* 1. *tom.* 1.

Nec vim facit Dominis quod cessio fuerit per
3 verba amplissima, nempè quia Hieronyma cessit, & donauit Antonio fratri omnia & singula bona, & iura ipsi Hieronymæ super hæreditate, & successione tàm paterna, quàm materna quomodolibet competentia, & competitura quouis iure, titulo, & ratione, vnde inferebatur posse venire integram dotem maternam, hoc est medietatem quam habuit dictus Antonius, & illo prædefuncto eius pater, à quo fuit postea hæres instituta Hieronyma, nam omisso quod
4 † renunciatio regulariter intelligitur facta ex causa quæ viget de præsenti, vnde cessio non videbatur posse trahi ad ea, quæ habuit Hieronyma vigore testamenti paterni cum ista causa non vigeat de tempore renunciationis ad *Bald. in l. pactum quod dotali numer.* 8. *C. de collat. Bart. in l.* 1. *ante num.* 5. *Curt. iun.*

iun.num.48. Rip.num.24. & seq. C.de pact. pro quo
5 etiam faceere videbatur, † quod bona materna radicata in fratre, & illo defuncto in patre non poterant amplius dici materna, *Afflict. decis.78. num.4. Rol. cons.95.nu.44. lib.1. Couar. in cap. quamuis pactum par.3. §.3. num.2. de pact. in 6.* In proposita facti specie cessare visa fuit difficultas, quia cessio fuit facta in personam ipsius Antonij fratris, vnde cessio non videtur posse comprehendere medietatem dotis maternæ de tempore renunciationis spectantem ad ipsum fratrem, cum non posset dari casus quod Hieronyma super dicta medietate habitura esset ius
6 nisi defuncto ipso fratre, † vnde esset renunciatio, seu donatio collata per mortem donatarij, & sic de tempore quo ipse donatarius non esset amplius capax donationis, & hoc posito, quod renunciatio facta fratri non comprehendat nisi medietatem dotis, sequi videbatur, quod nec illam comprehendant substitutiones tanquam in prima institutione dependentes.

Circa aliã difficultatem quod cessio debeat comprehendere bona paterna, cum fuerit facta præsente,
7 & consentiente ipso patre, & de iure † teneat pactũ super successione viuentis præsente, & consentiente illo de cuius successione agitur *l. fin. C. de pact.* fuit responsum hoc demum habere locum si ipse consentiens remanserit in eodem consensu vsque ad mortem, *Castr. in dicta l. fin. num. 4. vers. sed hic non obligat, Aretin. num.2. Corn. nu 4. in fin. vers. non enim, Ias. num.12. Dec. num. 6.* & satis dicitur
8 non perseuerasse † eo ipso quod in testamento aliter disposuit *Anchar. cons.404. num. 3. Beltrand. cons. 197. vol.3. par.1. vers. non perseuerauerit, Gozad. cons.98. num.1. vers. sed clarum est. Bero. cons.30. num.18. & 25. lib. 3.* cum igitur in proposito casu Leonardus pater Hieronymæ aliter disposuerit in suo testamento, ac contineatur in cessione, vel dona-
9 tione, consequens † videbatur, quod cessio non extendatur ad bona paterna, sed tantũ ad materna &c.

☞ *In hac causa habetur altera decisio sub die 27. Ianuarij 1614. coram eodem Card. Sacrato supra in prima parte recent. est decisio 561.*

R. P. D. VBALDO.

Hispaleñ Præheminentiarum.

Mercur. 20. Februarij 1619.

ARGVMENTVM.

In Præheminentiarum materia, quando, & ex quibus probationibus, quis obtinere debeat, itaque manutenendus veniat. Possessio generalis nullatenus venit attendenda, quando constat de particulari, quod procedit etiamsi dicta possessio particularis sit contra ius, idq; tamen intellige si ea possessio sit alicuius temporis considerabilis.

SVMMARIVM.

1 *Testis vnicus sufficit in iudicio manutentionis.*
2 *Testes si deponant de actibus possessorijs factis lite pendente, non releuant ad effectum manutẽtionis.*
3 *Limita id, quando lis introducta fuit super diuerso capite, & num.7.*
4 *Lis non dicitur incœpta per simplicem libelli oblationem.*
5 *per Supplicationem extraiudicialem non dicitur introducta lis.*
6 *Lis sumit exordium, vel à citatione, vel à litis contestatione non autem à libelli oblatione.*
8 *Clausula, quam, & quas, non operatur quoad non specificata.*
9 *Quasi possessio non potest acquiri sine scientia, & patientia eius, de cuius præiudicio agitur, quæ scientia tamen non est probãda si præsumatur. n.9.*
9 *Ordinarius annuatim tenetur ad visitationem Ecclesiarum suæ Diœcesis.*
10 *Ordinarius habet assistentiam iuris pro se tanquam parochus vniuersalis, quoad regimen Ecclesiarum, & percipiendi quascumque obuentiones.*
11 *Possessio particularis debet præualere generali.*
12 *Possessio particularis quando præualeat.*
13 *Possessio contra ius releuare solet, quando est alicuius temporis considerabilis.*
14 *Testes deponentes super materia, de qua non controuertitur, respuendi sunt.*
15 *Probatio specialis debet præualere generali.*

DECISIO LXXXII.

CENSVERVNT Domini mandatum de manutenendo esse dandum Beneficiatis, quia illud datur possessori de tempore motæ litis §. Hodie instit. de interd. de possessione autem Beneficiatorum in præeminentijs, de quibus agitur etiam priuatiuè quoad Curatos ex quinq; testibus in summario datis, & quos fuisse validè examinatos firmauit Rota 16. Nouembris præteriti coram me. Præheminentię autem de quibus testes deponunt sunt omnino septem. Prima est de cura celebrandi, & celebrari faciendi missas cantatas, & continuò recitandi horas canonicas absque eo quod Curati in præmissis se intromittant, prout deponunt. Primus, secundus, tertius, quartus, & quintus testes iuxta 18. interrogatorium, & super 2. articulo. De secunda verò super actu celebrandi missas pro mulieribus post partum ad Ecclesiam accedentibus. Item de tertia de publicandis litteris monitorialibus, necnon de quarta de publicandis & ordinandis processionibus particularibus deponunt ijdem testes super 3. articulo, de quinta quod scilicet Beneficiati vadant ad Cathedralem cum eorum Crucibus ad processiones, quæ in illa fiunt deponit primus testis super tertio, sicut de sexta deponunt omnes dicti testes super eodem tertio, quæ consistit in cura deferendi Sanctissimum Sacramentum Corporis Christi, quod etiam reponunt in Altari, atque illud populo ostendunt, quando consueuit reponi sub sua custodia, & quod prædicta omnia à Beneficiatis fiunt absque eo quod Curati se in prædictis intromittant. Demum super septima videlicet. Quod in Choro solum ipsi Beneficiati habuerunt, & habent sedes absque eo quod Curati vllas habeant in eo sedes, neque cum ipsis Beneficiatis sedeant, deponunt omnes dicti testes super quinto articulo.

Quibus ita stantibus non videbatur in prædictis posse denegari Beneficiatis manutentio, etiamsi super quinta præeminentia vnus tantum testis depo-
1 nat, † qui ad hunc effectum sufficit *Menoch. de retin. remed. vlt. num. 34. Rota decis. 196. num.6. par.1. diuers. Seraph. decis.613. & fuit dictum in Cusentina pensionis 4. Maij 1616. coram me.*

Non obstat, quod hæc lis incœperit de anno 1572. &

& sic testes examinati de anno 1615. cum ad summũ
non excedant ætatem 40. annorum, non percutiant
2 tempus motæ litis, immo deponere videantur † de
actibus lite pendente factis, quod non releuant ad
effectum manutentionis *cap. 1. vt lit. pend. Mandell.*
cons. 187. num. 8. cum alleg. Quia fuit responsum di-
ctam prætensam litem, vt supra inchoatam fuisse su-
3 per iure præsidendi, † & nominandi, primum coram
bon. me. Cardinali Seraphino à quo emanarunt deci-
siones ad fauorem Beneficiatorum, quæ sunt *decisio-*
nes 613. & 639. inter eius impressas par. 1. & quæ
etiam nunc pendet coram R. P. D. meo Pamphilio.

Alia verò causa super præeminentijs supra expres-
sis fuit longè post in partibus incœpta, & deinde
per appellationem à quodam Decreto Nuntij His-
paniarum in Rota mihi cõmissa, & in omnem euen-
4 tum pro initio litis de anno 1572. non asseritur, † nisi
prætensus quidam libellus oblatus Archiepiscopo
pro parte Beneficiatorum, qui videtur potius quæ-
5 dam † supplicatio extraiudicialis, quam libellus iu-
diciarius per quem tamen, nec lis diceretur incœp-
ta, cum ea sumat initium, vel à citatione, vel à litis
6 contestatione, † non autem à libelli oblatione, *l. am-*
plius non peti. ff. rem rat. hab. Auth. offeratur, vbi
Doct. C. de lit. contest. & in l. 1. ff. de eden. §. fin. in-
stit. de pœn. temer. litig. gloss. in rubr. & ibi Doct. C.
de in ius vocan.

Nec faciunt articuli postea dati pro vtraque par-
7 te, † quia pertinent ad ius præsidendi, & gubernandi
Ecclesias, & sic ad aliam causam commissam bo. me.
Seraphino, de qua hic non agitur. Nec rursum facit
clausula quam, & quas in dicta commissione appo-
8 sita, † quia non operatur quoad non specificata, *Ca-*
putaq. decis. 125. num. 2. lib. 3. Cæs. de Gruss. decis. 1.
num. 2. & 7. de iudic. & sæpè fuit decisum.

Nec refragatur quod testes Beneficiatorum non
concludant de scientia, & patientia Archiepiscopi,
9 & Curatorum, sine † qua non potuerit Beneficiatis
acquiri quasi possessio, *Rip. in cap. cum Ecclesia Su-*
trina num. 64. de caus. poss. & propr. Rota decis. 297.
num. 2. par. 2. diuers. quia fuit responsum, hanc sciẽ-
10 tiam præsumi in Ordinario propter † annuam visita-
tionem Ecclesiarum, ad quam tenetur, *Rota decis.*
166. in princ. par. 1. diuers. & decis. 106. in fin. par. 2.
& facit decis 4. num. 8. eadem par. 2. & fuit conside-
ratum in vna Reatina Barchæ 23. Ianuarij 1617.
coram R. P. D. Buratto.

Non obstat allegata assistentia iuris communis
11 pro Archiepiscopo † vti Parocho vniuersali, & vni-
uersalis etiam quasi possessio regiminis Ecclesiarum,
& percipiendi quascumque obuentiones, quia ad
istum effectũ debet præualere possessio particularis,
12 de qua deponunt testes Beneficiatorum quoad † præ-
heminentias supradictas, de quibus solum agitur,
Felin. in cap. cum auditis num. 19. de præscript. Abb.
cons. 71. num. 3. par. 2. Aym. cons. 55. sub num. 1. in
in fin. vers. bene fateor, & fuit dictum in Mediolanen.
decimarum 9. Iunij 1610. coram R. P. D. meo Piro-
uano, & sufficit quod ius vehementer Beneficiatis
non resistat *Couar. pract. quæst. cap. 17. num. 6. Me-*
noch. de retinen. remed. vltimo num. 21. & seq. Rota
in Corduben. redecimarum 25. Octobris 1592. coram
bon. mem. Card Pamphilio. Vltra quod etiam pos-
13 sessio contra ius † releuare solet, quando est alicuius
temporis considerabilis, *Franch. in cap. ad decimas*
num. 8. de restit. spol. cum alijs per Rotam decis. 534.
num. 7. par. 1. diuers.

Vltimo non obstant testes deponentes super pos-
14 sessione Curatorum, quia deponunt circa † ius præ-
sidendi, de quo hic non agitur, sed in alia causa, vt di-
xi, & quatenus deponerent etiam super ordinatione
15 Ecclesię loquuntur in genere, & ideo probatio † spe-
cialis Beneficiatorum debet huic generali præuale-
re ex supra deductis.

Ex quibus fuit conclusum mandatum de manute-
nendo esse dandum Beneficiatis.

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Meleuitana Bonorum.

Lunæ 25. Februarij 1619.

ARGVMENTVM.

Sententia vt defendatur à nullitate facienda est omnis
interpretatio. Filijs non potest præiudicare mater
per suum testamentum, si eis fuit iam ius quæsitum
vigore pactorum matrimonialium. Fideicommissum
etiam per viam contractus haberi potest.

SVMMARIVM.

1 *Falsitas, & contradictio, vt euitetur facienda est*
interpretatio.
2 *Sententia, vt saluetur à nullitate facienda est in-*
terpretatio.
3 *Mater non potest per suum testamentum priuare*
filios iure quæstio vigore pactorũ matrimonialiũ.
4 *Pacta matrimonialia fauore prolis, comprehendũt*
tàm masculos, quàm fœminas si non sit habita ra-
tio conseruationis agnationis.
5 *Notarius stipulari potest pro filijs nascituris, nec*
potest reuocari talis stipulatio.
6 *per Probibitionem alienationis an censeatur impe-*
dita facultas disponendi per vltimam volũtatem.
7 *Fideicommissum etiam per viam contractus habe-*
ri potest.
8 *Legitima an possit grauari à patre.*
9 *Dos an succedat loco legitimæ.*
10 *Bona acquisita ab vxore constante matrimonio*
præsumuntur acquisita de bonis mariti.
Et ideo in eis non potest præiudicare filijs.

DECISIO LXXXIII.

RESOLVTVM fuit sententiam de partibus cõ-
firmandam tanquam validam, & iustam, &
quoad validitatem dictum fuit non obstare defectus
citationis, quia sententia fuit lata 28 Martij 1607.
præcedente intimatione facta die 27. antecedenti ad
audien. sententiam infra biduum, & sic intimatio
cœpit diem 28. sub qua fuit pronunciatum, & non
obstat actus gestus sub die 2. Aprilis, & sic post ter-
minum citationis quia cum expresse appareat de
pronuncia facta sub die 28. Martij, vt ex actu dato in
summ. Antonij, & litis consort. censuerunt Domini
quod actus, qui datur in summ. Iulij, sit actus regi-
strationis; alias implicaret contradictionem, & fal-
sitatem in Notario, qui expresse se rogauit de pu-
1 blicatione sententiæ sub die 28. Martij, quæ † contra-
dictio, & falsitas in quantum fieri potest est euitã-
da *cap. cum tu, vbi glos. verb. benigne de testib. l. mi-*
rito. ff. pro soc. Rota decis. 337. num. 3. par. 1. Surd.
cons. 132. num. 55. Honded. cons. 99. num. 25. vol. 2.
2 maximè vt saluetur sententia † à nullitate, *l. quoties.*
ff. de

ff. de reb. dub. l. 3. ff. de testam. milit. & cap. Abbate, post med. & vbi gloss. in verb. valere de verb. signif.

Circa iustitiam de illa visum fuit constare quia per dictam sententiam adiudicatur filijs media pars bo-
3 norum durante matrimonio per matrem † quæsitorum iuxta formam pactorum matrimonialium, quibus pactis stantibus non poterat mater per suum testamentum priuare filios iure quæsito exaduersis pactis *l. quoties C. de donat. quæ sub modo Couar. var resolut. lib. 1. cap. 14. num. 2. & num. 10. vers. 4. præmissa*, & non dubitarunt DD. quod pacta præmissa facta ad fauorem filiorum includant etiam fæminas
4 quales sunt † Antonia, & Francisca Actrices cum nullatenus appareat fuisse contemplatam agnationem in cumulatis *per Gabr. tit. de verb. signific. conclus. 6 num 89.* sicut etiam parum releuare visum fuit, quod ante dispositionem matris pacta non es-
5 sent acceptata per filios, quia cum † Notarius stipulatus fuerit nomine illorum, quorum intererat vel interesse poterat contenta in pactis ad fauorem filiorum non potuerunt reuocari ante illorum acceptationem *Dec. cons. 243. nu. 3. Purpur. cons. 402. num. 108. lib. 2. Bolog. cons. 6. nu. 16. Vrsill. de Affl. Ɛt. decis. 393. num. 5, Card. Seraph decis. 427. num. 2. & seq. & decis. 472. num. 12.* & quod opponebatur per
6 prohibitionem alienationis non fuisse impeditam facultatem disponendi per viam vltimæ voluntatis, quicquid sit de illa quæstione, quæ habet suos contradictores *vt patet ex relatis per Peregr. de fideicom. art. 14. num. 4.* Difficultas visa fuit cessare, quia filij in hoc casu non se fundant in simplici prohibitione alienationis, sed in expressa substitutione, cum cer-
7 tum sit fideicommissum † etiam per viam contractus haberi posse *ex alleg. per Petr. de fideicomm. quæst. 4. in princ.* illud quod alias fecit difficultatem vni ex Dominis An scilicet Pater qui fecit pacta matrimonialia potuerit grauare filiam in dote, quæ succedit
8 loco legitimæ, † quæ de sui natura non recipit grauamen, dictum fuit cessare; tum quia adhuc non fuit
9 resolutum in Rota An † Dos succedat loco legitimæ. Tum quia non apparet quod medietas dotis, in qua fuit facta substitutio, sit intra limites legitimæ; tum, & tertio quia hoc non videtur habere locum filia consentiente; & satis videtur consensisse eo ipso quod cum dictis pactis cōtraxit matrimonium. Tum denique quia modo non agitur de dote, sed de bonis quæsitis per matrem durante matrimonio, vnde etiã resultare videbatur aliud fundamentum nempe
10 † quod bona sic per matrem quæsita præsumantur de bonis mariti ad *l. quintus cum sua materia, ff. de donat. inter vir. & vxor.* Ideoque multo minus potuit mater in illis præiudicare filijs &c.

R. P. D. PIROVANO.

Pampilonen, Capellæ.

Lunæ 25. Februarij 1619.

ARGVMENTVM.

Ad iuspatronatus, si quis à testatore fuerit vocatus, & prædilectus, censendum quoque, est eumdem voluisse præferre, præsentationi dicti iuripatronatus tanquam quid minus. Testator vocando aliquos, puta ad iuspatronatus per verba naturalia non censetur voluisse facere distinctionem inter legitimos, ac illegitimos. Voluntas testatoris non tam ex verbis, ex mente, & ratione colligitur.

SVMMARIVM.

1 *Testator si alicui reliquerit iuspatronatus, multo magis censetur voluisse eidem reliquere præsentationem.*
2 *Consequẽtia dilectionis de vocatione actiua ad passiuam quando habeat locum, & num. 4.*
3 *Testator vocando aliquos sub verbis naturalibus, tunc veniunt tam legitimi, quam illegitimi.*
5 *Testator dum loquitur, per verba naturalia, non considerat magis legitimationem, quam illegitimationem.*
6 *Prælatio non datur, cessante contemplatione subiectorum concurrentium.*
7 *Illegitimi sub generalitate verbi consanguineorum comprehendi possunt.*
Cephal. in cons. 103. nu. 4 & 5. & Gonzal. ad reg. 8. gloss. 1. nu. 121. declarantur.
8 *Testator si in vna parte prætulit legitimos tantum si in alia parte id non fecit, quid sit præsumendum.*
9 *Voluntas non excluditur, si verba deficiant, cum & ex mente quoque ea sumatur.*
10 *Voluntas magis ex ratione colligitur.*
11 *Ratio eadem operatur, vt etiam casus non expressi in dispositione comprehendantur in ea, & hoc ex vi potius comprehensiua, quam extensiua.*
12 *inter Iuspatronatus actiuum, quod est honorificũ, & iuspatronatus passiuum, quod est vtile, an adsit differentia.*

DECISIO LXXXIV.

CENSVERVNT Domini standum esse in decisis sub die 7. Nouembris præteriti* scilicet quod Petrus vti descendens ex linea prædilecta quamuis remotior sit præferendus Didaco proxi-
1 miori in concursu ad eandem Cappellaniam, † quia si Petrus in Patronatu prælatns est, & magis dilectus, est multo magis in præsentatione præferendus in qua concurrit minor ratio dilectionis.

Non obstat quod consequentia dilectionis de vo-
2 catione † actiua ad passiuam tunc in locum habere videatur si verba non resistant, secus quando repugnant vt in præsenti, vbi testator vsus est verbis
3 † absolutè naturalibus sub quibus ex proprietate sermonis ita continentur illegitimi, sicut legitimi.

Quia in hac prælatione proprietas sermonis non repugnat, quinimo se compatitur; quia non destrui-
4 tur virtus passiuæ vocationis, † cum possit dari concursus cum alijs filij alterius sororis fundatoris, qui sunt pariter consanguinei, in quibus non concurrit ratio prædilectionis propter vocationem ad Patronatum, sed suspenditur ex vi rationis deductæ ex prædilectione vocationis actiuæ. Neque vrget quod te-
5 stator dum loquutus est † per verba naturalia non considerauit magis legitimitatem quam illegitimitatem, & cessante contemplatione subiectorum
6 concurrentiũ non † detur prælatio, *vt per Menoch. cons. 604. num. 47. & seqq. lib. 7.* quia vera est conclusio, sed factum discordat, nam ex vi rationis pelionæ prædilectę in vocatione actiua intrat cõtemplratio subiectorum legitimorum, & illegitimorum, qui sub gene-

7 generalitate verbi † consanguineorum comprehendi possunt, & rationes. *Cephal.cons.*103.*num.*4. *&* 5.*& modern.super reg.*8. *gloss.*1. *num.*121. quæ exaduerso allegantur non videntur conuenire casui de quo agitur vbi vis est in concursu personę prædilectæ in actiua vocatione, de qua ipsi non loquuntur.

Non obstat quod ratio deducta ex vocatione actiua sit æquiuoca, dum dicitur prætulit legitimos in vocatione actiua, ergo idem voluit, & in alia parte præferre dum loquutus est de passiua. Cum tamen argumentum possit desumi, & alio modo, nempe
8 prætulit legitimos in vna parte, ergo si voluisset eosdem præferri, & in alia idem sciuisset dicere, & declarare *Dec.cons.*416.*num.*17.*Peregrin. post alios de fideicom.art.*11.*num.*35.

Hæc enim facile euitari possunt quia de hoc ipso
9 quæritur An voluerit, quæ voluntas † non excluditur, dum verba deficiunt cum & ex mente colligatur *l.cum quæstio C.de legat.Peregrin.de fideicom. art.* 11.*num.*5. & magis ex ratione colligitur per quam casus etiam non expressi comprehenduntur in dispo-
10 sitione † ex vi comprehensiua, non autem extensiua *gloss.in cap.*1.*vers.Italiæ de tempor. ordinat. in* 6. *Dec.cons.*15.*num.*2.*vers.vbi mens Alex.cons.*75.*n.*3. *vol.*5.*Surd.cons.*302.*num.*22.

Demum non releuat ratio diuersitatis ponderata
11 inter iuspatronatus † actiuum quod est honorificũ, & iuspatronatus passiuum, quod est vtile.

Quia decisio in hac parte desumit fundamentum ponderando maioritatem rationis, quod fundator in eo quod est minus voluitur præferre dilectum in vocatione, quæ magis releuans est.

Et ita &c.

R. P. D. V B A L D O.

Romana Multiplici.

Lunæ 25. *Februarij* 1619.

A R G V M E N T V M.

Promittens aliquid adimplere, si deinde nequaquam adimpleat in tempore conuento, succedit obligatio ad damna, & interesse quod solitum est in omnibus obligationibus ad factum. Pacta posteriora, quando non alterent anteriora. Procurator, qui suscepit mandatum, si illud non exequatur tenetur ad damna, & interesse. Non adimplementum, quando excusari non possit.

S V M M A R I V M.

1 *Adimplere aliquid promittens, si id non faciat, succedit obligatio ad damna, & interesse.*
2 *Idque multò magis procedit, quando expressè fuerunt promissa, & interesse.*
3 *ex Mandati inobseruantia succedit obligatio ad damna, & interesse.*
4 *Procurator, qui mandatum suscepit si illud non exequitur, præstat damna & interesse.*
5 *Per Conuentiones posteriores censetur recessum à prioribus.*
6 *Pacta posteriora, tunc non reuocant priora, quando claris verbis fuerunt priores conuentiones reseruatæ.*
7 *Adimplere quis aliquid non tenetur, nisi præcedat requisitio.*
8 *Adimplementi defectus considerari non potest, vbi non adest requisitio.*
9 *Prouisio hominis tollit prouisionem legis.*
10 *non adimplementi exceptio nullatenus admitti debet, quando excipiens nullum passus est damnum.*
11 *Exceptio non adimplementi, non tollit actionem, sed suspendit exercitium parte opponente, donec non fuerit adimpletum.*
12 *Interpellatio est necessaria adhoc vt excipi possit de non adimplemento.*
13 *Damna, & interesse, vt quis consequatur, debent probari illa tria requisita Paul. de Castr. in l.*3.*ff. de eo, quod cert.loc pet.*
14 *Damna, & interesse, tunc etiam debetur licet non adsint requisita Castra quando adest promissio de reficiendis damnis, & interesse.*
15 *Romæ semper adest occasio inuestiendi pecunias in locis Montium.*
16 *Iuramentum habet vim interpellationis.*
17 *Dies fati interpellat pro homine.*
18 *Fructuum interesse taxatio, qualiter sit facienda.*

D E C I S I O LXXXV.

POST celebratum instrumentum venditionis quarundam domorum inter Dominos de Caffarellis ex vna, & Petrum Laurentium ex altera parte de anno 1595. & cessionem eiusdem Petri emptoris ad fauorem Simeonis Vitalis, fuit deuentum die 6. Aprilis 1596. inter eosdem Dominos Caffarellos, & Simeonem ad nonnullas conuentiones, & annis sequentibus etiam ad alias de quibus infra apparebit quarum vigore cum Caffarelli prætenderent sibi competere actionem ad damna, & interesse contra Simeonem vel eius hæredes ob non factum inuestimentum fructuum pretij non soluti, dedi dubium, an eis competeret actio ad dicta damna, & interesse, & ad quæ. Et quicquid esset dicendum an ijs cõpetat talis actio pro tempore ab anno 1595. vsque ad diem 6. Maij 1598. vltimæ conuentionis inter partes, & quicquid etiam dicendum esset à die obitus Simeonis citra, circa quæ tempora nihil fuit resolutum, sed poterit si opus erit particulariter videri; Domini fuerunt concordes Caffarellis actionem competere ab anno 1598. vsque ad obitum Simeonis ad rationem fructuum locorum montium non vacabilium, quia obligatio Simeonis in dicto instrumento 1596. ad fauorem venditorum iurata, quod & in forma Cameræ est nimis clara, videlicet, quod Simeon pro scut. 3000. quod erat residuum pretij domorum & erat soluendum intra biennium; teneretur soluere fructus recompensatiuos ad rationem scutor. sex pro centenario in fine cuiuslibet semestris qui fructus deberent inuestiri in emptionem tot locorum montium non vacabilium prout latius in dicto instrumento, alias partes teneri voluerunt ad omnia damna, & interesse. Vnde cum non fuerit factum dictum inuestimentum fructuum in locis mõ-
1 tium de tempore supradicto † succedit obligatio ad damna, & interesse, tum quia intrat in omnibus obligationibus ad factum *l. stipulationes non diuiduntur vers.celsus vbi Doct.ff.de verb.oblig. l.si quis ab alio in fin. vbi Alex. & Ias.ff.de re iudic. cum alijs per Surd.cons.*330.*num.*5.*lib.*3. tum quia in casu nostro fuit expressè facta promissio damnorum,
2 & interesse † vnde debentur & pacto, ex conuentione

ne Doctores in l.4.C.de petit.Honded.conf.30.nu.51. lib.1.Couar.lib.3.var.resol.cap.4.sub nu.5. vers. iste etenim Seraph.decis.383.num.6. & decis.787.nu.1. & 2. & num.10. tum demum quia Simeon mandatum à Caffarellis, & onus suscepit inuestiendi dd. fructus cum facultatibus de quibus in instrumento,
3 ex cuius mandati† inobseruantia succedit obligatio ad damna & interesse l.si procuratorem.§.si mandauero.§.Iulianus scribit & §.sicut autem ff.mandat. Honded.cons.39.num.3.lib.2. & procurator qui man-
4 datum suscepit† si non exequitur præstat omne damnum & interesse l.idemque §.si procurator, & l.si mandauero §.sicut ff.mandat.l.ad comparandas, vbi Bald.& Salic. C. mandat. late Surd. decis.304. num.4.& 5.

Non obstat quod à conuentione, de qua in dicto
5 instrumento fuerit recessum per † alias posteriores conuentiones iuxta l.pacta nouissima C.de pact. quia contrarium apparet ex vltima conuentione 6. Maij 1598. in qua Alexander Caffarellus nomine suo, & fratris promisit restituere Simoni scuta 1180. vna cum alijs scut. 180. prius habitis ad effectum illa inuestiendi vt in alio instrumento conuentum fuerat, & quod interim Simon teneatur tantummodo pro rata scut 2000.ad solutionem fructuum ad rationem sex pro centenario loco pensionum domorum emptarum inuestien. prout in dicto instrumento conuentum extitit, & licet fuerit dictum vt Simon dd. scut.2000. posset ad libitum vel inuestire, vel retinere, tamen fuit adiectum, vt tam fructus prædicti inuestimenti, quam fructus prædicti videlicet recompensatiui ad rationem seu pro centenario pro tempore quo Simon dd. scuta 2000.retinere voluerit semper debeant inuestiri iuxta formam dicti instru-
6 menti, quæ verba sunt † clara, & non possunt controuerti cum in eis expresse fuerit reseruata prima conuentio.

Non obstat exceptio nam implementi ex parte Dominorum de Caffarellis ob nō restituta scu.1360. prout promiserunt in dicto instrumento anni 1598. quia præterquamquod Caffarelli promiserunt dictā restitutionem ad omnem requisitionem Simonis vel
7 suorum &c. & requisitio illis facta non fuerit † nisi per hæredes Simonis de anno 1605. & sic cum ante requisitionem venditores nihil tenerentur implere merito nec potest considerari aliquis implementi
8 defectus † cum priuatio præsupponat habitum l.manumissiones, ff.de iust.& iur.l.decem ff.de verb. oblig. Respondebatur etiam quod ex eodem instrumento apparet quod illa non restitutio scut. 1360. solum operabatur vt interim Simon præcise non posset cogi ad soluendum scut 2000. quod erat residuum pretij, sed illa posset ad libitum vel inuestire vel retinere vt supra dictum est, sed nihilominus voluerunt partes vt fructus vel inuestimenti, vel recompensatiui in casu retentionis pretij inuestirentur, vt etiam supra deductum est, & sic cum partes in contrarium conuenerint, cessat omnis non implementi exceptio
9 † cum prouisio hominis faciat cessare prouisionem legis l.fin.C.de pact. conuent. cum vulg.

Nec pariter obstat exceptio nam implementi pro parte eorundem Dominorum de Caffarellis aliarum trium conditionum per eos promissarum videlicet extinctionis census infra decennium scut.700. supra domibus venditis, accessionis D. Drusillæ matris venditorum & consensus, & ratificationis filiorum, & nepotum ipsorum cum ad legitimam ætatem peruenerint, quia vltra quod dd. conuentiones non leguntur in vltimo instrumento de anno 1598, in quo solum fuit expresse repetita promissio, & conditio inuestimenti fructuum ex quo instrumento Caffarelli possunt agere ad damna & interesse, tamen quicquid sit de hoc fuit responsum, Primo quod cum nec
10 Simon nec hæredes vllum fuerint damnum † passi ob huiusmodi non implementum, de illo excipere non possunt. Bald.127.lib.1.cum alijs per Surd. decis.265.num.39.& cons.101.num.24.lib.1. Secundo quod ista exceptio non complementi non tollit
11 † actionem sed suspendit exercitium parte opponente donec non fuerit adimpletum Seraphin. decis.124.numer.1.& 2. cum alijs allegat. vnde cum hodie constet de implemento competit Caffarellis
12 actio. Tertio respectu † dictæ ratificationis filiorū, & nepotum videtur fuisse necessaria interpellatio. Dec.cons.2.sub num.3. & seqq. cum alijs quos refert & sequitur Gabr.in tit.de solut.conclus.9. num.33. vbi testatur de magis communi.

Nec demum refragatur quod ad consequendum
13 damna, & interesse † debeant concurrere requisita. Paul.Castrens.in l.3.ff.de eo quod cert.loc.quem Rot. sequitur vt in decis.90.num.3.par.2.diuers. Quia placuit responsio hoc non procedere quando prout
14 in hoc casu debitor † suscepit in se onus inuestiendi summam debitam, alias voluit teneri ad damna, & interesse; tunc enim creditor non tenetur probare
15 illa requisita † dummodo ad fuerit occasio inuestiēdi prout in Curia adesse in locis montium est satis notum ita Honded.cons.39 in primo dub. lib.2. ac in simili inuestimento Rota in Romana Saluiani coram Orano inter impress.per modern.in tract.de Saluian. decis.159.secundum vlt impress.

16 Non obstat defectus † interpellationis quia iuramentum illius vin obtinet Aym.cons.64.num.2.cum alijs per Gabr.de iur.iur. conclus.2. Vltra quod erat adiectum certum tempus emptioni seu inuestimento fructuum faciendo videlicet statim atque fructus maturandi ascenderent ad summam vt ex ea emi posset vnus locus montis non vacabilis, dicti autem fructus fuerunt promissi de semestri in semestro & in
17 fine cuiuslibet semestris † ideo dies satis pro homine interpellabat l.magna C.de contr.& committ.stipul.Honded.d.cons.39.num.7.& 8.

Circa secundam partem dubij iam supra dictum est fuisse resolutum competere Caffarellis actionem ad rationem fructuum locorum montium non vacabilium cum in talia loca montium fructus
18 † essent inuestiendi, & in tali materia habeatur ratio fructuum earum rerum quæ emi debebant Bart. in l.tutor §.si post ff.de adm.tut.Gabr. cons.26. nu.8. in fin. lib.1. & alter Gabr. in tit. de emp.& vendit. concl.4.nu.18.Cagnol.in l.curabit nu.23. C. de act. empt.Honded. d.cons.39. numer.4. & 5. & cons.82. nu.22.lib.2.Modern.Roman.discept.forens.240.n.34 & 35.lib.2.

Et ita fuit decisum &c.

☞ *Infra in eadem causa duas habes decisiones, prima est 28. Iunij 1626. coram bo.me. Remboldo, altera verò die 16. Iunij 1634. coram bo.me. Firozano.*

R. P. D.

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO,

Bononien. de Lutio.

Veneris 1. Martij 1619.

ARGUMENTUM.

Per diuisionem quanquam non videatur renunciatum fideicommisso, hæc tamen regula non procedit, quando in diuisione fuit apposita clausula, ad habẽdum, & quidem in parte dispositiua, & non in executiua, quod & multo magis procedit, quando bona fuerunt alienata.

SUMMARIUM.

1 *Diuisio facta inter aliquos non præiudicare tertio.*

2 *de Fideicommissi scientia in aliquo quando dubitari non possit.*

3 *Fideicommisso non censetur renunciatum per diuisionem.*

4 *Fideicommisso censetur renunciatum per diuisionem, quando adest clausula ad habendum.*

5 *Emphyteusis Ecclesiastica licet de sui natura non sit transitoria ad hæredes extraneos.*

6 *Hoc tamen fallit, quando est concessa cum clausula ad habendum.*

7 *Crescent. decis. 6. de testam. quo casu loquatur.*

8 *Amerina Bonorum coram bon. mem. Buratto declaratur.*

9 *Clausula ad habendum, quando est posita, in parte exequutiua tunc eius viribus eneruata iacet.*

10 *Clausula, ad habendum dicitur posita in parte dispositiua si immediatè posita sit verbis exequutiuis.*

11 *Bonorum diuisio, quando sit de bonis, & fideicommissarijs, & apponitur clausula ad habendum tunc ea referenda est ad bona libera, limita tamen vt hic.*

12 *Bero in consil. 108. numer. 107. vol. 1. quo casu loquatur.*

DECISIO LXXXVI.

DVBITAVI, An per decisionem diceretur renunciatum fideicommisso in casu de quo agitur, & pro affirmatiua fuit tentum quoad bona quorum subsequuta est alienatio, reseruarunt tamen Domini videre quæ nam essent ista bona, & quibus
1 præiudicet diuisio, cum certum † sit diuisionem non posse præiudicare illis, qui non habent causam à diuidentibus *tot. tit. C. res inter alios act. alijs* non præiudicare, & in istis terminis *Bald. cons. 89. nu. 10. vers. circa vltimum vol. 1.*

Quod autem fuerit renunciatum fideicommisso quoad bona alienata tenuerunt Domini, quia nega-
2 ri non potest † diuidentes habuisse scientiam fideicõmissi, cum de illo expressam mentionem fecerint,
3 hoc stante licet regula sit † per diuisionem non censeri renunciatum fideicommisso *l. cum pater §. hæreditate il secondo, ff. de leg. 2. Alex. qui de magis communi cons. 208. num. 4. vol. 6. cum alijs allegatis,* hoc tamen dixerunt Domini non habere locum,
4 quia vt in proposito casu adest clausula † ad habendum tenendum, & quicquid sibi hæredibusque suis de rebus sibi consignatis deinceps, & in perpetuum videbitur, & placuerit perpetuo fauen. & disponen. & iam secuta est alienatio ex doctrina *Bart. in l. qui Romæ §. duo fratres 8. quæst. num. 21. vers. vel fuit dictum de verb. obligat. & ibidem Angel numer. 12. Alex. num. 58. Grot. num. 133. Ruin. cons. 133. nu. 2. & 3. vol. 2. Soccin. iun. cons. 116. num. 54. vol. 1. Bero. cons. 130. numer. 23. & 32. vol. 2. Menoch. cons. 87. num. 15. & seq. vol. 1. & de præsumpt. præsumpt. 115. num. 46. lib. 2. Gabr. conclus. 1. de fideicom. num. 30. Osasch. decis. Pedem, 112. numer. 17. Riminal. Iun. cons. 80. num. 3. lib. 1. Honded. cons. 33. numer. 18. & seq. lib. 1. Peregr. de fideicom. art. 52. num. 41. & 44. Mancin. de effect. Iuram. per 4. effect. 241. numer. 9. Bursatt. cons. 64. num. 31. & seq. & cons. 86. num. 12. lib. 1. Rota in causa Bonon. euictionis 23. Iunij 1597. coram bon. mem. Penia, & in Foroliuien. fideicommissi 13. Iunij 1576. coram felic. record. Clementis VIII. & in Monopolitana bonorum 10 Maij 1607. coram R. P. D. meo Manzanedo & nouissime Bart. decis. 95. per tot, & in Amerina bonorum de mense Februarij 1587. coram Card. Pamphilio,* & fuit con-
5 sideratum simile de emphyteusi Ecclesiastica, quæ licet de sui natura non sit transitoria ad hæredes extraneos *§. emphyteusim auth. de non alien. reb. Eccles. Bero cons. 108. nu. 18. vol. 1. Menoch. cons. 129. num. 26.*

Hoc tamen non habet locum quando est concessa
6 † cum clausula ad habendum, & quicquid placuerit facien. *Dec. cons. 614. col 2. num. . . Socc. sen. cons. 266. num. 36. & seq. Paris. cons 23. numer. 40. vol. 1. Crauett. cons. 156. num 4. Osasc. decis. 164. num. & fuit resolutum in causa Romana Domus Sancti Eustachij 13. Februarij 1581. coram Card. Lancellotto Seniore, & in causa Imolen. bonorum 22. Iunij, & 13. Nouembris 1592. & 25. Maij 1593. & 4. Martii 1596. coram Card. Pamphilio, & in Nonantulana bonorum 31. Ianuarii 1611. coram me.*

Ad decisiones in contrarium allegatas, & ad de-
7 cis. Crescent. † 6. de testam, fuit responsum, quod illa decisio facta pro maiori parte facit vim in illa restrictiua ibi, vsque in præsentem diem, vt ponderatur *in dicta decis. nu. 18. post med. & animaduertit Rota in dicta Foroliuien. fideicommissi coram*
8 *Clement. VIII. Ad decisionem Amerina Bonorum coram R. P. D. meo Buratto relatã inter nouiss. impress. decis. 624. tom. 2. par. 2.* fuit responsum quod illa decisio in quantum loquitur de dicta clausula non erat extensa, sed cæterata, & etiam quod ibi non erat secuta alienatio: vnde nullatenus applicatur in proposito casu, in quo clausula ad habendum est extensa, & pro nunc agitur de bonis alienatis.

Non obstat quod clausula ad habendum sit in
9 parte exequutiua, † quo casu non alterat dispositã ex allegatis, quia imo visum fuit, quod sit in parte dispositiua, cum immediate sit adiecta verbis disposi-
10 tiuis † ibi tradidit & assignauit &c. ex quo modo apparet esse adiectam dispositiue, *vt dictum fuit in Farfen. bonorum 19. Decembris 1612. coram R. P. D. meo Buratto impress. in nouiss. decis. 642. par. 1. 10 & num. 7. Becc. cons. 88. num. 49. & fuit ponderatum in d. decis. Nonantulana bonorum coram me.*

11 Non obstat quod non solum fuerint diuisa † bona subiecta fideicõmisso sed etiam alia bona, ideo clausula

fula ad haben. possit verificari in bonis non subiectis fideicommisso *Bero cons.108.num.107.vol.1. quæst.* Bero loquitur quando clausula est in executiuis;
12 † secus verò dicen. quando vt in proposito casu est adiecta ipsis dispositiuis immediatè, itaut salua ratione recti sermonis, nõ possit referri magis ad vnum quam ad aliud &c.

Infra in eadem causa habes alteram decisionem sub die 9. Decembris huius anni 1619.

R. P. D. VBALDO.

Romana Participationis.

Mercurij 1. Martij 1619.

ARGVMENTVM.

Contractus locationis, quando principaliter fuit initus, & incidenter fuit complicatus contractus societatis, tunc cum societas dependeat à locatione, non erit valens ad operandum suos effectus, & sic non extinguetur per mortem socij, vnde erit transitoria ad hæredes.

SVMMARIVM.

1 *in Cessionarium transeunt omnia iura cedentis.*
2 *in Contractu si fiat mentio hæredum id repugnat naturæ societatis.*
Et sic declarat illum non esse principaliter contractum societatis. & num.8.
3 *Locationis particeps quando quis sine dubio dicatur.*
4 *Abb.in consil.86.num.2.lib.2.& Paris.in consil.82. num.5.lib.1.quo casu loquantur.*
5 *in Locatione, quando dicatur constare de mercede,*
6 *Societas præualet quando concurrit cum locatione, & ideo contractus non transit ad hæredes.*
7 *Glos.in §.fin. instit. de locat. loquitur in contractu societatis principaliter inito, & complicatio cum contractu locationis. & vide num.10.*
9 *Participatio in contractibus potest dari sine vera, & propria societate.*
10 *Contractus, quando non est electa industria personæ est transitorius ad hæredes.*
11 *Personæ industria, non dicitur electa quando in aliquo negotio nec actiuè, nec passiuè fuit dictum ne se ingereret.*
12 *Decisio 8. Senatus Dolani quo casu loquatur, & num.16.17 & 18.*
13 *Societas morte vnius ex socijs finitur.*
14 *Societas si fuerit contracta incidenter, & locatio principaliter tunc contractus est transitorius ad hæredes.*
15 *Locatio, quando est facta omnibus socijs, & societas est vnita cum locatione.*
Tunc per mortem socij licet sit finita societas, non tamen est locatio.

DECISIO LXXXVII.

LICET per duas decisiones fuisset in hac causa recessum à prima, & firmatum, concessionem participationis vnius solidi factam per Philippum Guicciardinum D.Caffarello, transijsse ad hæredes, vt in decisione 23. Ianuarij 1616. confirmata die 16. Decembris eiusdem anni. Tamen Domini Guicciardini obtinuerunt tertiò audiri super eisdem, & Rota post plures propositiones, censuit, standum in vltimo loco decisis, ex fundamentis in duabus prædictis decisionibus adductis; quorum potissimum Domini existimabant esse, quod Philippus sine dubio conductor pro sua rata, cessit omnia sua iura pro vno solido D.Caffarello, & illum posuit in locum suum, ideo sequitur, vt cesserit ius conductionis, non autem solius societatis, cum
1 † in cessionarium transeant omnia cedentis iura, *iux.not in l.emptor, C.de hær. vel act.vend.Bart.in l.1.num.22.ff.de act. & oblig. Roman.cons.38.num.1.Soccin.iun.cons.27. nu.7. lib.2. cum alijs per Surd. cons. 22. num. 16. lib.1. Rimin. iun. cons.65.num.21. fuit dictum in Vrbeuetana Alimentorum 17. Februarij 1606. coram R. P. D. meo Pamphilio, & aliàs sæpè, & latius comprobatur in d. decisione in hac causa facta 23. Ianuarij 1616.* Et confirmatur, quia negari non potest, quin in hoc negocio principalis contractus fuerit locatio inter Cameram Apostolicam, & Olgiatum, & Guicciardinum; inter Olgiatum verò, & Guicciardinum fuit quidem contracta Societas, sed ratione Appaltus, ad quem contrahentes principaliter respexerunt, vt patet ex capitulis socialibus; & ideo dicta societas non fuit simpliciter admixta, & copulata, cum contractu locationis, sed accessoriè, & incidenter fuit contracta ad effectum huiusmodi Appaltus, & locationis, quod dignoscitur, nõ solum ex eo quod partes in dictis Capitulis socialibus sæpè hunc contractum vocant Appaltum, sed etiam, quia in capitulo 12. expressè cauerunt, vt conuentiones inter
2 ipsas initæ, transirent ad hæredes, † quæ nominatio hæredum ob repugnantiam contractus societatis expressè declarat, contractum illum principaliter non fuisse contractum societatis, *vt per Abb.cons.86. num.2.vers.2.viden.& seqq.lib.2. Paris. qui eum sequitur cons.82.num. 5. lib.1.* Vnde cum ex Chirographo fel.rec.Clementis VIII. fuerit concessus Septimio, & Philippo Appaltus Dohanarum pro se, & personis ab eis nominandis quandocunque, & in primo Capitulo sociali idem actum fuerit per hæc verba, *che detto Appalto canti nella persona dell'vuo, & dell'altro*, & paulò infra, *Et à quello, ò à quelli, ch'egli nominasse*; & deinde Guicciardinus tamquam particeps dicti Appaltus declarauerit, & fecerit participem D.Caffarellum pro vno solido ex 12. eiusdem Appaltus, vt in apocha latius contine-
3 tur, † negari posse non videtur; quin Caffarellus sit particeps dictæ locationis, vt expressè tenuit *Rota in illa Romana societatis 31. Ianuarij 1583. coram Bubalo, vers. nec potest dici*, vbi fuit dictum illa con-
4 *silia Abb.& Paris.* habere locum, † vbi intra tempus ad nominandum, facta esset nominatio in participem conductionis; quæ quia in casu illo facta non fuerat; censuit Rota, initam fuisse societatem principaliter, non incidenter; at in casu nostro nominatio fieri poterat quandocunque absque vlla temporis præfinitione.

Non obstat contributio facta à Caffarello pro rata cessa ad capitale scutorum 40.mill. Quia id solum arguit societatem incidenter occasione locationis. sicuti ipsi Olgiatus, & Guicciardinus non desierunt esse conductores ob dictam contributionem.

Nec obstat defectus mercedis requisitæ in loca-
5 tione, quia † placuit responsio data *in decisione 23. Ianuarij*, quod satis constet de mercede per relationem ad capitula, *Surd. cons. 460. num. 38. & decis.88.nu.1 & 2.par.2.diuers.*

Ad gloss. in §. fin. instit. de locat. Quæ dicit, præua-
6 lere societatem, quando concurrit † cum locatione, & ideò contractum non transire ad hæredes, *§. soluitur, instit. de societ.* dabantur multæ responsiones, sed duæ placuerunt, prima est, quod *gloss.* loqui-
7 tur in contractu societatis principaliter † inito, & complicato cum contractu locationis, & absque vllo pacto, quod transiret ad successores, immo ibi locatio, & conductio erat dependens à societate, & pro implemento, & executione societatis fuerat cõducta domus, *vt per Modern. in tract. de locat. in tit. de conductor. seu de iure subloc. quæst. 6. num. 2.* Hic autem fuit contracta locatio principaliter, & incidẽter societas, & expressè fuit conuentum, quod fie-
8 ret pro personis nominandis, & † transiret ad hæredes, & successores, quod vero societati repugnat, & ideo intrat *d. cons. Abb. & Paris. & d. decisio Bubali, supra adducta;* Et alias participatio, de qua locuti
9 sunt † contrahentes potest dari sine vera; & propria societate, *l. vt in conductionibus, vbi gloss. cum duaaus legibus sequentibus, ff. pro soc. Aym. cons. 875. num. 7. lib. 5 Modern. de societ. cap. 11. num. 2. Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 1. num. 9. Modern. Rom. discept. forens. cap. 320. num. 16. & seq.* & fuit dictum *in prima decisione pro D. Caffarello.*

Secunda fuit responsio, quod illa *gloss.* non proce-
10 dit, † quando non fuit electa industria personæ, *Cyn. in l. viam, num. 1. vers. quæro, C. locat.* nec socij interest, *Bald. in l. nemo, num. 1. vers. quid de scholaribus. C. eo. tit. Aretin. in d. § fin. num. 3. inst. eo. Modern. de locat. vbi supra num. 3. vers. vnde morte;* In proposito autem non fuit electa industria perso-
11 næ Guicciardini, cum immo tota administratio † deberet pertinere ad Septimium ex secundo Capitulo, & fuit dictum *in prima decisione pro Caffarello, vers. præterea,* & conuentum fuit, vt persona nominanda non posset se in negotio ingerere, nec actiuè, nec passiuè, & ideò non potest considerari aliquod interesse sociorum, meritò dictum fuit *in secunda decisione pro D. Caffarello, d. gloss. in dicto §. fin.* non applicari.

Ad decisionem octauam Senatus Dolani, quæ vltimo loco fuit allegata pro Dominis Guicciardinis, in qua concluditur, contractum in casu simili fuisse societatis, & non transitorium ad hæredes, fuit re-
12 sponsum, immo terminos illius † decisionis esse diuersos, nam in primis in tota decisione supponitur, duos principales conductores feudi, de quo ibi agebatur, contraxisse societatem pro tertia parte cum Gabriele Gillot, vt patet in themate decisionis. *Et in fin. vers. non obstat,* postremo, vbi dicitur, tutorem hæredum Gabrielis intentasse actionem pro so-
13 cio; Et ideo ibi firmatur regula, † quod societas morte vnius ex socijs finitur, in nostro autem casu, id est de quo quæritur, An fuerit societas, vel locatio, & pro locatione faciunt omnia deducta *in 2. & 3. decision.* in causa factis, vel saltem dicitur, fuisse societa-
14 tem tantum † incidenter factam, *vt in hac decisione firmatur, & decisio Dolana* admittit in fine, quod quando omnibus socijs est facta locatio, & societas
15 vnita cum locatione, tunc † per mortem socij, licet sit finita societas, non tamen est finita locatio, quæ de sui natura transit ad hæredes; & dicit, ita fuisse alias per eundem Senatum iudicatum, & allegat
16 *decis. Thesaur. 242. num. 4.* † & sic in hac parte retorquetur, cum in hoc casu locatio de mandato Papæ fuerit facta Septimio, & Philippo, & personis ab ipsis nominandis, & fuerit etiam conuentum inter conductores, quod appaltus cantet in persona vtriusque, & illius, vel illorum, ab ipsis nominandorum,
17 quod † *in decisione Dolana* non erat præterita, ibi ille Gabriel expressè fuerat assumptus in socium tertiæ partis, hic autem D. Caffarellus non fuit assumptus in socium, sed in participem dicti appaltus, & cum pactis, & conuentionibus, de quibus in Capitulis inter Guicciardinum, & Olgiatum, in quorum 12. expressè cautum fuit, quod conuentiones inter ipsos initæ transirent ad hæredes, vt in vltima decisione fuit latius deductum, & vlterius in casu nostro Caffarellus intrauit in locum Guicciardini, & ei cessæ fuerunt omnes actiones, vt fuit ponderatum in se-
18 cunda decisione, † & in hac supra in principio, quæ omnia cessabant *in dicta decisione Dolana.*

Ex quibus Domini concluserunt, standum esse in vltimo loco decisis.

R. P. D. REMBOLDO.

Romana Concordiæ.

Veneris 1. Martij 1619.

ARGVMENTVM.

Negotium si commissum sit alicui, cum ampla facultate faciendi, quicquid eius arbitrio videbitur, tunc ille non requiritur, vt amplius faciat, quam in re sua propria fecisset, quod multò magis dicendum, si ille cui fuit commissum dictum negotium habebat interesse in eo, & agitur, quando alicui censeatur remissa inuentarij confectio.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarij confectioni est locus, quando dubitatur, ne aliquid occultetur in præiudicium tertij.*
2 *Subscribens censetur approbare omnia in scriptura contenta.*
3 *Inuentarij confectio, quando, & ex verbis alicui ministro videatur remissa.*
4 *Verba, se li parerà, quem intellectum recipere possint.*
5 *Negotium in arbitrium alicuius, quando in totum ei videatur remissum.*
6 *Verba, quantumuis generalia in mandato posita, restringi debent ad facultatem gerendi vtilia, non autem faciendi præiudicialia.*
7 *Negotium, si alicui sit commissum, vt arbitrio suo illud gerat, non tenetur amplius facere, quàm in re sua facit.*
8 *Negocium, quando arbitrio alicuius est remissum non requiritur, vt amplius faciat, quàm in re sua fecisset. Quamuis parum diligenter res peracta fuerit, amplia num. 9.*
9 *Interesse habens in negotio non præsumitur illius voluisse deteriorare conditionem.*
10 *Clausula, sine præiudicio, intelligitur semper præterquam, quoad expressa.*
11 *Actus ne sit superfluus facienda est interpratatio.*
12 *Inuentarij confectio, quando alicui multo magis videatur remissa. & num. 13. 14. & 15.*

DE-

DECISIO LXXXVIII.

DOMINI dixerunt sententiam in ea parte in qua declaratum fuit locum esse separationi bonorum, & Inuentarij confectioni, esse moderandam, quia etiam dato quod attenta Iuris communis dispositione, fuisset ab initio propter negotiorum, ac etiam creditorum diuersitatem, dictæ separationi, ac confectioni Inuentarij locus, ne scilicet bo-
1 na † in dictorum creditorum præiudicium occultarentur, *vt pluribus fuit in hac causa coram Reuerendiss. D. meo Damasceno comprobatum*, cessat nunc tamen omnis dictæ suspicionis, ac confectionis ratio, & potissimum, quod de voluntate deputatorum à
2 dictismet creditoribus, & consensu etiam eiusdem † Michaelis pro dicta separatione modo instantis, mediante subscriptione dictæ deputationi præstito, facta fuit dictorum bonorum commixtio, & prætensi Inuentarij confectionis remissio.

Nec obstat, quod prætenditur dictos deputatos non habuisse facultatem à creditoribus consentiendi dictæ commixtioni, ac Inuentarij confectionem remittendi, quia contrarium apparet ex folio à dictis creditoribus, & in specie etiam à dicto Michaele subscripto, nam vt in eo legitur totum negocium, quod creditores cum debitoribus habebant, & in specie confectio etiam dicti Inuentarij fuit per dictam de-
3 putationem arbitrio † deputatorum remissa per illa præcipuè verba, *lasciando in loro arbitrio di far l'Inuentario, & altre cose sudette se à loro piacerà*.

Nec proptereà placuit quod dicebatur, quod dicta verba non important facultatem omittendi Inuentarium, sed tantum illud conficiendi; quia cum in eiusdem folij principio fuit data expressa facultas conficiendi Inuentarium, verba illa inferius subiecta, *lasciando in loro arbitrio di far l'Inuentario*
4 *se † li parerà*, alium intellectum recipere non possunt, quam quod censeatur per ea arbitrio eorumdemmet deputatorum remissum etiam non faciendi dictum Inuentarium. Eoquè magis quod per dictam deputationem, & in eodem folio fuit quoque concessa dictis Deputatis facultas concedendi dilationem debitoribus, & totum hoc negocium, vt dictum est eorum arbitrio remissum, adeò quod du-
5 bitari † posse non videatur, quin eorumdemmet etiam voluntas fuerit remittendi etiam confectionem dicti Inuentarij.

Non obstat quod verba quantumuis generalia re-
6 stringi debent † ad facultatem gerendi vtilia, non autem faciendi præiudicialia, quia vt ex infra dicendis apparebit non constat omissionem d. Inuentarij fuisse creditoribus, & Michaeli præsertim præiudicialem; & in omnem euentum, quod dicti Deputati minus cautè arbitrium suum interposuissent, adhuc tamen dici non possent fines suæ deputationis exces-
7 sisse; quia remissio in dicta deputatione eorum † arbitrio facta, operatur saltem quod ipsi non tenerentur amplius facere, quam in re sua fecissent iuxta doctr. *Bart. in l. 1. num. 5 ff. de solut.* vbi in specie
8 decidit, quod cum aliquod negocium alicuius arbitrio est remissum, non † requiritur, vt amplius faciat, quam in re sua fecisset, quamuis parum diligéter res peracta fuerit; nec dubitari potest fuisse hu-
9 iusmodi curam à dictis Deputatis adhibitam, cum ipsi quoque habeant † interesse in hoc negotio, & alij sint priores Michaeli, alij verò posteriores creditores.

Nec dicatur, quod Michael censeri non potest dictæ deputationi in suum præiudicium consensisse, eo quod non simpliciter folio dictæ deputationis subscripsit, prout fecerunt alij creditores sed cum clausula, *senza pregiuditio delle sue raggioni*, quia vltra
10 quod talis † clausula intelligitur semper præterquam quoad expressa *Old. cons. 330. in fin. Rota diuers. decis. 236. sub num. 3. par. 1 Card. Seraph. decis. 1445. num. 4* & fuit dictum *in Toletana admissionis 17. Iunij 1609. coram R.P.D. meo Pamphilio*, cum alias
11 dicta subscriptio fuisset pœnitus superflua † nec operaretur etiam quoad facultatem dictis Deputatis in eodem folio datam concedendi dilationem, & alia faciendi.

Non constat etiam, quod remissio dictæ separationis, & confectionis Inuentarij fuerit dicto Michaeli damnosa, cum partim iam tunc adessent duo inuentaria, quorum vnum confectum fuerat à Barbara, alterum à Iacobo, ex quibus id totum consequebatur Michael, quod prætendere poterat, videlicet, dictorum bonorum separationem, & inuentarium, & quatenus dicti Deputati voluissent separationem,
11 & inuentarium dd. bonorum † facere, fidem fortassis, & creditum debitorum diminuissent, eosque propterea in tali statu potuissent, quod amplius creditoribus satisfacere non valuissent.

Et ex his etiam patet responsio ad id quod dicitur, quod Michael in confectione dd. Inuentariorum nõ fuit citatus, quia necesse non est probare existẽtiam Inuentarij cum omnibus solemnitatibus à iure requisitis confecti sed sufficit stante dicta deputatione, & ad effectũ sustinendi gesta per Deputatos, osten-
13 dere † quod ipsi habuerunt iustam causam arbitrandi opus non esse confectione alterius Inuentarij, & quod vtilius creditoribus fuerit, inuentarijs à Barbara, & Iacobo confectis stare, quam ad bonorum separationem denuo deuenire, & statum debitorum in periculo ponere.

Nec obstat quod creditores non renunciarunt separationi bonorum, & Inuentarij confectioni, itaut quatenus hodie eam fieri velint, obtinere non possint; quia satis videntur dictæ separationi renunciasse,
14 quod permiserunt dicta bona † confundi, & alia ratione cautos se reddiderunt de suorum creditorum exactione.

Et hanc sententiam eo libentiùs Domini amplexi sunt, tum quod impossibilis hodie videbatur dicto-
15 rum bonorum separatio, † præsertim cum iam magna eorum pars sit distracta, tum etiam, quia gestis per dictos deputatos omnes alij creditores acquieuerunt præter dictum Michaelem, qui nec rationis fundacariæ creditor est, sed particularis: ac propterea, vel in dicta separatione nullum prorsùs interesse habet, vel certè longè minus quam alij creditores, & maximè dicto Michaeli posteriores habeant, &c.

R. P. D. REMBOLDO.

Romana Legati.

Luna 4. Martij 1619.

ARGVMENTVM.

Legatum, si factum sit alicui sub istis verbis, *Item lascio a Sempronio la metà di tutti i miei beni, suppellettili*

lettili di casa, e semouenti di lino, & di lana, dubitatur, an sub isto legato comprehendantur etiam bona stabilia, & quamuis regula sit affirmatiua, tamen contrarium erit dicendum, si diligens, ac cautus Iudex aliud testatorem sensisse animaduerteret. Species quando non amplient genus, &c.

SVMMARIVM.

1 *Sub legato omnium bonorum an veniant etiam bona stabilia.*

3 *Bonorum appellatione veniunt omnia bona, tàm mobilia, quàm immobilia.*

5 *Specierum enunciatio præsumitur facta gratia maioris declarationis, & non causa restringendi. & num.4.*

5 *Coma, succedit loco copulæ.*

6 *Copula, &, ampliat.*

7 *Specierum numeratio, tunc non declarat genus, quando constat de contraria mente disponentis.*

8 *Specierum enumeratio tunc non ampliat genus, quando est facta sub expressione certi loci. & num.10.*

9 *L. quæsitum, §. fin. ff. de fund. instruct. quando non intret.*

11 *in Testatoris voluntate interpretanda, an per Specierum enumerationem voluerit declarare genus, quid attendatur. & num.12.13.& 14.*

15 *Interpretatio semper est facienda, vt testator minus voluerit grauare hæredem, quam sit possibile.*

16 *Legatum censetur id, quod minus est.*

17 *Quæ regula procedit, etiamsi aliquid fuerit legatum vxori.*

DECISIO LXXXIX.

IACOBVS de Benedictis in vltimo, quod condidit testamento, inter alia per hæc verba disposuit. *Item lascio à detta Elisabetta la metà di tutti li miei beni suppellettili di casa, semouenti di lino, e di la-*
1 *na, &c.* Vnde dubitari † contigit an sub isto legato compræhendantur quoque bona stabilia, & licet pro affirmatiua plura deducerentur, & præsertim quod
2 appellatione bonorum veniunt † omnia bona tam mobilia, quam immobilia, *l. bonorum 49. & 208. ff. de verb. significat. l. is cui, §. bonorum appellatione, ff. vt in possess. leg.*

Nec videretur ab hac verborum proprietate recedi debere ex eo quod post generis expressionem enumeratæ leguntur species sub tali genere com-
3 præhensæ, videlicet, *suppellettili di casa*, † *e semouenti*, quia huiusmodi enumeratio facta videbatur maioris declarationis gratia, non autem ad effectum
4 dictum † genus limitandi, seu restringendi, *iuxta text. in l. quæsitum, §. fin. & ibi Bart. ff. de fund. instruct.* & maximè quod inter verba, *tutti li miei beni*, & dictionem, *suppellettili*, adest coma, quæ lo-
5 co copulæ † succedit, & inter verbum, *suppellettili di casa*, adest expressa copulatiua, *Et*, quæ ampliat, & satis clarè denotat enumerationem specierum
6 fuisse, vt dictum † est ad maiorem declarationem factam, *vt in puncto fuit resolutum in vna Romana legatorum de Vitellis 11. Februarij 1583. coram fel. record. Clem. VIII. tunc Rotæ Auditore.*

Nihilominus Domini contrariam sententiam amplexi sunt, ex eo præcipuè moti, quod quicquid simpliciter loquendo, dicendum esset, vtrum per specierum enumerationem restringatur, seu potius declaretur genus, in præsentis facti specie clarè apparet,
7 testatorem † sub dicta dispositione mobilia, & semouentia tantum legare voluisse, non autem immobilia, tum ex ipso verborum contextu, & præsertim
8 quod species non simpliciter, sed cum † expressione certi loci adiectæ leguntur, ibi, scilicet, *suppellettili*
† *di casa*, quo casu regula dictæ *l.* † *quæsitum, § fin.* non procedit, sed genus per similem adiectionem censetur restrictum etiam quod locus appositus fuerit in vna re legata tantum, quia nihilominus, tam præcedentes, quam subsequentes in eadem oratione
10 complectitur, & secundum eas dictum genus † limitatur, etiam quod per copulam, *&*, vel aliam dictionem coniunctiuam legata relinquantur, *vt est text. expressus in alia, l. quæsitum §. 1. incip. Meui filij. ff. de leg. 3. vbi glos. in verb. probabitur, & in l. nam quod liquido, §. fin. ff. de penu. leg.* & pluribus comprobat *Oldr. cons. 8. Dec. cons. 92. num. 1. in fin. Gabr. cons. 98. num. 16. & seqq. lib. 1. vbi num. 18.* inquit hoc videri clarissimum per dictam *l. quæsitum, §. 1. ff. de leg. 3.*

Tum & maximè ex alijs coniecturis ex eodem
11 testamento † desumptis, ad quas potissimum in hac materia recurritur, *dicta l. quæsitum, §. 1. ibi, vt id obtineat, quod testatori placuisse approbabitur,* cum alijs per *Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 8. num. 8.*

Inter plures autem alias præcipuè Dominis videbatur, quod Testator non solum mandauit dicta
12 bona diuidi cum infrascripto eius † hærede, sed vlteriùs etiam disposuit, quod Elisabetha legataria posset per sex menses post obitum Testatoris in eius domo permanere absque eo quod hæres quicquam prætendere, aut sperare posset durante dicto tempore; quæ certè manifesta inditia sunt, quod testator voluit medietatem dictæ domus, & aliorum bonorum stabilium dictæ Elisabethæ legare, cum alioquin
13 vel dicta dispositio penitùs † frustratoria fuisset, vel certè dictus Testator eandem Elisabetham verisimiliter cohæredem scripsisset, quatenus ei voluisset dictorum bonorum omnium medietatem relinquere,
14 aut certè immobilia quoque expressisset, † prout illa in hæredis institutione expressit *ad not. in l. vnic. § sin autem ad deficien. C. de caducit. tollen.* cum alijs per *Surd. cons. 466. num. 7.*

His accedat, quod si sub dicto legato stabilia censerentur compræhensa, maiorem portionem ex dicta hæreditate dicta Elisabetha caperet, quam capit hæres testatoris propter prælegata ante dictum lega-
15 tum ei à dicto Testatore facta, quod † tamen non videtur admittendum; cum præsertim semper sit facienda interpretatio, vt hæres sit minus grauatus, quam sit possibile, *l. Titia §. qui in vita, & l. vnam ex familia § si rem, ff. de leg. 2. l. qui concubinam, §. qui in vita, ff de leg. 3. l. Sticho in fin. ff. de vsufr.*
16 *legat.* & † quod censeatur legatum id quod minus est, *l. nummis, ff. de leg. 3. Aym. cons. 86. nu. 7.* etiam
17 si legatum † sit factum vxori, *idem Aym. consil. 25. num. 24. &c.*



R.P.D.

R. P. D. VBALDO.

Gerunden. Prioratus de Ridaura.

Lunæ 4. Martij 1619.

ARGVMENTVM.

Beneficium si à Papa alicui collatum fuerit vigore reseruationis, si reperiatur illud validè esse vnitum, tunc retardanda venit executio Breuis. Et quando non possit dubitari de validitate dictæ vnionis, & quis eam probare teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium non dicitur vacare si sit vnitum.*
2 *Beneficium vacatione cessante, cessat reseruatio.*
3 *Executioni Breuis non est locus, si fundatum in reseruatione, & ea non intrat.*
4 *Vnionis exceptio admittitur ad effectum excludendi reseruationem.*
5 *de Vnionis validitate non potest dubitari, si motu proprio, & ex certa scientia à Papa fuerit facta.*
6 *Et sic non est opus alia iustificatione, cum sit facta motu proprio.*
7 *Regulæ reuocatoriæ vnionum, non habent locum, quando vniones sunt sortitæ effectum.*
8 *Et præsertim si fuerint etiam fructus percepti per multos annos.*
9 *Vnio an cesset, si non constet de effectuatione causæ ob quam fuit facta.*
10 *Vnionem impugnans intuitu non secutæ causæ ob quam fuit facta, tenetur id probare.*
11 *Præsumptio illa in dubio est attendenda, quæ excludit inobedientiam, & contrauentionem, cum sapiant delictum.*
12 *Vnionis reuocationi non est locus, si fuerit effectum sortita, ea causa ob quam fuit facta.*
13 *non Adimplementi exceptio non potest ab eo opponi, qui aliquid prius adimplere debet.*
14 *Papæ assertioni in facto proprio standum est. & num. 18.*
Et maximè si emanauerit motu proprio.
15 *Reuocationi vnionis quando non sit locus ob non secutam effectuationem.*
16 *Vnio, quando est facta à Papa, tunc ipso iure est nulla ob defectum causæ ob quam est facta, & non venit annullanda.*
17 *Aegid. decis. 617. & aliæ quo casu loquantur.*
19 *Vniones fiunt ex causa paupertatis.*
20 *Vnio debet substineri, licet aliquid defecerit, si aliquod inconueniens sequeretur.*
21 *Vnionis titulus non est aptus impedire executionem Breuis.*
22 *Decis. in causa Salamantina beneficii de Duena 31. Ianuarij 1596. corã Corduba, quo casu loquatur.*
23 *Clausula arbitrio aliquid remittit de rigore iuris.*

DECISIO XC.

LATA sententia ab A.C. pro executione Breuis de capienda possessione nomine Cameræ Prioratus de quo agitur, causa appellationis fuit in Rota; commissa cum clausula, parito Breui arbitrio Rotæ, vnde proposito dubio die 14. Ianuarij præteriti, An intraret arbitrium, Domini mandarunt supersederi in executione, & interim gustare voluerunt de vnione eiusdem Prioratus, quæ ad impedien. executionem allegabatur; demum causa hac die 4. Martij iterum proposita, fuit resolutum, intrare arbitrium
1 pro non executione Breuis, †quia, stante vnione, beneficium non dicitur vacare *Clem. vnic. §. quidam etiam, & ibi glos. in verb. non vacent. de exces. prał. Feder. de Sen. cons. 200. num. 2 Oldr. cons. 257. nu. 15. in fin. & seqq. Ferrett. cons. 242. num. 8. Sarnen. in reg. de triennal. quæst. 8. Rebuff. in prax. tit. de vnion. num. 12. in fin. Rota decis. 2. num. 3. de excess. prał. in nou. decis. 12. nu. 2. vt lit. pend. in nou. & decis. 11. de reb. Eccl. non alien. in antiq.* cessante autem vaca-
2 tione †cessat etiam reseruatio ex traditis per *Modern. ad reg. 8. glos. 5. §. 7. num. 35.* & consequenter non est locus executioni Breuis, quod in reseruatio-
3 ne † fundatum est, vt pluries fuit resolutum, & originaliter *in Salamantina Canonicatus 13. Maij 1572. coram Oradino,* & postea in aliјs causis relatis per *Modern. vbi supra in annot. contra nullit. numer. 262. & seqq.* & hic per informantes. Et in ter-
4 minis vnionis, quod eius exceptio † admittatur ad effectum excludendi reseruationem fuit firmatum *in Vicen. beneficij 10. Decembris 1600. coram Reuerendiss. D. meo Archiepiscopo Damasceno.*

Quod autem pertinet ad vnionem, de eius validi-
5 tate dubitari non potest, cum fuerit † facta à Papa, & motu proprio, de certa scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine. vt per *Petr. de Vbald. Sen. in tract. de reuocat. vnion. c. 4. sub num. 1. Guid. papa cons. 134 num. 4. vers. præterea,* & fuit dictum in terminis istius vnionis *in Vicen. prioratus 17. Februarii 1617. coram R. P. D. meo Decano,* vbi etiam fuit
6 additum, non esse opus vlla iustificatione † propter clausulam, motu proprio, vt per *Seraph. decis. 1484. num 10.* & fuit sæpissimè decisum.

Quod autem vnio Prioratus de quo agitur, fuerit effectuata in vita fel. recor. Clementis VIII. eius auctoris, constat ex instrumento possessionis captæ vsque de anno 1600 per Abbatem Monasterij vniti S. Petri d Prioratus mensæ eiusdem Monasterij vniti de anno 1592. & sic non intrant regulæ reuocato-
7 riæ vnionis Leonum XI. & S. D. N. † cum non habeant locum in vnionibus iam effectum sortitis *glos. in regul. Cancellariæ 12. & ibi Mandos. q. 5. num. 3. & 4. Thanis decis. 43. incipit regula reuocatoria,*
8 *Accorombon. decis. 20 lib. 1.* præsertim † cum fuerint etiam fructus percepti per multos annos *Calderin. cons. vlt. num. 2. de reb. Eccles. non alien.*

Nec visum est obstare, quod vnio cesset, ex quo
9 non constet de effectuatione reformationis, § quæ fuit causa finalis vnionis, siue illa fuerit facta sub modo, siue sub conditione, vt fuit dictum *in d. Vicen. Prioratus coram D. meo Decano per cons. Ancar. 169. col. 1. & alia ibi allag.* Quia fuit responsum primo quod Abbas, seu monasterium habet intentionem fundatam in vnione, in sui facie perfecta, & simplici, licet forte resolubili ob defectum modi, vel causæ,
10 vnde Antonius qui vnionem impugnat † ex capite non secutæ, & effectuatæ reformationis, tenetur hoc probare, vt in his terminis est *decis. Mohed. 7. de except.* bene facit *decis. Seraph. 1336. num. 3.* quod tamen non probauit, immo vltra quod contrarium præsumen. videtur, ad excluden. inobedientiam, &
11 contrauentionem, † quæ sapiunt delictum *l. merito. ff. pro soc.* de contrario potius constat ex erectione, & manutentione Collegij Illerden. de qua fuit data fides Curialium, quæ fuit vnum ex fundamentis, &
12 ideo non † potest esse locus reuocationi, vel cessa-

tioni vnionis, ob defectum causæ *ad not. per Rot. decis. 642. num. 3. lib. 3. par. 3. diuers.* Et in omnem euentum, si vnio subsistit, & est in statu validitatis, vt dictum est, donec de eius viribus plenius discutiatur, interim huiusmodi Prioratus vniti impetratio non valuit *Rebuff. in prax par 1. tit. de vnion. reuoc. num. 31. & super reg. de vnion. glos. 9.* vel saltem debet intrare arbitrium pro suspensione Breuis, & cognoscendum est de causa vnionis, An ea non effectuata vnio resoluatur.

Secundo fuit responsum, quod vnio fuit quidem correspectiua ad reformationem, non tanquam factã, sed faciendam, & veluti medium ad illius executionem, videlicet, ad subueniendum necessitatibus monasteriorum Ordinis S. Benedicti, ne Monachi ad quæren. victum, vagandi occasionem haberent, & sic laxius viuerent, merito quamuis non esset adhuc in totum effectuata reformatio, nõ tamen debet cessare vnio, quæ est veluti præambulum, & instrumentum ad reformationem, sicut in simili exceptio non
13 implementi non potest ab eo opponi, † qui aliquid prius implere debet *Bald in l. 1. num. 22. C. de vsur. & fruct. legat.* & fuit dictum in vna *Mediolanen. frumenti 16. Octob. 1587. coram Orano.*

Tertio fuit etiam responsum, magnam esse inter hæc duo differentiam, quod scilicet, non sit secuta reformatio quoad Regulas, & Decreta, & hoc falsum est, cum Papa in ipsis litteris vnionis asserat se eam
14 fecisse certis modis, & formis, † cui assertioni in facto proprio standum est Clem. litteris, vbi *Imol. circa fin. de probat. Oldr. cons. 136. num. 6.* cum alijs per *Rot. decis. 154. num. 4. vbi de communi par. 2. diuers.* Et quod non sit secuta reformatio, quia Monachi non viuant iuxta reformationem, nam dato, quod hoc verum esset, tamen non inde infertur ad nullitatem, vel resolutionem vnionis effectuatæ, sed solum,
15 † quod Monachi possent cogi ad obseruantiam reformationis, vt in terminis vnionis est *decis. Paleot. 578. num. 6. lib. 3. par. 3. diuers.* & faciunt *not. per glos. in c. non potest. in verb. retinere, vers. sed quid dices. de præb. in 6. Rota decis. 1. de cond. appos. in nou. Seraph. d. decis. 1336. num. 1. in fin.*

Ex quibus etiam cessat, quod vnio sit ipso iure
16 nulla ob defectum causæ propter † quam facta fuit, non vero annullanda, cum simus in vnione facta per Papam, *Aegid. decis. 617. in fin. Cassad. decis. 1. nu. 2. de vnion. & decis. 8. num. 6. de concess. præb.* Quia vltra quod non adest defectus causæ ex prædictis, id intelligitur, quando causa vnionis est falsa, & ita lo-
17 quuntur† prædictæ decisiones, & aliæ recentiores distinguentes inter vnionem factam à Papa, quod sit ipso iure nulla, & factam ab Ordinario quæ venit annullanda; in proposito autem causa vnionis non est falsa, sed vera, quia reformatio facta fuit à Papa, vt
18 ipse asserit, cui † assertioni est standum, vt supra dictum est, & vlterius vnio fuit facta pro stabilimento, & confirmatione d. reformationis, vt etiam dicitur in litteris vnionis ad subuenien. egestati, & tenuitati redditiuum monasteriorum, ex causa supradicta,
19 quæ causa etiam est vera, & iure approbata, † cum vniones fiant etiam ex causa paupertatis, *vt in c. exposuisti. de præb. Clem. Ne in agro. §. ad hæc. de stat. Monach. Petr. de Vbald. Sen. in tract. de vnion. Eccles. c. 3. num. 2. vers. tertia causa*, & sine huiusmodi vnione mensæ conuentuales monasteriorum non possent congruè Monachos sustentare; & per consequens dictum stabilimentum, & cõfirmatio reformationis sequi non posset, cùm Religiosi se facilè auerterent ab obseruantia eiusdem reformationis, vt
20 benè hic per informantes pro † Abbate; & ideo ne sequatur istud inconueniens, vnio debet sustineri, vt per *Alex. cons. 81. num. 7. vers. potest & secundo respondere lib. 4.*
21 Non obstat, quod titulus † vnionis non sit aptus ad impedien. executionem Breuis, *vt in decis. Salamantina beneficij de Duenna 31. Ianuarij 1596. co. à Corduba*, quàm aliæ decisiones posteriores secutæ sunt, allegatæ per Informantes, quia responsum fuit,
22 rationes illius decisionis fuisse, quia † vnio non solum fuerat subreptitia, sed etiam attentata eius executio post inhibitionem Rotalem, sed in terminis vnionis validæ, & effectuatæ, vt in casu nostro, & ma-
23 ximè accedente clausula, arbitrio, quæ † aliquid remittit de rigore iuris, *Cresc. decis. 4. num. 3. de iti.* Decisiones illę paterentur maximam difficultatem.

Demum non obstat clausula, Amoto quolibet detentore, non tamen à nobismetipsis prouisionem habentibus, per quam excludi videtur vnio habita ab alio Pontifice, *vt in d. Salamantina, & alijs allig.* Quia procedunt vbi excipitur de vnione, tanquam pari titulo ad impedien. executionem, at in casu nostro vnionis exceptio opponitur ad excluden vacationem, & reseruationem inde resultantem, & ideo debet admitti in hoc iudicio, cum cessante vacatione cesset quoque reseruatio, & Breuis executio, quæ est fundata in vacatione, & reseruatione ex supra deductis in principio decisionis.

Et ita fuit conclusum.

R. P. D. PIROVANO.

Meten̄ Canonicatus.

Veneris 8. Martij 1619.

ARGVMENTVM.

Tractatur de probatione valoris beneficij. Publicatio resignationis est pars gratiæ, & an detur restitutio in integrum si publicatio resignationis non fuerit facta in tempore. Gratia licet reddatur subreptitia, ob nõ factam mentionem litis, tamen vt hoc habeat locum quid requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij valor, quando probetur leuioribus probationibus.*
2 *Testes, vt probent valorem beneficij per assensum, & n. 3. non autem per excessum deponere debent, &*
4 *Valor beneficij narratus per non excessum, benè probatur per confessionem partis.*
5 *Presbyteratus probatur ex litteris Ordinarij.*
6 *Attestationi Papæ statur.*
7 *Resignationis publicatio pars gratiæ solet iudicari.*
8 *Restitutio in integrum datur, si publicatio resignationis non fuerit facta in tempore.*
9 *Gratia ob non factam mentionem litis, tanquam subreptitia non attenditur.*
10 *Gratia, vt reddatur subreptitia ob non factam mentionem litis, quid requiratur.*
11 *Reuocatio mandati resignantis beneficium, quando non sufficiat.*
12 *Grossa est publicum instrumentum per extensum.*
13 *Ignorantia non præsumitur in eo, qui scit rem cum omni-*

omnibus qualitatibus.
14 *Notario non creditur in extraiudicialibus sine testibus.*
15 *Locus loci est necessarius ad validitatem instrumentorum, & ista est opinio Bartoli, quæ patitur suas difficultates. num. 16.*
17 *Rot. decis. 6. in antiq. de fid. instrum. fuit posita ad limitationem præcedentis decisionis.*
18 *Mandatum per litteras absque alia solemnitate probatur.*

DECISIO XCI.

POST resolutionem in hac causa factam sub die 4. Iulij præteriti, vt scilicet, neque Iacobo, neque Nicolao danda esset manutentio, sed apponeretur sequestrum, exinde dubitaui, cui ex prædictis adiudicandus esset Canonicatus, & Nicolao esse adiudicandum Domini censuerunt.

Quia de gratia suæ prouisionis docet ex litteris sub plumbo expeditis per resignationem D. Francisci de la Grange in manibus Sanctissimi factam, quæ benè iustificatur.

Nam quod valor obtentorum, nempè Parrochialis, & duarum Cappellaniarum non excedat 24. ducatos probatur per duos testes de auditu deponen-
1 tes, † qui sufficiunt ad hunc effectum, vbi leuiores probationes admittuntur, *Put. decis. 29. lib. 1.* quod etiam fuit firmatum *in causa Forolinien. primiceriatus 9. Decembris* 1588. *coram bo. me. Card. Platto,* & quamuis controuertantur dicta testium, quod ne-
2 que de auditu articulata concludant, † dum per ascēsum, non autem per excessum deponunt, ac etiam ad arguendum contrarium daretur instrumentum locationis solius Parochialis pro ducatis 33. nihilominus vlterior discussio fuit omissa, ex quo Nico-
3 laus † obtulit se paratum dimittere, quod sufficeret ad euitandam huiusmodi probationem aliàs fuit resolutum *in vna Iacentina Vicariæ vltima Ianuarij* 1590. *coram bo. me. Card. Platto.*

Quo vero ad valorem Canonicatus narratum in 24. ducatos per non excessum extat partis confessio
4 in eius gratia per similem expressionem, quæ † concludens est probatio, & admissa fuit *in causa Mediolanen. Cappellaniæ 24. Ianuarij 1597. corā Cor-*
5 *duba*, Presbyteratus verò patet ex litteris † Ordinarij datis, & cæteræ habilitates enūciatæ non egent
6 alia iustificatione, cum stetur † attestationi Papæ, ex relatione Ordinarij Parisien. apud quem multis annis commorabatur, *iux. Clem. 1. de prob.* & dictum fuit *in causa Ratisbonen. Canonicatus coram me 4. Ianuarij 1616.*

Similiter sufficienter docetur de publicatione resignationis intra tempus debitum, iuxta Constitu-
7 tionem fel. recor. Pij V. quæ, & † ipsa tanquam pars gratiæ solet iudicari, *vt per Paris. de resignat. lib. 11. q. 14. num. 2.* & sæpiùs fuit firmatum, *vt in Placentina Cappellaniæ 16 February 1598. coram bon. me. Card. Pamphilio, & in Calaguritana Thesaurariæ 4. Februarij 1579 coram Clemente VIII. tunc Rotæ Auditore*, nam & si in tempore præfixo per Cōstitutionem Nicolaus non doceat de actu publica-
8 tionis, in tempore tamen dato, & indulto per Papam per gratiosam restitutionem iustificat † hunc actum, quod sufficit pro validitate gratiæ, vt dicit *Rebuff. in prax. benef. tit. de publ. col. 7. & Paris. de resign. lib. 11. q. 13. num. 136.* & si dicatur, quod neque huiusmodi gratia restitutionis videatur attendenda tan-
9 quam † subreptitia ob non factam mentionem litis inter resignatarios, prout necessarium est, *cap. 1. vt lit. pend c. causam quæ, il 2. de testib.* & dictum fuit *in causa Placentin. Cappellaniæ 16. Februarij 1598. coram bon. mem. Card. Pamphilio*, obiectū benè euitatur, quia ad hoc, vt de lite sit facienda mentio in
10 gratia superuenienti, debet pendere super eo † super quo cadit gratia directè, vel in consequentiam, secus si super re diuersa, *vt declarat Oldrad. cons. 299. num. 3.* & benè se explicat decisio prædicta Placentina Cappellaniæ, dum præsupponit, quod de temtpore impetrationis iam esset oppositum de nullitate resignationis ob non publicationem, & gratia esset præiudicialis propter ius parti quæsitum, in præsenti autem tale ius non fuit in iudicium deductum ab initio, neque deduci potuit, quia de tempore, quo causa inter resignatarios erat cōmissa, durabat tempus nouem mensium ad publicandum, ex quo litteræ resignationis fuerunt datæ de mense Decembris 1613. & rescriptum commissionis superuenit de mense Februarij 1614.

Non obstat, quod Nicolaus ex prædictis adhuc iuuari non possit, ex quo ius Francisci resignantis prius consumptum erat vigore mandati per eum dati Parisijs sub die 26. Iunij 1613. ad resignādum in Curia ad fauorem Iacobi, cum quo præstitus fuit consensus, & litteræ fuerunt cum magna impensa expeditæ, iuxta formam mandati sub die 31. Iulij subsequentis.

Quia de reuocatione eiusdem mandati apparet per eundem Franciscum sub die 26. eiusdem mensis Iunij 1613. & de alio mandato ad resignandum in fauorem Nicolai, constat ex publico instrumento sub die 13. Iulij 1613. in actis exhibito.

11 Non obstat, quod sola † reuocatio resignantis nō sufficiat, ad effectum de quo agitur, nisi etiam fuerit intimata parti vel procuratori, iuxta formam *Clem. causam. de elect.* ad eorum scilicet perfectam noticiam, *vt per glos. in Clem. vnica. de renunc.* quę forma dicebatur non seruata per Nicolaum.

Prædicta enim ex facto euitabantur, dum in relatione intimationis legitur, quod grossa procuratoris fuit significata eidem Iacobo Halot, eique relicta
12 grossa, † quæ grossa publicum est instrumentum per extensum secundum *Boer. decis. 37. num. 1.* & qui il-
13 lius tenorem habet, negocium cum omnibus † qualitatibus, prout Clem. desiderat, ignorare non creditur, *l. non est ferendus ff. de transact. Bart. in l. cum hæres. ff. de lib. leg. Surd. post alios cons. 150. nu. 30. lib. 1.* Neque vrgebat replicatio, quod illa verba de dimissione, & intimatione grossæ probabantur ex re-
14 latione tantum Notarij, † cui non creditur sine testibus in extraiudicialibus, *Put. decis. 5. lib. 3.* cum alijs allegatis, quia dum fuit facta per duos Notarios, vnus pro rogitu sufficit, alterius vero rogitus potest æquipollere sufficienti probationi propter consuetudinem, quam indistinctè præsupponit *Rebuff. in tit. de reuoc. procur.* dum tractat de intimatione, quæ debet fieri coram Notario, & duobus testibus, aut coram duobus Notarijs, non constituendo aliquam differentiam inter vnum, vel alium modum.

Demum non obstat, quod tàm in instrumento reuocationis mandati, quàm in mandato ipso postmo-
15 dum dato ad resignandum, deficiat locus loci, † qui necessarius est ad validitatem instrumentorum, super quibus

quibus fundatur vtraque probatio, *vt per Bart. in l. de pupillo. §. qui nunciat. num. 2. ff. de oper. nou. nunc.* cuius opinionem post alios *Rot.* probauit in Romana legati 28. Iunij 1617. corã R.P.D. Buratto.

Fuit enim responsum, quicquid sit de opinione
16 Bartoli, † quæ tamen in puncto iuris patitur suas difficultates, nihilominus nos versari in diuersis terminis, dum non agitur de contractu stipulato inter partes, sed de mandato ad resignandum beneficium, & de reuocatione mandati ad resignandum, quo casu ista solemnitas de exprimendo locum loci non attenditur, *Rot. decis. 6. in antiq. de fid. instrum.* po-
17 sita † ad limitationem præcedentis, *decis. 5. eiusdem tituli*, & hæc distinctio videtur recepta, dum in Dataria similia mandata recipiuntur, & admittuntur, vt testatur *Gonzal. super regul. 8. glos. 62. num. 26.* & comprobatum fuit per plura instrumenta, quæ Dominis ostensa fuerunt; sed vlterius aduerterunt Domini, quod vtraque minuta, tàm reuocationis, quã secundi mandati ab eodem Francisco resignante
18 † fuit subscripta. quod sufficere videtur, quia mandatum per litteras absque alia solemnitate probatur *l. si procuratorem, vbi glos. in verb. intelligendum, de procur. Rot. Ianuen. decis. 49. num. 1. & decis. 51. num. 4.*

Et ex prædictis satis patet primam gratiam Iacobi eidem non suffragari propter reuocationem re integra factam, & secundam si neutri (quatenus etiam produceretur) non posse iustificari propter ius Nicolai iustificatum ex sua prouisione super valido mãdato fundato. Et ita &c.

REVERENDISS. MANZANEDO.
Patriarcha Hierosolymitano.

Romana Casalis de Paluzettis.

Lunæ 11. Martij 1619.

ARGVMENTVM.

Minor aduersus aditionem hæreditatis inconsultò factam, si fuerit læsus, eo quia plura debita soluere coactus esset. datur ei restitutio in integrũ, & hoc etiã non obstante confectione inuentarij; intellige tamen id, vt non sit locus dictæ restitutioni in integrum, nisi restitutis habitis per minorem, vel eorum reddita ratione.

SVMMARIVM.

1 *Minor restituitur in integrum aduersus aditionem hæreditatis, probata minoritate, & læsione.*
2 *Aetas minor probatur ex fide Baptismi.*
3 *Minor læsus restituitur, etiamsi factus sit maior, si non sit lapsus quadriennium.*
4 *Minor, quod sit læsus ex aditione hæreditatis, ex quo appareat.*
5 *Hæres, quando confecit inuentarium non tenetur vltra vires hæreditarias.*
6 *Minor aduersus aditionem hæreditatis inconsultò factam restituitur non obstante confectione inuentarij. amplia num. 7.*
8 *Minori antequam concedatur restitutio in integrum aduersus aditionem, quid requiratur.*

DECISIO XCII.

VISVM fuit Dominis esse locum restitutioni in integrum aduersus hæreditatis aditionem, re-
1 stitutis tamen habitis per minores, vel † eorum reddita ratione, cum concurrant minoritas, & læsio ad hunc effectum requisita, *l. 1. & in auth. si omnes. C. si min. ab hæredit. se abstin. Surd. cons. 95. num. 1. & seq. Odd. de restit. in integr. q. 62. num. 15. vers. sed contra Rota decis. 125. in princ. par. 2. rec. & decis. 132. num. 1. ibidem.*
2 Minor ætas probatur † ex fide Baptismi, *Felin. in cap. ad audientiam sub num. 16. de præscript. Caputaq. decis. 314. par. & decis. 647. num. 5. par. 1. recent.* & licet Franciscus sit factus maior, tamen cum
3 † non sit lapsum quadriennium, adhuc illi est danda restitutio, *Paris. cons. 65. nu. 55. lib. 3. Surd. vbi supra num. 8.*

Læsio autem probatur, quia per aditionem incon-
4 sultò factam † cogerentur minores soluere plura debita paterna, de quibus constat per inuentarium, & relationem periti, quod causat læsionem, *vt per Surd. vbi supra.*
5 Non obstat † quod adsit inuentarium, & sic non possint vltra vires hæreditarias teneri, quia non per
6 hoc † impeditur restitutio, *Surd. vbi supra num. 11. Rota d. decis. 125. num. 2. Odd. ibidem num. 21.* Ma-
7 ximè quia hucusque semper fuit controuersum † in Rota, An dictum inuentarium sit legitimè confectũ. Verum quia antequam restitutio minori conce-
8 datur aduersus hæreditatis aditionem, sunt † per eum restituenda quęcumque acceperit ex dicta hæreditate *l. ait Prætor. §. penult. ff. de minor. cum alijs per allegatis* per informantes. Ideo Domini dixerunt esse locum restitutioni, restitutis tamen habitis per minores, vel eorum reddita ratione. Et ita &c.

R. P. D. VBALDO.

Leodien. Canonicatus S. Ioannis.
Lunæ 11. Martij 1619.

ARGVMENTVM.

Simonia cum recipiat suam formalitatem à pacto, seu conuentione præcedenti, ideoque nisi id probetur, & quidem clarè, ac concludenter, nec non taliter, vt reum dictæ probationes conuincant, actor perperam agit, si alia via, puta ex actibus subsequentibus, vel ex verbis dictis à resignante, ante resignationem sine tamen pactione, eam probare satagat.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum aduersus rem iudicatam non datur ob lapsum fatalium; non datur, nisi constet de bono iure & legitimo impedimento.*
2 *Restitutionis in integrum fundamentum est læsio.*
3 *Simonia, etiamsi ciuiliter agatur, cum agatur de priuatione, est plenè, & concludenter probanda.*
4 *Simonia etiam per coniecturas probatur. declara vt num. 5.*
5 *Simonia, quatenus per coniecturas dicitur probari, intellige, vt debeant esse claræ, & eam necessario concluden. & quod reum omnino cõuincant.*
6 *ad Simoniam probandam conuentio, & tractatus præcedens est omnino necessarius, quia aliàs illa non inducitur.*
7 *Simonia recipit formalitatem à conuentione antecedenti.*
8 *Simonia non probatur per testes singulares, & ita seruat Rota.*

9 Testes

9 *Testes de auditu, & maximè à parte contraria in nihilo probant.*

10 *Testes non probant, si deponant de intentione, & tractatu, non autem de conclusione, & effectuatione.*

11 *Pactum, vel conuentio requirit duorum cõsensum*

12 *Simonia non subsistit sine conuentione.*

13 *Simonia non probatur ex actibus subsecutis.*

14 *Simonia non probatur ex eo, quia post resignationem, resignatarius dederit pecunias resignanti, quia id potuit fieri ex causa remunerationis, vel ex alia causa puta mutui, &c. & num. 15.*

16 *Confessio resignantis facta post resignationem, non præiudicat resignatario.*

17 *Socius criminis non admittitur pro teste, sed repellendus venit.*

18 *Correspectiuitas, vt intret, quid requiratur.*

19 *Simonia vera non inducitur ex correspectiuitate, & vicinitate actuum.*

DECISIO XCIII.

IN resignatione, seu permutatione Canonicatus quem obtinebat Octauius cum beneficio simplici Nicolai, prætendebatur interuenisse simoniæ labem, & eo nomine Canonicatum impetrauit Henricus à Sede Apostolica, & litem in partibus contra Nicolaum Canonicatus possessorem intentauit, qui tamen fuit per sententiam absolutus; & quamuis fuisset à sententia appellatum, & commissa causa in Rota, Tamen ob lapsum fatalium cum de desertione dubitaretur, fuit ad instantiam eiusdem Henrici commissa causa restitutionis in integrum. Quare proposito dubio, An Henricus esset restituendus; Domini ordinarunt die 17. Maij 1617. vt informaretur strictè super simonia; & demum hodie resoluerunt Henricum non esse restituendum, quia de bono iure, & verisimili impedimento quare appella-
1 tionem † prosequi non potuerit, Henricus non docuit prout requiritur. *Rot. decis. 5. de restit. in integr. in nou. cum alijs adductis in causa Agrigentina Canonicatus 9 Decemb. 1586. coram Gipsio.* Imò senten-
2 tia contra eum lata fuit, & † cessante iniustitia, cessat læsio, quæ est fundamentum restitutionis. *l. Nam postea §. si minor, vbi Doct. ff. de iur. iur. l. verum. §. sciendum, vbi Bart. ff. de minor.* Dec. *cons. 616. in fine, cum alijs per Surd. cons. 95. num. 2.*

Iustitia autem sententiæ absolutoriæ Nicolai videbatur patens, quia prætensa simonia in qua Henricus se fundat, visa est Dominis non probari, quæ tamen cum agatur ad priuationem beneficij, etiam si
3 ciuiliter † agatur debet plenè, & concludenter probari. *gloss. recepta in cap. veniens 1. & ibidem Abb. num. 4. Dec. num. 8. de testib. Alciat. cons. 2. num. 41. vbi de communi lib. 1. Natta cons. 299. num. 13. in fin. lib. 2. Rota apud Seraph. decis. 1029. num. 1. & decis. 1359. num. 3. & in firmana Cappellaniæ 7. Maij 1582. coram fel. rec. Clemente VIII. in Calaguritana confidentiæ 25. Iunij 1593. coram bo. me. Card. Pamphilio, Aretina confidentiæ 23. Ianuarij 1595. coram bon. mem. Litta, & in Tullen. Simoniæ 21. Aprilis 1597. coram bo. me. Orano,* & latè prosequitur *Farinac. cons. 75. num. 13. lib. 1. & in eodem cons. num. 40. num. 65. & num. 106. ponit dictas decisiones Clementis Octaui, Pamphilij, Littæ, & Orani.* Et accedit *decisio in Lucana confidentiæ coram Illustriss. Card. Ludouisio, quæ est decisio 108. nu. 1. par. 1. in recent. & in Albinganen. confidentiæ coram Reuerendiss. Lugdunen. quæ est decis. 166. nu. 8. par. 2. & decisio in Vercellen. Parochialis 13. Ianua-*
4 *rij 1617. coram R.P.D. meo Andrea.* & licet † illa probetur etiam per coniecturas secundum *Butr. &*
5 *alios in cap. sicut de simon.* Tamen illæ debent † esse claræ, & simoniam necessario concludeñ., & quod reum omninò conuincant, *glos. vlt. in cap. insinuatum de simon. Alex. de Neuo cons. 64. num. 2. & 3.* sæpè per Rotam canonizatum, vt fuit dictum in *dicta Aretina confidentiæ coram Litta, Felin. in cap. super his num. 17. de accusat. Alciat. d. cons. 2. nu. 41. Seraph. dicta decis. 1029 num. 2. & dicta decis. 1359. num. 2. Caputaq. decis. 202. par. 1. Rota in decisionibus supra allegatis,* præsertim in illa *Firmana cappellaniæ coram Clemente VIII. & in dicta dec. 108. num. 1. par. 1. in rec. & in decis. 258. num. 1. par. 2.* vbi refertur *decisio in Romana seu Hispalen. simoniæ 7. Febr. 1596. coram bo. me. Card. Blanchetto, quæ ponitur in dicto cons. 75. apud Farinac. num. 76. in qua num. 79.* latè probatur dicta conclusio, & referuntur aliæ decisiones.

Probationes autem pro Henrico adductæ non videbantur tales, quia in primis nulla probatur concludenter præcedens conuentio illicita inter resignãtem, & resignatarium ante resignationem, quod scilicet Nicolaus promiserit, vel soluerit aliquid Octauio in dictam causam, quæ conuentio, & tracta-
6 tus † est omnino necessarius ad induceñ, & probañ simoniam *cap. Astaldus 893 Doctores communiter in dicto cap. veniens primo de testib. Rota apud Put. decis. 171. num. 9. lib. 2. Mohedan. decis. 1. de simon. Seraph. d. decis. 1029. num. 8. & 1359. num. 1. & in dicta Romana, seu Hispaleñ simoniæ coram Blanchetto, apud Farin. dicto cons. 75. num 80. & dicta decis. 108. nu. 3. in recent. par. 1. & dicta decis. 166.*
7 *num. 2. & dicta decis. 358. num. 12. par. 2.* vbi † quod simonia recipit formalitatem ex conueotinne.

Non obstant testes deponentes quod Octauius esset grauatus ære alieno, & vellet se eo liberare, & quod vellet vxorem ducere, & tractauerit de resignando Canonicatu data sibi pecunia, & in specie nonus attestans, Octauium dixisse, qui plus dabit habebit meam præbendam, *vt in Sum. Henrici n. 1.*
8 Quia † præter id quod omnes videntur singulares, qui non admittuntur per Rotam in hac materia, præsertim ad effectum priuationis, *Put. dicta decis. 271. num. 11 lib. 2. Seraph. d. decis. 1029. num. 11. & seq. & in illa Tulleñ simoniæ coram Orano, vers. aut sunt singulares, apud Farin. dicto cons. 75. num. 106. & in d. Firmana coram Clem. VIII. vbi supra nu. 43. & in Aqueñ simoniæ 14. Ianuarij 1594. coram Blanchetto vbi supra apud Farin. num. 63.* qui etiam dictam conclusionem sequitur *dicto cons. 75. num. 9. & num. 27 in fin. & num. 29.* & nonnulli etiam sunt
9 de auditu ab ipso Octauio, qui etiam † nihil faciunt *l. testium C. de testib.* & in hac materia simoniæ *Rota decis. 358. num. 5. par. 2. in rec. & in dicta Romana simoniæ coram Blanchetto, & in dicta Tulleñ simoniæ coram Orano, apud Farin. d. cons. 75. num. 82. & 106 & in Concheñ Archipresbyteratus 27. Nouembris 1602. coram Litta, apud Farinac. lib. 2. consil. decis. 187.*

Quatenus etiam probarent non concluderent, nisi
10 de intentione, & † tractatu ex parte Octauij, non autem de conclusione, & effectuatione ex parte Nicolai,

colai, prout requiritur, cum alias non possit dici pa-
11 ctum, vel conuentio, † quæ requirit duorum consensum, *l. 1. §. conuentionis, ff. de pact.* sine qua con-
12 uentione simonia † non consistit ex latè supra deductis.

Nec etiam obstat, quod Nicolaus post resignationem dederit Octauio florenos 1500. quasi pro redemptione pensionis, nec non florenos 400. loco beneficij permutati, quod Octauius assecutus non fuerat, & rursus alias pecunias pro compensatione illius pluris, quod Octauius pro pensione sibi reseruari cupiebat, *vt per testes in Summ. Henrici num. 5. & 10. & num. 16. & seqq.* Quia dabatur generalis respon-
13 sio, quod ex actibus subsequutis † non probatur simonia, nisi probetur præcedens conuentio, cum potuerint dari pecuniæ ex causa remunerationis, vel
14 alia causa † vtputa mutui, vt de dicta summa florenorum 1500. cantat Chirographum ab Octauio subscriptum *Put. d. decis. 171. num. 5. & 7 & decis.* 490. *num. 2. lib. 2. Seraph. d. decis.* 1029. *num. 3.* & fuit dictum in similibus terminis in *Carthaginen. confidentiæ* 22. *Iunij, & 13. Nouembris* 1591. *coram Giptio; & in dicta Firmana coram Clemente VIII. & in d. Calaguritana confidentiæ coram Card. Pamphilio, & in dicta Aqueñ simoniæ coram Card. Blan-
15 chetto*, vbi in † specie habetur de pecunijs mutuo datis, *& in d. Romana, seu Hispaleñ simoniæ coram eodem, & in vna Imoleñ confidentiæ 24. Februarij* 1592. *coram* Card. *Pamphilio apud Farin. d. cons.* 75. & ibi ponit *dd. decisiones nu.* 42. 53. 62. 95. & 109. *Rota dicta decis.* 108. *num.* 5. *par.* 1. *in recent. & dicta decis.* 358. *num.* 11. *par.* 2. & latè *Alciat. respons.* 2. *num.* 16. *& seqq. lib.* 1. & in omnem casum quatenus etiam Octauius confessus fuisset accepisse dictas pecunias pro redemptione pensionis, vel loco beneficij permutati, quod tamen non probatur, dicta con-
16 fessio, † vti emanata post resignationem, non præiudicaret resignatario, *vt in puncto fuit decisum in d. Firmana coram Clemente VIII. & in d.* Romana, *seu Hispaleñ simoniæ coram Blanchetto, & apud Seraphin. d. decis.* 1029. *num.* 3. *& 13. & in Vercelleñ Parochialis 13 Ianuarij 1617. coram D. Andrea,*
17 & quatenus etiam deposuit tanquam testis †, adhuc vti socius criminis repellitur in hac causa priuationis *Alex. de Neuo dicto cons.* 64. *num.* 5. *Seraphin. d. decis.* 1029. *num.* 4. *cum alijs in d. Vercellen.*

Nec obstat etiam quod dictæ solutiones videantur correspectiuæ ad resignationem, quia talis correspe-
18 ctiuitas non probatur, ad quam † debent concurrere identitas Notarij, & testium; & quod incontinenti ferè vnus actus post alium sit subsequutus *Farin. d. cons.* 75. *num.* 11. *& num.* 36. *& in decisionibus ibi positis num.* 54. *&* 93. & in omnem casum simonia
19 vera non inducitur † ex correspectiuitate, & vicinitate actuum, *Put. d. decis.* 171. *num.* 10. *lib.* 2. *Rota decis.* 418. *num.* 4. *in fine par.* 1. *in recent. & decis.* 358. *num.* 11. *par.* 2.

Quæ eo magis videbantur Dominis amplectenda, quia multæ exceptiones competebant contra personas, & dicta testium, de quibus latè per informantes pro Nicolao, qui etiam respondebant singillatim ad alia leuiora exaduerso opposita.

Ex quibus fuit conclusum Henricum non esse restituendum, &c.

R. P. D. REMBOLDO.

Orioleñ Canonicatus.

Lunæ 11. Martij 1619.

ARGVMENTVM.

Obtinenti duo beneficia, in eadem Ecclesia, an debeantur duo vota. Consuetudo cum sit stricti, ideoque potius angustianda, quàm dilatanda venit. Opinio communis Doctorum habet vim legis.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria denegatur ex capite irreleuantiæ.*
2 *Iura duorum quotiescumque in vnius personæ resident, vnum quodque remanet illæsum, nec vnius personæ ius, cum iure alterius personæ confunditur.*
3 *Sed quodlibet per se consideratur.*
4 *Consuetudo dicitur stricti iuris, ideoque probari debet in specie.*
5 *Consuetudo non extenditur de loco, ad locum, nec de persona, ad personam.*
6 *Ius, quando est certum, illud attendi debet, & in defectum dicti iuris, particularis consuetudo, & ea etiam deficiente, consuetudo aliorum locorum.*
7 *Obtinenti duo beneficia in eadem Ecclesia, quod debeantur dua vota hoc nulla Lex, vel Canon disponit.*
8 *Ius dicitur certum eo ipso, quod communis sententia Doctorum desumpta est ex legis ratione.*
9 *Contra Ius etiam ea dicuntur, quæ sunt contra rationem legis siue expressam, siue tacitam.*
10 *Opinio communis Doctorum obtinet vim legis.*
11 *Consuetudo non extenditur, quando est contra Iuris rigorem.*

DECISIO XCIV.

Etsi omnes ferè aliæ regulæ, pro obtinenda remissoria allegari solitæ, in causa ista concurrere viderentur, censuerunt tamen Domini, illam esse
1 denegandam, † ex capite potissimum irreleuantiæ.

Nam cum (vt in alia huius causæ decisione firmatum fuit *) D. Thomæ obtinenti Archidiaconatū, & Canonicatum in Ecclesia Oriolen. duo vota debeantur, ex receptissima, atque etiam verissima DD. sententia, in generali illa legum dispositione fundata; Quod quotiescunque duorum iura in vnius
2 persona † resident, vnumquodque remanet illæsum, nec vnius personæ ius, cum iure alterius personæ confunditur, *l. si mihi & tibi, vbi Bart. I. sf. & alij, ff. de leg.* 1. *l. si consul. & ibi Bal. num.* 3. *ff. de adopt. Abb. in cap.* 1. *in princ. de off. leg. Dec. in cap.* 3. *num.* 53. *& seqq. de probat* Sed † quodlibet per se
3 consideratur, *Socc. in l cum filio, nu.* 28. *ff. de leg.* 1.

Non potest dicto D. Thomæ obesse articulata consuetudo contraria in alijs Ecclesijs, partium Hi-
4 spaniarum, etiam quod illa probaretur; Quia † consuetudo dicitur stricti iuris, *Bal. in auth. si quas ruinas, in* 1. *col. C. de Sacrosanct. Eccles. Castrens. cons.* 340. *ad fin. vers. superest, lib.* 2. *Natt. cons.* 554. *n.* 26. ideoque probari debet in specie *Aym. cons.* 96. *nu.* 4. *& cons.* 241. *num.* 20. *vers. ad tertium, Surd. cons.* 525. *num.* 16. *Oldr. cons.* 237. *num.* 3. *Cæs de Grass. decis.* 6. *num.* 5. *de praben. Rot. diu. decis.* 799. *in fin.*
5 Nec extenditur de loco ad locum, † quemadmodum, nec de persona ad personam, *l.* 3. *§. sequitur hoc*

hoc interdicto, & ibi Bart. ff. de itin. actuq. priuat. Innoc. in c. tua nos, de Decim. Dec cons. 483. nu. 22. Natt. cons. 555. sub num. 5 Rot. decis. 6. de consuet. in nou. num. 10. in addit Card. Seraphin. decis. 1159.
6 num. 6. nisi quando ius est dubium. Nam vbi † ius est certum, illud attenditur, & in defectum dicti iuris, particularis consuetudo, & hac demum etiam deficiente, consuetudo aliorũ locorum, vt post alios tradit Innoc. in cap. fin. sub num. 8. vers. item, & num. seq. de off. Archid. Abb in cap. cum olim, num. 4. & 7. de consuetud. Mobed. decis. 3. num. 2. de Decim.

Nec dicatur, quod in casu de quo agitur ius cer-
7 tum non est, cum nullam habeamus Legem, † vel Canonem expresse disponentem, quod obtinenti duo beneficia in eadem Ecclesia, duo vota debeantur; Quia ad effectum, vt extensioni dictæ consuetudinis de loco ad locum esse non possit, Satis dicitur certũ
8 dictum ius, † eo ipso quod communis Doctorum sententia, vt supra ostensum fuit, desumpta est ex ra-
9 tione legis. Nam etiam illa dicuntur cõtra ius, † quæ sunt contra rationem legis, siue expressam, siue ex mente desumptam, Felin. in cap. statuimus, de Maiorit. & obed. Put. decis. 241. num. 3. lib. 3 Card. Se-
10 raph. decis. 802. num. 2. Quinimò † communis Doctorum opinio obtinet vim legis, Ias. in l. penult. C. de pact. Surd. decis. 229. num 36.

Et vt cesset dicta consuetudinis extensio sufficit,
11 quod sit contra regulas † iuris generales, & sic contra iuris rigorem, Calder. cons. 7. de consuetud.

☞ * Idest sub die 11. Ianuarij 1619. quæ decisio habetur infra in Appendice, post decisiones anni 1626. Et pariter infra in eadem causa adsunt duæ aliæ decisiones, idest sub diebus 10. Iunij 1619. & 10. Iunij 1620. coram eodem bo. me. Remboldo.

REVERENDISS. DVNOZETTO.
ARCHIEPISCOPO SELEVCIEN.

Romana, seu Viterbieñ fideiussionis.

Veneris 15. Martij 1619.

ARGVMENTVM.

Fideiussio de repræsentando aliquem ad omne mandatum Domini est conditionalis, & ideo talis fideiussor non constituitur in mora, nisi præcedente requisitione Iudicis, aut saltem die.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum non denegatur læso, stante iniustitia sententiæ.*
2 *Fideiussio de repræsentando aliquem ad omne mãdatum Domini est conditionalis, cum non habeat certum diem.*
3 *Et si non constat de requisitione facta per Iudicem, numquam potest dici, quod venerit dies obligationis. & num. 6.*
4 *Obligatio conditionalis operari non potest, nisi obligationem faciendi die, & conditione eueniente.*
5 *Fideiussio de repræsentando aliquem expirat ob impotentiam conditionis, scilicet, si repræsentandus moriatur. & num. 14. & 16.*
7 *Dies interpellat pro homine.*
8 *Mora frustra obijcitur, si non sit adiecta dies obligationi.*
9 *Debitum dicitur, quis agnouisse per voluntariam termini suspectionem.*
10 *Termini suspectio debet regulari à natura obligationis.*
11 *Termini suspectio sub conditione cessat non eueniente conditione.*
12 *Mandatum coactiuum de redeundo ad carceres prouenire debet à Iudice.*
13 *Mora cessante, cessat pœna.*
15 *Sententia, quæ non iustificatur ex actis dicitur notoriè iniusta, & inde non transit in iudicatum.*

DECISIO XCV.

DOMINI vnaniniter, & sine vlla difficultate responderunt constare de causis restitutionis in integrum, quia constat de iniustitia vltimæ sententiæ extra Rotam latæ, qua stante, beneficium restitutionis † in integrom læso non denegatur. Rot. dec. 1. num. 1. de restit. in integr. in nou. Mobed. decis. 2. de appell. Cæs. de Grass. decis. 10. num. 12. de sent. & re iud. cum simil.

Iniustitia sententiæ ex eo patet, quod carcerationem factam in persona Francischini fuisse legitimam Iudex pronunciauit, cum tamen appareat eum iniustè fuisse, & indebitè carceratum ex serie facti; cum enim Iacobus carceratus esset instan. Baldassare; ipsemet promisit se repræsentare in carceribus sub pœna debiti, & ad omne mandatum Domini liberè, & vlterius promisit facere, vt huic obligationi Mater, & Auia accederent, alias teneri voluit ad id precisè, & ad omnia damna, & prædictis omnibus sponte dictus Francischinus vti principalis, & insolidum accessit, promisit, & fideiussit; ex quibus verbis vi-
2 sum fuit istam promissionem † de repræsentando ad omne mandatum Domini fuisse conditionalem quatenus à Iudice requireretur, cum non habeat diem certum. Castren. cons. 100. col. fin. vol 2. Gabr. cons. 173. num. 6 vol. 2. Rol. cons. 58. num. 14. lib. 1. Rota diuers. dec. 11. nu. 4. & seq. par. 2. & ita quoque cum
3 non constet de requisitione facta † per Iudicem cõtra principalem debitorem nunquam dici potest venisse diem obligationis conditionatæ. Dec. cons. 145. circa fin. vol. 3. Osasc. decis. Pedem. 45. num. 8. vers. 3. quia Rip. in l. 4. §. hoc autem, nu. 10. ff. de damn. inf.
4 nec aliud obligatio † insolidum operari potest, nisi obligationem faciendi die, & conditione euenien.

Vnde sequitur necessario Frãcischinum per mortem Iacobi principalis debitoris fuisse liberatum à fideiussione cum repræsentandi ob impotentiam
5 conditionis, † & ita ad nihil tenebatur, l. si decesserit, ff. qui satisd. cog. & ibi Bart. & alij scribentes, l. si mandatum 56. §. penult. ff. mandat. Rol. cons. 58. nu. 5. lib. 1. cum alleg.

Neque obstat quod ante obitum Iacobi Francischinus dicatur constitutus in mora; quia illa non
6 contrahitur nisi † præcedente requisitione, aut sal-
7 tem die, quæ pro † homine interpellat ex iuribus vulgaribus de requisitione Iudicis non apparet, nec dies certa obligationi fuit adiecta, & ita frustra mo-
8 ra † obijcitur, nec videtur ipsum Francischinum tacitè determinasse diem per susceptionem volũtariam
9 termini, nec parte, nec † iudice instan. per quem consensit in mandatum sine alia citatione relaxandũ, vt respondit Rota coram Reuerendiss. Damasceno, in vna Romana Vineæ 28. Nouembris 1611. & 17. Februarij 1612. quia pura non fuit obligatio Francischini

ſchini de repræſentando ſub pœna debiti, ſed fuit adiecta clauſula ad omne mandatum Domini, & ita
10 ſuſceptio termini debet † regulari à natura d. obligationis, vt ſcilicet ſuſcipiens confiteatur ſe obligatum ad repræſentandum, & velle repræſentare ſtatim elapſo menſe, quatenus tamen Iudex id mandet, & eo caſu conſenſit relaxationi mandati, quo nō
11 eueniente ſuſceptio termini † fortiori vinculo eum non adſtringit, vt poſt *Rom. But. Abb.* & alios quamplurimos dixit *Farinac. in pract. crim. q. 34. nu. 34.* vbi teſtatur de communi.

Quinimò ſi aliter iſte conſenſus mandati exequutiui intelligeretur, eſſet in facultate fideiuſſoris carcerari facere principalem contra formam eius obligationis, cui acceſſit fideiuſſor, cum mandatum coactiuum de redeundo † ad carceres prouenire debeat
12 à Iudice non ab ipſo fideiuſſore, *vt per Castr. & Gubr. locis præcitatis*; vnde infertur ceſſante mora
13 ante obitum ipſius, amplius † pœnæ locum non eſſe, & obligationem factam ſub pœna debiti morte principalis expiraſſe, *l. 2. ff. ſi quis caut. Gabr. d. conſil. 173. num. 16.*

Nec obſtat quod idem Franciſchinus fuerit in mora in faciendo quod Mater, & Auia Iacobi carcerati accederent obligationi ipſius Iacobi, quia hoc admiſſo pro vero, in hoc caſu intrat obligatio ad damna, & intereſſe, vt patet ex forma obligationis, ibi, (alias teneri voluit ad damna, & intereſſe) non videtur autem quod in hoc caſu Baltaſſar ex dicta non acceſſione patiatur aliquod damnum, vel intereſſe, quia etiam ſi illæ mulieres acceſſiſſent, cum nūquam fuerint conſtitutæ in mora viuente principali debito-
14 re, modo expiraſſet † illarum obligatio per mortem dicti Iacobi *iuxt. d. l. ſi deceſſerit*, propterea non poſſet Baltaſſar contra illas reualere.

Nec obſtat denique quod hic adſit res iudicata, quæ traxit ſecum executionem, cum ſit lata ſuper nō
15 ex carceratione Philippi; quia Rota ſequitur † opinionem quod ſententia, quæ non iuſtificatur ex actis, dicatur notoriè iniuſta, & inde non tranſeat in iudicatum *Cæſ. de Graſ. deciſ. 2. & deciſ. 16. num. 15. de ſolut.* & tennit *Rota in Burgen. quindemiorum Lunæ 16. Martij 1615. coram D. Andrea, relata in recentioribus, deciſ. 659. à num. 16. par. 2. tom. 2.*

His ſic ſtantibus Domini iudicarunt nōn opus eſſe ingredi quæſtionem ſi obligatio minoris ex diſpoſitione ſtatuti Viterbien. eſſet irritanda, cum ſeu va-
16 lida ſeu inualida per † mortem principalis debitoris propter impoſſibilitatem actus euanuerit ex ſupradictis.

Et ita deciſum vtraque parte informan.

R. P. D. PIROVANO.

Sabinen. Alluuionis.

Veneris 15. Martij 1619.

ARGVMENTVM.

Legis vim habet opinio generalis. Procurator non præiudicat Domino ſine ſpeciali mandato, & quid de poſitionibus datis à procuratore ſine ſpeciali mādato poſſint deſeruire pro coniectura, & indicio veritatis. Confeſſio ex poſitionibus reſultans dicitur emanata per viam contentioſę iuriſdictionis. Et aliqua circa probationem famæ.

SVMMARIVM.

1 *Opinio generalis habetur pro lege.*
2 *Articulans non dicitur fateri.*
3 *Procurator abſque ſpeciali mandato confitendo non præiudicat Domino. num. 2.*
4 *Poſitiones datæ per procuratorem ſine ſpeciali mandato, licet non præiudicent Domino deſeruire tamen poſſunt pro coniectura, & indicio veritatis. Et hoc amplia ſi non ſint reuocatæ. num. 4.*
5 *Confeſſiones ex poſitionibus reſultantes dicuntur emanatæ in modum contentioſæ iuriſdictionis.*
6 *Conſilijs Doctorum, quoad factum, non minus videtur credendum, quam enunciatiuis inſtrumentorum, cum conſultatio ſuper caſu propoſito credi non poſſit imaginaria.*
7 *Scriptis alicuius fides augetur per eius mortem.*
8 *Teſtis de auditu non probant.*
9 *Verbum, publicè, importat publicam vocem, & famam.*
10 *Teſtes, vt probent famam, debent percutere tempus ante motam litem. Teſtis vt probet, ſufficit, quod aſſerat articulum eſſe verum. num. 10.*
11 *Publica vox, & fama non attenditur, cuius origo prouenit à perſonis intereſſatis.*
12 *Teſtes deponentes ſuper fama non eſt neceſſe, vt aſſerant à quo audiuerint, ſi ciuiliter agatur.*

DECISIO XCVI.

DICTVM fuit flumen Tyberis antiquitus habuiſſe curſum ſubtus Moronos Magnos, verum an vnico impetu alueum mutauerit, particulari diſputatione fuit reſeruatum*.

Huiuſmodi enim factum iuſtificant Teſtes per Rotam approbati in particularibus deciſionibus, videlicet, 8. 9. 10. 11. 19. 20. deponentes de auditu à maioribus, qui dicebant audiuiſſe ab eorum antenatis, & publica voce, & fama toto tempore eorum vitæ, quibus in antiquis, (prout in præſenti verſamur) plenè creditur ad quemcunque effectum, cum
1 opinio † illa geneealis habeatur pro veritate, *Innoc. in cap. veniens, de verb. ſignif. Felin. in cap. veniens, il primo num. 16 de teſt. Caſſad. deciſ. 2. de probat. Bald. in l. conuenticulum num. 8. C. de Epiſc. & cler. Gabr. de teſt. concl. 3. Crauett. de antiq. temp. §. viſo in hac prima par. num. 1.*

Prædictis accedunt multa, quæ coadiuuant veritatem iſtius generalis opinionis, nempe confeſſio emanata in poſitionibus, ſeù articulis datis pro parte Communitatis, in quibus dicitur, & articulatur, quod antiquitus, & per prius vltra centum annos, & per tantum tempus, cuius initij memoria hominum non exiſtit in contrarium, flumen Tyberis alueum ſuum tenebat ſubtus Moronos Magnos, quæ confeſſio, & ſi propria dici non poſſit, ex eo quod ar-
2 ticulans † non dicatur fateri, ac etiam proueniat ex ore Procuratoris, qui abſque ſpeciali mandato ad
3 confitendum non poſſit ſuo principali † præiudicare, tamen pro coniectura, & inditio huius veritatis bene deſeruiunt *Bald. in l. cum præcum num. 1. C. de lib. cauſ. Seraph. deciſ. 1282. num. 3.* quod etiam fuit firmatum *in cauſa Vallisoletana penſionis 26. Nouemb. 1618. coram Reuerendiſs. Archiepiſcopo Da-*
4 *maſceno*, & eo † magis quando (vt in præſenti) non fuer.nt reuocatæ, quia interim tenent tanquam emana-

5 emanatæ in modum contentioſæ † iuriſdictionis, vt poſt *Bald. in l. vnica col. 16. de confeſſ.* tradit *Oſaſc. deciſ.39. num.38.* concordant etiam cum prædicta depoſitione teſtium duo *conſilia Cornei 322. lib.1. & 287. lib.3.* in quibus idem præſupponitur quod & per teſtes fuit confirmatum, quibus nō minus quam enunciatiuis Inſtrumentorum videtur credendum
6 quoad factum, vt eo modo fuerit conſulenti narratum, dum conſultatio ſuper caſu propoſito credi non poteſt imaginaria, & ficta propter authoritatem, &
7 excellentiam perſonæ cum qua deceſſit, † & fidem ſuis ſcriptis adauxit, *vt dicunt Crauett. conſ. 158. num.7. Rimin. iun. conſ.506. num.16.*

Non obſtat quod teſtes, de quibus ſupra, loquan-
8 tur de auditu, qui propterea † non probant *cap. licet ex quadam, vbi Abb. num.1. de teſt. Gloſſ. in l. ſumma §. idem labeo in verb. audierint, ff. de aqu. plu. arcen. cum alijs alleg.* quia ex lectura depoſitionis eorum patet reſponſio, dum dicitur eos audiuiſſe toto tempore eorum recordatus, & publicè ab omnibus ſe
9 neſcire, † quia in antiquis hoc non eſt de ſubſtantia, dum teſtis deponit de auditu *cap. licet ex quadam, vbi Bald. extra, de teſtibus.* & plenè comprobat *Farinacc. de teſtibus quæſt. 69. cap. 3. per totum.*

Similiter non obſtat, quod vndecimus teſtis non deponat per rationes, ſed eius dictum deducatur ex ſola reſponſione, quod articulus quartus ſit verus, & teſtis vigeſimus deponat de annis 25. aut 30.
10 quod non † percutit tempus ante litem motam, itaut dictum illius coniungi non poſſit cum dicto maiorum.

Quia, quod ſufficiat reſponſio articulum eſſe verum, bene probat *Socc. ſen. conſ.56. num.12. & 14. lib.4.* lis autem non habuit ſuum initium de anno 1567. ſed de anno 1578. à quo tempore auditus teſtis præceſſit litem, & potuit coniungi cum dicto, & auditu ſeniorum ad conſtituendum tempus ſexaginta annorum; de hac enim lite datur commiſſio coram Cantuccio ad inſtantiam bo.me. Aliprandi Madrutij de menſe Iunij 1578. illa autem de anno 1567. continet alias perſonas, & bona, & ſimiliter extat particularis commiſſio, quæ data fuit, & in ea latæ fuerunt tres ſententiæ.

Neque etiam obſtat, quod nonnulli teſtes dicant vidiſſe mutationem aluei fluminis, quæ contingere non potuit reſpectiuè ad illorum ætatem, niſi citra tempus ſexaginta annorum, & ſic de recenti, quia flumen fecit duas mutationes, primam de Moronis Magnis ad moronos paruos, & de hac in præſenti agitur, & hanc nullus ex teſtibus vidit, ſecunda eſt de Moronis paruis ad locum, vbi nunc flumen habet decurſum, & de hac tanquam de recenti teſtes loquuntur, ſi bene eorum dicta attendantur.

11 Nec eſt attendenda altera exceptio, † quod teſtes deponant de auditu à Galleſanis, & poſt motam litem, quia ſicuti Galleſani non repelluntur à teſtimonio ferendo in hac lite, vt iam fuit reſolutum coram Sanctiſsimo de anno 1607. 19. Nouembris, ita nec eorum dictum videtur poſſe improbari, & ex ſupradictis iuſtificatur teſtes deponere de auditu ante motam litem.

12 Demum non obſtat, quod depoſitio † teſtium deficiat in requiſitis ad probandam famam, quia ex lectura illorum contrarium colligitur; & quamuis aliqui non dixerint à quibus audiuerint, hoc ciuili-

bus neceſſarium non videtur, *Caputaq. dec. 7. par. 2. & deciſ. 289. par. 3.*

Et teſtes Communitatis, qui dantur ad conquaſſandam probationem Illuſtriſs. Cardinalis, iam fuit dictum in *deciſ. 15. Martij*, quod non releuant, & idem hodie fuit reſponſum, cum nihil plus contineant. Et ita, &c.

☞ ** Id enim fuit ventilatum, ac reſolutum, vt vnico impetu alueum Tyberis fuerit per alluuionem mutatum, in terminis de quibus agitur, ſub die 15. Nouembris 1621. coram eodem bo.me. Pirouano, eſt infra in reſiduo par. 5. recent. dec. 424. vbi etiam habes aliam deciſionem ſub die 24. Maij 1624. eſt in ordine 447. quæ vltima deciſio fuit deinde reuocata coram eodem Pirouano die 21. Maij 1629. eſt in eadem part. deciſio 292. incip. Cauſa ſuper deciſione 24. Maij 1624. propoſita, dictum fuit ab eadem reſolutione eſſe recedendum, &c.*

In hac eadem cauſa reperiuntur aliæ deciſiones coram Ludouiſio, deinde fel. rec. Gregor. XV. nempe ſub diebus 2. Aprilis, & 19. Nouembris 1607. & 15. Decemb. 1610. 16. Decembris 1611. & 7. Maij 1612. prima eſt inter eius impreſſas deciſ. 309. ſecunda eſt 340. tertia 487. quarta 547. & quinta 558.

REVERENDISS. MANZANEDO
Patriarcha Hieroſolymitano.

Meliten. Prioratus.

Lunæ 18. Martij 1619.

ARGVMENTVM.

Executoriales emanatæ ad fauorem defuncti, an poſſint executioni demandari ad fauorem ſubrogati. Collitiganti, vt detur immiſſio in poſſeſſionem beneficij, quid ſufficiat probare.

SVMMARIVM.

1 *Executoriales emanatæ ad fauorem defuncti poſſunt executioni demandari ad fauorem ſubrogati.*
2 *Collitiganti, vt detur ſubrogatio, quid ſit verificandum.*
3 *De lite dicitur conſtare ex reuolutione actorum.*
4 *Clericatus probatur ex litteris patentibus Ordinarij.*
4 *Gratia emanata, motu proprio non eget iuſtificatione, & nu.7.*
6 *Gratiam totam, quando quis teneatur iuſtificare.*

DECISIO XCVII.

DOMINI cenſuerunt immiſſionem eſſe concedendam Per Illuſtri D. Paulo, cum fuerit ſubrogatus in locum, ius, & actiones, quæ Fabio, & Fabritio, & Hortenſio, ac Franciſco, & Gaſpari Hyacinto antequam cederent, ſeu reſignarent, aut obirent reſpectiuè quomodolibet competebant, & niſi obijſſent, reſignaſſent, vel ceſſiſſent, competerent & competere poſſent etiam quoad poſſeſſionem dictæ Eccleſiæ in qua ipſi, ſeu eorum aliquis forſan extiterunt; nec non ſententiæ, & mandati de immittendo, ac litis, & cauſæ prædictorum proſequutionem, & executionem, ac alias in eiſdem ſtatu

L & ter-

& terminis in quibus reperiebantur, itaut quæcunque acta in lite, & sententia, & mandato huiusmodi ad fauorem ipsius Gasparis Hyacinti prolata, & relaxata ipsi D. Paulo, ac si ad eius fauorem emanassent, vt in litteris expresè continetur. Vnde siue consideremus vacationem per mortem Gasparis, quamuis non obierit in possessione, cum tamen pro immissione habuerit sententiam, & mandatum hoc sufficit, vt D. Paulus subrogatus in ius Gasparis etiã quoad sententiam, & dictum mandatum de immittendo possit vigore dictæ subrogationis, aut petere executionem ad sui fauorem dicti mandati de immittendo à Gaspare obtenti, aut aliud simili de nouo obtinere, & prout Gaspar si viueret posset dictam possessionem consequi vigore dicti mandati, ita etiã D. Paulus in illius locum positus, & subrogatus, possint executioni demandari ad fauorem subrogati
1 cum executoriales † emanatæ ad fauorem defuncti, vt fuit dictum *in vna Salamantina Cappellaniæ del Voto 20. Nouembris 1592. & 5. Iulij 1593. coram bon. mem. Card. Pamphilio, & in Legionen. Præstimoniorum 27. Nouembris 1592. coram eodem.*

Aut volumus considerare vacationem per obitum
2 Fabij in possessione istius Benefitij, † quo probato intrat subrogatio D. Pauli etiam quoad possessionem in qua obijt Fabius verificato Clericatu, & lite, *Put. decis. 214. lib. 1. Caputa. decis. 346. num. 1. par. 2. Mohed. decis. 11. vt lit pend.* & fuit dictum *in vna Burgen. de Pancoruo 24. Octobris 1588. coram bon. me. Gipsio, & in Barchinonen. Beneficij 20. Iunij. 1614. coram R. P. D. meo Vbaldo*, quæ est inter recentiores *decis. 629. par. 1.* de obitu autem Fabij in possessione constat ex adductis *in decisione coram me in ista causa facta 21. Maii 1615.*
3 De lite autem satis constat ex † reuolutione actorum, & ex pluribus Decisionibus coram me in ista causa inter Gasparem, & Monasterium factis, prout
4 etiam de Clericatu † ex litteris Patentibus Vicarij Vrbis, *Grammat. decis. 81. num. 1. Rot. decis. 1. de probat. in nou. & decis. 248. num. 2. par. 1. in recentior* qui etiam est notorius in Curiale Domestico S. D. N. & Magistro Ceremoniarum, ac Canonico Basilicæ Sancti Petri.

Quæ facilius procedunt, quia litteræ, in quibus continetur dicta subrogatio gratiosa emanarunt motu
5 tu proprio, & ideo † nulla egent iustificatione, *Put. decis. 101. lib. 3. Achill. decis. 10. de prob.* & fuit dictum *in vna Asten. Pensionis 11. Martij 1615. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Comen. Præpositura 10. Iulii 1611. coram R. P. D. meo Pirouano.*

Ex supradictis tollitur obiectum, quod cum mãdatum de immittendo non fuerit effectuatum in per-
6 sonam Gasparis † sit necesse iustificare totam illius gratiam, vt fuit dictum *in Carthaginen. Portionis 21. Octobris 1588. coram bo. me. Gipsio*, quia de iustificatione apparet *ex decisionibus in hac causa factis coram me 21. Maij 1615. & 7. Maij 1618.* & licèt non possideret, tamen debebat illicò possidere, & ideo sicuti illi sufficiebat ostendere dictum mandatum de immittendo, & ita debet sufficere D. Paulo, *vt in dd. decisionibus Salamantin. & Legionen.* præsertim quia fuit etiam subrogatus ad possessionem quam Fabius habebat, & eius gratia
7 emanauit † motu proprio, & sic nulla eget iustificatione, vt supra dictum est,

Et ita resolutum,

R. P. D. VBALDO.

Neapolitana Grani, & Hordei.

Lunæ 18. Martii 1619.

ARGVMENTVM.

Appellatio datur a sententia lata in plenario possessorio per viam sententiæ diffinitiuæ, & hoc saltem de Iure Canonico. Aegidiana Constitutio, quando non intret. Sententia, quando vitio nullitatis laboret, & aliqua circa naturam clausulæ, sine præiudicio legitimæ executionis.

SVMMARIVM.

1 *à Sententia lata in iudicio possessorio datur appellatio, saltem de Iure Canonico.*
2 *à Sententia si fuerit in tempore appellatum, executio inde facta remanet attentata.*
3 *Aegidiana ratione loci non intrat.*
4 *Aegidiana non ligat personas Ecclesiasticas.*
5 *Sententiæ executio facta nulla præcedente liquidatione, est inualida.*
6 *Citatio ad sententiam si sit nimis vaga, & incerta non tenet.*
7 *Sententia est nulla, si non apparrt quo die, fuerit publicata.*
8 *de Attentatorum reuocatione, quando agitur, non est quærendum de nullitatibus sententiæ.*
9 *Clausula, sine præiudicio legitimæ executionis, non impedit Iudicem à quo, quominus non exequatur sententiam.*
10 *Clausula, sine præiudicio legitimæ executionis, non impedit, quin si Iudex à quo, procedit nulliter, & iniustè, id non possit reuocari à Iudice ad quem.*
11 *Et talis reuocatio potest fieri etiam per viam attentatorum, & amplia num. 12.*

DECISIO XCVIII.

FVIT dictum constare de attentatis. Quia sententia fuit lata non in summarijssimo possessorio per viã decreti, sed in plenario per viam sententiæ diffinitiuæ cum reseruatione iurium partium in petitorio; & ideo ab ea saltem de iure Canonico
1 dabatur † appellatio secundum communem opinionem, de qua per *Benintend. decis. 79 numer. 1. & 2. latè Ludouic. decis. Perus. 20 num. 19. Honded. consil. 20. num. 4. lib. 2. Seraphin. decis. 1295. nu. 3.* & cum
2 fuerit in tempore † appellatum, exequutio inde facta remanet attentata *cap. non solum de appellat. in 6. Seraph. decis. 595. num. 1. Lancell. att. de attent. appell. pend. in præfat. num. 83. & seqq.*
3 Nec obstat Aegidiana, quia † non intrabat tum ratione loci *Rota decis. 181. num. 4. & 5 lib. 2. par. 3. diuers.* tum ratione personarum Ecclesiasticarum
4 † quæ in Iudicio interuenirẽt *Honded. dicto cons. 20. num. 6. & seqq. lib. 2. & sæpè fuit tentum in Rota et in decisionibus ibi allegatis num. 8. & in Romana Domus ad S. Augustinum 19. Ianuarij 1611. coram R. P. D. meo Decano, & nuper in Beneuentana Saluiani de anno præterito coram R. P. D. meo Buratto.*

Præterea Iudex pronunciat D. Episcopum esse manutenendum in possessione exigendi frumentum & hor-

& hordeum de quo agitur in certa summa annua ibi
expressa, & exequutio fuit facta in 120. tumulus gra-
5 ni, 10. tumulis hordei, & sex dolijs vini † nulla
præcedente liquidatione prout fieri debuit *l. hæc au-
tem §.1.ff quib. ex caus. in possess. eatur Aym. cons.
164. num. 2. Rota diuers. decis. 352. num. 3. par. 1. fuit
dictum in proprijs terminis attentatorum in Man-
tuana bonorum 17. Iunii 1611. coram me.*

Accedebant nullitates sententiæ per informantes
6 deductæ, tum ex defectu citationis † ad primam
diem cum intimatione quæ videbatur nimis vaga, &
incerta *Mobed. decis. 4. num. 3. de testib. Verall. decis.
274. num. 2. par. 3. post Bald. cons. 268. num. 1. lib. 1.
& fuit sæpissimè decisum*, tum ex defectu publicatio-
7 nis sententiæ; cum † non appareat qua die fuerit lata
*l. 2. & 3. C. de sent. ex breuit. recit. cum aliis ad-
ductis in illa Auenionen Arresti coram R.P.D. meo
Dunozet* sed nonnullis ex Dominis hæc videbantur
8 extra punctum, in quo quæritur de attentatis, † non
autem de reuocatione sententiæ ex capite nullitatis,
*vt in terminis fuit dictum in dicta Mantuana Bo-
norum 20. Maii 1611. coram me.*

Prædictis autem nec visum est obstare præcipuum
fundamentum informantium pro Episcopo. Quod
9 causa in Rota commissa est † sine præiudicio man-
dati de manutenen. Quia intelligitur quoad futuras
exactiones, cum non impediatur Iudex à quo exequi
in futurum, non obstante inhibitione Rotali, non
10 † autem operatur, quod si Iudex hucusque proces-
sit nulliter, vel iniustè in exequendo, exquutio nō
possit reuocari, *vt fuit decisum in Romana Casalis
24. Nouembris 1581. coram fel. rec. Clemente VIII.
tunc Rotæ Auditore, & in Placentina fideiussionis
20. Iunii 1597. coram bon. mem. Penia*, & in simili
clausula sine præiudicio legitimæ exequutionis tra-
dunt *Modern. claus. 159 num. 5. & 7. par. 1.* vbi am-
11 pliant posse fieri † reuocationem etiam per viam
attentatorum. Quod tanto magis procedit in casu
nostro, cum appareat ex lectura commissionis cau-
12 sam fuisse cōmissam † super grauaminibus partis, &
narratis occasione dicti mandati de manutenendo, &
exequutionis factæ.

Et ita fuit decisum &c.

R. P. D. REMBOLDO.

Lunen. Sarzanen. Pensionis.

Lunæ 18. Martij 1619.

ARGVMENTVM.

Pensionis materia cum de stylo Rotæ reputetur pro-
phana, ideo in ea conceditur remissoria absque fu-
mo, si articuli sint releuantes. Possessio præsumi-
tur deperdita, si ea spatio 10. annorum quis non
vtatur, & quando non procedat.

SVMMARIVM.

1 *Pensionis materia ex stylo Rotæ reputatur materia prophana,*
2 *Remissoria in materia prophana passim datur sine fumo, si articuli sint releuantes.*
3 *ex Possessione de præterito præsumitur ad possessionem de præsenti.*
4 *Possessio solo animo retinetur.*
5 *in Animo ea, quæ constituunt, statur declarationi eius.*
6 *Possessio præsumitur de perdita, si quis ea non vtatur spatio 10 annorum.*
7 *Sed hoc intellige, si ab alio fuerit occupata.*
8 *Possessionem quis non dicitur amisisse si ea non vtatur stante concordia.*
9 *Procuratores præseruant intactum omne ius.*
10 *Laudum parti non obstat, si illi non acquieuit, & maxime si de medio fuerit sublatum per concordiam.*
11 *Remissoria denegatur, quando quis in in partibus potuit facere probationes, & eas non fecit.*
Limita si ille petens eam, obtinuit sententiam sauorabilem in partibus, nu. 13.
12 *Remissoria non præsumitur calumniosè petita, si non agatur ad impediendam aliquam exequutionem.*

DECISIO XCIX.

RESOLVTVM fuit dandam esse remissoriam,
1 quia causa pensionis † reputatur ex stylo huius
Sacri Tribunalis prophana *Gomes. in reg. de infirm.
quæst. 16. post med. vers. nam pensiones, & in reg. de
triennali possess. quæst. 50. ad med vers. eadem ratio-
2 ne Verall. decis. 99. par. 1.* & in prophanis † passim
datur remissoria etiam sine fumo, dummodo arti-
culi sint releuantes *Verall. decis. 68. par. 3. Cæs. de
Grass. decis. 1. num. 10. de dilat. Put. decis. 212. lib. 1.
in fine iuxta nouam impress.*

De releuantia autem articulorum dubitari non
potest, quia si probari contigerit Alexandrum fuisse
ante concordiam in quasi possessione exigendi pen-
sionem integram iuxta tenorem litterarum reserua-
tionis, vtique erit in dicta possessione manute-
3 nendus; quia † ex possessione de præterito, præsu-
mitur ad possessionem de præsenti *Abb. in cap cum
ad Sedem num. 18. & ibi communiter DD. de rest.
spoliat. Bart. & alij in l. siue possidetis C. de probat.
4 Natt. cons. 235. num. 19.* & maximè, † cum illa
retineatur etiam solo animo, ac propterea affirmās
se continuasse possessionem, habeat fundatam inten-
5 tionem, quia in his, quæ sunt animi † statur eius di-
cto *gloss. in cap. significasti in verbo si ita est de homi-
cid. cum alijs per Menoch. de præsumpt. præsumpt.
35. per tot.*

Non obstat, quod dicta possessio præsumitur de
perdita eo quod dictus Alexander dictam possessio-
6 nem in minori † summa per decennium recepit
*iuxta tradita per Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina
num. 23. de caus. poss. & propr. cum alleg.* quia dictæ
præsumptioni in casu isto locus esse non potest, tum
7 quia illa non procedit † nisi possessio interea fuerit
ab alio occupata *Rot. decis. 62. num. 6. par. 2. diuers.
& fuit dictum in Heritonen. pensionis 18. Aprilis
1608. coram bon. me. Iusto, & in Romana pecunia-
ria die 20. Iunij 1614. coram R. P. D. meo Pirouano*
tum etiam quia cum Alexander non potuerit duran-
te concordia petere integram pensionem, non potest
8 ei lapsus dicti decennij obesse, † nec inde resultare
præsumptio quod desierit animo possidere [illegible] *in
l. 1. in fin. C. de annal. except. Abb. in cap. Abbat. n. 18
ff. de verb. signif.*

Et præsertim quia ex lectura dictæ concordiæ ap-
paret quod illa erat restricta ad vitam titularis tunc
viuentis tantum cum expressa protestatione, quod
per eam nullum fieret præiudicium Alexandro, quo

ad Successores, nam hinc plusquam manifeste colligitur qualis animus fuerit dicti Alexandri, continuandi scilicet dictam possessionem quoad Succes-
9 sores, quorum respectu fuit † ei omne ius tam in possessorio quam in prætorio per dictam protestationem præseruatum *Put. decis. 191. num. 17. lib. 1. & decis. 34. num. 1. & 2. lib. 2. Rota diuers. decis. 785. num. 4.*

Vnde etiam non obstat quod Alexander prætenditur vel per dictam concordiam, vel per laudum ante concordiam latum à dicta possessione cecidisse, quia satis ex supradictis apparet, quod per concordiam nullum fuit ei præiudicium etiã respectu possessionis illatum & laudo ante concordiam vt dicitur
10 lato Alexander nunquam † acquieuit, sed imo etiam post dictum laudum litem cum eodem Titulari continuauit vsq; dũ illa per dictam cõcordiã fuerit finita.

Non obstat quod dicitur Alexandrum potuisse in partibus facere hanc probationem, quo casu pro-
11 pter præsumptam calumniam † denegari solet remissoria; quia cessat omnis suspicio calumniæ nõ solũ
12 ex eo quod remissoria non petitur † ad effectum impediendi aliquam exequutionem, sed etiam quia Alexander in partibus obtinuit sententiam fauora-
13 bilem, vnde non potest & † imputari aliqua culpa quod vlteriores probationes tunc non fecerit *vt fuit dictum in Augustana Sepulturæ 29. Nouẽbris 1606. coram Illustriss. D. Card. Ludouisio &c.*

R. P. D. V B A L D O.

Barbastren. Archipresbyteratus.

Lunæ 15. Aprilis 1619.

ARGVMENTVM.

Alternatiua Episcopi silet, quando beneficia non sunt de libera collatione ipsius Episcopi, sed de simultanea vna cum Capitulo, & quando beneficia dicantur sic de libera Episcopi collatione, & quando de simultanea, & quid stante concordia inter Episcopum, & Capitulum, vt alternis vicibus debeant conferre.

SVMMARIVM.

1 *Præbendæ, & dignitates in Ecclesia Cathedrali sunt simultaneæ collationis Episcopi, & Capituli.*
2 *Episcopi alternatiua non cadit in beneficijs, quæ sunt simultaneæ collationis.*
3 *Beneficia minora sunt reseruata soli Episcopo, etiã in Ecclesia Cathedrali, nec sunt simultaneæ collationis.*
4 *Abbas in cap. cum Ecclesia sub num. 8. de elect. de quibus beneficijs intellexit.*
5 *Archipresbyteratus sonat in dignitatem, & maximè si concurrat gestatio habitus communis alijs dignitatibus. num. 6.*
7 *Consuetudo plurimum attenditur in materia collationis beneficiorum.*
8 *Alternatiua impeditur per simultaneam collationem, & num. 13. 14. 15. 16. & 17.*
9 *Beneficiorum collatio, si sit simultanea inter Episcopum, et Capitulũ licet per concordiã diuidatur, remanet tñ proprietas d. simultaneæ collationis.*
10 *Colimbrien. Canonicatus 14. Maij 1599. coram Card. Millino, quo casu procedat.*
11 *Relatio cessat, quare sequeretur repugnantia dispositionum. & num. 12,*
15 *Clausula præseruatiua non est necesse, quando sibi non præiudicat.*
18 *Relatio debet fieri ad omnia præcedentia, quando ratio differentiæ, cur non sit facienda nulla assignatur.*
19 *Relatio potius ad proxima, quam ad remota est facienda.*

DECISIO C.

VISVM fuit Dominis constare de bono iure Francisci prouisi ab Ordinario de Archipresbyteratu de quo agitur; ipse enim habet intentioné fundatam in communi opinione quam seruat Rota,
1 quod præbendæ, & dignitates in Ecclesia † Cathedrali sunt simultaneæ collationis Episcopi, & Capituli, iuxta notata *in cap. cum Ecclesia Vulterana, vbi glos. & in cap. postulauit, & ibi Butr. num. 19. Imol. num. 5.* Abb. *num. 8. & alij communiter de elect. Cassad. decis. 22. de præben.* vbi de communi, & plures decisiones, & auctoritates allegat *Modern. ad reg. 8. gloss. 45. in princ. num. 36,* & fuit firmatum in decisione in hac causa facta 15 *Iunij* 1615. *coram R. P. D. meo Pirouano,* *certum autem est, quod alternatiua Episcopi non cadit in beneficijs, quæ
2 non sunt liberæ, sed † simultaneæ collationis, vt sunt clara verba regulæ 8. & ibi *Modern. gloss. 45. in princip. num. 1. & seqq.* & proinde cum Archipresbyteratus vacauerit de mense Septembris collatio pertinuit ad Ordinarium, non obstante alternatiua.

Neque facit quod prædicta conclusio non habeat
3 locum in minoribus † beneficijs, quæ videantur reseruata soli Episcopo etiam in Cathedrali Ecclesia, nec sint simultaneæ collationis, *vt per Abb. in d. cap. cum Ecclesia sub num. 8. in 3. membro suæ distinctionis.*

Quia fuit pluribus modis responsum in dicta decisione, qui etiam hodie placuerunt; præsertim cum non probetur huiusmodi Archipresbyteratum esse
4 ex illis minoribus beneficijs, de quibus † intellexit *Abb. loco citato,* vt patet ex eo, quod dignitates Ecclesiæ Cathedralis separauit ab illis inferioribus beneficijs, vt in vers. idem quod supra puto in prouisione dignitatum &c. *& vers. in 3. vero membro. §. circa prouisionem inferioris beneficij &c.* Archipres-
5 byteratus autem sonat † in dignitatem. *Rota decis. 9. de præb. in nou. & decis. 1. de offic. Archipresb. in antiq.* cum alijs de quibus in decisione, quibus additur *decisio 326. num. 1. & seq. par. 2. diuers. Seraphin. decis. 420. num. 2.* & sensit *Abb. in cap. 1. in 2. notab. de offic. Archipresb. Bero. in rubr. extra de offic. deleg. num. 9.* & concurrit in proposito gestatio
6 habitus huius Archipresbyteri, † communis alijs dignitatibus, vt deponunt testes, & alia in dicta decisione coram D. Pirouano cõsiderata, quatenus Archipresbyteratus, de quo agitur esset potius officium quam dignitas.

Nec aliqua in contrarium probatur consuetudo,
7 † cui plurimum in hac materia collationis defertur *Abb. in d. cap. cum Ecclesia num. 10. de elect. Cassad. d. decis. 22. sub num. 2.* ibi salua consuetudine.

Neque obstat concordia inter Episcopum, & Capitulum inita, & à Sede Apostolica confirmata de anno 1610. in qua Archipresbyteri collatio, & omnimoda dispositio tribuitur Episcopo sine vlla communicatione Capituli, quia limitatur per clausulam

1 sub-

subsequentem firma remanēte simultanea collatio-
ne, ac saluis reseruationibus, & affectionibus Apo-
8 stolicis per quam impeditur effectus † alternatiuæ, &
conseruatur anterior reseruatio octo mensium, *vt
fuit dictum in decisione in hac causa facta, & in
Colimbrien. Canonicatus 24. May 1599. coram Il-
lustriss. Millino*, & latè prosequitur *Modern. ad reg.
8. glos. 45. §. 1. num. 65. & seqq. & num. 74.*
Nec facit quod dicta clausula præseruatiua refer-
tur tantum ad primum caput concordiæ in quo di-
uiditur inter Episcopum & Capitulum ius conferen-
di per Turnum dignitates Ecclesiæ, itaut prima vi-
ce spectet collatio ad Episcopum, secūda vice ad Ca-
pitulum recurrentibus vacationibus in mensibus
Ordinarijs; & quoad hanc partem bene procedat
9 clausula firma remanente simultanea, † cum pro-
prietas collationis remaneat communis, licet exer-
citium per concordiam diuidatur, & ita etiam pro-
10 cedat dicta decisio † Colimbrien. sed secus videatur
quoad secundum caput in quo in specie Capitulum
concedit soli Episcopo collationem Archipresbyte-
ratus, & Cappellaniæ maioris, & vniuersa collatio, &
libera dispositio Sacristæ relinquitur Decano, & Ca-
pitulo. Vnde clausula præseruatiua non videatur
11 posse referri ad hoc secundum caput ad euitan. † re-
pugnantiam, quæ esset si dispositio, & collatio Ar-
chipresbyteratus esset libera solius Episcopi, & ta-
men firma remaneret simultanea, collatio. Quia
fuit responsum id procedere inter ipsos collatores,
videlicet, Episcopum, & Capitulum, tamen respectu
Papæ censeri semper simultaneam sub cuius præser-
12 uatione, & ad saluan. ius suum circa affectiones, † &
reseruationes Apostolicas voluit confirmare con-
cordiam; ideo siue inter partes fuerit diuisum exer-
citium collationis, alterando vices in conferendo,
siue disponendo, vt vnum, vel alterum beneficium
sit de libera collatione Episcopi, vel Capituli, satis
est quod Papa eas conuentiones confirmauit suo iu-
13 re quoad simultaneam, † quæ excludit alternatiuā,
& quoad reseruationes Apostolicas, quibus noluit
præiudicare. Ideo addebant Domini, quod respectu
primi capitis non poterat fieri congrua ad illud re-
latio illius præseruatiuæ, firma remanente simulta-
14 nea, cum per illud non esset sublata † simultanea,
immo expresse inducta, vel disposita; cum simul Epi-
scopus, & Capitulum debeant dignitatem confer-
re personæ electæ; & probatur ex illis verbis, Deca-
nus verò, & Capitulum simul cum ipso Episcopo
illam personæ sic electæ conferant; & rursus, ibi, ip-
sique, & dictus Episcopus coniunctim illam personæ
per Decanum, & Capitulum electæ conferant &c.
licet quoad electionem tantum fuerit inter eos con-
15 uentum, vt fieret per Turnum, & † alternatim: ex
quo sequitur vt nullo modo fuerit necessaria dicta
clausula præseruatiua simultanea, quoad dictas di-
gnitates, in quibus simultanea collatio expresse fuit
16 inter partes conuenta, † sed potius fuit necessaria
in secundo capite quoad officium Archipresbytera-
tus Cappellaniæ maioris, & Sacristiæ quorum pri-
mi, & secundi collatio liberè fuit concessa Episcopo,
tertij verò Capitulo vt supra dictum est. Vltra quod
17 † relatio ad primum caput tantum repugnaret na-
18 turæ clausulæ in fine positæ, quæ solet referri ad † om
nia præcedentia, maximè quando nulla potest assi-
gnari ratio differentiæ, *l. talis scriptura. §. fin. ff. de
leg. 1. cap. 2. requiris, vbi Dec. num. 10. & seq. de ap-
pellat. Surd. cons. 242. num. 10. lib. 2.* immo potius
19 † ad proxima, quā ad remota referri solet, *l si idem
cum eodem in fine, vbi glos. ff. de iurisd. omn. iudic.
glos. in l. 1. ff. de leg. præst. Surd. cons. 271. nu. 68. lib. 2.*
Ad confessionem Francisci fuit responsum in deci-
sionne D. Pirouani.
Ex quibus fuit conclusum constare de bono iure
Francisci.

☞ *Decisio ista in hac eadem causa sub die* 15. *Iunij* 1615. *coram bo. me. Pirouano. adest supra in tertia parte recent. & est in ordine decisio* 683.

R. P. D. V B A L D O.

Romana Seruitutis.

Veneris 15. Martij 1619.

A R G V M E N T V M.

in Quasi possessione eundi, & redeundi ad suum fundum per fundum alienum, vt quis dicatur constitutus, quid nam sit necesse probare, ad victoriam obtinendam quoniam hoc casu requiruntur probationes pleniores, cum præsumptio sit contra eum, nam pro libertate rei præsumitur, maximeque cum agatur de seruitute discontinua. Scientia, licet verum, sit probari posse per coniecturas, nihilominus per alias coniecturas maiores potest quoque excludi.

S V M M A R I V M.

1 *Libertas rei in dubio præsumitur.*
2 *Seruitutem super re aliena, si quis prætendat quā uis sit in eius possessione, ad ipsum & non ad Dominum spectat eam probare.*
3 *Actionis negatiuæ propria natura quæ sit.*
4 *Seruitutem in re aliena, vt quis probet, debet docere se eam acquisiuisse vel pacto, vel testamento, vel præscriptione.*
5 *in Seruitute discontinua acquirenda, requiritur regulariter immemorabilis.*
6 *ad Immemorabilem probandam requisita, quæ sint.*
7 *Testes, vt probent immemorabilem debent deponere de visu per quadraginta annos, & debent esse annorum 54.*
8 *Immemorabilis sine dubio cessat constito de initio.*
9 *ad Seruitutem discontinuam acquirendam sufficiunt decem anni inter præsentes, & viginti inter absentes.*
10 *Intellige tamen id verum, si allegetur titulus, & quidem in principio litis certitudinariè à quo, vel à quibus fuerit habitus.*
Et quod præscribens sit vsus dicta seruitute sciente, & patiente aduersario.
11 *Titulus ad acquirendam seruitutem discontinuam si non fuerit habitus à Domino.*
Necessitas transeundi per aliquem locum an sit valens præbere titulum ad præscribendam seruitutem, num. 11.
12 *ad Seruitutem præscribendam requiritur scientia, & patientia Domini.*
13 *Scientia, & patientia doceri non poterit, quando constat de contradictione, & num. 19.*
14 *Seruitutem, vt quis præscribat, debet ea sic vti, vt credat vti iure suo.*

15 *Vsus rei alienæ in dubio præsumitur potius iure familiaritatis, quam vt in ea acquiratur ius.*
16 *Possessio iure familiaritatis, & amicitiæ, maxime stante affinitate, &c. non releuat.*
17 *Scientia præsumitur ex diuturnitate temporis, & multiplicitate actuum.*
18 *Scientia præsumitur eliditur ex alia maiori.*
20 *Testes non probant certum tempus nisi deponant de certo tempore cum copula, & citra.*
21 *Testes singulares non probant.*
22 *Testis depositio, quod aliquid vidit à quadraginta annis citra; verificatur in eo, quod heri, vel nudius tertius vidisse potuit, & corruit probatio certi temporis.*
23 *Immemorabilis fundamentum excluditur stante paucitate temporis.*
24 *Probationes æquiuocæ non releuant, maximeque si agatur de inducenda seruitute.*
25 *ad Fundum suum si quis aliunde viam habere nequit, licet ei transire per fundum alienum.*
26 *Rimedium l. si quis sepulchrum ff. de relig. & sump. fun. vt intret plura requiruntur, & præsertim solutio pretij.*
27 *Seruitus iteneris, quando multo magis cessare debet.*

DECISIO CI.

EXISTENTIBUS DD. Beneficiatis Basilicæ Sanctæ Mariæ Maioris de Vrbe in quasi possessione eundi, & redeundi ad suum Casale Cerciarij nuncupatum per Casale vicinum Ceruaretti, cuius ratione obtinuerunt etiam mandatum de manutenendo extra Rotam; demum commissa causa R.P.D. Vicario eiusdem Basilicæ de voto Rotæ, dubitaui in petitorio An liceat eisdem Beneficiatis transire per dictum Casale Ceruaretti, & Domini vtraque parte informante responderunt, eis non licere iure seruitutis; cum enim in primis constet de Dominio Casalis Ceruaretti D. Papirij ex titulo emptionis sibi factæ à q. D. Paulo Sfortia vsque de anno 1595. nec non ex continuata eiusdem Casalis possessione per eosdem Paulum, & Papirium respectiuè nec illud exaduerso controuertatur: Papirius dicitur habere intentionem fundatam super libertate rei suæ, cum
1 † quælibet res præsumatur libera *l. altius cum l. seq. C. de seruit. Aym. cons. 111. num. 9. & cons. 112. n. 14. Cephal. de comm. cons. 369. num. 93. lib. 3. Io. de Amic. cons. 50. num. 1. Honded. cons. 79. num. 22. lib. 1.* Et
2 ideo per Beneficiatos debet probari seruitus † prætensi transitus quamuis sint in eius possessione non autem ad D. Papirium spectat probare seruitutem illis non competere cum hoc sit proprium actionis
3 negatiuæ † per Papirium intentatæ, *ita Bart. reprobata opinione gloss. ibi in l. 1. §. hoc interdicere nu. 7. ff. de itin. act. priuat. & in l. si prius num. 14. & seqq. & signanter num. 17. & ibi Alex. num. 7. ff. de nou. oper. nunc. Castr. post gloss. ibidem in l. sicut §. sed si quæratur nu. 9. ff. si seru. vend. Natt. cons. 23. nu. 1. & cons. 69. num. 5. Menoch. cons. 75. num. 4. & retinen. rem. 5. num. 53. & præs. 89. nu. 6. & seqq. lib. 3. Gabr. cons. 145. num. 3. lib. 1. Io. de Amic. dicto cons. 50. nu. 3. Honded. dicto cons. 79. num. 23. Surd. decis. 177. nu. 2. Rota apud Seraph. decis. 1422. num. 13. & in Bononien. seruitutis 18. Iunij præteriti coram me.*
Prætensa autem seruitus non probatur, quia ne-
4 cesse fuisset Beneficiatos probare † se eam vel pacto, vel testamento vel præscriptione acquisiuisse *Gloss. in l. 1. §. 1. ff. de Itin. act. priu. Rom. & alij communiter in dicta l. Altius C. de seruit. & in §. vlt. Instit. eod. tit. Cepoll. de seruit. Vrb. præd. cap. 19. num. 1. Io. de Amicis dicto cons. 50. num. 2. & post eum Gabr. dicto cons. 141. num. 3.* & quoad pactum aut testamentum non ostenditur, quod fuerit Beneficiatis concessa, vel constituta seruitus; quo verò ad præscriptionem cum simus in seruitute itineris, seu transitus disco-
5 tinua illa † requirit regulariter immemorabilem *Gloss. Magn. in l. seruitutes 14. in princip. in verb. certum verb. si autem ff. de seruit. & ibi. Bart. num. 3. Castr. num. 10. per text. in l. hoc iure §. ductus aquæ, ff. de aq. quær. & æst. Cepoll. vbi supra num. 4. vers. 1. Alex. cons. 108. num. 4. vers. secus si non habebat lib. 2. Didac. var. resol. lib. 1. cap. 17. num. 11. cum alijs qer Honded. cons. 79. num. 33. & 65. lib. 1. Bursatt. de communi cons. 156. num. 30. lib. 2. Barz. decis. 65. lib. 1. Bursatt. de communi cum alijs per Honded. cons. 156. num. 2. Barz. decis. Bonon. 140. numer. 27. Caldas. quæst. feren. lib. 1. quæst. 5. num. 26. & 33. & in specie seruitutis viæ, & itineris Balb. de præscr. 2. par. 4. par. princ. quæst. 1. numer. 2. vbi de communi Natt. dicto cons. 69. in princ. Alb. cons. 35. in princ. Menoch. retin. rem. 5. num. 50.* quæ immemorabilis hic non solum non est probata sed nec articulata, & cessant pene omnia requisita *per gloss. in cap. 1. de præscript. in 6. quam Rota sequitur in Aquinaten. beneficij 29. Nouembris 1604. coram Illustriss. Ludouis. Seraphin. decis. 1102. num. 2. 1450. num. 2. par. 2.*
7 cum † testes non deponant de visu per 40. annos, nec habeant ætatem sufficientem ad immemorabilem probandam, & constet de initio ex testibus d. Papirij, vt bene fuit ostensum per informantes pro di-
8 cto Papirio, quo † casu cessat sine dubio immemorabilis *Seraph. decis. 454. num. 4. Put. decis. 426. nu. 2. lib. 2. in nou. & fuit pluries decisum.*
Non obstat quod ad acquirendam seruitutem etiã
9 † discontinuam sufficiant decem anni inter præsentes, 20. inter absentes *Gloss. Mag. in d. l. seruitutes & ibi Bart. num. 4. Castr. nu. 11. vers. 2. fellen. Bald. vbi supra num. 3. Cepoll. dicto cap. 19. num. 6. vers. secundus casus ex num. 8 vers. teneas cum allegat.* Quia quidquid sit, An sit necesse etiam probare aliquem titulum ad hunc effectnm *Castr. in d. l. seruitutes,*
10 *num. 9.* Certum est eum debere † allegari in principio litis certitudinarie à quo, vel à quibus fuerit habitus, & quod præscribens sit vsus d. seruitute sciente, & patiente Aduersario, *vt ex dicta gloss. Bart. & alios in dicta l. seruitutes. Cepoll. dicto cap. 19. num. 6. & num. 8. vers. sic ergo cautus Alex. cons. 108. nu. 14. in fine vers. quia respondetur lib. 2. Aym. cons. 226. in princ. Alb. cons 31. in princ. Gabr. dicto cons. 145. num. 4. Boss. cons. 156. nu. 32. Honded. cons. 79. num. 71.* quæ omnia cessant hic, nam titulus nullus allegatur, pra terquam necessitates trãseundi per Casale Ceruaretti qui non est talis, qui fuerit habi-
11 tus † à Domino vel à tertio habentem potestatem constituendi seruitutem iuxt. tradita *per Cepoll. vbi supra num. 6. vers. secundus casus, & num. 9. vers. tertius casus,* vltraquod nec necessitas verificatur vt infra dicetur.
Præterea nec fuit probata, nec articulata scien-
12 tia, & patientia Papirij, & eius Auctoris, † quæ requiritur ad præscriptionem seruitutis vt supra, & tradunt *Gloss. & Bart. in d. l. seruitutes, & Bald. de præs.*

præs. d.q.1. num. 3 Cepoll. d. cap. 19. num. 6. & 7. Io. de Amic. *d. cons. 50. num.* 8. vbi firmat hoc esse articulandum *Gabr. de comm. d. cons. 145. num. 4. in fine, Bursatt. d. cons. 156. num. 31. & 39. Surd. decis. 236. num. 16. Caldas d.q.5. num. 4.* de qua scientia, & patientia hic nullo modo constat, immo potius de ignorantia dicti Pauli auctoris Papirij, & de
13 contradictione ipsius Papirij, qui statim † atque notitiam habuit de huiusmodi transitu conquestus fuit cum dicto Paulo à quo emanauit ordo prohibendi dictum transitum, vt deponunt testes Papirij in summ. dati.

Item nec constat quod præscribens vsus fuerint
14 iure † seruitutis credens vti iure suo *iuxt. doctrin. Bart in l. 1. §. hoc interdicto nu. 5. vers. non enim habet, & num. 11. ff. de itin. ac priuat. Alex. cons. vlt. num. 3. lib. 1. Surd. decis. 177. num. 2. & 3 cum alijs per Honded. d. cons. 79 num. 50. & 51. & fuit dictum in Sabinen. iurispascendi 16. Ianuarij 1616. coram R.P.D. meo Pirouano* & subdūt prædicti DD.
15 in dubio præsumi vsum † rei alienæ potius iure familiaritatis, sed in proposito constat ex testibus eiusdem Papirij in eius summ. num. 3. quod ille transitus fuit inductus potius iure familiaritatis, & amicitiæ
16 propter affinitatem, † quæ erat inter Tiberium possessorem Casalis Ceruareti, & Ioannem Petrum Conductorem Casalis Ceruareti propter amicitiam, & familiaritatem, quæ erat inter ministros, & alios dd. Casalium.

Nec dicatur ex diuturnitate temporis, & multi-
17 plicitate † actuum præsumi scientiam, *Abb. in cap. cum Ecclesia num. 25. de caus. possess. & propr. cum*
18 *alleg.* Quia hæc præsumptio † eliditur ex alia maiori *l. diuus. ff. de in integr. rest.* cum Paulus semper fuerit solitus locare Casale Ceruarij, nec vnquam ad illud accedere, & post venditionem certus factus de
19 eiusmodi † transitu, ostendit sibi id esse nouum, & ordinauit impediri transitum, vt supra, vt testes deponunt.

Quibus addebat vnus ex Dominis, quod nec videbatur sufficienter probata possessio decem, vel 20.
20 annorum, cum testes non deponant † de certo tempore cum copula, & citra; sed *da 18. anni da 30. anni in qua*, vel similis; vt in summ. D. Papirij num. 4. & sic non est probatum certum temporis spatium in quo incœperit dicta possessio, & in quo finiuerit, vn-
21 de † testes redduntur singulares, & non probant, *Natt. in puncto cons. 69. num. 1. & 2.* & cum eorum
22 dictum possit verificari in vno † tantum anno *Alex. dicto cons. 108 num. 9. 11. & 12. lib. 2. cum alijs per Bursatt. d. cons. 156 num. 33. per receptissimam Bart. doctrinam in l. Celsus num. 23. & seq. ff. de vsucap.* quam Rota sequitur, latè *Modern. ad reg. 8. glos. 9. in*
33 *annot. num. 85 & seq.* & hoc fundamentum † multo magis etiam excludit immemorabilem.

Non obstant fundamenta lapidea, & pontes existentes in confinio dd. Casalium, & quod prætendatur antiquitus Ceruarum, & Ceruaretum fuisse vnum, & idem corpus, vt in duobus instrumentis datis pro
24 beneficiatis; nam hæc † omnia sunt satis æquiuoca, & non concludunt pernecessè ad transitum per Ceruarettum de quo agitur, *cap in præsentia de probat.*

Non obstat, quod Beneficiati non possint habere
25 viam aliunde, † & ideo liceat eis transire per hoc Casale *ad l. si quis sepulcrum. ff. de reliq.* quia quicquid sit de hoc remedio ad quod multa requiruntur,
26 & præter alia solutio † pretij vt dicit *text. in d.l. si quis sepulchrum. Cepoll. de seruit. rust. præd. cap. 1. num. 21. vers. & intelligo, & num. 24. vers. non fallit. & de seruit. vrban. præd. cap. 1. num. 4.* Cessat ex facto allegata necessitas cum ex testibus constet, immo adest, & fuisse antiquitus practicatam aliam viam directam ad possessionem *della Rustica*, & inde ad sinistram ad Casale Ceruarij; vnde eo magis debet
27 cessare prætensa † seruitus *ad not. per Menoch. retin. rem. 5. num. 30.* & fuit consideratum in allegata *Bononien. seruitutis 18. Iunij præteriti coram me.*

Ex quibus fuit conclusum iure seruitutis non licere Beneficiatis transire per Casale Ceruaretti.

R. P. D. COCCINO.

Tusculana Fideicommissi.

Lunæ 15. Aprilis 1619.

ARGVMENTVM.

Appellatione filiorum licet regulariter loquendo non veniant nepotes, tamen regula ista notabiliter limitatur, casu quo testator substituit filios in infinitum, cum verbis denotantibus perpetuitatem; quia tunc, ne verba stent frustatoriè dicendum est, Testatorem voluisse, vt sub nomine filiorum venirent non tantum filios, sed & nepotes, ac vlteriores descendentes. Et aliqua habes circa materiam repræsentationis in successione patruelum.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum nomine regulariter non veniunt nepotes, & vlteriores descendentes.*

2 *Filius meus dicitur ille, qui natus est ex me, & vxore mea.*

3 *Filiorum appellatione veniunt nepotes, quādo sunt vocati in infinitum.*

4 *Filiorum appellatione veniunt nepotes, quando agitur de vocatione actiua, & vocatio est collata in tempus incertum.*

5 *Filiorum appellatione tunc indubitatè veniunt nepotes, quando agitur de vocatione facta cum verbis denotantibus perpetuitatem, & amplia, nu. 7. limita num. 8. declara num. 9.*

6 *Filij quando sint vocati cum dictione in infinitum, si nepotes non censerentur vocati frustatoria esset dictio illa in infinitum.*

7 *Verbum, ipse, vt dicatur personale, quid requiratur.*

9 *Filius subintrat in locum patris permortui quoties est locus repræsentationi.*

10 *Repræsentationi toties est locus, quoties agitur de successione ascendentis, vel patrui.*

11 *Repræsentationi in successione ascendentis, vel patrui est locus, etiam in successione hominis.*

12 *Fideicommissum testator præsumitur regulare secundum successionem ordinis ab intestato.*

13 *in Successionibus ab intestato filius subintrat in locum patris.*

14 *Testatoris mens, & voluntas præsumitur vt disponere velit, iuxta iuris ordinem num. 22.*

15 *Testator potest tollere repræsentationem tacitè, vel expressè.*

16 *Testator præsumitur voluisse tollere repræsentationem, si substituit in capita, & non in stirpes.*

Repre-

17 *Repreſentatio nihil aliud eſt, quam ſucceſſio in ſtirpes.*
18 *Patrueles an debeant ſuccedere in ſtirpes, vel in capita, eſt magna inter Doctores quæſtio.*
19 *Rota tamen tenet, vt debeat fieri in capita, & num.21.*
20 *de Succeſſione inter patruum, & nepotes quando agitur, tunc ſucceſſio ſpectat in ſtirpes, & non in capita.*
22 *Teſtator præſumitur ſe voluiſſe conformare cum diſpoſitione iuris communis.*
23 *Iterpretatio illa eſt amplectenda per quam minus læditur ius commune.*
24 *Teſtator, ſi vocauerit nepotes in ſtirpes, & non in capita, debet intelligi, in quo eſt locus repreſentationi, ſecus verò ſi non ſit locus, & num.25.*

DECISIO CII.

IOANNES Perna inſtituit Vincentium, & Franciſcum filios, ipſiſque & cuilibet ipſorum ſubſtituit filios maſculos legitimos, & naturales, & filios filiorum, & nepotes maſculos in infinitum, & in defectum omnium ſupra nominatorum ſubſtituit filias fœminas dicti teſtatoris, & ipſarum filiarum, & cuilibet earum filios legitimos, & naturales in infinitum in capita, & non in ſtirpes. Vnde cum factus ſit locus vocationis lineæ fœminarum, & quæſtio ſit inter Gregorium filium Martiæ filiæ teſtatoris ex vna, & Ioſephum, Petrum, & Antonium fratres ab nepotes ex Franciſca filia pariter teſtatoris ex altera, quæſitum fuit, An dicti Ioſephus & fratres concurrere poſſent ad fideicommiſſum cum Gregorio, & affirmatiuè fuit reſolutum 4. Iulij ſuperioris anni, * quæ ſententia ter propoſita cauſa ☞ hodie placuit Dominis.

1 Nam licèt verum ſit regulariter loquendo † nomine filiorum non comprehendi nepotes, & vlteriores deſcendentes *Bart. in l. Gallus §. inſtituens, num.1. & ibi Ioannes de Imoli eod. num. per illum*
2 *tex. ff. de liber. & poſthum.* filius ſiquidem meus † dicitur ille, qui natus eſt ex me, & vxore mea *l. filiū ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. Iur. nepos autem mutat nomen arg. dicta l. Gallus in princ. pro quo eſt text. in §. fin. inſtit. qui teſtam. tutor. dar. poſſ. Silueſtr. Aldobrand. in dicto § fin. in verbo appellatum, vbi de communi Roman. conſ.438. in fin.* attamen in hoc
3 caſu cum teſtator ſubſtituerit filios † in infinitum, & nomine filiorum veniant etiam nepotes, vt ſtatim probabitur, veniunt etiam pro nepotes, & ab nepotes *Gozadin. conſ.59. num.12. latè Peregrin. de fideicomm. art.22 num.45. verſ. contra verò.*

Quod autem nomine filiorum in hac facti ſpecie veniant nepotes, non poteſt dubitari, etiam ommiſſo, vt videatur an ſemper vera ſit illa concluſio, quod
4 nomine † filiorum veniant nepotes; quando agitur de vocatione actiua, & vocatio eſt collata in tempus incertum, quam infiniti *Doct. ſequuntur, & communem dicunt cumulati per Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita part.4 num.197. ff. ad Trebell. & nouiſſimè Ruſticus in l. cum Auuſ lib.6. cap.12. nu.16. fol.833. pro qua etiam eſt deciſio Putei 256. num.5. lib.2. in nou. & alia deciſio 212. part.2. & alia Platti in cauſa Vrbeuetana Caſtrorum 10. Iunij 1588.* quia in hoc caſu nedum agitur de vocatione actiua collata in futurum euentum; ſed de vocatione facta
5 † cum verbis denotantibus perpetuitatem, in quo caſu indubitatum eſt, appellatione filiorum venire nepotes *Ruin conſ.115. num.11. & conſ.139. nu.21. in fin. lib.3. Surd. conſ.336. num.9. in fin. & conſ.403. num.21. Seſſe deciſ. Aragonum 64. num.108. Peregr. conſ.14. num.12. lib.1. Petrus à Petra de fideicommiſ. par.5. nu.182. verſ. ſed pro concordia Rota deciſ.212. num.2 par.2. & fuit reſolutum in cauſa Romana Caſalis Pælazzetti 10 Iunij; & 11. Decembris 1615.*
6 *coram R. P. D. meo Manzanedo;* fruſtratoria † enim eſſet dictio illa, in infinitum, ſi nepotes non cenſerentur vocati ad fideicommiſſum, ſed illud expiraret in filijs primi gradus, vt benè conſiderat *Lup. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §.69. num.21. Seraph. deciſ.409. num.11. Ruin. d. conſ.139. num.9. in fin. & abundè etiam fuit conſideratum in alia deciſione,* & iſta concluſio procedit etiam quod teſtator vſus fuerit pronomine ipſarum, & earum ſcilicet filia-
7 rum † quia ad effectum, vt illa verba ſint perſonaliſſima, & non comprehendat nepotes, requiritur vltra pronomen aliqua dictio demonſtratiua, vt puta, iſtum, *Bart. in l. Gallus §. inſtituens num.3. verſ. ad ſecundum dictum ff. de liber. & poſthum. Put. deciſ.256. num.2. lib.2. in nou. & declarauit Rota in cauſa Tudertina fideicommiſſi 13. Aprilis 1585. coram Gipſio in verſ. nec refragatur Ruin. d. conſ.115. loco procedit. Gabr. de verb. ſignificat. concluſ. prima num.47.*

Neque obſtat quod iſta concluſio ſit vera ad effe-
8 ctum quod nepotes † non cenſeantur excluſi à fideicommiſſo, non autem ad effectum quod concurrere poſſint ſimul cum patruo *Surd. dicto conſ.403. n.21. Seſſe dicta deciſ.64. num.108. qui alios allegat;* quia fuit reſponſum hoc eſſe verum quotieſcunque non eſt locus repræſentationi, ſecus autem quando eſt
9 locus † repræſentationi; tunc enim filius ſubintrat in locum patris præmortui *§. ſi igitur ibi in parentum iura. Auth. de hæred. ab inteſtat. venient. §. cum filius inſtit. de ſucceſſ. ab inteſt. de fer. Auth. ceſſante C. de legit. hæredib. gloſſ. in l. cum ita §. in fideicommiſſo, ff. de legat.2.* prout eſt in caſu iſto in quo agitur de
10 ſucceſſione aſcendentis; eſt enim locus † repræſentationi quotieſcunque agitur de ſucceſſione aſcendentis, vel patrui vt in iuribus prædictis; neque eſt facienda diſtinctio inter ſucceſſionem legalem, & hominis prout videtur diſtinguere *Bald. in l. cum ita §. in fideicommiſſo de leg.2. & ibi Cuman. in gloſſ. ſuper verb. proximo & alij quos allegat Decian. in*
11 *conſ.1. num.358. vol.1.* Quia quod ſit locus † repræſentationi in huiuſmodi terminis etiam in ſucceſſione hominis tenent *Dec. in conſ.217. num.1. & ſeqq. Tob. Non. conſ.4. num.6. & 7. Couar. pract. quæſt. cap.38. num.4. verſ. ex quibus infertur & dixit Rota in cauſa Romana de Gabriellibus 13. Ianuarij 1582. coram ſel. record. Clementis Octaui, tunc Rotæ Auditore, & bon. mem. Robuſterio, & meis temporibus in cauſa Romana fideicommiſſi de Serlupis 23. Februarij 1601. coram bon. mem. Iuſto* & hæc ſententia fulcitur optima ratione, quia teſtator præſumi-
12 tur † regulare fideicommiſſum ſecundum ſucceſſionem ordinis ab inteſtato *gloſ. in l. cum ita §. in fideicommiſſo in verb. nominati de leg.2. Soc. ſen. conſ.86. num.13. & conſ.5. num.4. vol.3. & conſ.79. n.14. vol.4.* ſed de iure communi, vt dictum eſt in ſucceſ-
13 ſionibus ab inteſtato filius † ſubintrat in locum patris,

tris, ergo debet per prædicta admitti repræsentatio
etiam causa testati, quia talis præsumitur mens, &
14 voluntas † testatoris *Franc. à Sousa in l. fœminæ,*
numer. 203. vers. 3. præsupponendum est ff. de regul.
iuram.

Neque etiam obstat quod testator potest tollere
15 repræsentationem expresse, † vel tacite *ex allegatis*
per Mant. de coniectur. vult. volunt. lib. 8. tit. 9. nu. 4.
in fin. & latè Menoch. lib. 4. præsumpt. 95. num. 19. in
fin. vers. receditur prout videtur in hoc casu testato-
16 rem † substulisse ex quo substitutio est facta in capi-
ta, & non in stirpes, repræsentatio autem nihil est
17 aliud, quam successio † in stirpes, vt patet ex iuri-
bus supra allegatis *Decian. cons. 1. num. 394. vol. 1. &*
cons. 10. num. 67. vol. 3. nam huic motiuo fuit respō-
18 sum quod licet magna † sit quæstio. An patrueles
debeant succedere in stirpes, vel in capita, vt pro-
batur ex *Thesaur. decis. 162. & Morotio cons. 1. Fa-*
19 *chin. controu. iur. lib. 6. cap. 3.* & Rota teneat † opi-
nionē quod successio debeat fieri in capita secundū
opinionem Azoni vt fuit resolutum *in causa Roma-*
na successionis 10. Aprilis 1592. coram bon. me. Card.
Blanchetto, & in alia Romana successionis prima
Iunij 1602. coram Illustriss. Millino, attamen quan-
20 do agitur de successione inter patruum, † & nepo-
tes, explorati iuris est, quod successio spectat in stir-
pes, & non in capita *Auth. de hæred. ab itest. venient.*
vbi gloss. in verb. antiquitas.

Ex hac igitur conclusione inferebant Domini,
quod quando testator dixit in capita, & non in stir-
pes intellexit, quando ageretur de successione inter
patrueles ad tollendas controuersias; nam in hoc
21 casu licet Rota † teneat successionem spectare in
capita tamen articulus, vt patet ex Doctoribus su-
pracitatis est valde controuersus, & contrariam sen-
tentiam nouissime tuetur *Franciscus a Sousa in l.*
fœminæ part. 1. num. 239. & seqq. ff. de reg. Iur. non
autem quando agitur de successione inter patruum
& nepotes, quo casu certum est ex prædictis succes-
sionem spectare in stirpis, vnde fit, quod verba te-
statoris in capita, & non in stirpes, non debeant re-
ferri ad hunc casum, in quo agitur inter patruum,
& pronepotes, sed ad casum in quo ageretur de suc-
22 cessione inter patrueles, cum † testator censeatur
voluisse se conformare cum dispositione iuris com-
munis *l. si duo ff. de acquir. hæred. Bart. & DD. in l.*
hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebell. & dicta inter-
23 pretatio est amplectenda, quia per eam minus † læ-
ditur Ius commune *iux. l. si quando C. de inoff. testam*
l. vltima §. in cōputatione C. de Iur. delib. & per istas
rationes quod in casu contrario, quando testator
dixit in stirpes, & non in capita, intellexerit in casu,
24 quo est locus repræsentationis † secus autem in ca-
su, quo non esset locus repræsentationi. consulit *Pa-*
risius in cons. 40. num. 33. 34. 35. & 36. volum. 2. De-
cian. respons. 1. num. 394. vol. 1. quæ rationes optimè
etiam militant in casu nostro, in quo testator dixit
in capita, & non in stirpes, vt verba sint referenda
25 quando agitur † de successione inter patrueles, non
autem quando agitur inter patruum, & pronepo-
tes vt dispositio testatoris conformis sit iuri com-
muni.

Et ita conclusum &c.

☞ *Decisio ista in hac causa sub die 4. Iulij 1618. co-*
ram eodem bon. mem. Coccino, impressa habetur
apud Merlin. de leg. tim. decis. 7. vbi quoque adest al-
tera coram eodem sub die 20. Martij 1620. & in
Ordine decisio 106.

R. P. D. REMBOLDO.

Calaguritana Iurisprouidendi de Viana.

Veneris 19. Aprilis 1619.

ARGVMENTVM.

Notarius rogatus de instrumento potest illud extrahe-
re absque solemnitate. Instrumenta compulsata ex
processibus, tam fabricatis in partibus, quam in Cu-
ria probant vigore Innocentianæ, quæ habet etiam
locum in Bullis habentibus Plumbum cum cordu-
lis. Iura extracta non seruata forma litterarum com-
pulsorialium non probant.

SVMMARIVM.

1 *Notarius rogatus de instrumento, potest illud ex-*
trahere absque compulsorialibus à suis origina-
libus.
2 *Instrumenta extracta, & compulsata ex proces-*
sibus fidem faciunt vigore Innocentianæ.
3 *Innocentiana habet etiam locum in processibus in*
Curia fabricatis.
4 *Item habet locum in Bullis habentibus Plumbum,*
cum cordulis.
Bullæ, quæ habent appensum Plumbum cum cor-
dulis signum est esse originales.
5 *Instrumenta extracta à successoribus in officio, non*
minus probant, quam si essent extracta, ab ipso-
met Notario de eis rogato.
6 *Instrumenta extracta lite pendente, & non seruata*
forma litterarum compulsorialium, non probant.
7 *Notario attestanti se esse successorem in officio an*
credatur.

DECISIO CIII.

Ex pluribus scripturis in actis productis DD.
firmarunt illas esse in forma probanti, quæ fue-
runt à Ioanne de Tolosa exemplatæ, quia quoad il-
las cessat prorsus omnis difficultas, cum de eis ap-
pareat idemmet Ioannes rogatus, qui propterea
1 potuit eas † etiam absque compulsorialibus à suis
originalibus extrahere, & dicuntur eadem exempla
originalia *Bart. in auth. si quis in aliquo in 2. opposit.*
& ibi Ias. num. 3. Dec. num. 15. C. de eden. Couarr.
pract. quæst. cap. 19. sub num. 3. Rota decis. 1. num. 1.
de fid. Instrumen. in nou. Caputaquen. decis. 170.
par. 1.

Et eas etiam quæ sunt compulsatæ ex alijs pro-
2 cessibus, quia † hæc quoque fidem faciunt vigore
Cōnstitutionis Innocentij, quæ non minus locum
3 habet in scripturis in partibus productis, † quam
extractis ex processibus in Curia fabricatis. *Capu-*
taq. decis. 354. num. 5. & 6. par. 2. & fuit dictum in
vna Calaguritana iuris votandi 27. Maij 1613. co-
ram R. P. D. meo Vbaldo.

Item illas, quæ ex Bullis habentibus Plumbum
4 cum † cordulis, quod denotat ipsas esse originales
extractæ sunt *Put. decis. 210. num. 9. lib. 3.*

Quò verò ad exemplatas à Bernardino Diaz, quo-
niam dictorum exemplorum originalia fuerunt à di-
uersis Notarijs rogata, dictum fuit, quod illa exem-
pla,

pla, quorum originalia fuerunt rogata à Notarijs, quibus successit dictus Bernardinus sunt in forma probanti, quia non minus habentur dicta exempla
5 pro originalibus, quam † si fuissent ab ipsomet Notario rogato extracta *Bart. in l. si quis ex argentarijs. §. cogentur num. 3 ff. de eden. Guidop. decis. 118. in princip. Caputaq. decis. 146 par. 2. cum alijs adductis in vna Firmana iuris conferendi 28. Iunij 1610. coram Illustriss. Card. Lancellotto, & in Britonorien. Iurispatronatus 20. Decembris 1610. coram R.P.D. meo Vbaldo.*

Reliquas verò non esse in forma probanti, quia
6 fuerunt exemplata lite pendente, † & nõ seruata forma litterarum compulsorialium; ideoque non probant, vt in similibus terminis fuit resolutum in *Anconitana, seu Auximana florum 15. Decemb. 1617. coram R.P.D. meo Buratto.*

Cæterum quia scribentes pro Reuerendiss. D. Episcopo prætendunt non probari, quod dictus Bernardinus sit successor alicuius ex dictis Notarijs rogatis, neque id videbatur satis clarè colligi posse ex
7 eiusdem Bernardini subscriptione, cui † in hoc statur, iuxta stylum, & obseruantiam *Rotæ, de qua testatur Caputaq. decis. 247 par. 2.* non displicet ad magis satisfaciendum partibus iterum illas super hoc audire, &c.

REVERENDISS. MANZANEDO.

Patriarcha Hierosolymitano.

Bononien. de Lambertinis.

Veneris 19. Aprilis 1619.

ARGVMENTVM.

Dotem, si quis mulieri promiserit ad certum tempus, & interim soluere fructus recompensatiuos, cum obligatione hypotecæ omnium suorum bonorum, tunc si iste deficiat in solutione dd. fructuum, mulier poterit petere immissionem super illius bonis.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum publicum facit probationem probatam.*
2 *Immissio vigore saluiani vt detur, quid probandum veniat.*
3 *Immissio vigore debiti, cuius dies, nondum cessit, nisi perperam dari potest.*
4 *Taxatio, & conuentio fructuum à principio taxari nequit.*
5 *Statutum Bononien. lib. 4. sub rub. de dot. restitut. disponit fructus posse exigi ad rationem septem pro centenario.*
Statuta Bononiens. auctoritate Apostolica roborata sunt.
6 *Conuentio fieri potest, si sit conformis statutarijs dispositionibus.*

DECISIO CIV.

FVIT Domina Lucretia solum informante, resolutum illi dandum esse mãdatum de immitten. pro fructibus decursis, cum de eius credito cum hypoteca respectu dictorum fructuum promissorum pendente dilatione constet ex instrumento inter ipsam, & Comitem Cæsarem celebrato in quo, cum euenisset casus restitutionis dotis sc. 7000. propter mortem Comitis Cornelij eius mariti, d. Comes Cæsar promisit intra decem annos illam restituere, & interim fructus ad rationem scut. 499. monetæ singulis annis soluere, quod tempus Illustriss. D. Legatus de partium consensu ad alios tres annos prorogauit, quod instrumentum continet etiam hypotecam omnium bonorum, vt apparet ex extensione clausu-
1 larum, quæ ad partes datur, † & facit probationem probatam, *Bald. in l. quoties in fine. C. de iudic. Osasch. decis. 72. num. 2. Gram. decis. 45. num. 9. Rota decis. 60. num. 1. par. 1. in rec.*

De possessione autem bonorum, super quibus petitur immissio, tàm Co. Cæsaris, quàm D. Imeldæ fu-
2 per † eisdem bonis obtenta, & exequuta, necnon ex sustentatione litis quibus stantibus intrat saluianum *Bart. in l. rem alienam sub num. 5. ff. de pign. act. Menoch. de adipisc. remed 3. q. 29. num. 160. & seq. Rota decis. 34. num. 5. par. 2. diuers.*

Quam immissionem pro fructibus decursis tantum DD. censuerunt dan. ex supradictis non verò pro sorte principali dotis, quia nondum cesserat
3 dies datus ad soluen. † cum adhuc duraret dilatio data ad soluen. ab Illustrissimo Legato de consensu partium.

Nec obstat, quod dicta conuentio, & taxatio fru-
4 ctuum † ab initio videatur prohibita quia cum statutum Bonon. confirmatum per Sedem Apostoli-
5 cam lib. 4. sub rubr. de dot. restit. † statuat huiusmodi fructus ad rationem septem pro centenario, posse exegi, potuerunt DD. Co. Cæsar & Lucretia dictam
6 conuentionem statuto conformem † facere, *Ruin. cons. 13. num 6. vers. sicut ergo lib. 1. & fuit dictum in Bonon. pecuniaria, seu dotis, coram me 8. Iunij 1614.* Et ita resolutum.

Infra in eadem habentur duæ aliæ decisiones nempe sub diebus 11. Martij 1620. & 4. Maij eiusdem anni coram eodem bo. me. Manzanedo.

R. P. D. VBALDO.

Romana Dotis.

Veneris 19. Aprilis 1619.

ARGVMENTVM.

Dotem marito, quando quis promittit, tunc licet vxor ad eam agere minimè possit, tamen si accidat, vt maritus se absentet, poterit quidem vxor non actione ex stipulatu ex priuilegio dotis, vt aliqui non benè putant, sed vigore obligationis Cameralis, quæ continet in se clausulam pro omnibus, quorum interest, poterit agere pro consecutione dictæ dotis, vt se suosq. filios alat, &c.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium probatur ex fide partitæ Curati extracta ex libro matrimoniorum.*
2 *Matrimonij consumatio doceri potest ex procreatione sobolis.*
3 *pro Dote promissa marito regulariter non competit actio vxori*
4 Laderch. *responsio de qua in cons. 131. col. 2. vers. & ex hac &c. quod vxori competat actio ex stipulatu ex priuilegio dotis, si marito sit promissa dos non videtur tuta, & quare.*
5 *Actio ex stipulatu fauore dotis quare à lege videatur inducta. & num. 6.*

7 La-

7 Laderch.in conf.131. num.18. reprobat. Alciat.
8 Obligatio Cameralis continet in se clausulam pro omnibus quorum interest.
9 Gabr. conclus.3. num.7. de iur. dot. & Guidopap. cons.6. num.7. quo casu loquantur.
10 Conuentio, vt instrumentum habeatur pro confecto, & quod obtineat eamdem vim, vtram clausulæ habeant solitam vim.
11 Mulier an possit stante negligentia viri exigere dotem saltem implorando officium Iudicis.
12 Mulier si substineat onera matrimonij absente viro, omnis æquitas suadet, vt ei dos consignetur.
13 Non vt de ea disponat, sed vt ex fructibus se suosque alat.
14 Dotis fructus regulariter pertinent ad maritum substinentem onera matrimonij.
15 Maritus est dominus dotis, & fundi dotalis, constante matrimonio.
16 Census, & loca Montium, quando stent pro fundo dotali.
17 Hypoteca censetur prohibita ex prohibitione alienationis etiam latè sumpto vocabulo.

DECISIO CV.

FLAVIVS Buccarinus promisit pro dote D.Cillæ sororis germanæ scuta decemmillia Carolo Cremonæ eius viro, ex quibus duo millia soluit, reliqua vero 8000. consignare promisit in tot censibus, & locis montium, vt latius in capitulis matrimonialibus desuper celebratis, sed Flauio interim mortuo non facta consignatione, & Carolo iamdiù absenti, fuit in Rota dubitatum An dos esset dictis coniugibus consignan. & quoad Carolum si ipse instaret, vel alius eius nomine, non poterat esse difficultas quin ei esset dos consignanda; quia dos erat consignanda sequutis nuptijs, & matrimonio consumato, vt in dictis capitulis, & de nuptijs constat
1 ex fide Curati, in qua registratur † partita libri matrimoniorum, & de consumatione matrimonij ex
2 procreatione sobolis, de qua in libro † Baptismi, quæ probant cum sint de his, quæ ad Curati officium pertinent. Rota decis.16. de probat. in antiq. & decis. 220. in princ. par.2. diuers. & fuit dictum in Viterbien. fideicommissi 19. Ianuarij 1605. coram R.P.D. meo Decano, quæ est decisio 132. nu.2. par.2. in rec. & ideo factus est locus promissioni de consignando dotem Carolo iuxta formam dictorum capitulorum, & hæc non controuertuntur inter partes, immò videntur admissa in instrumento concordiæ inter D. Cillam, & Renatum Flauij hæredis, & in commissione causæ narrantur de consensu partium subscripta.

Sed difficultas est quoad D. Cillam, An ei sit consignanda dicta dos stante absentia, & negligentia mariti in exigendo dictam dotem; & quidem regu-
3 lariter † certum est pro dote promissa marito non competere actionem vxori, l. si pro te alias, l. si pater. C. de dot. promiss. & ibi Bald. & Salic. Ripa in l.1. num.53. ff. sol. matr. cum alijs cumulatis per Gabr. in tit. de iur. dot. conclus.3. num.1.
4 Nec videbatur tuta responsio † Laderch. cons.131. col.2. vers. & ex hac, & col. fin. vers. & cum hac quod immo competat mulieri actio ex stipulatu ex priuilegio dotis, de quo in l.1. in principio, & in
5 §. accedit. C. de vsur. act. Quia talis ficta † stipulatio fauore dotis à lege inducta videbatur intelligenda, vel fauore mariti contra promittentem, vt dicta l.1. in princip. vel fauore mulieris contra maritum pro
6 restitutione dotis solutæ, † non autem contra promittentem, vt dicto §. accedit prout distinguit Ripa in dicta l.1. nu.53. ff. solut. matrim. quem sequitur
7 ibi Alciat. num.18. licet † Laderch. reprobet, & det etiam alias responsiones loco citato: sed quicquid sit de hoc, melior videbatur responsio quã Domini amplectebantur, quod implicitè promissio in casu nostro est facta etiã ad fauorem mulieris virtute obli-
8 gationis Cameralis in ea appositæ, † quæ continet in se clausulam pro omnibus quorum interest, Rota d. decis.663. in princip. par.1. Seraph. decis. 1477. in princ. Rota decis.766. num.6. par.2. in recent. & post tract. de oblig. Camer. decis.97. n.1. & decis. 99. n.7. & in terminis nostris pro limitatione, l. si pro te tradit Gabr. dicta conclus.3. nu.7. in 5. lim. per cons.
9 Guidopap. 6. num.7. vers.1. quod Notarij, † qui licet loquantur quando intercessit stipulatio pro his quorum interest, Tamen in proposito aptatur doctrina, ex quo in capitulis fuit conuentum, vt super illis debeat fieri publicum instrumentum cum omnibus cautelis solitis, consuetis, & opportunis, & cum illorum insertione, & interim quod habeant
10 eamdem vim quam haberent † si essent rogata à Notario publico, & de his esset confectum instrumentum; si autem esset confectum instrumentum, intraret virtus dictæ clausulæ ad fauorem mulieris ex supra allegatis.

De interesse vero D. Cæciliæ dubitari non potest;
11 quia quicquid sit dicendum An mulier † possit stante negligentia viri exigere dotem, saltem implorando officium Iudicis, vt per Bald. Nouell. in tract. de dot. par.7. priuil.1. limit.12. sub nu.15. certè cum ipsa sustineat onera matrimonij absente vero, omnis
12 † æquitas suadet, vt ei dos consignetur non vt de ea disponat, sed vt ex fructibus censuum & locorum montium, qui iuxta conuenta debent stare pro fun-
13 do dotali, † se suosq. alat, iuxta terminos, l. mutus. §.1. ff. de iur. dot. l. si quis. §. vltimo. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. fructus. C. de pact. conu.

Non obst[illegible] si opponatur exceptio compensationis, quasi Carolus sit debitor hæreditatis Flauij, quia vltra quod de tali debito nullatenus constat, ista
14 exceptio fortè intraret ratione fructuum dotis, † qui regulariter pertinent ad maritum sustinentem onera l. pro oneribus. C. de iur. dot. & qui est Dominus dotis, & fundi dotalis constante matrimonio, l. dote ancillam. C. de rei vendic. Franch. decis.33. per tot.
15 sed non ratione sortis, cum loca montium, † & census sint pro fundo dotali, & in obligatione cum expressa conuentione subrogandi alia in locum alienatorũ, non autem pecunia est ex obligatione, & ideo stante prohibitione alienandi, alienationis etiam latè sumpto vocabulo vt in capitulis, censetur etiam prohibita hypoteca, l. fin. C. de reb. alien. non alienan. Bart. in l. in quorum. ff. de pignor. Negusan. de pignor. in 3. membr. 2. par. princ. num. 173. & consequenter cessat compensatio.

Ex quibus concluserunt Domini dotem esse consignandam D. Cillæ ad effectum de quo supra, & saluis iuribus viri sui.

Et ita decisum &c.

R. P. D.

R. P. D. REMBOLDO.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 22. Aprilis 1619.

ARGVMENTVM.

Fideiussor est seruandus indemnis à principali, licet id non fuerit promissum, & multo magis si adsit promissio. In mora se repræsentandi vt quis dicatur, requiritur intimatio. Fideiussor debet deducere omnes exceptiones ad hoc vt non soluat, & aliqua circa exactionem pœnæ conuentionalis.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor debet seruari indemnis, licet id non fuerit promissum.*
2 *Fideiussori videtur satis promissa releuatio, si fuerit ei consignatum pignus.*
3 *in Mora se repræsentandi non dicitur quis constitutus, si non fuerit intimatus.*
4 *Procurator potest esse testis pro Domino, si non sit procurator in ea causa super qua deponit.*
5 *Testis quatenus patiatur aliquam exceptionem, suppletur ex alijs testibus.*
6 *Testiũ singularitas si sit adminiculatiua non obest.*
7 *Fideiussor debet adhibere diligentiam ne soluat, deducendo omnes exceptiones sibi competentes.*
8 *Fideiussor, quando fuit conuentus ad soluendum, & principalis, id sciuit, debet comparere, & opponere exceptiones, alias sibi præiudicat.*
9 *Soluisse coactè quis sine dubio dicitur, si distulit solutionem vsque ad carcerationem.*
10 *Pœna conuentionalis non debetur, nisi quatenus interest.*
11 *Repræsentare si quis se Iudici promiserit sub certa pœna, data contrauentione, illa non exigitur ratione interesse, sed propter contemptum Iudicis.*
12 *Et maximè id procedit stante iuramento.*
13 *Pœna aliqua si sit iniustè exacta, illa debet obesse principali, & non fideiussori.*

DECISIO CVI.

DICTVM fuit locum non esse restitutioni scut. 300. solutorum per Curtium ex causa fideiussionis ad fauorem Fisci pro Ioanne Maria factæ, quia de reali solutione scutorum 300. ex dicta causa constat summ. Curtij num. 4. Vnde dubium non est quin ipse debeat indemnis seruari, quia de natura fideiussionis est, vt qui pro alio fideiussit, vel bona sua obli-
1 gauit, debeat indemnis seruari † quamuis non fuerit promissa releuatio indemnitatis, *cap. peruenit cum ibi notat. de solutio. & fuit dictum in Romana releuationis indemnitatis 4. Februarij 1602. & in Bononien. pecuniaria 22. Martij eiusdem anni coram Illustrissimo D. Card. Lancellotto*, vltra quod in casu isto satis videtur cõuentum de releuatione, eo ip-
2 so quod Ioannes Maria, dedit † dicto Curtio loco cautionis litteras patentes trium locorum montiũ, vt in euentum solutionis inde posset se releuare.

Non obstat, quod ad effectũ vt sit locus repetitioni necessarium esset probare Ioannem Mariam fuisse in mora se repræsentandi, in qua non dicitur consti-
3 tutus, nisi fuerit interpellatus, † & dolo desierit se repræsentare; *ad tradita per Ias. in l. vniuersa nu. 4. C. de precib. Imper. offer.* quia de hac interpellatione bene deponunt testes d. summ. num. 2. etiam de auditu ab eodem Ioanne Maria, qui dicebat citationes executas contra Curtium pro repræsentando Ioanne Maria, fuisse per eũdem Curtium sibi, transmissas.

Nec facit, quod quartus testis fuerit procurator Curtij, quia præterquam quod non est procurator in
4 hac causa, † quod sufficit ne repellatur, vt per *Gabr. de testib. conclus. 12. num. 6.* & alios, fuit dictum in *Ferrarien. matrimonij 28. Iunij 1610. coram Reuerendiss. Attrebaten.* tollitur etiam omnis scrupulus ex alijs testibus à quibus iste quartus adminiculatur,
5 † itaut omnes simul efficiant absque difficultate plenam probationem, *Gabr. d. conclus. 12. nu. 7. & seq. Surd. decis. 231 num. 15. & fuit dictum in Leodien. Cappellæ 25. Iunij 1618. coram me.*

Minus obstat, quod dicti testes dicuntur singula-
6 res, † quia est singularitas adminiculatiua, quo casu plenè probant *Aym. de antiquit. temp. par. 4. §. sed enim sub num. 9. vers. sed in contrarium, & fuit dictum in Meten. professionis 18. Aprilis 1614. coram R. P. D. meo Vbaldo*, & in omnẽ euentum adest, quoque intimatio iudicialis in summ. dato cum responsionibus facti num. 1.

Non obstat, quod Curtius non debuisset soluere,
7 sed se defendere, † & adhibere omnem diligentiam, & conatum possibilem ne solueret deducendo omnes exceptiones sibi competentes, *Rimminald. cons. 132. num. 3. lib. 1. Menoch. cons. 212. num. 64. & 69.* quia vltra quod nullas exceptiones poterat allegare, cum in sua obligatione, de qua dicto summ. nu. 2. consenserit vti Procurator Fiscalis, bona per ipsum obligata propria authoritate, & sine citatione, atque ante factam liquidationem, & declarationem apprehendere posset donec de dicta pœna scut. 300. expensis, & interesse fuerit integraliter satisfactum, cum dictus etiam Ioãnes Maria principalis habuerit notitiam de omnibus quæ fuerũt gesta per Fiscum contra dictum fideiussorem, & fuerunt, vt dictum est omnes citationes contra eundem fideiussorem exe-
8 quutæ ipsi transmissæ: debebat † comparere, & opponere exceptiones sibi competentes; & si id non fecit sibi imputet *Castr. in l. cum fil. famil. sub numer. 3. vers. sed si fuit citatus ff. de verb. obligat.* & fuit in similibus terminis *resolutũ in vna Bononien. de Formagliarij 19. Ianuarij 1618. coram me*, nec propterea dici potest, quod fideiussor fuerit in aliqua negligentia, & maximè quia ipse distulit solutio-
9 nem vsque ad carcerationem, † ita quod dubium esse non possit quin coactè soluerit *ad trad. per Dec. cons. 25. sub num. 1. post med.*

Non obstat, quod ista pœna non poterat exigi à
10 Ioanne Maria, cum pœna conuentionalis † non debeatur nisi quatenus interest quod ista pœna, de qua agitur in casu non repræsentationis non exigitur ra-
11 tione interesse, sed propter † contemptum Iudicis, ac propterea bene potest per fiscum exigi, *vt post Seraph. de priuil. iuram. priuil. 54. Bursatt. cons. 53. num. 38. testatur Farin. de carcer. & carcerat. q. 38. nu. 75. & 76.* vbi inquit maximè id procedere, stan-
12 te † iuramento cum ibi allegatis, & in omnem euẽtum, quod pœna fuisset iniustè extorta, magis id ob-
13 esse † deberet Io. Mariæ, ad quem principaliter negocium pertinebat, quam Curtio fideiussori, *Dec. consil. 487. num. 2. Soccin. iun. cons. 122. num. 4. lib. 2.*

RE-

R. P. D. COCCINO.

Imolen. Bonorum Emphyteoticorum.

Lunæ 22. Aprilis 1619.

ARGVMENTVM.

Emphyteusi aperta, ac reuersa ad Dominum, si ipse pro se retinere nolit, cum ex æquitate quadam teneatur promixiores emphyteutæ defuncti reinuestire, dubitatur in hac decisione quid sit dicendum, quando adsunt plures proximiores in eodem gradu, an omnibus sit facienda dicta renouatio, vel Dominus directus possit gratificari cui voluerit, & plura licet deducantur pro gratificatione, conclusio est negatiua, scilicet, vt omnibus proximioribus si facienda renouatio.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis, quando est finita, ex æquitate debent admitti proximiores vltimi emphyteutæ, ad exclusionem extranei.*
2 *Fœminæ an sint capaces emphyteusis Ecclesiasticæ.*
3 *Emphyteusis renouatio quando est facienda proximioribus emphyteotæ, si sint plures an omnibus sit facienda, vel si sit locus gratificationi.*
4 *Feudum, quando pertinet ad masculos, & non ad fœminas, potest Dominus in præiudicium masculorum, fœminas eiusdem gradus admittere, exclusis masculis.*
5 *Emphyteusi finita, si Dominus, velit eam confirmare filiæ emphyteutæ, & non cohæredibus, potest. declara num 40.*
6 *Emphyteusi finita potest Dominus directus gratificari vni ex filijs, vel descendentibus emphyteota, cui magis voluerit,*
Et eligere ad renouationem etiam filiam minorem, exclusis alijs fratribus. num. 7.
8 *Pater emphyteota, quando voluit emphyteusim ad vnum ex suis filijs peruenire, & non declarauit, eum, tunc ista declaratio spectat ad dominum. & vide num. 46.*
9 *Ecclesia si nolit pro se retinere emphyteusim, tenetur ex æquitate proximiores inuestire, & omnes simul.*
10 *Priuilegium, quando competit pluribus nomine collectiuo cognationis, vel familiæ, tunc proximiores existentes in eodem gradu simul concurrunt.*
11 *Consanguinei plures vicini, si plures concurrant in petendo ius congrui, omnibus competit res empta isto iure pro æquali portione.*
12 *Emphyteusi finita, si adsint duæ sorores defuncti, vtrique est facienda renouatio.*
13 *Emphyteusis Ecclesiasticæ renouatio quando fit, & alteratur solitum, eo casu requiritur beneplacitum Apostolicum.*
14 *Bona Ecclesiastica, quando sunt solita locari, si relocentur, non requirttur beneplacitum Apostolicũ.*
15 *Emphyteusis Ecclesiastica, licet ab initio sit vni facta concessio, tamen est de eius natura, vt possit ad plures filios, & descendentes peruenire.*
16 *Ecclesia, finita generatione, si nolit pro se retinere emphyteusim, tenetur inuestire proximiores, quæ verba comprehendunt omnes proximiores.*
17 *Emphyteusis, quando potest peruenire ad plures, ideo eius natura non repugnat, si plures inuestiantur.*
18 *Euentualia, ea quæ sunt, digna minimè sunt consideratione.*
19 *Emphyteusis ecclesiastica non est prohibitum, vt ad plures possit peruenire.*
20 *Feudum vendendi licentia, intelligitur de venditione facienda vni, & non pluribus, & an id sit verum. num. 21.*
22 *Emphyteusis, quando transit ad plures, hoc fieri potest ex necessitate legis communis.*
23 *cum* Lege *mitius agitur, quam cum homine.*
24 *Frecc. de subfeud. lib. 2. quæst. 8. declaratur.*
25 *in Emphyteusis renouatione, in iure non reperitur cautum, quod solitũ alteretur quoad mutationem personarum, nisi quando Ecclesia reinuestitur.*
26 *Ecclesia numquam moritur.*
27 Communitates *de facili non pereunt.*
28 *Emphyteusis solitum non alteratur, si renouatio debeat fieri pluribus, & sic fiat locus diuisioni bonorum, & canonis. num. 29.*
30 *Emphyteusis renouatio si fiat pluribus quilibet pro parte sibi contingente ad pensionis præstationem, personali actione ex contractu astringi potest ad soluendum.*
31 *Emphyteusis quando est hæreditaria, sed etiam è contra, vel si facta sit vsque ad tertiam generationem, est diuisibilis.*
32 *Emphyteusis, quando datur, vsque ad tertiam generationem, eo casu locus est iuri accrescendi.*
33 *Emphyteusis, si concedatur simpliciter filijs, est locus iuri accrescendi.*
34 *Emphyteusis, quando fit pluribus simpliciter, si aliquis eorum decedat sine liberis, portio deficientis non accrescit alijs, sed redijt ad Dominum. & num. 35.*
36 Caldas *de renouat. Emphyt. quæst. 17. num. 27. 32. 33. & 39 & per eum adducti declarantur.*
37 *Fœmina de iure non succedit in feudo.*
38 *Feudo aperto, & ad* Dominum *reuerso, licet ipse teneatur renouare agnatis proximioribus defuncti, potest tamen agnatis masculis fœminam filiam defuncti præferre.*
39 *Casus, quando est specialissimus non debet trahi in consequentiam*
41 *Text. in cap 1. quemadmod. feud. ad fil. peruen. extenditur etiam de feudo, ad emphyteusim inter easdem personas.*
42 *Extensio fieri potest ex indentitate rationis, sed non ad diuersos casus, & personas, maximèque si doceatur ex specialitate esse ius commune in contrarium. & num. 43.*
44 *Feudo reuerso ad* Dominum *per lineam finitam, est in arbitrio Domini illud concedere, vel hæredibus, vel filiæ.*
45 Paris. *in consil. 22. num. 36. vol. 1. in quibus terminis loquatur.*
47 *Gratificationi, quando dicatur factus locus.*
48 *Ius quando est certum, quod comppetit alicui, & id non dependet ab alieno arbitrio; tunc nullatenus est locus gratificationi.*
49 *per* Gratificationem, *non est æquum, vt ius alicui competens ei tollatur.*

DECISIO CVII.

POSTQVAM die 18. Iunij 1618.* & 16. Ianuarij huius anni* Rota resoluerat, ab Ecclesia, cum nollet pro se retinere, inuestiendas esse de huiusmo-

iusmodi bonis fœminas, de quibus agitur tanquam proximiores, etiam quod non sint hæredes vltimo loco defuncti, cum emphyteusis non sit hæreditaria, & etiam quod prima emphyteusis fuerit cōcessa pro masculis tantum: quia non propterea alteratur prima inuestitura, nam per primam admissionem fœminarum, quæ ex † æquitate debent admitti ad exclusionem extranei, *per text. & gloss. in verb. impetrabile in l. 1 §. permittitur, ff. de aqua quotid. & æst. & notat ibidem Bart. & alij* aperitur solum via
1
2 masculis dictarum fœminarum, † quæ de iure non sunt incapaces emphyteusis Ecclesiasticæ, *§. emphyteusim in auth. de alienat. & emphyt.* latè *Couarr. var. resolut. lib. 2. cap. 18. num. 10.* Dubitaui hac die 22. Aprilis 1619. An Ecclesia teneretur inuestire omnes fœminas proximiores, vel potius esset † lo-
3 cus gratificationi, itaut vnam tantum Ecclesia teneretur eligere. Et quod sit locus gratificationi, & sufficiat vnius electio tenet *Caldas de renouat. emphyt. quæst. 17. per totam, & præsertim num 27. 32. 33 & 39.* qui quantum attinet ad casum nostrum ex sequentibus rationibus mouetur.

Et primo auctoritate *Baldi in cap. 1. num. 1. quemadmodum feud. ad filios pertin. Lupi in repet. rubricæ cap. per vestras de donat. inter vir, & vxor. §. 69. num. 28. Fulgos. cons. 4. & cons. 222. & aliorum quos allegat Paris. in cons. 4. num. 42. & 43. vol. 1 quos idem Cald. allegat num. 27.* præsupponit firmare cō-
4 clusionem, quod quando † feudum pertinet ad masculos, & non ad fœminas, possit Dominus in præiudicium masculorum fœminam eiusdem gradus admittere, & præferre exclusis masculis, & idem feudum renouare, & vlterius etiam vltra prædictam rationem vnus ex Dominis considerabat, quod finita
5 emphyteusi, si Abbas † velit confirmare filiæ, & non cohæredibus emphyteutæ potest. *Bald. cit. cap. 1. num. 2. in fine, & Afflict. nu. 4. quemadmodum feud. ad fil. pertin.*

Secundo prætendit idem *Caldas num. 32. loco cit.* hunc articulum esse decisum *ex cons. Parisij 22. nu. 36. vol. 1.* quem ita dicentem inducit, quod Do-
6 minus directus finita emphyteusi † poterit gratificari vni ex filijs, vel descendentibus, cui magis voluerit, & eligere ad renouationem etiam filiam mi-
7 norem † exclusis alijs fratribus, & comprobat dictum suum ex *Ioan. Andr. in addit. ad specul. tit. de locat. §. nunc. aliqua num. 77.* qui dicit quod si Pater emphyteota voluit emphyteusim ad vnum ex plu-
8 ribus filijs † inuestitis hæredibus peruenire, quem aliter neque nominauit, neque designauit, itaut incertum sit de quo intellexerit, isto casu electio spectat ad Dominum, *per l. legato generaliter, & l. si quis à filio, §. vlt. ff. de leg. 1. & dictum Ioan. Andr. repetit Ias. in l. 2. ad fin. num. 208. vers. tenendo hanc partem C. de iur. emphit. & idem Caldas num. 33. allegat multa iura*, ex quibus conatur suadere in hoc casu locum esse gratificationi.

Prædictis tamen non obstantibus Rota censuit tres istas sorores esse insimul inuestiendas, quia vt
9 dictum est cum Ecclesia nolit retinere † pro se, tenetur ex æquitate proximiores inuestire, & sic omnes insimul ex regula, quod quando aliquid compe-
10 tit † pluribus nomine collectiuo cognationis, vel familiæ, tunc proximiores existentes in eodem gradu simul concurrant, *l. cum ita §. in fideicomm. l. peto, §. fratre ff. de leg. 2. Bart. in l. si cognatis num. 3. vers.* *quæro quo ordine, ff. de reb. dub. Ias. cons. 215. col. num. 6. vers. sed præmissis lib. 1. Tiraquell. de primog. quæst. 17. opin. 4. num. 1. 2. & seqq.* & in similibus terminis per dictas rationes videmus, quod si plures
11 consanguinei vicini concurrant in petendo † ius congrui omnibus competit res empta isto iure pro æquali portione, *vt per Afflict. de iure prot. §. 1. nu. 42. vers. vlt. nota Gulielm. de Benedictis in cap. Raynutius in verbo, & vxorem nomine Adalasiam in decis. 5. num. 45. de testam. Neapodanus in consuetud. Neapolit. in tit. de iur. congr. in consuetu. inst. ex vno, vers. vnus tantum, num. 82.* & per huiusmodi rationes ita in nostris terminis fuit resolutum in *causa Ciuitatis Castelli bonorum emphyteoticorum 23. Iunij 1586. coram Platto*; in eo enim casu emphyteosis erat finita, & cum Ecclesia offerret ex integro concedere, cui, vel quibus de iure compete-
12 ret, & lis esset inter duas sorores, † quarum vtraque prætendebat sibi, & non alteri faciēdam esse inuestituram, Rota censuit vtrique sorori æqualiter esse faciendam; qui casus in substantia non discrepat ab isto, quia licet ibi ageretur inter emphyteotas, nihilominus Ecclesia prophitebatur se velle facere renouationem, cui, vel quibus de iure. & quamuis in hoc casu dicat Ecclesia velle se inuestire vnam tantum, non propterea resultat considerabilis discrepantia inter hunc casum, & illum; quia si in casu Ecclesia non tenebatur reinuestire omnes, eius consensus ni-
13 hil operabatur absq. beneplacito Apostolico, † quia sic solitum fuisset alteratum; vnde etiam quod res esset solita concedi, non poterat hoc fieri cum alteratione soliti absque dicto beneplacito, *Clar. in §. emphiteusis quæst. 6. nu. 2. vers. scias tamen, & quæst. 28. nu 6. vers. aut vero.*

Et verè ex quo venerit iste casus, quo plures petere possunt renouationem, non inde alteratur soli-
14 tum, quia cum agatur de re solita † locari cum Ecclesia nolit retinere pro se, ab initio videtur ordinatum, vt illa bona concederentur in emphyteusim, *ibi Abb. Innoc. in cap. vt super in verbo de mensa, & ibi Abb. num. 11. de reb. Eccles. non alien.* & ordinatum qui-
15 dem, vt † ad plures posset transire; quia etsi ab initio fuerit vni facta concessio, tamen est de eius natura, vt possit ad plures filios, & descendentes inuestiti peruenire, *cap. 1. § omnibus filijs si de feud. fuer. controuer. inter Domin. & agnat.* & quod finita generatione si Ecclesia nolit retinere pro se, teneatur in-
16 uestire proximiores. † quæ verba comprehendunt de sui natura omnes proximiores, vt dictum est, & licet ab initio concessio facta fuerit vni, tamen ad plures filios, & descendentes poterat perue-
17 nire, & sic † cum emphyteusis de sui natura transitura esset ad plures, eius naturæ non repugnat, quod plures reinuestiantur; nam & si plures fœminæ plures filios procreare possint quam vna, hoc tamen es-
18 set euentuale, quod non est dignum consideratione, cum plura possint accidere, quæ non nascantur; considerandum quidem est non esse prohibitum, quod hæc emphyteusis peruenire possit ad plures, vt ad rem nostram considerat *Aym. in cons. 40. nu. 8. vers. Decimo considero, & num. seqq. vbi plura affert exempla.*

Neque repugnat quod dicit *Frecc. de subf.* ... *lib. 2. quæst. 8.* videlicet, quod licentia vendendi ... intelligitur de venditione facienda ...
19 dum † intelligitur de venditione faciend... pluribus, quia quicquid sit de veritate, ...

21 *in d.§.omnibus filijs num.*48. † tueatur contrariam
sententiam, casus non sunt pares, nam vt ipsemet
*Frecc.considerat eodem num.*2.*respondendo ad dictũ*
§.omnibus filiis, dicit, quando emphyteosis transit
22 ad plures, † hoc fieri ex necessitate legis communis,
& quia ab initio aderat voluntas Domini, qui sic de-
dit vni parti, vt omnes filios haberet vasallos, & cũ
23 lege mitius † agitur, quàm cum homine, in suo au-
tem casu licentia vendendi non fuerat concessa ex
24 necessitate † legis, sed ex mera Domini voluntate,
& sic non mirum si illa licentia strictè erat intelli-
25 genda, & in iure † non reperitur cautum, quod so-
litum censeatur alteratum quoad mutationem per-
26 sonarum, nisi quando Ecclesia reinuestitur, † quæ
nunquam moritur, vel Communitas per eandem ra-
27 tionem, quia † de facili non perit *Alex.cons 9.nu.*5.
*vol.*3.*Ruin.cons.*23.*nu.*34.*in fine vol.*5.

Neque solitum emphyteosis alteratur, ex quo
28 ista † renouatio debeat fieri pluribus; & per conse-
quens fiat locus diuisioni bonorum *cap.*1.*§.præterea*
Ducatus de probib feud. alien. per Feder. Bart. in l.
qui Romæ, §.duo fratres quæst. 10. *num.*24.*ff. de*
verbor.obligat. cuius sententia est communis, vt per
*Ias in l.fin num.*114.*C.de iur.emphyt.* latè *Cald. de*
*emphyt. extinct. lib.*4. *cap.*7. *num.*8. *& seqq.* & sic
29 etiam † diuisioni Canonis, quia quilibet pro parte
sibi contingente ad pensionis præstationem perso-
30 nali actione ex contractu † constringi potest *Cald.*
*loco proximè allegato num.*8 *in fine, &* 5. *nu.*2. quia
31 nedum emphyteosis quando est hæreditaria, † sed etiã
quando non est hæreditaria, sed concessio est facta fi-
lijs, & successoribus vsque ad tertiam generationem,
est diuisibilis, *l.item prædia, ff.famil.hercisc. Bart.in*
l.item viden § fin.ibi, vel partem possessionum emphy-
teoticarum, ff.de petit.hæredit Ripa in l.qui Romæ,
§.duo fratres num. 86. *& ibi Soccin. iun. in repet.*
*num.*132.*ff.de verb.oblig.Cald.allegato cap.*7.*n.*11.
& 14. & sic in hoc casu etiam in terminis primæ cõ-
cessionis emphyteosis erat diuisibilis; immo resultat
forte maior vtilitas Ecclesiæ in hoc casu, quia quan-
32 do emphyteosis conceditur vsque † ad tertiam ge-
nerationem est locus iuri accrescendi, *Ruin. cons.*
169.*num.*9.*vol.*1.*Ronchegall.in l.eandem num.*134.
ff.de duob. reis, quod idem est si concedatur pro fi-
33 lijs † simpliciter *Dec.cons.*263.*Ronchegall.loco præ-*
citato vers. verum vnum, vbi de communi Caldas
*d.cap.*7.*num.*11. *&* 12. qui erant casus primæ con-
cessionis. At in ista renouatione cum sit facienda
pluribus simpliciter, certum est quod aliquo eorum
34 decedente sine filijs portio deficientis † alijs non
accrescit, quia vnusquisque pro parte sua intelligi-
tur recepisse *cap.*1.*de frat.de nou.benef.inuest. Bart.*
*in l.si mihi, & Titio num.*6.*Imol. num.*1.*ff. de verb.*
*oblig.Salyc.in l.vnica num.*2. *ff. quando non petent.*
*partes. Dec.cons.*163. *num.*1. *qui de communi Man-*
*tic.de tacit.& ambig.Conuent.lib.*22. *tit.* 34 *nu.*23.
& si Ecclesia credit magis sibi esse proficuum, quod
fiat ius accrescendi ad fauorem inuestitorum, pote-
rit super hoc sibi consulere faciendo renouationem
35 concedendo † tribus sororibus cum pacto, quod post
mortem earum, vel filiorum, ad Ecclesiam reuerta-
tur si quis eorum sine filijs decesserit, addendo ex
abundanti pactum, vt de vno in alterum reuertatur
*ex alleg.per Mantic.loco præcitato num.*24.

Non obstant in contrarium deducta per *Cald. lo-*
36 *co præcitato num.*27. *quia Bald. & cæteri Doctores*
supra citati, non dicunt quod Dominus renouare
possit feudum fœminæ in pari gradu cum masculis,
37 sed quod licet † de iure fœmina non succedat in feu-
do *cap.*1.*de success.feud.* aperto tamen feudo, & ad
Dominũ reuerso, licet Dominus teneatur renouare
38 agnatis proximioribus defuncti, † potest Dominus
agnatis masculis fœminam filiam defuncti præferre,
& dicit *Bald.* ibidem hoc specialissimum esse in filia.
Vnde iste casus neque applicatur, quia hic non agi-
tur inter agnatos, & filiam illius, in quo defecit
emphyteusis, sed agitur. An omnes proximiores sint
inuestiendi; neque etiam trahi debet in consequen-
39 tiam in hoc casu, cum sit † casus specialissimus, qui
propterea nedum excludit facultatem arguendi, sed
ex eo infertur in alijs casibus ius commune esse in
contrarium, *Bald.cons.*382. *num.*7.*vers.cum agitur*
*lib.*5.*quod duplicatur lib.*1.*cons.*250.*Corn.cons.*281.
*num.*9.*lib.*2. *Angel.cons.*183 *in fine. Anchar. cons.*
203.*in fine*, quod est subscriptum à sex Doctoribus,
*Roman.cons.*86.*num.*12.*uers.tertio quia. Abb cons.*
79.*in princ.lib.* 1. & quod subiungabatur ab vno ex
Dominis, *ex Bald. & Afflict. per d. text. in cap.*1.
quemadmod; feud.ad filias peruen. quod potest Abbas
40 finita emphyteosi confirmare † filiæ, & non cohære-
dibus emphyteotæ & non officit, nam quicquid sit de
hoc non est casus noster, neque debet trahi in conse-
41 quentiam ad hunc casum, licet extendatur † ille tex-
tus de feudo ad emphyteosim inter easdem perso-
42 nas, quia hoc potest † fieri propter identitatis ratio-
nem *Euerard. in arg.à feud.ad emphyt. cap. cum di-*
*lecta de confirm.vtil.Abb.cons.*114.*num.*4.*&* 5.*in*
*fine lib.*2. non autem extendi ad casus diuersos, & in-
43 ter personas diuersas; quia vt dictum est † ex spe-
cialitate ostenditur ius commune esse in contrarium.

Non obstat secundum *ex cons.Parisij* 22.*num.*36.
44 *vol* 1. quia solum dicit, quod feudo reuerso ad † Do-
minum per lineam finitam, est in arbitrio Domini
illud concedere, vel hæredibus, vel filiæ; & sic loqui-
45 tur † in terminis *cap.*1. *quemadmod.feud. ad fil. fœ-*
min.peruen. vnde argumentum satis videtur subla-
tum ex proximis responsionibus. dum verò dicit,
quod si Pater vnum ex filijs incertum nominauerit,
qui nullo pacto potest certificari, Dominus directus
potest gratificari vni ex filijs, ex *Ioan.Andr. & aliis*
46 *loco præcitato.* Respondetur † hanc opinionem pro-
cedere quando persona est omnino incerta ex certis,
quia tunc est locus gratificationi, omnibus enim
subueniri non potest, cum vnus tantum sit vocatus,
47 & ille quidem incertus; † & propterea meritò in-
trat gratificatio, *l.si quis in graui, §. si casu omnes,*
ff.ad Syllanian.glos.in cap. cum autem in verb.iudi-
cio Episcopi de iurepatr. Ioann. Cerier. in tract. de
*primog.lib.*1.*quæst.*11. vbi latè, sed quando, prout in
48 casu nostro, ius non est † incertum, neque est in ar-
bitrio Domini directi vnum eligere, sed tenetur in-
uestire proximiores, non est locus gratificationi,
49 quia per eam tolli non potest ius alterius † partis
per ea quæ notat *glos.in verb.Iudicio Episcopi, & ibi*
Doctores in cap.cum autem de Iurepatr. Lambert.de
*Iurepatron.lib.*2.*par.*3.*quæst.*5. *art.*1. *&* 2. & meri-
to cum renouatio facienda sit proximioribus, & sic
omnes prædictæ tres sorores sint inuestiendæ.

Et ita conclusum, &c.

* *Est apud Fenzon.ad Statut.Vrb.dec.*66. *alia verò erit infra in Appendice post decis.anni* 1629.

R. P. D. VBALDO.

Romana Dotis.

Veneris 26. Aprilis 1619.

ARGVMENTVM.

Dos, soluto matrimonio per mortem viri, integra reuertitur ad patrem dotantem, ac efficitur de patrimonio ipsius, verum tamen est, eum teneri dictam dotem conseruare, quatenus eius filia secundo velit se nubere. Intellige tamen, quod ex hoc non sequitur, filiam habere actionem contra patrem ad consequendam dictam dotem. nec illius bona sunt filiæ hypotecata ad dictum effectum. Consuetudo Martini quando intret, & quando cesset.

SVMMARIVM.

1 *de Sententiæ validitate ex quibus dicatur constare.*

2 *Instrumentum publicum facit probationem probatam.*

3 *Mors alicuius probatur ex fide Parochi.*

4 *Creditor anterior est præferendum posteriori.*

5 *Maritus si moriatur antequam eius socer soluat ei totam dotem, eo casu, actio illa competens marito, resoluitur, & dos in patrimonio soceri consolidatur.*

6 *Matrimonium, quando soluitur per mortem viri, integra dos est restituenda patri vxoris.*

7 *Qua conclusio tamen limitatur, quando pater stipulatus est, soluto matrimonio dotem restitui filiæ.*

8 *Literæ ordo non attenditur, quando iuris dispositio est in contrarium.*

9 *Dos soluto matrimonio per mortem viri, reuertitur ad patrem vxoris, quam tamen tenetur conseruare pro filia, quatenus secundo nubere velit.*

10 *Ideoque pater non potest eam alienare, ex hoc tamen non sequitur, quod filia habeat actionem pro dote contra patrem, vel eius bona sint hypotecata.*

11 *Dos, quando reuertitur ad patrem, per mortem viri, præsertim vigore propriæ stipulationis, efficitur de patrimonio ipsius patris.*

12 *Etsi filia non nubat, inter eam, & fratres diuiditur.*

13 *Filia vidua volens secundo nubere, habet contra patrem officium Iudicis, vt dos, ad eum reuersa, restituat.*

14 *Officium Iudicis nullam præsupponit obligationem, vel actionem.*

15 *Martini consuetudo disponit, vt filijs superstitibus, dos ad patrem non reuertitur, sed remanet filijs, huic tamen consuetudini non desunt contradictores. num. 16.*

17 *Martini consuetudo tunc intrat quando matrimonium dissoluitur per mortem filiæ, & supersunt liberi, secus vero, quando matrimonium dissoluitur per mortem viri.*

18 *Dos data à patre filiæ intelligitur ei donata, tam ratione primi, quam secundi matrimonij.*

19 *Pater, quando donat filiæ dotem certum est ei soli actionem competere.*

20 *Pater non præsumitur donare dotem filiæ, cum teneatur eam dotare.*

21 *Dotans magis præsumitur suæ obligationi voluisse satisfacere, quam donare.*

22 *in Necessitatibus nemo liberalis existit.*

23 *Pater potest donare ex causa dotis.*

24 *Donatio in dubio non præsumitur.*

25 *Text. in l. vltim. C. de dot. promis. in quibus terminis propriè emanauerit.*

26 *Pater, quando præsumatur dotare filiam ex sua propria liberalitate.*

27 *Liberalitas mera non dicitur, quando quis tenetur aliquid facere.*

28 *Pater cogi potest ad dotandam filiam officio Iudicis.*

29 *Pater censetur donare filiæ dotem ad effectum, vt deseruiat, tam primo, quam secundo matrimonio. Ideoque cessante matrimonio dos debet reuerteri ad patrem.*

DECISIO CVIII.

RELAXATO mandato Rotali ad fauorem Annæ Proidæ pro restitutione suæ dotis aduersus Vincentiam Budiam posseditricem domus, & vineæ q. Antonij Patris sui, qui pro restitutione dictæ dotis omnia bona sua obligauerat. Obtinuit Vincentia præuia sequestratione ad formam Statuti Vrbis lib. 1. cap. 171. rubrica de appellationibus non recipiendis, & deposito facien. denuò audiri in Rota super iam resolutis. Quare dato dubio, An mandatum esset confirmandum, vel infirmandum, & causa per quinque vices proposita, tandem hodierna die Domini pro confirmatione responderunt.

Nam de validitate non dubitatur, cum concurrerint
1 rint † ea omnia, quæ in tali materia requiruntur, de
quibus *per Verall. decis. 260. par. 2.* & de iustitia constat, quia Anna docet de omnibus requisitis à Statuto Vrbis lib. 1. cap. 85. ad hoc vt consequatur executionem Instrumenti dotalis; nam de credito suæ dotis per Antonium socerum receptæ sub obligatione omnium bonorum, docet per publicum Instrumen-
2 tum, † quod facit probationem probatam *Bald. in l. quoties in fine C. de iudic & in cap. consuluit num. 12. de offic. deleg. Osasc. decis. Pedem. 72. num. 4.* iuxta dictum *in Romana Saluiani* 10. *Ianuarij 1511. coram me, & alias sæpissimè.* Item quod euenerit casus restitutionis dotis per mortem Gasparis eius viri, & filij Antonij fuit probatum per testes, & fidem
3 Parochi † in actis productam; & demum quod Antonius possederit domum, & vineam de tempore obligationis, & postea; & quod easdem possideat hodie Vincentia, inter partes non controuertitur; & fuit præsuppositum in *prima decisione in hac causa facta coram R.P.D. meo Verospio*, sola difficultas est, prout semper fuit in alijs causæ propositionibus in alia instantia *coram eodem D. Verospio factis*, quia Vincentia prætendit habere obligata eadem patris sui bona cum hypotheca anteriori pro residuo suæ dotis, quod erat scut. 1500. & promissum fuerat ab Antonio patre solui intra annũ Hortensio marito Vincentiæ. Vnde licet Hortensius intra annum decesserit non recepto dicto residuo, Tamen Vincentia
4 prætendit se tamquam † anteriorem creditricem eiusdem residui, & etiam cessionariam hæredum mariti esse præferendam Annæ posteriori creditrici.

Quibus tamen non obstantibus contrarium fuit resolutum in tribus decisionibus coram R.P.D. Verospio, videlicet, 8. Martij 1613. * 29. Febr. 1616. & 1. Iulij eiusdem anni *. Quæ etiam hodie Dominis placuerunt ex rationibus luculenter, & doctissimè

mè in eis deductis, quibus nihil addi posse videatur;
5 potissimum autem mouebantur, quia vir erat † mor-
tuus ante exactionem residui dotis, quo casu actio,
quæ competebat viro fuit resoluta, & dos in patri-
monio patris consolidata, imo etiamsi fuisset soluta
6 integra dos, soluto matrimonio † per mortem viri,
patri esset restituenda, *l. dos à patre C. solut. matrim.*
l. vlt. C. comm. vtriusq. Iudic. Bart. *in l. post dotem*
num. 29 ff. sol. matrim. Castr. cons. 11. sub nu. 2. lib. 1.
latè *Thes. decis. 190. num. 2 & seqq.* & fuit firmatum
in duabus prioribus decisionibus huius causæ.

Non obstat quod hoc non procedat quando pa-
7 ter † stipulatus est dotem soluto matrimonio resti-
tui filiæ *Aym. cons. 84. num. 3. cum aliis per Surd.*
cons. 206. num. 20. lib. 2. Quia hoc casu legitur facta
promissio de restituenda dote Vincentiæ, & eius hæ-
8 redibus, vel cui de iure, & propterea † de iure resti-
tutio facienda sit patri: attenditur iuris dispositio, nõ
autem litteræ ordo, vt dicit *Paul. de Castro d. cons. 11.*
num. 2. lib. 1. Gabr. cons. 58. num. 16. & num. 48. lib. 1.
cum alijs allegatis in dictis decisionibus.

Nec facit, quod dato quod dos sit restituenda pa-
9 tri, † tamen tenetur eam conseruare pro filia, quate-
nus secundo nubere velit, nec potest dictam dotem
alienare, *glos. in auth. sed quamuis, & ibi Salic. nu. 7.*
C. de rei vxor. act. Quia respondebatur non propte-
10 rea ex hoc inferri, quod mulier † habeat actionem
pro dote contra patrem, vel eius bona hypotheca-
ta, cum immo dos patri restituta, præsertim vigo-
11 re propriæ stipulationis, vt in hoc casu, efficiatur
de patrimonio patris, vt supra dictum est, & si filia
12 non nubat, inter illam † & fratres diuiditur pro por-
tionibus hæreditarijs, vt declarat *Castr. d. cons. 11.*
nu. 2. lib. 1. Salic. in auth. sed quamuis nu. 5. & seqq.
C. de rei vxor. act. Sed solum mulier volens secundo
13 nubere, † habet contra patrem officium Iudicis iux-
ta terminos *l. fin. C. comm. vtriusq. Iud. Cyn. in dicta*
auth. sed quamuis num. 4. Syluan. cons. 2. n. 47. & 74.
Negus. de pignor. in §. membr. 2. par. princ. num. 34.
14 *in fine*, quod nullam præsupponit † obligationem,
vel actionem, *l. qui per collusionem §. 1. ff. de act.*
empt.

Non obstat consuetudo Martini, secundum quam
15 filijs superstitibus post solutum matrimonium, † dos
ad Patrem non reuertitur, sed remanet filiis, vt latè
post alios per *Thes. d. decis. 190. num. 4. & seqq.* quia
omisso quod plurimi Doct. teneant contrarium pu-
16 tantes † in casu etiam existentiæ liberorum, dotem
reuerti ad patrem, vt latè post alios per *Hond. cons.*
75. num. 17. lib. 2. Barbos. ad l. post datem num. 44.
ff. sol. matrim.

Placuit responsio secundæ decisionis, quod con-
suetudo procedat quando matrimonium dissolui-
17 tur † post mortem filiæ, & supersunt liberi, secus
quando prout in casu nostro matrimonium fuit solu-
tum post mortem viri, prout declarat *Bald. in dicta*
l. dos à Patre num. 1. C. solut. matrim. Bart. in l. post
dotem num. 31. & ibi Alex. num. 25. Herculan. n. 37.
Bolognett. num. 236. & seq. ff. sol. matrim. Thesaur.
decis. 138. num. 2. & decis. 190. num. 13. Bald. cons. 7.
num. 1. lib. 1. cum alijs per Barbos. in dicta l. post do-
tem num. 49. vbi de communi, & per *Honded. dicto*
cons. 75. num. 27. lib. 2. Gabr. cons. 165. il 2. num. 10.
lib. 2. quidquid in contrarium disputatiuè senserit in
dicta l. post dotem, Ias. num. 103. & seqq.

Nec refragatur motiuum vltimo loco excita-
18 tum, quod dos à patre data filiæ intelligatur † ei
donata tam ratione primi, quàm secundi matri-
monij, vel etiam si primum matrimonium non se-
quatur, *Dec. consil. 35. sub num. 5. Menoch. de*
arbitr. cas. 88. num. 35. itaut pater non possit illam
reuocare, *per text. in l. fin.* ibi, *ex sua liberalitate*
hoc fecisse intelligi, & ibi liberalitas itaque talis re-
maneat vera, & irreuocabilis, C. de dot. promiss. Dec.
loc. citato, & tradunt pluribus informantes pro Vin-
centia, & *Modern. tract. de virib. patr. potest. in alle-*
gationibus post cap. 4. par. 1. quo casu stante dona-
19 tione dotis facta filiæ, certum † est ei soli actionem
competere, vt per *Doct. in d. l. post dotem, vbi Bart.*
in 4. q. princip. num. 27. ff. sol. matrim. & admittit
Paul. Castr. in alleg. cons. 11. num. 1. vers. hoc autem
lib. 1. Quia fuit responsum prædicta procedere po-
tius in extraneo dotante, quàm in patre; vel alio
ascendente per virilem sexum habente mulierem in
20 potestate; in his enim donatio † dotis non præsumi-
tur, & ratio est, quia pater tenetur de iure dotare fi-
liam, *l. qui liberos, ff. de rit. nupt. l. obligamur, §. le-*
ge, ff. de act. & oblig. & ideo intrat regula, quod do-
21 tans † magis præsumitur suæ obligationi voluisse
satisfacere, quam donare, quia in necessitatibus ne-
22 nemo † liberalis existit, *l. rem legatam, ff. de adim.*
leg. & hanc differentiam inter patrem, & extraneum
benè probat *text. in l. vnic. §. accedit, C. de rei vxor.*
act. & tradit in terminis *Soccin. cons. 5. num. 16.*
lib. 4. Bero. cons. 190. num. 35 lib. 1. & post eos *Card.*
Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 13. num. 7. & 8.
num. 30. vbi dicit tradita per *Dec. dicto cons. 35.* ma-
gis congruere extraneo, quam patri.

23 Nec negatur † patrem etiam posse donare ex cau-
sa dotis, *l. pomponius philadelphus, ff. famil. bercisc.*
Bald. nouell. de dot. par. 6. priuil. 80. Soccin. iun. cons.
34. num. 1. & 4. lib. 1. cum alijs per Card. Mantic.
vbi supra num. 7. Menoch. præs. 29. num. 74. & seq.
lib. 3. & sensit *Castr. dicto cons. 11. num. 1. vers. idem*
si actio lib. 1. vbi ponit exemplum, quando filia sti-
24 pulata esset sibi soli dotem restitui, sed in dubio † ta-
lis donatio non præsumitur ex proximè *alleg. quibus*
accedit Menoch. præs. 30. num. 24. lib. 3.

25 Nec obstat *dicta l. vlt. C. de dot. promiss.* quia † il-
le text. emanauit propriè ad determinandum, quod
si filia habeat bona materna, vel alia in quibus pa-
ter poterat eam dotare, & tamen simpliciter eam
26 dotare se dixit: tunc intelligatur dotasse potius † ex
sua liberalitate, idest ex propria substantia; vt ibi per
gloss. quam ex bonis proprijs filiæ, ita declarat post
Coras. Menoch. *præs. 15. num. 8. lib. 3.* alias non po-
27 test dici mera liberalitas, † cum pater teneatur ad
dotandam filiam, *d. l. qui liberos*, vt dicit Bald. *in di-*
cta l. vlt. num. 14. C. de dot. promiss. nisi quatenus do-
28 tet antequam cogatur officio † Iudicis, quod solum
competit contra patrem, vt supra dictum est, prout
tex. in d. l. vlt. esse intelligen. tradit *Socc. iun. in l. 1.*
num. 162. in fin. ff. sol. matr.

Præterea dicebatur in omnem euentum dotem
29 censeri à patre donatam ad effectum, vt deseruiat †
pro ipsius filiæ matrimoniũ tam primo, quam secun-
do, & ita loquitur *Dec. in alleg. cons. 35. num. 5.* &
probatur *in auth. sed quamuis, & ibi gloss. in verb.*
diminuere, & Salic. num. 4. C. de rei vxor. act. non
autem, vt dissoluto matrimonio, & filia vidua rema-
nente, vt in casu nostro patri non competat actio
pro restitutione dotis, præsertim cum pater sibi sti-
pula-

pulatus est dotem reddi *l. fin. C. comm. vtriusq; Iudic vbi Castr. & alij Barbos. ad rub. ff. solut. matrim. 4. par. num. 23.*

Ad text. in l. si Socer. §. lucius ff. solut. matrim. & ad alia repetita per informantes pro Vincentia placuerunt responsiones datæ in decisionibus.

Ex quibus Domini concluserunt pro confirmatione mandati.

☞ * *Decisiones istæ in hac eadem causa factæ coram bon. mem. Card. Verospio prima sub die* 8. *Martii 1613. est in præcedenti part. 4. recent. decisio 124. secunda sub die 16. Februarij 1616. est decis. 708. p. 1. recent. tertia vero sub die 1. Iulij 1616. cum non reperiatur impressa, ideo eam habebis infra in Appendice, post decisiones anni 1626.*

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Cauallicen. Canonicatus.

Lunæ 29. Aprilis 1619.

ARGVMENTVM.

Facultas derogandi Regulæ de viginti, requirit specialem mentionem, & ideo, si Legatus habeat facultatem derogandi regulis Cancell. non potest derogare huic regulæ, sed hæc opinio non videtur transire sine difficultate, & pro affirmatiua resoluitur hic in decisione.

SVMMARIVM.

1 *Derogandi facultas, quæ est in clausulis executiuis quid operetur.*

2 *Derogandi facultas regulæ de viginti requirit specialem mentionem.*

3 *Legatus, qui habet facultatem derogandi regulis Cancllariæ non potest derogare regulæ de Viginti, & num. 4.*

5 *Materia, quando est exorbitans à regulis iuris, est necessaria specialis mentio.*

6 *Resignatio beneficij facta ab infirmo de Iure valet.*

7 *Obseruantia est optima interpres concessionum.*

8 *Locationes plures non effectuatæ deseruiunt pro adminiculo.*

9 *Causa actus magis attenditur, quam formalitas actus.*

10 *Gerard. Mainard. lib. 1. decis. si declaratur.*

DECISIO CIX.

DVBITAVI, An esset recedendum à decisis *coram me die 2. Iunij 1617.* * & negatiuè fuit ☞ resolutum, quia tota difficultas restringebatur per Informantes pro Vespa ad illud; quod Reuerendiss. Vicelegatus Auenionen. non potuerit derogare regulæ de viginti, in quo articulo Domini affirmatiuam partem amplexi fuerunt, quia Illustrissimus D. Cardinalis Burghesius modernus Legatus Auenionen. habet hanc facultatem, & in omnibus facultatibus sibi competentibus subrogauit d. D. Vicelegatum.

Quod autem dictus Illustrissimus Burghesius habeat prædictam facultatem, visum fuit constare, quia S. D. N. concessit Dominationi suæ Illustrissimæ omnem facultatem, quam alias quandocunque habuerint Legati sui antecessores; hanc autem facultatem habuisse antecessores probatur, quia Sixtus Papa IV. concessit Iuliano Cardinali de Rouere Legato Auenionen. facultatem admittendi resignationes, cum reseruatione pensionis ad fauorem certæ personæ, Leo vero Papa Decimus concessit Cardinali de Claramonte, pariter Legato Auenionen omnes facultates, quas alij Legati sui antecessores habuerunt, cum facultate derogandi regulis editis; ex quibus videbatur fundata intentio Iacobi, qui nititur collationi factæ per D. Vicelegatum, cum derogatione d. regulæ.

1 Non obstat, quod facultas derogandi sit † in clausulis executiuis, quæ non ampliant ex allegatis, quia immo potius visa fuit esse in parte dispositiua, cum sit ante clausulã, Non obstantibus. *Curt. iun. cons. 3. num. 4. vers. præterea aduertendum est, Becc. cons. 88. num. 49. Menoch. cons. 255. nu. 35. Laderch. cons. 1. num. 14. decis. Pedemont. 164. num. 3.* & fuit dictum in causa *Bononien. de Lutio* 1. *Martij 1619. coram me.*

2 Non obstat, quod facultas derogandi † regulæ de
viginti, de qua agitur, requirat specialem mentio-
3 nem; ideoque Legatus † qui habet facultatem derogandi regulis non possit derogare huic regulæ, *Put decis. 2. super hac regula* vbi allegat, ita fuisse resolutum in quadam causam coram *Io. Paulo*; idem tenet *Ant. Aug in epitom super hac reg. §. 2.* quia illa
4 conclusio non videbatur † omnino transire sine difficultate, cum talis forma non reperiatur à iure tradita ex allegatis per *Paris. de resign. lib. 12. quæst. 14.*
5 *num. 13.* nec materia in se exorbitet † à regulis Iuris, ita vt sit necessaria specialis derogatio, sed im-
6 mo est conformis, quia de Iure valet † resignatio facta ab infirmo, *ex tradit. per Dec. cons. 224. num. 1. & 2.*

Cæterum quicquid dicendum foret sine obseruãtia, cessare visa fuit difficultas in hoc casu, ex quo fuit doctum de longissima obseruantia derogãdi hu-
7 iusmodi regulæ, quæ obseruantia † est optima concessionum interpres *l si de interpretatione, ff. de leg. cum concordantibus, & in indiuiduo de hac reg. Put. decis. 1. super hac reg. & Ant. Aug in epitome eiusdem reg. §. vlt.* & ex plurimis actibus deductis in Summ. Iacobi, quorum multi probantur effectuati cum subsequuta possessione, & alij quorum effectuatio per subsequutam possessionem non apparet, visi fuerunt posse deseruire pro adminiculo vt in simili de
8 pluribus locationibus, quarum † effectuatio non apparebat, *fuit coram me dictum in causa Camer. Decimarum* 11. *Martij* 1611.

Non obstat, quod derogationes non appareant factæ propter prouisiones de beneficijs vacãtibus in mensibus alternatis, quia vis non est in vacatione in mense, sed in eo, quod vigore dictæ derogationis prouisiones per resignationem habuerint effectum,
9 etiam si resignantes obierint intra 20. dies † magis enim attenditur causa actus, quam formalitas actus. *Bald. in l. 1. num. 24. vers. tu dic. C. de emancip. liber.* quem sequitur *Felin. in cap. auditis, num. 19. post med. vers. & dicit, Bald. de præscript.* & facit simile, de quo *per Cres. decis. 2. de Iurepatr. Rot. decis. 139. num. 12. par. 2. & in Assisien. Canonicatus 4. Iunij 1600. coram me.*

Circa illud, quod allegabatur obseruari in Regno Franciæ, fuit responsum, quod quicquid geratur in illis partibus, nullatenus potest inferri ad statum

10 Ec-

10 Ecclesiasticum, & quandum ad† decis. Gerard. Mainard. 51. lib. 1. quicquid de illa sit iudicandum, fuit obseruatum, quod loquitur in Legato Narbonen. cuius fortè facultates erant diuersæ in forma concessionis, vel in obseruantia.

Cætera visa fuerunt benè sublata per informantes pro Iacobo, cum quibus DD. transierunt.

Decisio ista in hac eadem causa sub die 2. Iunij 1617. coram eodem bon. me. Card. Sacrato impressa habetur in præcedenti part. 4. recent. in ordine est decisio 508.

R. P. D. REMBOLDO.

Algareñ Dismembrationis.

Lunæ 29. Aprilis 1619.

ARGVMENTVM.

Ecclesia agens ad reintegrationem rerum perperam alienatarum, vt obtineat, quid sufficiat, vt probet. Rector Ecclesiæ, vt obtineat in spolio, potest allegare possessionem suorum antecessorum. Executor non seruans formam suæ commissionis perperam agit.

SVMMARIVM.

1 *Dismembratio præsupponit anteriorem possessionem.*
2 *ex Possessionis apprehensione resultat vera aduersarij confessio, quod confessio erat apud alteram partem.*
3 *Confessio superat omnem probationem.*
4 *in Spolio secundum extremum probatur ex litis substentatione.*
5 *Rector Ecclesiæ, vt obtineat in spolio sufficit vt adducat possessionem suorum antecessorum.*
6 *Reintegrationem Ecclesia intentare nequit quando ab executore litterarum Apostolicarum priuata fuit possessione.*
7 *Executor, si non procedat iuxta formam suæ commissionis dicitur spoliare.*
8 *Ecclesiæ Rector potest reuocare concordiam initam à prædecessore super bonis Ecclesiæ, si illa sit præiudicialis.*

DECISIO CX.

TENTVM fuit pro informante Moderno, scilicet Rectori concedendam esse reintegrationē de primo enim extremo, idest anteriori possessione Ecclesiæ, constat ex litteris Dismembrationis iuncto præsertim Instrumento possessionis vigore dictæ
1 Dismembrationis à Capitulo captæ; nam † Dismēbratio præsupponit anteriorem possessionem Ecclesiæ vt fuit sæpius dictum; & signanter in *causa Bononien. Dismembrationis 5. Iunii 1606. coram*
2 *R.P.D. meo Pamphilio* & ex dicta possessionis † apprehensione resultat vera Capituli Confessio dictam
3 possessionem pœnes Ecclesiam fuisse; quæ † confessio superat omnem probationem *cap. per tuas de probatio. l. generaliter C. non numer. pecun. l. cum te la secunda C. de transact.*

Secundum autem extremum probatur ex litis
4 substentatione, † & dicto possessionis instrumento, *Caputaq. decis. 372. par. 2. Cæs. de Grass. decis. 4. de restit spoliat.*

Nec obstat quod non constat de possessione Moderni Rectoris, quia ad effectum, vt ipse restituatur
5 † nomine Ecclesiæ, sufficit quod probetur dictæ Ecclesiæ possessio tempore suorum Antecessorum, *Aegid. in cap. cum super num. 7. & 8. de caus. possess. & propr. cum alijs per Menoch. de recup. remed. 1. num. 411. vers. rursus.*

Minus obstat quatenus dicatur reintegrationi locum esse non posse eo quod Ecclesia fuit sua posses-
6 sione † ab Executore litterarum dictæ Dismembrationis priuata, quia cum facta fuerit executio contra formam dd. litterarum, vt iam bis fuit in hac causa resolutum, non ideo minus competit Eccle-
7 siæ restitutio, quia exequutor † procedendo contra formam litterarum dicitur spoliasse. *cap. conquerente de restit. spol. & fuit in terminis similis executionis dictum in vna Cæsaraugustana fructuum 31. Ianuarij 1597. coram bo. me. Card. Pamphilio, & in alia Cæsaraugustana Dismembrationis 25. Iunij 1607. coram Reuerendiss. D. meo Damasceno.*

Nec aliquit facit concordia inter Antecessorem Moderni Rectoris, & dictum Capitulum inita quia nec illa ligat successorem, vt latè fuit in alijs decisionibus in hac causa factis * comprobatum, nec quatenus fuisset ab eodem Moderno Rectore inita, ei
8 impedimento esset, quo minus † posset nomine Ecclesiæ recuperare possessionem mediante dicta concordia Ecclesiæ suæ præiudiciali amissam. *cap. si quis Presbyterorum vbi gloss. in verb. alienator, & in verbo alienata de reb. Eccles. non alienan. Verall. decis. 181. & 182. nu. 9. par. 3. & fuit dictum in Aretina Commendæ 1. Iunij 1587. coram bon. memor.* Card. *Pamphilio &c.*

Plures decisiones in hac causa emanarunt quas, annotaui supra ad decisionem 20. quæ est in eadem causa.

R. P. D. REMBOLDO.

Romana de Marescottis.

Veneris 10. Maij 1619.

ARGVMENTVM.

Fideicommissario competit immissio vigore *l. fin. C. de edict. D. Andreæ tollend.* etiamsi fideicommissum ei fuerit relictum in Codicillis, cum ad istum effectum testamenta, & codicilla æquiparentur. Grauatus pure restituere, quid tantum detrahere possit.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissario competit immissio vigore l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.*
2 *Quod procedit etiamsi fideicommissum in codicillis sit relictum.*
3 *Testamentum, & codicillum æquiparantur ad effectum, vt competat immissio vigor. l. fin. C. de edict. D. Adr.*
4 *Hæres si sit rogatus restituere purè non potest detrahere nisi legitimam.*
5 *Grauatus pure restituere non potest detrahere, nisi vnam quartam.*
6 *Legitimæ detractio impedire nequit immissionem fideicommissario, cum illa sit certa ratione quotæ, & loci.*

DECISIO CXI.

ALTERA parte non comparente responsum fuit pro D. Pirro informante, ipsi scilicet dãdam esse immissionem in bonis, & hæreditate q. D. Iuliæ; nam cum ipse sit vocatus per clausulam Codicillarem in tæstamento dictæ Iuliæ, vt pluribus rationibus fuit coram Reuerendiss. D. meo Damaseeno 25. Iunij præteriti * comprobatum, competit
1 † ei tanquam fideicommissario Immissio vigore, *l.fin.C.de edict.Diu.Adr.tollen.Gabr.cons.*44. *nu.* 6.
2 *lib.*2. & † in terminis fideicommissarij cui relictum est fideicommissum ex Codicillis *Peregr. de fideicom. art.*48.*num.*13.*Menoch.de adipisc. rem.*4 *num.*192 vbi post *Bald.in dicta l.fin.num.*46.*vers. & hæc vera sunt, & alios* ex veriori sententia tradunt dictam immissionem competere non minus fideicommissario cui fideicommissum debetur ex codicillis, quam cui debetur ex testamento; quia ad dictum effectum
3 † æquiparantur cum vterquè nitatur scriptura, & codicillus quoque largo modo dicatur testamẽtum, *Bald Castr. & alij in l.vltim.C. de codicillis Menoch. de præsumpt. præsumpt.*3. *num.*6. *Afflict. decis.*134. *num.*4.*vel remedio vtilis Saluiani interdicti Gabr. dicto cons.*44. *num.*2. *lib.*2. *Card.Seraph. decis.*828. *num.*1.

Nec dicta immissio retardari debet sub prætextu detractionum faciendarum ab hærede veniente ab
4 intestato, quia cum ipse † vigore dictæ clausulæ Codicillaris teneatur statim restituere & pure tanquã rogatus per fideicommissum hæredi scripto, non po-
5 test nisi legitimam detrahere † ex illa generali regula quod grauatus pure restituere non detrahit nisi vnam quartam *glos.in l.Papinianus §. meminisse in verb.falcidiæ ff.de inoff.testam.Bart in l.quamquam C.ad leg.falcid.Castr.cons.*315.*sub nu.*2. *lib.*1. *cum alijs latè cumulat. per Peregr. dicto tract. de fideic.*
6 *art.*3.*num.*49. & cum ista legitima † sit certa ratione quotæ, & loci non potest data pro illa retentione hæredi venienti ab intestato immissio dicto D. Pirro denegari pro residuo pro indiuiso, *vt sæpius fuit obseruatum, & præsertim in Interamnen. hæreditatis de Paradisijs* 1.*Iulij* 1605. *& nouissime in Ferrarien. de Tessonis* 28.*Nouembris præteriti corã R.P.D.meo Pamphilio* in quibus plures aliæ decisiones referuntur &c.

* *Plures decisiones in hac causa emanarunt, scilicet sub diebus* 13 *Februarij* 1613.20.*Nouembr.eiusdem anni. sunt decisiones* 453.*&* 526. *part.*1.*recent. &* 20.*Martij* 1615. 14. *Decembr. eiusdem anni, ac altera eiusdem diei, & anni sunt decisiones* 662.770. *&* 771.*par.*2.*recent.ac supra in hoc Tomo habentur duæ aliæ sub die* 29.*Februarij &* 21.*Maij* 1618.*sunt in Ordine decisiones* 5.*&* 25.

Decisio ista in hac causa erit infra in Appendice post decisiones anni 1626.

REVERENDISS. DVNOZZETTO.
ARCHIEPISCOPO SELEVCIEN.

Bononieñ Processus.

Vener. 10. *Maij* 1619.

ARGVMENTVM.

Ad scripturarum exhibitionẽ, quando quis possit cogi, & præsertim quando sumus in Notario. Hæreditatis status nequaquam firmari nequit, nisi exhibitis scripturis hæreditarijs.

SVMMARIVM.

1 *Ad scripturas exhibendas quis cogi potest, stante interesse partis petentis exhibitionem, & existentia ipsius scripturæ pœnes ipsum, contra quem petitur exhibitio, & nu.*4.
2 *Filius quando prætendit legitimam super bonis paternis, dicitur iustum habere interesse, ad petendas scripturas hæreditarias.*
3 *Hæreditatis status non potest firmari nisi exhibitis scripturis hæreditarijs.*
5 *Notarius tenetur exhibere scripturas, probata pœnes eum illarum existentia.*
6 *Notarius ratione officij tenetur fideliter scripturas custodire. Iudicique instante parte exhibere.*
7 *Scripturarum existentia pœnes Notarium & Archiuistam sufficit probari etiam ante motam litem vt illas exhibere teneatur.*

DECISIO CXII.

CONCLVSVM fuit pro informante, scilicet Petrum Antonium, Drusum Notarium teneri exhibere processus originales de quibus agitur quia duo requisita ad hoc, vt possit cogi aliqus ad exhiben-
1 dum, † concludenter probata sunt: interesse scilicet partis petentis exhibitionem scripturæ, existentiaque ipsius scripturæ pœnes ipsum contra quem petitur exhibitio. Et quo ad interesse partium satis probatur ex eo quod Reuerendiss. D Franciscus, & D. Isotta de Marzolis eius Auia obtinuerunt admitti ad causam, & fuerunt admissi iam à Rota; vltra quod, non potest dubitari de interesse D. Francisci, qui vt filius
2 † prætendit legitimam super bonis paternis, & auitis, iamque Rota coram R. P. D. meo Andrea mantis, iamque Rota coram R. P. D. meo Andreadauit firmari statũ hæreditatis paternæ adhoc, vt facilius eius legitima detrahi possit, qui statum firma-
3 ri non potest; nisi exhibitis scripturis hæreditarijs,
4 quo interesse † probato dictas scripturas exhibere, Notarius tenetur, *Bart.in l.fin.C.de edeu.*

Quo verò ad existentiam scripturæ probatur ex Iuribus deductis, & primo ex ipso inuentario ab ipsomet Notario producto in iudicio facto in partibus, deinde ex Apoca receptionis eiusdem processus manu ipsius Notarij subscripta de nouo in actis
5 producta, quæ datur in summario num.3. vnde † sequitur ipsum teneri eosdem processus exhibere, *l.3. in princ.* vbi *gloss.in verbo sammatim ff. ad exhibend.* maximè cum agatur de scripturis pœnes ipsum exi-
6 stentibus, qui ratione † officij sui tenetur illas fideliter custodire. Iudicique instante parte exhibere, eo enim casu sufficit probasse existentiã scriptu-
7 rarum, etiam † ante litem motam, quod est speciale in Notario, & Archiuista, *Castrens. in l.2. num.7. Corn.n.*5.*C. de testam.ordin.*fuit dictum *in vna Romana computorum* 7. *Februarij* 1590. *coram bonæ memoriæ Orano, & postea in vna Redditionis Computorum* 22. *Martii* 1602. *coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Ex eo sequitur dictum Drusum Notarium ideo nõ esse liberatum; quod constet in actis ipsum accommodasse dictos processus Procuratori cuidam partium in causa interesse habentium; debet enim ipse pro-

procurare vt ei restituatur ad effectum exhibitionis, & vt possit diligentias suas debitas facere, Rota censuit ex benignitate tempus vnus mensis ei concedendum, quo elapso cogendus erit exhibere dictos processus.

Et ita decisum vna tantum parte informante, altera sæpissimè citata non comparente.

Infra in eadem causa habetur altera decisio sub die 26. Iunij 1620. coram eodem bon. mem. Reuerendissimo Dunozetto.

R. P. D. REMBOLDO.

Romana Alimentorum.

Lunæ 13. Maij 1619.

ARGVMENTVM.

Testator si alicui legauerit alimenta, per hæc verba, vt possit percipere, & habere alimenta &c. an tale legatum dicatur purum, vel sub conditione, ita vt ad effectum acquisitionis illius vsque ab initio, requiratur legatarij declaratio, quod illud intelligit acquirere nec ne.

SVMMARIVM.

1 *Legatum si sit collatum in voluntatem Legatarij, si ipse suam voluntatem non declarauerit, illud acquiritur hæredi.*

2 *Legatum, quando est purum, nec conceptum per verba importantia conditionẽ, vsque ab initio acquiritur legatario, & num. 11.*

3 *Legatum relictum alicui, vt possit illud percipere, sub intelligitur si ipse voluerit, & sic tacitam videtur importare conditionem.*

4 *Verbum, possint, an contineat necessitatem.*

5 *Dictio, cum, non importat conditionem, sed significat tempus.*

6 *Verbum, possit, importare etiam potest arbitrium.*

7 *Verba si importent arbitrium, non continent conditionem.*

8 *in Legato, quando conditio est expressa si legatarius illud voluerit, & tunc non debetur nisi facta illius declaratione, secus vero si sit tacita, num. 9. & 10.*

DECISIO CXIII.

IOANNES de Armis in eius quod condidit testamento, hærede vniuersali in omnibus ipsius bonis Aurelio eius filio instituto per viam legati ad fauorem trium filiarum Iuniperæ, scilicet, Eleonoræ, & Isabellæ disposuit; quod in casu viduitatis possent se reducere in domo ipsius Testatoris, ibique mansionem habere arbitrio boni viri, & ad illarum electionem; & dicta viduitate durante percipere, & habere alimenta cibi, & potus pro ipsis, & duabus ancillis pro qualibet earum arbitrio boni viri sumptibus, & expensis hæreditatis ipsius Testatoris.

Cum autem mortuo Testatore, Iunipera vna ex dictis filiabus, eius viro vita functo vidua remansisset, & sic factus fuisset locus dictæ dispositioni ad ipsius fauorem, nec vnquam ab Aurelio eius fratre dicti Testatoris hærede quicquam consecuta fuisset, coquè defuncto sine filijs, tam dicta Iunipera, quam aliæ duæ Sorores quæ æqualiter dicto Aurelio eorum fratri ab intestato successerunt illius hæreditatem adiuissent, fuit intentatum in partibus iudicium pro parte dictæ Iuniperæ contra alias duas Sorores pro consequutione alimentorum præteritorum; illoque ob varias partium dissensiones super iudicum deputatione ad Rotam deuoluto, fuit coram bon. mem. Andrea dubitatum An Iuniperæ debeatur legatum, cibi & potus, quo in Rota proposito, pro parte Eleonoræ, & Isabellæ opponebatur dictam Iuniperam non posse agere ad alimenta præterita, cum ipsa viuente Aurelio non declarauerit se velle dicta alimenta consequi, prout requirebatur ex quo dictum legatum erat collatum in voluntatem ipsarum filiarum; adeo quod eo ipso † quod non fuit facta dicta
1 declaratio, dictum legatum fuerit hæredi acquisitum *ad tradita per Ias. in l. si ita legatum §. illi si volet sub num. 5. in fin. ff. de leg. 1. cum aliis allegatis*, placuit Dominis ordinare, quod informaretur strictè An esset necessario dicta declaratio, & quatenus sic, An suffragaretur pro alimentis præteritis: vnde dubio iuxta mentem Dominorum proposito, fuit resolutũ non fuisse necessariam dictam declarationem.

Nam & si dictum legatum videatur collatum in
2 voluntatem filiarum per illa verba possint † percipere, cum tamen illud sit purum, nec conceptum per verba importantia conditionem, fuit etiam absque alia declaratione vsque ab initio viduitatis dictæ Iuniperæ acquisitum *ius vt bene probat idem text. in dicta l. si ita legatum §. illi si volet vbi Bart. ad fin. vers. dic ergo Castr. num. 2. vers. nam si, Ias. num. 4. vers. nam si conditio, ff. de leg. 1. idem Ias. in l. 3. nu. 6. ff. eodem.*

Nec obstant quod verba *possint percipere*, habeãt
3 saltem implicitum sensum vt possint † percipere alimenta si voluerint, ideoque videatur continere dictum legatum saltem tacitam conditionem, quia præterquamquod dictum verbum *possint*; aptum est re-
4 cipere sensum cum † voluerint, & sic non continet de necessitate, vt prætenditur aliquam conditionem,
5 ex quo dictio, *cum*, non importat † conditionem, sed significat tempus *glos. in l. cedere diem ff. de verb. signific. l. ex his C. quando dies leg. ced.* vel potest etiã
6 importare arbitrium † legatariorum *glos. in l. sæpe audiui in verbo necessitatem ff. de offic præsid.* vt scilicet sensus dictorum verborum sit vt possint ad ipsa-
7 rum arbitrium percipere † alimenta, & sic minus continent conditionem *Bart. in l. arbitrium num. 2. vers. tu dic. clarius ff. de leg. 2.*

In omnem etiam euentum, quod legatum dictam tacitam conditionem contineret, nihilominus non posset censeri ad effectum vt opus esset dicta declaratione conditionali; quia ad hunc effectum multũ refert vtrum conditio fuitur expressa, vel illa tacitè
8 colligatur; nam si sit † expressa, legatum est conditionale, & non debetur nisi facta declaratione,
9 secus si tacitè colligatur; † tunc enim aliud iuris est, vt sunt verba *text. in d. §. illi si volet ff. de leg. 1. & ibidem declarat Castr. num. 2.* vbi dicit quod quan-
10 do conditio † non est expressa, voluntas legatarij non inest acquisitioni, cum ipsi ignoranti acquiratur sed inest tantum solutioni vel perfectæ acquisitioni; cum autem exprimitur ad originem acquisitionis
11 apponitur † quia nec ipso iure nec irreuocabiliter acquiritur nisi declaret se velle.
12 Vnde cum in casu isto nulla conditio fuerit † expres-

pressa, legatum vt dictum est fuit statim ab initio absque alia declaratione dictæ Iuniperæ acquisitum, ex supra allegatis &c.

R. P. D. REMBOLDO.

Romana Potioritatis.

Mercurii 22. Maij 1619.

ARGVMENTVM.

Pratum ad pascendum certa animalia, si alicui fuerit locatum, tunc si illa animalia fuerunt vendita, locator in pretio ex illis redacto, est potior, & ideo præfertur alijs creditoribus etiam anterioribus. Identitas animalium qualiter probari possit. Pretium quando succedat loco rei, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Hypotecæ potioris ratione creditor præfertur creditori anteriori.*
2 *Saluianum non competit sine hypoteca.*
3 *Identitas facile præsumitur.*
4 *Pretium non succedit loco rei.*
5 *Pretium succedit loco rei, si illud expresse fuerit subrogatum loco rei venditæ.*
6 *Solutio si alicui fuerit facta, cum obligatione de restituendo potioribus ea perinde est perinde ac si extaret ad fauorem creditorum potiorum.*
7 *Pretium succedit loco rei, quando sumus in corporibus vniuersalibus.*
8 *Priuilegium potioritatis, vt intret respectu rei, requiritur specialis expressio, & an hæc opinio sit valida. num. 9. & 10.*

DECISIO CXIV.

CVM D. Bernardinus Maffeus ex pretio cuiusdam præcodij Bubalarum, quod prius Marcus Antonius Baldinus Alexandro Americo vendiderat scuta 1400. in Monte Pietatis deposuisset facta protestatione quod illa soluerentur prioribus, & potioribus creditoribus Baldini, & ex dictis scutis sic depositatis D. Marchio Iustinianus vti creditor dicti Baldini obtinuisset sibi consignari scuta 1200. sub obligatione tamen de restituendo illa creditoribus prioribus, & potioribus dicti Baldini. Excellentissimus D. Dux Cæsarinus eiusdem Baldini creditor pro residuo affictus Casalis Campi Siluæ in scutis circiter tribus millibus, egit contra dictum D. Marchionem pro dd. pecuniarum restitutione, & dato dubio, An D. Marchio teneretur dictas pecunias restituere, Domini affirmatiuè responderunt, ea ratione moti, quod cum dictæ pecuniæ sint redactæ ex pretio animalium, quæ constat fuisse pasculata in dicto Casali D. Ducis, D. Dux habet in illis potiorem,
1 & magis priuilegiatam hypotecam, † ratione cuius præfertur D. Marchioni, etiam quod ille sit creditor anterior tempore, *l. huius*, *l. interdum*, *& ibi Bart. num. 1. ff. qui pot. in pign. hab. Surd. in tract. de alimen. tit. 8. priuileg. 62. nu. 12. & seqq. Negusan. de pignor. par. 7. membr. 3. num. 16.*

Nec obstat, quod non probetur quod Bubalæ, quæ fuerunt Maffeo venditæ, sint illæ quæ pascularunt in dicto Casaali D. Ducis, quia imò hoc probatur nedum ex testibus summ. D. Ducis num. 5. quorum vnus deponit de certa scientia, & alij de auditu, sed etiam ex ipsa serie facti. Nam in facto constat, quod Bubalæ, quæ in dicto Casali pascularunt fuerunt per Baldinum Americo venditæ, cum reseruatione dominij, & quod deinde idemmet Baldinus postquam dictæ Bubalæ in Maffeum Americi creditorem transijssent, egit saluiano contra Maffeum, qui propterea coactus fuit per sententiam à Vicario Lateranensi latam dictarum Bubalarum pretium in Monte Pietatis deponere, ad effectum illud consignandi prioribus, & potioribus creditoribus Baldini; vnde satis apparet, quod Bubalæ, quæ in Maffeum transierunt sunt illæmet, quæ fuerunt à Baldino venditæ, & quorum vt dictum est dominium sibi dictus Baldinus re-
2 seruauerat, cum † alias saluianum ei non competijsset, & cum certum sit quod Bubalæ, quæ fuerunt à Baldino venditæ Americo pasculum receperint in dicto Casali D. Ducis, quod ad effectum pascendi animalia dicto Baldino locatum fuerat, necessario sequitur quod Bubalæ, quæ in dicto Casali pascularunt sint illæmet, quæ mediante Americo in Maffeum transierunt, & præsertim, quia concurrit quoque confessio ipsiusmet Baldini, & Maffei facta cum
3 iuramento, & † identitas regulariter facilè præsumitur *Aym. cons. 198. sub num. 2. Ceph. cons. 98. nu. 20. cum alijs per Surd. decis. 339. num. 7.*

Nec obstat, quod etiamsi probata sit dictarum Bubalarum identitas, tamen nō competit D. Duci priuilegium prælationis in pretio ex dictis Bubalis re-
4 dacto, cum illud † non succedat loco rei, *l. 1. ff. de distract. pignor. cum alijs per Negusan. d. tract. par. 2. membr. 4. num. 149.* quia præter quam quod agitur de pecunia expresse subrogata in loco dictarum Bubalarum, ideoq. competit D. Duci idem priuile-
5 gium aduersus † dictam pecuniam, quod ipsi competeret aduersus Bubalas *ad script. per Ant. Gabr. in tit. de reg iur. conclus. 2. num. 1. & seqq.* & cum dicta pecunia fuerit D. Marchioni soluta sub obliga-
6 tione † de restituendo illam prioribus, & potioribus creditoribus Baldini, perinde est ac si adhuc deposita reperiretur *Castr. cons. 286. in princ. Vinc. de Franch. decis. 75. num. 9.* cessat etiam obiectum, quia sumus in vniuersalibus nempè in grege, quod est quid vniuersale, vt fuit dictum *in Romana pecudum 24. Aprilis 1585. coram bo. me. Gipsio*, ac proptere
7 pretium succedit loco dicti gregis † cum hæc sit propria natura corporis vniuersalis, vt pretium loco rei succedat *l. si rem & pretium. ff. de pet hæred. Negusan. de pign. membr. 4. par. 2. num. 59. Surd. decis. 15. num. 20. Rot. in d. decis.* Romana *pecudum coram bo. me. Gipsio.*

Nec obstat, quod ad hoc vt intret priuilegium
8 prælationis † necesse est, quod herbæ fuerint expressè venditæ pro pascuis animalium, *Surd. in tract. de aliment. tit. 8. priuil. 72. sub fin.* quia præterquam
9 quod hæc Surdi sententia multis, & quidem † validissimis rationibus confutatur *à Martino Collerio in tract. de aliment. cap. 8. lib. 3. num. 18.* ita quod non videatur tuta, cessat etiam difficultas in casu isto quia ex lectura instrumenti locationis dicti Casalis apparet quod dictum Casale fuit expressè locatum ad vsum pascendi in illo animalia, cum pacto etiam quod animalia inibi pascenda sint pro pensionibus
10 hypotecata, vnde licet † fuissent postea ex loco pasculi inscio locatore amota, nihilominus duraret priuilegium hypotecæ, *Bald. in l. certe iuris sub numer. 12. vers. quid si Inquilinus. C. locati cum alijs per Gratian. discept. for. c. 117. num. 15.*

R. P. D.

R. P. D. PIROVANO.

Vrgellen. Hæreditatis.

Veneris 24. Maij 1619.

ARGVMENTVM.

Monacho effecto Episcopo si quis hæreditatem relinquat, tunc Episcopus eam adeundo, sibi acquirit vsumfructum, proprietatem verò Ecclesiæ, itaque deinde ille in præiudicium Ecclesiæ dictam hæreditatem repudiare nequit, nec facere alium actum, per quem inferatur præiudicium Ecclesiæ, cui iam per dictā aditionem fuit ius quæsitū, quoad proprietatem.

SVMMARIVM.

1 *Debita defuncti exigere est de actibus, qui fieri nequeunt, nisi citra ius, & nomen hæredis. num.15.*
2 *Hæreditas nedum verbo, sed & facto adiri potest.*
3 *Episcopus regularis adeundo hæreditatem sibi relictam, eam quoad vsumfructum sibi acquirit, perinde ac si sæcularis esset.*
4 *Quo vero ad proprietatem eā acquirit Ecclesiæ suæ.*
5 *Paupertatis votum non resoluitur per transitum ad Episcopatum in his, quæ se patiuntur cum Episcopali dignitate, & officio, & num.8.*
6 *Episcopus regularis non potest proprium habere neque sibi acquirere.*
7 *Vasq. de reddit. Eccles. cap. 3. dub.7. num.26. declaratur.*
9 *Episcopus regularis si sit negligens in exigendo bona hæreditaria, vel eis renunciet, tunc succedit Ecclesia proprietaria.*
10 *Capitulum potest agere dum tractatur de præiudicio Ecclesiæ, & Episcopatus.*
11 *Capitulo non minus, quàm Monasterio competit ex persona Monachi remedium adipiscendæ. & n.12.*
12 *Episcopus regularis hæreditatem sibi delatam an possit repudiare.*
13 *Monachus effectus Episcopus habet potestatem vindicandi paternā hæreditatem, vti legitimus hæres.*
14 *Vindicare bona, si quis potest, in eius quoque potestate ea repudiare.*
16 *Monachus adeundo hæreditatem sibi delatam, monasterio eam acquirit, & ideo dicitur illi ius quæsitum, itaq; Monachus deinde non poterit actum præiudicialem ei.*
17 *Hæreditatem postquam quis adiuit, non admittitur repudiatio, nisi sit ad eius præiudicium, non autem alterius.*
18 *Episcopus regularis adeundo hæreditatem sibi delatam, potest sibi præiudicare, quo ad vsumfructum, non autem quo ad proprietatem, quæ fuit acquisita Ecclesiæ.*
19 *Hæreditatis aditio an cesset, per actus, qui citra nomen hæredis fieri nequit, stante protestatione in contrarium intellige vt num.20.*
20 *Protestatio vt releuet consensum ab actu debet fieri ante, vel in ipso actu.*
21 *Protestatio contraria facto non releuat.*
22 *Episcopus si sit effectus frater minor, auctoritate Papæ, recuperat ius succedendi ab intestato, & ex testamento. declara vt num.23.*
23 *Scilicet, vt sibi vsumfructum. & Ecclesiæ proprietatem acquirit, vt hoc modo votum paupertatis conseruetur, & num.24.*
25 *Frater minor non incapax facultatis ei à testatore relicta, nominandi. & eligendi personas, vel loca sibi bene visa, quibus distribuenda sint bona. Intellige tamen. vt num.26.*
27 *Quæ conclusio limitatur, vt non procedat, quando adest suspicio fraudis, vt incapaces ad acquirendum, & disponendum per hanc viam liberè disponant, recedendo à regula, & voto paupertatis.*

DECISIO CXV.

CENSVERVNT Domini in casu, de quo agitur Ecclesiæ Vrgellen. dandam esse immissionem, nisi probetur Episcopum fuisse hæredem fiduciarium, de quo voluerunt particulariter videre in separata disputatione.

Certum est enim quod Episcopus est Franciscanus, & hæreditatem sibi ex testamento Iacobi eius fratris delata adiuit, dum post mortem illius ex Tabula Banci, seu depositorum Ciuitatis Barchinonen. leuauit duas notabiles pecuniarum summas in caput eiusdem Iacobi positas, videlicet, primam sub die 26. Iunij 1617. & alteram sub die 25. Octobris 1618. tanquam hæres Iacobi, & dato testamento in
1 manibus officialium Tabulæ, † vnde cum exigere credita defuncti sit de actibus, qui fieri non possunt nisi citra ius, & nomen hæredis, *l. pro hærede §. Papinianus. ff. de acquir. hæredit. Surd. decis.303. numer.11. Ias. cons.112. nu.6. lib.4.* absque dubio cen-
2 setur adita † hæreditas, quæ nedum verbo, sed & facto adiri potest, *Bart. in l. gerit nu.19. ff. de acquir. hæred.* qui fuit author huius conclusionis *Crau. cons. 148. num.10. Ias. dicto cons.112. num.6.* & tradunt omnes *in l.1. & 2. C. de repud. hæred. & in l. potuit C. de iur. deliber.*

Ex quibus sequitur, quod bona hæreditaria ac-
3 quisiuit † sibi quoad vsumfructum non minus ac si sæcularis fuisset, *Bald. in cap. Clerici, il 2. num.7. de vit. & honest. Cleric. Card. in cap si quis col. penult. num.2. vers. in Religiosis enim de pecul. Cleric. Nauar. cons.15. num.4. de regul.* quod etiam fuit firmatum *in causa Vssellen. spol. 13. Februarij 1609. coram Card. Ludouisio.* quo verò ad proprietatem
4 † Ecclesiæ suæ per *cap. statutum 18. q.1.* vbi dicitur hoc statutum esse, & rationabiliter secundum Sanctos Patres in Synodo confirmatum, quæ ratio pon-
5 deratur ex eo, quod votum paupertatis non † resoluatur per transitum ad Episcopatum in his quæ se compatiuntur cum Episcopali dignitate, & officio,
6 consequenterq. non possit † proprium habere, neque sibi acquirere, *Abb. in cap. cum olim num.7. de priuileg. & iterum in cap. Clerici il 2. in addit. in fine de vit. & honest. Clericor. Couar. de testam. cap. 1. num.18. Sarmient de redd. Eccles. cap. 1. nu.7 Molin. de iust. & iur. tract.2. disput.140. in fine,* & quamuis videatur contrarium sentire *Gabr. Vasq. de*
7 *reddit † Eccles. cap.3. dub 7. num.26.* tamen illius rationes non vrgent, vel est intelligendus secundum declarationem, *Sarmient. de reddit. Eccles. dict. cap.1. nu.7.* quatenus repugnaret officio Pontificali, quod
8 esset si dominium bonorum non posset † habere, vt pauperibus subueniret, & egentibus, vt dicit colligi *ex S. Thom. 2.2. q.185. art.8. in responsione.*

Episcopo autem negligenti bona hæreditaria, vel
9 renuncianti, † vt in præsenti probatur factum, succedit Ecclesia proprietaria ex dispositione *Canonis statutum 18. q.1.* & pro ea capitulum potest agere,
10 dum tractatur † de præiudicio Ecclesiæ, & Episcopatus

patus, *vt per Innoc. in cap. dilecti in p. vbi etiam Abb. num. 3. de maior. & obed. secundum Abb. in cap. cum olim col. 3. num. 2. Felin. num. 2. de testib.*
11 cui non minus † quam monasterio ex persona Monachi competit huiusmodi remedium adipiscendæ *ex l. fin. C. de edict. D. Adr. tollen. vt per Menoch. post Rip. & alios de adipisc. remed. 4. num. 293.* dicens quod & si monasterium, & sic etiam Ecclesia scrip-
12 ti hæredis nomen propriè non obtineat, † legis tamen interpretatione habet, quod idem operatur secundum eum.

Non obstat, quod Episcopus hæreditatem repu-
13 diauerit, †quod dicebatur non videri interdictum *per cap. statutum 18. q. 1.* dũ data est potestas Monacho effecto Episcopo vendicandi paternam hæreditatem vti legitimo hæredi, ergo non cogitur illam
14 vendicare, sed qua ratione potest †vendicare, ita & non acquirere renunciando ante delatam, vel repudiando post delatam, *l. is potest. ff. de acquir. hæredit.* & ponderat idem *Vasq. de reddit. Eccles. dicto c. 3. dub. 2. num. 28.* Quia hodie non intrat talis quæstio
15 stante additione per actus † indubitatos exactionis creditorum hæreditariorum, vt supra dictum est, sed ius est quæsitum Ecclesiæ in proprietate per dictum *cap. statutum*, quod auferri non potest per negli-
16 gentiam †Episcopi neque per illius factum, aut actũ maximè inefficacem repudiationis hæreditatis, qui post aditam non admittitur, nisi ad repudiantis præ-
17 iudicium, non † autem alterius, cui ius ex illo actu fuit quæsitum, *Ang. inter cons. Bald. cons. 403. lib. 3. Crau. cons. 26. num. 6. vers. amplius dico Ioseph. Ludouic. vtramque referens conclus. 16. vers. fallit. 3. & notabilius dicta regula*, atque ita quoad fructus,
18 † & administrationem sibi præiudicasset per repudiationem non autem quoad proprietatem, quam Ecclesiæ restituere tenebatur.

Neque releuant protestationes emissæ per eũdem Episcopum in responsionibus ad petitiones Bernardi nepotis, & capituli eiusdem sedis, quod scilicet per
19 † actum releuationis pecuniarum non intendebat adire hæreditatem Iacobi fratris sibi delatam secũdum *cons. Corn. 310. lib. 3.* Quia per actum non au-
20 tem ante, vel in ipso exactionis † productæ fuerunt prout necessarium est ad remouendum consensum ab actu, dum recipit suum, & vlterius contraria est
21 facto claro exactionis † de se aditionem inducentis, quæ non releuant *l. cum in plures §. locator horrei. ff. locat. c. gratum de offic. deleg. Menoch. cons 1. numer. 306. Bec. cons. 574. num. 25. Surd. cons. 143. numer. 59. & 60. lib. 1.*

Non obstat etiam quod frater minor factus Epi-
22 scopus †auctoritate Papæ recuperat ius succedendi ab intestato, & ex testamento, vt per *Bart. in tract. minor. lib. 4. dist. 3. cap. 3. cum alijs allegatis.*
23 Quia conclusio vera est, † sed secũdum terminos *cap. statutum 18. q. 1.* vt sibi vsumfructum, & Eccle-
24 siæ proprietatem acquirat, vt hoc † modo votum paupertatis conseruetur, vt per *Archidiac. dict. cap. statutum num. 2. Natt. cons. 180. num. 5. Feder. de Sen. cons. 20. num. 7.*

Demum non obstat quod Episcopus appareat ex lectura testamenti institutus tanquam laica persona cum onere disponendi ad fauorem personarum, siue
25 personæ sibi beneuisæ, †cuius facultatis nominandi, vel eligendi personas, & loca quibus distribuenda sunt non est incapax, *vt per Bart. in tract. minor. lib. 3. cap. 4. Durant. de art. testan. de tutor. & exequut. testam. caut 7. nu. 3.* quia dum onus restituen-
26 di non est iniunctum fauore †certæ personæ, vel saltem incertæ de certo genere, relictum non sustinetur *§. incertis instit. de leg. l. Paulus la seconda, l. si ita fuerit. ff. de reb. dub. Peregr. de fideic. art. 14. num. 1. vers. quo autem ad primam*, quæ eo magis procedunt in præsenti, vbi agitur de suspicione fraudis, vt
27 † incapaces ad acquirendum, & disponendum per hanc viam liberè disponant recedendo à regulæ, & voto paupertatis.

Et ita decisum &c.

☞ *Decisiones has in hac causa sub diebus 26. Iunij 1617. & 25. Octobris 1618. coram eodem bo. mem. Pirouano adsunt infra in Appendice post decisiones anni 1626.*

R. P. D. VBALDO.

Romana Tutelæ de Boncompagnis.

Veneris 24. Maij 1619.

ARGVMENTVM.

Tutor testamentarius quando remouetur, fit locus Tutori datiuo, item tractatur de satisdatione d. Tutoris datiui. Hypoteca licet non cadat super officijs vacabilibus, tamen bene cadit super eius fructibus, & pretio. Minori datur actio subsidiaria contra Magistratum non eligentem idoneum Tutorem, & quãdo habeat locum ista actio, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Tutores, quando remouentur, tunc alij Tutores sunt dandi, ne minores remaneant indefensi.*
2 *Tutor testamentarius, quando remouentur, est locus tutori datiuo, non autem legitimo.*
3 *Tutor datiuus, quando datur, quid sit inquirendum.*
4 *Tutor datiuus, quando datur cum satisdatione, tunc ista satisdatio supplet defectum inquisitionis.*
5 *Iudices communiter, quando dant tutores datiuos faciunt eos satisdare,*
6 *Tutor datiuus quilibet hodie tenetur satisdare.*
7 *Tutor datiuus, quando est datus à supremo Magistratu non tenetur satisdare.*
8 *Tutor datiuus, quando est datus à minori Magistratu tenetur satisdare.*
9 *Secretario locorum Montium attestanti de rebus ad se pertinentibus defertur.*
11 *Iuuenis, quando quis est, non videtur tristis euentus attendendus.*
12 *Hypoteca non cadit super officijs vacabilibus.*
13 *Hypoteca cadit super officijs vacabilibus respectu fructuum, & pretij.*
14 *Officia vacabilia, si contingat alienari pretium, quod datur vendenti cadit sub hypoteca, & obligatione omnium bonorum.*
Officia vacabilia non possunt vendi sine licentia Principis. num. 14.
Licentia à Principe vendendi officia vacabilia facilè obtineri solet. num. 14.
15 *Officia dicuntur esse in communi commercio.*
16 *Sacerdos est inhabilis ad tutelam.*
17 *Decis. in causa Romana Tutelæ coram Reuerendiss. Coccino Decan. declaratur. & num. 18.*

19 *Tutor datiuus, quando datur, non attenditur vlla gradus proximitas, sed quilibet deputari potest, dummodo sit idoneus.*

20 *Minores habent actionem subsidiariam contra Magistratum, quando non elegit Tutorem idoneum.*

21 *Sed talis actio non datur, quando fuit datus tutor, & fideiussor idoneus.*

22 *Et hoc casu est spectandus præsens status, etiam si ex post facto fideiussor fieret minus idoneus.*

Rota Romana est supremum Tribunal. num.22.

23 *Actio subsidiaria tutelæ contra Magistratum dantem tutorem, quando non detur. & num.25.*

24 *Actio subsidiaria contra Magistratum dantem tutorem minus idoneum, recessit ab aula.*

DECISIO CXVI.

CVM fuerit resolutum in hac causa coram me iam vsque de anno 1616. 18. Maij * esse locum remotioni Tutorum in testamento Gregorij Boncompagni datorum ex rationibus in decisione de-
1 ductis, consequens erat, vt alij Tutores † deputarentur, ne minores remanerent indefensi, *l. pen. C. in quib. caus. tut. hab. l. 2. & 3. & l. pietatis, C. de suspect. tut. Montan. tract. de iur. tutel. cap. 21. nu. 13.* vnde commissa causa in Rota, prout iuris fuerit terminan. post longam agentium pro minoribus per triennium integrum perquisitionem quis esset deputandus, vel Rotæ proponendus, qui posset, aut vellet suscipere dictam tutelam, tandem dicti agentes rogarunt D. Hippolytum de Boncompagnis Sacerdotem, & minorum consanguineum, qui diu reluctans dictum onus, vel modestiæ causa, vel tanquam à clericali professione alienum, tandem precibus nonnullorum Illustrissimorũ eius Dominorum, vel caritate erga minores victus acquieuit, dummodo dictæ tutelæ administratio ad certum tempus duraret, quousque Paulus frater maior pupillorum ad ætatem habilem tutelæ fratrum gerendæ perueniret. Quare dubio in Rota proposito, An ipse in locum tutorum testamento datorum esset deputan. sub fideiussione DD. Augustini, & Clementis eius fratrũ, Domini pro minoribus tantum informantibus affirmatiuè responderunt, & in primis firmarunt in locũ tutoris testamentarij remoti, vel remouendi esse lo-
2 cum tutori † datiuo, non autem legitimo; prout est *text. in l. si quis sub conditione, vers. & si semel, & vers. idem dicimus, ff. de test. tutel.* vbi redditur ratio: nam idcirco hic abijt, vt alius detur, & similis est *text. in l. 3. §. quæri potest. ff. de leg. tut. not. Bart. in d. l. si quis sub conditione, num. 1. & ibi Bald. etiam num. 1. in fin. Ang. Aret. in §. quod autem nu. 2. Inst. de leg. agn. tut. Porc. Inst. de attil. tut. nu. 7 vers. & aduerte. Corn. cons. 175. num. 7. lib. 3. & cons. 183. num. 4. in fin. lib. 4. Ruin. cons. 125 nu. 8. vers. & quia sicut. lib. 5. Guttier. de tutel. par. 1. cap. 12. num. 4. Montan. vbi supra cap. 56. num. 24. & licet aliàs tutor datiuus ex inquisitione dan. videatur. §. sed ex bis. instit. de attil. tut. & ibi glos. ponit* quid inquiri debeat, videlicet circa facultates Tutoris dandi, An
3 sint pares † oneri iniungen. & Tutor sit habilis fide, moribus, & doctrina *l. scire. §. vlt. ff. de tut. dat. ab bis, & ibi Bart. num. 1. ponit de citatione coniunctorum. Bal. in l. omnem num. 6. C. ad Tertull.* quem sequitur *Corn. cons. 163. num. 9. lib. 4. Ang. cons. 325. sub num. 3. Asin. in prax. §. 7. limit. 141. num. 5. vbi de decreto interponen. super idoneitate. Surd. decis. 91. num. 5. Ang. in §. sed ex his, in fin. Instit. de attil. tut.* Tamen in casu proposito Domini existimarunt non esse necessariam ita exactam, & formatam
4 inquisitionem, cum † Tutor sit dandus cum satisdatione, quæ aliàs supplet defectum inquisitionis, vt in terminis dicit *Bero. cons. 123. nu. 23. lib. 3.* benè faciunt tradita per *Surd. d. decis. 91. in princ.* vbi refert *pract. Papien. in form. libell. ad redden. rat. vers. in suo vlt. testamento num. 22. & seq.* dicentem of-
5 ficiales † communiter facere Tutores datiuos satisdare, sequitur alijs relatis, *Guttier. de tutel. par. 1. cap. 12. num. 26.* & ideo neque hic est necessaria alia
6 inspectio. An quilibet Tutor † datiuus teneatur hodie satisdare, *qua in re, gloss. in l. 1. in verbo idoneos. vers. sed hodie C. de tutor. & cur. qui non satisd.* tenet opinionem affirmatiuam ex græca constitutione, quæ est in *§. nos autem. Inst. de attil. tut.* & alij sequuntur relati per *Surd. dicta decis. 91. in princ. Guttier. vbi supra num. 26. Modern. Collen. tract. de tutel. lib. 3. quæst. 23.* licet alij teneant contrarium, vt *Cyn. in rubr. C. de tut. & cur. Fab. & Aret. in §. 1. Inst. de satisd. tut. Piagg. de tutor. & cur. q. 7. nu. 27. & alij relati per Surd. dicta decis. 91. num. 3.* qui di-
7 stinguunt † inter tutorum datum à maiori, vel mi-
nori Magistratu ex inquisitione, vt primo casu non
8 teneatur satisdare. Secundò † verò teneatur, *Guttier. vbi supra num. 25. vbi de communi Montan. eod. tract. cap. 32. reg. 7. num. 98.* sed nos sumus extra istam difficultatem. Quia vt dixi tractatur de Tutore dando cum satisdatione, vltra quod nec deficit aliqualis inquisitio, cum quoad legalitatem, & idoneitatem D. Hippolyti, vltra quod Dominis est satis nota, illa satis probetur per tres testes ad instantiam minorum examinatos, qui deponunt per concludẽtes rationes, quodque ipsius, & fratrum fideiubentiũ facultates ascendant ad notabilem summam specifi-
9 cant ijdem testes, & deducitur ex † attestationibus Secretariorum, quod fratres habent plura officia in Romana Curia licet vacabilia; quibus attestationibus aliàs detulit, *Rota in Romana locorum Montiũ 13. Nouembris 1613. coram me,* & licet fortasse facultates Tutoris, & fideiussorum sint minores fa-
10 cultatibus pupillorum; Tamen † non ideo redditur minus idonea satisdatio, iuxta veriorem sententiam, de qua per *Bald. in l. mulier, prima lectura, C. de iur. dot. cum alijs per Guttier. de tutel. par. 1. cap. 12. num. 21.* tradit *Bart. in l. 2. §. idoneos, in fin. ff. ad Tertull.*

Considerabant etiam Domini ex abundanti, quod ista administratio Tutoris debet esse tantum triennalis, donec videlicet Paulus frater maior pupillorum ad ætatem habilem gerendæ fratrum tutelæ peruenerit, vt supra dictum est, & quod redditus bonorum pupillarium dicuntur valdè extenuati, adeout demptis alimentis pro pupillis, necnon alijs necessarijs impensis diuersarum litium, modica eorum quantitas ad manus Tutoris sit peruentura.

Nec obstare visum fuit, quod bona Hippolyti, & fideiussorum sint pro maiori parte vacabilia, quia per breue S. D. N. præseruatur vacatio, nisi successerit mors omnium fratrum, & cum tutela duratura sit per triennium tantum, vel circa, vt dictum est, & fra-
11 tres sint † iuuenes, non videbatur tristis euentus attenden. *arg. l. fin. C. de pact.* & licet super istis of-
12 ficijs vacabilibus non cadat † hipotheca, vt latè per *Card. Seraph. decis. 1294. num. 3. & seqq.* Tamen id

13 verum est respectu tituli, † secus respectu fructuum, & pretij, vt per eundem *Seraph. ibid. num. 3. & 7.* vbi quod si dicta officia contingat alienari, pretium,
14 quod datur vendenti † cadit sub hypotheca, & obligatione omnium bonorum, & quamuis vendi non possint sine licentia Principis, Tamen vltra quod illa facilè obtineri solet, vt considerat *Cou. lib. 3. var. resol. cap. 19. sub num. 5.* & in hoc casu eo faciliùs videretur posse impetrari, stante iuuentute officialiũ, & tanto magis si dubitaretur de aliquo pupillorum damno, cessat difficultas, quia illud ideo est, vt Papa possit scire per cuius obitum officium sit vacaturum, sed si vendatur durante periculo vitæ in eadem persona penes quam erat, venditio non prohibetur, &
15 officia † dicuntur esse in communi comercio, vt fuit dictũ in *Romana Officij Scriptoriæ 1. Aprilis 1588. coram bo. me. Card. Pamphilio, & in Romana Societatum 29. Ianuarij 1601. coram Illustrissimo D. Cardinali Millino, & in alia Romana Officij Scriptoriæ 17. Aprilis 1617. coram R. P. D. meo Pamphilio.*
16 Nec demum obstat quod D. Hippolytus † sit Sacerdos, & propterea inhabilis ad tutelam, *§. Deo amabiles, auth. de sanctiss. Episc. l. generaliter. C. de episc. & cler. cap. Ciprianus 21. quæst. 3. Surd. decis. 207. num. 7. Cuiac. ad lib. 7. resp. Papien. in l. pecuniæ sortem, ff. de alim. & cib. leg.* quia per Indultum S.D.N. fuit sublatum hoc impedimentum; Neque
17 in hoc casu potest considerari aliqua subreptio, † ex quo non fuit facta mentio aliorum fratrum laicorũ, & habilium, ex adductis in *Romana Tutelæ 5. Maij 1610. coram Reuerendiss. D. meo Decano.* Quia il-
18 la † decisio procedit in tutela legitima succedente in locum testamentariæ inutiliter datæ in persona Clerici; ideo cum Clericus supplicasset pro dispensatione non facta mentione matris pupilli Tutricis legitimæ, meritò fuit resolutum, Breue non suffragari ex defectu intentionis, sed hic sumus in Tutore datiuo dando in defectum Tutoris remoti, vel remouendi, vt supra initio dictum est, quo casu nemini est
19 ius quæsitum quoad tutelam, nec † attenditur vlla gradus proximitas, sed potest à Iudice quilibet deputari dummodo sit idoneus, & bene faciunt notata per *Ruin. cons. 125. num. 3. vers. similiter, lib. 5.*

Quare consideratis omnibus supradictis, & præsertim idoneitate D. Hippolyti, & fideiussorum, & quod eorum officia vacare non possunt, nisi secuta morte omnium, & eorundem iuuenili ætate, necnon breuitate temporis, quo tutela duratura est, & modicitate reddituum pupillarum, qui ad Tutoris manus peruenturi sunt, Domini existimarunt omnibus simul iunctis Hippolytum esse Tutorem deputan.

Et nihilominus addebant etiam alias cautelas pro pupillis, in decreto deputationis apponen.

Quibus stantibus cum satis sit consultum mino-
20 ribus, videbatur cessare difficultas de † actione subsidiaria danda contra Magistratum, *iux l. 1. & per*
21 *tot. tit. ff. &* C. *de magist. conu.* cum † talis actio non detur dato tutore, & fideiussore idoneo, *l. aduersus, vbi glos. & Doct. C. de mag. conu. cum alijs per Montan. de iur. tut. cap. 32. reg. 7. num. 33. & seqq. & per Modernos Collenses, eod. tract. lib. 2. tit. 35. num. 11.*
22 qua in re spectandus est præsens status etiam si † ex post facto fierent minus idonei, *l. 1. §. si magistratus, ff. de mag. conu. Montan. vbi supra num. 40. Modern. loco citato, num. 13. & seq.* & fuit dictum in *Romana pecuniaria 19. Februarij 1590. coram bo. me. Card. Platto.*

Præterea cum iste Tutor sit dandus de ordine Rotæ quæ est supremum Tribunal, cessat actio subsidia-
23 ria, quæ non datur contra supremum † Magistratum dantem Tutorem ex inquisitione, vel cum satisdatione, quæ in locum inquisitionis succedit, vt supra dictum est, *l. 1. in fin. princ. ff de mag. conu. §. not autem, vbi glos. instit. de atil. tut. Surd. d. decis. 91. n. 3. Modern. loco citato, num. 6. & 7. Montan. dicta reg. 7. num. 66.*
24 Vltra quod ista actio dicitur † recessisse ab aula, *Aret. cons. 29. num. 9. vers. præterea consuetudo, Montan. vbi supra, num. 64. Eugen. con. 19. num. 79.* & in
25 omnem euentum Magistratus † ex hac causa non tenetur nisi de dolo, & barattaria, & fuit resolutum in illa *Romana Tutelæ de Pellicanis 21. Februarij 1603. coram Reuerendiss. Damasceno.*

Et ita fuit decisum.

* *Decisio ista in hac eadem causa sub die 18. Maij 1616. coram eodem bo. me. Card. Sacrato, est in præcedenti par. 4. recent. decis. 275.*

R. P. D. VBALDO.

Romana Domus.

Veneris 24. Maij 1619.

ARGVMENTVM.

Spoliatus est ante omnia restituendus, itaque spoliatori denegatur omnis audientia, nisi prius spolium purgauerit, quod intellige verum, etiamsi in possessione fuerit immissus auctoritate Iudicis, iniustè tamen, & nullitèr procedentis; quia tunc Iudex dicitur spoliare, immo si procedat parte instante, quasi eo casu ipsa pars videtur spoliare. Retentio ratione hypothecæ, quando datur, si Iudex nulliter procedat.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus ante omnia est restituendus, & spoliator audiendus non venit, nisi purgato spolio, quod procedit, etiamsi egerit auctoritate Iudicis.*
2 *Iudex iniustè procedens dicitur spoliare.*
3 *Spolium quantumuis iudiciale ante omnia est purgandum.*
4 *Iudex iniustè procedens, parte instante quasi tunc ipsa pars videtur spoliare, & non Iudex.*
5 *Iudex iniustè procedens, tunc dicitur spoliasse, quando iniustitia, & nullitas sententiæ est clara, & notoria.*
6 *Res aliqua debitoris, si ex certa causa peruenerit ad creditorem, si ex illa non subsistat, non potest eam ex diuerso capite retinere.*
8 *Immissio si nulliter data sit à Iudice, ex certo capite, tunc si creditor habeat hypotecam in re, datur ei retentio, si constet de alio diuerso credito. declara vt num. 9. 10.*
9 *Retentio ratione hypotecæ, quando Iudex nulliter processit, tunc datur, quando possessio fuit amissa culpa rei conuenti ob eius contumaciam.*
10 *Tunc enim si creditor offerat probare hypotecam, auditur, & impeditur restitutio, & hæc est communis opinio.*
11 *Spoliato, si non impeditur restitutio per exceptionem*

*nem dominij, multò magis id erit dicendum exce-
ptione hypotecæ.*
12 *Cessionario non potest plus ius competere, quàm ce-
denti competeret. num.13.& 15.*
13 *Dominij, & hypotecæ exceptio non admittitur in
iudicio spolij.*
16 *Spolians, purgato spolio, potest agere pro suo iure.*
17 *Text. in l. si non sortem, §. si centum, ff. de condit.
indebit. cum alijs allegat. per Surd. decis. 46.
num.7. quo casu loquantur.*
18 *Cessionarius non potest agere coram alio Iudice, si
ei cessio facta fuerit pendente lite, super iure ei
cesso.*
19 *Compensatio, & retentio non datur quando credi-
tum non est liquidum.*
20 *Compensatio, & retentio sine admittitur in spolio,
quando creditum non est clarum.*
21 *Retentio ratione melioramentorum non datur, si
de illis non constet.*

DECISIO CXVII.

FVIT firmatum in hac causa die 14. Martij an-
ni præteriti * intrare spolium, quoad domum
subhastatam ex rationibus deductis in decisione
tunc extensa, sed in ea fuit reseruatum, vt videretur,
An Pandolfino possessori domus competeret reten-
tio, quo dubio semel, & iterum proposito DD. ho-
die resoluerunt pro negatiua, quia in primis cer-
1 tum † est spoliatum ante omnia restituen, & posse
audiri nisi ante omnia purgato spolio, *l. si quis ad te
fundum, C. ad l. Iul. de vi pub. DD. in l. naturaliter,
§. nihil etiam, vbi Rip. num.46. de acq. possess. Surd.
cons.28. num.29. Hond. cons.18. num.32. lib.2. Paris.
cons.70. num.25. lib.4. Alex. cons. 89. num.2. lib. 1.
Ludou. decis. Perus. 17. num.1. Menoch. recuper. rem.
1. num.12. Put. decis.138. num.1. lib.1. Rota dec.365.
num.9. par.1. recent.*
2 Quod procedit etiamsi spoliator fuerit immissus
auctoritate Iudicis nulliter, & iniustè procedentis,
quia certum est talem Iudicem spoliare, *cap. con-
queren, vbi Abb. de restit. spoliat. Rim. cons.140. nu.2.
Rol. cons.6. num. 12. lib.2. Surd. cons. 168. num. 26.
Menoch. recuper. rem 8. num.3. Decian. cons.54. n.6.
lib. 4. Cephal. cons. 301. num. 32. Honded. cons. 82.
num.23 lib.1. & cons.21. nu.2. lib.2. Pontan. de spol.
lib.1. cap 16. num.182. & dicta decis.365. num.11. &
in hac causa dicta decis. 14. Martij*, ideo spolium
3 quantumuis iudiciale, † esse ante omnia purgan, &
dicunt prædicti DD. & præter eos *Gabr. de restitut.
spol. conclus.1. num.125. Surd. cons.189. num.30. Ca-
putaq. decis.186. par.3. & decis. 724. num. 5. par.2.*
4 præsertim † quando iudex processit parte instante,
vt hic quasi tunc ipsa pars videatur spoliare, & non
Iudicem, *Dec. cons.125. num.3. vers. cum dicta spo-
liatio. Benin. dicto cons.93. num.5. vers. nec iuuat, &
num.8* & licet prædicta dicantur procedere quando
5 Iniunstitia, & nullitas † sententiæ est euidens, & no-
toria, *vt in Romana de Bombellis 31. Maij 1613.
coram Sacrato*, quam Rota sequuta est in pluribus
causis relatis in *decis.646. num 1. par. 2. recent.* ta-
men in casu nostro adest, & constat ex pluribus nul-
litatibus, & capitibus iniustitiæ, de quibus in *decis.
14. Martij, & prius 24. Februarij 1612. coram me*,
quæ decisiones inter partes non controuertuntur,
sed solum instatur super retentione, quam tamen
DD. vt dixi, censuerunt non competere pro præten-
sis creditis scut.345. solum Palmettæ. Secundo ra-
tione census cum fratribus S. Honuphrij. Tertio pro
alijs pecunijs, quæ dicuntur solutæ diuersis prætensis
creditoribus Ioannis Francisci.
Quia considerabant in primo, quod Pandulphi-
nus non habuit istam domum insolutum auctoritate
Iudicis pro dictis prætensis creditis, quo casu forte
daretur sibi retentio, etiam si Iudex nulliter, & in-
iustè processisset, sed habuit vigore cessionis sibi fa-
ctæ à Bauetto oblatore in Instrumento subhastatio-
6 nis. Vnde † non potest illam retinere etiam pro ve-
ro credito, cum eius occasione res ad eum non per-
uenerit iuxta distinct. *Bart. in l. si non sortem, §. si
centum num.8. vbi Bald. in fin. Castr. num.5. de
cond. & demonstr. Castr. in l. petenti num.3. de pign.
act. Negus. de pignor. 4. membr. 5 par. num.4. vers.
Intelligo*, vbi in fine dicit esse motam *Surd. decis.
exaduerso alleg.46. num.12. Rot. decis.115. num.3.
par.2. diuers.*
Non obstat quod detur retentio ratione hypothe-
8 cæ, quando † de ea incontinenti doceatur, etiamsi
immissio nulliter fuerit data, iuxta doctr. *Bal. in
l.3 §. fin. in fin. ff de acquir. poss. Dec. cons.449. num.2.
Pedemon. decis.37. num.17. Surd. decis.46. num.7.8.
& 16. vbi de communi*, quia fuit responsum prædi-
9 cta intelligi quando possessio fuit † amissa culpa rei
conuenti ob eius contumaciam, vt declarat *Alex. d.
§. fin. num. 27. & 28.* Tunc enim si creditor offerat
10 probare † hypothecam auditur, & impeditur restitu-
tio, & subdit hanc esse veram opinionem, quam ibi
DD. communiter sequuntur refert, & sequitur *Her-
culan. ibi num.33. Negus. de pignor. 2. membr. 3. par.
num.20. & 21.* hic autem Ioannes Franciscus non
amisit possessionem ex culpa, & contumacia, sed fuit
spoliatus à Iudice nulliter procedens ex supra alle-
gatis, ideo ratione hypothecæ, quæ competebat ad-
uersario, non debet impediri restitutio, cum nec ra-
tione dominij, quod esset fortiùs, quam sit hypothe-
11 ca † regulariter impediatur, vel retardetur restitu-
tio in spolio. *Gabr. de rest. spol. concl.1. num. 45. Me-
noch. recuper. remed.15. num.411. & cons.2. nu.189.
Dec. cons.17. num.6. vbi de communi*, & hæc possunt
sufficere pro resolutione.
Sed ex abundanti respondetur ad singulas præten-
siones; primò ad censum scut. 200. super domo im-
positum ad fauorem Fratrum S. Honuphrij, ex Pan-
dulphino cessum pro pretio eiusdem summæ à Bo-
uetto receptæ videbatur cessare retentio, quia sicut
fratres non possunt agere pro recuperanda sorte, ex
Constitntione Pij V. super censibus, ità nec Pan-
dulphinus eorum cessionarius agere poterat, & con-
sequenter retinere hoc nomine domus censuatæ nul-
12 liter acquisitæ, † cum non plus iuris competat ces-
sionario, quam cedenti competeret, *l. nemo plus, ff.
de reg. Iur. l. emptor, vbi Bald. C. de hæred. vel act.
vend. Surd. cons.22. nu.16.* Quoad scut 345. quæ Pan-
dulphinus dicit soluisse Palmettæ, quæ vendiderat do-
mum Io. Francisco pro reseruatione dominij, & hy-
13 pothecæ, donec de pretio integrè † satisfaceret, licet
Rota alias inclinauerit pro retentione, quoad credi-
tum, *vt in decis. 22. Ianuarij 1616. confirmata 22.
Iunij eodem anno*, tamen nunc maturiùs discussa, &
ex professo super isto articulo retentionis reseruato
in *decis.14 Martij anni præteriti* sensit oppositum,
14 vltra quod ista exceptio dominij, † & hypotheca re-
spiciunt petitorium, & reijcitur in hoc iudicio *Ias.
vt di-*

vt dictum est, & tradit *Verall. decis. 9. lib. 2. in manuscr.* dicebatur etiam domum non fuisse subhastatam ad instantiam Palmettæ, nec ipsam habuisse pecunias pro residuo pretij vigore dictæ subhastationis spoliatiuæ, sed qua ratione poterat ipsa vigore reseruationis agere pro residuo pretij, & redire pro rata non soluta ad pristinam possessionem ita, & Pandul-
15 phinus potuisset † tanquam eius cessionarius ex alleg. vnde vigore cessionis poterat hæres Pandulphi-
16 ni prius purgato † spolio agere ex iure cesso, vt poterat Palmetta.
17 Non obstat text. † *in. l. si non sortem, §. si centum cum alleg. de condict. indebit.* per *Surd. decis. 46. n. 7.* quia non loquuntur quando actum fuit remedio spolij, vt hic, sed conditione indebiti ad recuperandum fundum datum pro maiori quantitate; & etiam censuit *Rota in Romana domorum Burgi 22 Iunij 1615. coram me*, quibus accedebat, quod Pandulphinus reportauit istam cessionem de anno 1610.
18 lite pendente super spolio, & post inhibitionem † Rotalem, vnde non potuit agere tanquam cessionarius coram alio Iudice absque vitio attentatorum.

Quo verò ad pecunias redactas ex pretio subhastationis, & consignatas diuersis prætensis credito-
19 ribus Ioannis Francisci, † vltra quod dicebatur credita non esse liquida, quo casu sine dubio cessat retentio, & compensatio *Surd. decis. 184. num. 6. Seraph. decis. 1455. num. 4. Rota decis. 679. nu. 5. par. 1. recent. & in dicta Romana domorum Burgi coram me*, in qua etiam fuit responsum ad *decisionem in causa Reatina coram Decano exaduerso alleg.* tan-
20 to † magis in *causa Spolij, Verall. decis. 171. num. 3. par. 2.*

Respondetur etiam pro istis prætensis creditis esse Pandulphino aliundè cautum, nam super pensionibus domus, ad quam restitutionem veniret condemnan. à tempore motæ litis, & sic paulò post subhastationem, & deliberationem eiusdem domus.

Deniquè nec visum est competere retentionem
21 ratione melioramentorum propter faciem † domus mutatam, quia de illis non constat, & ideò non potest obstare petitæ reintegrationis.

Ex quibus &c. retentionem non competere fuit responsum.

☞ * *Hanc, aliasq. decisiones in hac causa babes infra in Appendice post decisiones anni 1626.*

R. P. D. REMBOLDO

Ferrarien. Bonorum.

Lunæ 3. Iunij 1619.

ARGVMENTVM.

Ecclesia, si concesserit sua bona in emphyteusim alicui vsque ad 3. eius generationem dato quod deficiat dicta generatio, tunc dicta bona deuoluuntur ad Ecclesiam, & maximè si adsit tale pactum, & nō obstante, quod aliquis ex inuestitis disposuerit de dd. bonis ad fauorem Ecclesiæ, vel locorum piorū, & quid stant e Constitutione Bonifaciana reducente bona Ecclesiastica Ferrariæ ad instar allodialium.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia, vel aliud locum pium est capax bonorum emphyteuticorum saltem ad effectum vendendi, & num. 8.*

2 *Locatio, quando est finita, non obstante quauis dispositione conductorum, ad Dominum directum deuoluitur res locata.*

3 *Constitutio Bonifaciana emanata ad fauorem Ciuium Ferrarien. circa bona Emphyteutica Ecclesiastica, quid disponat, & num. 4. 5. 6. 14. & 15.*

7 *In Fauorem alicuius ea, quæ sunt inducta non debet in eius odium retorqueri, & num. 12.*

9 *Verba prægnantissima, si in aliquo priuilegio posita sint, debent operari etiam vltra ius commune, & num. 10.*

11 *Constitutio Bonifaciana, quoad bona emphyteutica Ecclesiastica Ferrariæ redigit d. bona ad instar allodialium.*

13 *Priuilegium quando est dubium, qualiter veniat interpretandum.*

15 *Constitutio Bonificiana, quo ad bona Emphyteutica Ecclesiastica Ferrariæ, cum emanauerit ad hoc, vt d. bona perpetuò maneant penes Ciues.*

16 *Ideo, quando cessat causa ista conseruationis dd. bonorum in eos, sumi debet interpretatio ad fauorem Ecclesiæ inherendo dispositioni Iuris communis.*

17 *Bona emphyteutica Ecclesiastica quando sint concessa alicui ad tertiam generationem, si ista generatio deficiat, bona deuoluuntur ad Ecclesiam.*

DECISIO CXVIII.

DOMINI censuerunt sententiam, qua declaratum fuit bona de quibus agitur fuisse ad Ecclesia Rauennaten. deuoluta fore confirmandam.

Quod enim sit valida apparet ex reuolutione processus, in quo ad sunt omnia ad hunc effectum requisita, neque ea à partibus controuertuntur: & iustitia probatur ex pluribus decisionibus coram Reuerendiss. D. meo Decano factis. Quibus non obstant denuo in contrarium nunc inculcata cum; enim concessio bonorum de quibus agitur facta legatur ad tertiam Thomæ generationem, & cū pacto expresso, quod dicta bona generatione finita ad Ecclesiam deuoluerent, dubium nullum est, quin iure communi, ac etiam tenore dictæ concessionis inspecto per mortem Thomæ sine filijs factus fuerit locus dictæ deuolutioni, ita quod nulla ratione potuerint dicta bona in extraneam personam, & multo minus in Ecclesiam, seu aliud opus pium transire; non
1 quod † Ecclesia, siue aliud opus pium capax non sit bonorum emphytheoticorum, saltem ad effectum illa vendendi *iuxta distinctionem de qua per Speculat. in tit. de locat. in §. nunt. aliqua. numer. 117.* sed quia finita locatione deficit potestas in transferente,
2 & bona eo casu † ex dicta Iuris dispositione, & etiā ex pacto in ipsa concessione apposito, non obstante quauis alia dispositione vltimi inuestiti, ad Dominū directum deuoluuntur.

Nec substit quod dicta bona saltem vigore Con-
3 stitutionis † Bonifatij qua disponitur, quod bona quæ alias deuoluerentur ad Ecclesias quocumque modo vel per inuestituram non petitam, vel per Canonem non solutum, vel alio modo, Ecclesiæ non incorporentur, sed possint quocumque titulo per possessores alienari quoad vtile dominium: potuerint à dicto Thoma in opus pium transferri, quia præterquamquod dicta facultas alienandi fuit per dictam con-

constitutionem data cum expressa restrictiua dum-
4 modo † alienatio non fiat in personas de iure prohi-
bitas, & imo in eademmet constitutione explicitis
verbis decernitur quod alienatio in personas prohi-
bitas fieri non debeat, & etiam quod facta pœnitus
viribus non subsistat; ex quibus apparet nedum non
fuisse per dictam Constitutionem concessam dictam
facultatem alienandi in personã prohibitam, sed etiã
explicite interdictam. Placuit etiam DD. quod di-
cebatur, quod cum dicta Constitutio emanauerit ad
fauorem Ciuium Ferrarien. tantum, † ad effectum
scilicet vt bona emphyteotica perpetuo apud eos re-
manerent absque eo quod tenerentur illa ab Ecclesijs
emere, nulla ratio suadere videtur, quod quatenus
etiam verba dictæ Constitutionis essent dubia, censeri
debeat fuisse per eam etiam ad fauorem personarum
prohibitarum iuri communi derogatum; & maximè
6 quod si Ecclesia, † & alia loca pia capaces bonorum
effecti fuissent per dictam Constitutionem, vtique te-
nerentur ciues à dicta Ecclesia vel loco pio emere
ea bona, quæ data dicta incapacitate ab Ecclesia
Domina directa, obtinerent modico Laudemio solu-
to; cum illa semper teneantur Ciues inuestire, atque
7 ita huiusmodi intellectu, admisso in odium † potius
dictorum Ciuium retorquerentur quæ in ipsorum
fauorem inducta sunt, quod est absurdum *iuxt. trad.
in l.nulla ff.de leg.& in l.quod fauore C.eodem.*

Nec propterea obstat quod dicitur, quod restri-
ctiua seu prohibitio in dicta Bonifatij Constitutione
facta, quod alienatio in personas de iure prohibitas
fieri non possit intelligi debeat, vt in dictas personas
8 alienatio nõ fiat quatenus ipsæ de iure sunt prohibitæ
ad effectum † scilicet retinendi bona non autem ad
effectum illa vendendi, & fruendi precio. Tum
quia cum dicta prohibitio simplex non sit, sed ver-
bis prægnantissimis, & cum decreto annullatiuo cõ-
9 cepta, ibi præsertim, & facta pœnitus viribus † non
subsistat operarij, proculdubio aliquid debet vltra
Ius commune, itaut per eam censeatur prohibita
10 † alienatio ad omnem effectum iuxta dictorum ver-
borum generalitatem, vt in proprijs terminis dictæ
Bonifatianæ consuluit *Ruin.Iun.cons.453. num.8. &
seqq.& latè demonstrant scribentes pro Ecclesia
Rauennaten.* qui bene ponderant singula verba di-
ctæ prohibitionis, tum etiam quia in omnem euentũ
quod per dictam Constitutionem non esset prohibi-
ta alienatio ad effectum vendendi, & precium perci-
piendi, sufficit quod non fit vltra iuris dispositionem
& sic etiam finita locatione, atque contra pactum
expressum in concessione appositum vigore eiusdem
Constitutionis concessæ.

Nec dicatur bona emphyteotica fuisse vigore di-
ctæ Constitutionis ad instar allodialium redacta,
11 † ideoque negari non posse quin per eam fuerit cõ-
cessa libera facultas illa in quamcunque personam
alienandi: quia hoc procedit quoad ea, quæ non fue-
runt expresse in dicta Constitutione prohibita, &
12 quæ fauorem Ciuium, ad quorum † commodum, &
vtilitatem emanauit dicta Constitutio, respiciunt; non
autem quoad illa quæ tendunt potius in dictorum
Ciuium præiudicium vel sunt in dicta Constitutione
prohibita in his enim etiam quatenus verba Consti-
13 tutionis essent dubia, magis ea interprelatio † sumi
deberet, quæ Ecclesiæ Dominæ directæ fauet, & iu-
ris communis dispositionis conuenit, quam quæ alijs
locis pijs absque vllo commodo Ciuium opitulatur,
& est iuris communis dispositioni contrariæ *iuxta
tr ad.per Soccin.Iun. cons.105. num.32. lib.3. Paul.
Castr.cons.270.num.2.lib.2.Rom. cons.308. nu.6.*

Et eadem ratione tollitur quod dicitur, quod fa-
14 cultas † alienandi Ciuibus per dictam Constitutio-
nem cõcessa potius ampliari debeat quam restringi
ex adductis per *Surd.cons.421. numer.13. & seqq.*
tum quia hoc procedit in dubio, non autem quoad
ea in quibus alienatio, legitur expresse prohibita,
tum etiam quia cum vt dictum est Constitutio ema-
15 nauerit ad effectum vt bona † perpetuò apud Ciues
remanerent, dictisque propterea Ciuibus facultas hu-
iusmodi bona alienandi concessa fuerit, eatenus di-
cta facultas ampliari debet, quatenus illa tendat ad
dictorum bonorum pœnes eosdem Ciues conserua-
tionem; in alijs verò sumenda est interprætatio, quæ
16 † Ecclesiæ Dominæ directæ fauet, & est minus cõ-
traria Iuris dispositionis, vnde cum in casu de quo
agitur alienatio non tendat ad conseruationem bo-
norum pœnes Ciues Ferrarien., vel censeri omninò
debet, quod vel per dictam Constitutionem fuerit
prohibita vel saltem non concessa, ideoque remanet
sub dispositione Iuris; iuxta quam dubium nõ est quin
17 † stante obitu Thomæ absque filijs, bona fuerint
ad Ecclasiam Dominam directam deuoluta, nec po-
tuerint à dicto Thoma mediante dispositione in eius
testamento facta in opus pium transferri *vt supra
dictum est & plenius firmatur in decisionibus coram
Reuerendissimo D. meo Decano factis*, *in quibus
etiam abundè fuit responsum alijs in contrarium ite-
rum inculcatis &c.*

REVERENDISS. MANZANEDO
Patriarcha Hierosolymitano.

Romana Nullitatis Testamenti.

Lunæ 3. Iunij 1619.

ARGVMENTVM.

Testamentum, si sit stipulatum à Notario non habente facultatem rogandi instumenta veluti stante statuto, disponente, vt instrumentis rogatis à Notaris non matriculatis non adhibeatur fides, tunc dictum testamentum subiacebit vitio nullitatis. Testamentum si careat signo Notarij, iste defectus, quando obstet, & quando non, & quo casu suppleatur, per clausulam, actum &c.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum rogatum à Notario non habente facultatem rogandi non facit fidem.*
2 *Notarius non descriptus in matricula Notario-riorum non potest exercere officium Notariatus.*
3 *Statut, lib.1.cap.31. disponit, vt instrumenta Notarij non matriculati non faciant fidem in iudicio, nec extra.*
4 *Protbonotarij Apostolici, possunt creare, & approbare Notarios.*
5 *Protbonotarij Apostolici, licet possint creare Notarios, non tamen babent facultatem admittendi illos ad exercitium in Vrbe, nisi seruata forma Statut.Vrb.lib.1.cap.31.*
Nec non Constitutionum Summorum Pontificum Iulij Papæ II. & Leonis X.
6 *Testamentum est nullum si careat signo* Notarij.

Notarij signum est de requisitis matricis, seu prothocolli.

7 *Instrumento publico non admittitur fides, si fuerit omissum signum Notarij. Cum sola subscriptio eius sufficiat declaratamen vt num. 8.*

9 *Notarius, quando non est creatus cum debitis solemnitatibus, illius scripturis non est adhibenda fides.*

10 *Notarius, quando non apposuit signum in instrumento, sufficit pro illius validitate, vt adsit dictio actum &c.*

11 *Quod intellige, quando instrumentum fuit repertũ inter alias scripturas authenticas alias secus.*

12 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 31. Quod Notarij non matriculati rogari non possint &c. quid disponat, refertur.*

13 *Statutũ Vrb. lib. 1. cap. 31. procedit etiam si instrumentum celebratum esset inter forenses, & de rebus extra districtum existentibus.*

15 *Statutum Vrb. lib. 1. cap. 31. minime substit, vt aliqui putant, abijsse in dissuetudinem, & quare. num. 16.*

17 *Notarij Collegii Curiæ Capitolini non egent alia descriptione, seu matriculatione, post Bullam Sixti Quinti, continens creationem Collegii eorum.*

18 *Statutum Vrb. lib. 1. cap. 31. abiit in dissuetudinem quoad Notarios Capitolinos.*

19 *Statutum Vrb. lib. 1. cap. 31. non abiit in dissuetudinem, quoad Notarios creatos à Prothonotariis,*

Nam nullatenus possunt exercere officium Tabellionatus in Vrbe, nisi seruata forma Statut. Vrb. lib. 1. cap. 33. & Constitutionum fel. rec. Pij II. & Leonis X.

20 *Constitutiones Summ. Pont. Pij II. & Leonis X. statuentes, vt instrumentis Notariorum non matriculatorum in Archiuio Romano nulla fides adhibeatur &c. de consensu,*

Saltem tacito Superiorum non fuerunt obseruatæ.

21 *Decis. in causa Romana fideicommissi de Caetanis coram Coccino eclaratur.*

22 *Testamento nullatenus creditur, si sit stipulatum à Notario non matriculato, sic disponente & annullante statuto.*

23 *Statutum potest probibere, ne instrumenta, testamenta &c stipulata à Notariis non matriculatis non probent.*

24 *Instrumentis, vt fides non adhibeatur, quia sunt rogati à Notariis matriculatis, requiritur, vt ista negatiua concludenter probetur.*

25 *Negatiua non probatur ex inspectione libri, in quo est, id quod quæritur, si in eo appareat aliqua folia fuisse lacerata.*

Potest enim esse, vt id quod non reperitur, fuerit in foliis laceratis.

26 *Notarius, quod non sit descriptus in matricula, ista negatiua non probatur ex libro squinternato, & in quo multa folia desunt.*

DECISIO CXIX.

DOMINI censuerunt Testamento Marci Antonij Broggiæ non esse adhibendam fidem
1 cum † fuerit rogatum à non habente auctoritatem,
nempe à q. Octauio de Bonis in matricula Archiuij
non descripto, & sic non valenti exercere officium
2 Notariatus. † Vnde ab eo gesta tanquam nulla, non
faciunt fidem in iudicio, nec extra, vt disponitur ex-
3 presse in statuto † Vrbis c. 31. lib. 1.* & in simili cõ-
suluit. *Plot. cons. 1. nu. 2. & 3. & facit decis. Mobed.*
2. de testam.

Nec videtur obstare quod R. P. D. Matthæius in
4 in vim facultatis à fel. rec. Sixto V. † concesse Pro-
thonotarijs d. Octauium creauerit Notarium, & ap-
probauerit, quia licet Prothonotarij habent facul-
tatem creandi Notarios, non tamen habeant facul-
5 tatem admittendi † illos ad exercitium in Vrbe, nisi
prius seruata forma dicti statuti, & Constitutionum
Iulij Papa II. & Leonis X. de quibus in Bullario in
ordine const. 6. vers. teneatur, nempe quod descri-
bantur in matricula Archiuij, & Notariorum.

Vlterius visum fuit DD. dictum testamentum in-
6 validum ex eo, quod caret signo † apponi solito
quod tam de iure communi, quam ex dispositione
statuti cap. 33. lib. 1. est de requisitis matricis seu
protocolli *iuxt text. in l. fin. C. de accessoribus specul.*
in til. de instr. edit. §. breuiter. num. 15. vers. in fin. au-
tem Felin. post alios in cap. cum P. Tabellio num. 5.
& seqq. de fid. instr. Bald. cons. 476. numer. 8. lib. 1.
Alex. 153 num. 12. vers. nota tertio lib. 2. Corn. cons.
226. num. 1. lib. 3. Paris. cons. 27. nu. 6 lib. 2. & quam-
7 uis alias Rota admiserit signum † omissum non adi-
mere fidem *vt in decis. Seraph. 902.* & quod sola sub-
scriptio Notarij sufficiat *vt in decis. 30. par. 2. recent.*
tamen id intelligitur quando constat Notarium ha-
8 buisse signum † proprium, sed sic est quod dictus
Octauius non solum non apposuit signum in dicto
Testamento, sed in sua creatione signum non elegit
prout ab alijs Notarijs fuit obseruatum illud appo-
nendo in libro in quo fuerunt matriculati vt dispo-
9 nit d. statut. 32. in fin. lib. 1. † Vnde merito fuit Nota-
rius imperfectus, & illius scripturis non est adh. ben-
da fides ex supra alleg.

Nec obstat quod licet non apposuerit signum in
10 dicto testamento tamen † pro validitate sufficiat
quod adsit dictio actum &c *vt in illa Romana de*
Vecchiis 6. Ianuarii 1615. coram R. P. D. Pirouano,
quia decisio loquitur in diuerso casu, nempe quando
11 instrumentum fuit † repertum inter alias scripturas
authenticas, & non vt in nostro casu nullibi adest si-
gnum, & sic est defectuosum in totum.

Ex quibus ita fuit resolutum &c.

ANNOTATIO.

12 PRæsens Statutum Vrbis † lib. 1. cap. 31. vbi ex-
pressè disponitur, *quod nullus Notarius creatus*
à quocunque, quauis facultate fungente possit offi-
cium Tabellionatus, seu Notariatus in Vrbe exer-
cere, aut de quibusuis contractibus, distractibus,
testamentis, aut quibusuis vltimis voluntatibus se
rogare, aut quouis modo instrumenta conficere, nisi
fuerit in matricula Notariorum Vrbis, quæ penes
Secretarium Conseruatorũ retinetur, descriptus, &
adnotatus, & quis contrafecerit ipso iure falsi pœnã
incurrat, & tanquam falsarius puniatur, & nihi-
lominus gestis per eum nulla omnino nec in iudicio,
nec extra fides adhibeatur &c. Quale Statutum
procedit etiamsi instrumentum esset celebratum in-
13 ter forenses, † & de rebus extra districtum existen-
tibus, ergo multo magis, si prout in decisione,
aga-

agatur inter Ciues & incolas; & de bonis in Vrbe
existentibus; prout etiam fuit resolutum in causa
Romana Iuris creandi Notarios 13. *Iunij* 1622. *co-*
ram bon.mem. Reuerendiss. Coccino, vbi plura alle-
gantur, & dicitur, prout quoque hic habetur in de-
14 cisione num. 4. quod licet Prothonotarij † de nu-
mero participatium possint creare Notarios, atta-
men Notarij sic creati non possunt officium exerce-
re, nisi prius fuerint descripti in Archiuio.

Decisio ista Romana Nullitatis Testamenti, co-
ram bon.mem. Reuerendissimo Patriarcha Manza-
nedo, amplè fuit secuta, & confirmata, *in causa*
Romana Hæreditatis de Cribellis 18. *Iunij* 1638.
coram R. P. *D. meo Ghisilerio* Vbi asseritur, nequa-
15 quam subsistere† dictum Statutum Vrbis lib. 1. c. 31.
abijsse in dissetuditudinem, *ex relatis per Modernum*
in annotat. ad dictum Statutum Vrb. num. 10. Quia
contrarium ostenditur ex præsenti decisione coram
16 Manzanedo, † quæ fundatur in dispositione dicti
Statuti, emanata eodemmet anno, quo rogatum
prætenditur testamentum, de quo in dicta decisione
R. P. D. Ghisilerij agebatur.

Est tamen animaduertendum, vt ibi subditur, quod
17 cum post prædictum Statutum † emanauerit Bulla
fel. rec. Sixti V. creationis Collegij Notariorum
Curiæ Capitolij, Vnde cum isti sint à Papa creati, nō
egent alia descriptione, & approbatione & quo ad
istos dici potest Statutum abijsse in dissuetudinem,
18 non † verò quo ad Notarios creatos à Prothonota-
rijs, vt est casus noster, qui si velint in Vrbe exerce-
re exercitium Tabellionatus, nequaquā, illud exer-
19 cere possunt, nisi seruata forma Statuti† Vrbis lib. 1
cap. 31. & Constitutionum Summ. Poutific. Iulij II.
& Leonis X. quæ quoque requirunt, descriptionem
Notarij in Archiuio Romano, ad hoc vt illius in-
strumenta fidem faciant.

Nec releuat, dictas Constitutiones, vt firmauit,
Rota in causa Romana fideicommissi de Caetanis 25.
Februarij 1633. *coram bon.mem. Coccino*, *quam*
decisionem posui infra part. 6. recent. in ordine decis.
184 *num.* 47. de consensu saltem tacito Superiorum,
20 non fuisse † obseruatas; nam probato Notariatu, de-
fectus huiusmodi non descriptionis nullatenus atten-
ditur ex æquitate, ne tot, tantæque laudabiles di-
spositiones corruant, *vt respondit Rota in causa*
Romana Officii Notariatus 15. *Martij* 1610. *coram*
bon.mem. Reuerendiss. Penia erit inter eius à me im-
primendas decis. 1173.

Pro responsione enim est considerandum, decisio-
21 nem illam in causa Romana fideicommissi† de Cae-
tanis, non procedere in terminis Notarij exercentis
in Vrbe suum officium, ibi enim agebatur de testa-
mento rogato extra Vrbem, ideo non procedit in
terminis testamenti rogati in Curia, in qua concur-
runt duæ prohibitiones, vna proueniens ex dd. Con-
stitutionibus, & altera ex dicto Statuto Vrbis, quæ
prohibitio non poterat afficere testamentum, de
quo loquitur decisio Coccini, conditum per multos
annos ante promulgatum d. Statutum.

Quod enim Testamentum non probet, quando
est stipulatum à Notario non matriculato, sic dispo-
22 nente Statuto prohibente, & † annullante, vt in-
strumentum non valeat, & non probet scriptura
facta à Notario non matriculato. *latè asserit Simon*
de Prat. cons. 173. *num.* 10. *vers. queniam Dominus*,
& num. 11. *vers. tertia ratio*, *& de interpretat. vlt.*
volunt. lib. 4. *interpretat.* 3 *dub.* 2. *num.* 121. Et quod
23 prædictū † Statutum valeat probant *Dec. in cap. sicut*
de probat. num. 33. *Fulgos. cons.* 151. *sub num.* 1. *vers.*
secundo quia Alex. cons. 119. *num.* 14. *lib.* 6. *Angel.*
cons. 194. *num.* 1. *vers. constat d. Notarium Dec. con-*
sil. 564. *num.* 13. *vers. prædictis etiam Roland. à Val-*
le cons. 9. *num.* 27. *lib.* 3. *respondit que Rota iu dicta*
causa Romuna Hæreditatis 18. *Iunij* 1638. *coram*
R. P. D. meo Ghisilerio.

Aduerte insuper, ad hoc vt instrnmentis Nota-
riorum non matriculatorum fides non adhibeatur,
24 requiritur vt concludenter † probetur dicta non de-
scriptio, ideoque & diligentia facta in Archiuio non
probatur dicta negatiua quando notula appareret
squinternata, & haberet folia lacerata, quo casu
per simplicem inspectionem non probatur negatiua.
Corn. cons. 210. *incip. Visis nonnullis actis numer.* 4.
Crauett cons. 112. *incip. in causa Magistri Iordani*
num. 7. *Herculan. in tractat. de negatiua num.* 173.
Potest enim esse, vt id quod quæritur, sit in folijs
25 † laceratis, aut libris deperditis, *quemadmodum*
pluries ponderauit, Rota *& præsertim in causa Ia-*
nuen. Abbatiæ 2. *Decemb.* 1633. *coram bon.me. Pi-*
rouano, & in eadem causa 14. *Martij* 1635. *coram*
R. P. *D. meo Ghisilerio quas decisiones posui infra*
prima est decisio 241. *num.* 4 *par.* 5. *recent. altera ve-*
ro 29. *num.* 67. *par.* 6. *recent & nuper in causa* Roma-
na, seu Iauueu. quarti dotalis 2. *Iunij* 1642 §. *At hic*
sumus. vers. vnde cum in dd. libris deperditis, vel fo-
lijs deficientibus possibile sit, & 27. *Aprilis* 1643. *co-*
ram eodem R. P. D. *Ghisilerio*, §. *vnde semper verum*
est. vers. *deficiunt aliqui libri, & in altero folia, in*
quibus potest esse, quod huiusmodi derogatio registra-
ta fuerit &c. Et in puncto nequaquam probari non
26 matriculationem Notarij, † ex libro in quo aliqua
folia apparent lacerata, resoluit *Rota coram bo. me.*
Penia in supra allegata Romana officii 15. *Martij*
1610.

Paulus Rubeus.

R. P. D. REMBOLDO.

Romana Saluiani.

Lunæ 3. *Iunij* 1619.

ARGVMENTVM.

Prohibita alienari non cadunt sub generali obligatione bonorum, sed hoc limitatur, si prohibitio alienationis fuerit facta ad certum effectum limitatum, scilicet ad effectum præstandi consensum, & sic soluatur laudemium, vel quid simile. Instrumenta ita debent interpretari ne contineant contrarietatem.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas colligitur ex reuolutione actorum.*
2 *Prohibita alienari non cadunt sub hypoteca, & obligatione generali omnium bonorum.*
3 *Alienari prohibita, an durante vita possidentis, possit obligari commoditas percipiendi fructus.*
4 *Alienationis prohibitio si nō comprehendat simplicem hypotecam, & obligationem, sed solum fuit factum ad certum effectum, non videtur res prohibita hypotecari.*
5 *Laudemium pro præstando consensu in alienatione soluitur Domino.*

6 Obli-

6 *Obligatio vt censeatur prohibita ex prohibitione alienationis debet esse generalis.*

7 *Emphyteusis concessio dicitur perpetua si sit concessa pro hæredibus, & successoribus quibuscunque.*

8 *Emphyteusis, quod sit concessa in perpetuum, & quod sit prohibita alienari, ista inter se differunt.*

9 *Instrumenta debent interpretari vt non contineant contrarietatem.*

10 *Alienationis prohibitio concepta ex vna causa, ad diuersas non extenditur, & non dicitur generalis.*

11 *ex Conuentionibus, & pactis colligitur qualis fuerit mens contrahentium.*

12 *super Alienare prohibitis non constituuntur census, nec assecuratur dos, & si fiat, quid ex hoc arguatur, & num. 13.*

14 *in Obligatione omnium bonorum non censetur quis voluisse comprehendere ea, quæ subiecta sunt alieno dominio.*

15 *ex Consuetudine alienantis colligitur qualis fuerit eius mens.*

17 *Mulier si in certis bonis constitutum habet fundũ dotalem, non potest actionem experiri super diuersa re.*

DECISIO CXX.

DOMINI dixerunt sententiam A. C. qua declaratum fuit D. Curtum esse immittendum in possessione domus & vineæ, de qua agitur, vigore vtilis saluiani esse confirmandam; quia de illius vali-
1 ditate constat ex reuolutione† processus, in quo apparet eam fuisse latam seruatis seruandis præcedente nimirum iurisdictione, mandato, & citationibus, vt sæpius fuit resolutum.

Iustitia verò probatur ex deductis in alia decisione in hac causa 18. Febr. præteriti facta.

Quibus non obstat, quod cum domus sit emphyteotica, & vt apparet ex instrumento quod datur
2 summ. Francisci nom. 5. prohibita alienari † non cadat sub obligatione, & hypoteca omnium bonorum ad fauorem Curti in instrumento census de quo agitur apposita, quia quicquid de illa quæstione dicendum esset, vtrum stante quauis generalis prohibitio-
3 ne, † potuerit durante vita emphyteotæ obligari cõmoditas percipiendi fructus, de qua per *Grat. cons. 22. num. 3. & cons. 54. nu. 14. lib. 1.* visum fuit DD. in præsenti facti specie nõ esse extra controuersiam; nam ex lectura dictæ prohibitionis apparet eam non comprehendere simplicem hypotecam, & obliga-
4 tionem, & præsertim † ad effectum satisfaciendi creditoribus de fructibus, de quibus hodie agitur, sed tantum illas alienationes, per quas omninò transfertur dominium, ne scilicet Dominus directus priuetur
5 laudemio, † quod pro præstando consensu illi soluitur; iuxta tradita per *Ias. in l. fin. num. 39. & seq. C. de iur. emphyt. Aym. cons. 464. num. 1. cum alys allegatis in vna Lauden. deuolutionis 16. Iunij 1596. coram Corduba*, cum maximè dicta prohibitio facta non fuerit alienationis lato sumpto vocabulo, prout ad effectum, vt huiusmodi obligatio prohibita censeretur necesse fuisset, *Rota decis. 426. num. 8. par. 1. diu. & fuit dictũ in* Romana *saluiani interdicti* 17. Maij 1601. *coram bo. me. Litta, & in alia* 10. *Decembris eiusdem anni coram Reuerẽdiss. D. meo* Decano, & concessio dictæ domus facta legatur in per-
7 petuum pro hæredibus, & † successoribus quibuscumque cui concessioni; quia præcisa alienationis
8 † prohibitio repugnaret ne idem instrumentum contineat contrarietatem, censeri omnino debet partes
9 contrahentis † huiusmodi prohibitionem intellexisse ad effectum præstandi consensum recipiendi laudemium vt supra dictum est.

Quod videtur clariùs etiã ex verbis, quia dicta pro-
10 hibitio† concepta colligitur, cũ non simpliciter facta legatur, sed cũ clausula, nisi obtẽto prius benepla-
11 cito, & soluto laudemio; quod manifestè ostẽdit † qualis mens contrahentium fuerit, ne scilicet in præiudicium Domini directi, ac laudemij ei debiti, vtile dominium mutaretur; *vt sæpius fuit in Rota in similibus terminis ponderatum, & præsertim in d. Lauden. deuolutionis 9. Decembr. 1596. coram Corduba.*

His accedit obseruantia subsequta; constat enim quod idem Stephanus imposuit censum in specie su-
12 per ista domo, super qua etiam† assecurauit dotem per ipsum receptam, vt in summ. Curti num. 5. & 6.
13 quod manifestè ostendit ipsum non intellexisse † domũ esse prohibitam hypotecari ad effectum saltem, vt dictum est, satisfaciendi creditoribus de fructibus.

Atquè hinc quoque tollitur quod dicitur quod verisimile non est voluisse Stephanum stante dicta prohibitione alienationis comprehendere, etiam hãc domum in obligatione omnium suorum bonorum,
14 cvm † sit alterius dominio subiecta, quia hoc cessat ex prædicta obseruantia, & obligationibus in specie
15 de ista domo factis; nam ex consuetudine † alienantis colligitur potissimum qualis fuerit mens ipsius in contrahendo, *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib. 3. tit. 9. num. 67. & seq.*

Nec obstant cessiones ab anterioribus creditoribus, quia respectu sortis principalis censuum non possunt aliquid prætendere, cum illis non liceat eam repetere; & fructus per eos vt prætenditur soluti, & postea decursi compensari debent cum fructibus domus ab ipsis perceptis, qui longè excedũnt fructus dd. censuum.

16 Non obstat, quod † Signeri Cessionarij egerint etiam pro sorte principali ad effectum illam deponendi, donec præstaretur alius fideiussor, aut cedula bancaria, quia vltra quod hoc non iustificatur in facto quoad Franciscum, & Paulum, poterunt in omnem euentum Franciscus & Paulus quatenus verè cõstabit ipsis fuisse aliquod ius ex tali cessione quæsitum, eandem immissionem vigore dictæ cessionis obtinere, nec interim retardari debet immissio ad fauorem dicti Curti decreta.

Non obstant quæ ad retardandam dictam immissionem de retentione dicuntur ratione crediti dotis scut. 2000. Annæ matris Victoriæ vxoris dicti Stephani, quia vltra responsiones in alia decisione datas, placuit DD. quod dicebatur, quod pro summa scut. 900. dictæ dotis fuerunt dati in dotem tot census, in quibus fuit† constitutus fundus dotalis, & ideo pro ista summa non competit eis super ista domo actio iuxta deducta in *vna Romana saluiani 18. Maij 1612. coram R. P. D. meo Vbaldo.*

R. P. D. PIROVANO.

Senogallien. Prædij.

7. *Iunij* 1619.

ARGVMENTVM.

in Contractibus innominatis licet non agatur ad rescissionem

sionem ob non adimplementum, sed agendum sit ex contractu, vel ad implementum, vel ad interesse, tamen vera est etiam conclusio, quod agens ex contractu docere debet in primis, se adimpleuisse: aliàs exceptione non adimplementi repellendus venit, & non solum probare tenetur se adimpleuisse, sed etiã id quod adimpleuit, de iure valeat, & teneat. Insinuatio potest interuenire post contractum, & quare, quod declara.

SVMMARIVM.

1 *in Contractibus innominatis non est locus rescissioni ob non implementum.*

2 *in Contractibus innominatis non agitur ad rescissionem ob non imolementum, si illud non versatur circa causam finalem.*

3 *ex Contractu agens, debet in primis docere se adimpleuisse promissa, aliàs exceptione non adimplementi repellitur, quæ etiam in minimo consistit. & num. 4.*

5 *ad Contractum agens, tenetur contractum implere, tàm circa substantiam, quam circa accidentia & naturalia.*

6 *Contrahens si promittat contractui consentire facere aliquem, nisi doceat de dicto consensu, & quidem valido, non agere ad implementũ contractus.*

7 *Promittens aliquid facere, ita facere debet, vt valeat, & de iure teneat.*

8 *Insinuationis defectus non deducitur, ex sola visione instrumenti in quo deficit, cum illa possit adhiberi post actum præstiti consensus.*

9 *Decis. in causa Viterbien. Terræ Vetrallæ 30. Martij 1616. coram Pirouano, quo casu loquatur.*

10 *Insinuatio potest ad partes interuenire post contractum, cum sit actus separatus.*

11 *in Consensu præstito se fundans, debet docere eum esse validum, & non sufficit allegare solam possibilitatem validitatis.*

12 *Probationes, vt releuent debent concludere per necesse, & non per possibile.*

13 *Pacta ex conuentionibus legem recipiunt.*

14 *Fideiussio, quando non est idonea non releuat.*

15 *Notario attestanti de idoneitate fideiussoris est standum, propter eius interesse.*

16 *Notarius tenetur, quando fideiussor non soluit, vel non est idoneus.*

DECISIO CXXI.

IN disputationibus in hac causa susceptis coram bo. me. Andrea, * in quibus contendebat Cap. Ioannes Bernardinus sibi licere ab emptione prædij recedere ob non sequutum implementũ, & quæ promissa fuerant per Bernabeum, fuit firmatum non constare de defectu implementi, per quod posset rescindi contractus; hodie verò cum Bernabeus ageret ad residuum pretij bonorũ venditorum, fuit dubitatum, An fideles tenerentur soluere. Et negatiuè resoluerunt.

Quia etsi veræ sint conclusiones firmatæ in dictis decis. quod in contractibus nominatis, vt est emptio
1 † non sit locus rescissioni ob non implementum, sed agendum sit ex contractu, vel ad implementum, vel ad interesse secundum veriorem, de qua *Gabr. cons. 49. num 1. lib. 2. Afflict. decis. 210.* siue proceditur
2 agendo, siue excipiendo dum ea † non versatur circa causam finalem, *l. cum te. C. de pact. int. empt. Dec. cons. 45. num. 2.*

3 Tamen vera est etiam † conclusio quod agens ex contractu docere debet in primis se adimpleuisse, alias hac exceptione repellitur etiam si implemen-
4 tum† consistat in minimo, *l. Iulianus. §. offerri de act. empt. vbi Bart. & Bald. in d. l. pactum conuenit num. 2. de contrab. empt.* dicens agen. cum contractu teneri contractum implere tàm circa substan-
5 tiam, † quàm circa accidentia, & naturalia, & conclusionem multis comprobat *Dec. cons. 45. num 4.* quem *Rota sæpè sequuta est, vt in Parmen. datij, quæ est decis. 428. par. 1. recent. in Romana pensionis 16. Nouemb. 1611. coram me.*

Inter alia autem quæ supererant adimpleri, dedu-
6 cebatur promissio facien. consentire Margaritam
6 † eiusdem Bernabei neptem, & tamen de tali consensu validè præstito cum insinuatione, iuxta formã Constitutionis Marchiæ, doctum non fuit prout necessarium est, cum promittens aliquid facere ita fa-
7 cere †debeat quod valeat, & de iure teneat *Gloss. in l. huiusmodi in princ. de leg. 1. Dec. cons. 77. num. 2. in fine, Cephal. cons. 396. num. 21. Surd. cons. 3 nu. 36.* & refert alios quos sequuntur *Sanchez. 2. decal. lib. 7 cap. 5. num 55.*

Neque concludens responsio videbatur DD. quæ alias data fuit *in Viterbien. Terræ Vetrallæ 30. Martij 1616. coram me*, quod scilicet ex quo actus insi-
8 nuationis potest superuenire post † actum præstiti consensus, exceptio non implementi prædicti non erat probata ex sola visione instrumenti, in quo deficiebat dum poterat superuenire in actu separato.

Quia quicquid sit quando agitur ad rescissionem contractus deducen. nullitatem ex sola lectura in-
9 strumenti producti, † in quibus loquitur decisio, vt tunc actoris intentio non bene concludat ex quo
10 potest ad partes interuenire, † vti actus separatus. In præsenti nostro casu agens se fundat in actu præ-
11 stiti consensus, qui debet esse validus, † & talem docere debet, & ideo adesse intentionem probari non
12 sufficit allegare possibilitatem insinuationis, † nisi etiam illam interuenisse probetur *vulg. c. in præsentia de probat. l. non hoc. C. vnde vi.*

Secundo non implementum deducebatur ex eo, quod Bernabeus promisit prædium non esse suppositum alijs censibus quam expressis in instrumento, & tamen alij nunc detecti sunt quorum emptores tenetur facere, consentire, & quod sint posteriores cæteris dum offerendo possunt acquirere iura anteriora, & molestare emptorem, Verũ huiusmodi exceptio DD. non videbatur releuans, quia in instrumento actum fuit de prælatione anteriorum, & potiorum creditorum, & successiuè conuentum inter
13 partes de soluen. anterioribus, vnde per † conuentionem partiũ videtur recessum à rigorosa facti alieni promissione facien. consentire, *l. fin. C. de pact. conu. Seraph. decis. 1276. num. 5.*

Tertius erat defectus ex non præstito consensu Elisabettæ vxoris Bernabei, qui fuit pariter promis-
14 sus, sed illius loco data fideiussio, † quæ impugnabatur tanquam non idonea, & hanc qualitatem teneri probare Bernabeus ad quem spectat docere de valido implemento, vt supra dictum est.

Verum, & isti defectus videbatur sublati ex quo
15 fideiussio † fuit recepta per Notarium cui de idoneitate solet fides adhiberi propter eius interesse, dum

16 dum ipse tenetur fideiussore ex sten. † non soluen. vel non idoneo, *l. fin. §. dicens de magistr. conu.* possit probari statum interim pro idoneitate.

Et ita vtraque &c.

** Decisiones plures in hac eadem causa factæ coram bon. mem. Martino Andrea, nempè sub diebus 11. Maij, & 26. Iunij 1615. 15. Ianuarij, & 16. Februarij, & 18. Martij 1616. & 13. Februarij 1617. habentur inter eius impressas decisiones 31. 38. 49. 53. 69. & 101.*

REVERENDISS. DVNOZETTO ARCHIEPISCOPO SELEVCIEN.

Firmana Hæreditatis.

Veneris 7. Iunij 1619.

ARGVMENTVM.

Testamentum satis superq. dicitur validum, & perfectum, si contineat annū, diem, locum loci, institutionem hæredis, numerum testium, omniaq. alia requisita, quæ ad solemnitatem testamenti de iure, & consuetudine requiruntur, & diluuntur plures exceptiones contra validitatem testamenti sic confecti, tamquam nimis leues, ac fragiles, vt videre est in summarijs.

SVMMARIVM.

1 *de Testamenti validitate quādo non sit dubitandū.*

2 Notarius *non apposuisset clausula actum, in testamento, nisi publicatio facta fuisset, actusque fuisset perfectus.*

Testamentum per lecturam, & publicationem censetur consumatum, & perfectum.

3 *Clausula, actum, quod requiratur esse cæteratam ad hoc, vt operetur suos effectus est opinio chimerica.*

4 *Clausula, actum, sufficit, vt absque cæteratione ponatur, post appositionem loci, & testium, cum designatione specifica loci, & confinium.*

5 *Clausula, actum, in instrumento dicitur manere in fine, licet verè non sit, quando post eam fuit apposita aliqua additio, quæ per signum speciale est ponenda in corpore instrumenti.*

6 *Additio in instrumento apposita, valida est sine approbatione Notarij quando non est in margine, sed in fine, atque est ipsius manus Notarij, & n. 7.*

8 *Notarius, quod approbauerit additionem ab eo factam in fine instrumenti non est dubitandum, si immediatè sequatur eius subscriptio.*

Vtile per inutile non vitiatur. nu. 8.

9 *Signum Notarij non est de substantia legalitatis instrumenti, & sic multoties iudicauit* Rota. *n. 10.*

11 *Et hoc multò magis procedit, si instrumentum fuerit repertum in prothocollo, & inter alia instrumenta Notarij rogati.*

12 *Attestationi Notarij se reperisse instrumentum in Archiuio standum est.*

13 *in Instrumento reperto in Archiuio, si aliquid deficiat, id suppletur, seu illud recipit robur ex dicto Archiuio.*

14 *Examini scrupuloso publicationis instrumenti non est locus, quando adsunt omnia requisita.*

de Instrumenti publici validitate non est dubitandum, quando adest annus, dies, locus loci, indictio, rogitus, testes, cum omnibus requisitis, manu ipsius Notarij descriptis. num. 14.

15 *Notarius si fateatur se dedisse instrumentum publicum, per consequens habuit illud pro perfecto in omnibus, & per omnia.*

Notarius non potest dare publicum instrumentum, si illud sit perfectum. num. 15.

16 *Declarationi Notarij statur circa perfectionem & stipulationem instrumenti.*

17 *Religiosi regulariter sine licentia Superioris non possunt adhiberi testes in testamento.*

18 *Religiosi de generali consuetudine receptum est, vt possint esse testes in instrumentis sine licentia Superioris.*

19 *Religiosi præsumuntur de consensu Superioris adhiberi testes in testamento, si inter ipsos testes religiosos aderat quoque, ipse superior.*

20 *Testes testamentarij non est necessè, vt cognoscant testatorem, sed solum, vt eum audiant, & videāt.*

21 *Testes testamentarii, quatenus sit necessè, quod cognoscant testatorem id præsumendum venit.*

pro Testamenti validitate omnia requisita interuenisse præsumuntur. num. 21.

22 *Vir celebris si existat in angusto pago, præsumendum est vt ab omnibus cognitus sit.*

23 *Testamentum non caret suspicione fraudis, quando testator est Iurisconsultus, & in scriptura continentur sollogismis, & barbarismis.*

Iurisconsultus non est verisimile verbis barbarismum redolentibus vsum fuisse.

24 *Latinitas falsa non vitiat instrumentum.*

25 *Institutiones non possunt dici captatoriæ, quas similis affectio, & mutua testantium voluntas, sine vlla calliditate prouocauit.*

26 *Correspectiuitas in testamentis ex quibus cesset.*

27 *Sanguinis coniunctio, tollit omnem præsumptionem fraudis.*

28 *Instrumento publico fides non minuitur, si adsint in eo plures cancellationes, & additiones, si sint tamen manu ipsius Notarii rogati.*

29 *Scriptura publica non vitiatur, si ei aliquid addatur, quia dato additiones non esse legales, ipsæ, & non scriptura vitiantur.*

30 *Cancellationes, & additiones in testamento factæ, censentur factæ de tempore confecti testamenti, & cum consensu ipsius testatoris.*

31 *Præsumptiones leuiores per validiores tolluntur.*

DECISIO CXXII.

PROPOSITA alias sub die 29. Aprilis proximè præteriti hac causa super manutentione, hinc & inde controuersa in hæreditate quondam Isidori Roberti, inter D. Cap. Alexandrum Robertum nepotem ex fratre dicti Isidori testatoris hæredem scriptum, qui seruatis seruandis coram Illustriss. Vicario Vrbis secundum tabulas testamenti, fuisse legitimè immissum contendit, & Aeneam Cæcilianum cessionarium, & donatarium Cinthiæ ex sorore neptis dicti Isidori, & hæredis ab intestato asserentem stante nullilate; & caducitate testamenti debitam sibi esse dictam hæreditatem ab intestato. Visum fuit Dominis, apposito prius sequestro super ea parte hæreditatis, super qua Aeneas prætendit fecisse executionem, primo loco disputandum esse dubium, super validitate dicti testamenti, quo proposito Domini vnanimi voto testamentum esse validum responderunt,

1 derunt, † quia de eo constat per publicum instrumentum subscriptum manu Notarij rogati, quod continet annum, diem, locum loci, institutionem hæredis, numerum testium, omniaque alia requisita, quæ ad solemnitatem testamenti, de iure, & consuetudine requiruntur, *§. fin. cum ibi notat. inst. de testam.*

Nec obstant, quæ magna verborum serie ad tollendam fidem dicti testamenti ab informātibus pro dicto Aenea Cæciliano cumulantur. Et primò illud testamentum, nunquam fuisse lectum, & publicatum coram Notario & testibus; contrarium enim colli-
2 gitur ex clausula actum, † quæ nisi publicatio facta fuisset, actusq. fuisset perfectus, nunquam solet apponi, eum per lecturam, & publicationem testamenti illud censeantur consumatum, & perfectum, *Bald. in auth. quod sine, C. de test. Alex. cons. 14. num. 14. vers. ita ergo in proposito, lib. 6. Ruin. cons. 159. num. 11. lib. 4. Couar. in c. relatum il primo, num. 11. vers primo equidem de testa. Castren. in l. is qui. nu. 4 ff. eod. & in l. hac consultissima in prin. nu. 5. in fin. C. eod. Surd. cons. 187. num. 4. & cons. 350. num. 20. & 23. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 2. tit. 4. num. 7. Seraph. decis. 922. num. 2. cum alijs alleg. in vna Romana fideicommissi de Vechijs 16. Ian. 1615. coram R. P. D. meo Pirouano.*

Nec mouebantur Domini ex eo quod dicebatur clausulam actum in hoc testamento non esse cæteratam. Nam vltra quod asseritur in instrumento in
3 publicam formam † redacto ab ipsomet Notario illā ita esse appositam. Respondetur distinctionem esse merè verbalem, nulla lege, aut iure firmatam, & à nemine ex Doctoribus iudicatam necessariam esse dictam cæterationem, cum sufficiat post appositionē
4 loci, † & testium appositam fuisse clausulam Actum in tali loco &c. cum designatione specifica loci, & confinium, *Alex. dicta l. is qui num. 4. de test. Ruin. d. cons. 159. num. 11. Surd. cons. 187. nu. 4 Alex. cons. 14. nu. 19. lib. 6. Seraph. & Mantic. locis præcitatis.*

Nec etiam obstat præcipuum informantium pro Aenea fundamentum, non suffragari clausulam actū, quia non repetitur in fine apposita, sed postea addita fuit derogatoria ad subsequentia testamenta, per quā
5 impeditur conclusio perfectionis testamenti, † dum perfecto nihil possit addi vt post *Paris. Rolan. aliosq. DD. testatur Honded. cons. 66. num. 84. lib. 1.* Placuerunt enim responsiones datæ pro dicto D. Cap. Alexandro, additionem illam continere signum speciale per quod demonstratur, legendam esse ante clausulā actum, quæ propterea remanebit in fine apposita.
6 † & licet illud signum, (seu remissa) appositū sit absque verbo approbo, sine quo fidem videtur non mæreri ex doctrina *Bart. in l. si vnus nu. 3. C. de testam. Mant. decis. 357. num. 1. cum alleg.* Tamen cum addi-
7 tio hæc sit scripta in corpore testamenti † non autem in margine, & ipsiusmet Notarij manu qui additionem apposuit, ei plenè creditur, vt notat *Bart. in d. l. si vnus.* Neque dubitari potest de approbatione suffi-
8 cienti, cum immediatè fuerit apposita subscriptio † eiusdemmet Notarij, vt declarāt *Bald. & Castren. in d. l. si vnus. C. de testam.* Vltra quod in omnem euentum, illa clausula derogatoria addita, sola vitiaretur, & non testamentum, alioquin perfectum, ex vulgari iuris regula vtile per inutile non vitiari, &
9 † quamuis post dictam clausulam, non sit appositum signum Notarij, non ideo irritaretur testamentum, cum tale signum non sit de substantia legalitatis iuxta opinionem, quam Rota sequitur *Cassan. decis. 78. Seraph. decis. 902. nu. 5. & 909. Mascambr. cons. 89.*
10 & multoties † ita fuisse in Rota iudicatum constat *ex decisione coram bo. me. Penia in vna Fauentina Monasterij 4. Iulii 1608.* & nuper fuit dictum in di*cta Rom. fideicom. de Vechijs, quæ est 628. par. 2. in nouiss. coram R. P. D. meo Pirouano.*

Quod eo magis dicendum videtur; quia hæc scriptura testamēti non fuit reperta in folio volanti, (pro
11 ut Aeneas præsupponit) sed in protocollo, † & inter alia instrumenta Notarij rogati, & repositi in Archiuio Terræ Montis Sancti, vt constat ex fide, & attestatione, quæ legitur in principio dicti instru-
12 menti Archiuistæ dicti loci, † cuius attestationi standum esse sæpissimè fuit in Rota decisum, & præcipuè *in vna Hispalen. decimarū de Aimonte 12. Maij 1614. coram R. P. D. meo Pamphilio.* Vnde sequitur
13 si aliquid deficeret in dicto † instrumento, recipere robur ex dicto Archiuio, ita vt perfectum censeri debeat, *Ang. in l. pluribus. ff. de his qui in testa. Rota decis. 250. nu. 3. par. 1. diuers. Seraph. d. decis. 96. n. 6.*

Consideratum etiam fuit, non esse locum scrupu-
14 loso examini publicationis instrumenti, in quo † adsunt omnia requisita, annus, scilicet dies, locus loci, indictio, rogitus, testes cum omnibus requisitis manu ipsius Notarij descriptis; tunc enim dubitari nō potest de validitate publici instrumenti, *Alex. cons. 48. num. 2. & 3. lib. 5. Bal. in auth. quod sine, num. 2. C. de testa. Ruin. cons. 1. nu. 7. lib. 3.* Et quod omnem tollere difficultatem visum fuit Dominis illud est, quod Notarius in subscriptione his verbis vtatur: Ego Franciscus Adrianus Notarius rogatus, &c. Dedi publicum prout iacet, &c. si enim idem Nota-
15 rius fatetur, se dedisse † dictum instrumentum publicum; per consequens habuit illud pro perfecto in omnibus, & per omnia, cum alias publicum instrumentum dare non posset, sicq. declarationi Notarij,
16 † quo ad perfectionem, & stipulationem actus standum est, *Speculat. de fid. instru. nu. 13. Ang. cons. 221. in prin. Alex. d. cons. 14. num. 19. Castren. cons. 707. num. 2. par. 1. Bero. cons. 1. num. 1. volum. 2.* & in fortioribus terminis fuit dictum *in Rom. fideicommissi de Vechijs 22. Iunij 1616. coram R. P. D. meo Pirouano, quæ est decis. 714. par. 1. inter nouiss.*

Nec obstat, quod dicitur dictum instrumentum esse extractum lite pendente sine citatione partis. Non enim hodie quæritur de legalitate instrumenti vltimo loco producti, sed illius, quod anno 1605. fuit coram Illustriss. Card. Pamphilio tunc Vicario Vrbis productum, vt legitur in extracto folio 159. & postea anno præterito coram vltimo Iudice per ipsum Aeneam reproductum, & repetitum, vna cum processu facto coram dicto Vicario folio similiter registri 105.

Nec videtur obstare, testes adhibitos in dicto te-
17 stamento fuisse fratres Cappuccinos, † qui regulariter sine licentia expressa superioris nō possunt adhiberi testes, vt per *Dec. cons. 354 num. 1.* aliosq. allegatos; quicquid enim sit de stricto iuris rigore: certum est contrarum obseruari, idq. consuetudine ge-
18 nerali recipi, vt sine † licentia superiorum possint in instrumentis adhiberi, vt testes *Castren. cons. 426. in prin. lib. 2. Natt. in l. hac consultissima, §. ex imperfecto num. 11. C. de testa. Clar. post alios in §. testamentum quæst. 55.* quicquid sit vtrum in iudicio, Religiosus possit se subijcere examini, & iurisdictioni alterius, quam superioris, vltra quod inter dictos testes

19 testes aderat Guardianus † ipsemet, ex cuius præ-
sentia præsumitur, aut resultat licentia in cæteris te-
stibus adhibitis, *Alex.cons.8.num.6.lib.5.Surd.cons.*
15.num.20. & decis.47.num.4.

Nec etiam obstat testatorem, non fuisse satis co-
gnitum ab ipsis testibus rogatis in dicto testamento.
Nam vltra quod videretur, non esse necesse vt testes
20 cognoscant personam† testantis, sed solum vt audiāt
& videant, *ex trad. per Duran.de art.test.tit.2.caut.*
8.num.3. Clar.in §. testamentum quæst.59. Bertaz.
consil.ciuil.lib.86. num.21. Respondetur dictam co-
gnitionem, quatenus sit necessaria, præsumi; quia in
21 † dubio, omnia requisita pro validitate actus vltimæ
voluntatis interuenisse præsumuntur ex deductis in
illa Rom. de Marescottis 25. Iunij 1618. coram Re-
uerendiss. D.meo Damasceno contrariumq. esset con-
cludentissimè probandum per Aeneam, cum maxima
22 adsit verisimilitudo Isidorum† virum celebrem tunc
existentem in angusto pago fuisse illic ab omnibus
cognitum *c.quanto, & ibi omnes scribentes de præ-*
sump.

Nec multum mouit Dominos quod dicitur scrip-
turam continere syllogismos & barbarismos. Vnde
23 inferre volunt testamentum† non carere suspicione
falsi, cum dictus Isidorus esset Iurisconsultus, qui
verisimiliter his verbis, barbarismum redolentibus,
vsus non fuisset. Placuit enim responsio, falsam lati-
24 nitatem, † non vitiare instrumentum, *Bald. in l.Im-*
perator in prima lectura. ff. de stat. hom. vbi Bart.
num.1. & Alber.num.2.& 3. & in simili fuit resolu-
tum in illa celebri Maceraten. hæreditatis super te-
stamento Matthæi Vici Iurisconsulti.

Nec etiam obstat reperiri aliud restamentum, ea-
dem die, coram eodem Notario ijsdemque testibus
stipulatum in quo Mandricardus hæres scriptus, Isi-
dorū testatorem similiter hæredem instituerat; quod
cum postea fuerit à Mandricardo reuocatum, illud
ab Isidoro factum tamquam correspectiuum, cense-
ri debet etiam reuocatum. Nā vltra quod istud præ-
tensum testamentū nūquam fuit productum, nec po-
test impedire manutentionem, aut immissionem hæ-
25 redis in iudicio possessorio. Placet † responsio de-
sumpta ex responso *Papiniani in l. captatorias insti-*
tutiones, quæ est 70. de hæred. instit. non posse dici
captatorias institutiones, quas similis affectio, &
mutua testantium voluntas sine vlla calliditate pro-
uocauit, & ita cessat prætensa correspectiuitas, nisi
26 † aliqua conditio, intrinsecus, vel extrinsecus ei sit
inserta, vt optimè notat *Cuiac. in d.l.captator lib.6.*
resp.Papin. stante præcipuè coniunctione sanguinis,
27 quæ tollit omnem† fraudis suspicionem, *arg.l.cum*
alienam.C.de leg. Decia.cons.561.num.4.

Nec obstat denique adesse in dicto instrumento
plures cancellationes, & additiones, sine expressa
approbatione Notarij rogati. Placent enim respon-
28 siones, appositiones illas, & additiones, † scriptas
fuisse manu eiusdem Notarij. Vnde ei fides meritò
venit adhibenda, *Bal. in rub. C.de fid. instr. num.2.*
Alex.cons.59. num.5.vers.non obstat lib.2. & cons.
14.num.35.lib.6. Aym.cons.88. cum alijs alleg. in
vna Nepesina tutelæ 22. Febr. 1617. in qua respon-
detur decisioni factæ *coram Illustriss. Millino in vna*
29 *Rom.oblig. 28.Febr.1600.* Et licet istæ † additiones
non essent considerandæ, non inde testamentum vi-
tiaretur; alias sequeretur quamlibet authenticam
scripturam addendo ei aliquid posse vitiari. *glos.in*
cap.cum venerab. in verbo propter prædicta, & ibi
Ostien.num.5. in fin.Butr.num.15 Abb.num.8. de
relig.dom. Caput.decis.3.nu.10. & 17. par.2. cum
30 *alleg.* tum maximè, quia istæ additiones, † & cancel-
lationes censentur factæ de tempore confecti testa-
menti, & de consensu ipsius testatoris, *Alex.d.cons.*
14.num.6.vbi de comm. lib.6. Paris.cons.28. nu.45.
lib.2.Decia.cons.99.num.3.lib.2. & fuit firmatum
in d. Macerat.hæred.10.Decemb.1610.coram R.P.D.
meo Manzanedo.

Nec dicatur interlinealiter legi additum nomen
Roberti, quasi additio ista censeri debeat in substan-
tialibus; satis enim substituendo D.Cap.Alexandrum
eius nepotem cum expressa prohibitione alienatio-
nis pro conseruatione familiæ Mandricardi fratris,
& Alexandri, eiusque filiorum sine alia expressione
nominis Gentilitij Roberti, cum alium quam Cap.
Alexandrnm Robertum nepotem non haberet, vi-
debatur substitutio specificata, prout videre est, ex
contextu testamenti, è cuius lectura satis superque
apparet de enixa voluntate Testatoris prouidendi
Mandricardo fratri, Alexandro nepoti, eorumque
lineæ masculinæ.

Reliquæ autem præsumptiones adductæ pro Ænea
31 ad infringendam fidem publici instrumenti, † visæ
sunt nimis leues ad hunc effectum, præcipuè cum
per contrarias vehementiores elidantur, vt fusiùs de-
ducitur per Informantes.

An autem per mortem Mandricardi primi institu-
ti caducata fuerit substitutio Alexandri illud parti-
culari inspectione dignum esse Domini censuerunt.

Et ita decisum vtraque parte informante.

☞ * *Infra in eadem causa duas habes decisiones nem-*
pe sub die 27 Ianuarij 1621. & 15. Martij eius-
dem anni coram eodem bo. me. Reuerendiss. Archie-
piscopo Seleucien.

R. P. D. REMBOLDO.

Romana de Rusticuecijs.

Veneris 7.Iunij 1619.

ARGVMENTVM.

Causa restitutionis in integrum aduersus rem indica-
tam, si reperiatur commissa cum clausula, parito iu-
dicato, vt ei dicatur satisfactum, quid requiratur, &
quando etiam sit necessaria refectio expensarum.

SVMMARIVM.

1 *Causa si sit commissa, cum clausula, parito iudica-*
to, vt ei dicatur satisfactum, debet constare de
reali paritione, & expensarum refectione.
2 *ad Paritionis effectum requiritur realis consigna-*
tio, nec admittitur compensatio.
3 *Compensatio nō admittitur de quantitate ad bona.*
4 *Rota non solet exequi mandata alibi relaxata, nisi*
prius cognita eorum iustitia, & validitate.
5 *Res iudicatæ non debent remanere illæsæ.*
6 *Clausula, parito iudicato, non capit expensas.*
7 *Sed hoc intellige, quando in sententia non adest con-*
demnatio in expensis, sed secus si reperiatur talis
condemnatio.
8 *Et tunc non dicitur paritum, nisi fuerint etiam ex-*
pensæ refectæ.
9 *Causa quando commissa est cum clausula, parito*
indica-

iudicato, si veniant reficiendæ expensæ, & illæ sint illiquidæ, quid tunc ex stylo Rotæ seruetur, vt possit procedi in causa.

DECISIO CXXIII.

CVM esset commissa causa restitutionis in integrum aduersus sententiam contra D. Abbatem latam cum clausula, parito iudicato, dubitatum fuit coram bo. me. Andrea, An constet de sufficienti paritione ad effectum vt possit in dicta causa restitutionis procedi; & quoniam ad hoc vt censea-
1 tur dictæ clausulæ satisfactum, necessè est quod † cõstet de reali paritione, & etiam expensarum refectione, *Staphil. de liter. instit. in clau∫. Et per Breue Sanctitatis Vestræ num. 9. Vestr. in prax. lib. 8. cap. 3. sub num. 10. Lancellott. de attent. par. 2. cap. 18. nu. 142. cum alijs adductis in vna Burgen. iurisdictionis 6. Februarij* 1604. *coram Reuerendiss. D. meo Decano*, Domini censuerunt non constare de paritione, quoad mobilia existentia penes D. Abbatem, & quoad dictarum expensarum refectionem, cum non probetur quod dicta mobilia fuerint à dicto D. Abbate Mattheo consignata, neque expensæ refectæ.

Nec obstat, quod prætenditur D. Abbatem non fuisse ad dd. mobilium consignationem condemnatũ, quia ex lectura sententiæ apparet, quod non solum fuit in ea condemnatus ad consignationem mobiliũ, quæ dictus D. Abbas prius in Monte Pietatis deposuerat, sed ad illorum etiam quæ data fideiussione vigore decreti Illustrissimi D. Cardinalis Lancellotti penes se retinuerat, ibi, *aliaque hactenus forsan ab eo non depositata sed contenta in prædicto nostro decreto, seu mandato esse consignanda Mattheo, &c.*

Minus obstat, quod D. Abbas prætendit se posse dicta mobilia retinere in satisfactionem sui crediti, quod habet cum dicto Mattheo, quia ad effectum pa-
2 ritionis, † requiritur, vt dictum est, realis consignatio, nec admittitur ista prætensa compensatio, cum
3 maximè illa non detur de quantitate ad bona *Surd. cons. 112. num. 55. Socc. iun. cons. 60. num. 3. lib. 1. Boer. cons. 14. num. 3. Menoch. præsumpt. 109. nu. 18. & 38. lib. 4.* Nec de dicto credito constet aliter, quã
4 ex mandatis, quæ Rota non † solet exequutioni demandare nisi prius cognita eorum iustitia, & validitate.

Nec faciunt sequestra super dictis mobilibus penes D. Abbatem facta, quia præterquamquod dicta sequestra fuerunt facta post commissionem causæ cũ dicta clausula, parito iudicato, atque ita potuissent etiam studiosè procurari ad effugiendam dictam realem paritionem, tenetur in omnem euentum dictus D. Abbas ad effectum dictæ paritionis dicta mobilia
5 deponere, & consentire, † vt sublatis sequestris, illa dicto D. Mattheo consignentur, ne alias illa retinendo res iudicata remaneat illusa.

6 Non obstat quod dicitur respectu expensarum, quod clausula parito † iudicato non capit expensas, quia hoc procedit quando super condemnatione in expensas non adest res iudicata; puta si in primis dua-
7 bus instantijs non fuit facta † condemnatio, sed in tertia tantum, prout contigit *in causa Toletana Cappellaniæ, in qua propterea 14. Aprilis 1604. fuit coram Illustriss. D. Card. Millino resolutum* non capere sub dicta clausula expensas; secus quando adest
8 res † iudicata, etiam quoad dictam condemnationem, tunc enim non dicitur paritum, nisi fuerint etiam expensæ refectæ *Staphil. Vestr. & alij supra alleg.*

Non obstat quod expensæ non sunt liquidæ, quia
9 iuxta † practicam Rotæ, de qua testatur *Card. Seraph. decis. 655.* ille qui petit ad vlteriora procedi debet illas liquidare, vel impetrare commissionem, quod præfigatur terminus Aduersario ad liquidandũ cum facultate procedendi eo lapso in negocio generali, ad hoc, vt tollatur suspensio iurisdictionis per dictam clausulam, parito iudicato, inductam, &c.

R. P. D. REMBOLDO.

Oriolen. Canonicatus.

Lunæ 10. Iunij 1619.

ARGVMENTVM.

Obtinenti duplicem dignitatem in eadem Ecclesia debetur duplex distributio. Et nonnulla circa clausula, accedente consensu afferuntur, Distributiones quotidianæ cui debeantur.

SVMMARIVM.

1 *Canonicatum, & Archidiaconatum quis obtineat in eadem Ecclesia, debetur ei duplex distributio.*

2 *Actus, quando geri debet cum consensu alicuius, ad hoc vt valeat, debet doceri de eius expresso consensu. & num. 3.*

4 *Clausula, accedente consensu, quando in gratia est apposita, tunc ab expeditoribus non expediuntur litteræ nisi accedat talis consensus.*

5 *Clausula, accedente consensu, quando est apposita in litteris expeditis stat causatiuè, & non conditionaliter.*

6 *Clausula, accedente consensu, quando est apposita in supplicatione stat conditionaliter.*

7 *Distributiones quotidianæ debentur præsentibus, & interessentibus Diuinis. & num. 10.*

8 *Emolumentum debet esse commune, quando onus est etiam commune.*

9 *de Capitulo omnes illi, qui sunt, debent participare de omnibus emolumentis Mensæ Capitularis.*

11 *Distributiones quotidianæ de iure communi indistinctè debentur omnibus interessentibus.*

DECISIO CXXIV.

POST resolutionem in hac causa factam,* quod D. Torres duo vota debeantur; Dubitaui, An ipsi debeatur duplex quoque distributio, & Domini affirmatiuè responderunt. Nam cum ipse vltra Canonicatum, etiam Archidiaconatum obtineat, non
1 minus ei debentur quotidianæ distributiones ratione dicti Archidiaconatus, quam Canonicatus, iuxta magis veram, & communem DD. opinionem *in cap. cum olim, de re iudic.* etiam à Rota aliàs receptam, & signanter *in causa Seguntina Canonicatus 6. Aprilis 1609. coram Illustriss. Card. Lancellotto, & à Sacra Congregatione Illustrissimorum Sacri Concilij Interpratum canonizatam.*

Nec obstat, quod in erectione Archidiaconatus, quem dictus D. Torres obtinet, per Iulium Secundum facta, non fuerunt ei simpliciter dictæ distributiones concessæ, sed cum clausula modificatiua, *qua-*
2 *tenus consensus Capituli accederet*, de quo † consensu saltem expresso, prout requiritur, *iuxta decis.*
3 *15. de off. deleg. in nou.* cum minimè appareat, † non possunt dici dictæ distributiones dicto Archidiacona- cui

tui debitæ, *Put. decis. 282. in fin l 3. cum alleg.* Quia ex lectura Bullæ dictæ erectionis apparet, non fuisse in ea dictum cousensum in conditione positum, sed potius præsuppositum tunc temporis fuisse præstitũ, & maximè, quia in dicta erectione specialis mentio certi procuratoris fit, ibi scilicet, *accedente consensu Capituli per retroscriptum procuratorem*, qui
4 nisi dictæ erectioni consensisset,† vtique non fuissent ab expeditoribus dictæ erectionis litteræ expeditæ, *Verall. decis. 120. & 213. par. 1. Put. decis. 439. nu. 6. lib. 1.* & fuit in his ferè terminis resolutum in causa *Elboren. Pensionis 27. Octobris 1595. coram* Cordu-
5 *ba*, in qua fuit dictum, quod si huiusmodi † clausula ponitur in litteris expeditis, tunc illa non stat conditionaliter, sed causatiue, secus vero quando non
6 est apposita † in litteris, sed in supplicatione.

Non obstat quod Archidiaconi nunquam hactenus participauerint de distributionibus, quia neque hoc probatur, nec constat, quod fuerint præsen-
7 tes, † & interessentes Diuinis, prout ad effectum, vt participare potuissent necesse fuisset; atque ita simili obiecto alias respondit, *Rota in causa Burgen. Distributionum 26. Aprilis 1610. coram bon. mem. Penia.*

Minus refragatur, quod distributiones, de quibus agitur, non sunt conflatæ ex fructibus dotis huius Archidiaconatus, quia præterquamquod, cum dictæ distributiones, vt plurimum creatæ sint ex anniuersa-
8 rijs, ac alijs communibus ministerijs, commune † esse debet emolumentum, prout est onus commune; & eo ipso quod dictus Archidiaconatus est de Capitu-
9 lo, † participare debet de omnibus emolumentis Mensæ Capitularis, *Card. Seraph. decis. 98.* & fuit dictum in *Pistorien. Prioriæ 9. Decembris 1615. coram R.P.D. meo Verospio*. Parum etiam refert, quod dictæ distributiones sint, vel non sint conflatæ ex fru-
10 ctibus dotis dicti Archidiaconatus, † quia non ideo minus sunt debitæ interessenti, vt plene fuit decisum in *d. Burgen. Distributionum 8. Nouembris 1610. coram bo. me. Penia.* in qua fuit dictum, quod *Sacr. Concil. Tridentin. sess. 21. cap. 3. & sess. 22. cap. 3. de reform.* non adimit huiusmodi distributiones interessentibus, ac propterea causa remanet in dispositio-
11 ne iuris communis, † cuius vigore indistinctè debentur omnibus interessentibus.

** Idest sub die 11. Ianuarij 1610. quæ decisio est infra in Appendice. & supra in hoc Tomo habes aliam sub die 11. Martij 1619. est in ordine decis. 94. ac infra habes alteram sub die 10. Iunij 1620.*

REVERENDISS. COCCINO.

Bononien. Vsusfructus.

Vener. 14. Iunij 1619.

ARGVMENTVM.

In bonis aduentitijs nepotum, licet auus habeat vsumfructum, ita vt ad libitum possit illum hypothecare, & alienare, tamen si non habeat aliunde vbi alat nepotes, cum in illis bonis in subsidium eis debeantur alimenta, ideo possunt agere contra eos, fuerunt dicta bona translata ad ea consequenda, nec possunt cogi ad vendendum proprietatem.

SVMMARIVM.

1 *Vsusfructus in bonis aduentitiis nepotum spectat ad auum.*
2 *Auus in bonis aduentitijs nepotum, quod ad vsumfructum, potest vti iure suo.*
Auus etiam de proprio tenetur alere nepotes. nu. 2.
3 *Auus non est æquum, vt habeat vsufructum in bonis nepotum, & ipsi fame pereant.*
4 *Bona aduentitia nepotum, quando per creditores aui fuerunt occupata, si ipse auus non habet aliunde bona, vbi nepotes alat, tunc aduersus creditores nepotes habent ius petendi alimenta in d. bonis.*
5 *Pater non obligatur principaliter propter hæreditates delatas filio, eum alere, sed propter ipsam naturam. declara vt num. 6.*
7 *L. fin. § ipsum autem, ff. de bon. quæ lib. qualiter sit intelligendum.*
8 *Filius non habet ius petendi alimenta contra emptores bonorum paternorum.*
9 *Filius in bonis aduentitijs habet proprietatem.*
10 *Patri, licet iura concesserint vsumfructum in bonis aduentitiis filiorum.*
Non censetur taliter illum concessisse, vt ad libitum possit eum alienare.
11 *Et si pater non habebat aliundè vbi alat filium, ipse filius cogatur vendere illorum proprietatem.*
12 *Filius ratione alimentorum non habet hypothecam in bonis patris.*
13 *Et ideo non habent actionem personalem contra creditores patris.*
14 *Filijs in subsidium debentur alimenta in vsufructu bonorum aduentitiorum,*
15 *Actio personalis in rem scriptam competit contra quemlibet singularem successorem, & possessorem.*
16 *Bononien. vsusfructus 14. Maii 1618. coram Card. Verospio sen. declaratur.*
17 *Nepotes non possunt impedire alienationem vsusfructus eorum bonorum aduentitiorum, quando habet auus aliundè ex quo eos alat.*

DECISIO CXXV.

DOMINI resoluerunt creditores Aui teneri in subsidium alere nepotes ex vsufructu, qui de-
1 betur Auo in bonis aduentitijs dd. nepotum, † Quia licet dictus vsusfructus spectet ad Auum, *l. cum oportet, C. de bon. quæ liber. Auth. idem est. C. eod.*
2 *tit.* Ita tamen Auus vti iure suo potest, † si in ijs fructibus alere velit nepotes, cùm etiam de suo teneatur. *l. si quis à liberis. ff. de liber. agnosc.* non enim
3 æquum est Auum vsumfructum habere, † nepotes autem famæ perire.

Et propterea fit, quod cum vsusfructus ratione hypothecæ fuerit per creditores occupatus, & Auus non habeat vnde se, & nepotes alat, dicti nepotes
4 habeant † ius petendi alimenta in subsidium ex dicto vsufructu, *vt plures Senatus resoluerunt. Berto. decis. 7. num. 5. iuncto num. 7. Pappon. Arrest. 8. lib. 14. tit. 2. Faler. de fin. 13. tit. 36. lib. 6. de bon. quæ liber.* & hanc quoque sententiam tenet *Costa, de remed. subsid. remed. 4. num. 6.*

Non obstat quod pater, & sic auus non obligatur
5 principaliter propter † hæreditates, sed propter ipsam naturam, *l. fin. § ipsum autem filium. C. de bon. quæ liber.* Nam fuit responsum, sensum illius textus
6 esse, quod pater † principaliter non obligatur propter

pter hæreditates, sed benè in consequentiam *Surd. de alim. tit. 7. quæst. 37. num. 3. Franc. decis. 576. num 5 & 6.* Et non est repellendus intellectus, quod
7 ille textus indicet solum causam, † à qua descendit obligatio alendi, in verbis autem non determinare ex quibus bonis sint alendi filij, colligi tamen posse ex ratione.

Non obstat quod filius non habeat ius petendi ali-
8 menta contra † emptorem bonorum patris, *Couar. de sponsal. par. 2. cap. 8. §. 6. num. 21. alias 14.* Quia in illo casu filius non habet de iure neque vsumfructum, neque proprietatem, & sic non militat textus
9 Fauor. † in bonis verò aduentitijs habet proprietatem. Vnde non est æquum, quod cum iura conces-
10 serint vsumfructum patri, ita & † taliter censeantur concessisse, itaut pater ad libitum illum hypoteca-
11 re possit, & alienare; & si pater † non habeat aliundè vnde filium alat, ipse filius cogatur vendere proprietatem, quod repugnat æquitati, vt benè ad rem nostram considerat *Dec. in cap. Episcopus num. 22. vers. sed contrarium videtur, & num. 23.* vbi dicit ita se consuluisse Senis.

Neque etiam obstat, quod ratione alimentorum
12 filius non † habeat hypothecam in bonis patris, *l. si cum dotem. ff. solut. matrim. Roman. cons. 474.* &
13 ideo ista actio personalis † non transit contra creditores. Nam fuit responsum, quod cum in subsidium
14 nepotibus † sint debita alimenta super dicto vsufructu, vt patet ex dictis, ipsis competit actio personalis
15 in rem scriptam, quæ competit † contra quemlibet singularem successorem, & possessorem. *l. si tertius. §. si quis, ff. de aqu. pluu. arc. Ias. in l. prætor ait. §. hoc interdictum num. 6. ff. de oper. nou. nunciat. & in §. omnium. Instit. de action. & ibi Benincas. num. 304. Roman. cons. 388. num. 9. Mohed. decis. 40.* & fuit dictum in *causa Fanen. Saluiani 14. Ianuarij 1615.*

16 Tandem non obstat *decisio Domini mei Verospij 14. Maij superioris anni.* Quia intellectus decisionis illius est, quod nepotes non possunt impedire alie-
17 nationem vsusfructus, quando aliundè pater, † vel auus habent vnde eos alant; vel vt non possint impedire, dommodo habeant alimenta ab illo, qui acquirit vsumfructum. Et quod iste sit germanus sensus patet, ex quo ibi fuit reseruatum, vt videretur super dubio, quod modo disputatur, An scilicet creditores teneantur ad alimenta.

Et ita conclusum, creditores ex vsufructu debito Auo in bonis aduentitijs filioru teneri in subsidium ad alimenta nepotum, &c.

R. P. D. REMBOLDO.

Rauennaten. Saluiani.

Lunæ 17. Iunij 1619.

ARGVMENTVM.

Deducuntur plura circa perfectionem confectionis inuentarij, ex quibus scilicet omnibus numeris perfectum esse appareat. Citatio creditorum si omittatur quando non reddat nullum inuentarium bonorũ defuncti. Et casu quo inuentarium non corruat, si descriptio aliquorum bonorum fuerit omissa.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium præsumitur cum omnibus solemnitatibus confectum, si in eo reperiatur appositum Iudicis decretum.*

2 *Iudex, si destinauerit certum diem ad conficiendũ inuentarium, censetur dicta die confectum, licet non fuerit in eo expressum.*

3 *Citatio creditorum, quando fit inuentarium, si non fuerit facta, illud non annullat si de tempore confectionis, non erant adhuc creditores.*

4 *Inuentarium non annullatur ex defectu citationis creditorum, si hæredi erant penitus ignoti.*

5 *Consuetudo non releuat, si non fuerit probata, prout de iure requiritur.*

6 *Inuentarium non corruit ex defectu descriptionis aliquorum bonorum, si ea omissio non fuerit dolosa.*

7 *Et maximè, si adsit protestatio.*

8 *Inuentarium, quando constat, quod realiter fuerit confectum, hoc casu scrupulosè non attenditur rigor solemnitatum iuris, vel consuetudinis.*

DECISIO CXXVI.

DICTVM fuit Inuentarium esse validum, quia cum reperiatur in eo Iudicis decretum appo-
1 situm, † præsumitur fuisse cum omnibus solemnitatibus à Iure, & Statuto requisitis confectum. *Bald. cons. 147. num. 2. lib. 4. Card. Seraph. decis. 371. nu. 2.* & fuit dictum in *Carpenctoraten. Bonorum 18. Decembris 1617. coram R. P. D. meo Pamphilio.*

Nec obstat quod dicitur dictum Inuentarium carere die, & anno, quia hoc tollitur ex inspectione instrumenti publicationis dicti Inuentarij; & cum Iu-
2 dex paucis diebus ante destinauit certum † diem ad conficiendum dictum Inuentarium, censetur dicto die confectum, etiam quod non fuerit expressum, ad tradita per *Bart. in l. si quis, §. si initium num. 18. & seq. ff. de eden. Menoch. de arbitr. cas. 64. num. 6. & seq.* & fuit dictum in *Nepesina Tutelæ 29. Ianuarij 1618. coram R. P. D. meo Verospio.*

Minus obstat assertus defectus citationis creditorum, quia Bellini, qui dant de dicto defectu, non erant de tẽpore dictæ cõfectionis creditores cũ tunc
3 temporis † non esset ab eis adhuc auocata possessio, quæ apud ipsos vti tertios erat, & creditum eorum
4 fuit hæredi penitus ignotum; † ideoque nec omissio citationis ipsorum inualidat dictum Inuentarium *Card. Seraph. dicta decis. 371. num. 4. Rota in Romana Inuentarij, relata per Farinac. in 2. lib. consil. decis. 199. num. 5. & seq.* & fuit dictum in *dicta Carpenctoraten. bonorum coram R. P. D. meo Pamphilio.*

Nec facit quod non fuerunt adhibiti tres viri bonæ famæ, & conditionis loco creditorum absentiũ, iuxta consuetudinem Ciuitatis Rauennæ, quia ista prætensa consuetudo non probatur saltem eo modo, quo requiritur, cum ad hunc effectum extraiudicia-
5 les † attestationes non suffragentur, sed dicta consuetudo debeat plenè probari, & per actus, qui verisimiliter ad notitiam totius populi siue maioris partis deuenerint. *Rota decis. 72. num. 21. & seq. par. 2. diu. cum ibi latè cumulat*, vltra quod dicti tres viri reperiuntur in calce Inuentarij subscripti, vna cum testibus, licet non fuerint eorum nomina in corpore instantiæ ab Actuario adnotata.

Non obstat quod fuit omissa descriptio duorum censuum, & domus, quia hæc omissio non vitiat In-
6 uentarium, † nisi probetur dolosè facta, stante ma-

7 ximè protestatione de † addendo non apposita *Bald. in auth. sed cum testator num. 18. C. ad l. falcid. Dec. cons. 633. sub num. 11. Surd. decis. 222. num. 21. cum alijs adductis in Romana census de Carauaschinis 22. Iunij 1609. coram bo. me. Penia*, & quod neque hodie sufficienter constat, quod dicta bona fuerint in hæreditate reperta.

Et in hanc sententiam eo libentiùs Domini iuerunt, quod ex ipsius Inuentarij inspectione appa-
8 ret † nullam fuisse in eo fraudem commissam; sed omnia fideliter, & cum Iudicis, ac testium interuentu gesta, quo casu non attenditur, adeò scrupulosè rigor solemnitatum à iure, vel etiam à consuetudine requisitarum, *Bald. cons. 63. lib. 3. & dicto cons. 147. num. 2. vol. 4.* & fuit dictum in *alleg. decis. 199. post 2. vol. cons. Farinac. &c.*

R. P. D. REMBOLDO.

Perusina Melioramentorum;

Lunæ 17. Iunij 1619.

ARGVMENTVM.

Tertius licet non possit condemnari in iudicio spolij, cum eius vitium afficiat tantummodo spoliantem, limita tamen id, quando iudicium prius fuit inceptū contra spoliantem, & postea res transiuit in tertiū, cum spolij actio sit in rem scripta, ideoque etiam datur contra tertium possessorem, eiusque hæredem, in eo, quo ad eos peruenit. Adducuntur etiam aliqua circa retentionem, quo ad melioramenta.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas colligitur ex reuolutione processus.*
2 *Causa ex quibus clarè appareat, quod etiam fuerit commissa super nullitate spolii.*
3 *Tertius non potest condemnari in iudicio spolii. cum eius vitium afficiat tantummodo spoliantem,*
4 *Spolij actio est in rem scripta, ideo etiam datur cō tra tertium possessorem, & eius hæredem.*
5 *Etiamsi ille possideat cum titulo, & bona fide.*
6 *Retentio competit ratione melioramentorum.*
7 *Melioramenta si quis culpa sua non liquidauerit, iustè potest condemnari ad restitutionem rei, præstita cautione de illis reficiendis, data liquidatione.*
8 *pro Melioramentis reficiendis iura licet concedant retentionem.*
Tamen non dicunt, quod data cautione non debeat fieri restitutio, quando reus est in mora liquidandi.
9 *Possessor bonæ fidei non potest condemnari ad restitutionem fructuum.*
10 *Possessor constituitur in mala fide per motionem litis.*
11 *ad Fructus restitutionem possessor rectè condemnatur post motionem litis.*
12 *Possessor non tenetur dimittere rem, nisi ei reficiantur melioramenta, & ideo interim dicitur possessor bonæ fidei, & non tenetur ad restitutionem fructuum.*
Declara, vt hic.
13 *Sententia recipit declarationem à Iure.*

DECISIO CXXVII.

COMMISSA mihi causa appellationis pro parte Reuerendiss. Episcopi Perusini à sententia super spolio, in hoc Sacro Tribunali, ad fauorem DD. de Signorellis lata, & proposito per me dubio, An dicta sententia esset cōfirmanda, vel infirmanda; placuit Dominis firmare dictam sententiam esse con-
1 firmandam; Nam de illius validitate constat † ex reuolutione processus, cum ex ea appareat adesse in dicto processu omnia ad hunc effectum requisita, de quibus per *Caputaq. decis. 262. par. 2. sæpius in Rota canonizata.*

Iustitia verò probatur ex pluribus decisionibus in hac causa coram Reuerendiss. D. meo Decano factis *.

Nec obstat quod dicitur dictam sententiam esse nullam ex defectu Iurisdictionis, quia scilicet non potuit à D. meo Decano sententia super spolio ferri, cum ei, vt prætenditur, fuerit commissa causa tantum super manutentione, & melioramentorum recuperatione, quia obiectum tollitur ex ipsius commissionis lectura. Ex ea namque apparet, quod fuit facta mentio in specie sententiæ in spolio latæ per bo. me. Peniam, & mandati eius vigore relaxati, & petita, ac obtenta commissio causæ, & causarum nullitatis, & nullitatum, iniquitatis, & iniustitiæ re-
2 stitutionis in integrum, &c. quam, & quas &c. † cum omnibus incidentibus & dependentibus, & cum toto negocio principali, & alijs clausulis, ita quod dubitari non possit quin fuerit in eadem commissione comprahensa quoque dicta causa spolij.

Non obstat, quod D. Episcopus vti tertius non poterat condemnari in iudicio spolij, cum eius vitium afficiat tantummodo spoliantem, nec tran-
3 seat in tertium, quia iudicium, quod prius inchoatum erat contra spoliantem, rectè potuit contra D. Curtium vti emptorem domus, de qua agitur, & deindè contra D. Episcopum dicti Curtij hæredem
4 prosequi; quia † actio spolij est in rem scripta, ideoq; datur etiam contra tertium possessorem, & eius hæredem in eo, quod ad eos peruenit, *l. 1. §. fin. ff. de vi, & vi arm. l. 2. C. vnde vi*, etiam quod illi possi-
5 deant † cum titulo, & bona fide, *Cassad. decis. 7. nu. 1. de restit. spoliat.* & fuit in hac eadem causa coram *bon. mem. Penia die Vener. prima Februarij 1608. firmatum.*

Non obstat, quod saltem D. Episcopo compete-
6 bat retentio ratione melioramentorum, † quia cum dicta melioramenta essent penitus illiquida eiusdem D. Episcopi culpa, eo quod præfixo sibi termino ad liquidandum, nulla fuit ab ipso facta liquidatio nec erat amplius locus dictæ retentioni, & iustè potuit condemnari ad restitutionem domus præ-
7 stita cautione † de reficiendo melioramenta facta legitima liquidatione *Put. decis. 471. nu. 5. & seqq.*
8 vbi quod iura dant quidem retentionem † pro melioramentis, tamen non dicunt, quod data cautione non debeat fieri restitutio, & ita passim obseruat Rota, quando reus est in mora liquidandi, vt fuit sæpiùs dictum, & signanter in vna *Mediolanen. de Briosc bis 22. Aprilis 1605. coram Reuerendiss. D. Lugdunen. & in Lucana bonorum 28. Maij 1614. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Non obstat quod D. Episcopus non potuit ad re-
9 stitutionem fructuum condemnari; † cum esset bo-
na

næ fidei possessor, quia per litis contestationem fuit
10 in mala fide † constitutus, ac propterea quicquid dicendum esset de tempore ante dictam contestationem, rectè fuit à die dictæ contestationis ad dd. fru-
11 ctuum † restitutionem condemnatus, *l. cum fundus in princip. ff. si cert. petat. l. videamus, §. si actionem, ff. de vsur. Card. Seraph. decis* 835. *num*. 1. & fuit dictum *in Romana spolij Vineæ* 20. *Iunij* 1611. *coram R. P. D. meo Pirouano*.

Nec obstat quod D. Episcopus non tenebatur dimittere domum non refectis sibi melioramentis,
12 ideoque † licitè potuit interim eam retinere, nec fuit per dictam litis contestationem in mala fide cōstitutus: quia ad effectum, vt cessaret malæ fidei præsumptio, tenebatur se in iudicio paratum offerre di-
13 ctam † domum restituere, & eodem tempore melioramenta liquidare, ad hoc, vt DD. de Signorellis potuissent ei dicta melioramenta reficere, cum alias non facta huiusmodi liquidatione impossibilis fuisset dictorum melioramentorum refectio, & perconsequens ab eiusdem D. Episcopi arbitrio, à quo pendebat liquidatio, dependidisset quoque domus restitutio, quod fuisset absurdum.

Non obstat quod fructus ad quorum restitutionem fuit condemnatus D. Episcopus ex magna parte prouenerunt à melioramentis ab eodē D. Episco-
14 po factis, quia cum sententia † recipiat interpretationem à Iure, *Aym. cons*. 7. *num*. 9 *Card. Seraphin. decis*. 984. *num*. 3. intelligi debet de fructibus perceptis, habito respectu ad antiquum statum domus, in quo reperiebatur ante dicta melioramenta, &c.

* *Vnam ex dictis decisionibus in hac causa coram bo. me. Coccino, habes supra in præcedenti part. 4. recent. decis*. 206. *quæ est sub die* 15. *Ianuarij* 1616.

REVERENDISS. PIROVANO.

Romana Hæreditatis de Fuschis.

Veneris 20. *Iunij* 1619.

ARGVMENTVM.

Statutum continuans possessionem defuncti in suum hæredem, an dicatur vera, ac realis possessio, & non ficta, ita vt competant remedia possessoria. Statutum inducens continuationem possessionis bonorum defuncti in hæredem, an detur medium inter mortem testatoris, & aditionem hæredis, ita vt possessio de eo tempore capta à tertio fouenda, vel respectenda veniat. Et aliqua circa materiam suitatis, sit probationis filiationis.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 147. lib. 1. continuat possessionem defuncti in hæredes suos.*
2 *Possessio defuncti potest verè, & propriè transferri in hæredem à lege, vel statuto.*
3 *Possessio ex iuris dispositione, aut consuetudine sine aliquo actu etiam ficto potest transferri plenissimè & num. 4.*
5 *Lex, vel Princeps potentiam habent transferri possessionem in alium sine apprehensione.*
6 *Possessio si sit translata in aliquem ministerio legis, dicitur realiter translata, ac competunt remedia possessoria tam retinendæ, quam recuperandæ.*
7 *Manutentio non datur absque positiua possessione, & vera.*
8 *Princeps, vel lex non possunt absque naturali apprehensione transferre ex actu ficto in alium possessionem.*
9 *Princeps non potest ea, quæ sunt contra ius naturale.*
10 *Possessoria remedia fundata sunt in vera, & positiua possessione.*
11 *Possessio ciuilissima facile interrumpitur ab aliquo actu contrario.*
12 *Statutum continuans possessionem in hæredem, ea non attenditur si alius attualiter ante eum eam cœperit.*
13 *Statutum inducens possessionis continuationem in hæredem, datur medium inter mortem testatoris, & aditionem.*
14 *Medium inter mortem patris, & admixtionem filij, datur sicut in extraneo inter mortem testatoris, & aditionem hæreditatis.*
15 *absque Immissione an suus hæres, sit ipso iure hæres.*
16 *Filius nisi per commixtionem efficitur hæres.*
17 *Filio denegatur manutentio in bonis paternis propter actualem possessionem ab extraneo apprehensam ante dictam hæreditatem.*
18 *Suitas, quid operetur.*
19 *Suitas idem operatur in suo hærede, quam aditio hæreditatis in extraneo.*
20 *Hæreditas iacens non datur in suo hærede.*
Statutum continuans possessionem in suo hærede, operatur in istanti, n. 20.
21 *Ideoque possessio capta ab alio medio tempore, non erit manutenibilis.*
22 *Statutum continuans possessianem in suum hæredem, an sit vera, & propria.*
23 *Descriptio fundatur in possessione.*
24 *Statutum continuans possessionem in suum hæredem, tunc nec per momentum quidem datur vacuum.*
25 *Hæreditatis acquisitio, dupliciter datur irreuocabiliter, & reuocabiliter.*
26 *Caputaquen. decis. 199. & aliæ declarantur, & num. 27.*
28 *Decisionibus eis potius est inhærendum in quibus magis ex professo articulus disputatur.*
29 *Remedia possessoria an sint exequutiua.*
30 *Statutum continuans possessionem testatoris filium vt habeat locum docendum est de eius qualitatibus.*
31 *Mixtura cognitionis meritorum quam intrat, non exequi.*
32 *Statutum continuans possessionem patris in filios, vt habeat locum docenda est filiatio.*
Suitatis qualitas, quando de ea non constat, semper liquidari, & probari debet, nu. 32.
33 *in Possessorio mero non datur appellatio.*
34 *Filiatio ex quibus probari possit.*
35 *in Possessorijs remedijs solum disputatur de prima figura, siue de apparentia tituli.*
36 *Filijs debetur successio in bonis paternis, & ipsi habent primam causam succedendi.*
37 *Officium Iudicis implorari pro restitutione rei, & sufficit docere possessione.*
38 *Filius veniens ad successionem patris, quando teneatur qualitatem filiationis.*

39 *Filiationis quasi possessio operatur, vt filio petenti hæreditatem paternam in iudicio summario immittatur absq; alia probatione filiationis, & n.40.*
41 *Filiatio probatur per actus pro portionatos patri erga filios, & nu.47.*
42 *Filiationis, & legitimitatis quasi possessio ex quibus proba tur. & 43.*
44 *Probatio præsumptiua non sufficit vbi requiritur plena.*
45 *Natta in consil. 421. numer. 1. declaratur, & num.47.*
48 *Matrimonij plena probatio, quando sit necessaria.*
49 *Qualitates requisitæ à statuto in aliquo actu, sunt plenè, & non præsumptiuè probandæ.*
50 *Possessorium intentatum ex Statuto Vrbis lib.1. cap.147. dubium est an sit merum, vel mixtum.*
51 *in Possessorijs iudicijs, vel quando agitur officio Iudicis non est mordicè insistendum in subtilitatibus Iuris.*

DECISIO CXXVIII.

IN hac causa prius fuit dubitatum, cui sit dandum mandatum de manutenendo, & sæpius propositum, non tamen resolutum, deinde ex ordine Dominorum dato dubio, fuit additum, & seu de immittendo, & super hac vltima parte fuit suscepta disputatio, omisso articulo manutentionis, super quo Domini valdè inter se dissentiebant.

Nam Hortensia tanquam filia Fabij, & legitimata per subsequens matrimonium prætendebat habere fundatam intentionem, in Statuto Vrbis 147. lib.1.
1 continuante † possessione defuncti in hæredes suos
tanquam quod ex vi, & ratione legis possideret, &
ob id manutenenda sit, quam possessionem dicebat
verè & propriè transferri posse in hæredem à Lege,
2 vel statuto absque † aliquo actu corporali *per text.*
sing. in l. raptores in fin. ibi plenissima possessio C. de
episc. & cler. quem ibi adhoc Bart. ponderat dicens ex
3 *iuris dispositione, aut vi consuetudinis † sine aliquo*
actu etiam ficto posse transferri plenissimam possessionem, & Bart. sequitur *Gulielm. in cap. Raynutius, in verb. testatore itaque mortuo il 2. de testament.* ex tollens illum text. vti meliorem de iure dicens
4 transferri plenissimam † possessionem, scilicet naturalem, & ciuilem, & hanc opinionem sequuti sunt infiniti relati *per Gabr. de acq. poss. ff. concl.9 num.5.* & etiam ratione, & legis confirmat *Couar. var. resol. lib.3. cap.5. num.7. & vltra l. raptores allegat. l. quod meo de acquir. poss. l. clauibus de contrahen. empt. l. quisquis C. de donat. cap. contigit. de dol. & contum. cap. ex litteris de consuetud.* quibus Iuribus paten-
5 ter † constat de potentia legis & Principis, quibus accedunt alij relati per *Tiraq. de continuand. poss. par.5. declar.1. Molin. de primog. lib.3. cap.12, nu.19. Peregr. de fideicomm. art.47. num.16. Rosentall. de feud cap.7. conceus.17. num.4.* & propter realitatem
6 possessionis translatæ dicebatur † competere tali hæredi remedia possessoria, tàm retinendæ, quàm recuperandæ, *Faber. in §.1. instit. de Hæred. qualit. & differen. Couar. var resol. lib.3. cap.5. num.6. Gultielm. in cap. Raynutius in verbo testatore, itaque mortuo il 2. num.72. Gabr. cons.36. numer. 10. lib.1. Peregr. de fideicomm. dicto art.47. num.23.* & apud suprema tribunalia practicata fuisse testantur de Senatu Mediolani *Ias. cons.146. num.5. lib.4. de Parisiensi. Guidopap. quæst.552. de cons. Neapolitano. Afflict. decis.299. & in Auditorio nostro Modernis temporibus idem tentum fuit ceram bo. mem. Scotto in Romana Officij 3. Decembris 1607. inter impress. per R.P.D. Marchesanum par.1. cap.2. fol.137. vbi sub num.6.* ponderatur, quod statutum vult Senatorem teneri manutenere hæredem, ex quo arguitur
7 illos esse verè possessores, dum † absque positiua possessione, & vera non datur manutentio, *vulg. §. retinenda instit. de interd. & idem fuit dictum coram R. P. D. Martino Andrea in Signina Bonorum 22. Iunij 1615.*

Cæterum Virginia, & aliæ eiusdem Fabij neptes, quæ ad eandem successionem ab intestato veniunt, contendebant de possessione Hortensiæ non constare sola vi, & potentia statuti eam transferentis,
8 quia alij eiusdem † si non maioris auctoritatis Doctores tenuerunt legem, ac Principem, aut consuetudinem hoc facere non posse, cum repugnet principijs naturalibus, etiam eam sustinet, *Franc. Aret. in l.1. num.23. ff. de acquir. hæred.* dicens hoc fieri
9 non posse † à Principe, cum sit aduersus ius naturale quod requirit actum naturalem apprehensionis ad acquirendam possessionē *l.1. in princ. & l.3. ff. de acquir. poss. l. ea quæ ciuiliter. ff. de acquir. rer. dom. & cum Aretin. sentiunt Bald. in l.1. nu.1 C. comm. de leg. & alij allegati per Gabr. de acq. possess. conclus. 9. num.4.* Multi tamen qui sequuntur hanc opinionem non impugnant potentiam transferendi, sed modum, vt non verè & realiter transferatur, sed fictè, & artificiosè, & ob id non dari possessoria re-
10 tinendæ: † aut recuperandæ, quæ fundata sunt in vera, & positiua possessione, *ita Bald. in auth. defuncto num.6. C. ad Tertull. Castr. in cap. si sorori. C. de iur. deliber. Alex. cons 82. num.4 vol.2.* & alios quam plures refert *Tiraq. in tract. de contin. possess. par.6. decl.4. Gabr. de acquir. possess. d. concl.9. nu.6. & eam communem dicunt Alex. in l. in suis num 9. ff. de lib. & posthum. & cons.37. num.5. vol.1. Rip. in Rubr. de caus. possess. & propr. num.24. Cotta in memor. in verbo decreto Mediolani, & alios hoc asserentes refert Peregr. de fideicomm. art.47. num.27. & cum hac ratione respondent ad text. supra allegatos distinguendo factum ab effectu iuris, & hunc sensum videtur habuisse, Rota apud Put. decis.361. numer.7. lib.1.* vnde ex varietate, & efficacia rationum pars Dominorum inhærebat priori opinioni, altera verò pars inclinabat in secundam.

Rursum attenta etiam priori opinione non remouebatur difficultas, dum Virginia, & sorores ante Hortensiam, apprehenderunt possessionem cuiusdam Vineæ, & Domus, per quam prætendebant effectum continuationis ex vi, & potentia Statuti prædicti esse interumptum, & impeditum quasi per possessionem
11 ab aliquo, quam hærede captam inter versa † sit illa ciuilissima possessio, in qua opinione fuerunt, cum *Fulgos. & Ias. post eos in l. Pomponius, §. quæsitum, num.3. per illum text. ff. de acq. possess. & per gloss. in l. cum miles in verb. quasi coniunctum, ff. ex quibus caus. maior.* vbi probatur continuationem possessionis defuncti in successorem quoad effectum vsucapionis iure inductam, & fictam omnino impediri, si ali-
12 ter eam † possessionem apprehenderit, priusquam successor eam actu acquisierit, & idem tenuerunt, *Castr. & Ias. in l. si sorori C. de Iur. delib. Alex. cons. 82. num.4. lib.2. & alij allegati per. Gabr. de acquir. poss.*

poss. concl. 9. num. 18. Tiraquell. de Cont. poss. par. 5. declar. 1. quod etiam fuit dictum in *decis. Romana Vineæ de Lucatellis 30. Octobris 1609. coram Reuerendiss. nostro Decano inter nouissime impressas 263. par. 2.* Sed limitate quoad extraneos hæredes de quibus non loquitur Statutum Vrbis, sed de suis
13 † tantum, & in hac parte Domini etiam variè sentiebant, pars enim illorum tenebat quod possessio indistinctè possit interuerti siue agatur de extraneis, siue de suis, altera verò pars, quoad suos negabat hoc fieri posse, propter effectum continuationis, & suitatis.

Fundamentum principale tenentium possessionē quod omnes posse interuerti deducebatur ex supradicta *gloss. in l. cum miles in verb. quasi conuinctim, ff. ex quib. caus. maior. & l. Pomponius, §. quæsitum ff. de acquir. rer. dom. & ex l. possessio, ff. de vsucap.* vbi in verbis legitur possessio testatoris ita hæredi,
14 procedit, si medio † tempore à nullo possessa est, & rationem ponderant inter certos. *Alex. cons. 83. num. 3. & 7. Peregr. de fideicomm. d. art. 47. nu. 15. Catell. Cotta in memor. in verb. decreto Mediolani,* quod quando statutum inducit continuationem in
15 hæredem, tunc datur medium inter † mortem testatoris, & aditionem, per quam aditionem efficitur patiens dispositum ad suscipiendam possessionem hæreditatis continuatam, vnde actualis illa possessio, quæ contingit, impedit continuationem per extremorum coniunctionem, nec in suo ratio differentiæ diuersificari videbatur; & si non sit voluntarius,
16 sed necessarius hæres, † quia eodem modo consideratur medium inter mortem patris, & immixtionem, prout in extraneo inter mortem testatoris, & aditionem hæreditatis, vt asserunt *Dyn. cons. 38. in fin. & Alber. in l. 1. num. 3 si vt ab hæredit.* se abstineat, vbi
17 ponit † opinionem antiquorum, & Modernorum, An suus sit ipso iure hæres absque immixtione, & *Castr. in l. suis, num. 3. ff. de liber. & posthum.* aduertit quod non separatur suitas à necessitate, vt ideo non procedat effectus suitatis cum effectu ideo,
18 nisi per immixtionem filius † efficietur hæres, & hunc sensum videtur habuisse Rota apud *Caputacq. decis. 199. par. 2. & in Lucana Maiusculatus 24. Aprilis 1587. coram Orano, & coram bon. mem. Pania in Romana Vineæ 13. Martij 1606.* in quibus fuit suo
19 hæredi denegata manutentio propter actualem possessionem ab extraneo apprehensam ante aditam hæreditatem.

Fundamentum verò eorum, qui restrinxerunt primam limitationem, vt locum non habeat in hærede suo, de quò loquitur statutum, deducitur à natura, & effectu suitatis, quæ facit filium in potestate sta-
20 tim, & ipso iure hæredem † necessarium nomine, & effectu, sunt verba *text. l. 1. §. qui sunt, ff. si quis omiss. caus. testam. l. necess. in ijs. vbi etiam Bart. dicit de iure ciuili suos esse hæredes nomine, & effectu, ff. de acquir. hæredit.* idem probatur in *§ sui instit. de hæred. qualit. & differ. l. in suis ff. de suis & legitim.* Vnde cum suitas idem operetur quod in alijs aditio *l. filius qui se paterna, ff. de acq. hæred. vbi gloss. Bart. & alij, & l. si filius qui patri, ff. de vulg. vbi similiter gloss. & Bart. quos etiam refert. & alijs comprobat. Surd. cons. 458. num. 4.* inde dicebatur hæredita-
21 tem iacentem † non dari, *l. cum hæreditas cum glos. C. deposit. Castr. in l. in suis, numer. 3. vers. non ergo dici potest hæreditas patris iacens, ff. de lib. & posthum. Crass. de transmiss. hæredit. cap. 9. num. 17. idem dicit Molin. de primog. lib. 3. cap. 12. num. 20.* & in
22 instanti continuationem † ex potentia statuti operatur: itaut non detur medium inter mortem patris, & subsistentiam hæredis vt aduertunt, *Bald. in cons. 330. num. 4. vol. 1. Alex. cons. 83. num. 7. vol. 2. Gabr. cons. 36. num. 13. lib. 1 idem Molin. d. cap. 12. nu. 20. Couar. var. resol. lib. 3. cap. 5. num. 6. vers. sic,* & interdicto recuperandæ & prout non datur adita hæreditate, *vt per Gabr. de acq. possess. concl. 9. numer. 20. vbi allegat Signoroll. & alios,* ex quo reperitur patiens dispositum ad suscipiendam hæreditatis possessionē beneficio statuti continuatam, vt dicit *Guglielm. in cap. Raynutius in verb. Testatore, itaq. mortuo il 2. numer. 74. de testamen.* quò fit, vt si medio tem-
23 pore possessio † vacua fuerit omnis apprehensio ab alio quam ab hærede capta manutenibilis non sit, quia prima tolli non potest, *Mohed. decis. 7. num. 3. de restit. spol. Dec. cons. 467. num. 12. Honded. cons. 18. num. 28. & seq. lib. 2. Rota decis. 390. par. 1. diuers. & idem Couar. d. cap. 5. num. 6.* facit eandem consequētiam quoad pertinentiam remedij recuperādæ *& ad l. cum miles, cum gloss. in verb. quasi coniunctim, ff. ex quib. caus. maior.* respondebatur cum distinctione supradicta, & hærede extraneo, vel suo, vt in præ-
24 senti; Secundo quia † illa attenditur, prout de iure communi, quæ impropria, & abusiua est, ista verò ex statuto vera, & propria est, vt declarat *Hieron. Gabr. d. cons. 36. num. 8. lib. 1. ac demum eum Couar. d. lib. 3. var. cap. 5.* dicebant, quod in illa agebatur de effectu ad vsucapiendum, & de possessione, quæ vacans erat, & de ea, quæ mortuo testato, e acce-
25 debat, & † adiungebatur possessioni apprehensæ per hæredem, vt colligitur ex *l. Pomponius §. non autem, & §. quæsitum, ff. de acq. rer. dom.* ideo non mirum si possessio medio tempore capta interrumpit præscriptionem, quæ quæ fundatur in possessione,
26 non sic in præsenti, † in quo nec per momentum quidem datur vacuum. Ad opinionem verò antiquorum relatam per *Abb. in l. 1. cap. si vt ab hæredit. se abstin.* satisfaciebant responsiones datæ per eundem *Alber. & ex supra ponderatis,* considerando duplicem acquisitionem hæreditatis reuocabilem,
27 † & irreuocabilem; per quam rationem conseruatur vnitas suitatis, cum necessitate hæredis, & ad decisiones Rotales respondebatur primum nempè,
28 *Caputaq.* † *decis. 199.* admittere hanc continuationem, quando statutum ita disponit, & vt in præsenti ita disponere præsupponitur, sed statutum Bononiense non ita disponere, à quò deducebatur, possessio, & circa hoc dubitabatur, qui non est casus
29 noster, secundum verò † coram Orano, & tertiam coram Penia, non ponderare rationes, sed contentos esse sola DD. auctoritate, vt ideo magis inhærendum sit modernæ decisioni coram R. P. D. An-
30 drea in Signina Bonorum 22. Iunij 1615. in † qua articulus magis ex professo disputatur.

Demum, & altera emergebat difficultas, in quo similiter Domini non conueniebant, nam aliqui di-
31 cebant huiusmodi † possessoria remedia esse exequutiua, vt tenent *Bald. in rubr. de consuetud. n. 20. & clarius in rubr. de caus. poss. & propriet. num. 13. Ias. in l. si sorori 1. col. num. 2. ff. de iur. delib. & Catell. Cotta in memor. in verbo decreto Mediolani. Guglielm. in cap. Raynutius, in verb. Testatore itaq. mortuo il 2. numer. 72. de testamen.* Statuta ante

de

de continuanda possessione emanarunt ad exequu-
tionem legis edictalis, vt exequutio quæ debebat
fieri per Iudicem fiat per legem municipalem, vt
admittit *Bald.cons.*141.*num.*3. *vol.*1. & eo casu in-
32 hærens Statuto tenetur † docere de qualitatibus
statuti, quod verè sit hæres, & non abusiuè; quòd si
à parte negetur, & aliter non constet per confessio-
nem partis, aut per Testatoris assertionem, quia
scripserit hæredem in testamento, tunc dicit *Bald.*
*in d.cons.*241. *num* 6. *& cons.*331. *eod.vol.*1. quod
33 intrat mixtura cognitionis meritorum, & possesso-
ris, ordinarieque, & non exequutiuè procedendum
propter delationem appellationis in huiusmodi pos-
sessorijs mixtis atque ita omnis exceptio, quæ peri-
mere potest petitionem hæreditatis, habet perime-
re etiam fictionem, & beneficium statuti, quam ra-
tionem Domini ponderarunt *in causa Romana de*
Lucatellis 30 *Octobris* 1609. *in nouissimis decis* 263.
*num.*5. *par.*2. *& in Ferrarien. de Tassonis coram*
R.P.D. *Pamphilio die* 26. *Iunij* 1613. *inter impress.*
*per Farin. decis.*513. *tom.*1. quæ omnia dicebantur
in præsenti concurrere, quia Hortensia plenè filia-
tionem suam non probat, & neptes Fabij illam
34 impugnabant, neque est hæres † scripta in testamẽ-
to Fabij; vnde cadebat necessaria cognitio super
qualitate suitatis ius tribuentis, quæ semper liqui-
dari, & probari debet *Dec. cons.*524. *num.*1. *Peregr.*
*de fideicomm. art.*48. *num.*1.

Alij verò Domini transibant cum distinctione
eiusdem *Bald. in cons.*330. *&* 331. *eod. vol.*1. de hæ-
rede suo, & de hærede extraneo, vt in suo, vbi ver-
samur non cadat titulus propriè hæreditarius, quia
necessarius, & non voluntarius est hæres, & pro-
35 pterea † remanet merum possessorium, à quo ap-
pellari non potest, & vlterius dicebant, quòd & si
Hortensia nõ sit scripta hæres, aliunde tamen habet
iudicium Testatoris ex dotali scilicet instrumento
36 eius matris, & dotis eiusdem † in qua nominatur,
tractatur, & dotatur tamquam filia, vt in decis. in
in hac causa fuit ponderatum, ex quibus constituta
37 est in quasi possessione filiationis † sufficienti in re-
medio possessorio, in quo plenè non est disputandũ
de vero iure hæreditario, sed de prima figura, siue
de apparentia tituli, vt dicit *Bald. in dicto cons.* 141.
*num.*1. *in fin. & idem firmatur in decis.*1065. *num.*1.
coram bon. mem. Card. Seraph. & in causa petitio-
nis Hæreditatis, quod est plus fuisse conclusũ in Con-
cilio Neapolitano testatur, *Afflict. decis.*25. *num.*1.
quæ apparentia satis iustificatur ex supradictis.

Cum igitur Domini circa prædicta variè senti-
rent, & dubio sæpius proposito resolutio haberi non
posset, deuẽtum fuit ad disputationem secundæ par-
tis, in qua concordes.

Censuerunt Hortensię dandam esse immissionem.
38 Nam cum Hortensia veniat † tanquam filia Fabij,
ei debetur successio vti habenti primam causam suc-
cedendi, *§. si quis igitur, in l.*1. *auth. de hæred. ab in-
test. venient. auth. defuncto. ff. ad Tertull. eiq. compe-
tit vtile interdictum quorum bonorum l.*1. *C. quorũ
bonorum. gloss. Bart. & alij in l.*1. *ff. eod. tit. Me-
noch. de adipiscend. remed.*1. *num.*33. *quod etiam
fuit firmatum in Romana de Capizucchis inter no-
uiss. impressis* 115. *num.*1. *par.*2. & vlterius subueni-
39 tur etiam officio Iudicis, quod potest † implorari
pro restitutione rei, & sufficit probare de possessio-
ne, vt aduertit *Bart. in l. de vsu. ff. de var. & extr.*
cognit. & sequitur illum *Guidopap. quæst.* 362. &
idem tenent *glos. Bald, & Præpos. in cap.* 1. *in tit. de
controu. inter mascul & fœmin.* quos refert pariter
sequitur *Peregrin de fideicom. art.*48. *num.*2.

Non obstat, quod Hortensiæ non sufficiat venire
ad successionem vti filiæ legitimæ, nisi etiam proba-
40 uerit se talem † cum non habeat iudicium testatoris
notorium in scriptura testamenti registratum circa
vtramq; qualitatem filiationis, & hæredis à quo pos-
sit subleuari, & prout subleuatum in remed. *l. vlti-
mæ, C. de edit. D. Adr. toll.* & tenuit *Menoch. remed.*4
*adipiscend. num.*64. *&* 65.

Quia ex quasi possessione filiationis legitimæ in
qua reperitur, & constituta fuit ab ipso Fabio patre
41 subleuatur † ab illo onere probandi cum illi sufficiat
ista quasi possessio ad effectum succedendi ipsi patri,
& obtinendi in iudicio possessorio adipiscendæ, in
quo leuiores probationes sufficiunt *glos. in l.*1. *in
verb. probaueris. C. quorum bonor. Alex. cons.*51. *nu-
mer.*2. *lib.*1. *dicens ex sententia Bart. in l. non nudis.
C. de probat. & in l.*1. *C. quor. bonor.* quod Aduocati
faciunt duos articulos, vnum de proprietate filiatio-
nis, in quo dicunt ipsum esse filium, aliũ de commu-
ni possessione filiationis, scilicet quod pro filio habe-
batur, reputabatur, & tractabatur, & sufficit proba-
42 re articulum † quasi possessionis ad fundamentum
illius intentionis; & cum *Alex.* idem senserunt *Alc.
cons.*625. *num.*2. *Dec. cons.*54. *num.*1. *verb. ex hu-
iusmodi enim tractatu. Menoch. post alios præsũpt.*
54. *num.*48. *lib.*6. *Alb cons.*83. *num* 22. *lib.*1. *Petr. de
fideicom. quæst.*11. *num.*484. *& idem firmauit Rota
coram bon. mem. Card Seraphino decis.*1065. *& decis.*
43 1282. vbi dicitur † quod ista filiatio probatur per
actus proportionatos patris erga filios.

Quasi autem possessio filiationis benè probatur
44 per actus educationis, nominationis, & dotationis
ponderatos in decis diei 25. Maij præteriti in ac cau-
sa facta, & qualitas legitimitatis iustificatur ex in-
strumento solutionis dotis factæ per Ludouicam ma-
trem Hortensiæ eidem Fabio, qui ambo medio iu-
ramento asseruerunt antea fuisse inter eos contracta
45 sponsalia † cum certa dote, & postea celebratum
matrimonium in facie Ecclesiæ in specie pro legiti-
matione ipsius Hortensiæ, & comprobatur ex in-
strumento dotationis ipsius Hortensię in quo Fabius
denominatur pater Hortensiæ legitimæ, & naturalis,
quibus pro adminiculo accedunt denominatio Ho-
ratij fratris Fabij dum accessit tanquam fideiussor
dotationi prædictæ, & testes summariè examinati
deponentes de tractatu vti legitimæ.

Nec ad prædicta obstat responsio data, quod pro-
46 batio ista † præsumptiua non sufficiat, sed requira-
tur plena, *vt per Natta cons.*421. *num.*1. *& alios al-
legatos, quia reprobantur per Menoch. d. præsumpt.*
54. *num.*48. ostendendo eos æquiuocasse à termino
legitimitatis quæ prouenit à matrimonio ad termi-
num legitimitatis standi in iudicio, de quo illi lo-
47 quuntur; & *Natt. d. cons.*421. *num.*1. † non impu-
gnat filium subleuari ex quasi possessione ab onere
probandi, sed quod tenetur probare se filium legiti-
mum, si conueniatur ab agnatis, qui negent extare
matrimonium, non autem hoc onus sustinent agna-
ti; sed quomodo id probandum sit plenè, vel leuio-
48 ribus probationibus non disputat. quinimo † *Natt.
cons.*473. *num.*14. admittit possessionem legitimita-
tis probari ex tractatu parentum, & meritò, quia
pos-

possunt quidem dare statum, & apparentiam legitimitatis concurrente vehementi coniectura præsum-
47 pti matrimonij, vt in præsenti, per quam † subleuētur filij ab onere probandi, sed non veritatem status, cum hoc non sit in potestate coniugum. sed pen-
48 det à veritate matrimonij, cuius † plena probatio videtur desiderari solùm quando agitur de fœdere matrimonij, aut de succedendo alteri, à quo similem tractatum filius non habeat, *vt distinctum fuit in decis. Parmeñ Status coram Reuerendiss. Archiepiscopo Damasceno die 28. Martii 1618.*

Demum non obstat, quod sola quasi possessio per tractatum, & actus proportionatos non sufficiat
49 Hortensiæ, quæ nititur statuto, & qualitate sui hæredis, quæ aliundè probari non potest, quam per matrimonium, *per text. in l. item in potestate, ff. de his qui sunt sui, vel alien iur.* Quia vltra quod supra
50 ostensum est, † controuersum esse in huiusmodi possessorium ex Statuto Vrbis 147. intentatum sit merum, vel mixtum dicitur, præterea Hortensiam non prætendere immissionem vigore Statuti de conti-
51 nuanda possessione, sed † ex interdicto, quorum bonorum, & Iudicis officio, vbi non cadit ista subtilis indagatio. Et ita &c.

R. P. D. REMBOLDO.

Romana Dotis.

Veneris 20. Iunij 1619.

ARGVMENTVM.

Bona fideicommisso subiecta possunt alienari pro Constitutione dotis descendentibus, non obstante tacita, aut expressa, ac amplissima prohibitione facta à Testatore de dictis bonis non alienandis, quia vel intelligenda venit, vt tunc locum sibi vsurpet, quando descendentes aliundè dotari possunt, aliàs secus, vel quatenus etiam isto casu alienationem interdixisset, & tunc tale præceptum spernendum venit, & quare.

SVMMARIVM.

1 *Auus certi iuris est, quod in subsidium non solum neptem, sed & alios ex eo descendentes dotare cogitur.*
2 *Auus sine dubio neptem dotare tenetur, quando ipsa mulier dotem aliundè consequi non valet.*
3 *Auus in subsidium dotare tenetur neptem, non obstante amplissima alienationis prohibitione etiam ex causa dotis.*
4 *Testator præsumitur se voluisse conformare cum dispositione iuris communis.*
5 *Testator, ex quibus non præsumatur, voluisse eius descendentes in totum dotatas remanere.*
6 *Testator, quando non dicatur abhorruisse alienationem bonorum pro dotandis descendentibus.*
7 *Testatoris etiam expressa, ac ampla probibitio, ne bona possint alienari ex causa dotis, nullatenus tenet.*
8 *Auth. res quæ. C. commun. de legat. secundum magis veram, ac receptam DD. sententiam, fundata non solum est in præsumpta testatoris voluntate, quam in publica vtilitate.*
9 *Auth. res quæ. C. comm. de legat. procedit non solum in tacita, sed etiam in expressa testatoris prohibitione.*
10 *Auth. res quæ. C. comm. de legat. habet locum, nedum in neptibus, & alijs descendentibus adhuc viuo testatore existentibus, sed in natis, & conceptis post ipsius obitum.*

DECISIO CXXIX.

AD effectum disputationis dubij, An scuta 7000. ad computum dotis D. Victoriæ debita, sint deducenda ex bonis fideicommisso à q. D. Luca subiectis, mihi ab Illustriss. D. Cardinali Camporeo, huius causæ Iudice à Sanctiss. D. N. deputato, transmissi, plura fuerunt in facto præsupposita, quæ singula quatenus opus erit, & Illustrissimæ Suæ Dominationi videbitur, poterunt coram eodem verificari, & inter alia potissimum, quod dos scut. 13. mil. ad cuius cōputum dictæ D. Victoriæ dicta scut. 7000. debentur à Lelio dicti q. Lucæ fide committentis filio constituta, non possit dici aliqua ratione excessiua, etiam habito respectu ad effectum, de quo agitur, & quod illa nec ex bonis liberis, neque ex fructibus bonorum dicto fideicommisso subiectorum, iuxta modum ab ipsomet fideicommittente præscriptum persolui possit, & cum istis præsuppositis DD. absq. difficultate censuerunt dicta scuta 7000. dictæ D. Victoriæ deberi ex bonis dicto fideicommisso subiectis.
1 Nam quoniam † certi Iuris est, quod auus in subsidium non solum neptem, sed & alios ex eo descendentes dotare cogitur, *l. Auus, ff de Iur. dot. l. fin. §. vtramque C. de dotis promiss. Castren. in l. mulier, §. cum præponeretur sub num. 2. vers. Nam onus dotandi, ff ad Sen. Cons Trebell. Alex. cons. 124. num. 3. Menoch. cons. 24 num. 24. lib. 3.* Dubium esse non potest quin dictæ D. Victoriæ dicti Lucæ ex Lælio eius filio nepti, dos in eiusdem Lucæ bonis debea-
2 tur, † quando ipsa aliundè, vt præsupponitur dotem suam consequi non valeat.

Nec obstat amplissima alienationis prohibitio, etiam ex causa dotis ab eodem Luca in eius testa-
3 mento facta, † quia vel dicta prohibitio ex præsumpta etiam testatoris voluntate intelligi debet, vt tūc demum locum sibi vindicet, quando ex ipso testatore descendentes aliundè dotari possunt, secus verò si aliundè dotari non possunt, cum hoc, & Iuris di-
4 spositioni, vt mox dicetur, conueniat, cum † qua testator se conformare se voluisse præsumitur, *Aym. cons. 291. num. 4. & seqq. Menoch. cons. 33. num. 22. lib. 1. & cons. 247 num. 24. lib. 3.* & verisimile non sit, quod testator voluerit dictas descendentes peni-
5 tus indotatas remanere, † cum præsertim mandauerit, quod ex fructibus dotentur, nam quemadmodum voluit in subsidium eas ex fructibus dotari, ita quoque censeri debet, quod quatenus dicti fructus pro constituendis dotibus non sufficerent, saltem
6 non † abhorruerit dictorum bonorum alienationem, quod sufficit, ex trad. per *Mantic. de coniect. lib. 3. tit. 3. num. 10. Surd. decis. 62. num. 5.*

Vel in omnem euentum quod clarè constaret mentem dicti testatoris fuisse alienationem dictorum
7 bonorum etiam causa dotis penitus † interdicere, non poterit talis prohibitio dictam Victoriam eius neptem afficere, sed ea non obstante licebit ipsi dotem suam ex dictis bonis consequi iuxta expressam dispositionem *auth. res quæ C. comm. de leg.* quæ quoniam ex magis vera, & recepta Doctorum sententia
8 fundata est non tam in præsumpta † testatoris voluntate, quam in publica vtilitate, procedit non solum

9 lum in tacita, sed etiam expressa testatoris † prohibitione, vt latè fuit in hac eadem causa ad fauorem Octauiæ, & Ceciliæ dicti Lucæ pronepotum 30. *Martij 1618. coram R.P.D. meo Verospio*,* resolutum, & locum habet nedum in neptibus, & alijs descen-
10 dentibus adhuc viuo testatore existentibus,† sed in natis, & conceptis, etiam post illius obitum, vt fuit ex pluribus in eadem *decisione coram R.P.D. Verospio relatis comprobatum, &c.*

Decisio ista in eadem causa, accerrimè discussa fuit, ac pro confirmatione fuit responsum causa semel, ac iterum proposita coram clar. me. Merlino, sub die 20. Nouembr. 1641. quæ magistralis decisio erit infra in par. 8. recent.

Decisio hæc supra hac eadem causa facta die 30. Martij 1618. coram bo. me. Card. Verospio sen. adest in hoc Tomo decisio 16.

REVERENDISS. MANZANEDO.

Patriarcha Hierosolymitano.

Ariminen. Legatorum.

Mercur. 26. Iunij 1619.

ARGVMENTVM.

Mulier præsertim minor, si enormissimè læsa fuerit, non obstante eius renunciatione facta cum interuentu proximiorum, & decreto Iudicis, alijsque solemnitatibus adhibitis, ac cum eius multiplicatis iuramentis de non contraueniendo, poterit agere ad rescissionem, ac venire contra propriam renunciationem. Læsio enormissima ex quo apparenter probata remaneat. In donatione, quando considerari possit læsio, quamuis ipsa per se sit actus læsiuus.

SVMMARIVM.

1 *Minor potest venire contra propriam renunciationem, non obstante iuramento, decreto Iudicis, & alijs solemnitatibus, stante enormissima læsione.*
2 *Læsio enormissima ex quo clarè appareat.*
3 *Inuentarium per hæredem confectum, plenè contra eum probat.*
4 *Læsus enormissimè, vt minor dicatur, sufficit, quod duplo, vel triplo datum fuerit minus, quàm dari debuit.*
5 *in Donatione non consideratur læsio, cum ex se, sit actus læsiuus.*
6 *in Donatione etiam consideratur læsio, quando interuenit dolus.*
7 *in Donatione correspectiua benè potest considerari læsio.*
8 *Donator quoties ignorat à principio, id quod donat, dicitur læsus.*
9 *Res inter alios gesta, tertio non nocet.*

DECISIO CXXX.

DOMINI censuerunt legata deberi, licet enim Eleonora illis, ac alijs prætensionibus renunciauerit cum interuentu mariti, & soceri proximorum cum decreto Iudicis, & alijs solemnitatibus adhibitis, & cum multiplicatis iuramentis de non cōtraueniendo; tamen stante enormissima læsione intrat conclusio, quod mulier, præsertim minor, potest
1 venire contra propriam renunciationem † non obstante iuramento, decreto Iudicis, & alijs solemnitatibus. *Felin. in cap. in præsentia num. 8. vers. & quamuis de probat. Couarr. in cap. quamuis pactum par. 3. §. 4. num. 3. de pact. in 6. Abb. cons. 107. sub num. 3. lib. 2. Dec. cons. 45. num. 1. Ias. cons. 143. per tot. Curt. iun. cons. 53. num. 9. & 10. & cons. 141. num. 5. Menoch. cons. 412. per tot. Gabr. de iur. dot. concl. 1. num. 8.* qui omnes testantur de communi, & hanc opinionem sequuta est Rota *in decis. 102. num. 1. & seq. par. 2. diu. & in Tudertina, seu Romana nullitatis obligationis 4. Iulij 1614. coram R.P.D. meo Buratto.*


In casu autem nostro enormissima læsio videtur
2 clara,† cum Eleonora pro scutis mille soluere non habere, sed cum pluribus conditionibus, & post decennium, renunciauerit legato dotis scutorũ 5000. sibi à patre relictorũ, & vestis, necnon supplemento legitimæ, quod erat non mediocre, vt colligitur ex
3 inuentario bonorum paternorum † per hæredem confecto, quod contra illum plenè probat *ad text. in l. fin. C. de arbitr. tutel. Surd. cons. 290. num. 27.* & tenuit *Rota in vna Bonon. pecuniaria dotis coram me, quæ est decis. 426. par. 1. recent.* Item renunciauerit omni iuri sibi quomodolibet cōpetenti, & competituro vigore cuiusuis inuestituræ in bonis emphyteoticis factis ad fauorem sui patris, & aliorum antecessorum consanguineorum, & cuiuslibet eorum coniunctorum, & ex quocunque alio capite inclusiuo fœminarum, in quo ipsa Eleonora, vel eius filij comprehenderentur, & ex vigore cuiusuis fideicommissi purificati, vel purificandi cum clausulis omnino insolitis, & prægnantissimis, propter quam renunciationem tanti valoris negare non potest E-
4 leonoram dici enormissimè læsam, † cum ad istum effectum, etiam sufficeret, quod duplo, vel triplo datum fuerit minus quàm dari debuit. *Gabr. dicta conclus. 1. de iur. dot. num. 11. Corn. cons. 214. num. 4. lib. 3. Menoch. dicto cons. 412. num. 1. & 2.*

5 Non obstat quod versemur in donatione, quæ † per se est actus læsiuus, tum quia in donatione etiam con-
6 sideratur læsio quando interuenit † dolus, prout in casu, *Corn. cons. 124. num. 5. lib. 3. Mandell. cons. 77. num. 2. Rota dicta decis. 102. num. 2. diu.* tum etiam quia non sumus in simplici donatione, sed in dona-
7 tione correspectiua ad scuta mille sibi promissa, † in qua cadit læsio, *Seraph. de priuil. iuram. priuil. 21. num. 13. post med. vers. nec obstat quod dicebat. Curt. Iun. cons. 141. num. 14. Rota dicta decis. 102. nu. 7.*

Quod maximè procedit respectu renunciationis supplementi legitimæ, & bonorum emphyteuticorum, & fideicommisso subiectorum, quorum certam
8 notitiam non habebat † quoties enim donata ignorat à principio id quod donat dicitur læsum, *Ruin. cons. 107. num. 21. & 22. lib. 2. Rota dicta decis. 102. num. 10.*

Vltimò non obstat quod alia soror Eleonoræ similem renunciationem fecerit, quia vltra quod illa habuit scuta 3000. & sic longè maiorem summam,
9 dicebatur, quod † fuit res inter alios acta, quæ non præiudicat Eleonoræ.

Et ità resolutum, &c.



REVE-

REVERENDISS. PIROVANO.

Teralben Rectoriæ.

Vener. 28. Iunij 1619.

ARGVMENTVM.

Beneficijs, vt quis ab Ordinario iustè, & validè priuetur ob non residentiam debet seruari forma in hoc data à Canon. *c. ex parte. C. de Cler. non resid. & Sac. Concil. Trident. can. 1. sess. 23.*

SVMMARIVM.

1 *de Contumacia citati non potest dici constare, si non sit personaliter citatus.*
2 *ad Beneficij priuationem contra latitantem, aut absentem post citationem per edicta, vt procedatur, quin seruari debeat.*
3 *Incipi enim debet à censuris, & inde per sequestrationem fructuum, & eorumdem subtractionem.*
4 *Ordinarius, vt priuet beneficio quem ob non residentiam, debet seruare formam traditam per sacros Canones.*
5 *Ordinarius, quando nulliter dicatur priuasse aliquem ob non residentiam.*
6 *Beneficio curato, quis ob non residentiam priuatur ipso iure.*
7 *Ita vt non requiratur trina monitio, cum non sit vera priuatio, sed declaratio facti.*
8 *Et an hoc iure probetur, & quid in hac materia senserit Eminentiss. Congregatio Interpretum Sac. Concil. Trident. num. 9.*

DECISIO CXXXI.

FVIT dubitatum de validitate, & iustitia sententiæ priuationis contra Ioannem Fadam, & Domini censuerunt eam esse reuocandam, quia non fuit legitimè processum ad priuationem.

Non enim fuit personaliter citatus, prout erat ne-
1 cesse, vt † constaret de eius contumacia, *c. ex parte, il primo, de Cler. non resid. Abb. in cap. quoniam frequenter, §. porro num. 10. vt lit. non contest. Cardin. Mantica decis. 12. num. 1.*

Neque contra eum vti latitantem, profugum, aut
2 absentem post citationem per edicta seruata † fuit forma procedendi ad priuationem, data in decretis Sacri Concilii *Trident. cap. 1. sess. 24. de reformat.* incipiendo à censuris, deinde per sequestrationem fructuum, & per eorumdem subtractionem, & quam
3 esse † præcisè obseruandam, declarauit Sacra Congregatio Concilij interpres sub diebus 21. Octobris, & 6. Decembris 1576. postulante sancto Carolo Borromeo.
4 Demum non etiam fuit seruata forma per † sacros canones tradita, quatenus arbitrarium sit Ordinario procedendi ad priuationem per alia iuris remedia; vt sensisse videtur eadem sacra Congregatio in copia, quæ data fuit, cauetur enim *in c. ex tuæ de Cler. non resid.* quod vltra trinam citationem per publicum edictũ in loco beneficij expectetur adhuc beneficiatus per sex menses, quod tamen factum nõ fuit, dum ex edictis, quæ dantur, patet quod vltimũ fuit publicatum die 6. Martij 1618. sententia verò
5 priuationis † fuit lata die 2. Maij subsequentis, & sic intra sex menses, vnde patens nullitas sententiæ colligitur, vt sæpe Rota declarauit apud Card. Mantic. *decis. 12. & Card. Seraph. decis. 27. par. 1. & decis. 1346. & 1366. par. 2. & coram R. P. D. Vbaldo in Mediolanen. Capellaniæ inter recentiores dec. 593.*

Non obstat quod in præsenti agatur de beneficio
6 curato, † in quo priuatio ob non residentiam inducitur ipso iure, vt post alios tradit *Hoieda de incompatib. part. 1. cap. 28. num. 22.* & eo casu non requira-
7 tur † trina monitio, cum non sit vera priuatio, sed declaratio facti, super quo ius disponit ipso iure.

Quia huiusmodi distinctio iure non probatur, & *text. in c. ex tuæ de Cler. non resid.* non facit hanc di-
8 stinctionem, † & *Sacrum Concil. cap. 1. sess. 23.* loquitur de parochialibus; & Illustriss. eiusdem Interpretes interrogati super intelligentia verborum vsque ad priuationem, quæ posita sunt in *d. c. 1.* Respõ-
9 derunt in copia, quæ data fuit, esse intelligenda, † vt præcedant tria edicta publica, & lapsi sint sex menses ab vltimo edicto, *iuxta cap. ex tuæ de Cler. non residentib.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

Confirmata fuit præsens decisio in eadem causa, vt infra sub die 20. Decembris 1620. coram eodem bo. me. Pirouano.

R. P. D. VBALDO.

Anconitana Prædij.

Lunæ 1. Iulij 1619.

ARGVMENTVM.

Laudum nullatenus subiacet vitio nullitatis, licèt omnes differentias in casu compromisso non determinauerit. quando in dicto compromisso non fuerunt compræhensæ, cuius formam Arbiter seruare tenetur. verum tamen est, quod annexa, & accessoria in compromisso veniunt, quamuis non expressa. Arbibitrium pro sanatione nullitatum laudi, quando intret.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium pro sanatione nullitatum intrat, quando sunt turbidæ.*
2 *Laudum est nullum, si non terminet omnes differentias.*
3 *Compromissum ex quibus restringatur.*
4 *Arbitri non tenentur decidere, in compromisso non comprehensa.*
5 *Arbiter à forma compromissi non potest recedere.*
6 *Fructus recipiens tamquam administrator, tenetur ad eorum restitutionem.*
7 *in Compromisso veniunt connexa, & accessoria.*
8 *Nullitas in laudo si non respiciat totam arbitrorum iurisdictionem illa sanabilis est, stante clausula arbitria.*
9 *Executionem laudi, vel rei iudicatæ petens sufficit, vt ipsa lauda, vel sententias ostendat, reliqua verò acta impugnanti executionem, annexum est onus ea transportare.*
10 *Nullitas, quæ fit in executione, non annullat sententiam, sed ipsam executionem.*
11 *Procurator dominus litis effectus, durat eius mandatum, etiam post mortem principalis.*
12 *Procurator redditur vti principalis si super rebus, de quibus controuertebatur, ei fuerit relictus vsusfructus.*

DE-

DECISIO CXXXII.

EMANARVNT duo lauda in Ciuitate Anconæ, quibus fuit declaratũ tres partes ex quinque vnius fundi hæreditarij Mauritiæ pertinere ad eius filias ex primo matrimonio, ipsasque esse restituendas per Vincentium secundum virum fundi detentorem, & laudis fuerat data exequutio per Illustrissimum Cardinalem Sabellum, tunc Anconæ Gubernatorem possessione subsequuta, à qua tamen mulieribus deiectis reintegratis respectiuè per diuersas sententias in partibus, & in Curia latas, fuit demum causa commissa in Rota, & cum de validitate sententiarum dubitaretur. Fuit à Signatura rescriptum, vt reiectis nullitatibus procedatur arbitrio Rotæ. Vndè dubio iuxta stylum in Rota proposito, An intraret arbitrium. Domini affirmatiuè responderunt, si tamen vltima sententia esset iusta, de quo reseruarunt particulariter videre; cum enim nullitates, vel non adsint, vel sint turbidæ, vt proxi-
1 mè † apparebit. Arbitrium intrat pro sanatione nullitatis, *vt fuit decisum in Leodien. fideicommissi 21. Maij 1614. coram R.P.D. meo Pirouano, in Spoletana prædij 20. Maij 1615. coram R.P.D. Pamphilio, Elboren. Iuris conferendi 18. Martij 1613. coram R.P.D. meo Manzanedo, quæ est decis. 442. num. 1. in fine par. 2. in recen. Soletana Decimarum 6. Aprilis 1615. coram R.P.D. meo Andrea, quæ est decis. 680. in fine eadem par. 2. & aliàs sæpè.*

Nullitates verò narratæ in commissione, quod
2 sint leues, † & turbidæ patet; quia prima est, quod Arbitri non terminauerint omnes differentias, *iuxta l. Pedius, §. in seruum, ff. de recept. arbitr.* & fuit dictum in illa *Romana laudi coram* R.P.D. *meo Buratto, quæ est decis. 515. num. 17. & decis. 553. nu. 19. par. 1. in recent.*

Sed hæc nullitas tollitur ex eo, quod Vincentius compromiserat omnes causas vti pater administrator filiorum Mauritiæ ex secundo matrimonio, &
3 quod † ideo compromissum restringebatur iuxta tradita per *Surd. decis. 176. num. 6. & 7. & dec. 282. num. 7.* & licet deduxerit etiam proprias prætensiones, quasi non fuisset sibi soluta integra dos, nec con-
4 signata arnesia. Tamen non tenebantur Arbitri † illas decidere, vt in compromisso non comprahensa, *Abb. cons. 58. num. 12. cum alijs per Sanch. ad l. hæredes mei, §. cum ita par. 6. num. 88. ff. ad Trebell.*
5 cum † à forma compromissi non sit receden. *l. non distinguemus, §. officio, ff. de arbitr. cum alijs per Blanch. de compromiss. q. 6. princ. num. 5.*
6 Non obstat, quod † condemnauerit Vincentium ad restitutionem fructuum, quia cum eos percepisset tanquam pater, & legitimus administrator illi
7 erant connexi, & accessorii. † Ideo id veniebat in compromisso *Blanch. vbi supra num. 15.* & in omnem euentum cum hæc nullitas non respiciat totam arbitrorum iurisdictionem, illa sanabilis per dictam
8 clausulam, Arbitrio, † cum hic nulla adesset conuẽtio determinan. omnibus differentijs, *vt in illa Romana laudi coram D. Buratto.*

Secunda verò nullitas, quod non fuit coram Gubernatore Anconæ, qui dedit exequutionem laudis per dictum Instrumentum compromiss. reddebatur dubia, tum ex Statuto Anconitano mandan. dari exequutionem Instrumentis, statim exhibitis ex eo,
9 quod Diana, quæ volebat exequutionem † laudorum satis fuit ostendere ipsa lauda, reliqua verò acta erant transportan. per Aduersarios, qui laudo impugnare volebant. *V ant. de nullit. tit. à quo, & quib. Rota decis. 294. num. 6. par. 1. in recent.*

Tertia demum nullitas ex defectu mandati Cipriani, qui cæpit possessionem vigore Statuti Maceraten pariter cessat, quia vltra quod id non respi-
10 cit † nullitatem sententiæ, de qua agitur, sed potius exequutionem, Ciprianus non solum erat procura-
11 tor substitutus Alfortino † Domino litis effecto post mortem Dianæ, *l. mandatum. C. de mand. cum alijs per Gabr. de procur. conclus. 3. num. 1.* sed etiam erat
12 relictus vsufructuarius à Diana vxore sua, † & ideo habebatur tanquam principalis in his rebus in quibus habebat vsumfructum, *l. 1. §. fin. cum leg. seq. ff. de nou. oper. nunc. l. 1. §. fin. ff. vsufr. quemad. cau. Borgnin. de vsufr. mul. relat. num. 7. cum aliis per Surd. cons. 162. num. 14. lib. 2.*

Et ita fuit decisum, &c.

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Theatina Præpositturæ.

Lunæ 1. Iulij 1619.

ARGVMENTVM.

Ordinarius ad hoc, vt iuris ordine seruato procedat ad priuandum, quem beneficio, præcedere debet bina citatio in loco beneficij, & quod expectetur per sex menses; & quando ad hoc citationes personales non habeantur in consideratione.

SVMMARIVM.

1 *Possidenti danda est manutentio, quamuis possessione fuerit priuatus per sententiam Iudicis.*
2 *Possessio data à Iudice, tunc est releuans quando procedit iuris ordine seruato.*
3 *Ordinarius, quando iniustè procedat ad priuationem beneficij.*
4 *Citatio bina in loco beneficii, & quod expectetur per sex menses, est necessaria solemnitas, vt quis priuetur beneficio.*
5 *Citationes personales non releuant, quando quis comparere non potest.*
6 *Comparere quis dicitur impeditus, quando postquam citatus fuit ad comparendum carceratus fuit.*

DECISIO CXXXIII.

PRO informante fuit tentum, hoc est Abbati Iosepho dandum esse mandatum de manutenendo, quia de eius possessione constat ex testibus datis in Summ. num. 2. & non obstat, quod fuerit illa
1 priuatus per sententiam † Ordinarij, *iuxta not. in l. clam possidere, §. qui ad nundinans, ff. de acq. poss.* quia hoc non habet locum quando Iudex non pro-
2 cedit Iuris ordine † seruato. *Abb. in cap. conquerente num. 7. & 8. de restit. spoliat. Rip. in l. naturaliter §. nihil commune, ff. de acquir. poss.* & fuit dictum in *Romana Viridarij die 8. Martii præsentis anni coram me.* In proposito autem casu, visum fuit Do-
3 minis, † quod Ordinarius non processerit ad priuationem Iuris ordine seruato, ex quo non præcessit
4 bina † citatio in loco beneficij, & etiam non fuit expectatus per sex menses, *iuxta not. in cap. ex tua de cleric. non resid. Seraph. decis. 1346. & 1366. &* fuit

fuit dictum in causa Terrablen. parrochialis coram, R.P.D. meo Pirouano in Rota proximè præterita
5 & licet dicantur † factæ quædam citationes personales, tamen cum post illas Iosephus fuerit carceratus in Vrbe nempè 18. Septembris 1612. vt patet ex fide data, visum fuit quod illæ citationes non sint
6 † habendæ in consideratione, ex quo Ioseph per dictam carcerationem fuit impeditus comparere iuxta not. *in l. 2. §. si quis iudicio. ff. si quis caut. & per glos. in cap. fin. in verb. excussionem de Cleric. non residen. &c.*

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Meleuitana Bonorum.

Veneris 8. Nouembris 1619.

ARGVMENTVM.

Pater, cum non possit præiudicare filijs in eorum bonis aduentitijs, ideoq. si aliquid ad illorum fauorem in pactis matrimonialibus fuerit stipulatum, tunc si pater in præiudicium eorum sine consensu ipsorum determinet, perperam agit, & plura circa dictum consensum.

SVMMARIVM.

1 *Pater non potest præiudicare filijs in eorum bonis aduentitijs.*
2 *Mater relicta legitima filijs, de reliquis bonis potest ad libitum disponere.*
3 *Præsumptio non iuuat in materia præiudiciali.*
4 *Præsumptiones vt intrent in materia præiudiciali debent esse valdè concludentes.*
5 *Matrimonia regulariter non contrahuntur sine dote.*
6 *Pacta extraordinaria in dote regulariter non solent apponi.*
7 *Præsumptio præsumptionum non admittitur.*
8 *in Præiudicialibus actus præsumptionis scientiæ, non inducit aliam præsumptionem circa qualitates rei.*
9 *ex Scientia partis præsumitur scientia totius.*
10 *Scientiam veram vnius partis instrumenti, quando quis habuit, non potest allegare ignorantiam, quoad aliam partem.*
11 *Et ideo secus est, quando quis non vidit instrumentum, sed eius scientia deducitur præsumptiuè.*
12 *Filia potest ratificare constitutionem dotis ei factam à patre quamuis non sciuerit omnia pacta.*
13 *Mandatum ad aliquid faciendum, quando quis non dat alicui, tunc ille si ratificat gesta per eum, requiritur scientia cum suis qualitatibus.*
14 *Secus vero, quando præcessit mandatum.*
15 *Pater habet mandatum à lege faciendi vtilia pro filijs.*
16 *Filia potest ratificare constitutionem dotis sibi factam à patre, absque ratificatione pactorum onerosorum, & quod nihil habent commune cū dote.*
17 *Contrahens cum eo, qui plenum non habet mandatum, sibi imputet.*
18 *Matrimonium potest esse sine dote, & consensu patris.*
19 *in Contractibus, qui verbo contrahuntur quid requiratur.*
20 *Bona acquisita per vxorem constante matrimonio, præsumuntur acquisita ex bonis viri, & ideo debentur falsa.*
21 *Causa si sit expressa in sententia non potest ex diuersa substineri, si illa sit falsa.*
22 *Fatuus est Iudex, qui exprimit causam in sententia.*

DECISIO CXXXIV.

DOMINI prætermisso capite nullitatis, vel validitatis sententiæ de partibus, quæ inspectio visa fuit non esse necessaria, stante iniustitia sententiæ, recesserunt à decisis coram me in hac causa die 25. Febr. proximè præteriti,* quoad iniustitiam censuerunt sententiam de partibus de cuius exequutione agitur, fuisse iniustam, dum pronūciat omnes filios q. Entionæ esse æqualiter vocatos in vim contractus matrimonialis, ideoq. hæredes institutos teneri participare dicta bona cum alijs fratribus iuxta formam dicti contractus matrimonialis, &
1 etenim regula iuris † est quod pater non potest præiudicare filijs in eorum bonis aduentitijs, *l. cum oportet, & l. fin. §. ipsum autem. C. de bon. quæ liber. & l. prout vbi Bald. de bon. mater. idem Bald. cons.* 141. *in fin. lib. 4. Arius Pinell. in d. l. 1. par. 3. num. 18. C de bo. matern. & Rota decis. 622. num. 3. par. 1. diuers.* ideoq. non potuit pater ista pacta matrimonialia in absentiam filiæ imponere hanc legem ipsi filiæ quoad bona per ipsam filiam quærenda, & consequenter remanet firmum, quod En-
2 tiona † relicta legitima filijs potuerit de reliquis suis bonis ad libitum disponere *l. vnica. §. videamus. C. de rei vxor. act. l. quoniam Nouella, & l. omnimodo. C. de inoffic. testam.*

Non obstat prætensa ratificatio Entionæ, de qua in alia decisione, quia de expressa ratificatione non
3 constat, & in materia præiudiciali † regula est quod præsumpta non sufficiant *Mobed. decis. 4. de prob. & fuit deductum in causa* Romana de Arronijs *coram R.P.D. Vbaldo relat. int. recent. impress. decis. 593. par. 3.* vel saltem præsumptio debet esse vehemen-
4 tissima, & ducta † à communiter accidentibus, in quibus terminis loquitur *decisio Rotæ 89 nu. 11. & 12. par. 1. diuers. & in Firmana dotis 27 Nouembris 1617. coram* R. P. *D. Buratto.* quæ in contrarium allegantur loquuntur in ipsa dote, de qua mulier præsumitur habere notitiam cum matrimonia
5 † regulariter non contrahantur sine dote, vt ponderant prædictæ decisiones, secus visum fuit Do-
6 minis quoad ista † pacta extraordinaria, de quibus visum fuit non esse præsumendum quod mulier habuerit notitiam, cum ordinarie non apponantur.

Nec dicatur quod eo ipso quod præsumitur habuisse notitiam dotis, etiā præsumatur habuisse notitiam omnium pactorum in instrumento dotali appositorum, quia fuit responsum hanc esse præsumptionem fundatam, in alia præsumptione,
7 & sic † præsumptio præsumptionis, quæ de iure non admittitur, *glos. in l. 1. in fin. C. de dot. promiss. Ruin. cons. 66. nu. 22. vers. ex quo igitur lib. 3. Menoch. cons. 459. num. 31. Card. Mantic decis. 264. num. 10.* ideoq. in istis præiudicialibus ex præsum-
8 ptione † scientiæ actus non induci præsumptionem scientiæ qualitatum *glos. in cap. cum certationi in verb sciuerit, vbi Gemin. num. 15. de appell. in 6. Surd. cons. 328 num. 28. Menoch. cons. 389. num. 21. & Put. decis. 191. num. 16. lib. 1. in correct. Rota in* dicta

dicta Romana de Arroniis num.4. sicq. non obstat
Crau. cons.74. num. 2. cum alijs per *Menoch. de*
præsumpt. lib.6. præsumpt. 23. num. 73. vbi dicunt
9 † ex sciētia partis præsumi scientiam totius. *argum.*
l.non est ferendus. ff. de transact. quia loquuntur,
quando quis probatur habuisse scientiam veram
10 † vnius partis instrumenti, puta quia illam vidit;
tunc enim non potest allegare ignorantiam alterius
partis eiusdem instrumenti, & ita loquitur d. l.
non est ferendus, vt patet in informatione casus, &
11 tradunt ibi scriben. In proposito autem casu † non
apparet quod Entiona viderit instrumentum dotale,
sed hoc tantum deducitur præsumptiuè. Non
obstat quod non potuerit Entiona ratificare constitutionem
dotis absque eo quod ratificauerit omnia
12 pacta per procuratorem † in eadem constitutione
dotis apposita, quia in hoc placuit distinctio de qua
per *Put.decis.367.nu.3. & 4. lib.2.in correct.* nempè
quod aut non præcedit mandatum ad faciendū,
13 & tunc † non potest quis ratificare gesta per aliquem,
nisi ratificet cum suis qualitatibus, aut vero
præcedit mandatum, & tunc possit ratificare fa-
14 ctum ad terminos † mādati sine ratificatione qua-
15 litatum. in proposito autem casu cū pater † habeat
mandatum à lege ad faciendum vtilia pro filijs, *l.1.*
§. parentes autem. C. de bon. quæ liber. cum concord.
dicebatur potuisse Entionam ratificare con-
16 stitutionem dotis à patre factam † absq; ratificatione
pactorum onerosorū, & quod nihil habent commune
cum dote, sibiq. imputare debet qui contra-
17 hit † cum istis non habentibus plenum mandatum,
l. qui cum alio.ff. de reg.iur. Dicebant etiam aliqui
ex Dominis non apparere quod Entiona formaliter
ratificauerit constitutionem dotis, neque hoc in-
18 ferri per necesse ex contractu matrimonij, cum † matrimonium
possit esse sine dote, & sine consensu patris,
ideoque potuit Entiona consentire in maritum
absque acceptatione instrumenti dotalis, & multo
magis pactorum matrimonialium, & hæc magis de
plano procederent si verificaretur in facto contractū
matrimonij fuisse effectuatum ante instrumentum
matrimoniale, vt fuit allegatum per informantes
pro Matthæo, & litis consort.

Prædictis additum fuit, quod pactum circa bona
quærenda per Entionam constante matrimonio, fuit
per Notarium simpliciter stipulatum, nomine quorum
interest, & sic pro illis qui habebant interesse
de tempore contractus; propterea quoad filios Entionæ,
qui adhuc non erant in rerum natura, defuit
simultaneus consensus, & stipulatio necessaria in
19 istis † contractibus, qui verbo contrahuntur, *Instit.*
in princ. de verb. oblig. & ibidem scrib. glos. in l. labeo la seconda in verb. vltro citroq. ff. de verb. signific at.

Circa aliud caput, de quo in decisione, nempe
quod bona quæsita constante matrimonio præsumā-
20 tur quæsita † de bonis viri, & propterea debeant esse
cōmunia illius filijs, iuxta not. *in l. Quintus Mutius. ff. de donat. inter vir. & vxor.* fuit modo obseruatum,
quod sententia, de cius exequutione agitur
non dicit ista bona simpliciter deberi filijs, quo
casu posset sustineri ex quocumque capite bona deberentur;
sed dicit deberi in vim, & exequutionem
contractus, & instrumenti dotis, & iuxta illius formam,
& vocationem, quæ ratio expressa, cum de
21 iure non subsistat ex prædictis, non † potest sententia
ex alio capite, & sic ex dispositione, *l. Quintus*
Mutius quatenus fortè intraret de quo alias; sustineri,
Gemin.cons.53.num.15 Alex. cons.69.num.3. lib.3. & cons.141. num.1. lib.7. Dec. cons.403. numer.20. Anchar.cons.208. num.8. vbi dicit fatuum
22 esse † Iudicem qui exprimit, causam in sua sententia &c.

** Decisio ista in hac causa sub die 25. Febr. 1619. à qua Rota recessit, est supra in hoc Tomo decisio 83. sed vide infra alteram decisionem in eadem causa sub die 25. Maii 1620. vbi Rota reuocauit præsentem decisionem, in decisis stando in prima decisione sub d.die 25. Februarii 1619.*

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Bononien. Beneficij.

Veneris 8. Nouembris 1619.

ARGVMENTVM.

Attentare in causa non dicitur, quando quis est merè tertius, & ideo secus si successerit in locum vnius ex collitigantibus, vel si cum eo habeat participationem. Litis mentio facta in gratia super re litigiosa, licet operetur vt non sit subreptitia tamen minimè dat facultatem aliquid operandi in præiudicium litis pendentiæ.

SVMMARIVM.

1 *Tertius qui est merè, non dicitur attentare.*
2 *Tertius, qui succedit in locum vnius ex collitigantibus, vel si cum illo habet participationem, dicitur attentare.*
3 *Litis mentio si sit facta in gratia, id non operatur, vt aliquid sit faciendum in præiudicium litis pendentiæ.*
4 *Gratia super re litigiosa obtenta, non facta mentione litis, est nulla.*
5 *Res iudicata vt seruat Rota non operatur, quando non fuit executioni demandata.*
6 *Lis reuiuiscit per restitutionem in integrum aduersus rem iudicatam.*
7 *Subrogatus gratiosè in possessionem alterius, capiendo possessionem non attentat.*
8 *Mandatum de subrogando non continet subrogationem gratiosam.*
9 *Subrogatio verè gratiosa dicitur illa, quando Papa subrogat, secus verò si mandat subrogari.*
10 *Subrogatus gratiosè à Papa, quare possit capere possessionem propria auctoritate.*
11 *Papa quando mandat aliquem subrogari in locum alterius, tunc quid sit faciendum.*
12 *Decisio in causa Bracharen. coram eodem Card. Sacrato, in quibus terminis loquatur.*

DECISIO CXXXV.

VERSABAT lis in Rota inter Melisardum possessorem Parrochialis, de qua agitur ex vna, & Vniuersitatem Villæ Molinellæ prætendentem Iuspatronatus, & manualiter in dicta Ecclesia ex altera. Postea Melisardus fuit ab Archiepiscopo Bononien. prouisus de alia Ecclesia Parrochiali, qui propterea cessit Ecclesiam Molinellæ in manibus Papæ, & successiuè illam impetrauit à Sede Apostolica

stolica Andreas Facciolus cum mandato de subrogando in ius Malisardi, ex quo ad illius possessionē cum expressione litis pendentis, harum litterarum vigore fuit Malisardus ab exequutore suarum litterarum in possessionem Parrochialis immissus, & fuit dubitatū in Rota, An talis immissio fuerit attentata, & pro affirmatiua conclusum. nam quicquid
1 fit respectu illius, † qui est merè tertius dicitur non attentare, iuxta notata *in c. Roman. in §. in aliū de appellat. in 6. gloss. in cap. non solum in verbo reducendū in princip. eodem tit. de appellat. in 6. Put. decis. 74. num. 2. & 3. lib. 2.* certè quando iste tertius
2 succedit in locum alicuius ex collitigantibus, † vel cum illo habuit participationem, dicitur attentare, *Præposit. in c. bonæ num. 18. vers. vel aliter potest solui de appell. Mobed. decis. 14. nu. 1. de caus. ppr. & poss. Rota in causa Bracharen. parrochialis 11. Maij 1601. coram me*, & latius *in Barchinonen. parrochialis de Mataro 20. Iunii 1611. vers. ratio secundi casus coram R. P. D. meo Decano relat. int. recent. impress. decis. 342. par. 1. tom. 1.*

Non obstat quod Facciolus in sua gratia fecerit mentionem litis, quia hoc non operatur, vt Faccio-
3 lus potuerit aliquid facere † in præiudiciū litis pendentis, sed tantum fuit liberatus à vitio subreptio-
4 nis, quia alias gratia ob non factam mentionem † litis fuisset nulla. *Felin. in cap. in nostra num. 17. vers. & scias de rescript. Franch. in cap. vt debitus n. 34. de appell. Aegid. decis. 46. num. 1. Cassad. decis. 18. num 6. de præbend. Seraph. decis. 1403. num. 3.* & ita in puncto ad dictam clausulam respondit *Rota in causa Aquilana cappellaniæ de Stiffo 1. Iul. 1588. coram Orano, & in Toletana beneficii 14. Nouembris 1605. coram Iusto*, sicut etiam non subsistit in facto quod lis iam esset finita cum Malisardo, stante re iudicata contra illam emanata, quia Rota seruat,
5 † quod res iudicata non finiat litem, quando non fuit exequutioni demandata, prout non fuit demandata in hoc casu, ex quo Malisardus nunquam fuit expulsus. *Mobed. decis. 3. in fin. & decis. 5. ante numer. primum vt lit. pend. Acchill decis. 1. eod. tit. Caputaq. decis. 172. num. 5. & 6 par. 2.* & prædicta eo magis procedunt, quia iam fuerat commissa causa
6 restitutionis in integrum † aduersus rem iudicatam, per quam commissionem reuiuiscerat lis, *Cassad. dec. 13. num. 1. de rescript. Seraph. decis. 945. num. 3. & fuit dictum in causa Placentina parrochialis de Malpartida 1. Iulii, & 6. Nouembris 1602. coram bo. me. Litta.*

Minus etiam facit, quod gratiosè subrogatus in
7 vim, & possessionem † alterius, capiendo possessionem minimè attentet, vt per *Lācell. de attent. par. 2. cap. 4. in præfat. num. 391. & seq. cum aliis allegatis*, quia gratia Faccioli non continet gratiosam subrogationem in quibus terminis loquuntur illæ doctri-
8 næ, sed continet mandatum de subrogando, † qui termini sunt valde diuersi, vt patet *ex decis. Mobed. 1. num. 1. vt lit. pend.* vbi distinguit, An Papa sub-
9 roget, † vel mandet subrogari vt latius examinat, *Mobed. decis. 11. eodem tit.* vbi dicit ideo subrogatū
10 gratiosè posse capere † possessionem propria auctoritate, quia Papa est ipsemet qui subrogat; ideoque non est locus vlteriori discussioni, & quando com-
11 mittit subrogationem esse faciendam † per alium, tunc sunt discutienda iura illius in cuius locum facienda est subrogatio, & contra subrogādum potest dari de subreptione gratiæ, & opponi aliæ exceptiones.

Et ex ijs non obstat d. decisio Bracharen. coram me, quæ dicit Sebastianum non potuisse capere possessionem quam non habebat Ferdinandus in cuius
12 locum fuit ipse subrogatus, quia illa decisio † loquitur in gratiosè subrogato à Papa, nō autē in illo, qui haberet mandatum de subrogando, vt habet Facciolus, vltra quod illatio fit à contrario sensu, quod licere facere tantum in lege, *iux. not. in l. 1. ff. de offic. eius Alex. cons. 25. num. 6. in fin. lib. 3. &c.*

REVERENDISS. DVNOZZETTO ARCHIEPISCOPO SELEVCIEN.

Romana Pecuniaria.

Mercurii 13. Nouembris 1619.

ARGVMENTVM.

Executiuè, quando possit conueniri tertius possessor. Maritus celebrans contractum de re dotali, qualiter censeatur contrahere. Retrouenditio qualiter censeatur facta.

SVMMARIVM.

1 *Tertius possessor potest conueniri executiuè, quando bona sunt obligata, cum clausula constituti.*
2 *Cessio rei dotalis facta à marito, & vxore, qualiter intelligatur facta.*
3 *Maritus contrahens cum aliquo de re dotali censetur contrahere vti maritus.*
4 *Dictio, dictus, refert supra narrata cum eisdem qualitatibus.*
5 *Pactum de retrouendendo est æstimabile.*
6 *Donatio de iure non præsumitur.*
8 *Donatio inter virum, & vxorem est probibita.*
9 *Retrouenditio præsumitur facta in executionem præcedentis instrumenti cessionis.*
10 *Quod procedit etiamsi elapsum sit tempus ad redimendum.*
11 *Relatum inest in referente cum omnibus suis qualitatibus.*
12 *Clausula, non alias, aliter, vel alio modo, quid importet.*

DECISIO CXXXVI.

POSTQVAM fuit relaxatum mandatum per R.P.D. meum Remboldum, contra tenutam Gallicani, & Passarani, quoad portionem D. Camilli, causa appellationis mihi commissa, cum clausula sine præiudicio legitimè executionis: Dedi dubiū. An mandatum Rotale esset confirmandum, vel infirmandum.

Et quia informantes pro D. Camillo prætendebant resolutionem huius dubij pendere à resolutione alterius dubij dati à Reuerendiss. D. meo Decano in lite vertente inter ipsum D. Camillum, & D. Ducem eius fratrem, super dictis bonis. An scilicet dicta tenuta Passarani remansisset in hæreditate Iuliæ, vel D. Martij. Quia si remansisset in hæreditate D. Martij, tunc non potuisset agi executiuè contra D. Camillum.

Et licet hoc fundamentum nō videretur obstare, cum mandatum non fuisset restrictum ad bona hæreditaria tantum, & citatio fuisset facta in vim, & iuxta formam iurium, & obligationum in actis productorum

ductorum in quibus aderat clausula Constituti, cuius
vigore ritè, & rectè potuit executiuè agi contra
D. Camillum, etiam vti tertium possessorem, *Aret.
cons. 21. num. 4. vers. his tamen nõ obstantibus, Coz-
zadin. cons. 95. num. 8. & seqq. Surd. decis. 173. nu. 29.
Barz. decis. 108. num. 35.* Tamen vt iustitia mandati
Rotalis clarius clariusq; eluceret, nolui proponere
dubium, nisi eisdem diebus, quibus R. P. D. meus
Decanus proponeret dubium per ipsum datum; &
his illis propositis Domini re mature discussa cen-
suerunt mandatum Rotale esse cõfirmandum ex eis-
dem rationibus quibus fuit resolutum Tenutam Pas-
sarani fuisse repertam in hæreditate Iuliæ; sic etenim
cessabat pœnitus obiectum, quod D. Camillus esset
tertius possessor.

Non enim controuertebatur veritas facti firmati
in tot decisionibns, factis coram R. P. D. meo Rem-
boldo, & coram me, Tenutam hanc fuisse datam
D. Iuliæ in fundum dotalem, illique à Sororibus ces-
sam, mediante transactione inter ipsas inita; Vnde
licet eadem Tenuta fuisset in vim transactionis cessa
D. Principi Prænestino à Iulia, & Martio. Tamen
2 cessio dicitur de † Iure facta ab ipsa D. Iulia, Domi-
mina Tenutæ, & à Martio vti marito, & nomine
proprio pro omni suo Iure, & interesse quod habe-
bat in dicta Tenuta, ex causa dotis, *l si liqueat, in 2.
respons.* & ibi *Bal. & Salicet. in 2. not. C. de inoff. do-
nat. l. ædibus. §. quod filius, ff. de donat.* cum alijs suo
more cumulati per *Tiraq. de leg. connub. glos. 5. n. 92.*
& in his terminis *Natt. cons. 552. num. 2. lib. 3.*

Quæ iuris conclusio visa fuit clarè comprobari ex
verbis Instrumenti transactionis, dum Iulia cessit di-
ctam Tenutam, vti cessionaria suarum Sororum, &
3 sic vti vera Domina; Martius † vero cessit his verbis,
*Il Signor Martio Colonna suo marito, in nome suo
proprio, & per ogni sua pretensa ragione, & inte-
resse*, & sic vti maritus, *l. vlt. ff. de inst. act. Ang. in
l. proponas. § 1. in princ. ff. de inoff. test. Dec. cons. 283.
num. 8. vers. hoc confirmatur, Surd. cons. 106. nu. 34.
& decis. 322. num. 12. Mantic. de tacit. lib. 3. titul. 10.
num. 28.*

Quod autem pactum de retrouendendo fuerit ap-
positum ad fauorem D. Martij, cum eadem qualita-
te mariti, visa sunt clara verba eiusdem Instrumenti,
ibi, *Che volendo detto Signor Martio, &c.* dictio
4 enim illa *detto* refert illius personam, † cum eisdem
qualitatibus supra expressis, *Soccin. Iun. cons. 102.
sub nu. 2. & 3. vol. 3. Surd. cons. 230. Bero. cons. 132.
num. 7. vol. 3. Menoch. cons. 231. num. 78. vol. 3. Surd.
cons. 230. num. 23. lib. 2.*

Et non solum ex verbis, sed etiam ex mente Iuliæ
5 idem visum fuit dicendum; quia † cum pactum de
retrouendendo sit æstimabile, *Cagnol. in l. 2. nu. 243.
C. de rescin. vend.* & ibi *Pinel. par. 3. cap. 4. num. 19.
Couar. var. resol. lib. 3. cap. 10. num. 1. & seqq. Tiraq.
de retract. conuent. in præf. num. 20. Surb. cons. 226.
num. 21. lib. 2.* si illud fuisset stipulatum ad fauorem
6 D. Martij nomine proprio, necessariò † præsumenda
esset donatio, vt in similibus terminis, *ex l. hoc iure.
ff. de donat.* deducit *Bald. cons. 341. num. 1. lib. 1.* &
7 tamen de iure non præsumitur donatio, *l. cum. au-
rum. ff. de solut. Crauett. cons. 142. numer. 26. Alex.
cons. 164. num. 6. lib. 5.* & eo minus, cum inter virum,
8 & vxorem † donatio sit prohibita, *l. 1. ff. de donat. in-
ter vir. & vxo. Clar. §. donatio, quæst. 9. num. 1.*

Non obstat, igitur quod dicebant Informantes
pro D. Camillo, quod soli Martio fuit data facultas
redimendi: Nam præterquam, quod contrarium
visum fuit colligi ex illis verbis, *In euento che li det-
ti Signori Martio, & Giulia nel termine sudetto
non l'habbino ricomprato, &c.* obiectum tollitur ex
prædictis, cum facultas redimendi fuerit illi conces-
sa, vti marito.

Et ex his sublatum remanet aliud præcipuum fun-
damentũ, quòd retrouenditio fuit facta soli D. Mar-
9 tio, quia † cum illa præsumatur facta in executionem
præcedentis Instrumenti cessionis, *Bart. in l. in diem
sub num. 2. ff. de aqu. plu. arc.* quod procederet etiam
10 † si elapsum sit tempus ad redimendum, firmauit,
*Rot. in Bononien. de Bonsignoribus 3. Aprilis 1609.
coram Reuerendiss. D. meo Damasceno*; ab illo de-
claranda veniunt verba Instrumenti retrouenditio-
nis, *Anchar. cons. 28. num. 1. vers. præterea, per tex.
in l si procuratorem. ff. mand. Mant. de tacit. lib. 2. tit.
3. num. 8. vers. præterea*, & præsertim, quia retroué-
ditio legitur facta iuxta formam, & tenorem dictæ
cessionis; clara enim est iuris conclusio, relatum
11 † inesse referenti, cum omnibus suis qualitatibus,
*l. asse toto. ff. de hæred. instit. Bart. in l si quis seruum,
§. vlt. in fin. ff. de leg. 2. Pedem. decis. 178. nu. 5. Surd.
cons. 200 num. 5.*
12 Accedente maximè clausula illa, † & non alias
aliter, nec alio modo, per quam D. Martio fuit pro-
hibita acquisitio alterius Iuris, quòd alias sibi non
competijsset ex verbis Instrumenti cessionis, *Socc.
cons. 251. num. 4. volum. 2. Surd cons. 143. num. 43.
vers. immo dicitur facta negatio, lib. 1.*

Et omnis difficultas visa fuit tolli, quia etiam in
hoc Instrumento D. Martius legitur cum eadem
qualitate mariti,

Quibus accedebat redemptionem factam fuisse ex
pretio soluto, ex pecunijs redactis ex impositione
Montis super eadem Tenuta Passarani, quæ ex præ-
fata cessione, ac alijs supra deductis spectabat ad D.
Iuliam, Vnde siue attendamus præsumptiones Iu-
ris, siue verba Instrumentorum, siue mentem con-
trahentium, semper apparebit D. Martium omnia
egisse vti maritum, & pro suo iure dotali, non autem
nomine propio.

Ex quibus, & alijs optimè deductis in decisio-
ne hac die, coram R. P. D. meo Decano facta, in
causa inter Dominos Fratres de Columna vertente,
Domini concluserunt pro validitate, & iustitia man-
dati Rotalis vtraq; parte informante.

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Calaguritana Puritatis Sanguinis.

Merc. 13. Nouembris 1619.

ARGVMENTVM.

Plura deducentur ad effectum probandi quod quis sit
sanguine purus, & ex Christianis antiquis ortus, &
quando testes in his terminis probent famam com-
munem, & requiruntur plures exceptiones contra
eos opposita.

SVMMARIVM.

1 *Sanguinis puritas ex quibus rationibus adductis à
testibus probetur.*
2 *Sanguinis puritas ex vtroque latere quando dica-
tur probata per testes.*

Testis

3 *Testis non probat famam, si non deponat de communi reputatione.*
4 *Et maxime, si ipse asserat se tenere contrarium.*
5 *Testis dicens se publice audiuisse probat famam.*
6 *Testis probat famam, si dicat publicè audiuisse aliquid pro re publica, alias eam non probat.*
7 *in Materia stricta, & obiectiua requiruntur concludentes probationes.*
8 *Testis odiosus parti non probat.*
9 *Testes deponentes de simplici auditu non probant, & num.10.*
11 *Testes, qui conuincuntur de errore ab alijs testibus non attenduntur.*
12 *Testes retractantes eorum dictum an probent, & num.8.*
13 *Probatio nimis generica non releuat.*
14 *Cognominis eiusdem potest esse, quod aliqui sint puri, & alij impuri, & num.15.*
16 *Testes deponentes de simplici auditu non probant.*
17 *Testes parum informati super re, super qua deponunt non releuant.*
18 *Testis vnicus uon probat.*
20 *Probatio illa est præferenda cuius testes sunt in maximo numero.*
21 *Testibus deponentibus super fama magis credendũ est, si sint in maximo numero.*
22 *Nocere non debet, id quod non apparet.*
23 *Testes deponentes super fama illi sunt præferendi, qui de bona, deponunt.*

DECISIO CXXXVII.

CVM Franciscus Garzia prouisus fuisset ab Ordinario Calaguritano de Canonicatu, & Archidiaconatu de quo agitur, & petijsset possessionem, Capitulum opposuit de Statuto Ecclesiæ super puritate Sanguinis, cuius verba sunt infrascripta [Quod nemo habere possit in Ecclesia Collegiata de Victoria Dignitatem vel præbendam, vel aliquem Canonicatum si non sit Christianus, antiquus ex quatuor lateribus, purus sine macula, & suspicione hominis, qui descendat ex Hæbreis, Hæreticis, Mauris, & personis reconciliatis, & publicè punitis per Sanctam Inquisitionem] Causa in Rota mihi commissa, Dubitaui An prædictum statutum obstaret Francisco in casu, & ad effectum de quo agitur, & DD. fuerunt concordes quod non probetur Franciscum esse impurum, & reseruatum, tamen videre. An probetur talis suspicio impuritatis per quam obstet prædictum statutum Francisco, & circa illud, quod non probetur Franciscum esse impurum, moti fuerunt Domini, quia fuerunt dati infiniti testes deponentes de puritate Francisci, nempe ex tertia informatione viginti duo, qui loquuntur de vtroque latere ascendentium & sunt, 1.2.3.4.5.6.7.8.9.10.11. 12. 13. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. omnes super quinto articulo, & concludunt per bonas rationes, nempe de publica voce, & fama, & communi reputatione, & quod aliter esse non posset absq; eo, quod ipsi scirent propter magnam notitiam quam habent de ipso Francisco, & eius ascendenti-
1 bus, ex quibus rationis bene probatur puritas, *ex tradit. per Bart. in l.1. num.101. C. de dignit. lib.12. Guidopap. decis.387. in fin. Soccin. cons.246. numer.3. lib.2. Cassan. cons.54. sub num.17 Tiraq. de nobilit. cap.10. num.8. & in istis terminis fuit pluries decisum in Rota, vt in decis.167. num.49. & 182. nu.1. & 9. & decis.194. num.4. par.1. in recent. & in hac decis.335. nu.2. par.2.* in eisdem recentioribus. Prędictis testibus adiungi possunt sexdecim testes deponentes per easdem rationes de puritate Francisci ex parte paterna, nempe vndecimo examinati in prima Informatione super septimo articulo, qui sunt 2. 3. 4. 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. 15. & quinque testes dictæ Informationis super sexto articulo, nempe 78. 90. 95. 96. 97.

Quibus si addantur triginta, & octo testes depo-
2 nentes de puritate Francisci ex parte materna, † sine dubio etiam ex istis concluditur puritas Francisci ex vtroque latere. testes autem deponentes de puritate Francisci ex parte materna sunt ex prima Informatione, 39. 40. 42. 43 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 63. super octauo articulo, & ex secunda informatione 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. super quinto articulo.

Non obstant infrascripti testes adducti pro parte Capituli ad probandam impuritatem in eius summario num.2. nempe in prima Informatione Primus deponens [Mariam de Medina prætensam proauiã paternam Francisci non fuisse tentam in bona opinione] nam iste testis nihil concludere visum fuit,
3 cum non deponat † de omni reputatione; potest enim esse quod fuerit tenta ab vna vel duabus personis, quod non releuaret; & alterius ipse Testis de-
4 ponit se illam habuisse pro Christiana † antiqua, & pura vt in processu postea ostenso fol. 93. §. testis ex eadem prima Informatione ex eodem summario Capituli num.2. deponit se adiuisse pro Republica, quod Franciscus sit pronepos dictæ Mariæ de Medina, Christiana noua. iste testis non concludit publicam vocem, & famam, nam & si testis dicens pu-
5 blicè adiuisse † probet publicam vocem, & famam iuxta opinionem, quam Rota sequitur *Cassad. decis. 3. numer. 3. & seq. de probat. Verall. decis. 2. par. 2.* tamen secus videtur quando dicit se adiuisse pro republica, quia illius dictum potest verificari quod
6 audiuerit † ab vno vel à duobus dicentibus esse rempublicam in hoc saltem in materia stricta, & obie-
7 ctiua, in qua requiruntur † concludentiores probatione, *vt fuit deductum in causa Venetiarum legitimitatis 16. Nouembris 1607. coram bon. mem. Penia impress. apud Farinac. post secundum libr. cons. decis. 244. num. 6. & Card. Mantic. decis. 307. nu. 2.* Apponitur etiam quod iste testis sit odiosus cum fue-
8 rit colapho percussus † ab Auunculo Francisci, vt patet in eodem summario Francisci num.16. Adducitur etiam vndecimus testis eiusdẽ Informationis in summario Capituli sub eodem num.2. dicens adiuisse aliquas rationes suspectas circa puritatem Catherinæ de Nauarro Auiæ paternæ Francisci, quæ prætẽditur filia dictæ Mariæ. Verum iste testis tantum abest, quod concludat de communi reputatione impuritatis Francisci, quod potius concludit in cõtrarium, cum addat patrem Francisci & illius ascendentes fuisse communiter tentos, & reputatos pro Christianis antiquis, vt in processu postea ostenso fol.137. Item adducuntur in secunda Informatione 66. & 72. testes summario Capituli num.6. deponẽ-
9 tes de † auditu publico dictam Mariam de Medina fuisse descendentem à Iudeis. Item 73. 67. 68. 70. & 71. Idem deponentes de auditu, vt in eodem summario Capituli dicto num.6. Verum ex istis duo tãtum deponunt de publica voce, & fama; vnde nullũ

habent pondus in concursu supra ponderatorum pro puritate Francisci, vt infra dicetur. cæteri
10 † verò deponentes de simplici auditu, nihil de Iure probant *l. Titium cum ibi not. C. de testib. cap. tam litteris eod. tit. de testib. Verall. decis. 279. num. 2. p. 1. Seraph. decis. 102. num. 2. & Rota in nouiss. decis. 358 num. 5.* & in omnem casum conuincuntur de errore
11 † à quindecim testibus tertiæ Informationis deponentibus super 19. articulo, prout in summario Frãcisci numer. 4. Proauiam paternam Francisci non fuisse vocatam Mariam, sed Catharinam, isti autem sunt 1.2.6.7.8.16.17.19.20.21.22.23.24.25. & 26. Et dictam Catharinam fuisse communiter reputatam puram & Christianam antiquam deponunt decem testes tertiæ Informationis super 23. articulo nempe 1.2.6.7.8.13.16.19.21.21. qui fuerunt dati in summario Francisci num. 5. Alij verò testes dati in eodem summario Capituli sub eodem num. 6. nempe 69. 74. 84. 85. 86. 87. 89. 91. & 94 retractauerunt
12 † eorum dictum, vt in summario Francisci à nu. 17. vsque ad num. 25. Adducti etiam fuerunt pro parte Capituli in eius summario num. 4. 26. 28. 30. 31. testes ex prima Informatione deponentes cognomen de Medina, cuius cognominis fuisse prætenditur Proauia Paterna Francisci, fuisse famam descendere
13 à Iudæis. hæc probatio † tanquam nimis generica parum visa fuit releuare, cum possint esse ex eodem
14 cognomine aliqui qui sint puri, & aliqui qui† nõ sint puri, quod in specie de hoc cognomine de Medina fatentur ijdemmet testes eodem summario Capituli num. 4. Item deducti fuerunt pro parte Capituli in eius summario num. 3. 20 21. & 22. Testes primæ Informationis deponentes de impuritate nominis de Nauarro, cuius cognominis fuit Proauus Paternus Francisci; verum cum possint esse ex eodem cogno-
15 mine † aliqui puri, & aliqui impuri vt supra ponderatum est, non dicunt testes isti, proauum Francisci fuisse de istis, qui dicebantur impuri & etiam 2. & 22. dicuntur retractasse eorum dictum, & fuerunt in specie dati pro parte Francisci octo testes deponentes de puritate illorum de Nauarro à quibus descendit Proauus Francisci; Isti autem sunt 1. 23. 24. & 25. primæ Informationis, & 23. 29. 30. 31. tertiæ Informationis. Item adducti fuerunt pro parte Capituli in summario num. 5. 61. 62. 64. testes primæ Informationis deponentes Rodericum prætensum Proauum Paternum Francisci, & illius ascendentes, & illos de eius cognomine, & familia fuisse famam descendere à Iudæis; sed re-
16 spondetur illos testes restringere causam † sui dicti ad simplicem auditum, & per paucos dies ante Informationem, & vnus dicit audiuisse ab alio; ideo tanquam testes de auditu, & parum informati non
17 † probant ex supra allegatis. Item adducti fuere pro parte Capituli in eius summario num. 6. alij quinque testes secundæ Informationis nempe 79. 80. 81. 83. & 99. eadem deponentes de prædictis Roderico, & descententibus ex illa familia seu cognomine; sed respondetur 81. & 83. deponere de simplici auditu; vnde probatio reducitur ad 79. 80. & 99. deponentes pro se valde publica, ex quibus 79. &
18 80. retractarunt eorum † depositiones prout in summario Francisci num. 9. & 10. Vnde remanet so-
19 lus 89. qui † tanquam vnicus nihil probat iuxta *not. in cap. licet & in cap. veniens de testib. cum congestis per Gabr. concl. 1. num. 1. de testib.*

Et denique quicquid concluderent isti testes adducti pro Capitulo, est præferenda probatio Franci-
20 sci: tũ quia eius testes sunt in maximo, & † maximo numero plures, *cap. licet causam circa med. vers. præmissis de probat. gloss. 1. in cap. nostra de testib. Bart. in l. si duo num. 4. vers. aut vnus probauit, ff. vti possid. Alex. cons. 64. num. 2. lib. 2.* & in terminis for-
21 mæ † *Bald. in l. Diuus num. 1. vers. quartum est argumentum*, vbi eleganter dicit, quod hoc casu non
22 potest † amplius dici constare de contraria fama, & ideo quod non apparet, nocere non debet, & sequitur. *Angel. ibidem, num. 3. vers. similiter, ff. de milit. testamen. & Dec. in cap. dilecti, num. 60 de appellat.* Tum etiam quia prædicti testes deponunt de bona
23 fama, quæ in† concursu præualet malæ famæ, etiamsi testes deponentes de bona fama, essent numero pauciores. *Corn. cons. 176. num. 10. vers. quia prout dicit Card. lib. 4. Gabr. cons. 4. num. 24. de testib. & in istis terminis Hored. de benefic. incompatibilit. par. 1. cap. 23. num. 143. & Rota in causa Legionen. Canonicatus 3. Iunij 1602. & latius in Burgen. admissionis ad habitum 20. Decembris 1604. coram R. P. D. meo Decano in Toletana Canonicatus 10. Decembris 1608. coram Reuerendiss. Lugdunen. & in alijs coram me deductis in causa Segolien. admissionis ad habitum 3. Iulij 1613. quæ est in recentioribus decis. 494. num. 12. par. 1. tom. 2.*

R. P. D. REMBOLDO.

Romana Liberationis, à Fideiussione.

Mercur. 20. Nouembris 1619.

ARGVMENTVM.

Fideiussor, licet vigore Statuti Vrbis lib. 1. cap. 157. possit petere se à fideiussione liberari, tamen non obtinebit si alia via possit à tali obligatione se liberare. Fructus census licet fideicommisso suppositos quando censuarius soluit hæredi grauato, non potest molestari à fideicommissario.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussores, aut expromissores, qui pro aliquo se obligarunt, possunt petere se liberari à tali obligatione.*
2 *Fideiussor non potest petere se eximi ab obligatione, vigore Statuti Vrbis lib. 1. cap. 157. si sit securus à quauis molestia.*
3 *Pretium census, licet sit fideicommisso suppositum tamen ille, qui soluere tenetur fructus, recte illos soluit hæredi grauato.*
4 *Et hoc adeo verum est, vt non possit debitor, qui soluit, cautionem petere ab hærede grauato.*
5 *sed Fideicommissario id postulanti hæres grauatus satisdare debet, & qualiter.*
6 *Filijs fideicommisso grauatis debetur legitima, & Trebellianica.*
7 *Ratificatio inducitur ex receptione.*
8 *Actio omnis præscribitur spatio longissimi temporis.*
9 *Præscriptio contra vocatos ad fideicommissum, nõ currit ante eius purificationem.*

DECISIO CXXXIX.

IN retrouenditione Census alias ab Inclito Populo Romano impositi per D. Hortentium Zephirum

rum tam proprio ipsius nomine, quam etiam nomi-
ne Pauli Emilij eius fratris facta pro scut. 5000. à di-
cto Populo Romano habitis, D. Vincentius Marto-
lus ad dicti Populi Romani fauorem promisit quod
eadem scut. 5000. erunt bene soluta, quodque illa
reinuestientur super alio monte, & quod dictus Pau-
lus Emilius omnia rata habebit, alias teneri voluit
vt principalis, & insolidum ad illorum restitutio-
nem.

Quare cupiens se D. Papirius filius, & hæres dicti
Vincentij à dicta promissione eximere vigore Statu-
ti Vrbis cap. 157. lib. 1. quo canetur, quod fideiusso-
1 res, aut expromissores, † qui pro aliquo se obliga-
uerint possint compellere principales, vt eos extra-
hant de fideiussionibus vel expromissionibus pro
eis factis. Dubitatum fuit An sit locus dicto Statu-
to. Et licet plures exceptiones pro parte D. Hor-
tentij proponerentur ad effugiendam dispositionem
dicti Statuti, tamen omnibus alijs posthabitis vni-
cum illud fundamentum pro negatiua resolutione
Domini amplexi sunt, quod dictus D. Papirius fru-
stra petit liberationem à dicta promissione, cum sit
2 securus ab † omni molestia, ac propterea etiam ipso
iure à dicta promissione liberatus. Non solum quia
etiam dato quod pretium dicti census esset vt præ-
3 tenditur fideicommisso † suppositum, nihilominus
illud potuit rectè solui dictis Hortentio, & Paulo,
*iuxta text. in l. ante restitutam, ff. de solut. & post
alios Roderic. de ann. reddit. lib. 2. quæst. 15. num. 87.
qui loquitur in terminis census, Giurb. decis. 79. n. 16.
cum plurib. seqq. & præsertim sub num. 20.* vbi quod
4 hoc † adeo verum est, vt nec possit debitor, qui sol-
uit cautionem ab hærede grauato petere, sed fidei-
commissario id postulante, hæres grauatus satisdare
5 debet, non † tamen de recepta pecunia implicanda,
aut in emptione prædictorum conuertendo, sed de
ea tantum restituenda, aut de legitima earum offe-
renda ratione, si casus fideicommissi euenerit.
6 Eoque magis quod illis debebatur † legitima, &
Trebellianica ad quorum computum poterant dicta
scut. 5000. recipere.

Et ratificatio Pauli Emilij, probatur ex partitis
Banchi, ex quibus constat ipsum recepisse portionē
pretij dicti Census, per quam receptionem inducitur
7 † ratificatio *Alex. cons. 117. sub num. 2. lib. 5. Natta
cons. 45. num. 10. & 11. Surd. cons. 576. num. 24. &
seq. Menoch. cons. 561. num. 12. & seq.*

Verum etiam quia, cum à die dictæ promissionis
lapsi sint anni 52. & vltra, non potest nec dictus Po-
pulus Romanus amplius ab alio occasione dictæ re-
trouenditionis molestari, nec minus ipsemet Popu-
lus Romanus molestare dictum D. Vincentium, cum
vterque sit tutus tam longi temporis præscriptione,
8 † per quam omnis actio fuit perempta, toto tit. de
præscript. 30. vel 40. annos.

Nec obstat quod contra vocatos ad fideicommis-
9 sum ante † eius purificationem nō currit præscriptio,
quia cum vt dictum est, recte potuerit etiam hære-
dibus grauatis solui, nulla competit dictis vocatis
aduersus Populum Romanum actio, sed aduersus
ipsosmet hæredes grauatos, qui pretium receperunt
tantum, ad quorum fauorem dictus Dominus Vin-
centius nihil promisit, vt ex lectura dictæ eius pro-
missionis apparet &c.

REVERENDISS. D. COCCINO.

Vrbeuetana Fideicommissi.

Mercur. 13. Nouembris 1619.

ARGVMENTVM.

Late discititur, quando productio scripturarum sine dubio appareat quod fuerit realis, & non verbalis, in quibus terminis plura ponderantur, ac perpenduntur, & maximè verba productionis. Aliqua quoque circa fidem, ac probationem registrorum, & an quando fiunt requiratur præsentia, vel citatio partis.

SVMMARIVM.

1 *Productio dicitur realis, quando adest verbum, facto produxit.*
Productio realis verbo, & non facto fit.
2 *Scriptura tota dicitur producta, si sit facta numeratio foliorum.*
3 *Qualitas non potest stare sine subiecto.*
4 *Productio dicitur realis, si fuerit facta cum verbis animo rehabendi.*
5 *Productio, quando non est realis, tunc scripturæ rehaberi nequeunt.*
6 *Productio dicitur realis si fuerit facta à folio tali vsque ad talem: amplia, si sit, cum verbo, inclusiue, num. 8.*
7 *Dictio, vsque denotat terminum ad quem.*
9 *intra Terminum à quo, & ad quem, quicquid continetur elicitur velutisæpimento inclusum.*
10 *Scripturam, quando quis producit vel repetit, quæ incipit sic, & finit sic, tunc tenor scripturæ non est de actis, sed sola productio.*
11 *Intellege tamen id, quando sola extrema producuntur, non autem, quando productio fit à termino à quo, vsque à terminum ad quem, & num. 12.*
13 *Productio facta cum clausula tenoris &c. denotat, vt productio sit realis, & non tantum verbalis.*
14 *Dictio, &c. includit ea, quæ sunt de natura, & substantia actus.*
15 *Clausula in fine posita refertur ad omnia præcedentia, maxime dum non potest assignari ratio cur ad omnia non sit facienda.*
16 *Notariorum fidei circa productionem scripturarum statur, si id non respiciat causæ cognitionem.*
17 *Registro, & non copiæ, est standum, num. 16.*
18 *Productio, quando fuit realis, & pars citata fuit ad dicendum contra, tunc, statur registro.*
19 *Pars, quod fuerit citata ad dicendum contra iura producta, ex quo probetur.*
20 *Præsentia partis est necessaria in exemplatione scripturarum, ad hoc vt registrum probet. Et super hoc vide distinctionem, num. 21. 22. & 23.*
24 *Registrum probat, quando apud acta registratum fuit instrumentum, productum aduersario præsente, vel citato, alias non.*
Ita vt præsentia, vel citatio cadat super productione, & non super registratione.
25 *Registra numquam fiunt parte citata, aut præsente, & dicere quod est necessaria præsentia vel citatio, esset subuertere totum Mundum, & n. 26.*

Origi-

27 *Originalia, quando producuntur, in restitutione dimittitur copia collationata in actis.*
28 *Scriptura producta, quod fuerit collationata cum copia, quæ remanet in actis, solet notari à tergo scripturæ & de hoc fit mentio in manuali.*
29 *Scriptura aliqua, quod fuerit collationata, cum originali, excluditur si appareant errores scripturales apparentes.*
30 *Decisio coram bo.me. Card. Pamphilio Sen. 2. Maij 1603. declaratur.*

DECISIO CXXXIX.

ANNO 1649. in hac causa fuit productum Protocollum Notarij Michaelis, in quo inter alia erat testamentum Petri, de quo agitur, quod postea parti fuit restitutum, & cum registrum, vel non fuerit confectum, vel fuerit deperditum, anno 1574. 15. Nouembris Ardicionus de Ardicionis (vt in ipsa productione dicitur) facto produxit Protocollum q. Ser Petri Michaelis de Vrbe veteri Notarij Vrbeuetani fol. 33. publicatum, & signatum in principio, & in fine; nec non Protocollum Ser Vanni Andreatij de Castro Tisuiani districtus Vrbis veteris fol. 145. publicatum in principio pag. 1. & 2. cum suo signo etiam fol. 60. animo tamen rehabendi suis loco, & tempore.

Hanc productionem Domini non dubitarunt fuisse
1 se realem ponderando † verbum illud (facto produxit) quod excludit verbalem productionem, quæ verbo non facto fit, vt bene ad propositum, *Alex. in cons. 164. num. 8. & seqq. lib. 7.* iunctis verbis sequentibus (foliorum 33. & foliorum 145.) quæ de-
2 notant † totum Protocollum fuisse productum, *iux. not. per Roman. in cons. 247. nu. 5.* vbi adducit multa similia, quæ faciunt ad propositum, & si facto non fuisset, facta productio non potuisset considerari illa
3 † qualitas foliorum tot, quia staret sine subiecto, *Fulgos. cons. 93. in princ. vers. in proposito autē, Bald. cons. 394. num. 4. vers. quarto præmitto, lib. 2.* quod
4 maximè procedit stantibus † alijs verbis (animo rehabendi) quæ verba iunctis alijs supra ponderatis denotant productionem realem; alias si fuisset ver-
5 balis Protocolla rehaberi † non possent, *Oltrad. cons. 203. vers. ad secundam quæstionem, Fulgos.* & alij supra allegati.

Post hanc productionem eadem die 15. Nouembris Comes Petrus principalis ex supradicto Protocollo, & imbreuiaturis Notarij Michaelis repetijt principium fol. 1. & subscriptionem dicti Notarij Michaelis, necnon etiam finem, & illius subscriptionem, & signa, fol. 33. in fine, & sequitur, Nec
6 non † repetijt instrumentum testamenti nobilis viri D. Andreæ Comitis de Monte Marte, fol. 11. vsque ad fol. 14. inclusiue pro medietate dicti fol. 14. vsq; ad verbum (rogatis); & post dictam repetitionem adsunt etiam aliæ: & tandem subsequitur continuatiue productio cuiusdam instrumenti per hæc verba: Item produxit instrumentum rogatum, & publicatum per D. Petrum Michaelem, & signatum cum suo signo in charta pergamena sub anno 1314. die 12. Aprilis tenoris, &c. Et hanc quidem reproductionem testamenti censuerunt Domini esse realem, cum fuerit facta à fol. 11. vsqoe ad fol. 14. &c. quia
7 dictio *vsque* † denotat terminum ad quem, scilicet vsque ad quæ folia fuit facta productio, *Oldrad. cons 49. num. 3. vers. terminus ad quem, Gemin. cons. 15. num. 18. circa fin. vers. ad sextum, & num. 19. Ioannes de Imol. cons. 10. num. 2.* quod clare etiam innuitur ex illis verbis (inclusiuè) & ex verbis (prome-
8 dietate vsque † ad verbum rogatis) quæ fuerunt apposita ad probandum terminum præcisum ad quem, alias potuisset dubitari an fol. 14 comprehenderetur in termino ad quem, vt per Doctores supra citatos, & *Bald. cons. 410. in princ. lib. 1.* & propterea fit quod testamentum quod continebatur a dicto fol. 11. vsque ad fol. 14. vere, & realiter fuerit productū;
9 † quia quicquid est intra terminum à quo, & ad quē
10 † dicitur veluti sepimento inclusum, *l. 1. §. Vrbem, ff. de offic. Præfect. Vrbis, l. fundi in princ. & l. fines, ff. de action. empt. l. pupillus 4. territorium, ff. de verbor. signific. Natt. cons. 204. n. 1. & seq. Signorol. cons. 82. num. 16.*

Et quamuis verum sit quando quis comparet, & producit, vel repetit instrumentum, quod incipit
10 † sic, & finit sic, tenor instrumenti non est de actis, sed sola productio, vt ex sententia *Innocentij in cap. cum in iure, in fin. de off. delegat. dicit Alex. in auth. si quis in aliquo, num. 9. vers. tamen dictam conclusionem. C. de edend.* attamen hoc procedit
11 quando sola extrema † producuntur, non autem quando productio fit à termino à quo vsque ad terminum ad quem, prout in hoc casu; quia, vt dictū est ex dictione, vsque, & ex alia superius ponderata constat non solum extrema fuisse repetita, sed à termino à quo scilicet à fol. 11. vsque ad fol. 14. &c. Et quod hoc sit verissimum in hoc casu satis patet ex re-
12 productione Protocolli, † quia cum repeteretur ad effectum iurium repetijt principium fol. 1. & subscriptionem Notarij Michaelis, necnon etiam finem, & illius subscriptionem, & signa fol. 33. in fin. sed quando repetijt testamentum insertum in Protocollo, non fuit vsus dicta repetitione, sed repetijt à fol. 11. vsque ad 14. & sic totum testamentum repetere voluit, vt supra probatum est.

Præterea ex abundanti fuit consideratū quod post dictas rēpetitiones fuit eodem contextu productum
13 instrumentum, † cum clausula in fine Tenoris, &c. vt supra relatum est; quæ clausula denotat productionem realem, & non tantum verbalem *l. in multis 8. ff. de stat. homin. l. emancipatione, C. de fidinstrum.* & fuit dictum coram me in causa *Mediolanen. Decimarum 27. Maij 1616. & 27. Nouembris 1617.* quæ conclusio eo magis procedit stante dictione, &c.
14 † quæ includit ea quæ sunt de natura & substantia actus. *Bart. & Doctor. in l. Gallus §. idem credendum ff. de liber. & posth.* & fuit dictum in allegata causa *Mediolanen. 27. Nouembris*, & cum dicta clausula fuerit in fine posita indubitatū est referri ad omnia,
15 † cum non possit assignari diuersitatis ratio magis in vno, quam in alio; immo maior ratio in testamento, in quo consistebat omnis prætensio Comitis, *Doctor in c. secundo requiris de Appellat. vbi Dec. nu. 10. & seqq. Surd. cons. 242. num. 21. & fuit dictum in causa Barbastren. Archipresbyteratus 15. Aprilis huius anni coram R.P.D. meo Vbaldo,* & facit ad hoc fides
16 Collegij Notariorum, cui videtur † aliquid deferendum, cum non respiciat causæ cognitionem, vt *fuit consideratum in dicta causa Mediolanen. Decimarum 27. Nooembris 1617.*

Ex quibus cum sit firmatum dictam reproductionem testamenti fuisse realem, cum illud reperiatur registratum in registro Rotæ, & apud Notarium, adsit

adsit etiam quædam copia dicti testamenti, cum alijs
17 iuribus, & quinternetum careat fine, † Domini censuerunt standum esse registro, non autem dictæ copiæ, prout etiam fuit resolutum 27. Maij huius an-
18 ni; * Regula enim est certa, quod quando † productio fuit realis, & pars fuit citata ad dicendum contra, statur Registro. *Alex. in dicta auth. si quis in aliquo num. 9. C. de eden.* & hæc est communis opinio, *vt per Boer. decis. 111. num. 6. & seqq.* vbi infinitos congerit, & latè sententiam tuetur; hic autē productionem fuisse realem satis patet ex prædictis;
19 De citatione † autem ad dicendum contra, apparet ex ipsomet Registro, & Broliardo Notarij.

Neque dicatur in exemplatione videri necessa-
20 riam præsentiam partis † ad hoc, vt registrum probet, *Boer. dicta decis. 281. num. 6. post medium, vers. quare sufficit ostendere originale, Abb. in c. cum in iure, num. 6. de off. deleg.* & ibi etiam *Felyn. num. 9. vers. tertio limita.* Nam vltra responsiones datas in
21 alia decisione fuit dictum, quod aut † proceditur extraiudicialiter, vt puta quando quis exhibet procuratorium apud acta Notarij ad certos effectus, & tunc ad effectum, vt insertum in actu gerendo pro-
22 bet, requiritur præsentia † partis in exemplatione, & ita loquitur *Boer Abb. Felyn. & alii*, qui possent allegari: Aut verò proceditur iudicialiter, & tunc in
23 productione † requiritur, vel præsentia partis, vel citatio ad dicendum contra *Alex. in d. Auth. si quis in aliquo d. num. 9. vers. secunda est restrictio*, vbi quod registrum probat, quando apud acta registra-
24 tum fuit instrumētum productum † aduersario præsente, vel citato alias non, itaut præsentia, vel citatio secundum ipsum quando iudicialiter proceditur, cadat super productione, non autem super exempla-
25 tione, & si aliter diceret esset subuertere † totum mundum, quia numquam registra fiunt parte citata, aut præsente, & clariùs hoc declarat idem *Alex. in cons. 6. num. 8. vers. quinimo solus dixit lib 4. ibi:* si totus effectus instrumenti esset registratus, tale
26 registrum non faceret fidem, nisi contra illum, † qui fuisset præsens tali productioni, seu registrationi, & nihil opposuisset; & hoc est quod dicit *Io. Andr. ad Speculat per* Alexandrum *vtroque loco allegatus de rescript. præsent. in princ. in littera mihi E. in verbo essemus ibi:* parte autem contra quam.

Et quamuis inculcaretur, quod nihilominus standum est copiæ repertæ penes Notarium, quia quan-
27 do originalia producuntur, † & restituuntur dimittitur copia collationata in actis, nihilominus fuit responsum in hac facti specie contrarium esse dicendum, quia aut pars prætendit hanc esse copiam factā vigore primæ productionis de anno 1549. & de hoc non constat, quia vt dictum est quinternettum, in quo reperitur cum alijs iuribus, id non dicit, & caret fine; neque ex eo dici potest esse illam, ex quo sub die 10. Maij 1549. procurator Dominorum de Corbaria obtinuit sibi restitui iura producta cum obligatione de illa reportando ad omne mandatum, & retenta copia collationata, & Notarius sub die 17. Maij restituit sub d. obligatione: nam non constat fuisse adimpletam aliam partem decreti, videlicet factam fuisse copiam collationatam, maximè cum non constet de collatione quæ solet annotari à ter-
28 go, † nec etiam in manuali habetur aliqua mentio de dicta collatione; & in omnem euentum nullo modo probatur, quod tunc fuerit facta illa copia, & videtur hoc etiam probari, quia non est verisimile, quod si tunc de d. anno 1549. fuisset dimissa copia collationata, illaque de anno 1574. apud acta reperiretur, fuisset de eodem anno 1574. facta noua productio realis, & ex ea confectum registrum, prout apparet ex actis dictæ productionis fuisse confectum, cum in eodem registro reperiantur omnes protestationes, citationes, & alia tūc facta, de quibus in Broliardo Notarij de dicto anno 1574. superaddendo vlterius, quod neque etiam videbatur verisimile copiam istam fuisse collationatam propter errores scripturales apparentes, qui in collationando non fuissent admissi, prout inter alios apparet ex principio, ibi: *millesimo quingentesimo trecentesimo vigesimo primo.* Aut verò pars prætendit istam esse copiam factam de anno 1574. Et hoc nullo modo est verum, quia cum copiæ fiant quando originale restituitur non apparet, quod protocollum post dictam vltimam productionem fuerit restitutum.

Ad decisionem bo. mem. Cardinalis Pamphilii, quæ prætenditur dicere contrarium fuit abundè responsum, quod vsus fuit dicta copia ad probandum adminiculatiuè existentiam testamenti, non autem tunc fuisse quæsitum, An esset standum dictæ copiæ, vel registro.

** Decisionem hanc in hac causa factam est infra in Appendice post decisiones anni 1626. Adsunt etiam plures aliæ coram eodem Coccino, vt inter eius impressas videre est.*

REVERENDISS. DVNOZETTO
ARCHIEPISCOPO SELEVCIEN.

Corduben. Coadiutoriæ.

Veneris 27. Nouembris 1619.

ARGVMENTVM.

Breuis executio subrogato gratiosè, quando non possit denegari. Et adducuntur plures coniecturæ, & præsumptiones ex quibus deueniri potest in cognitionem, quod apostilla aliqua falsè post instrumenti confectionem fuerit in eo apposita. Præstimonia alicuius Ecclesiæ, quando non dicantur annexa Canonicatibus, & hoc quoad materiam optionis.

SVMMARIVM.

1 *Subrogato gratiosè non denegatur immissio, si requisita sint probata.*
2 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem non admittuntur in iudicijs executiuis.*
3 *Instrumentum exhibitum ab eodem Notario, de quo fuit rogatus, præsumitur authenticum legitimum, & originale.*
4 *Instrumentum publicum facit probationem probatam.*
5 *Instrumenti fides minuitur, si appareat omissam esse apostillam aliquam substantialem.*
6 *Apostilla aliqua in instrumento, quod fuerit supposita post confectionem instrumenti, ex quo vehementer præsumi possit.*
7 *Error notabilis in Notario numquam præsumitur.*
8 *Præsumptio per vehementiorem excluditur.*
9 *Diuersitas in eodem facto arguit falsitatem.*
10 *Instrumenta duo diuersa, dum dantur super eodem facto, neutro est standum.*
11 *Apostilla præsumitur falsè supposita, si benè non cohæ-*

cohæreat cum constructione orationis, aut proportione materiæ.
12 *in Optandi iure consideratur ascensus ad maiora, & non descensus ad inferiora.*
13 *Coadiutor impossibile est, vt subrogetur in possessionem eius, quod non erat, nec esse poterat penes Coadiutum.*
14 *ab Inuerisimilitudine maximum desumitur falsitatis argumentum.*
15 *Falsitas præsumitur facta ad instantiam eius, de cuius interesse agitur. & num.16.17.& 18.*
20 *in Mandato non præsumitur quis voluisse adijcere legem sibi inutilem, & frustratoriam. & n.23.*
21 *Verisimilis in quod non est falsitatis imaginem habet.*
22 *Actus præsumitur factus, prout fieri poterat, illum metiendo à potestate agentis.*
23 *Falsitatis suspicio habetur pro falsitate, si agatur ciuiliter.*
24 *Salomonis sapientissimum iudicium laudatur in cap.afferte mihi gladium, extr. de præsumpt. & in quo.*
26 *Ius optandi, quando nullo modo impediatur, si prædia non sint annexa Canonicatui. & vide nu.27. 28.31.32.& 34.*
28 *Vacatio omnis tollitur stante appositione manus Papæ. & num.29.& 30.*
33 *Applicare idem est, quam annectere. & nu.36.*
35 *Præbenda, quando dicatur annexa spiritualitati, ita vt veniat, sub dispositione Canonicatus.*

DECISIO CXL.

FVERVNT expeditæ litteræ Coadiutoriæ cum futura successione in fauorem D. Ioannis Centurionis Thesaurieratus, & Canonicatus Ecclesiæ Corduben. vigore mandati procuræ Thomæ de Frãchis Coadiuti, quo postmodum è viuis sublato, d. Ioannes expediuit litteras gratiosæ subrogationis in possessionem Coadiuti defuncti, quarum executioni Capitulũ eiusdem Ecclesiæ se opposuit, quoad præstimonium de Cabra, quod à d.Thoma Coadiuto de tempore gratiæ obtentæ, & obitus possidebatur sub prætextu, quod illud caderet sub optione; vnde causa cognita A.C. seu Iudex ab eo deputatus censuit litteras Apostolicas esse iustificatas, executionique demandandas, immissionemque concessit d. Ioanni in possessionem Thesaurieratus Canonicatus,& d. præstimonij de Cabra tamquam annexi, & dependentis à d.Canonicatu, à quo Decreto cum pro parte Capituli fuerit appellatum, causa in Rota commissa cum clausula, quoad istud præstimonium parito litteris arbitrio Rotæ. Dubitaui vtrum locus esset arbitrio; quo dubio quinquies proposito, re maturè discussa, & examinata, tandem hodierna die Domini conuenerunt non intrare arbitrium, ea ratione, quia arbitrium licet aliquid minuat de iuris rigore, tamen à iure regulatur, Iuris autem ratio postulat, vt litteris Apostolicis præcipuè gratio-
1 sæ subrogationis † iustificatis, non denegetur executio, nisi incontinenti adducantur exceptiones claræ ex quibus retardari possit executio, *cap.si capitulũ, & ibi gloss.in verb. exequetur de concess.præb. in 6.* & millies fuit in Rota decisum.

In hac autem facti specie visum fuit exceptiones pro parte Capituli adductas (quæ ad duo præcipuè capita reducuntur) aut nullo modo subsistere, aut
2 adeo esse turbidas, vt † in hoc iudicio executiuo non sint admittendæ tanquam requirentes altiorem indaginem.

Et primo opponebatur defectus mandati,& consensus dicti Thomæ Coadiuti, quoad præstimonium de Cabra, sine quo nec procurator d. Thomæ Coadiuti potuit validè consensum aliquem præbere præiudicantem Capitulo, nec ipse D. Ioannes Coadiutor potuit expedire litteras auferendo ius Capituli, cum dicatur mandatum d. Thomæ limitatum fuisse, ita vt consensus præstitus Coadiutoriæ non extenderetur ad præstimonium, de quo quæritur.

Huic obiectioni responderunt Domini litteras fuisse expeditas à d.Ioanne vigore mandati procuræ d.Thomæ, cuius Instrumentum publicũ datũ fuit ab eodem Notario, qui de eo fuerat rogatus, d.Ioanni, vigore cuius producti in Cancellaria,& Dataria fuit appositus consensus d. litteris,& ità non potest dici
3 non constare de d. consensu, † quia Instrumentum exhibitum rogatum ab eodem Notario censetur legitimum authenticum, & originale *Felin.in cap.fin. num.7.in prima fallen.de fid.instr. Rot.decis.1. & 4.*
4 *eod.tit.* facitq. probationem † probatam,& manifestam *Bart.in l.1.num.8.in fin.& ibi adden. num.10.* vbi multæ auctoritates cumulantur, *ff. de nou. op. nunc. Bald.in l.interest, in vlt.notab. C.de solut.*

Et licet pro parte Capituli replicetur adimi, aut saltem diminui de fide huius instrumenti cum ex
5 productione sumptorum † appareat omissam fuisse apostillam, in qua consensus huiusmodi limitabatur, quam fuisse etiam scriptam manu eiusdem Notarij rogati, subscriptamque ab ipso Thoma dicitur probatum per fidem testium quæ datur.

Placuit tamen Dominis responsio, non inde probatum defectum primi Instrumenti causatum ex dicta prætensa omissione, cum enim d.Ioannes habeat intentionem fundatam super authentico, & publico Instrumento, Capitulo incumbit onus clarè,& manifestè probandi dictum Instrumentum non fuisse integrum, sed mutilatum; quod tantum abest, vt id faciat, quin potius maximæ, & vehementissimæ præsumptiones adducuntur, ex quibus fit verisimile hanc apostillam fuisse ex interuallo additam post perfectum instrumentum; aliter enim Notarius nũ-
6 quam † consignasset D.Ioanni d. Instrumentum publicum omissa hac apostilla, quæ propterea præsumitur superaddita, vt ex multis probat *Bertaz. consil. 400. num. 11. & seqq.* talis enim error ita notabilis
7 numquam † in Notario præsumitur *Abb. cons. 41. num.2.lib.1.* latè *Mascard.de probat.concl.637.n.1.* & sic eliditur præsumptio, quæ oritur ex eo, quod manus Notarij, qui scripsit apostillam, fuerit reco-
8 gnita per testes, † præsumptio enim per vehementiorem excluditur iuribus vulgaribus.

Secunda præsumptio multum mouit Dominos, quia Capitulum duo sumpta eiusdem mandati produxit, in vno d. apostilla legitur situata in vna parte,
9 in alio in altera; ex qua † diuersitate magnum sumitur argumentum falsitatis *Mandel.cons.224.nu.86. Menoch. præsumpt.20.num.24. cum cumulat. per Farinac. de falsit. quæst.153.* militatque iuris præ-
10 sumptio † cum duo dantur Instrumenta diuersa, neutro standum esse *l.scripturæ diuersæ C. de fid. Instr. cap. imputari eod. tit. Menoch. in terminis d. præsump.20 num.24.*

Tertia coniectura oritur ex eo, quod non solũ apparet

paret ſitam hanc apoſtillam diuersè in duobus ſum-
ptis,ſed etiam ſiue in vna, ſiue in altera parte refe-
ratur hæc apoſtilla,non benè cohæret cum conſtru-
11 ctione orationis, aut proportione materiæ, † vnde
falſitas præſumitur *ad trad.per Menoch. d.præſump.*
20.num.25. vt benè per D.Lotterium ſcribentem
in facto deducitur.

Quarto loco conſideratum fuit inueriſimile pror-
sùs eſſe, Thomam Coadiutum voluiſſe conſentire
Coadiutoriæ, cum futura ſucceſſione in præſtimo-
nio, quod tunc non habebat, nec vmquam in
12 futuro habere poterat; quia in iure optandi † con-
ſideratur aſcenſus ad maiora, & non deſcenſus ad in-
feriora. *Franc.in c.fin.num.8.de conſuet.Rot.deciſ.3.*
eod.tit.in nouiſſ. Gonzal. in reg.8.gloſſ. 24. num.8.
13 impoſſibile enim videtur, † vt Coadiutor ſubroge-
tur in poſſeſſionem eius, quod non erat, nec eſſe
poterat poſſeſſum à Coadiuto, vt benè infert *Garz.*
de benef.§.5.gloſſ.9. num.58. Vndè intrat concluſio
14 iuris notiſſima † ab inueriſimilitudine maximum
deſumi argumentum falſitatis.

Quintam coniecturam eliciebant Domini ex tri-
to axiomate (cui bono) cum enim iſta apoſtilla re-
ſpiciat nudum intereſſe Capituli, præſeruando ius
15 optionis ipſi, † præſumitur ſuperaddita ad inſtãtiam
illius cuius intereſt: *Bart.in l.fin.num.5.verſ.itemq.*
illa res,ff.de quæſt. cum aliis per Pariſ. de reſignat.
16 *lib.9.quæſt.24. num.31.* præcipuè à † Notario offi-
ciali Capituli, & proinde ſuſpecto *Marc. deciſ. 495.*
num.5. par.2. Rot.deciſ.440.nu.3.par.2. in recent.

Nec dicatur Thomam Coadiutum aliquod etiam
imaginabile habuiſſe intereſſe, quaſi ius optandi pin-
guius præſtimonium foret ei ablatum, ſiue enim
17 ſtante † ſtatuto prohibebatur Coadiutus optare, vt
voluit *Gonzal. ſuper reg.8.gloſ.38.num.23. & ſeqq.*
& tunc aſſenſus, ſiue diſſenſus ipſius non potuit red-
dere habilem Coadiutum ad optandum, cum ſtatu-
18 tum indefinitè † loquatur poſt Coadiutoriam ex-
peditam, ſi verò non obſtante Coadiutoria non ami-
ſit d. ius optandi, ſecundum opinionem *Garz.par.4.*
cap.5.num.120. quam vti veriorem Domini ample-
19 xi ſunt, quia † tali caſu affectio tranſit in præſtimo-
nium optatum per viam ſubrogationis *Card. conſ.*
126.collect.in cap.dilecto quæſt.7. de præb. Simonet.
de reſeruat. quæſt.45.in fin. & tenuit *Rota in vna*
Salamantina portionis 15.Octobris 1584. coram Vi-
cecomite, & in Vrgellen.Canonicatus 9.May 1593.
coram Blanchetto, alias ſequeretur gratiam factam
ad fauorem Coadiuti in illius damnum retorqueri;
Et eo caſu nullum præiudicium conſentiendo purè
Coadiutoriæ Canonicatus, poterat d. Coadiuto ori-
20 ri; Vndè remanet † inueriſimile Thomam voluiſſe
adijcere in ſuo mandato legem pænitus inutilem, &
fruſtratoriam *l.1 C. de non num pecun.* ex qua veri-
21 ſimilis oritur † coniectura falſitatis *c. quia veriſi-*
mile, de præſump. Bal.in l.1.nu.16.C.de ſeru.fugit.
cum alijs per Menoch. de præſumpt. lib.5. præſumpt.
20.num.11.

Quòd eo veriſimilius redditur, quod præſumitur
22 actus factus, prout fieri poterat † illum metiendo à
poteſtate agentis; certum autem erat dum Thomas
Coadiutus conſenſerat in manibus Sanctiſſimi Coa-
diutoriæ Canonicatus cum omnibus membris anne-
xis, & dependentijs ab ipſo poſſeſſis, per appoſitio-
nem manus Papæ, ortam fuiſſe talem affectionem, vt
iſte Canonicatus, eiuſque annexa, & dependentiæ
reſeruatæ remanerent & ita fruſtra appoſuiſſet hanc
23 legem inutilem, † cum in hoc eius mandatum in
præiudicium ſuperioris, & reſeruationum Apoſtoli-
carum non eſſet attendendum *iux. deciſ.5.num.1. de*
conſuet.in nouiſſ.cum alleg.

Ex quibus omnibus coniecturis ſimul iunctis, quæ
forſitan ſolæ non ſufficerent; Viſum fuit apoſtillam
iſtam ſuſpectiſſimam eſſe de falſo, quod ſufficit ad
adimendam, aut ſaltem minuendam fidem d. apoſtil-
24 læ, † quia agitur in iudicio ciuili, & non criminali.
Ceph.conſ.338.num.20.& conſ.283. num.8. Seraph.
deciſ.1259.n.4.DD. in c.afferte mihi gladium extra
de præſumpt. quem tex. ad id adducunt, in quo lau-
25 datur ſapientiſſimum † Salomonis iudicium, qui ex
vehementi affectus materni præſumptione ciuili in-
tereſſe decidit adiudicando filium veræ matri, & ta-
men noluit pœna ſubrepti partus falſam matrem
punire.

Opponebatur ſecundo pro parte Capituli non po-
tuiſſe dari immiſſionem ad iſtud præſtimonium, quia
omnia præſtimonia Eccleſiæ Corduben. non ſunt an-
26 nexa Canonicatui, ſed prædia, & portiones † merè
temporales, quæ nullo modo impediunt ius optandi,
quod competit ſenioribus Canonicis, vt dicitur de-
ciſum in vna *Corduben. penſionis 2. Maij 1594. coram*
Card. Mantica inter eius deciſ.273. & multoties fuit
in Rota deciſum, vt patet ex deciſionibus longa ſerie
cumulatis per Informantes pro Capitulo.

Huic obiectioni reſponſum fuit iſta præſtimonia
non debere cenſeri, vt portiones merè temporales,
ſed vt prabendas annexas ſpirituali non perpetuò,
27 ſed reuocabiliter: dum per ius † optandi poteſt Ca-
nonicus illud annexum relinquere, & aliud pinguius
optando adipiſci, quod eadem *deciſ. Manticæ 273.*
agnoſcit, dum ibi dicitur ea præſtimonia annexa eſſe
Canonicatibus, & præbendis, licet non ſint tituli be-
neficiales; Vnde ſequitur vacante Canonicatu cum
annexis, & pertinentijs, ſub quo nomine præſtimo-
nium compræhenditur, non eſſe locum optioni, quia
28 ſtante appoſitione † manus Papæ, tollitur omnis
alia vacatio, præterquam ea, quæ obuenit in fauo-
rem Coadiutoris, *c.fin. cum ibi not. de conſuet. in 6.*
Rot.deciſ.6.eod.tit.in nou.cum multis cumulat. in
vna Capuana portionis 22. Maij 1609. coram Illu-
29 *ſtriſſ. Card. Lancellotto*, retrotrahitur † ſiquidem
gratia Coadiutoris ad diem obtentæ gratiæ. *Creſcen.*
deciſ.7.num.3.de conceſſ.præb. Caſſ. deciſ.15.num.3.
de præb. ſtante præcipuè expreſſa derogatione ſta-
30 tutorum, † quæ legitur in litteris per D. Ioannem
obtentis *Gemin.conſ.30. num.8. poſt med. Card. d.*
conſ.16 num.4. Rot.deciſ.5.de conſuet.in nouiſſ.& 2.
eod.tit.in antiq. Creſcen. deciſ. 9. de conceſſ. præb.
cum multis per Gonzal. ſuper regul. 8. gloſſ. 5.
§.8. num.9.

Quod autem huiuſmodi præſtimonia Eccleſiæ
31 Corduben. ſit annexa ipſi † Canonicatui (vltra quod
maiores noſtri id ſemper agnouerunt, vt videre eſt in
deciſ.1408.lib.3.par.3. diuerſ. vbi loquitur de Ec-
cleſijs Corduben. & Salamantina) id ſatis hodie
comprobari multis rationibus Domini iudicarunt;
Conſtat enim ex lectura litterarum Apoſtolicarum
præſtimonia illa nuſquam fuiſſe titulos beneficia-
les diſtinctos, ſed ſimplices præſtimoniales portio-
nes nuncupatas de communali, expertes cuiuſcum-
que tituli, & vacationis, & collationis, ex quorum
fructibus conflabatur maſſa communis, quæ poſt-
modum

modum inter Canonicos æqualiter diuidebatur; patet etiam ex lectura statuti istam massam distinctam, & diuisam fuisse in tot portiones quot erant Canonicatus, & vnicuique Canoniæ vnam portionem postea vocatam præstimonium fuisse annexam, & ap-
32 plicatam; Vndè † sequitur præstimonium debere censeri vti annexum, cum ita in litteris Apostolicis *Alex.VI. denominentur arg.l.qui fundum, § fundi de contrab.empt.* tum etiam quia loquitur in statuto
33 istas partes, seu æstimationes fuisse applicatas† quod idem est, ac si diceret annexas, vt per *Grammaticos* probatur, & per *tex.in l.vxorem 41.§.1. ibi domum meam cum horto applicito, & ibid.glo.ff. de leg.3. & in clem.1.§.1. in verb. applicent mensis suis de supplen.neglig. prælat.* quæ quidem annexio licet non
34 sit, perpetua, tamen † adhæret spiritualitati respectu Canoniæ, vt optimè declarat *Abb.in cap. maioribus num.4. vers.quandoque, & in c.dilecto, num.6. de præb.* & hoc casu dicitur spiritualis, vel spiritualitati
35 annexa præbenda, caditq. sub dispositione † Canonicatus cum annexis, quam doctrinam *Abbat.* canonizauit *Rot.in illa Iporegien.præbendæ 23. Ianuarij 1608.coram R.P.D.meo Manzanedo, post Caputaq. decis.359.num 1 par.2.*

Ex quibus patet responsio ad decisiones allegatas pro parte Capituli, quia procedunt quando sunt portiones merè temporales, & separatæ à titulis beneficiorum; eo enim casu non potest considerari ista portio respectu singulorum Canonicatuum, vt in hac Ecclesia, quæ habet tot præstimonia quot Canonicatus, ita vt non possit esse vllus Canonicus sine aliquo ex istis præstimonijs; Vnde ex proprietate
36 verborum † annexa ea habentur, quæ ad aliud habent accessionem *arg.c.super eo, & ibi Abb.de præb. in 6.* ex quibus infertur præstimonium istud tamquam de annexis, & dependentijs compræhensum fuisse in litteris Apostolicis obtentis per d. Ioãnem, quarum executio non debet retardari, stante turbiditate exceptionum Capituli, & irrelevantia.

Et ita decisum vtraque parte informante.

EMINENTISS. D. CARD. VEROSPIO SEN.

Nepesina Tutelæ.

Mercurij 27. Nouembris 1619.

ARGVMENTVM.

Alimenta, vt debeantur collitiganti, quid sit probandum. Tutor, quando conuenitur, vt reddat rationem, an sint ei præstanda alimenta, & alia circa materiam redditionis rationum.

SVMMARIVM.

1 *Tutor, quando conuenitur, vt reddat rationem, alimenta ei non debentur.*
2 *Alimenta collitiganti non subministrantur, quando non docetur de bono iure, & paupertate partis. & num.9.*
3 *Tutor non est condemnandus in illis rebus, quæ euenerunt, ante quam tutelam susciperet.*
4 *Administrator, quando in certa aliqua summa condemnandus non sit.*
5 *Rationis redditio regulariter separari non potest, nec certa quantitas peti, nisi prius omnia per administratorem data, & accepta liquidentur.*
6 *Pauper, quis non potest dici, si possideat bona stabilia non modici valoris.*
7 *Testibus in concursu, qui deponunt de affirmatiua magis creditur, quam deponentibus super negatiua.*
8 *Testes, vt probent negatiuam, debent eam coarctare, remouendo actum à sensu.*

DECISIO CXLII.

FVIT per plures decisiones * coram me firmatum q. Antonium de Plodijs Tutorem Dominici de Lucretijs extitisse. Vnde cum postea d. Dominicus ab Antonij hæredibus alimenta, & sumptus litis peteret: Dubitaui, An illa deberentur.

Et fuit negatiuè responsum; Quia cum hic actione reali non agatur pro recuperatione bonorum à reo possessorum, de quorum fructibus veniat alendus actor; sed tantummodo personali ad effectum,
1 vt † Tutor rationem reddat, alimenta non debentur, *l.Imperatores, vbi Bart.ff.de tut. & rat. distrab. Couar.pract.quæst.cap.6.sub num.5. vers.ex hac verò decisione, Cephal.cons.714.num.12.Surd.de alim. tit.1.quæst.120.num.14.*

2 Cum præsertim hic de bono iure, † & Dominici paupertate non doceatur, sine quibus prædicta non subministrantur, *l.fin.§. nam si tales, vbi Bald. & Salic.C.de ordin.cogn. Afflict.decis.10.nu.11. Boer. decis.304.& 325.Couar.var.resol.cap.6.nu.7. lib.2. & pract.cap.6.nu.5. Molin.de primog.lib.2. cap.16. num.45.Seraph.decis.1098.num.2.*

Non obstat ad inducendum bonum ius, Auditoris Cameræ sententia. Nam contra illam multa de-
3 ducuntur; Et primò, quod † non erat condemnandus Tutor pro frumento, & alijs fructibus de mensibus Iunij, & Iulij anni 1591. recollectis, de quo tempore ipse Tutor non existebat, cum solùm de mense Augusti eiusdem anni fuerit deputatus.

Secundò constat eundem Antonium, de aliquibus administratis rationem reddisse, ad quorum restitutionem ille condemnari non poterat, cum solum pro residuo teneretur.

Vlteriùs continet sententia detractiones faciendas ad Tutoris fauorem, quæ tales esse possunt, vt
4 Dominici creditum superent; quo casu † Tutor in aliqua certa summa condemnandus non erat. *Parpur.cons.339.num.2. Grammat. cons.114. Ias.100. lib.4.Gab.cons.36.num.9.& seq.lib.2.*

Et regulariter separari non potest redditio ratio-
5 nis, † nec certa quantitas peti, nisi prius omnia per Tutorem data, & accepta liquidentur, *Aym. cons. 275.num.13.Tobias Non.cons 63.in 3.dub.num.23. Bald.cons.61.lib.2.& cons.214.lib.4.*

Non obstant decisiones ad Dominici fauorem emanatæ cum per eas bonum ius illius non detegatur, sed firmetur solummodò Antonium de Plodijs fuisse Tutorem, non autem ipsius debitum canonizatur.

Quò verò ad Dominici paupertatem, nec illa satis fuit probata, cum Testes tam per Antonij hæredes, quàm per Dominicum examinati deponant ip-
6 sum Dominicum omnia † ferè stabilia hæreditatis paternæ non modici valoris possidere, vnde pauper dici non meretur, *Bald.cons.30 num.2.Crauet.cons. 199.num.11. Bart.in l.vbi extraneus, & l.seq ff. de vent.in poss.immitten.& in l.fin.num.2.C.de ordin. cogn.Lapus alleg.102.nu.18.& 19.*

Nec visum fuit, obstare Dominici Testes deponentes

nentes, ipsum bona prædicta non possidere: nam in
7 concursu, Testibus magis de † affirmatiua deponentibus creditur, quàm alijs de negatiua, *glos. in l. diem proferre, §. si plures, de arb. Dec. cons. 173. in fin. Paris. cons. 63. num. 117. lib. 3. Ruin. cons. 62. num. 5. Gab. de test. concl. 4. in princ.*

8 Cum præsertim Dominici Testes non † coarctent negatiuam remouendo actum à sensu, *glos. in §. si verò adsunt, in vers. & viderint, in fin. auth. de hæred. & falcid. & in l. 1. in princ. ff. de itin. act. priu. Bald. in l. 1. num. 7 C. de bon. poss. secundum tab. Dec. cons. 534. num. 10. Rip. in c. cum Ecclesia Sutrina num. 8. de caus. poss. & propr. Hercul. de negat. num. 218.*

9 Et in omnem euentum probari debuisset paupertas ad effectum, † de quo agitur, quòd nimirum Dominici bona pro eiusdem alimentis, & lite non sufficiant, *Bald. in auth. præterea, num. 4. vers. quæro ego, vbi Salicet num. 4. C. vnde vir, & vxor. Rota decis. 48. num. 3. par. 2. diuers.*

* *Idest sub diebus 6. Iunij 1616. 17. Februarij 1617. 19. Ianuarij 1618. & 16. Nouemb. eiusdem anni coram eodem bo. me. Fabritio Card. Verospio. Prima decisio vna cum tertia sunt infra in Appendice post decisiones anni 1626. Secunda est in præcedenti part. 4. recent. decis. 413. Vltima verò adest supra in hoc Tomo decisio 53. Infra verò habes reliquas decisiones in eadem causa, nempe sub diebus 11. Maij 1620. 13. Nouembris eiusdem anni coram eodem Card. Verosp. & 22. Aprilis 1622. 11. Decembris 1624. & 27. Iunij 1625. coram bo. me. Francisco Vbaldo, & 7. Iunij 1627. coram clar. mem. Clement. Merlino.*

R. P. D. REMBOLDO

Mutinen. Iurispatronatus.

Mercurij 27. Nouembris 1619.

ARGVMENTVM.

Attentanti denegatur remissoriæ petitio, quando attentata sunt clara, & rectè cogitari potest illam petere, ad se confouendum in possessione. Recursus ad Sedem Apostolicam, tam ad effectum deuolutiuum, quam suspensiuum, nec per iuramentum, nec per quamuis consuetudinem, tolli nequit.

SVMMARIVM.

1 *Attentata, quando sunt clara, & remissoria petitur, ab illo, qui attentauit, tunc reijcitur talis petitio.*
2 *Remissoria denegatur, quando aliquid potest probari per scripturas.*
Consuetudo exequendi primam sententiam non obstante appellatione, potest probari per actus iudiciales. num. 2.
3 *Consuetudo denegandi appellationem à prima sententia est contra ius.*
4 *Articuli, quando non sunt releuantes, denegatur remissoria.*
5 *Consuetudo vt valeat, debet doceri, quod fuerit legitimè præscripta.*
6 *ad Consuetudinem probandam, quis non est admittendus, si illa quatenus adesset non posset valere.*
7 *Recursus ad Sedem Apostolicam per quamcumque consuetudinem, nec per iuramentum potest impediri, nedum ad effectum deuolutiuum, quam suspensiuum.*

DECISIO CXLII.

DICTVM fuit remissoriam non esse concedendam, & moti sunt DD. ex pluribus. Et primò, quia attentata sunt clara, neque illa possunt cõtrouerti, & remissoria petitur ab eo, qui † attenta-
1 uit ad effectum se confouendi in possessione attentata, quo casu non datur remissoria, *Affl. decis. 351. sub num. 6. Put. decis. 212. num 2. lib. 1. iuxta nou. impress. Cassad. decis. 2. in princ. de dilat. Caputaq. decis. 63. num. 2. par. 3.*

Secundò, quia consuetudo, quæ articulatur exequendi primam sententiam, non obstante appellatione, potest probari per actus iudiciales, de quibus
2 conficiuntur scripturæ, † ideoque non admittitur probatio per testes, *Aegid. decis. 9. in princ. & decis. 534* & fuit dictum in *Toletana Canonicatus 13. Nouembris 1609. coram Illustriss. Card. Lancellotto, in Terdonen Canonicatus 5. Maij 1617. coram R. P. D. meo Pamphilio,* & in terminis similis consuetudinis in *vna Rauennaten. attentatorum 1. Iulij 1611. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Tertiò, quia non datur sufficiens fumus dictæ cõ-
3 suetudinis prout requiritur, † præsertim cum illa sit contra ius, *Cæs. de Grass decis. 1. n. 1. & 2. de dilat.*
4 Quartò, quia neque articuli sunt † releuantes, nõ solum quia non articulatur, quod vigore dictæ consuetudinis fuerit obtenta exequutio primæ sententiæ in iudicio cõtradictorio, & succumbente, eo quia prætendebat appellationem esse admittendam, prout requiritur, cum esse possit, quod contigerit huiusmodi sententias exequutioni demandari, quia litigantes ius, quod habebant prosequendi attentata deseruerint, aliam viam possessorij, vel petitorij eli-
5 gentes. Vnde † non posset dici inducta consuetudo, saltem legitimè præscripta *ad not. in cap. Abbate, & ibi glos. in verb. contradicto iudicio,* vbi *Alberic. & alij de verb. signific. l. cum de consuetudine, ff. de legib. glos. in rubr. C. quæ sit longa consuetudo, & ibi Bald. num. 4. Alex. cons. 136. num. 20. Gig. cons. 25. num. 31. Anchar. cons. 178. num. 7.* Sed etiam quia
6 etsi probaretur † huiusmodi consuetudo, illa non valeret, cum nec per iuramentum, neque per quam-
7 cumque cõsuetudinem possit impediri recursus † ad Sedem Apostolicam, nedum ad effectum deuolutiuum, sed etiam suspensiuum, *cap. venientes de iur. iur.* & fuit in puncto firmatum in vna *Elnen. hæreditatis 27. Iunij 1603. coram Illustrissimo D. Card. Millino, &c.*

REVERENDISS. DVNOZETTO
ARCHIEPISCOPO SELEVCIEN.

Romana Curæ.

Veneris 29. Nouembris 1619.

ARGVMENTVM.

Administrator, quando semel rationem reddidit, vt iterum cogatur ad eam reddendam, qualiter dolus, & error sit à petente nouam rationem, probandus. Administrator si reddiderit rationem, præsumitur libros administrationis reddidisse.

SVMMARIVM.

1 *Administrator, si semel reddiderit rationem, non est cogendus ad illam de nouo reddendam. amplia num. 2.*

3 *Administrator, si semel reddiderit rationem, tunc multo minus potest cogi ad illam de nouo reddendam, quando liberatio fuit iuramento vallata.*

4 *Administrator, licet semel reddiderit rationem, tamen stante dolo, & errore, potest cogi ad illam denuò reddendam.*

5 *Et isto casu de errore, & dolo debet doceri verè, & non præsumptiuè, ne detur processus in infinitum.*

6 *Ad librorum exhibitionem tenetur is, qui fassus est, quod sibi fuerint consignati.*

7 *Fundamentum intentionis suæ, quis tenetur probare, etiam si consistat in negatiua.*

8 *Reus dum opponit aliquam exceptionem impedientem audientiam, nihil tenetur probare.*

9 *Libri rationum præsumuntur consignati, si ratio reddita sit.*

10 *in Rationum redditione, venit redditio librorum.*

11 *Verba vniuersalia omnia compræhendunt.*

12 *Verba vniuersalia operantur, ac si de singulis fuisset facta specialis mentio.*

13 *Ratio redditum Casalium, &c. reddi non potest sine libris.*

14 *Administratori si sit facta quietantia generalis, quid operetur.*

15 *Probatio resultat ex pluribus coniecturis, & adminiculis simul iunctis.*

16 *Actore non probante, reus absoluitur.*

17 *Instrumentum publicum facit probationem probatam.*

DECISIO CXLIII.

PROPOSITO dubio alias reseruato in decisione sub die 14. Ianuarij præteriti. An constet de assignatione librorum Casalis di Campo del fico, facta D. Octauio, ita vt ad illorum exhibitionem teneatur in casu, & ad effectum, de quo agitur, Domini considerato effectu dubij, qui est, An D. Octauius possit iterum exigere redditionem rationis administrationis semel redditam: existimarunt resolutionem dubij pendere ex deductis in prædicta decisione, cuius rationes iterum examinatæ Dominis placuerunt.

Est enim clara iuris regula, quod dum D. Pyrrhus
1 semel † reddidit rationem, non est cogendus ad illam de nouo reddendam *l. semel C. de apoch. publ. lib. 10. Menoch. post alios de arbitr. casu 209. num. 37.* & eo
2 minus † cum in Instrumento facto pro reuisione cõputorum fuerit adiectum pactum, quod elapso anno D. Octauius non posset aliquid opponere *Bald. cons. 312. num. 1. vers. non enim lib. 4. Thesaur. decis. 260. num. 10. Munnot. de ratiocin. cap. 41. num. 35.* iun-
3 cta † maximè liberatione iuramento vallata *Menoc.*
4 *loc. alleg. num. 38.* & licet prædicta † limitentur, vbi
5 adest error, & dolus, tamen de errore, & dolo † debet doceri per D. Octauium verè, & non præsumptiuè, ne detur processus in infinitum *Neuiz. cons. 94. in fin. Menoch. dicto casu 209. in fin. cum alijs in d. decis. allegatis.*

Ex quibus sequitur, quod etiam fuit in d. decis. firmatum, quod cum de errore, & dolo non possit constare, nisi visis libris Rationis administratæ, quos
6 omnes D. Octauius fassus fuit sibi fuisse † consignatos, ipse tenetur ad illorum exhibitionem, ex *Neuiz. d. cons. 64. in fin. & alijs in decis. allegatis.* Et dum Octauius dicit inter libros consignatos non adesse illos, de quibus in dubio, tenetur id probare, tãquam
7 fundamentum † suæ intentionis, etiam quod consistat in negatiua *Bart. & alij in l. in illa ff. de verb. oblig. Hercula de negat. num. 2. Surd. cons. 24. sub num. 8.* Pyrrhus enim reus est, postquam reddidit rationem, & quietantiam reportauit; Vnde dum
8 opponit † hanc exceptionem impedientem audientiam, nihil tenetur probare, *Bart. in l. cum quærebatur num. 4. ff. Iud. sol.*

Idque maximè dicendum hoc casu censuerunt
9 Domini; Quia vltra præsumptionem † consignationis, quæ resultat ex eo, quod fuit reddita ratio, in qua venit redditio librorum, *l. 1. §. officio ibi, & rationes actus sui conficere, & pupillo reddere, ff. de tutel. & rat. distrab. vbi Bart. in 2. lectu. nu. 2. l. si ita fuerit, §. quæstio, ibi in reliquis accipere debemus, vt & ipsa rationum volumina reddantur, ff. de manumiss. testam. l. fin. §. inter cætera, ff. de liberat. leg. Bart. in l. cum seruus num. 1. ff. de condit. & demonst. Bero. cons. 191. num. 38. lib. 1.*

Concurrunt clara verba Instrumenti vniuersalia tam respectu librorum, quàm computorum, & loci: dum in eo legitur fuisse pro reuisione omnium com-
10 putorum, tam Rationis † Bancharię, quàm omnium aliorum bonorum, & iurium D. Octauij, fuisse consignatos omnes libros, omnesque alias scripturas factas á die mortis Alexandri existentes in bancho, &
11 domo in qua degebat Octauius; quæ † verba adeò vniuersalia ne dum probant consignationem omniũ librorum nullo excepto, *l. 1. & ibi DD. ff. de leg. 1. l. Iulianus, ff. de leg. 3. c. solitæ de maior. & obed. Ber. cons. 94. num. 31. & seqq. Cephal. cons. 156. num. 21. lib. 2. Surd. cons. 31. num. 27. & cons. 73. num. 62. &*
12 *seqq.* sed † operantur idem, ac si de singulis fuisset facta expressa mentio. *Crauett. cons. 31. num. 27. vers. & idem operatur.*

Et redditur valde verisimilis consignatio horum librorum cum de illorum confectione non possit dubitari, dum in posterioribus libris fuerunt reportatæ plures partitæ librorum, de quibus agitur, & ex verbis prædicti Instrumenti constat fuisse redditam ra-
13 tionem, etiam † de redditibus Casalium, quæ tamen reddi non poterat non visis libris *l. cum seruus §. 1. ff. de condit. & demonstr. l. si statu liber, §. fin. ff. de stat. liber.*

Redditur etiam verisimilis d. consignatio ex eo, quod in computo prætensionum in actis huius causæ dato inter alia D. Octauius posuit partitam sc. 7715. pro credito dato Casalibus, quam summam adeò præcisam non sciuisset, nisi vidisset libros introitus Casalium, & saltem inter alias prætensiones datas ab Octauio post annum, posuisset hanc non consignationis horum librorum, nec fecisset quietantiam
14 adeò generalem † de omnibus libris, omnibusque scripturis: maximè cum tunc temporis esset maior viginti annis, & in negocijs versatus *ex tradit. per Munnot. d. cap. 41. num. 34. vers. prædictæ opiniones,* quibus addebatur, quod cũ Octauius post quietationem, & liberationem soluerit mercedem Turraminio ob administrationem Casalis debitam ab anno 1600. vsque ad annum 1605. quo fuit reddita ratio, sequitur libros fuisse consignatos, cum alias non

non esset verisimile quod soluisset d. mercedem.

15 Ex quibus omnibus simul † iunctis satis superq. visa fuit probata consignatio horum librorum, *glo. in l.2. in ver. legitimis. ff. excus. tut. cum alijs per Gabr. de probat. concl.1. num.1.*

Non obstât deducta per informantes pro D. Octauio, quia omnia illa procederent vbi ageretur de erroribus prætensis extra administrationem Casalis & hæreditatis, quia tunc quietantia licet generalis, tamen restringenda veniret ad libros administrationis, sed cum hic agatur de erroribus, qui prætendûtur adesse in redditione rationis administrationis, D. Octauius nō per possibile seu per verisimile, sed verè concludenter & clarè debet docere de erroribus,
16 & consequenter † de non consignatione horum librorum ex alleg. alias Pyrrhus venit ab hoc iudicio absoluendus.

Dum vero dicitur non fuisse redditam rationem, id tollitur ex facto, dum fuerunt consignati libri pro reuisione computorum dato spatio vnius anni ad illa reddenda, quo transacto Octauius exceptis prætensionibus datis, computa approbauit, & quietationem & liberationem fecit medio iuramēto,
17 prout constat ex publico† instrumēto, quod facit probationem probatam iuribus vulgaribus.

Et ex his ita decisum vtraque parte informante.

* *Decisio ista in hac eadem causa sub die 14. Ianuarij 1619. coram eodem bon.mem. Reuerendiss. Dunozetto. est supra in hoc Tomo decisio 71. ac infra coram eodem habes alteram sub die 11. Martij 1620.*

R. P. D. PIROVANO.

Lucana Pensionis.

Veneris 29. Nouembris 1619.

ARGVMENTVM.

Pensionarius, si narret in gratia reseruationis pensionis, valorem beneficij affirmatiuè per ascensum, ad tot scilicet ducatos, cum ista narratiua sit fundamentum dictæ gratiæ, ex quo Papa, nisi fuisset certus de valore, tantam pensionem minimè reseruasset; ideoque prædictus valor, est clarè, ac patenter probandus à dicto pensionario, alias non obtinebit. Pensionarius, quando releuetur ab onere iustificationis valoris beneficij, & quando non, & quid si simus nō in titulari, qui consensit reseruationi pensionis, sed in successore, qui nouum titulum habet à Papa.

SVMMARIVM.

1 *Narratiua, super qua Papa se fundat ad concedendam gratiam, est concludenter probanda.*
2 *Testes non probant quantitatem fructuum si non dicant se fuisse præsentes recollectioni eorum, nec aliàs deponunt de visu.*
3 *Valoris probatio non dicitur plena, & sufficiens, quando testes deponunt de auditu, & de possibilitate.*
4 *Valorem beneficij, vt testes probent debent deponere deductis oneribus, & quod computato anno sterili, cum fertili ad certum valorem ascendit.*
5 *Testes, vt probent, reddere debent scientiam, & causam sui dicti.*
6 *Pensionarius non tenetur ad probationem valoris beneficij pro sustinenda sua gratia, sed titularis, qui agit ad nullitatem pensionis, declara vt hic.*
7 *Caputaquen decis.329. par.3. declaratur.*
8 *Pensionarius ab initio releuatur ab onere iustificationis gratiæ quoad manutentionem possessionis propter factum exigendi.*
9 *Possessio exigendi non releuat pensionarium à iustificatione gratiæ, cum illa sit extra ius scilicet, vt beneficia sine diminutione conferantur.*
10 *Pensionarius non releuatur ab onere probandi validitatem gratiæ in iudicio petitorio, ex possessione decennali, si deficiat titulus.*
11 *Cum ad hunc effectum possessio non releuet, nisi sit triennalis.*
12 *Pensionarius non tenetur iustificare valorem beneficij, quando Papa non se fundauit super eo.*
13 *in Pensionis reseruatione non est necessaria expressio valoris beneficij, si non excedat tertiam, vel dimidiam partem fructuum.*
14 *Papa reseruando pensionem, dicitur se fundasse super illius valore, dum affirmatiuè per ascensum fuit ei narratus.*
15 *Valor beneficij, licet pensionarius nō teneretur iustificare, tamen si illum Papa narrauerit, tenetur ad iustificationem.*
16 *Pensionarius non tenetur ad iustificationem valoris beneficii, stante consensu titularis super reseruatione pensionis, & confessione eiusdem, quod valor ascendat ad d. summam.*
17 *Declara id procedere contra personam consentientis; sed secus est si agatur contra successorem in beneficio, si non habeat causam à prædecessore, sed à Papa.*
18 *de Beneficio, quando quis est prouisus à Papa, tunc creatur nouus titulus in successore, qui propterea non tenetur stare confessioni antecessoris.*
19 *Sed necessaria est iustificatio narratorum in gratia obtenta à pensionario.*

DECISIO CXLIV.

DVBITATVM fuit, an valor beneficij sit iustificatus ad effectum de quo agitur; quod negatiuè per Dominos fuit responsum, quia legitur narratus affirmatiuè per ascensum ad ducat. 220. quæ narratiua cum fuerit fundamētum gratiæ reseruationis, ex quo Papa nisi fuisset certus de valore,
1 non poterat moueri ad † tantam pensionem reseruandam, debet concludenter probari, *Card. Seraph. decis.1009. nu.2. & in causa Hispalen. pensionis coram me,* idem fuit dictum in qua aliæ decisiones referuntur *in nouiss. impress.44. nu.1. par. 2.* quæ fuit confirmata *prima Iulii 1613. me adhuc proponente.*

Huiusmodi autem probatio concludens ex testi-
2 bus datis non affertur, quia † non dicunt se fuisse præsentes recollectioni, nec alias deponunt de visu; ideo eorum depositio tanquam de auditu, & possi-
3 bilitate, non est † sufficiens ad plenam probationem valoris, *Rot. in recent. 550. num.3. par.1. & decis 444. num.4. par.2.* quod etiam fuit dictum *in Reatina beneficii 2. Iulii 1608. coram Cardinali Ludouisio tunc Rotæ Auditore:* & vlterius non deponunt
4 deductis oneribus, nec minus quod † computato anno fertili cum sterili, beneficia ad dictum valorem ascendunt; quæ omnia necessaria sunt in teste pro
5 scientia, & causa† sui dicti: vt ponderata fuerunt in

dicta Hispalen. pensionis 444. num. 4. par. 2. & huic imperfectæ probationi exaduerso nihil replicatur.

Non obstat quod pensionarius non teneatur ad probationem valoris pro substinenda sua gratia, sed
6 titularis, † qui agit ad nullitatem pensionis, *Caputaq. decis. 329. par. 3.* quia etsi hoc videatur extra dubium, cum tamen possit pertinere ad illius officium, nempè ad substinendam validitatem gratiæ, donec contrarium non fuerit probatum, fuit respō-
7 sum, quod Caputaq. † non distinguit statum validitatis ab initio, prout videtur præsupponere, *Gig. ab eo alleg. in q. 9. num. 9.* Ideo quamuis ab initio releuetur quoad manutentionem possessionis prop-
8 ter † factum exigen. tamen illa possessio tanquam extra ius, vt scilicet beneficia sine diminutione cōferantur, nec aliunde fuerit iustificata, non releuat
9 ab onere probandi causam iuris percipiendi, † quæ pendet à validitate gratiæ fundata in iustificatione narratorum, & istæ sunt rationes, *Salamantin. pensionis 26. Martii 1593. coram Gipsio, & in Veronen. pensionis 27. Iunii 1595. coram Card. Mantica, quæ allegatæ fuerūt in decis. 2. April. 1617. in hac causa.*

Neque possessio decennalis, in qua dicitur per-
10 mansisse pensionarius, videtur † illi suffragari, vt liberetur ab onere probandi valorem in iudicio petitorio; quia *Caputaq decis. 189. num. 10. & alii allegati* loquuntur quando concurrit præsumptio tituli,
11 secus verò si deficiat, vt † in præsenti; & ideo Rota tenet, quod possessio ad hunc effectum non releuat, nisi sit triennalis, vt in *decis.* Bonon. *pensionis* 17. Maii 1593. *coram Illustriss. Millino.*

Similiter non obstat quod non teneatur iustifica-
12 re, dum Papa † non se fundauit super valore, ex quo pensio imposita est sine causa, neque in illius reseruatione necessaria est expressio valoris, *Caputaq. de-*
13 *cis. 299. par. 2.* dummodo † non excedat tertiam, vel dimidiam partem fructuum, vt per *Gig. de pens. quæst. 9. num. 1.*

Nam & Papa se fundauit super valore, dum affir-
14 matiuè per ascensum fuit narratus, † vt moueri posset ad tantam, vel minorem pensionem imponendā, & expressio valoris si non est necessaria, narrata ta-
15 men † debet probari, prout hæc omnia fuerunt cōprobata *in decis. Cremonen. pensionis coram me inter nouiss. impress. num. 14. par. 2.*

16 Demum non obstat † quod ad eādem valoris iustificationem non teneatur pensionarius, stante cōsensu titularis posito in hac reseruatione, & confessione eiusdem, quod valor ascendat ad eandem summam, quæ æquipollere potest iustificationi gratiæ, vt per *Felin. alleg. in cap. olim sub num. 10. in 4. & 2. limit. de rescript.* & dicitur firmatum *in Cremonen. pensionis 21 Febr. 1614. coram me.*

Quia si ageretur contra personam consentientis,
17 posset prodesse possessio † qualificata ex consensu titularis ad effectum, de quo agitur; verum agitur contra successorem in beneficio, qui non habet cau-
18 sam à prædecessore, sed † à Papa, per quem creatur nouus titulus in successore, qui propterea non te-
19 netur stare confessioni, sed necessaria † est iustificatio narratorum; *Abb. in cap. fin. num. 9. de præsumpt. Felin. in cap. constitutus de rescript. & fuit firmatum in Cæsaraugustana pensionis 20. Decemb. 1591. coram bo. me. Card. Pamphilio*, quæ data fuit. Et ita &c.

☞ *Infra in eadem causa habentur aliæ decisiones sub diebus 9. Decemb. 1620. 20. Iunii 1622. 14. Iunii 1623. & 10. Maii 1624. corā eodē bo. me. Pirouano.*

EMINENT.MO CARD. SACRATO.

Romana de Bombellis.

Mecurii 29. Nouembris 1619.

ARGVMENTVM.

Feudus, quando est datus æstimatus marito pro dote, quamuis regulariter desinat esse fundus dotalis, tamen id non procedit, quando adest conuentio inter partes vt talis remaneat; quia tunc talis æstimatio non facit emptionem, & venditionem. Vxor in subsidium, ad recuperādam suam dotem potest agere contra fundum datum marito pro dote, licet fuerit datus æstimatus.

SVMMARIVM.

1 *Dotis promissio, si fuerit facta in pecunia numerata, & sit assignatus fundus æstimatus, tunc ille fundus desinit esse dotalis.*
2 *Aestimatio de iure facit emptionem, & venditionē.*
3 *Fundus æstimatus datus in dotem, vt desinat esse dotalis, quid requiratur.*
4 *Pacta in contractibus faciunt legem.*
5 *Dotalis fundus, quando datur æstimatus, & additur, quod fundus remaneat dotalis, tunc illa æstimatio censetur facta, ad sciendum valorem rei.*
6 *Vxor in subsidium pro recuperatione suæ dotis, potest agere contra fundum dotalem datum marito præuia æstimatione, & num. 11.*
7 *Hæres si adiuerit hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij, non confundit actiones.*
8 *Mandatum speciale requiritur ad declarandum animum alicuius.*
9 *Procuratoris declaratio facta sine speciali mandato principalis, tunc multo minus venit attendenda, si constet de contraria mente d. principalis.*
10 *Procurator non potest venire contra factum principalis.*
12 *Pignus, quando creditor in subsidium pro suo credito accepit, & illud est æquiualens iuxta suum creditum, tunc facit fructus suos.*

DECISIO CXLV.

☞ ROTA stetit in decisis coram me die 13. Maii 1616. quod scilicet Helena non teneatur compensare fructus perceptos ex vinea, de qua agitur cum suis creditis dotalibus.

Primo verius visum fuit quod ista vinea, quæ fuit per Helenam data in dotem marito, à quo ipsa postea fuit instituta hæres, remanserit fundus dotalis, ibi cum hoc expressum fuerit in instrumento dotali, eiusdem quæ vinea sit & esse debeat fundus dotalis eiusdem Helenæ: Non obstat quod promissio dotis fuerit in
1 pecunia numerata, nempe scut. 1200. & † quod pro hac dote Helena assignauerit marito vineam, de
2 qua agitur; quæ æstimatio † de iure facit emptionem & venditionem, & sic fundus desinit esse dotalis, iuxta not in l quoties. ff. & C. de iur. dot. cum aliis allegatis, quia hoc procedit quando simpliciter datur in dotem fundus æstimatus. sed quando, vt in
3 proposito casu additur, quod fundus debeat † esse dotalis, tunc certum est fundum remanere dotalem, quia

4 quia pacta faciunt † legem, & tunc ad euitandam contrarietatem æstimatio censetur facta pro sciendo vero valore, *Bald. in l. si inter virum in princip. C. de iur. dot. Afflict. decis. 270. sub num. 4. vers. & si fuissent data in dotem.*

Secundo fuit dictum quod ex quo maritus Helenæ decessit non soluendo, vt patet ex relatione vlti-
6 mi periti, † etiam si vinea fuisset data æstimata, adhuc in subsidium vxor haberet vtilem rei vendicationem. *l. in rebus, vbi glos. verb. æstimatæ in fin. C. de iur. dot.* cum alijs allegatis per Gentilem *tractat. de æstimat. rerum. in dotem datarum, vers. sed rerum æstimatarum*, & faciunt tradita per *Ias. in l. ex conuentione num. 2. vers. 4. sing limitat. C de pact.* multo autem facilius debet habere retentionem, cum ibi *not. C. de vsur. l. cum & soluta, vbi Bald. in punc. C. de cond. indeb.* idem *Bald. in l. 2. num. 2. C. de fideicomm.* Neque obstare debet quod fuerit scripta hæres, quia cum adiuerit cum *ben. l. &*
7 *inuent.* † non fuerunt confusæ actiones, *l. fin. §. in computatione, vers. si vero & ipse. C. de iur. deliber. Castren. cons. 186. in princ. vers. siue dicamus quod facto inuent. lib. 2.*

Non obstat, quod die 12. Octobris 1595. quidam Ioannes Baptista Massius, vti procurator Helenæ, protestatus fuerit se velle possidere vineam donec fuerit satisfacta de dote prout fuit iudicatum, vt in summ. Item num. 3. Quia pluribus modis fuit responsum: Primo non apparere de mãdato d. Ioannis
8 Baptistæ, maximè ad declarandum † animum ipsius Helenæ. pro qua declaratione requiritur speciale mandatum, *Alex. cons. 78. nu. 14 lib. 5. Bald. cons. 27. vers. quam voluntatem procurator lib. 2.* & prædicta
9 eo magis stante contraria declaratione † per Helenam met facta per annum ante, quod volebat retinere vineam tanquam fundum dotalem, & iure dominij, & alio omni meliori modo. procurator au-
10 tem non potest † venire contra factum sui generalis, *iuxta not. in l. si procurator C. de procurat. cũ concord.* Secũdo illa protestatio non dicit quod Helena vellet retinere iure pignoris, sed tantum quod volebat possidere vineam donec fuerit satisfacta de dote; quod potest intelligi per retrouenditionem faciendam mediante oblatione pecuniarum, quæ fie-
11 ret per hæredem; † quasi quod tunc esset actio subsidiaria, de qua *in d. l. in rebus. C. de iur. dot.* Tertio fuit dictum quod dato etiam, quod Helena ingressa fuisset possessionem iure pignoris, cum tamen dos fuerit scut. 1200. & vinea fuerit æstimata pro eodẽ pretio, & sic cessante spe reluctionis, perinde est ac
12 si fuisset ipsius Helenæ, † vnde ipsa fecit fructus suos *l. qui habebat. § suauissimè, vbi glos. in verbo cessare de leg. 3. Alex. in l. 1. §. per seruum num. 7. vers. vna tamen datur limitatio. ff. de acquir. poss. & ibi Soccin. num. 12. in fin. cum alijs per Neguss. de pignorib. 1. memb. 3. par. nu. 29. & 30.* & ex ijs visum fuit non esse necessarium discutere de portione hæreditaria debita Helenæ iuxta terminos *l. hac edictali. C. de secund. nupt. de qua in alia decisione.*

☞ *Decisionem istam in hac eadem causa sub die 15. Maij 1616. coram eodem bon. mem. Card. Sacrato habes infra in Appẽdice post decisiones anni 1626.*

R. P. D. REMBOLDO.

Romana Legatorum, seu administrationis.

Lunæ 2. Decembris 1619.

ARGVMENTVM.

Actio criminalis, & ciuilis, quando oriantur ex eodem fonte, tunc actio ciuilis debet prius terminari, si fuerit prius intentata. Iudicium ciuile quando absorbeat, vel dicatur præiudiciale criminali. Administrator si fuerit absolutus in causa ciuili, non potest contra eundem experiri criminaliter.

SVMMARIVM.

1 *Actio ciuilis, & criminalis, quando oriuntur ex eodem fonte, tunc prius debet terminari ciuilis, si prius fuerit intentata.*

2 *Actio ciuilis, & criminalis, quando dicantur oriri ex eodem fonte.*

3 *Iudicium ciuile, quando dicatur absorbere iudicium criminale, & num. 4.*

5 *Administrator si fidelem, & perfectum computũ suarum rationum reddiderit, & sic si ciuiliter fuerit absolutus, cessat omnis actio criminalis.*

6 *Error in dubio præsumitur ad excludendum delictum.*

7 *Librum rationum suarum, si quis falsificauerit non punitur de falso.*

8 *in Libro proprio, quis mille mendacia scribere potest, nec venit puniendus, quando ex tali mendacio nemo læditur.*

9 *Scripturas occultans videtur committere delictũ.*

10 *Administrator non tenetur exhibere scripturas ante redditionem rationum.*

11 *ad Scripturarum exhibitionem si quis non fuerit condemnatus, non potest dici, illas fraudolenter occultare.*

DECISIO CLXVI.

DICTVM fuit causam ciuilem esse præiudicialem criminali, quia regulæ quæ in hac materia sunt claræ, videlicet, quod quotiescumque sententia lata in iudicio ciuili prius intentato potest parere exceptionem rei iudicatæ in criminali, dicitur iudicium ciuile præiudiciale criminali: eoque casu debet prius cognosci & terminari; & quod quã-
1 do actio ciuilis, & criminalis † oriantur ex eodem fonte, prius debet terminari ciuilis, quando illa fuit prius intentata, vt fuit sæpius dictum, & præsertim *in Interamnen. pecuniaria 23. Iunij 1603. coram Reuerendiss. D. meo Decano, in Romana affictus 17. Nouembris 1617 coram R. P. D. meo Pirouano. & in Ciuitatis castelli hæreditatis 20. Nouemb. 1617. coram R. P. D. meo Caualerio*, quæ huic facto benè applicantur.

Nam constat prius fuisse commissam causam in Rota contra Lucam super redditione rationis administrationis hæreditatis bon. mem. Episcopi Cels. & postea intentatum iudicium criminale contra eundem super prætensa falsificatione partitarum librorum dictæ administrationis, non tamen in iudicio exhibitorum, & scripturarum dictæ hæreditatis occultatione.

Nec dubitari potest quin non solum vtrumque
2 iudicium originem traxerit ex eodem fonte, † ex dicta, scilicet, redditione rationis, circa quam dictum quo-

quoque iudicium criminale versatur, sed quod pos-
sibile sit, quod sententia ferenda in iudicio ciuili
3 pariat exceptionem † rei iudicatæ, in iudicio crimi-
nali, & imò dictum iudicium ciuile in totum absor-
beat iudicium criminale.

Nam si in dicto iudicio ciuili dictus Lucas bonũ
& fidele computum reddiderit, & singulas partitas
4 per legitima documenta, absque eo quod vtatur † li-
bris, in quibus prætenditur facta aliquarum parti-
tarum alteratio, iustificauerit, omnesq. scripturas ad
dictam hæreditatem, & etiam ad D. Isabellam, cuius
ipse per plures annos fuit procurator, spectãtes re-
stituerit, cessabit proculdubio omne prætensum de-
lictum, & materia ipsa dicta iudicij criminalis; quia
non poterit amplius de dicta occultatione scriptu-
5 rarum dictus Lucas redargui, nec de prætensa † al-
teratione partitarum puniri; ex quo apparebit illam
nemini fuisse nociuam, nec animo fraudandi hære-
dem factam, sed potius per errorem prout in dubio
6 ad † excludendum delictũ præsumitur *l. quod adhibi-
tus. C. de his qui sibi ascrib. in test. Felin in cap. ex
litteris num. 3. C. de fid. instrum. Ias. in l. errore sub
num. 1. C. de testam.* & in terminis quod falsificans
7 librum rationum † suarum non punitur de falso cõ-
suluit *Ias. in cons. 153. num. 18. vol. 2. Paul. de
Castr. cons. 130. vol. 1.* vbi quod potest quis in suo
8 libro mille mendacia † scribere, nec venit punien-
dus, quando ex tali mendacio nullus lęditur *Soccin.
cons. 104. num. 2. lib. 1.*

Non obstat quod occultãdo hactenus scripturas,
9 † videatur commisisse delictum propter quod possit
puniri, quia ante redditionem rationis non teneba-
10 tur exhibere † scripturas, quæ occasione administra-
tionis ad eum peruenerunt, cum maximè non fue-
rit ad dictam exhibitionem condemnatus, sicque
11 dici non potest, † quod dicta occultatio fuerit frau-
dolenta, nec quod per eam fuerit contractum deli-
ctum *l. prima §. Diuus. ff. ad l. Cornel. de sicar. l. nec
exemplum. C. de falsis, Bald. cons 33. num. 2. vol. 3.
Card. Seraph. decis. 668. num. 3.*

R. P. D. REMBOLDO.

Perusina Beneficij.

Mercurij 4. Decembris 1619.

ARGVMENTVM.

Sumpta Bullarum quando dicantur legitimè extracta,
ita vt eis plena fides adhibenda veniat. Iura extra-
cta ex processu legitimè confecto, & in causa pro-
ductam vigore Innocentianæ, probare perspicuum
est. Instrumenta, quando dicantur esse in forma
probanti, itaque eis indubitata fides adhibenda sit.

SVMMARIVM.

1 *Bulla si sit desumpta ex registro Bullarum ei fides adhibetur in Curia.*
2 *Sumpto ex alio processu non adhibetur fides.*
3 *Sumpto ex alio processu creditur quando apparet, quod dictus processus est legitimè confectus.*
Iura extracta ex processu legitimè confecto, probat vigore Innocentianæ, num. 3.
4 *Sumpto Bullarum adhibetur fides, si appareat legitimè extractum ab earum originali habentibus plumbum, aliaq. quæ denotent esse originales.*
5 *Instrumenta sunt in forma probanti si sint publicata à Notarijs de illis rogitis, cum ea quoque censeantur originalia.*
6 *Instrumentum dicitur in forma probanti, si sit desumptum ex Archiuio publico, per Archiuistam met, habentem facultatem extrahendi iura in dicto Archiuio existentia.*
7 *Iura extracta seruatis seruandis ex suo originali vigore compulsorialium probant.*
8 *Iura extracta ex libro priuato alicuius Monasterij, non probat ad fauorem eiusdem.*

DECISIO CXLVII.

FVIT resolutum omnia iura exceptis scripturis
compulsatis ex libris Monachorum esse in for-
ma probanti.

Nam quoad Bullam Leonis X. illa est in forma
1 probanti, † cum sit desumpta ex registro Bullarum,
cui fides adhibetur in Curia, *iuxta decis. Crescentij
2 2. de fid. instrum.* & licet sit † sumptum ex alio pro-
cessu tamen cum dictus processus appareat legiti-
3 mè † confectus, & fuerit ad effectum iurium in hac
causa productus, probat vigore Innocentianæ, *Ca-
putaq. decis. 354 num. 5. & 6. par. 2. & fuit dictum
in Calaguritana iuris votandi 27. Maij 1613. co-
ram R. P. D. meo Vbaldo, & alias sæpius.*

Sumpta verò Bullarum Clementis VII. & Inno-
centij IX. pariter sunt in forma probanti; quoniam
4 apparent legitimè extracta ab eorum † originalibus
habentibus plumbum, & alia quæ denotant esse ori-
ginalia, ad notata *per Rebuff. in prax. in 3. parte si-
gnaturæ tit. Bullar. nouu. ac simplic. nu. 10. & seqq.
Put. decis. 210. num. 9. lib. 2. & fuit dictum in Fa-
uentina monasterij 28. Aprilis 1608. coram bo. me.
Penia, & in Calaguritana iuris prouidendi de Vi-
na 19. Aprilis 1619. coram me.*

Instrumẽta etiam anni 1366. & 1581. sũt in for-
5 ma probanti, quia sunt publicata à Notarijs † de illis
rogatis; ideoq. eadem quoque instrumenta censen-
tur originalia, *Bart. in auth. si quis in aliquo in 2.
opposit. & ibi Ias. num. 3. Dec. num. 15. Alex. nu. 5.
C. de edend. Rota decis. 1. de fid. instrum. in nou. cum
alijs per Couar. pract. quæst. cap. 19. sub num. 3.*

Et pariter est in forma probanti instrumentum
anni 1595. cum sit desumptum ex Archiuio Ciui-
6 tatis Perusiæ per Archiuistam met † habentem fa-
cultatem extrahendi iura in dicto Archiuio existen-
tia, *Alex. in dicta auth. si quis in aliquo num. 8. Ro-
ma. cons. 165 & cons. 260. num. 3. cum alijs adductis
in Syracusana quartæ 14. Ianuarii 1602. coram
bo. me. Litta.*

Præceptum denique anni 1526. est in forma pro-
banti, quia fuit seruatis seruandis ex suo originali
7 † vigore compulsorialium extractũ, *Vestr. in prax.
lib. 6. cap. 1. num. 14. & seq. Rota decis. 1. & 2. de
fid. instrum. in nou. & decis. 36. de probation. in
antiquis.*

Quo verò ad collationem factam de anno 1553.
ea non est in forma probanti, quia apparet extracta
8 ex libro priuato ipsiusmet monasterij, † qui propte-
rea ad eiusdem monasterij fauorem non probat *l. e-
xemplo. C. de probation. Ias. in l. admonendi in 2. lect.
num. 111. ff. de iur. iur. cum aliis adductis in vna
Anconitana pecuniaria 13. Februarij 1609. coram
Reuerendiss. D. meo Damasceno.*

EMI-

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Viterbien. Fideicommissi.

Mercurij 4. Decembris 1619.

ARGVMENTVM.

Iudicis immissio, quam vim habeat, Iudex præsumitur ritè, & rectè procedere, & contrarium asserenti incumbit onus hoc clarè, & notoriè probandi. Filij in conditione positi non censentur vocati.

SVMMARIVM

1 *Iustè possidet, qui authore Prætore possidet.*
2 *Iudicis immissio habet vim expulsiuam anterioris possessoris.*
3 *Iudicis immissio, tunc habet vim expulsiuam anterioris possessoris, quando Iudex ritè, & rectè procedit.*
4 *Iudex in dubio præsumitur ritè, & rectè procedere.*
5 *Iudicis iniustitia, & nullitas clarè, & notoriè est probanda.*
6 *Factum in dubio non præsumitur, nisi probetur.*
7 *Fideicommissario vt detur immissio in bonis fideicommittentis, quid probare teneatur.*
8 *Appellationis remedium cessat in sententia lata in remedio possessorio ex Constitut. Aegidianæ.*
9 *Fideicommissario potest concedi immissio pro indiuiso, quando hæres debet detrahere legitimam, vel Trebellianicam.*
10 *Filij per solam positionem in conditione non censentur vocati.*
11 *Filij in conditione positi censentur vocati, quoad portionem, cuius respectu sunt positi in conditione.*
12 *Fideicommissum conditionale non transmittitur nec ad libros.*
13 *Fideicommissarij pro parte, si non compareant, nec petant fideicommissum, alter fideicommissarius non prohibetur petere omnia bona fideicommisso subiecta.*

DECISIO CXLVIII.

DOMINI relicto in suspenso fundaco, quod reseruarunt ad particularem inspectionem, in reliquis fuerũt pro Ioanne Antonio solo informante, hoc est quod illi sit dandum mandatum de manutenendo in bonis de quibus agitur, quia ipse habuit immissionem ex sententia A.C. de qua in eius sum-
1 mario num. 3. & actualiter ab exequutore fuit immissus, vt in summario num. 4. ideoq. † iustè possidet, cum auctoritate Prætoris possideat, *l. iustè possidet. ff. de acq. poss.* & non esset habenda in conside-
2 ratione anterior possessio Laurentiæ, quia immissio † Iudicis habet vim expulsiuam anterioris possessoris, *Ang. in l. qui vniuersas. §. item cum Prætor, in fin. & in l. clam possidere. §. qui ad nundinas, nu. 2. in fin. & Alex. num. 2. & Ias. nu. 20. ff. de acq. poss. Rot. decis. 802. nu. 6. & 7. par. 1. diuers. & in recen-*
3 *tior. decis. 173. nu. 1. & 2. par. 1. tom. 1.* & licet hoc sit verum quando † Iudex ritè, & rectè procedit *Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 60. & 61. ff. de acq poss. Rot. d. decis. 802. sub num. 7. vers. quia pro responsione dicitur par. 1. diuers.* attamen Iudex
4 in dubio præsumitur † taliter processisse, adeout non sufficeret Laurentiæ contrarium allegare, vel quo-
5 modocumque Iudicis factum obfuscare, sed clarè, † & notoriè nullitas, & iniustitia esset probanda. *Seraphin. decis. 867.* & fuit latè deductum *in causa Romana de Bombellis 31. Maij 1613. & in Romana de Buriis 15. Mai 1615. coram me, & in Nepesina laudi 13. Februarij 1615. coram R.P.D. meo Caualerio, & in Romana melioramentorum 9. Decembr. 1616. coram R.P.D. meo Vbaldo*, in proposito autem casu ex deductis pro Ioanne Antonio, visum fuit potius probari contrarium, quia ipse egit ad immissionem, *ex remed. l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll.* tanquam fideicommissarius vocatus in testamento q. Francisci patris sui, in quo dictus Franciscus reciprocè substituit filios suos, si quis eorum decederet sine filijs, & probauit Erminium vnum ex dictis filijs decessisse sine filijs, vt deponunt testes dati in
6 summario num. 1. pro quo etiam † habet præsumptionem pro se, cum habere filios sit quid facti, quod non præsumitur *Alex. cons. 20. num. 12. lib. 1. Bellon. cons. 19 num. 3. Capic. decis. 159. nu. 11. & fuit dictum in Syracusana fideicommissi 16. Nouembris 1612. coram R.P.D. meo Vbaldo*, probauit etiam
7 † bona fuisse in bonis fideicommittentis, vt latè per informantes pro eo; quibus probatis competijt sibi immissio ex *remed. d. l. fin. Gabr. cons. 44. num. 30. lib. 2. Peregr. de fideicomm. art. 48. nu. 1. post med. Rot. decis. 131. num. 1. par. 1. in recent.* siue etiam ex *Saluano l. 1. vbi scrib. C. communia de leg. & in l. fin. C. de petit. hered. Rota in causa Romana legatorum de Columna 27. Ian. 1614. coram me*, & cum sententia fuerit lata in mero possessorio, vt apparet
8 ex lectura, cessauit † remedium appellationis ex Constitutione Aegidiana; & licet Laurentię ex persona sui authoris competeret detractio legitimæ, & trebellianicæ, non ideo fuit retardāda immissio, sed
9 potuit capi possessio † pro duabus quartis pro indiuiso cum d. Laurentia hærede vltimi grauati, iuxta opin. quam Rota modernis temporibus sequitur, vt *in decis. 562. num. 5. par. 2. tom. 2. in recentior. & in causa Ferrarien. de Tassonibus 2. Iunij 1515. coram R.P.D. meo Pamphilio*, & dictum fuit non obstare quod immissio fuerit pro duabus partibus, cũ tamen debuerit dari pro tertia, ex quo adsunt filij Ioannis Baptistæ, filij testatoris, qui quidem filij videntur vocati pro sua portione ad bona relicta per Erminium tertium filium testatoris; quia videbatur Dominis satis dubitabile: An dicti filij sint vocati in casu, de quo agitur, ex quo testator fecit reciprocam solum inter filios, ibi quod vnus alteri dece-
10 denti sine filijs succederet, ideoq. filij Ioannis † Baptistæ, per solam positionem in conditione non sunt vocati, *iux. not. per glos. & Doct. in l. Lucius. ff. de hæred. inst. Gabr. concl. 4. nu. 1. de fideicom. Peregr. de fideicommiss. art. 28. num. 5.* & in omnem euen-
11 tum dicerentur vocati, † quo ad portionem patris, cuius respectu sunt positi in conditione, vt per eumdem *Peregr. d. art. 28. num. 19. Rot. in recentior. decis. 100. nu. 3. par. 1. tom. 1.* & hoc stante, quod non possint venire ex persona propria, difficilius possent venire ex persona eorum partis, qui erat substitutus Erminij conditionaliter, hoc est si sine filijs; vnde
12 obstaret concludenter, quod fideicommissum † cōditionale non transmittat, nec etiam ad liberos ex deductis *in d. decis. 100. num. 2. par. 1. in recentior.* sed cessare visa fuit omnis difficultas, quia isti filij
13 non comparent, nec petunt fideicommissum, † quo casu non prohibetur alter fideicommissarius petere omnia bona fideicommisso subiecta, *Surd cons. 359. num. 15.*

num. 15. *& 16. & fuit deductum in causa Romana de Vrsinis 26. Nouembris 1616. coram bon. mem. Andrea.*

R. P. D. VBALDO.

Pampilonen. Beneficij delos Arcos.

Lunæ 9. Decembris 1619.

ARGVMENTVM.

Dignior altero. vt quis dicatur ad obtinendum aliquod beneficium, non est præponderanda maioritas vnius qualitatis tantum; quia si alius habeat plures bonas qualitates simul, tunc istæ simul consideratæ, vincunt dictam vnicam bonam qualitatem, licet maiorem. Præsumptio stat pro iudicio Ordinarij, vt quis dicatur dignior ad obtinendum beneficium, & quando id cesset.

SVMMARIVM.

1 *Electio de digno, omisso digniori sustinetur.*
2 *Constitutio contra ius Canonicum non valet, nisi doceatur de confirmatione Apostolica.*
3 *Dignior alio, quis dicitur, si maior sit eo ratione ætatis, ordinis, scientiæ nobilitatis &c.*
4 *Dignior alio, vt quis consideretur qualitates digniores simul præponderandæ sunt.*
5 *Dignior alio, ad hoc vt quis appareat, non est consideranda sola litteratura, sed concurrere etiam debent aliæ bonæ qualitates.*
6 *Maximeq. si qualitas scientiæ, non sit necessaria in terminis de quibus tractatur.*
7 *Respondere benè in omnibus rebus petitis ex hoc arguitur maior doctrina, quam respondere in vna re tantum, quamuis digniori.*
8 *pro Ordinarij iudicio, vt quis sit dignior ad obtinendum beneficium, in dubio stat præsumptio.*
9 *Adeo vt ab eo non detur appellatio, nisi doceatur de eius dolo, & iudicio irrationabili.*
10 *Quæ quidem cessant, quando apparet de maiori idoneitate electi.*
11 *Confessio propria vnicuique nocet.*

DECISIO CXLIX.

DOMINI dixerunt sententiam per quam beneficium, de quo agitur fuit adiudicatum Petro, fuisse iustam, quicquid aliàs esset dicendum circa validitatem. Nam omisso quod Episcopus videtur potuisse gratificari Petro, qui fuit approbatus ab examinatoribus, etiamsi Ambrosius fuisset dignior, quod tamen non admittitur, vt infra patebit,
1 de iure † enim sustinetur electio facta digno, omisso digniori *cap. cum nobis olim de elect. cap. constitutis 2. vbi Butr. Card. Abb. Dec. & alij de appell. cap. cum autem, vbi Doctor. de iurepatr. Dec. cons. 129. num. 1. in fine, & num. seq. Couar. in reg. peccatum par. 2. §. 7. num. 2. & 3. cum alijs per Modern. ad reg 8. gloss. 4. num. 129. & per Modern. de benefic. par. 3. cap. 16. num. 2.* Et ideo posset dubitari de validitate laudi, quod in hac causa allegabatur, quatenus disponit, vt collatio fiat magis ha-
2 bili, † & sufficienti, cum non doceatur de confirmatione Apostolica, vt in terminis similis constitutionis habentis etiam clausulam annullatiuam, quæ in laudo non adest, fuit resolutum *in vna Toletana Canonicatus 18. Maij 1584. coram fel. record. Clemente Octauo tunc Rotæ Auditore, quæ decisio fuit postea confirmata in aliis causis relatis per Modern. dicta gloss. 4. num. 126. & seq.* Sed quicquid sit de hoc Domini existimabant cessare difficultatem in hoc, casu, quia constare putabant de maiori idoneitate, & sufficientia Petri; excedit enim Ambrosium
3 tum † ratione ætatis, tùm ratione ordinis cum sit Presbyter, Ambrosius verò Clericus Minorum Ordinum; tum quia est Canonista approbatus in alijs occasionibus; tum demum quia nobilis, & aliorum valde bonarum partium, vt constat ex relatione
4 examinatorum, † quæ qualitates simul iunctæ videntur præponderare qualitatibus Ambrosij; vt fuit consideratum *in Tuden. parrochialis 28. Aprilis 1602. coram Reuerendiss. Damasceno, & sæpè in alijs.* Et sic non obstat quod Ambrosius responderit in Theologia valde bene, vt in d. relatione; quia ex hoc non resultat maior idoneitas; tum quia illa
5 considerari debet † respectu etiam aliarum qualitatum, & non solius litteraturæ, *Gonzal. ad dictam regulam 3. gloss. 4. num. 115. & seqq. Rota in Fauentina parrochialis 28. Iunii 1613. coram R.P.D. Pirouano, & in Barchinonen. parrochialis coram R.P.D. Buratto, quæ est decis 537. num. 14. par. 1. in rec.* vbi aliæ decisiones referuntur, & nouissimè *in Illerden. Canonicatus 4. Martii præteriti coram*
6 *R.P.D. Manzanedo*, præsertim cum qualitas † illius scientiæ non sit necessaria ad huiusmodi beneficium, vt considerat *Guttier. cons. 2. num. 25. vers. quia respondeo*, tum quia Petrus dicitur respondis-
7 se in omnibus benè quod videtur † arguere maiorem doctrinam, quam respondere in Theologia tantum, licet valde bene.
8 Quibus accedit, † quod in dubio viget præsumptio pro iudicio Ordinarij, adeout ab eo non detur
9 appellatio, nisi doceatur de eius dolo, & † iudicio irrationabili late *Gonzal. dicta gloss 4. num. 117. & seqq. & num. 139. Rota dicta decis. 537. nu. 14. & alias sæpè*, de quo hic nullo modo docetur, im-
10 mo apparet de contrario † stante maiori idoneitate Petri ex supradictis.

Nec visa sunt obstare quæ afferebantur de defectu probationis iurispatronatus; cum Ambrosius ipse ab eisdem incolis fuerit præsentatus, & vigore dictæ præsentationis fuerit examinatus, & petierit se institui, & sic non videatur posse opponere de isto defectu contra Petrum reum, & possessorem
11 cum ad hunc effectum satis sibi † noceat propria confessio, *Caßad decis. 4. de probat.* & fuit in terminis *dictum in vna Bracharen. parrochialis de Morcira 12. Ianuarii 1604. coram bo. me. Iusto.*

Et ita fuit decisum &c.

EMINENTISSIMO, ET REVERENDISSIMO D. CARD. PAMPHILIO. IVN.

Spoletana Prædij.

Lunæ 9. Decembris 1619.

ARGVMENTVM.

ad Iudex ad hoc, vt valide procedat debet esse certus sua iurisdictione. Pupillus habet priuilegium trahendi ad suum forum eius aduersarium. Ratificatio, vt arguatur ex aliquo facto, quid requiratur. Ratificatio, vt teneat debet fieri in tempore habili.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Iudex loci inter forenses, præsertim parte opponente, Iudex competens dici non potest.*
2 *Pupillus potest trahere ad eius forum, suum aduersarium.*
3 *Iudex debet esse certus de sua iurisdictione, ad hoc vt validè procedere possit.*
4 *Lis non dicitur inducta, si fuerit cepta per procuratorem, de cuius mandato non constat.*
5 *Ratificatio, vt arguatur ex aliquo facto, requiritur, vt faciens sciat illud de cuius ratificatione agitur.*
6 *Ratificatio debet fieri tempore habili.*
7 *Ratificatio, quando tempore habili non est facta, retrotrahi non potest.*
8 *Lis, quando dicatur introducta.*
9 *Pupillus, quando est factus adultus post litem motam, non amittit beneficium l. vnic. C. quand. Imper. inter pupill. & vidu. cog.*
10 *Causa aliqua dicitur diuersa stante diuersitate personarum rei, & actionis.*

DECISIO CL.

DOMINI censuerunt Subhastationem fuisse nullam, quia A.C. qui tulit sententiam, cuius vigore illa emanauit in prima instantia inter forenses,
1 præsertim parte † opponente, iudex competens dici non potest, *iuxt. l. nemo, C. de iurisdict. omn. iud. & §. sit tibi quoque in auth. de mand. princ. cum alijs adductis per Couar. pract. quæst. cap. 6. in princ.* & fuit dictum in *causa Romana nullitatis cessionis 12. Ianuarij 1618. coram R.P.D. meo Remboldo.*

Nec obstat quod inter filios Themistij, pro qui-
2 bus lata fuit sententia, adesset Franciscus † pupillus, qui potuit trahere Vecchiettum ad Curiam, *ex priuil. l. vnic. C. quand. Imper. inter pupill. & vid.* Quia vltra quod non constat, quod hoc in Monitorio expressum, vel aliter ad notitiam Iudicis deductum fuerit, prout requirebatur ad effectum, vt esset cer-
3 tus † de sua Iurisdictione, & consequenter validè procedere potuerit, *Bart. in l. multum, num. 2. ff. de cond. & demonstr. Vant. de nullit. ex defect. iurisdict. ordin. num. 53. & num. 167.* & fuit dictum in *Segobricen translationis Pensionis 11. Decembris 1587. coram bon. me. Card. Pamphilio*, placuit etiam responsio, quod licet monitorium in hac causa pro dictis filijs decretum fuerit per plures dies ante pubertatem Francisci, *vt in decisione 30. Martii 1615.* ex libro Baptismi, & ex ipso monitorio deductum
4 fuit, ex quo tamen id factum fuit per assertum † procuratorem, de cuius mandato non constabat, lis quoad eos per illud introducta dici non potest, *Cassad. decis. 40. super reg. Crescent. decis. 15. de caus. possess. & propriet. Caputaq. decis. 14. nu. 2. par. 3.*

Nec suffragari visum fuit ad istum effectum mandatum die tertia Martij 1603. à Curatore dicto asserto procuratori datum. Quia iam tunc Franciscus erat factus pubes, & minus potest dici, quod dicti filij antequam Franciscus pupillaritatem exierit, ali-
5 ter monitorium prædictum ratificauerint, † quia non constat, quod de eo cũ omnibus in eo contentis sciẽtiam habuerint, prout requiritur, *Aym. cons. 197. n. 14. Surd. cons. 28. n. 118.* & tenuit *Rot. corã me, in causa Bononien. Bonorum 20. Iunij 1605.* & in his terminis *Lancellott. de attent. lit. pend. cap. 4. in præfat. num. 66. & seq.* & ratificatio post pubertatem, quatenus de ea constaret, non suffragaretur ad istum
6 effectum; quia illa non potest fieri, nisi intra † tempus intra quod actus, qui debet ratificari, fieri potuisset. *l. bonorum ff. rem rat. hab. Corn. cons. 292. nu. 2. in fin. lib. 3. Aym. cons. 5. num. 17. & cons. 171. nu. 19. vers. præterea, Alex. cons. 78. num. 22. lib. 5.* vbi quod
7 ratificatio † aliter facta retrotrahi non potest, *Dec. in l. semper qui non prohibet, num. 13. ff. de reg. iur.*

Præterea pro responsione ponderatum fuit, quod licet in præiudicium dd. filiorum posset dici introducta lis à die decreti monitorij, cum tamen in casu isto agatur de ipso, cum fauore, & de præiudicio par-
8 tis, † lis introducta dici non potest, nisi à die illius exequutionis, seu reproductionis, quæ fuit 11. Aprilis 1603. Sicque post completam pupillaritatem Francisci, *iuxta clem. fin. cum ibi not. vt lit. pend.* & tenuit Rot. *decis. 4. in fin. eod. tit. in antiq. & in causa Conchen executionis 22. Martij 1599. coram bon. me. Orano, & in causa Bracharen. Benefitij 3. Martij 1603. coram Illustriss. D. Cardinali Bononien.*
9 Et ex his cessat quod pupillus factus adultus † post litem cæptam, non amittat beneficium. *d. l. vnic. C. quand. Imper. inter pupill. & vid.* vt per *Thesaur. decis. 177. num. 4.* & post alios relat. per *Menoch. de arbitrar. iud. in add. ad cas. 66. num. 36.* quia vt patet ex prædictis lis non fuit cæpta durante pupillari ætate, ideo conclusio non applicatur.

Neque obstat quod secundo loco principaliter dicebatur, quod scilicet, cum Pannonius egerit coram A.C. pro fructibus census contra Vecchiettum, filij Themistij agere potuerint coram eodem Iudice pro liberatione à fideiussione in dicto censu contra Vecchiettum, quia ab Annibale mediante dicti census accollatione causam habuit. Quia ista causa super liberatione visa fuit diuersa ab altera, in qua agebatur vigore obligationis Cameralis, & pro fructibus cen-
10 sus † stante diuersitate personarum rei, & actionis, vt per *Afflict. decis. 354. num. 13. Lancell de attent. lit. pend. cap. 4. limit. 2. num. 6. & plurib. seqq.*

Et ita, &c.

☞ * *Alteram decisionem in hac eadem causa factam sub die 27. Iunij 1614. coram eodem Eminentiss. D. Card. Pamphilio, habes supra in prim. part. recen. & est decisio 648.*

REVERENDISS. DVNOZETTO

ARCHIEPISCOPO SELEVCIEN.

Bononien. Molendini.

Lunæ 9. Decembris 1619.

ARGVMENTVM.

Perpenduntur plura in facto, ex quibus demonstrantur quando molendinum nouum, non inferat certum, & graue, & maximum præiudicium molendino veteri, itaque non sit locus Statuto Bononiensi, prohibens nouum molendinum ædificari, ita vt veteri per regurgitationem aquarum præiudicium inferatur. Testium depositiones, quæ præualere debeant. Actiones criminosas non præsumitur quis voluisse facere, maximè que si etiam tractetur de eius præiudicio.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Experientia est rerum omnium magistra.*

2 *ex Euidentia ipsa facti oritur concldens probatio. & num.3.*

4 *Aquæ antiquus cursus, quod impediri possit, ex quibus probabiliter possit timeri. nu.5.& 6.*

7 *Testes, qui reddunt optimas rationes, & quæ ad sensum patent, sine dubio probant.*

8 *Testibus reddentibus optimas rationes, potius est standum, quàm adducentibus multum remotas, & inuerisimiles.*

Testes, qui potius videntur diuinare quam deponere, nullatenus sunt attendendi. num.8.

9 *Molendinum nouum, vt destruatur ex præiudicio, quod infert veteri molendino, quid in hoc casu veniat animaduertendum. & num.16.*

10 *Testes qui deponunt de possibilitate, & non de certitudine non releuant.*

11 *Actiones criminosæ numquam præsumitur, quod fieri possint.*

12 *Actiones criminosas multò magis quis non præsumitur voluisse peragere, si ex illis ipse quoque præiudicium sentiret.*

13 *Commodum publicum non est impediendum propter diminutionem lucri.*

14 *Statutum Bononien. expressè prohibet, ne possit nouum Molendinum ædificari, ita quod veteri per regurgitationem aquarũ præiudicium inferatur.*

15 *Statutum, quando statuit, quod disponit ius commune, intelligi debet secundum regulas iuris communis.*

17 *Obligationi de damno infecto quando sit locus, & num. 18.*

19 *Obligationis damni infecti, quæ sit natura.*

DECISIO CLI.

POST facta per me iuxta ordinem Rotæ experimenta, appositum registrum, testesque examinatos in facie loci, Dubitaui: Vtrum ductus aquæ ad molendinum Equitis Bonfioli præiudicet molendinis Paratæ, Quo dubio proposito, Domini negatiuè responderunt.

Cõsiderarunt enim omnia præiudicia prætensa ab Aduersario Parata ad duo capita reduci, ad impedimentum, scilicet, & damnum, quod ei de præsenti molendinum Bonfioli adfert, aut ad illud præiudicium, quod ipsi ex restagnatione aquarum (quatenus per nouum alueum aqua decurrat) poterit in futurum obuenire, & vtroque casu visum fuit molendinum nouum Bonfioli ipsi non præiudicare.

1 Et quoad tempus præsens attinet, rerum † omnium magistra experientia docuit nullum visibile præiudicium adferre cursum aquæ post nouum Casale Molendinis d. Paratæ; quæ experientia facta fuit coram Peritis vtriusque partis. Tertióq de con-
2 sensu partium electo, qui in actu experimenti † id concorditer iudici præsenti retulerunt, ex qua plena oritur probatio Iur. vulg.

Constat enim primum experimentum factum fuisse procluso, & obturato registro, dum aqua ad summum aggerum apicem ascendisset, superficiemq. registri tribus vncijs cum dimidia excederet, & nilominus oculariter fuit visum duo molendina Paratæ, vnà cum Molendino Bonfioli pari felicitate molere, vt prius molebant ante experimentum coram nobis factum, & antequam aqua in dolio, vulgò *detta botte*, retineretur, & in hoc me præsente concordes fuerunt Periti, Procuratorq. ipsemet Paratæ id agnouit, vt fusiùs deducitur in actu visitationis. In quo apparet die sequenti idem experimentum factum apposito registro, quo tempore aqua vix attingebat tabulam inferiorem molendini noui dictæ Paratæ.

Ex qua oculari inspectione, mensurisq. factis concorditer per Peritos per demonstrationem, & ma-
3 thematicam, certò certius † probatur nullum, tunc temporis præiudicium attulisse molendinis Paratæ cursum aquæ per alueum nouum, retentionemque aquarum, etiam vltra superficiem registri.

Tota igitur difficultas ad tertium caput reducitur, dum pro parte D. Paratæ prætenditur licet incontinenti nõ appareat de impedimento, tamen per tractum temporis imminere tale præiudicium, quatenus aqua à solito alueo veteri, & cursu naturali auertatur, & iure meritò possit impedire cursum aquæ ad molendinum nouum D.Bonfioli, per Canale arte extructum. Tum quia per Canale vetus feliciori decliuio aqua currebat ad flumen sine vllo obstaculo, quam possit fluere per alueum nouum, quod minus felix habet decliuium, propter impedimentum retentionis aquarum, quæ fit in parte inferiori
4 in molendino Bonfioli; tum † etiam, quia cessante etiam prædicto decliuio, superuenientibus biemali tempore imbribus, aquisque turbidis, intra paucos dies repleri poterit arena, fango, limoq. terræ Canale nouum, & ita regurgitabit, impedietq. statim rotas molendini noui Paratæ, successuq. temporis molendinum, etiam vetus, inutile reddetur; quæ pericula imminentia probata fuisse per testes prætendunt Informantes pro D. Parata, & ex relatione Periti per eos electi.

His tamen non obstantibus fuit visum DD. præiudicium istud non satis fuisse probatum, ea ratione, quia aut aqua decurret per alueum nouum in me-
5 diocri quantitate, vt tempore veris, æstatis, † principioq. autumni fit; & eo casu aqua quo retinebitur in doliũ, seu clusa, erit clara, & limpida, & tunc têporis parum, aut nihil arenæ, limiq. terræ deponet, quod facilè reserratis claustris molendini, quæ vulgo *reseratori* vocant, expurgabitur.

6 Aut verò nimis † imbribus aqua superabundans, & turbida decurret per dictum alueum nouum, & tunc molendinum Bonfioli opus non habebit retentione aquarum, sed aqua perpetuò cursu prolabente, molendinum Bonfioli, sicut alia molendina solent, molere poterit. quinimò si aqua quando est turbida, & per consequens in magna quantitate recludere vellet, maximum sibimet præiudicium afferret, vt dicunt testes in *Summ. Bonfioli num.* 5. & 8. & in eo casu aqua, licet sit turbida, decurrens per canale, non solet multum arenæ, materiæiq. deponere; vt deponunt testes examinati in facie loci, qui
7 optimas reddunt rationes, † quæ ad sensum patent. Vnde magis eorũ depositionibus standum est, quàm dictis testium examinatorum pro d. Parata, qui rationes multum remotas, & inuerisimiles sui dicti
8 reddunt, † & videntur potius diuinare. *Dec. cons.* 59. *Alex. cons.*141. *num.* 11. *lib.* 1. *Anchar. cons.* 333. *num.* 3. *Feder. de Sen. cons.* 185. Vltra quod appositio registri certè impedit regurgitationem aquarũ. Nam simul ac aqua ascendit ad ipsius superficiem prola-

prolabitur, repetitq. flumen relicto Canali nouo, &
ocularitet fuit inspectum, etiam clarissimè patet ex
depositio ne testium, relationemq. Peritorum.
Nec existimarunt Domini præsuppositum factum
à Domino Parata iustificari in facto: felicius scili-
cet habere decliuium aquam per Canale vetus tor-
tuosum ab ipsa aqua naturaliter factũ, quam habeat
Canale istud nouum; nam contrarium patet ex de-
positionibus testium, & mensura facta per Peritos,
qui asserunt eodem cursu fluere aquam per vtrum-
que Canale, quod etiam apparet, quia ista duo Ca-
nalia simul coniunguntur, antequam flumini illa-
bantur, & licet in nouo canale adsit impedimentum
dolij molendini Bonfioli, non desunt tamen alia im-
pedimenta in canali veteri, vt sunt Pontes, & ma-
ceratoria; & ita parum, aut nihil præiudicij ex illo
capite imminere potest molẽdino Paratę ad hũc sci-
9 licet effectum, † cum requiratur non leue, aut parui
momenti, sed certum, & graue, & maximum præ-
iudicium, vt in terminis *gloss. in l. 1. in verb. sine in-
iuria, §. sunt autem, ff. ne quid in flum. publ. Bart.
in l. quominus num. 21. vers. nam si ædificantis, &
ibi Ias. num. 79. & seq. Rip. num. 80. ff. de flum. Bero.
cons. 140. num. 24. & 36. Rota coram Illustrissimo
Mellino in vna Gerunden fontis 11. Martij* 1594.
Vnde patet responsio ad alia præiudicia, quæ suc-
cessu temporis possent obuenire dicto Paratæ, de
10 quibus deponunt testes, qui dantur in Summario
dicti Paratæ, qui loquuntur non de certo damno, sed
per possibile, sed non de certo euidenti, & proximo
11 præiudicio, aut deponunt de his, † quæ non sine cri-
mine, quod nunquam præsumitur, fieri possunt; nec
enim molendinarij Bonfioli aggeres, registrumque
12 extollere sine criminis macula possunt, idque † tan-
tò magis, quia præiudicium istud adferendo contra
iuris tramites Paratæ, domino etiam præiudicarent.
Nec etiam placuit, quod dicitur considerabile
esse præiudicium, quod afferret molendinum vete-
ri molendino ob concursum illic molere volentium,
13 quia hæc prætensio iam fuit à Rota reiecta † cum
diminutio lucri non debeat impedire commodum
publicum, illud enim detrimentum priuata vtilita-
te rependitur, vt in his præcisis terminis tradit *Ias.
in dicta l. quominus num. 34. & 35. de flum. Me-
nocb. consil. 83. in fine, & cons. 298. num. 15. & seq.
Bald. cons. 71. lib. 3. cum alleg.*
Nec obstare visum fuit Statutum Bononien. in
14 quo expressè cauetur † ne possit molendinum no-
uum ædificari, ita quod veteri per regurgitationem
aquarum præiudicium inferatur; nihil enim aliud
disponit statutum, quam ius commune, intelligi
15 enim debet secundum regulas Iuris communis † de
damno magno, & considerabili, iuxta doctrinam
*Bart. in l. quominus num. 21. de flum. vt superius
fuit firmatum*, & ita non potest comprahendere
casum, de quo agitur, cum ex supradictis appareat
nullum notabile damnũ, & præiudicium oriri posse,
etiam habito respectu ad dubium futuri temporis
16 euentum, † quamdiu enim canale permanebit in
eodem statu, vt est, certum est, & id experientia do-
cuit, nullum præiudicium nasci posse molendinis
dicti Paratæ.
Verùm cum successu temporis fieri possit, vt ca-
nale nouum arena, limo, materiaque superuenta
17 repleatur, & releuetur. Ideò quatenus † id acci-
dat recurrendum est ad remedia Iuris: statuerunt
ergo DD. faciendam esse obligationem à dicto Equi-
te Bonfiolo de damno infecto. *l. fistulæ, ff. de seruit.
vrb. præd. l. fluminum, & ibi Bart. ff. de damn. in-
fect.* ex qua vtrique parti succurretur; nam vigore
istius obligationis dictus Eques tenebitur suis ex-
pensis nouum canale expurgare, itaut in eodem sta-
tu profunditas aluei, in qua de præsenti reperitur
secundum mensuram concorditer factam perma-
neat, quod & facere cogitur, cum alias ipsius mo-
lendinum ei redderetur inutile, vt deponunt testes
18 ab eo examinati. † quo remedio stante visum fuit
non posse amplius Paratam impedire cursum aquæ
ad molendinum Bonfioli; nam vigore dictæ obliga-
tionis, quatenus euentus doceat per restagnationem
aquarum, præiudicium notabile afferri molendinis
D. Paratæ, tunc eo casu nulla habetur ratio molen-
dini D. Bonfioli, & aqua ad vetus canale reducetur
19 ex † natura obligationis damni infecti, *iuxta not.
per Bart. in l. de pupillo. § si is, de nou. oper. nunc.*
Nec potest dictus Parata iuuari Statuto Bononiæ
cum eius dispositio non impediuerit ipsum, quin
construxerit nouum molendinum longè à veteri suo
59 pertic. & cum decliuio vnius pedis cum dimidio,
multò minus impedire debebit Bonfiolum, qui ædi-
ficauit molendinum longè à molendino nouo Para-
tæ circa pertic. 250. etiam decliuio pedum sex, vt
constat ex planta concorditer facta, & firmata à
Peritis.
Et sic decisum vtraque parte informante.

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Romana Liberationis à Fideiussione.

Lunæ 9. Decembris Iunij 1619.

ARGVMENTVM.

Fideiussor census, an audiatur petendo liberationem
à fideiussione pro sorte census, quia ipse, quoad d.
sortem numquam potest dici fuisse in obligatione,
quod patet ex eo, quia venditor census numquam
est in obligatione restituendi sortem, ergo nec fi-
deiussor; tamen quidquid sit de Iure communi, dum
requirit, vt fideiussor diu steterit in obligatione, ad
hoc vt possit petere liberationem à fideiussione, ces-
sat verò omnis amaritudo in terminis Statuti Ro-
mani permittentis, vt fideiussores possint petere libe-
rationem, etiamsi diu non steterint in obligatione.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor, qui se obligauit pro alio, vigore Statuti
Vrb. lib. 1. cap. 157. etiamsi diu non stetit in ob-
ligatione, tamen potest petere se à fideiussione li-
berari.*
2 *in Obligationibus ad tempus dilatis, licet differa-
tur exactio, actio tamen dicitur nata.*
3 *Fideiussor obligatus obligatione conditionali, non
potest petere liberationem ante impletam condi-
tionem.*
4 *Fideiussor obligans se pro fructibus census, ista
obligatio non dicitur conditionalis, sed pura.*
5 *Census respectu venditoris est perpetuus, & sic non
potest cogi ad illum redimendum.*
6 *Fideiussor dum diu stetit in obligatione, ideo au-
ditur petendo liberationem, quia ipse non vide-
tur cogitasse de permanendo diu in obligatione.*
7 *Fideiussor dum se obligat pro censu scit contra-
ctui,*

ctus, cui accedit esse perpetuum.

Itaque censetur ab initio cogitasse, se non solum diu, sed perpetuo permansurum in obligatione.

8 *Census venditor numquam est in obligatione restituendi sortem.*

9 *Fideiussor non potest, se in plus obligari, quam principalis.*

10 *Fideiussor, dum nunquam fuit in obligatione, sequitur, quod neque potest petere liberationem.*

11 *Fideiussor census, quare non possit petere vnquam se liberari, à fideiussione pro sorte census. contra num. 12.*

12 *Fideiussor census, etiam pro sorte potest petere liberationem à fideiussione, saltem in terminis statuti Romani lib. 1. cap. 94.*

13 *Census, quod sit perpetuus respectu emptoris, temporalis vero respectu fideiussoris, id non est inconueniens.*

14 *in Fideiussore census non cadit suspicio vsuræ palliatæ, sicuti in emptore.*

15 *Statutum Vrb. lib. 1. cap. 94. obligat præcisè principalem ad liberandum fideiussorem, & ad conseruandum eum indemnem.*

16 *Ignorare iura sua nemo præsumitur.*

17 *Fideiussor, vt petere possit liberationem à fideiussione, requiritur, quod fuerit in obligatione, alias non potest dici, quod diu fuerit in ea.*

18 *Statutum Vrb. lib. 1. cap. 94. non requirit in fideiussore, vt diu stet in obligatione, ad hoc vt possit petere liberationem.*

DECISIO CLII.

RESOLVTVM fuit sententiam ad fauorem D. Caroli latam, esse confirmandam quoad liberationem à solutione fructuum census, quo verò ad sortem, reseruatum fuit ad aliam propositionem.*

Et quoad fructus census, pro quorum promissione, ipse D. Carolus se obligauit vti principalis principaliter, & insolidum, visum fuit intrare de plano Statutum Vrbis cap. 94. & 157. lib. 1. vbi ille qui se
1 obligauit pro alio etiamsi diu † non steterit in obligatione, potest petere liberationem; & dictum fuit non obstare, quod respectu fructuum decurrendorũ
2 nondum venerit dies solutionis, quia † non ex hoc cessat esse nata obligatio; sed solum dilata est exactio *glos. in l. eum qui cadendis, §. quoties verb. debeatur. ff. de verb. oblig. eadem glos. in l. cedere diem verb. nondum venit. ff. de verb. signific.* & fuit in istis terminis responsum *in causa* Romana, *seu* Bononien. *census 7. Maij 1601. coram bo. mem. Corduba, & in eadem 26. Decembris 1602. coram Illustriss. Attrebaten.* sicq. quoad istos fructus non applicatur *Alex. in l. facere posse num. 1. vers. tamen fallit. ff. so-*
3 *lut. matrim. cum alijs infra allegandis* † dicentibus fideiussorem obligatũ obligatione conditionali, non posse petere liberationem ante impletam conditionem, quia respectu fructuum obligatio D. Caroli
4 non † fuit conditionalis, sed pura.

Quo verò ad sortem principalem difficultatem faciebant aliqui ex Dominis, quod census respectu
5 † venditoris est perpetuus, ideoq. venditor non videtur per fideiussorem posse cogi ad illum extin-
6 guendum; item quia illa opinio, quod fideiussor, † qui diù stetit in obligatione, possit petere liberationem, fundatur in eo quod fideiussor non videtur cogitasse ab initio de permanendo diù, nedum perpetuo, in obligatione; vt ex infra alleg. quæ ratio cessat in fideiussore census, qui sicut sciebat cõtractum cui ac-
7 cessit esse perpetuum, † ita videtur ab initio cogitasse non solum diù, sed perpetuo permansurum in fideiussione. Item, & tertio quia fideiussor census quoad sortem, nunquam potest dici fuisse in obliga-
8 tione, quod patet, quia † certum est quod venditor census nunquam est in obligatione restituendi sor-
9 tem, ergo neque fideiussor, cum † non possit in plus obligari fideiussor, quã principalis, *vt not. in l. Græcè. §. illud commune, vbi glos. in verb. illud. ff. de fideiuss. Bald. in l. si vltra.* C. *eod. tit.* cum igitur fi-
10 deiussor nunquam fuerit in obligatione, † sequitur, quod neque possit petere liberationem à fideiussione, *Alex. in dicta l. facere posse. ff. solut. matr. cum alijs cumulat. per* Mantic. *tract. de tacit. & ambig. lib. 16. tit. 22. num. 27.* & proinde in istis terminis,
11 quod non possit vnquam † fideiussor petere se liberari à fideiussione pro sorte census fuerunt allegati plures moderni nempè *Rodriq. super Motu proprio Pij V. de censib. dub. 2. cond. 6. Roderic. de annuis reddit. lib. 2. q. 13. num. 18. & 19. Felician. de censib. cap. 97. num. 23. Manil. Conuersan. in addit. ad Intrigliol. de censib. q. 60. littera A. Benedict. Bonius de censib. art. 68. num. 101.* quorum aliqui dicunt iura municipalia ita esse intelligenda. In contrarium allegabãtur duæ decisiones Rotales te-
12 nentes † immo fideiussorem census etiam pro sorte posse petere liberationem saltem in terminis Statuti Romani, *vt in dicta Romana. seu bonorum coram bo. me. Corduba, & in eadem 26. Decembris 1602. coram bo. me. Attrebaten.*

Ad primum exaduerso obiectum respondebatur non esse inconueniens, quod census respectu emptoris sit perpetuus, & respectu fideiussoris sit tem-
13 poralis, cum † respectu fideiussoris, qui nihil immutauit, non cadat suspicio vsuræ palliatæ sicut in em-
14 ptore qui dat † pecunias; & prædicta eo magis in terminis statuti, quod non obligat præcise ad libe-
15 randum fideiussorem de conseruando illum † indemnem. Ad secundum obiectum respondebatur, quod si de iure, vel ex statuto fideiussor, non obstante perpetuitate census respectu emptoris, habet remediũ erga venditorem, vt proximè dictum, talis fideiussor præsumitur quando se obligauit cogitasse de hoc re-
16 medio, quia † nemo præsumitur ignorare ius, *Bart. in l. sed & si lege §. scire num. 3. de petit. hæred.* Ad tertium fuit dictum quod stante obligatione, quod census sit bonus, & exigibilis, posse attentari, quod ex nunc oriatur obligatio fideiussoris etiam circa sortem, verum vlterius dicebatur in terminis iuris
17 communis, † ideo requiri quod fideiussor fuerit in obligatione, quia alias non posset dici diù stetisse in obligatione, & ita arguit M*antica vt supra*, vt in
18 terminis statuti cessat istud argumentum, † quia statutum nõ exigit, quod fideiussor diù steterit in obligatione, sed immo illi succurrit etiamsi diù non steterit in obligatione. Et hæc fuerunt tacta per discursum &c.

Dubium hoc, per Rotam hic reseruatum, fuit discussum coram bo. me. Card. Caualer. sub die 5. Decemb. 1622. est inter eius impressas decisio 619. la seconda. Iam enim de eo tempore recol. mem. R. P. Frãciscus Sacratus corã quo causa hæc pẽdebat, amplissimis eius meritis exposcentibus, Romana purpura

ra, communi omnium applausu decoratus fuit à fel. rec. Gregorio XV. Pont. Max. die 19. Aprilis 1621. ad Cælestem verò Patriam migrauit die 6. Septembris 1623.

R. P. D. REMBOLDO.

Bononien. Dotis.

Lunæ 9. Decembris 1619.

ARGVMENTVM.

Fructus dotis per viduam percepti post annum luctus quando cõputentur in sortem dotis, & quando non. Statutum Bononien. disponens, vt vidua interpellare teneatur hæredes mariti, vt cõsequi possit fructus dotis sibi non restitutæ, istam qualitatem requisitam a statuto, quis probare grauetur, & ex quibus præsumatur interuenisse. Præstatio, seu solutio longa licet non inducat obligationem, est tamen potentissima ad inducendam præsumptionem tituli, cum nemo præsumatur tàm supinus, vt diù voluerit soluere id, quod non debet.

SVMMARIVM.

1 *Fructus si debiti non sint, & soluantur cedere debent in extinctionem sortis principalis.*
2 *Dotis fructus per viduam post annum luctus percepti, cedunt in extinctionem ipsius dotis.*
3 *Statutum Bononien. disponit, vt vidua possit consequi ab hæredibus mariti fructus dotis ei non restitutæ, loco alimentorum ad rationem septem scutorum pro centenario & anno.*
4 *in Statuto se fundans, probare grauatur, quod adsint requisita dicti statuti.*
5 *Statutum Bononiens. vt vidua possit consequi fructus dotis ab hæredibus mariti, donec de ea fuerit satisfacta, requirit in vidua, vt contra eos protestetur, vel inchoet iudicium, & quis probare id teneatur, & an talis solemnitas possit remitti. num. 15.*
6 *Reus in sua exceptione est actor.*
7 *Factum, quod fieri debuit, præsumitur factum.*
8 *Actus præsumitur factus iuxta formam statuti.*
9 *Vsuraria prauitas, vt excludatur, facienda est interpretatio.*
10 *ex Obseruantia, & cursu longissimi temporis nedum præsumitur aliqua qualitas tituli, sed etiam ipse titulus, atque ita ipsa substantia.*
11 *Præstatio diuturna ex causa census arguit impositionem ipsius census.*
12 *Solemnitas extrinseca non præsumitur, vbi non fuit enunciata.*
Sed hoc cessat, quando cum diuturnitate temporis concurrit obseruantia,
13 *Quæ præsumptio tamen cessat, quando adest aliqua legis prohibitio in contrarium.*
14 *Vsurarum materia est de iure prohibita.*
16 *ex Præstatione decennali præsumuntur vsuræ debitæ.*
17 *Fructus dotis, si viduæ ab hæredibus mariti per decem annos fuerint præstiti, ex tali præstatione quid arguatur, & num. 17.*
18 *Vsurarum præstatio est idoneum argumentum vsurarum debitarum.*
19 *Præstatio longa, seu solutio non est apta ad inducendam obligationem.*
20 *Præstatio longa licet non arguat obligationem, præbet tamen præsumptionem, & argumentum certissimum obligationis.*
21 *Debitor non præsumitur adeo vt diù soluerit fructus, si ad eos non tenebatur.*
22 *Præstatio decennalis probat obligationem præsumptiuè.*
23 *Actus extraiudicialis facilius præsumitur, quàm iudicialis.*
24 *Viduæ statim solent petere suas dotes.*
25 *Fructus dotis non solent soluere hæredes mariti viduæ, nisi pro restitutione dotis fuerint conuenti.*
26 *Soluere indebitum nemo præsumitur.*
27 *Solutionem indebitam allegans probare tenetur indebitum, quia præsumptio est contra soluentem.*
28 *Dotis fructus, si hæredes mariti per longum tempus soluerint viduæ, videntur fassi debitum, & quid aliud.*

DECISIO CLIII.

AGENTE D. Isotta Manzola pro restitutione suæ dotis contra D. Comitem Alexandrum, D. Comes prætendere cœpit quod dicta D. Isotta per receptionem fructuum plurium annorum ei solutorum fuerit de dicta eius dote satisfacta, eo scilicet, quod cum dicti fructus dictæ D. Isottæ minime deberentur, illi cedere debeant in extinctionem
1 † sortis principalis dictæ dotis, iuxta late *not. per Innoc. Hostien. Io. Andream, Abb. & alios in cap. salubriter de vsur.* vbi omnes tradunt, quod fructus
2 † dotis per viduam post annum luctus percepti cedunt in extinctionem dotis, *Bart. in l. in Insulam. §. vsuras. num. 3. ff. solut. matrim. Abb. conf. 39. numer. 6. lib. 2. Aym. conf. 189. sub nu. 7. cum pluribus per Surd. cons. 194. num. 13.* vbi etiam testatur de magis communi *Honded. cons. 36. num. 8. lib. 2.*

Vnde fuit dubitatum An dicti fructus fuerint dictæ D. Isottæ debiti, vel potius cedere debeant in extinctionem dictæ sortis, & Domini responderunt fuisse dictæ D. Isottæ debitos, cum ipsa, quoad illos habeat intentionem suam fundatam in statuto po-
3 tissimum † Ciuitatis Bononiæ, quo cauetur quod mulier vidua possit consequi ab hæredibus mariti fructus dotis loco alimentorum ad rationem scut. septem pro quolibet centenario, & anno, facta dictis hæredibus, & alijs obligatis protestatione vel contra eos inchoato iudicio.

Nec obstat, quod D. Isotta dicto statuto iuuari
4 non potest, quia non probauit, quod aduersus † hæredes mariti fecerit protestationem per dictum statutum requisitam. Nam quicquid dicendum esset vtrum ex eo quod, cum in hoc iudicio per dictam D. Isottam non petantur dicti fructus, sed ipsi agen-
5 ti ad dotem cõtra † hæredes mariti obijciatur quod mediante indebita solutione dd. fructuum, fuit de dicta eius dote satisfacta, ipsis potius hæredibus incũbat onus probandi dictam indebitam solutionem,
6 atque ita requisitæ protestationis defectum, † cum id concernat fundamẽtum dictæ exceptionis, in qua dicti hæredes sunt actores, *l. quingenta, & in l. exceptionibus. ff. de probat: l. 1. ff. de except. Bald. in l. frustra in 1. oppos. C. de probat.* & in terminis *fuit dictum in Forolivien. census 14. Iunii 1613. coram R. P. D. meo Buratt. quæ est decis. 502. num. 6. & 7. par. 1. in recent.* Domini censuerunt quod eo ipso, quod dicti hæredes dictæ D. Isottæ per spatium plus-

quam triginta annorum dictos fructus perſoluerunt
7 præſumatur dictam proteſtationem præceſſiſſe, † non
ſolum quia regulariter præſumitur factum, quod fie-
ri debebat *Bart. in l.cum ſeruus num.4. ff. de verb.
oblig. Surd.deciſ.199. num.4. Cardin. Mantic.deciſ.
352. ſub num.2.* & in ſpecie quod actus præſumatur
8 factus † iuxta formam ſtatuti, *Rim.conſ.261.nu.34.
lib.2.* Rota diuerſ. *deciſ.309.num.6. in fin.par.1.* &
9 maxime † ad excluden. vſurariā prauitatem, *Franc.
in cap.quamquam. §. cæterum ſub num. 6. de vſur.
in 6. Gabr. concluſ.2. num.3. tit.de maleſ. cum aliis
adduct.in vna Mediolanen. cambiorum 25. Iunii
1610. coram Illuſtriſſ. D.Card.Lancellotto,* ſed etiā
quia dicta longeua præſtatio, & per ſpatium pluſ-
quam triginta annorum continuata operatur, quod
præſumantur omnia ſolemnia ad effectum conſequē-
10 di dictos fructus interueniſſe, cum ex curſu,† & ob-
ſeruantia tanti temporis, nedum præſumatur aliqua
qualitas tituli, prout eſt dicta proteſtatio, ſed etiam
ipſemet titulus, atque ita ipſa ſubſtantia, *Dec.in l.ſi
certis annis num.14.& ſeq. C.de pact. Gabr.concluſ.
prima de præſumpt.num.18. cum ſeqq. Menoch. de
præſumpt.lib.3.præſumpt.131.num.58.verſ.tertium
eſt. Aym.de antiquit. temp.par.3. §. vidimus in ge-
nere,* & fuit dictum *in Papien.penſionis 11. Decem-
bris 1606.coram Reuerendiſſ. Attrebaten. quæ eſt
deciſ.124. par.1.in recent.* & in terminis diuturnæ
præſtationis, ex cauſa cenſus, quod per eam probe-
11 tur † impoſitionem cenſus præceſſiſſe, *Rota in ſu-
pradicta Foroliuien.cenſus 15.Iunij 1613. coram
R. P. D. meo Buratto, in qua etiam aliæ deciſiones
referuntur.*

Nec obſtat quod ſolemnitas extrinſeca non præ-
12 ſumitur, † vbi non fuit enunciata, quia hoc ceſſat,
quando cum diuturnitate temporis concurrit ob-
ſeruantia, *Felin.in cap.alterius num.3. de teſtibus.
Iaſ. in l. ſciendum in 4.limitat. de verbor. obligat.
Dec.conſ.341.num.13.verſ.non obſtat. Surd. deciſ.
334.num.19.in fin.& ſeq. Put.deciſ.345. lib.1.in
nouiter impreſſ.* cum pluribus alijs cumulatis in
*Nullius,ſeu Squillacen.iuriſdictionis 4.Martij 1616.
coram bo.me. Andrea.*

Minus obſtat quod prædictæ præſumptioni non
13 videatur locus eſſe poſſe, quando contra eum,† qui
in dicta longeua præſtatione ſe fundat, adeſt aliqua
legis prohibitio, tum quia agitur in præſenti de fru-
14 ctibus à Statuto permiſſis,atque ita † verſamur ex-
tra materiam vſurarum de Iure prohibitarum,vt la-
tè fuit *deciſum in Romana fructuum dotis 12.Iunij
1606.coram bo.me.Penia,* in qua propterea etiam
firmatum fuit, quod potuit proteſtatio, ſeu inter-
pellatio per Statutum requiſita à parte debitrici re-
15 mitti bonam † fidem agnoſcendo, & dando ſe pro
interpellato,tum & quia imò ex ſola decennali præ-
16 ſtatione præſumantur † etiam vſuræ debitæ, vt in
terminis vſurarum ex cauſa dotis, quod ſcilicet ex
decennali præſtatione præſumatur præceſſiſſe pa-
17 ctum, & titulum † pro illo neceſſarium,vbi allega-
tur ab ipſo, cui facta diuturna præſtatio vſurarum
eſt *text in l.cum de in rem verſo, ff.de vſur vbi not.*
18 quod præſtatio vſurarum † idoneum eſt argumen-
tum vſurarum debitarum.
19 Nec dicatur quod longa præſtatio, ſeu † ſolutio
apta non eſt ad inducendam obligationem, *l.ſi certis
annis C. de pact.* quia licet longa præſtatio non pa-
20 riat obligationem,præbet † tamen præſumptionem,
& argumentum certiſſimum obligationis, quia ſci-
21 licet non præſumitur debitorem fuiſſe † adeo ſupi-
num, vt diù præſtiterit vſuras indebitas, vt benè de-
clarat *Salic.in dicta l. cum de in rem verſo ſub nu.3.
prope fin.verſ.quia actor, & num.4. cum pluribus
ſeqq.* vbi per plures rationes cōcludit, quod decen-
22 nalis præſtatio probat obligationem præſumptiuè,
idque notat ibidem Cuiat. qui alios etiam effectus
dictæ longeuæ præſtationis enumerat.

Atque in hanc ſententiam eo libentiùs Domini
iuerunt, quia Statutum dictæ Ciuitatis Bonon. con-
23 tentatur ſola extraiudiciali † interpellatione, quæ
propterea faciliùs præſumitur interueniſſe, & maxi-
mè quia à communiter contingentibus viduę ſtatim
24 ſolent † petere ſuas dotes, neque deueniri ſolet ad
ſolutionem vſurarum, niſi prius fuerint hæredes ma-
riti pro reſtitutione dotis interpellati, nam, hinc
25 quoque † reſultat nō leue argumentum, quod præ-
ceſſerit dicta proteſtatio, *ad notat. in l. in fideicom-
miſſi in princ. ibi tametſi non facilè, ff.de vſur. Dec.
in cap.nouit in fin.nu.148.de iudic. Rom.ſingul.142.*
& in terminis vſurarum fuit dictum in *Romana cam-
biorum 17.Decembris 1584.coram bo.me. Gypſio.*

Et quia veriſimile non eſt, quod tanto tempore
dicti hæredes voluiſſent ſoluere dd. fructus, niſi præ-
26 ceſſiſſet dicta proteſtatio, cum nemo † præſumatur
ſoluere indebitum, *dicta l. cum de indebito, ff. de
probat. Alex.conſ.83.ſub num.1. lib.1.* vnde, & al-
legans indebitam ſolutionem probare tenetur inde-
27 bitum, † quia præſumptio eſt contra ſoluentem, vt
eſt *text.in cap.fin.de ſolut.& in l. cum de Indebito,
vbi Bart. num.4. de probat. Alex. conſ. 83. num.1.
lib.1.* & fuit dictum in *Comen. Decimarum 8.Iunij
1612.coram Reuerendiſſ.* D.*meo Damaſceno, & in
Romana repetitionis indebiti 4.Martij 1616.coram
R.P.D.meo Pamphilio.*

Quinimo eo ipſo quod dicti hæredes tanto tem-
28 pore dictos fructus † perſoluerunt, videntur falſi de-
bitum, & perconſequens etiam quod vel fuerint pro
reſtitutione ſortis interpellati, vel ſe habuerint pro
interpellatis, quod ſufficit *ex adductis in dicta deciſ.
Romana fructuum dotis coram bo.me. Penia,* cum
aliàs dicti fructus non fuiſſent debiti, &c.

REVERENDISS. DVNOZETTO
ARCHIEPISCOPO SELEVCIEN.

Meleuitana Hæreditatis.

Lunæ 9. Decembris 1619.

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum, ſi laboret pluribus defectibus, vel ei
nullatenus adhibetur fides, vel ſaltem valdè ſuſpi-
catur, & qui ſint iſti defectus. Scriptura vt dicatur
reperta inter rogitus alicuius Notarij, quidnam ſit
neceſſarium, & quid ſi ſit reperta à tertio, & maxi-
mè habente intereſſe in cauſa. Inſtrumentum non
meretur nomen inſtrumenti, nec fidem facit, ſi non
doceatur de rogitu, & publicatione. Obſeruantia,
vt tribuat robur ſcripturæ informi, quidnam ſit ne-
ceſſarium probare.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum non abolitum, non cancellatum, aut
aliquo viſibili vitio laborans, quis oſtendere
debet,*

debet, vt habeat locum l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen.

2 *Instrumenti fides minuitur, si in eo appareant visibiles, & notabiles defectus. & num.3.*

4 *Instrumentum non potest dici vmquam fuisse perfectum, si in eo deficiant hic narrata.*

5 *Instrumentum dotale, quando dicatur non habuisse effectum.*

6 *Instrumentum, in quo non adest clausula actum, diminuitur multum de eius fide.*

7 *Instrumentum si patiatur plures defectus, ex solis coniecturis sanari non potest.*

8 *Fundamentum intentionis suæ, quis tenetur concludenter probare.*

9 *Instrumentum non potest dici repertum fuisse inter rogationes alicuius Notarij, si non sit in protocollo. vide num.10.*

11 *Scriptura reperta à tertio habente interesse in causa, inter scripturas Notarij, si ille id asserat, non creditur, ad effectum, vt ex eo possit extrahi instrumentum authenticum.*

12 *Instrumentum, quando non dicatur repertum inter scripturas authenticas Notarij. & num.15.*

13 *Reuelatio eius, qui habet interesse in causa, nullum genus probationis facit.*

14 *Confessio est indiuidua.*

16 *Bart. in l. si quis ex argentarijs, § si in vitium, ff. de eden. quando habeat locum.*

17 *Præcedentia sæpe influunt in sequentia, sed numquam sequentia influunt in præcedentia.*

18 *Temporis diuersitas sufficit ad excludendam præsumptionem vicinitatis actuum.*

19 *Ratificatio facta in instrumento, quando dicatur imperfecta.*

20 *Ex actu imperfecto, alius actus minus perfectus non potest adminiculari.*

21 *Instrumento primo, quando non adhibetur fides, nec etiam secundo adhibebitur.*

22 *Notarij assertioni non statur, nisi aliundè iustificetur.*

23 *Notarius debet se rogare præsentibus testibus.*

24 *Instrumentum non meretur nomen instrumenti, nec fidem facit, si non doceatur de rogitu, & publicatione.*

25 *Instrumentum non probatur, quod fuerit rogatum ex appositione testium, & clausula, actum.*

26 *Instrumenti minuta solet à Notarijs scribi, consignarique partibus, ad effectum, vt postquàm fuerit per eas considerata, concorditer instrumentum celebretur, & publicetur. & num.27.*

28 *Obseruantia facit, vt scripturæ informi fides adhibeatur.*

29 *Relatio potest fieri etiam ad scripturam informem.*

30 *Obseruantia non inducitur ex actu æquiuoco.*

31 *Instrumentum inualidum non potest corroborare aliud minus perfectum.*

32 *Obseruantia ex quo excludatur.*

34 *Stylus aliquis præscriptus de directo contra dispositionem Iuris est plenè, & concludenter probandus.*

35 *Iudex, parte reclamante, debet recurrere ad matricem Instrumenti, & secundum eam iudicare.*

36 *Notariorum extensio, non est æquum, vt possit ex informi instrumento, authenticum, & solemne reddere.*

DECISIO CLIV.

POST resolutionem in hac causa factam coram R.P.D. meo Verospio, * & postea coram me; in qua fuit decisum, Instrumentum, de quo agitur, esse in forma probanti: Pasqualis Testaferrata vigore compulsorialis curauit trasportari ad Vrbem matricem, seu originale dicti Instrumenti, quo exhibito, iterum proposito super ijsdem eodem dubio; Domini ex nouiter deductis recedendum esse à decisis, responderunt, ea præcipuè ratione, quia Lucretia asserens se vocatam ad fideicommissum, *egit remedio l fin.C de edict.diu.Adr.toll.* petijtq. immitti in possessionem bonorum paternorum pro æquali parte cum fratre Pasquali, & ita debet exhibere titulum non abolitum, non cancellatum, † aut aliquo 1
visibili vitio laborantem; aliàs ab huius iudicij limine venit repellenda: cum non possint verificari verba, *d. l fin teste Bart. in d l. fin. num. 3 Dec. n. 37. Sicard num. 94.* quos refert, & de communi testatur *Menoch. remed. 4. num. 699. cum seq. Castrens. Alex. & Ias. in auth quod sine. C. de testam. Cephal. cons. 37. num. 25. lib. 3.*

In hac autem facti specie visum fuit Lucretiam id non præstare, cum ex dicta matrice, seu originali subiecto oculis Dominorum, appereant † visibiles, 2
& notabiles defectus, quibus stantibus tollitur, aut saltem multum diminuitur de fide prætensi Instrumenti.

Illud enim exhibitum fuit in folio volanti, carens testibus, clausula Actum, † stipulatione Notarij, iu- 3
ramento partium, signo, & subscriptione Notarij, & fine clausula, Ad hæc, & cætera, alijsque requisitis, *per glosam magistralem in l. generali. C. de tabellion. lib. 12.* quinimo videntur in dicto folio multæ cancellationes; interlineaturæ, cassaturæ, apostillæ, alba notabilia intermedia, continetque in margine verba imperfecta, è regione fideicommissi Memento de Bonis, &c. remanetque fine fine, aut conclusione, ex quibus simul iunctis visum fuit non posse dici † Instrumentum hoc vnquam fuisse perfe- 4
ctum, multoque minus stipulatum, idque tantò magis, quia continet etiam narratiuam falsam, dum in principio asseritur matrimonium contractum fuisse per verba de præsenti die 15. Iunij 1572. & tamen ex fide Parochi constat, matrimonium fuisse secutũ per 16. dies postea, vltima videlicet die eiusdem mensis Iunij: Vnde aut inferendum † est, istud In- 5
strumentum dotale non habuisse effectum, *arg. cap. inter dilectos, § cæterum, de fid. instr. Dec. cons. 38. num. 4.* cum alijs per *Surd. cons. 279. num. 14. lib. 2.* aut saltem diminuitur multum † de fide dicti Instru- 6
menti, vt in specie ponderauit *Rota apud Seraph. decis. 949. nu 4 & 5.*

7 Nec videntur sanari posse tot, † tantique defectus ex coniecturis ponderatis pro dicta Lucretia in supradictis decisionibus. Non enim obstat præcipuum, & maximum fundamentum dictarum decisionum, scripturam hanc repertam fuisse inter authenticas notas Placidi Abel Notarij, qui dicitur rogatus: quia hodie id non iustificatur à Lucretia, prout concludenter deberet fieri, † cum sit funda- 8
mentum suæ intentionis, & se fundet in rogitu, & stipulatione Notarij, sed potius contrarium ex aspectu scripturæ apparet, ea enim videtur in folio volanti, nullum habens signum publici Instrumenti;

suitque exhibita à quodam Notario Saluatore
Chiantar, qui fatetur se non esse conseruatorem
actorum dicti Abel Notarij; sed illam sibi consignatam à quodam Paulo Testaferrata: Vnde pernecesse
9 se † sequitur non fuisse repertam inter rogationes
Notarij, cum non esset in protocollo, *Curt.iun.cōs.*
*162.num.1.Ruin.cons.159.num.12. lib.4.*cum alijs
per *Seraph.decis.909 num.2.* aut saltem quod non
10 reperta fuerit † in filcia habente rubricellam, quæ
faceret, vt folia volantia habeantur pro compactis,
vt considerauit Rot.*apud Seraph. d. decis 909. num.*
10.& 12. idque tantò magis, quia hæc scriptura re-
11 perta dicitur à tertio habente interesse in † causa.
Vnde ei asserenti repertum Instrumētum inter scripturas Notarij non creditur ad effectum, vt ex eo
possit extrahi Instrumentum authenticum, *Corn.*
cons.226.lib.3.Menoch. cons.42. num.23. cum alijs
congestis per *Surd.cons.187.num.36.& seqq. lib.2.*
vbi ait sufficere repertam fuisse scripturam penes
tertium separatam ab alijs notis, ita vt non amplius
dicatur reperta inter notas authenticas.

Considerarunt etiam Domini multa Instrumenta, scripturasque authenticas reperiri rogatas à dicto
Placido Abel, exhibitas à Consaluo Abel medico
eius filio, & hærede, inter quas cum non reperta
fuerit dicta scriptura originalis à dicto Notario
12 Chiantar exhibita, videtur † verisimile ipsam non
posse dici repertam inter scripturas authenticas, vt
post Couar. aliosq. *Menoch. cons.42. num.11. Honded.cons.66.num.36.& seqq.lib.2.*

Nec visum fuit probari contrarium, tamen ex dicto dicti Pauli Testaferratæ, quàm etiam ex reuelatione ipsiusmet Pasqualis facta, metu excommunicationis, quæ datur in Summ. Lucretiæ, nu.4. Nam
quoad dictum dicti Pauli attinet ex supra deductis,
13 cum † habeat interesse in causa, tanquam vocatus
ordine suo ad fideicommissum, eius reuelatio nullum probationis genus facit.

Nec etiam multum mouit Dominos dicta reuelatio Pasqualis, quia vltra quod est extraiudicialis,
absque iuramento extracta parte non citata, si Lu-
14 cretia ea vult vti, debet † eam integrè acceptare,
cum confessio sit indiuidua, *Bart.in l.Aurelius,§.idē*
quæsiuit. ff. de lib.legit.Rot.decis.158.num.5. par.2.
in recent. si vero ea consideretur, prout iacet, non
probat intentionem dictæ Lucretiæ; non enim asserit dictus Pasqualis eam scripturam verè adfuisse inter alias dicti Abel, sed solummodo dictum Paulum
dixisse se ipsam reperijsse, fierique potest quod Paulus apud se haberet, & tunc perquirendo scripturas asseruerit eam inter alias reperijsse, & in omnem euentum, tam dictus Pasqualis, quàm Paulus
non dicunt scripturam repertam inter rogitus, aut
protocolla dicti Notarij, sed inter scartafacia; & sic
ex eorum dicto non probatur saltem concludenter,
hoc originale repertum fuisse inter scripturas authenticas, & rogatas: cessantque decis. fundamen-
15 ta, cum non adsit † amplius præsumptio fuisse scripturam huiusmodi sic repertam rogatam à d. Notario, *Corn.cons.226.num.4.& 5.* quam distinctionem
semper secuta fuit *Rot. & præcipuè in illa Romana*
Fideicom.de Vecchijs coram R.P.D.meo Pirouano,
quæ est decis.628.par.1.in recen.

Nec etiam visum fuit subsistere secundum fundamentum decis. dum dicitur testes annotatos in margine in actu ratificationis posse deseruire pro actu
principali, ex doctrina *Bart. in l si quis ex argenta-*
16 *rijs, §.si in vitium, ff. de eden.* doctrina enim † *Bart.*
tunc demum habet locum, cum duo instrumenta facta fuerunt eodem contextu, eodemque tempore, &
non aliter, vt se ipsum declarat *Bart. in d.l.si quis ex*
argentar.num.28. & ibi etiam *Ias. num.8. circa*
med ff. de eden. & in terminis *Alexand. cons.59.*
num.6. lib.2.

In hoc autem casu apparet diuersitas loci, & temporis; Nam Instrumentum dotale dicitur rogatum
in Ciuitate Victoriosa distanti à Casali Tarxen. tribus millibus passuum, in quo dicitur facta ratificatio,
nec etiam videtur testes appositos in d. ratificatione
inseruire posse pro instrumento dotali antecedente,
17 cum regula Iuris sit certa † præcedentia sæpe influere in sequentia, sed nunquam sequentia influunt
in præcedentia.*Bart.in l.auia, vers.hæc lex loquitur,*
ff.de cond.& demonst. & ibi *Castrens. num.3. Ruin.*
cons.176.lib.2.num.13.Socc.iun. cons.128. nu.111.
lib.1. cum alijs per *Surd.cons.430 nu.11.lib.3.*

Deinde ex natura actus ratificationis satis colli-
18 gitur diuersitas saltem temporis, † quæ sufficit ad
excludendam præsumptionem viciniratis actuum,
ex Alexan. d.cons.53. Mascard. de prob.conclus 54.
num. 74. Nam si tempore Instrumenti, aut paulò
post, interueniunt partes contrahentes, frustra duo
facta fuissent Instrumenta, promissionis, & ratificationis cum præsentes contrahant sine vlla necessitate ratificationis.

Consideratum denique fuit etiam Instrumentum
ratificationis, quæ legitur in margine dicti Instrumenti, pati multos defectus, cum sint sine clausula
actum, & habeat nomina ratificantium in albo, cum
19 hoc verbo (Infrascripti:) Vnde colligitur istam † ratificationem etiam fuisse imperfectam, vt in ijsdem
terminis, *Surd.cons.187.num.20. vers.5. lib.2. cum*
20 *multis ibidem citatis,* intratq. iuris regula ex actu,
& Instrumento imperfecto aliud Instrumentum minus perfectum non posse adminiculari, qua ratione
21 primo † non est danda fides, nec etiam secundo adhibebitur, *Seraph.d.decis.949 num.4. arg.l.1. & ibi*
*glos.C.qui num.tut.*cum multis cumulatis per *Aym.*
cons.216.nu.10.11.12.& seqq.

Tertium etiam decisionum fundamentum visum
fuit maximam pati difficultatem, cum non satis iustificetur istam scripturam scriptam fuisse manu Notarij Placidi Abel, ex eo quod Notarij extrahentes
asserant partes acceptasse illam scriptam esse manu
22 d. Abel Notarij, cum certi iuris sit Notarij † assertionem non probare, nisi aliundè iustificetur, cum
fungantur officio testis in hac parte, *cap cum Ioannes, vbi DD.de fid.instr. Alex.cons.54.num.5.lib.2.*
23 *Mars sing. 466.* debebatq. Notarius rogari † præsentibus testibus de dicta acceptatione, vt fidem faceret, *Innoc.in c.quoniam, nu.6.& ibi Felin.nu.34.*
de probat. Boer.decis.37.num.3.

Et quamuis sine veri præiudicio cōcederetur hoc
Instrumentum scriptum manu dicti Notarij, cum
non doceatur de rogitu, & publicatione, immo po-
24 tius ex facie Instrumenti, & verbis excludatur, † nō
mæretur nomen Instrumenti, fidemq. non facit, vt
post *Castrens.195.lib.2.Alex.cons.153. num.10. &*
in lib.2.in term. Farin.cons.187.num.11. fuit dictū
apud *Card.Seraph.d.decis.949.& in d.Roman. de*
Vecchijs, in qua etiam dictum fuit ex appositione
25 testium, † & clausula, Actum, non probari Instrumentum

mentum esse rogatum, ex quo poterat contingere, quod appositis testibus,& clausula, Actum, exinde propter aliquod accidens, non fuisset partibus publicatum, remaneretq. scriptura imperfecta tanquã
26 minuta Instrumenti,quæ solet secundum stylũ † ordinarium à Notarijs scribi, consignarique partibus contrahentibus, ad effectum, vt postea ijs consideratis concorditer instrumentum celebretur, & publicetur.

Ex quibus verisimile redditur hanc scripturam licet manu Notarij scriptam non fuisse Instrumen-
27 tum † dotale, ex imperfectione voluntatis,sed quãdam præparationem ad contrahendum, *arg. l.2. C. de sent.ex breu.recit.*quasi in aliud tempus fuerit remissus rogitus d.Instrumenti, *Oldrad. cons.* 119. *Dec.cons.*159. *Clar.in §.testamentum, quæst.7.n.20.* & id in simili sensit *Rot.in d.Rom.de Vecchijs, & in vna Romana domorum coram R.P.D. meo Manzanedo, quæ est 576.par.2.in recent.*

28 Nec etiam obstat prætensa obseruantia,† quæ facit, vt informi scripturæ fides detur, ea enim aut desumitur ex prætensa ratificatione, quæ cum sit in eodem folio,non potest ex ea desumi sufficiens obseruantia ex rationibus supra deductis, aut vero desumitur ex instrumento solutionis dotis, in quo fit mentio prædictæ scripturæ, quæ enunciatur esse in actis eiusdem Notarij,& hodie hæc relatio redditur multum æquiuoca, cũ in ijsdem actis Notarij Abel reperta fuerit(vt in facto demonstratur)alia apocha
29 matrimonialis, † ad quam, licet forsitan sit infor-
30 mis,potest fieri relatio: Vnde remanet † æquiuoca hæc enunciatiua, & non potest obseruantiam constituere, *Abb.in cap.2.in fin.de censib.* Ruin.*cons.*104. *lib.5.num.*16.Vltra quod etiam dictum Instrumentum solutionis dotis vnciarum 400 multos etiam ex prædictis patitur defectus, vt videre est, ex aspectu folij volantis exhibiti: Intratque supradicta re-
31 gula, Instrumentum inualidum † non posse corroborare aliud minus perfectum.

32 Tollitur etiam obseruantia † ex eo quod terrenũ promissum in Instrumento dotis nunquam repritur assignatum, *Socc. cons.*25. *num.*25. *lib.*1.*Castrens. cons.*347.*num.*4.*lib.*1. tum etiam quia idem sponsus verisimiliter in testamento filium solum nunquam
33 hæredem scripsisset, † si iam in pactis dotalibus irrenocabiliter filios, filiasque æqualiter ad spem successionis suæ pro æquis partibus vocasset, *Menoch. de præsumpt.præsumpt.*81.*per tot. lib.*20. *cum pluribus allegatis.*

Nec placuit quod dicebatur omnes supradictos defectus,stante stylo Notarij Abel, multorumque Notariorum Insulæ Melitensis sanari posse; Nam
34 hic † stylus præscriptus de directo contra dispositionem Iuris celebrandi Instrumenta, sine testibus, cum albis interlinearibus cassaturis, sine clausulis necessarijs ad rogitum, esset plene, & concludenter probandus, nec possunt ad hoc inseruire notæ aliquorum aliorum Notariorum datæ, in quibus adsunt aliæ clausulæ, vt illa (fiat in forma) quæ posset supplere alias clausulas indicando perfectionem Actus, vt fusissimè Informantes pro Pasquali id demonstrant.

Nec obstat denique quod dicitur, Instrumentum fuisse de ordine Iudicis redactum in publicam formam, a quo decreto in tempore non fuit appellatum;Nam vltra quod Notarij in extractione aliquas difficultates excitatas ad Iudices remiserunt. Pla-
35 cuit responsio † parte reclamante debere Iudicem recurrere ad matricem Instrumenti, & secundum eam iudicare, *Bero cons.*1.*num.*90.*& cons.*55.*nu.*5. *lib.*2. fuit dictum in *Tiburtina Castrorum die* 4.*Iulij* 1607. *coram Reuerendiss. D. meo Lugdunen.* nec
36 est æquum,vt Notariorum † extensio possit ex informi Instrumento, authenticum, & solemne reddere.

Cæteris alijs obiectionibus particulariter responderunt Informantes,cũ quibus Domini transierunt.

Et ita decisum vtraque parte informante.

☞ *Decisionem hanc in hac causa coram bo. me. Card. Verospio sen. babes infra in Appendice, post decis. anni 1626.prout in Indice ibi in principio posito. Et infra de anno 1623.die 6.Nou.adest altera decisio in eadem causa coram bo.me.Reuerendiss.Manzanedo.*

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Bononien. de Lutio.

Lunæ 9.Decembris 1619.

ARGVMENTVM.

Diuisio bonorum fideicommissariorum facta inter vocatos cum clausulis amplissimis de dictis bonis ad libitum disponendis, certum est, quod nocet diuidentibus, ac eam approbantibus, quæ tamen approbatio non potest dici facta per hæredem,qui in fideicommisso succedit ex propria persona, si adeat hæreditatem diuidentis cum beneficio legis, & inuentarij, quia hæres cum dicto beneficio in prætensione,quam habet supra vires hæreditarias non sibi prẹiudicat. Diuisio bonorum fideicommissariorum,cum clausulis facultatiuis de eis disponendi, ita demum operantur, si diuidentes disposuerunt, aliàs remanet fideicommissum. & quid de dispositione facta per delationem hæreditatis ab intestato. Moriens ab intestato,quod voluerit accomodare voluntatem suam erga venientes ab intestato, ista præsumptio est valdè fallax, cum plerumque morientes ab intestato habent hæredes, quos numquam voluissent, & hoc ex negligentia testandi.

SVMMARIVM.

1 *Hæres, si adeat hæreditatem cum beneficio legis,& inuentarij, perinde est, ac si non esset hæres si tractetur vltra vires hæreditarias.*
2 *Diuisio nocet diuidenti, non verò ei, qui venit ex propria persona, & non tamquam repræsentans.*
3 *Diuisio bonorum fideicommissorum facta cum clausula, ad habendum, &c. nocet etiam hæredibus, ad hoc, vt dicatur renunciatum fideicommisso. contrarium vide num.4.*
5 *Diuidentes fideicommissum cum clausulis amplissimis non possunt hæredibus cum leg. & inuentarij vltra vires hæreditarias praiudicare. & nu.7.*
6 *Fideicommissi reciproci renunciatio non potest dici læsiua, cum tantum censeatur datum, quantum remissum.*
8 *Diuisio nocet omnibus,qui eam approbarunt.*
9 *per Aditionem hæreditatis non approbatur factum defuncti, in his quæ disposuit de bonis hæredis, quando fuit cum beneficio legis, & inuentarij facta.*

10 *Renunciationes fideicommissi, cum clausulis facultatiuis disponendi, ita demum operantur, si sequatur dispositio.*

11 *Disposuisse de bonis fideicommissarijs eo ipso videtur, quod reliquit ea in sua hæreditate ab intestato. sed contra num. 12.*

12 *Bart. doctrina in l. qui Romæ. §. duo fratres num. 21. ff. de verb. oblig. est communiter recepta, & ex quo remaneret penitus destructa.*

13 *Homines omnes moriuntur cum hærede ab intestato, & eo deficiente (quod rarissimè accidit) succedit fiscus. & num. 14.*

14 *Successio ab intestato non propriè defertur ab homine, sed ex dispositione legis.*

15 *Moriens ab intestato propriè loquendo non dicitur disposuisse de bonis suis.*

16 *Moriens ab intestato videtur quoad modum accommodare voluntatem suam erga venientes ab intestato,*

Tamen præsumptio ista est valdè fallax.

17 *Morientes ab intestato, plerumque ex negligentia testandi habent hæredes ab intestato, quos numquam voluissent.*

18 *Disponendi facultas si alicui data sit, intelligitur de vera, & propria dispositione, non autem de interpretatiua.*

19 *Paris. in consil. 71. num. 29. & seqq. lib. 3. reijcitur cum moueatur falsa ratione.*

20 *Facultatem alienandi fideicommissum, quod quis habeat, & nihilominus si non alienauerit remaneat fideicommissum, hoc non est inconueniens in iure.*

21 *Bona vendita cum pacto redimendi, secuta affrancatione, perindè est, ac si numquam fuissent vendita. & num. 22.*

23 *Contrahentes, si aliquid voluissent, id expressissent.*

24 *Actus non operantur vltra intentionem agentis.*

25 *Potentia, quæ non deuenit ad actum, non habetur in consideratione.*

DECISIO CLV.

PROSEQVENDO disputationem in hac causa coram me factam sub die 1. Martij 1619. * in qua fuit dictum per diuisionem fuisse renunciatum fideicommisso, quoad bona alienata, & reseruatum videre, quænam essent ista bona alienata, & quibus præiudicet diuisio, Censuerunt Domini diuisionem non præiudicare Alexandro, vltra vires hæreditarias Patris, qui fecit diuisionem, nec minus præiudicare dicto Alexandro intra vires hæreditarias quoad bona possessa per Vrsinam hæredem Eneæ, & Bartholomæi vltimo grauatorum, & qui fecerunt dictam diuisionem.

Quoad primum moti fuerunt Domini, quod Alexander, qui cæpit hæreditatem paternam cum bene-
1 ficio † leg. & Inuent. vltra vires hæreditarias habetur, ac si nunquam fuisset hæres, *l. fin. §. & si præfatam, cum ibi not. per Scrib. C. de Iur. delib. Gabr. conf. 125. num. 9. lib. 1. Alex. cons. 210. nu. 16. lib. 2. Dec. cons. 633. num. 16. Soccin. iun. cons. 112. nu. 12. lib. 2.* Ideoq. nil mirum si in eo, quod superat vires hæreditarias non habeat sibi noscere diuisio, cum ip-
2 se dicatur † venire ex propria persona, & non tamquam repræsentans patrem, *Bald. cons. 89. num. 10. lib. 8.* cum alijs per *Menoch. de præsumpt. præsumpt. 115. num. 59. lib. 3.* & sic non applicatur conclusio, quod diuisio facta cum clausula, & quicquid placue-
3 rit, cum alijs clausulis, de quibus † in diuisione, de qua agitur, habeat nocere etiam hæredibus, *Bero. cons. 130. num. 22. cum seq. lib. 2.* cum alijs per *Peregrin. de fideic. art. 52. nu. 44.* quia illa conclusio procedit ad effectum videndi, An diuidentes per dictas
4 † clausulas intellexerint comprehendere etiam hæredes, negatiuam partem defendentibus multis Doctoribus alleg. per *Alba. cons. 74. num. 1. & seq.* at in proposito casu non est quæstio de voluntate diuidentium præiudicandi etiam hæredibus, sed est quæ-
5 stio de potestate, quippe quia non potuerunt † diuidentes præiudicare hæredibus adeuntibus hæreditatem cum benef. leg. & inuent. vltra vires hæreditarias, vt ex supra allegatis, sic etiam tollitur, quando renunciatio reciproci fideicommissi non possit dici
6 læsiua, † cum tantum censeatur datum, quantum remissum, quia ista disputatio procedit inter ipsos diuidentes, & habentes causam ab illis, non autem re-
7 spectu tertij, qualis est hæres † cum beneficio leg. & Inuent. in prætensione quam habet supra vires hæreditarias, sicut etiam non nocet Alexandro, quod
8 diuisio præiudicet omnibus † qui approbarunt diuisionem, *vt in causa Monopolitana bonorũ* 10. *Maij 1617. coram* R. P. D. *meo Manzanedo*, quia nullibi apparet, quod Alexander approbauerit dictam diuisionem, nisi in quantum adiuit hæreditatem pater-
9 nam, quæ aditio † sibi non nocet vltra vires hæreditarias, vt iam dictum est.

Quoad secundum fuit dictum, diuisionem debere nocere Alexandro, etiam intra vires hereditarias patris, quoad bona possessa per Vrsinam hæredem ab
10 Intestato vltimi grauati, quia † istæ renunciationes cum clausulis facultatiuis disponendi, ita demum operantur, si diuidentes disposuerint, ita *Bart. in l. qui Romæ §. duo fratres in 8. quæst. num. 21. vers. si verò alienatio non sit secuta, ff. de verb. obligat.* quam doctrinam *Bart.* sequuntur Doctores, & decisiones Rotales cumulatæ in alia decisione.

Non obstat, quod satis videatur diuidens dispo-
11 suisse † eo ipso, quod relinquit bona in sua hæreditate ab intestato, vt in istis terminis arguit *Paris. cons. 71. num 29. cum plurib. seqq. lib. 3.* & post illũ *Menoch. cons. 87. num. 61. lib. 1.* quia ista opinio de-
12 struit doctr. *Bart.* de qua supra communiter approbatam, cum enim omnes homines moriantur reli-
13 cto hærede ab Intestato, † cum in defectum omniũ agnatorum, & cognatorum, quod rarissimè acci-
14 dit, † succedat fiscus, frustra distingueret *Bart. cum sequacibus*, An sit, vel non sit dispositum, quia secundum hanc lecturam semper erit dispositum, & fa-
15 cit † quod successio ab intestato non propriè defertur ex dispositione hominis, sed ex dispositione legis, *l. 3. §. de illo, vbi glos. verb. ad legitimam, ff. pro socio*, *in fin. l. lege obuenire, ff. de verb. sign. Alex. cons. 44. lib. 5.* ideoque propriè loquendo non dicitur decedens ab Intestato disposuisse de bonis, & licet dece-
16 dens ab intestato videatur, † quodammodo accommodare voluntatem suam erga venientes ab intestato, *l. conficiuntur, & l. si quis cura testamentum, ff. de Iur. Codicill.* hoc tamen est ex quadam præsum-
17 ptione satis fallaci, cum † notum sit plerosque ex negligentia testandi habere hæredes ab intestato quos nunquam voluissent. Ideoque facultas disponendi, de qua in dicta diuisione, debet intelligi de ve-
18 ra, & propria † dispositione, non autem de hac interpre-

terpretatiua, & coniecturata, vt in terminis nostris latè comprobat *Corbol. in tract. de iur. emphyt. tit. de caus. priuat. ob mort. ciuil. à num. 44. vsque ad num. 48.* & signanter *Paris. vbi supra* mouetur falsa
19 ratione, nempè quod diuidentes concedentes † facultatem alienandi videntur renunciasse fideicommisso, quod est verùm in quantum alienauerint, sed non est inconueniens in iure, quod quis habeat
20 facultatem alienandi, & nihilominus si non alienauerit, remaneat fideicommissum, *Alciat. cons. 66. num. 11. lib. 9. Peregr. de fideicom. art. 40. vers. & si hæres non alienauerit, & num. 43. vers. & hærede non alienante.*

Minus releuare visum fuit quod inter bona possessa per Vrsinam adsint aliqua, quæ fuerunt alienata cum pacto redimendi, quæ postea fuerunt redempta, quia fuit dictum, & ista bona solutis per fideicommissum pecunijs expositis in redemptione esse restituenda ipsi fideicommissario, quia bona vendita
21 † cum simili pacto secuta affrancatione ac si non fuissent vendita, vt fuit tentum in *causa Romana donationis 19. Martij 1607. & in causa Bononien. de Bonsignoribus coram Reu. P. D. meo Caualerio,*
22 *quæ est 180. in recent.* & facit † materia iuris postliminij de qua per scribentes *in l. postliminium. ff. de captiuit. & postlimim reuers. & in §. si ab hostib. instit. quib. mod. ius patr. potest soluat.* nec releuat quod
23 potuissent diuidentes liberè alienare, quia † non ex hoc sequitur, quod si diuidentes eligerent facere alienationem liberam, quod talis alienatio debeat ha-
24 beri pro libera, quia † actus non operantur vltra intentionem agentium, *l. non omnis. ff. si cert. petat.*
25 & potentia quæ non deuenit ad actum non, † habetur in consideratione iuxta notata *in l. sed si plures. §. si ex asse. vers. nec sufficit. ff. de vulgar. & pupill. & Ias. in l. quamuis num. 2. C. de inoff. testam.*

* *Decisio ista in hac eadem causa facta sub die 1. Martij huius anni 1619. est supra in hoc Tomo decisio 86.*

EMINENTISS. D. CARD. VEROSPIO SEN.

Romana nullitatis obligationis.

Mercur. 11. Decembris 1619.

ARGVMENTVM.

Iudex, quamuis instante parte pronunciauerit, ex hoc tamen non sanatur nullitas processus facti à procuratore sine mandato, quia sententia nihilominus remanet sine processu, vti facto à non habente mandato, qui propterea non substinetur. Et habes aliqua circa decretum Iudicis interpositum in contractibus minorum.

SVMMARIVM.

1 *Sententia an possit declarari nulla ex defectu mandati in processu causæ, si ipse Iudex pronunciet ad instantiam ipsius principalis.*
2 *Processus factus à procuratore non habente mandatum, quamuis ipse principalis insteterit pro sententia, illa nihilominus remanet sine processu.*
3 *Processus factus à procuratore non habente mandatum, remanet cum vitio nullitatis.*
4 *Decretum Iudicis, quando ab eo est reuocatum, perinde est ac si non emanasset.*
5 *Decretum à Iudice relaxatum non potest reuocari, nisi docto de eius iniustitia.*
6 *Mandati reuocatio est nulla, si fiat à non habente iurisdictionem.*
7 *Proximiores, quod potuerint interuenire in contractu minoris non probatur ex fide extraiudiciali, quæ non facit fidem.*
8 *Proximiores, quod potuerint interuenire in contractu minoris, id plenè & concludenter est probandum.*
9 *Decretum iudicis nō dicitur ex falsa causa interpositum in contractu minoris, licet quis eius indemnitatis releuationem promiserit, si tamen per æquipollens id factum appareat. & num. 10.*

DECISIO CLVI.

DOMINI censuerunt à decisis coram me sub die 14. Maij 1614. recedendum non esse, & per consequens esse confirmandam sententiam Rotalem, quæ nullam, & iniustam declarauit Auditoris Cameræ sententiam, infirmantem Flaminij Carmadij obligationem pro ipsius patre ad fauorem D. Cicolini factam.

Nec valet exceptio quod prædicta Auditoris Cameræ sententia nulla declarari non potuerit ob defectum mandati procuræ ipsius Flaminij, tanquam
1 illud non fuerit necessarium, cum † Iudex ipso Flaminio instante pronunciasset; quia respondetur totū processum fuisse factum à procuratore sine manda-
2 to. Vnde quamuis idem † postea Flaminius insteterit pro sententia, illa nihilominus remanet sine pro-
3 cessu, vti facto à non habente mandatum, † qui propterea non substinetur *Bart. in l. si cum nulla. ff. de re iudic. Bald. cons. 399. lib. 4. Roman. cons. 314. n. 7.*

Non obstat in obligatione Flaminij minoris decretum à primo Collaterali interpositum, ad eiusdem Flaminij instantiam parte citata fuisse postea
4 † reuocatum, & sic perinde illud esse habendum, ac si non emanasset.

Nam vltra quod tale decretum reuocari non po-
5 terat † non docto de iniustitia, quæ hic non apparet, dicitur in omnem euentum hanc reuocationem, ex
6 defectu iurisdictionis nullam † extitisse, vti factam lite, coram Auditore Cameræ tunc temporis, pendente.

Non obstat Flaminij proximiores dictæ obligationi, tanquam in Vrbe tunc existentes interuenire potuisse.

De hoc enim docetur solum ex quadam extraiu-
7 diciali fide, † quæ fidem non meretur *Rota Ianuen. decis. 76. num. 11. Cæs. de Graff. decis. 2. num. 13. de sponsal. Rota decis. 780. nu. 9. par. 1. diuers. Seraph. decis. 106. num. 3.*

Et nihilominus huiusmodi præsentia venit plenè,
8 & † concludēter probāda ex alleg. in alia decisione.

Nec releuat ex falsa causa decretum fuisse inter-
9 positum, non † constito Flaminij patrem indemnitatis releuationem promisisse, prout ille se in decreto obligauerat; quia per æquipollens hoc factum apparet, cum eodem die pater societatum onus in se cum
10 † omnium bonorum hypoteca susceperit, quæ bene operatur indemnitatis releuationem in decreto Iudicis consideratam, vt in decisione coram me facta comprobatur.

Circa illud vero An remedium *l. 2. C. quod cum eo* Fla-

Flaminio ſuffragetur; Domini particulari dubio vo-
luerunt eſſe diſcutiendum.

Deciſio iſta in hac eadem cauſa facta ſub die 14. Maij 1614. coram eodem bo.mem. Card.Veroſpio poſui infra in Appendice poſt deciſiones anni 1626.

REVERENDISS. DVNOZZETTO.
ARCHIEPISCOPO SELEVCIEN.

Firmana Hæreditatis.

*Mercur.*11.*Decembris* 1619.

ARGVMENTVM.

Subſtitutio compendioſa facta per verbum commune continet ſub ſe vulgarem, quæ vulgaris operatur, vt prædecedente inſtituto ſubintret ſubſtitutus, ſed ſi facta reperiatur per verbum obliquum, non comprehendit vulgarem, ſed erit fideicommiſſaria; itaque præmoriente hærede ante teſtatorem, non ſuccedit ſubſtitutus. Verbum recadat, quid ſignificet, & an ſit commune vel obliquum. Idem quoque de verbo reuertatur.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio factis his verbis, & moriente Titio ſine filijs &c. eſt compendioſa, licèt non fuerit adiecta dictio, quandocumque.*
2 *Compendioſa facta per verbum commune continet ſub ſe vulgarem.*
3 *Subſtitutio vulgaris operatur, vt prædecedente inſtituto, ſuccedat ſubſtitutus.*
4 *Subſtitutio compendioſa, quando eſt facta per verbum obliquum, non comprehendit vulgarem, ſed eſt omni tempore fideicommiſſaria.*
5 *Itaque decedente hærede ante teſtatorem, ſeu ante aditam hæreditatem, non ſuccedit ſubſtitutus.*
6 *Subſtitutio compendioſa quando dicatur facta per verbum commune, inſpecta propria ſignificatione verbi, cum quo fit.*
7 *Verbum, recadat, non ſolum ſignificat iterum cadere de vna, in aliam perſonam, ſed etiam iterum cadere in eandem perſonam, & num.*8.
9 *Verbum, remaneat, vel eſt directum vel commune.*
10 *Verbum, recadat, eſt commune.*
11 *Verbum, reuertatur, eſt commune, & Iuriſconſulti, ac Imperator in ſenſu directo, eo vſi ſunt, à qua opinione non eſt recedendum, num.*12.
13 *Verbum commune ratione adiuncti poteſt effici directum ex intentione teſtatoris.*

DECISIO CLVII.

PROPOSITO dubio aliàs reſeruato in deciſione ſub die 7. Iunij præteriti, * An per mortem Mandricardi primi inſtituti præmortui caducata fuit ſubſtitutio Alexandri in caſu, & ad effectum, de quo agitur, DD. negatiuè reſponderunt.

Non enim controuertebatur ſubſtitutionem factã
1 his verbis, & moriente Mandricardo † ſine filijs &c.
eſſe compendioſam, licèt non fuerit adiecta dictio
quandocumque *gloſ. in cap. ſi pater in verb. abſque
deductione de teſtam. in 6. Bart. in l. Centurio numer.*9.*ff. de vulg. Menoch. præſumpt.*31.*num.*7.*verſ.
quartus eſt caſus lib.*4. *Peregr. de fideic. art.* 34. *numer.*4. *Surd. deciſ.*37. *num.*8. *Put. deciſ.*351. *circa
princip. lib.*3. *in nouis.*

Nec etiam controuertebatur compendioſam fa-
2 ctam per verbum † commune continere ſub ſe vul-
garem, *Bart. in dicta l. Centurio num.* 32. *ff. de vulg.
Odd. de compend. par.*5. *art.*1. *num.*1. *cum alijs per
Surd. dicta deciſ.*37. *num.*9.

Prout nec cõtrouertebatur in vim d. vulgaris præ-
3 decedente † inſtituto ſuccedere ſubſtitutum, *Peregr.
conſ.*69. *num.*1. & 4. *lib.* 5. *cum aliis per Surd. dicta
deciſ.*37. *num.*10.

Demum nec etiam controuertebatur compen-
4 dioſam, vbi eſt facta per verbum obliquum † non
comprehendere vulgarem, ſed eſſe omni tempore
fideicommiſſariam, *Bart. in d. l.* Centurio *nu.*3. *ff. de
vulg. & pupill. Peregrin. de fideicom. art.*15. *nu.*19.
*& art. num.*61. *Menoch. præſumpt.*58. *num.*3. *lib.*4.
*Odd. de compend. par.*5. *art.*2. & in hoc decedente
5 hærede ante teſtatorem, † ſeu ante aditam hæredi-
tatem non ſuccedere ſubſtitutum, *Peregrin. d. art.*
34. *num.* 62. *in fin. omneſq. alias ſubſtitutiones ſuc-
ceſſiuas expirare, Alexan. conſ.* 1. *num.*7. & 11. *lib.*1.
*Corn. conſ.*199. *lib.*2. *Gabr. conſ.*117. *num.*15. *lib.*1.
*Peregrin. d. art.*15. *num.*19.

Sed tota difficultas reducebatur ad hoc, An com-
pendioſa hoc caſu fuiſſet facta per verbum commu-
6 ne tàm inſpecta propria, & naturali † ſignificatione
verbi recadat, quo fuit facta ſubſtitutio quàm inſpe-
cta ſignificatione verbi reuertatur, cui, & informan-
tes pro Aenea aſſimilari aſſerebant, & id firmat *Re-
buff. in l.*30. *§. glans caduca in verb. recidit ff. de
verb. ſignific. & Rota in vna Romana ſucceſſionis*
11. Martii 1596. *coram bon. me. Card. Pampbilio.*

Inſpecta enim propria ſignificatione verbi reca-
7 dat † non ſolum illud importat iterum cadere de vna
in aliam perſonam, *l. nepotes. ff. de bis qui ſunt ſui
vel alien. iur. & in l. ſi quis. ff. de adop.* ſed impor-
8 tat † ſemel cadere in eadem perſona *text. eſt expreſ-
ſus in l. ſiue contra. §. quia ibi, quid ergo ſi quis poſt
mortem patris naſcatur auo ſuperſtite, in cuius po-
teſtatem recaſurus eſt, ff. de lib. agnoſ. vbi gloſ. ex-*
9 *plicat*, ideſt remanſurus, verbum autem remaneat,
vel eſt directum, vel commune, vt poſt alios firmat
*Odd. de compend. par.*4. *q.*2. *art.*1. *in ver. remaneat,*
10 & quod verbũ † recadat ſit commune, firmat *Simon.
de Prat. de interpr. vltim. volunt. lib.*3. *interpr.*2.
*dub.*1. *fol.*4. *ſub num.*2. *verſ. addo quod de verb. re-
cadat fol.*230. *& firmauit Rota in dicta Romana
ſucceſſionis coram* Pamphilio.

11 Sed & inſpecta etiam † ſignificatione verbi reuer-
tatur, conſtat illud eſſe commune cum in iure, & in
ſenſu aliquo, & in ſenſu directo Iuriſconſulti, & Im-
perator illo vſi ſint, vt latè per *Tiraq. in l. ſi vn-
quam in verb. reuertatur nu.*6. *& ſeqq. Odd. d. q.*2.
*art.*1. *in verb. remaneat, Simon. de Prat. d. ſolut.*4.
*ſub num.*2. Rebuff. *in l.*94. *in verb. reuerti. Trenta-
cinq. de ſubſtit. par.*4. *cap.* 4. *num.* 19. 21. *& ſeqq.
& tenuit* Rota *in d.* Romana *ſucceſſionis, & in Ro-
mana Vigintimillium coram Gard Lancellotto ſe-
niore, & in recent. deciſ.*1. *num.*3. *par.*2. *& in Lan-
dien. fideicommiſſi* 1. *Decembris* 1608. *coram Caua-
lerio in recent. deciſ.*31. *num.*2. *par.*2. à qua oppoſi-
tione non viſum fuit eſſe receden. ex eo quod aliqui
12 DD. † contrarium ſenſerint exiſtiman. minus ta-
men verè contrariam opinionem veriorem.

Et hoc caſu viſa fuit tolli omnis difficultas ex illo
13 verbo de facto adiuncto verbo recadat, † cuius adiun-
cti ratione verba aliqua communia efficiuntur dire-

cta

cta ex intentione testatoris, Rota d. decis. 1. num. 3. vers. tamen verbum par. 2. & in terminis verbi de facto latè post alios Simon. de Præt. d. lib. 3. interpr. 2. dubit. 1. fol. 2. sub nu. 5. & 6. fol. 228. Cephal. consil. 88. num. 31.

Ex quibus DD. censuerunt non esse caducatam substitutionem vtraque parte informante.

Habetur decisio ista in hac causa facta infra in Appendice, & de anno 1620. die 6. Nouembris pariter infra in eadem causa adest elegans decisio corã eodem bo. mem. Reuerendiss. Dunozetto, vbi ista latè confirmatur.

R. P. D. REMBOLDO.

Romana Hæreditatis de Gracchis.

Mercur. 11. Decembris 1619.

ARGVMENTVM.

Hæres si probauerit possessionem defuncti immittẽdus est in possessionem, aliàs nullatenus. Census licèt non substineatur si sit impositus super fideicommisso, tamen saluari potest super melioramentis, sed ista exceptio tanquam requirens altiorem indaginẽ non admittitur in iudicio executiuo.

SVMMARIVM.

1 *Hæredi vt concedatur immissio vigore l. fin. C. de edict. D. Adr. sufficit, vt doceat de possessione defuncti.*

2 *Census non potest imponi super re fideicommisso supposita.*

3 *in Iudicijs executiuis non admittuntur ea, quæ requirunt altiorem indaginem.*

4 *Census impositus super fideicommisso substinetur in melioramentis.*

5 *Defuncti possessio si non probetur, non datur immissio hæredi super re petita.*

DECISIO CLVIII.

RESOLVTVM fuit quoad censum scutorum 400. in sorte principali à Manilio Gracco super domo, seu potius melioramentis in dicta domo ab eo factis impositum dandam esse immissionem RR. Patribus S. Augustini, quo verò ad censum scut. 600. imposit. à Rutilio, Tarquinia, & Hermete super Granarijs non esse dandam, quia quoad dictum censum scut. 400. constat de possessione Rutilij, qua sola 1 † ad effectum obtinendi immissionem vigore *l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.* sufficit *Bald. cons. 352. num. 4. lib. 1. Gabr. cons. 44. nu. 30. lib. 2. Peregr. de fideicom. art. 44. num. 3. Rota decis. 131. num. 1. par. 1. in rec.*

Nec obstat, quod dicitur domum super qua fuit 2 dictus † census impositus esse subiectam fideicommisso, quia vltra quod ista exceptio tãquam altiorem 3 indaginem † requirens in hoc iudicio non admittitur *l. fin. C. quorum bonorum, Dec. cons. 424. nu. 18. & seqq.* cum alijs adductis *in Romana de Naris 11. Decembris 1595. & 4. Martij 1596. coram bon. me. Penia*, sufficit, quod possit dictus census substineri 4 † super melioramentis, de quibus constat etiam ex propria confessione Alexij in instrumento concordiæ inter eum, & Rutilium initæ, vt interim non retardetur dicta immissio.

Quo verò ad censum scutorum 600. non constat, nec de dicti Rutilij possessione, nec de illius dominio, aut illud saltem redditur ex deductis pro altera 5 parte turbidum, † ideoq. cessat immissio, cum ad hũc effectum probari debeat defuncti possessio, *Ruin. cons. 54. ante num. 7. lib. 4. Natt. cons. 400. num. 3.* cum alijs adductis *in Perusina bonorum 10. Maii 1610. coram Reuerendiss. Attrebaten.*

R. P. D. VBALDO.

Sancti Seuerini Dotis.

Lunæ 16. Decembris 1619.

ARGVMENTVM.

Vxor, si instituta sit hæres vsufructuaria à marito, non dicitur etiam instituta hæres in proprietate, licet nõ dato alio hærede, nisi in casu mortis, sed habetur loco legatariæ ratione vsusfructus, tanquam instituta in re certa. Vxor potest retinere bona hæreditaria mariti, donec fuerit satisfacta de sua dote, & vt dicta bona dicantur subrogata loco dotis, quid requiratur. Dos, si sit soluta in pecunia, in eadem pariter debet restitui.

SVMMARIVM.

1 *Hæres in vsufructu, institutus, censetur etiam institutus in proprietate, quando alius hæres non est nominatus, & si ei sit aliquis substitutus, eidem veniente conditione tenetur hæreditatem restituere.*

2 *Vxor si sit instituta hæres à marito, potest sibi retinere dotem, eueniente casu restitutionis hæreditatis.*

3 *Hæres si sit institutus in vsufructu, quando censeatur tantum legatarius, etiam nondato alio cohærede in proprietate.*

4 *Vxor si assignauerit plures census marito in dotem dato quod fuerint extracti, restitutio dotis ei non est deneganda in pecunia.*

5 *Vxor potest sibi retinere bona hæreditaria in pignus, donec fuerit satisfacta de sua dote.*

6 *Nec dicta bona possunt dici subrogata in locum bonorum dotalium, nisi adsit consensus mulieris, & vtilitas.*

7 *Vidua, administrando bona hæreditaria mariti præsumitur sibi satisfecisse de sua dote.*

8 *In hoc Rota retinet opinionem negatiuam, sed*

9 *Administrator, vt præsumatur sibi satisfecisse de suo credito, quid requiratur.*

10 *Actionum confusio cessat, quando hæres legaliter iuxta consuetudinem loci, confecerit inuentarium bonorum hæreditariorum.*

11 *Bona dotalia, quando per maritum sunt distracta, qualiter sit facienda restitutio.*

12 *Bona empta ex pecunijs dotalibus, non dicuntur dotalia.*

13 *Pecunia manualiter si sit data in dotem, sine dubio restitutio est facienda in pecunia.*

14 *Electio est legatarij in rebus alternatiuè relictis.*

15 *Pecunia dicitur etiam de bonis testatoris.*

DECISIO CLIX.

DOMINI recesserunt ab vltimo loco decisis sub die 28. Nouembris anni præteriti, * Nam primum decisionis fundamentũ ex mente nonnullorum

lorum ex Dominis ibi firmatum, quod Sulpitia quã-
uis hæres vsufructuaria nuncupata à Testatore, fue-
rit tamen esse hæres etiam in proprietate nullo sibi
dato cohærede vniuersali nisi post eius mortem, vel
1 transitum ad secundas nuptias, † quibus casibus cẽ-
setur grauata restituere per fideicommissum San-
ctuccio substituto ex late *tradit. per Aldobrand. cons.*
13. num. 1. Peregr. de fideicom art. 5. numer. 21. cum
alijs de quibus in decisione, & proinde cum ipsa hæ-
reditatem adiuerit, ipsa teneatur ad dotium restitu-
2 tionẽ non autem † Sanctuccius substitutus, Et quia
ipsamet est creditrix dotium possit eas restituere,
iuxt. l. creditori vbi Doct. C. de pact. & præsumatur
retinuisse nisi probet vel Iura dotalia omnia non re-
perijsse in hæreditate, vel fuisse sibi ablata in restitu-
tione fideicommissi vigore mandati executiui, vt
latius in decisione. Hoc inquam fundamentum pa-
tiebatur difficultatem, quia immo instituta Vxore
hærede vsufructuaria, quod non debeat censeri insti-
tuta etiam in proprietate etiam non dato alio hære-
3 de nisi in casu mortis, sed † habeatur loco legatariæ
ratione vsusfructus tanquam instituta in re certa,
sentunt grauissimi Doct. quos recenset, & sequitur
Paris. cons. 97. numer. 3. & seqq. lib. 2. Bero, cons. 58.
num. 6. lib. 2. Mantic. de coniect. lib. 4. tit. 5. art. 7. n. 1.
& 2. & alij plures congesti in vna Romana Apothecæ
profumariæ 20. Martij 1615. coram me, vbi aliæ de-
cisiones referuntur, & sign inter in causa hæredita-
tis de Vanninis 17. Februarij 1606. coram Reueren-
diss. Lugdunen. & dicitur verior opinio, & saltem
humanior, & cõgruentior menti testatoris, & secu-
ta est etiam *Rota in vna Bononien de Monterentijs*
20. Martij 1605. & 23. Ianuarij 1617. coram
R. P. D. Dunozetto, & salt m articulus est con-
trouersus, vt agnouit Rota in dicta Romana hære-
ditatis de Vanninis, in Anconitana legati 2. Iunij
1614. coram R. P. D. meo Caualerio, & in dicta
Romana Apothecæ profumariæ coram me.

Alterum verò decisionis fundamentum quod Sul-
pitia non probet se non reperijsse in hæreditate ma-
riti omnia bona dotalia, nec videtur subsistere, quia
hodie docetur de extinctione censuum per Virum,
& Socerum viuentes facta; pro dote enim seu ad cõ-
putum dotis fuerunt assignati census decem, & no-
uem, ex quibus fuerunt extincti quindecim, alij ve-
rò duo distracti post mortem mariti, etiam cum
consensu Sanctuccij pro soluendo ære alieno hære-
ditario, vt in Instrumentis datis in Summario Sul-
pitiæ num. 1. 2. & 4. Vnde quoad istos census dici
non potest eos retinuisse pro sua dote cum amplius
4 non extarent, & consequenter non videtur † dene-
ganda Sulpitiæ restitutio suæ dotis in pecunia pro ra-
ta censuum distractorum *l. si ex lapidicinis, ff. de Iur.*
dot. Bart. cons. 124. num. 1. & 3. lib. 1. vbi reddit pul-
cras rationes Castr. cons. 362. lib. 1. Alex. cons. 124.
num. 10. & seqq. lib. 4. & cons. 4. num. 9. lib. 2. Rom.
sing. 228. Negus. de Pignor. 4 membr. 2. p. princ. num.
59. Gabr. cons. 37. num. 3. lib. 1. Surd. cons. 330. n. 8.
& seqq. lib. 3. & admittitur in decisione de qua agi-
tur in fine.

Non obstat, quod Sulpitia retinuerit alios census
hæreditarios subrogatos in locum alienatorũ; Tum
quia hoc per Sulpitiam negatur, & ex aduerso non
probatur, Tum quia decretum A. C. non dat Sul-
pitiæ facultatem retinendi census hæreditarios, sed
dotales, & Sanctuccius poterit super illis vti hære-
5 ditarijs facere executionem, si eam non fecit; † & in
omnem euentum si eos Sulpitia retinuit, potuit reti-
nere Iure pignoris, & hypothecæ, & vigore obli-
gationis Cameralis ad eius fauorem factæ donec sibi
de dote satisfiat, & vt cum sit, dicti censns non pos-
6 sunt dici subrogati in locum dotalium nisi † con-
currat ipsius mulieris consensus, & vtilitas *l. si mu-*
lier dotis cum maritus, ff. de pact. dot l. ita constante
cum l. sequente, ff. de Iur. dot. glos. in l. ex pecunia C.
eod. tit. Lald. Nouell. in tract. de dot. 7. p. princ. priuil.
1. col. 3. vers. si autem Honded. cons. 14. num. 56. &
cons. 41. num 27. lib. 1.

7 Nec refragatur, quod † Sulpitia præsumatur sibi
satisfecisse de administratione bonorum hæredita-
riorum, quia quicquid sit de illa quæstione, an præ-
sumptio satisfactionis ex administratione retardet
mulieri dotis restitutionem, in qua Rota videtur
8 † sequi opinionem negatiuam *vt in decis. 1055. &*
decis. 1759. par. 3. diuers. & apud Seraph. decis. 1455
nu. 1. vbi de communi certum est dictam præsump-
tionem non intrare ad effectum prædictum, nisi con-
9 stet ad manus mulieris † peruenisse tot pecunias, ex
quibus poterit satisfieri de sua dote, vt *in dicta de-*
cisione 1455. num. 4. & 5. & in vna Romana Saluia-
ni 19. Nouembris 1599. coram Illustriss Lancellot-
to, quæ est decis. in Romana Tutelæ de Boncompagnis
18. Maij 1616. coram me.

Non obstant quæ dicebantur contra Inuentarium
à Sulpitia confectum; quia hodie apparet ipsam
confecisse Inuentarium cum solemnitatibus inductis
à Statuto Sancti Seuerini, quod Statutum est à Sede
Apostolica simpliciter confirmatum, & esse in viri-
di obseruantia testabantur nonnulli ex Dominis, &
10 † sic stante legalitate Inuentarij cessat confusio a-
ctionum considerata in decisione *l. fin. §. in compu-*
tione C. de Iur. deliber. Phanucc. de Inuentar. par. 5.
num. 13. Surd. decis. 322. num. 5. & 6. ex quibus Do-
mini concludebant, quoad census dotales alienatos
11 vel extinctos † pro solutione æris alieni succedere
obligationem hæredis in pecunia *l. si ex lapidicinis,*
de Iur. dot. Bart. d. cons. 124. num. 2. cum alijs supra
alleg. & etiam fuit firmatum in prima decisione.

Non obstant illa verba testamenti ponderata in
secunda decisione, *Quali censi per mio difetto potria-*
no andare à male &c. quia vt apparet ex lectura ibi,
loquitur Testator de duobus tantum censibus quo-
rum vnus erat datus in dotem, & pro eius recupe-
ratione Informantes pro Sulpitia offerunt se factu-
ros diligentiam, alter verò dicitur emptus ex pecu-
12 nijs dotalibus, † ex quò non sequitur cum esse ef-
fectum dotalem *l. ex pecunia cum ibi not. C. de*
Iur. dot.

Quo verò ad pecunias actualiter in dotem datas
non erat difficultas quin in pecunia esset facienda
13 † restitutio, similiter animalia in dotem data sup-
posita illorum alienatione intrat eadem ratio supra
adducta in censibus alienatis.

Quo verò ad mobilia data in dotem idem videba-
tur dicendum, cum fuerint Sulpitiæ legata, & in
14 † legatis electio est legatarij *vt in similibus termi-*
nis fuit dictum in vna Bononien. de Amerinis coram
Reuerendiss. Lugdunen. quæ est decis. 203. numer. 3.
par. 1. in recent. præsertim cum legatum ita sit con-
ceptum; *Et della valuta delli beni mobili, pigliati*
da lei in dote se ne debbia rinfrancare negli altri
15 *miei beni*, & vtique † etiam pecunia dicitur de bo-
nis

nis testatoris *l.1. vbi Doct. C. de vsufr. Aymon. cons. 187. nu. 6. vers. sed pro primo dicto Rota d. decis. 203. num. 6. in fin.*

Quo verò ad stabilia non alienata, Sulpitiam, dicunt pro ea Informantes fore contentam, illa insolutum accipere pro concurrenti quantitate dotis suæ, & pro eodemmet pretio, pro quo in dotem data fuerunt.

Ex quibus Domini resoluerunt recedendum esse ab vltimo loco decisis &c.

Decisio ista in hac eadem causa facta sub die 28. Nouembris 1619. à qua Rota recessit, est supra in hoc Tomo 56. vbi annotaui reliquas decisiones in hac causa factas, sicuti etiam ad decisionem 23. quæ pariter est in eadem causa.

R. P. D. VBALDO.

Romana Societatis officij.

Lunæ 16. Decembris 1619.

ARGVMENTVM.

Contractus Societatis Officij si fuerit initus pro 15. mensibus, dubitatur an facta solutione fructuum anticipatè pro toto isto tempore, contractus sapiat prauitatis vsurariæ, & resolutio est negatiua, quia hic non sumus in mutuo, in quo solùm cadit vsura. Et insuper nam sicuti in hoc contractu Societatis licita est anticipata solutio fructuum per sex menses ante, ita non videtur prohibitum, si solutio fiat pro maiori tempore, cum vsura non consistat in maiori, vel minori, verum tamen est, si dicti fructus pertingerent quartam partem sortis, contractus esset iniustus, aliaque vt in summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Contractus est mere exequutiuus, quando est iuratus, ac obligatione Camerali vallatus.*
2 *Instrumenta Societatum officiorum sunt executioni demandanda, vt cauetur in Constitutione Pij IV.*
Itaque multò magis procedit, si adsit iuramentum & obligatio Cameralis.
3 *Instrumentum societatum officiorum si sint vallata iuramento, ac obligatione Camerali sunt executioni demandanda, quamuis adsit aliqua suspicio vsurarum, dummodo non sit patens.*
4 *Vsura non cadit incontractu mutui vero, vel palliato.*
6 *Contractus societatis officij, vel est contrastus verus, vel innominatus, nu. 6.*
7 *in Contractibus, in nominatis, vel correspectiuis, non cadit vsura.*
8 *Contractus societatis officii non est mutuum, cum mutuum in omnem euentum repeti potest.*
9 *in Contractu societatis officij, pecunia amittitur à soluente, si moriatur intra tempus societati præscriptum.*
10 *Solutio fructuum vltra sex menses facta anticipate in contractu societatis officij, non facit, vt contractus sit vsurarius.*
11 *Fructuum solutio anticipatè facta non absolutè nõ est probibita,*
Maximeq; quando aliquid vtilitatis & commodi remanet penes soluentem.
12 *in Societate officij non est probibita anticipata fructuum solutio saltem per sex menses.*
13 *ex Consuetudine id quod est, extendi non debet.*
14 *Consuetudo contractum vsurarium non potest validare.*
15 *in Contractu societatis officij si licita est anticipata solutio fructum per sex menses, ita & erit licita si fiat pro maiori tempore, declara verò, vt num. 31. & 32.*
16 *Vsura non consistit in maiori, vel minori tempore.*
17 *in Societate officij est implicitè contractus locationis, & conductionis.*
18 *in Societate officij, Officialis facit participem eum, qui dat pecunias pro rata parte fructuum officij.*
19 *Sed quia illi fructus sunt incerti, ipse officialis conducit ad ratam partem 12. vel minoris summæ pro centenario ad euitandum laborem computorum.*
20 *in Societate officij, Officialis, & fideiussor tenentur ex locato.*
21 *in Conductione non est illicita, vel vsuraria anticipata solutio pensionum,*
22 *Locationis pensio, quod soluatur anticipatè est vsu receptum in Vrbe, & alijs locis.*
23 *Solutionis fructuum anticipatæ pactum est loco pretij assecurationis non disdicendi societatem officii intra tempus conuentum.*
24 *Assecurationis contractus, reducitur ad emptionis & venditionis contractum.*
25 *in Contractu emptionis, & venditionis pretium statim soluitur.*
26 *Iustitia contractus non est metienda ab euentu. amplia num. 27.*
28 *Contractus si sint facti eodem tempore coram eodẽ Notario, & testibus, data compatibilitate eorum dicitur inducta correspectiuitas.*
29 *Dictio, vlterius, est implicatiua præcedentium.*
30 *Pecuniæ solutio, quod fuerit facta in contanti, quando dubitari non possit.*
31 *Fructuum solutio anticipata per plures annos si admitteretur in societate officij, quale absurdum sequeretur.*
32 *Declara tamen id esse licitum, dum quartam partem sortis non pertingunt, nam si pertingeret, contractus esset iniustus.*
33 *Text. in l. eos §. 1. & ibi Castr. nu. 4. C. de vsur. quo casu loquantur.*
34 *Fructuum anticipata solutio, tunc est probibita, quando penes soluentem nullum remanet commodum, & ideo secus, si illud considerari possit.*
35 *Fructuum anticipata solutio in societate officij, non est vsura.*
36 *Fructuum anticipata solutio in censu est probibita.*
37 *in Censu, si fiat pactum anticipatæ solutionis fructuum, non reddit contractum ipsum illicitum, vel vsurariũ, sed potius ipsum pactum annullatur.*

DECISIO CLX.

FVIT contracta societas scut. 4000. auri stamparum duratura per 16. menses, quæ D. Laurerus Persicus habuit manualiter, & incontanti cũ promissione soluendi fructus ad rationem 12. pro centenario, & anno, & pro toto tempore dictorum

rum 16. mensium vnica solutione anticipatè, prout
D. Scipio Muraborius alter socius eodem contextu
habuit, & repcepit à Persico manualiter & incon-
tanti scut. 640. pro dd. fructibus 16. mensium, &
cum alijs pactis, & conditionibus, de quibus in
Instrumento, sed elapso tempore societatis, & re-
laxato mandato ab A. C. pro sorte, & fructibus po-
stea decursis, & non solutis causa, fuit introducta
in Rota in gradu appellationis, & disputato dubio
Domini dixerunt mandatum esse iustum, & confir-
mandum, & quantum ad confirmationem ad effe-
ctum exequutionis nulla, vel modica cadere pote-
1 rat difficultas † cum simus in contractu iurato, &
obligatione Camerali vallato, & ideo merè exequē-
dum *Castr.cons.260.num.4.lib.1.Cassad.decis.vnic.*
num.3.de mut.pet.Thes.decis.26.num.11.& dec.253
num.4.& fuit dictum in Romana exequutionis Con-
tractus 24.Maij 1594. coram Litta, & in Romana
exequutionis laudi 26. Iunij 1613. coram me in
Romana pecuniaria 11. Decembris eiusdem anni co-
ram R. P. D. meo Manzanedo, & alias sæpè, & in
2 specie quod instrumenta societatum † officiorum
sint exequutioni demandanda cauetur in Constitu-
tione fel. record. Pij IV. in fine in ordine 160. &
tanto magis accedente iuramento, & dicta Camerali
obligatione, quæ efficiunt, vt non retardetur exe-
3 quutio etiamsi adsit aliqua suspicio† vsurarum dum-
modo vsura non sit vndiquè patens, vt tergiuersari
non possit *cap.debitores vbi DD.de iur.iur. Put.decis.*
67.in fin.lib.3.Surd.cons.327.num.14.& seqq. lib.3.
& fuit resolutum in Romana vsurariæ prauitatis
4.Iulij 1597.coram bon.mem. Peregrino, & sequu-
ta est Rota in dicta Romana exequutionis laudi 2.
Decembris 1613.coram me, quæ est decis.490.par.2.
in rec.vbi de hoc plenè.

Sed vt dicebam DD. existimabant mandatum
etiam fuisse iustum, nec in contractu societatis de
quo agitur cadere vsuram non obstante pacto de sol-
uendo anticipatè fructibus pro toto tempore 16.mē-
sium quo durabat societas cum subsequuta solutione
4 † quia in primis vsura non cadit nisi in contractu
mutui verò, vel palliato vt patet ex definitione vsu-
ræ posita per *Abb.post Innoc.in rubr.de vsur. & ibi*
Bero, num.33. de communi, & latius sub num.37.
vers.sed præmissis tradit. Dec.in l.2.§.Crederem in
quarto not.in fin.ff.si cert.pet Abb.*cons.62.in fin.p.1*
& cons.39.num.2,vers.secundo principaliter, par.2.
Aym.cons.145.num.6.& 17.cum alijs per Surd.cons.
306.num.8.lib.3.Nauarr.in manual.cap.17.n.206.
& cons.32.num.1.de vsur.Rota apud Seraphin.decis.
599.num.3.quæ est decis.197.num.3.par.2.diuers.&
in dicta Romana exequutionis laudi dicta decis.490.
5 *num.3.par.2.rec.* sed iste vel † est verus contractus
societatis, prout ita communiter nuncupatur etiam
in Bullis Summorum Pontificum super ea editis,
6 vel est † contractus innominatus, *vt sentit Azor.*
instit. moral. par.3. lib.9. cap.12. & 14. & in istis
contractibus innominatis, & correspectiuis non ca-
7 dit vsura, † quia non est lucrum, quod sorti accedat,
sed debita quædam compensatio iurium facta *Card.*
Mant.de tacit.lib.8.tit 18.num.29.Bald.in l.1.n.33.
C.de summ.Trinit. & fuit dictum in dicta Romana
exequutionis laudi 2.Decembris 1613.coram me, &
8 certè † non est mutuum cum mutuum, in omnem
euentum repeti possit *l.2.in princ.vbi* DD.*ff si cert.*
9 *pet.* sed in hoc contractu pecunia amittitur † à sol-
uentæ si intra tempus Societati præscriptum mo-
riatur.

Non obstat, conuentio de soluendis fructibus an-
10 ticipatè, & eorum † solutio pro 16. mensibus, quia
non inde sequitur fuisse contractum vsurarium. Pri-
mo, quia solutio anticipata fructuum absolutè non
11 est prohibita † maximè quando aliquid vtilitatis, &
commodi remanet pœnes soluentem *vt probat tex.*
in l.qui in futurum, & ibi Angel. Alber. Ias. Iacobin.
de S.Geir. & alij, ff. de pact. & in l.qui Romæ in prin-
cip. vbi gloss. in verb. creditori, & in verb. obtulerit,
vers.quid ergo Bart sub num.3. Alex. num.6. vbi de
communi Ias. num.18. & sub num.21. & seqq. &
sensit Rota in Bononien. Census 24. Aprilis 1600. &
in eadem causa 26. Iunij eiusdem anni coram bonæ
mem. Card. Pamphilio, quæ decisiones loquuntur
in contractu Census, & sic in fortioribus terminis,
& sequuta est etiam *Rota in Romana retractus, seu*
prælationis 2. Aprilis 1618. caram R.P.D. meo Du-
nozetto, In hoc verò contractu societatis officij talē
12 anticipatam † fructuum solutionem saltem pro sex
mensibus nemo dubitat esse permissam.

Nec dicitur id esse ex consuetudine, quæ non
13 debet † extendi ex allegatis, quia non admitteba-
tur hoc esse in Constitutione tantum inductum, quæ
14 non posset contractum aliàs † vsurarium validare,
c.quia in omnibus & ibi glos. in verb. multi de vsur.
cap.inter dilectos de execut.prælat. fuit dictum in
vna Romana societatis 2. Iunij 1570. coram Card.
Lancellotto Seniori, *quæ est decis. 193. num.1. p.1.*
diuers.cum alijs alleg.per Moder.de commer.quæst.1.
nu.306. & ad omne peius esset contractus iniustus,
& non vsurarius, *vt per Nauar.cons.29.vers.est etiā*
in vim de vsur licet in casu nostro neque etiam ad-
sit iniustitia, vt infra patebit, & quicquid sit de hoc
satis est, quod sicut licita est anticipata solutio pro
sex mensibus iure non repugnantur, vt supra dictum
15 † est, ita nec vsuraria dicenda est si fiat pro maiori
tempore, præsertim concurrentibus, quæ proximè
dicentur, cum vsura non consistat in maiori, vel mi-
16 nori † tempore, sed solum si vno casu esset maior
alio vero esset minor vsura, vt bene considerant *R R.
P P. Pœnitentiarij Basilicæ S. Petri, in voto suo in
casu simili sibi figurato, quod & placuit Dominis.
17 Secundo, quia in isto contractu † societatis officij
adest implicitus contractus locationis, & condu-
ctionis, Officialis enim facit participem eum, qui
18 † dat pecunias pro rata parte fructuum officij, sed
quia illi fructus sunt incerti, ipse Officialis condu-
cit ad ratam partem, ad rationem 12. vel minoris
19 summæ† pro centenario ad euitan. laborem compu-
torum *vt dixit Rota in vna Romana societatis 29.*
Ianuarij 1601. coram Illustriss. D. Card. Millino,
& ita declarat Boccacc. de societ offic. par.1. nu.18.
108.204. & 206. vbi dicit pro fructibus Officialis,
20 † & fideiussor teneri ex cōducto, *l.2. ff. locat.* cum si-
mul, & ibidem traditur formula Instrumenti socie-
tatis cum dicta conductione ratæ fructuum, prout
etiam ponitur per *Azor. dicta par.3. lib.9. cap.8.* In
conductione autem certum est non esse illicitam,
21 † vel vsurariam anticipatam solutionem pensionum
iuxt.not.in l.ædes C.locat. Bald.cons.316.ad euiden-
tiam, num.2.lib.3.Gambar.fac.de legat. lib.6. quæst.
22 *26.nu.601.& seqq.* & † est vsu receptum in Vrbe,
& alijs locis.

Tertio, quia tale pactum anticipatæ solutionis est
loco

23 loco † pretij aſſecurationis non diſdicendi ſocietatem intra tempus conuentum, vt tradit *Nauarr. d. conſ.29.verſ.eſt etiam in vſu de vſur.* & aſſecuratio
24 reducitur ad † contractum emptionis, & venditionis, vt per *Leſs.de iuſt.& iur. lib.2.cap.28.dub.4.* in
25 quo pretium † ſtatim ſoluitur, vt benè deducitur in d.voto RR.PP.Pœnitentiariæ.

Excluſa autem vſura facilius dictum pactum purgatur ab iniuſtitia, & correſpectiuitate, tum aſſecurationis non diſdicendi ſocietatem intra 16. menſes, & non transferendi in alium vitæ periculum, tum maximè ex donatione ſortis ad fauorem hæredum Perſici, ſi ipſe decederet intra dictum tempus, adeo ut Scipio duorum vitæ periculum ſubierit videlicet pecuniæ, & ipſius Perſici.

Et licet caſus non euenerit duplicis iſtius pericu-
26 li, cum nec Perſicus, nec Scipio obierint, † tamen non eſt metienda iuſtitia contractus ab euentu, *l.ſi idem cum eodem §.fin. cum ibi not.per Bald.& Caſtr.ff.de iuriſd.omn.iudic.Bart.in l.idem ſtipulatum §.ſacram num.7.ff. de verb.ſignif. cum aliis alleg. per Mant.lib 6.tit.14.num.19.*

Quæ tantò magis procedere videbantur, quia ſo-
37 cietas fuit contracta ſuper officio reali, & † ſpectare ad ipſum officialem, & recipientem pecunias, & cū ipſo officij Domino, & quidem peritiſſimo, & maximè in eiuſmodi negocijs verſato.

Non obſtat quæ dicuntur contra dictam donationem factam filijs Perſici, quaſi ea ſit extrinſeca à cōtractu ſocietatis, & ideo non ſit eius habenda ratio ad iuſtificandum contractum, quia cum eodem tem-
28 pore † coram eodem Notario, & teſtibus in eodem Inſtrumento ſit facta donatio, & compatiatur ſe cū ſocietate, correſpectiua cenſenda eſt, iuxta latè tradita per *Menoch.præſumpt.12.nu.4.& ſeqq.lib.6.* præſertim attenta illa dictione, vlterius, de qua in
29 hac parte Inſtrumenti, † quæ eſt implicatiua præcedentium, *l.ſi vltra C.de fideiuſſ. Bart. in l. qui ita in fin.C.de dot.præleg.Dec.conſ.423.num.4.*

Non obſtat quod dicitur non fuiſſe ſoluta integra ſumma ſcut.4000 quia contrarium apparet ex lectura Inſtrumenti, in quo Notarius aſſerit Perſicum à
30 Scipione habuiſſe ſcuta 4000. manualiter, † & incontanti, prout benè conſideratur in *d.deciſ.Bonon. Cenſus coram* Card.Pamphilio.

Nec facit abſurdum ex aduerſo deductum, quod ſi
31 permittitur anticipata ſolutio per 16. menſes † eadem ratione pro pluribus annis videatur permittenda, & ſic euenire poſſit caſus, vt modicum ſortis remaneat penes accipientem pecunias ad ſocietatem, quia vltra quod non ſumus in tali caſu, qui eueniret Rota, tunc conſulta, quid iuris eſſet, reſponderet, dici poſſet permitti ſolutionem fructuum anticipatam,
32 qui † non pertingant ad quartam partem ſortis, nam ſi pertingerent videretur ſaltem iniuſtus, vt firmant RR.PP.Pœnitentiarij in voto de quo ſupra.

Tandem non obſtat *l. eos §.1. vbi Caſtr. num.4.*
33 *C.de vſur* quia † DD. placuit reſponſio, quod ille *Tex. & Caſtr.* loquuntur, vbi fraudolenter incontinenti aliquod reſtituitur, abſq. eo quod aliquod cōmodum remaneat penes reſtituentem, ſecus verò
34 quando penes ſoluentem † fructus, vel vſuras anticipatè, remanet magnum commodum, prout in caſu noſtro, ex ſupra deductis, prout in puncto reſponderunt *Rota in dicta Bonon.cenſus 24.Aprilis 1600. coram Cardinali Pamphilio*, in qua etiam reſpondetur ad *l. qui ſic, ff de ſolut.*

Vltra quod *Caſtr.* loquitur in vſura prohibita, qua-
35 lis † non eſt anticipata ſolutio fructuum in ſocietate officij ex prædictis, & ideo, nec applicatur etiam *Honded.conſ.35.num.32. lib.2.* cum alijs allegatis,
36 qui loquuntur in cenſu, † in quo anticipatè ſolutionem prohibentur per Bullam fel.rec. Pij Quinti, & nihilominus in cenſibus aliàs Rota cenſuit tale
37 pactum anticipatè † ſoluen.non reddere contractum illicitum, vel vſurarium, ſed potius in omnem euentum pactum ipſum annullari, *vt in dicta Bonon.cenſus 26.Iunij 1600.coram Card. Pamphilio, & in Romana Caſalis Bubalariæ 7.Nouembris 1575. coram tunc Decano*, & nuper *in Romana retractus, ſeu prælationis 2.Aprilis 1618. coram R.P.D. meo Dunozzetto.*

Et ita deciſum &c.

SVMMARIVM VOTI RR. PP. POENITENTIARIORVM S.D.N.PAPAE ad Baſilicam S.Petri.

In caſu ſimili præcedenti deciſioni, eis figurato, quod, & Reuerendiſſimis Dominis de Rota placuit, vt habes ſupra in deciſione ſub num.16. ideo hic illud retuli.

1 *in Societate officij, ſi ſolutio fructuum anticipata fuit vltra ſex menſes, an ſit vſura.*
2 *Vſura videtur, quando fructus anticipatè dantur ad diminuendam ſortem in ſocietate. & num.27.*
3 *Carius, qui vendit ob creditam pecuniam, vſuram committit, quia lucrum acciperet ex tempore. & num.28.*
4 *in Societate officij, qui plus accipit ante ob maius tempus conceſſum ad illam finiendam, vſurarius eſt. & num.29.*
5 *in Societate officij ex* Bullis *Pontificijs, & vſu cōmuni non poſſunt accipi anticipatè, niſi per ſex menſes.*
6 *Vſura interuenit in ſolo mutuo vero, vel palliato.*
7 *Vſura eſt lucrum ex mutuo.*
8 *Lucrum omne ex mutuo cum ſit vſura, ergo & omnis vſura erit lucrum ex mutuo.*
9 *Societas officij non eſt mutuum ſed contractus, & pro tali reputatur in omni iudicio ciuili, & Canonico.*
10 *in Mutuo vero ſors non ſtat in periculo conferentis.*
11 *in Societate officij dans pecuniam ſtat in periculo eam amittendi.*
12 *in Societate officij, ſi anticipata ſolutio fructuum ſit vltra ſex menſes, non ideo cadit vſura.*
13 *in Societate officij anticipata ſolutio fructuum licita ſaltem eſt ad ſex menſes.*
14 *Ergo, ſi fiat ad maius tempus, dummodo fructus non pertingant ad quartam partem ſortis, licita eſt ſolutio. & num.30.*
15 *Aſſecuratio reducitur ad contractum emptionis, & venditionis.*
Aſſecurans vendit obligationem, quam in ſe ſuſcepit pro pretio conuento. num.15.
16 *in Contractu emptionis, & venditionis pretium ſtatim accipitur, dum traditur res.*
17 *ad Societatem officij dans pecuniam, in ſe ſuſcepit* obli-

obligationem non dissoluendi societatem, nisi pro tali tempore, & quid ex hoc sequatur. & nu.18.

19 *Vsura etiam committitur in modico.*

20 *Contractus non potest dici iniustus, vbi non est inæqualitas pretij. & num.21. & 22.*

23 *Periculum vbi est duplicatum, ibi debet esse duplicata compensatio.*

24 *Actus non sunt ex euentu contingente commensurandi.*

Contractus non sunt æstimandi ex euentu nu.24.

25 *Mutuum 1000. Aureorum, vt singulis annis detur centum, cum pacto, vt hic an sit iustum.*

26 *Consuetudo illa accipiendi centum ab aliquo, cum pacto restituendi 200. si post duos annos visa Roma redierit in patriam, est licita.*

31 *Modus non dicitur excedi propter plus, vel minus.*

32 *Ius non stat in maiori, vel minori tempore.*

33 *Plus, vel minus non faciunt differre speciem, & nõ inducunt specificam differentiam.*

Votum in supra relata causa RR. PP. Pœnitentiariorum quotquot sunt apud Basilicam Sancti Petri.

TITIVS dat Seio 5000. aureorum ad societatem officij pro 16. mensibus, cum pacto quod eam non dissolueret intra illud tempus, nec mutabit periculum suæ vitæ, & præterea in casu quo Seius intra idem tempus moreretur, eius hæredes lucrentur sortem ipsis detractione inter viuos irreuocabiliter attributam, Seius autem solueret Titio omnes fru-
1 ctus d. temporis anticipatè. Quæritur † An intercedat in tali contractu vsura aliqua, aut iniustitia.
Videri posset vsura, primo, quia tot fructus vidẽ-
2 tur dati † ad diminuendam sortem collatam in societate. Secundo, quia videntur dati ob dilationem maiorem temporis in quo restituenda sors erit, vt
3 autem qui † carius venderet ob creditam pecuniam vsuram committeret, quia lucrum acciperet ex tempore, ita qui plus accipit ante in societate ob
4 maius † tempus concessum ad illam finiendam vsurarius erit. Tertio, vi societatis tantum potest accipere anticipate fructus sex mensium ex Bullis Pon-
5 tificijs, & vsu communi, † si ergo plus accipit, erit præter legem societatis, & propterea, vel vsura, vel iniustitia interuenerit.
Respondetur tamen, & primo dico non videri quod adfuerit labes vsuræ. Primo quia vsura inter-
6 uenit † in solo mutuo vero, & vel palliato. *Nauar. in manu.cap.17.num.206.& cons.31. de vsur.nu.24. & 32. num.* 1. qui colligitur ex *cap. in ciuitate de vsur. & in cap. 1. quæst.* 3. & patet ex definitione
7 vsuræ. Vsura enim † dicitur lucrum ex mutuo, & quia definitio conuertitur cum definito etiam logi-
8 co, ergo omne † lucrum ex mutuo erit vsura, & omnis vsura erit lucrum ex mutuo. At in prædicto con-
9 tractu non est mutuum, non † verum, tum quia est vera societas officij, & pro tali reputatur in omni Iudicio ciuili, & Canonico. Tum quia in mutuo ve-
10 rò sors non stat periculo † conferentis, nam si societas ficta est, vtique debent eius partes, & conditiones esse fictæ, & tamen hoc est falsum, cum Ti-
11 tius steterit periculo eam amittendi † si mortuus fuisset, non ergo adest mutuum, nec verum, nec palliatum primo, neque adest vsura.
Secundo, si adfuisset vsura, maximè ob solutionem anticipatam fructuum totius temporis, at ob
12 hoc † non est vsurarius contractus. Tum quia primo in societate officij iustè, & legitimè soluuntur
13 anticipatè fructus † pro tempore quo fit, & quia communiter fit ad sex menses, sæpè ad 12. ideo pro ijs temporibus licitè solui poterunt anticipatè fructus. Si ergo fiat ad maius tempus, vt 16. mensium
14 (modo non sit tantum, vt fructus, pertingant † ad quartam partem sortis, sic enim videtur saltem iniusta) eodem modo licitè solui poterunt ante euentum rei, quæ asseruatur, vt docet in terminis *Nauarr. d cons.31. de vsur.* Quinto, est etiam in vsu, &
15 patet, quia assecuratio reducitur ad cõtractum † emptionis, & venditionis, *ex Less. lib.2. de Iust. cap.28. dub.*4. qui assecurat vendit obligationem, quam in
16 se suscipit pro pretio conuento, at in † venditione pretium statim accipitur, ac traditur res quæ venditur, cum obligatio quam Titius in se suscepit, non dissoluendi societatem, etiam tunc poterit licitè su-
17 mere pretium † illius iustum, quod sunt fructus totius illius temporis. Tum quia tertio, vt se habet solutio anticipata tanti fructus ad societatem sex mensium, ita solutio anticipata maioris fructus ad maius
18 tempus, scilicet, 16. mensium, sed illa non est vsura, ergo nec ista, quod enim in illa fructus sint minores non vindicaret ab vsura, sed tantum efficeret, vt esset
19 minor vsura, & hæc maior, nam † in modico etiam committitur vsura 14.*q.*3.*c.*1. 2. & 3. *Castrat. cap.* 10. *num.* 22. vel ergo vtraque esset vsura, quod est falsum, vel nulla earum quod volumus.
Dico secundo, nec etiam videri contractum iniu-
20 stum. Primo quia vbi non † est inæqualitas pretij ad rem, non est iniustitia ex definitione, hic autem non est inæqualitas pretij, hoc est fructus percepti à Ti-
21 tio, respectu rei, hoc est obligationis † susceptæ in se, & venditæ Seio pro dicto pretio, quia vt si habent fructus 300. aureorum ad tempus societatis pro sex mensibus, ita se habent fructus 800. aureorum, quos Titius recepit ad tempus 16. mensium, pro quibus
22 se obligauit, † quod non dissoluit d. societatem, vt ergo illi fructus iusti sunt comparatione minoris temporis, ita isti iusti erunt comparatione maioris.
Secundo quia potius est inæqualitas ex parte Seij, qui dedit idem pretium pro duplici periculo
23 Titij, quod solet dari pro vnico, nam pro † vnico æstimatur æquale pretium 12. pro 100. ergo pro duplici debuisset esse pretium 24. pro 100. & tamen Titius fuit contentus in pretio 12. pro duplici periculo, non ergo fuit iniustitia ex parte Titij, sed potius ex parte Seij.
Tertio, non sunt res mensurandæ ex euentu con-
24 tingente, † sed æstimandum est periculum, quod subitur initio societatis cum pretio tunc recepto, at quilibet æstimabit spem lucrandi 4200. aureos emptam ex pretio 800. aureorum cum duplici periculo ex parte Titij. Quod si *Dec. cons.* 123. iudicat iustum esse mutuum 1000. aureorum, vt singulis an-
25 nis † dentur 100. & quod pereant illa mutuanti, si intra sex annos moreretur, cur non erit iusta societas, de qua agimus, in qua proportione minus accipitur cum maiori periculo *Nauarr. d. cons.31. de vsur.* iustam æstimat consuetudinem Bolgio accipiendi 100. ab aliquo, cum pacto restituendi 200. si
26 post duos annos visa Roma † redierit in patriam, quæ tamen maiori lucro exposita est, & minori periculo,

riculo, quam supradicta societas, ergo interuenit in iustitia incontractu dicto.

Ex his respondetur ad Argum. Ad primum nega-
27 tur esse datos † fructus ad diminuendam sortem, sed ad compensandam obligationem maiorem susceptam à Titio pro longiori tempore, & cum duplici vitæ periculo, vt diximus.
28 Ad secundum eodem modo non † ob dilationem maiorem temporis, sed ad maiorem obligationem in se susceptam, & maius periculum. Ad tertium
29 non est præter leges essentiales, sed † accidentales in societate enim tempus potest esse maius, & minus arbitrio sociorum modo aliàs ex aliqua circum-
30 stantia non oriatur iniustitia, vt diximus, † si fructus soluendi initio excederent, quartam partem sortis, & verò societas ad annum frequens esse solet cum solutione anticipata, parum autem differt hæc nostra, quatuor, scilicet, mensibus vltra annũ, quod non potest efficere societatem vsurariam, vel iniu-
31 stam ex licita, & iusta, illud enim quod habet † in se potentia plus, vel minus non dicitur excedere modum, *l. oleo C. de vsur. vbi Bald. Salyc. in l. ea pactione C. eod. Castrac. cap. 10. num. 12.*
32 Quod corroboratur † ex eo, quod ius non stat in
33 maiori, vel minori tempore, cum regulariter † plus, & minus non faciant differre speciem, atque adeò non inducant specificam differentiam, *l. final ff. de fund. instru. & instrum. leg.*

Ideo saluo, &c.

Vincentius Filiuccius Societ. Iesu.

Ego *Benedictus Iustinianus Soc. Iesu minor. Pœnit. ad S. Petrum rectè idem sentio.*

Ego *Antonius Pacoc Pœnit. ad S. Petrum iudico contractum nec vsurarium, nec iniustum esse.*

Idem *sentio Michael Aeferdus Soc. Iesu Pœnit. apud S. Petrum.*

Ego *Venantius Venantius Pœnit. ad S. Petrum idem affirmo &c.*

Ego *Gregorius Poggius Soc. Iesu Pœnit. D. Papæ ad S. Petrum idem sentio.*

Ego *Ioannes Pensinus Pœnit. Soc. Iesu S. D. N. idem sentio &c.*

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Algaren. Dismembrationis.

Lunæ 16. Decembris 1619.

ARGVMENTVM.

Sententia lata in spolio, quando sit confirmanda. Executor non seruans formam sibi præscriptam, dicitur minus legitimè procedere, & spoliare, & an dicta forma possit adimpleri per æquipollens. Narratiua gratiæ, licet sufficiat eam iustificare de facto, tamen quando hoc non procedat.

SVMMARIVM.

1 *Dismembrari non potest, quod non est.*
2 *Rector modernus, licet non possederit, si agat tamen nomine Ecclesiæ, obtinebit in iudicio possessorio, cum sufficiat, quod eius antecessores possederint.*
3 *Extremum secundum in spolio probatur ex litis sustentatione.*
4 *Executor minus legitimè procedens dicitur spoliare.*
5 *Executor dicitur minus legitimè procedere, si non seruet formam sibi præscriptam.*
6 *Executor, si non seruet formam sibi præscriptam, processus est nullus.*
7 *Forma præscripta executori, an possit adimpleri per æquipollens.*
8 *Ablatiui absoluti important formam.*
9 *Inhærere rei melius est, quam actioni.*
10 *Vnionis non effectuatæ, reuocantur per regulas reuocatorias vnionum.*
11 *Confirmatio Apostolica super concordia rei Ecclesiasticæ, si non tenet, nec etiam substinetur concordia.*
12 *Obreptio, & subreptio, singula vitiant gratiam.*
13 *Factum, non dicitur id, quod legitimè non fuit actum.*
14 *Narratiua sufficit iustificari de facto.*
15 *Gratia annullatur si non fuerit narratum id, quod si Princeps sciuisset, vel gratiam non concessisset, vel saltem difficilius.*
16 *Narratiua, quando debeat iustificari de iure, & non de solo facto. Amplia num. 17.*
18 *Effectuata, vt aliqua res dicatur per plures annos, requiritur saltim tempus trium annorum.*
19 *Dictio, plures, de iure verificari debet in duobus.*
20 *Aduerbium importans dualitatem, in sermone latino non adest.*
22 *Gratia obtenta, non facta mentione eorum, qui sunt in lite, & iustum prætendunt interesse, non tenet, tamquam subreptitia. & num. 21.*
23 *De subreptione, & obreptione non potest dari, stante clausula, quod de eis dari non possit. contrarium vide num. 24.*
25 *Gratia, quando corruit, consequenter etiam corruunt omnes clausulæ in ea appositæ, tamquam accessoriæ.*

DECISIO CLXI.

TENVERVNT Domini sententiam Rotalem latam in spolio ad fauorem moderni Rectoris Parochialis de Nuoro esse confirmandam, quia de primo extremo constat ex dismembratione prætensa per Capitulum, quæ supponit anteriorem posses-
1 sionem, cum † dismembrari non possit, quod non est, *l. decem, cum ibi not. ff. de verb. oblig. l. Iulianus, & ibi* Bart. *ff. de diuort.* & fuit in istis terminis dictum *in causa Bononien. Dismembrationis 5. Iunij 1606. coram R.P.D. meo Pamphilio, & in hac eadem causa 29 Aprilis 1619. coram R. P. D. meo Remboldo*. Nec refragatur quod modernus Rector
2 non possederit, quia cum agat † nomine Ecclesiæ sufficit, quod eius antecessores possederint, *Innoc. in cap. cum super, num. 2. & 3. de caus. poss. & propr. cum alijs per Menoch. de recuper. remed. 1. num. 411. vers. rursus, Rota decis. 1. vbi adden. num. 4. de restit. spol. in nou. & decis. 390. num. 3 par. 1. diuers.*
3 Secundum autem extremum † non controuertitur, & satis probatur ex litis sustentatione, *Caputaq. decis. 369 par. 2. Cæs. de Graß. decis. 4. de restit. spol. Rot. in Romana Saluiani 31. Maij 1602. coram Iusto, & in Perusina spolij domus 1. Februarij 1608. coram Penia.* Non obstat quod Parochialis fuerit priuata possessione ab Executore literarum dismembratio-
4 nis, quia cum dictus † executor minus legitimè processerit, dicitur spoliasse, *cap. conquerente, cum* nis,

ibi not. de rest. spol. & fuit in similibus terminis decisum *in causa Cæsaraugustana Dismembrationis 25. Iunij 1607. coram me.*

Quod autem executor minus legitimè processerit, patet, quia executor non seruauit † formam litterarum dismembrationis assignando, iuxta illarum
5 formam tot proprietates Parochiæ, quæ redderent annuum redditum ducatorum centum, fuit enim assignata Rectori solum annua pensio scutorum centum percipienda de manu Capituli; qua forma non
6 seruata † processus executoris fuit nullus, *Cassad. decis. 1. num. 7. de rest. spol. Gabr. de claus. concl. 3. num. 56. cum plur. seq. & in dicta Cæsaraugustana Dismembrationis coram me;* Nec valuit apud
7 Dominos replicatio, quod fuit suppletũ † per æquipollens, quod regulariter sufficit, *iuxta l. fin. §. mandati, vbi Bart. ff. mand.* quia fuit responsum in primis hoc non habere locum, quando aliquid fuit datum pro forma, *Oldrad. consil. 304 num. 2. vers. circa hoc, Abb. cons. 1. num. 3. vers. Præterea vbicunque, lib. 2.* Et satis videbatur datum pro forma in hoc casu stantibus illis ablatiuis absolutis, ibi, *Facta prius diuisione, & assignatione, &c.* & ibi, *Demptis*
8 *tamen, & relictis, &c.* isti enim ablatiui † absoluti important formam, *iuxta not. in l. à testatore, vbi glos. in verb. conditio. ff. de cond. & dem.* Secundò, fuit responsum, neque etiam fuisse satisfactum per æquipollens, quia de iure magis intererat Ecclesiæ inhærere ipsis proprietatibus, quàm percipere de
9 manu Capituli annuam pensionem, cum † de iure melius existimetur inhærere rei, quàm actioni, *l. minus est 205. ff. de reg. iur.*

Secundò principaliter fuit dictum non suffragari prætensam vnionem, seu dismembrationem, quia illius effectus fuerat collatus in tempus mortis Re-
10 ctoris, qui obijt de anno 1598. Vnde talis † vnio tanquam non effectuata remansit reuocata per regulas reuocatorias Sixti Papæ V. & aliorum Pontificum, qui fuerunt post Gregorij Papæ XIII. qui fecit vnionem, & tẽpus mortis Rectoris de d. anno 1598.

Minus releuare visa fuit alia exceptio: nempè quod Capitulum concordauerit cum antecessore moderni Rectoris, quæ concordia fuit à Sede Apo-
11 stolica confirmata; quia certum est quod † si confirmatio Apostolica non tenuit, concordia super re Ecclesiastica nihil valuit, *iuxta not. in cap. veniens, & ibi glos. in verb. confirmatam, de transact. Abb. ibidem, num. 1. vers. item not. quod sine auctoritate superioris, &c.*

In proposito autem casu dictum fuit confirma-
12 tioni Apostolicæ obstare † defectum obreptionis, & subreptionis, quæ singula vitiant gratiam Apostolicam, *cap. super literis, cum ibi not. de resc. Gemin. cons. 11. num. 1. Zabar. consil. 40. sub num. 4. Oldrad. cons. 257. num. 27. Abb. consil. 70. num. 2. lib. 2.* obreptio fuit deducta, quia fuit narratum Papæ, quod dismembratio fuerit effectuata, quæ narratiua saltem de iure non substinetur, cum vt patet ex prædictis, effectuatio nullatenus fuerit legitimè fa-
13 cta; & dicebant Domini de iure non haberi † pro facto, quod legitimè non fuit factum, *ad l. 4. §. condemnatum, cum ibi not.* vbi præcipuè *Bart. in princ. & Rip. num. 3. ff. de re iudic. Surd. cons. 436. nu. 13. & 14.* Nec satisfecit Dominis responsio, quod re-
14 gulariter sufficiat † iustificare narratiuam de facto, quia hoc procedit, quando Papa non se fundat in illa narratiua, vt est quando quis narrat certum modum vacandi, & postea petit sibi conferri beneficium, siue illud vacet modo narrato, siue alio quouis modo; tunc enim apparet Papam non fundasse gratiam suam in modo vacandi narrato, cum conferat beneficium, seu alio quouis modo vacaret, ideo nil mirum, si tunc sufficit iustificare tantum de facto modo vacandi narratum, quia hoc solum fit ad effectum excusandi impetrantem à vitio obreptionis, non quia ex hoc Papa fuerit motus; at in proposito casu ista expressio effectuationis facilius mouit Papam, cum aliàs non concessisset, vel
15 saltem difficilius † concessisset, quod sufficit ad annullandam gratiam, *cap. super literis, vbi Felin. num. 8 de rescript. Cassad. decis. 12. num. 14. de præbend. Zabar. cons. 40 num. 4. Castr. cons. 369. num. 2. vers. & cum de prædictis, &c.* Ideo nil mi-
16 rum, si † talis narratiua debuit, & debet de iure, & non de solo facto iustificari, quod in specie resoluit *Rot. diuers. decis. 451. num. 5. par. 1.* & præcipuè
17 quando, vt in proposito casu agitur de † perpetuo præiudicio Ecclesiæ, *Rot. decis. 208. num. 2. par. 1. diuers.* Sed neque de facto visa fuit Dominis talis narratiua iustificata, quandoquidem non fuit simpliciter narrata Papæ effectuatio; sed quod talis effe-
18 ctuatio fuit per plures † annos, ad quem effectum requirebatur, quod saltem habuisset effectũ per triennium, *glos. in auth. de trien. & semiss. §. & quod sæpè, verb. filiorũ, Alex. in l. sæpè, n. 4. de re iud.* & licèt di-
19 ctio, † pluries, de iure verificetur tantum in duobus *l. vbi numerus, cum ibi not. ff. de test.* Attamen existimabant Domini, hoc non posse sibi locũ vendicare, quando dictio importans pluralitatem adiũgitur ipsis annis, quasi quod primo casu aduerbiũ pluries, ve-
20 rificetur in duobus, cum in sermone latino non habeamus aduerbium importans duitatem, quod secus euenit quando pluralitas apponitur ipsis annis; quia tunc adest dictio importans ipsosmet duos annos nẽpè bienniũ, prout hęc latius fuerunt ponderata in *decis. in hac causa factis coram* R.P.D. *meo Rẽboldo**.

☞ Quo verò ad subreptionem, de illa visum fuit cõ-
21 stare, quia in confirmatione non † fuit facta mentio de intrusione Capituli, prout est necessariũ, *Bald. in c. in litteris, n 6. de rest. spol. Abb. in c cum iam dudũ, n. 3. de præb.* Item quia non fuit facta mentio de pa-
22 rochianis, † qui erant in lite, & iustum prætẽdebant interesse, ex dictis *in causa Gerunden. Vnionis 20. Martij 1600. coram me*, & fuit deductum *in causa Virdunen. Abbatiæ 22. Iunij 1615. coram R. P. D. meo Buratto.*

23 Non obstat quod de subreptione † & obreptione d. confirmationis nõ possit dari, stante clausula, quod non possit dari de subreptione, vel obreptione, quia
24 fuit responsum hanc clausulam in gratia † concessa ad instantiam partis nõ operari, quotiescũq. docetur aliquid fuisse narratum Papæ aliter, ac se habeat, vel tacitum illud, quo narrato Papa difficilius cõcessisset,
25 per huiusmodi enim probationem corruit † gratia, & consequenter illius clausulæ tanquam accessoriæ, *Put. decis. 108. lib. 2. in correctis*, & fuit latius deductum *in decisione in hac causa facta coram* D. *meo Remboldo 4. Maij 1618.*

☞ * *Decisiones plures in hac causa factas coram bo. me. Remboldo retuli supra ad decisionem 20. quæ est in eadem causa.*

R. P. D. PIROVANO.

Romana Cambij.

Lunæ 16. Decembris 1619.

ARGVMENTVM.

Cambium, quod fuerit factum in persona vnius mercatoris, & non pro ratione bancaria, ex quibus probari possit. Proxenetæ dispositioni circa contractum ab eo gestum, licèt non adhibeatur fides propter eius interesse, tamen id cessat, stante in contrarium stylo mercatorum loci contractus, & quo casu id procedat, & quando Proxenetæ regulariter adhibeatur fides. Necnon aliqua habes circa causam solutionis.

SVMMARIVM.

1 *Proxenetæ non adhibetur fides in negotio ab eo gesto propter eius interesse.*
2 *Proxenetæ adhibetur fides, quando stylus mercatorum loci contractus recipit talem fidem.*
3 *Statutum sicut potest statuere, vt proxenetæ adhibeatur fides, ita & potest id determinare consuetudo, vel stylus.*
4 *Proxenetæ tunc multo magis est deferendum, stante consuetudine, vbi aliter haberi non possunt probationes de veritate contractus.*
5 *Maximè in defectu aliorum testium.*
6 *Stylus Mercatorum, quod debeat dari fides dispositioni proxenetæ, intelligitur respectu qualitatis, vel circumstantiæ cõtractus nõ autem substantiæ.*
7 *Proxeneta non habet interesse, dum deponit de qualitate contractus, & cessat eius interesse.*
8 *Proxenetæ interesse commodi, vel incommodi intrat, vbi agitur de substantia contractus probãda.*
9 *Testes generaliter loquentes, absque restrictione sunt intelligendi.*
10 *Proxenetæ fides non diminuitur dum non controuertitur, contractum esse factum, cum sit certus sua portione, ideoq. remota affectione eius depositio solet attendi.*
11 *Solutio facta negotiorum gestori liberat.*
Solitum probatur per testes, num. 11.
12 *Solutio præsumitur facta iuxta titulum præambuli contractus.*
à Contractu declaratur actus subsequens solutionis, num. 12.
13 *Solutio, in quam causam fuerit facta non est quærendum, dum constat de clara declaratione animi recipientis.*
14 *Testis fides non videtur tuta, dum in multis erronea detegitur.*
15 *Notarij error non præsumitur, ideo probandus est.*
16 *Scripturæ alicuius non est adhibenda fides, si nec eius viuæ voci crederetur.*
17 *Voci viuæ, si non creditur, minus ergo credendum est mortuæ.*
18 *Scripturarum concursu, ex stylo mercatorum magis credendum est annotationi dantis pecunias quam recipientis.*
19 *Declarationi soluẽtis in quam causam soluat standum est.*

DECISIO CLXII.

PROPOSVI dubium in hac causa, An D. Octauius Costa teneatur ad cambium scutorũ 6000. quod affirmatiuè fuit per DD. resolutum.

Non enim controuertitur inter partes quin contractus cambij fuerit perfectus, sed cum qua persona, vel D. Octauij, vel pro ratione bancaria Herreræ & Costæ, & cum esset de intentione D. Magalotti agentis duo probare, nempè personam cum qua fuit factum cambium, & quod illi prædicta summa fuerit soluta, visum fuit vtrumque sufficienter probari.

De primò constat ex depositione proxenetæ, & ex fide ab vtraque parte ab eodem recepta, cambiũ scilicet in proprio nomine D. Octauij fuisse factum
1 cui etsi † regulariter fides non adhibeatur propter eius interesse, *gloss. in §. in his verbo ad numerationem auth. de intr. caut. & fid.* & comprobant post alios *Gabr. de testib. qu. 20. num. 1. Farin. eod. tit. q. 60. num. 406.* tamen quando stylus fori mercatorum loci contractus recipit fidem pro-
2 xenetæ, † prout de eo deponunt testes dati ab vtraque parte, tunc benè probat, quia sicut statutum, ita
3 & consuetudo, vel stylus potest † determinare, vt proxenetæ fides adhibeatur *Stracch. post alios de assecurat. gloss. 39. num. 4. & de proxeneta par. 4. in q. incipit illa etiam quæstio num. 33. Farin. d. quæst. 60. num. 441.* maximè vt in præsenti vbi aliunde ha-
4 beri † non possunt probationes de veritate contractus, vt senserunt *Abb in cap. insuper num. 11. vers.*
5 *& maximè in defectu † aliorum testium, de testibus, Menoch. cons. 92. num. 67. idem Gabr. de testib. conclus. 20. num. 7.*

Non obstat, quod stylus prædictus intelligi de-
6 beat de fide † danda respectu qualitatis, vel circumstantiæ cambij, non autem substantiæ, dum in qua-
7 litate cessat interesse illius † commodi, vel incommodi, vt per *Alexan. cons. 27. in fine lib. 7.* Rota *Ianuen. decis. 97. num. 4. & decis. 188. num. 9. & 10.*
8 quod non deficit, vbi agitur de † substãtia probanda.

Nam fuit responsum testes explicitè affirmare, quod proxenetæ creditur quoad substãtiam contra-
9 ctus, † nec se restringere ad qualitates, & accidentia illius, sed vlterius aduerterunt Domini, quod in præsenti cessat interesse proxenetæ, propter quod fi-
10 des illius diminuitur, † dum non controuertitur cãbium esse factum, vnde proxeneta certus est de sua mercede ab vno, vel ab altero eorum, & remota affectione eius depositio solet attendi ex eisdem auctoribus in contrarium allegatis.

De secundo etiam constat per solutionem in lista factam Manchello eiusdem D. Octauij ministro cui
11 vti solito recipere † in eum modum pro D. Octauio prout de hoc solito deponunt testes D. Magalotti, rectè solui potuit absque ordine vel mandato, *Guidop. quæst 173.* Rota in *recent. decis. 566. num. 1. par. 2. Rota Ianuen. decis. 121. num. 4.* & in causam pro D.
12 Octauio solutio præsumitur † propter titulum præambuli contractus, à quo declaratur actus subsequẽs solutionis secundum *glos. in l. quædam mulier. ff. de rei vendic. l. 2. C. de acq. possess. Dec. cons. 179. in fine, & cons. 297. num. 2. Becc.* qui plura refert *cons. 6. num. 6. lib. 1.*

Non obstat, quod Manchellus, & in fide, & formiter examinatus contrarium professus fuit publicè & palam omnibus audientibus se non gerere illum actum nomine D. Octauij, sed nomine rationis bancariæ, cuius ipse erat minister, & idem deponunt alij testes de auditu ab eo, & vlterius ad libros rationis de tali credito non dederit debitum D. Octauio, sed Her-

Herreræ, & Costæ sociis, vnde dicebatur cessare præ-
13 sumptionem causæ, † in quam fuit facta solutio stan-
te clara declaratione animi recipientis tàm in voce,
quàm in scriptis.

Quia quoad fidem, & depositionem Manchelli, &
aliorum testium fuit responsum non percutere tem-
pus punctationis cum ministro D. Magalotti; dum
interrogatus iuxta 13. respondit punctationem fuis-
se concorditer factam absque eo quod alter ab altero
inuestigaret, cuius nomine, vel pro quo fieret pun-
14 ctatio, præterea nec illius depositio, † aut fides tuta
videtur dum in multis erronea detegitur, dicit enim
se fecisse declarationem in præsentia D. Magalotti,
& tamen testes deponunt, quod tunc ibi non aderat
D. Magalottus, & quamuis conetur errorem corri-
gere dicendo Notarium omisisse verba, *del Cassiere*
15 *del Magalotto*, tamen iste † error non præsumitur,
neque probatur, secundo asseruit se non fecisse ali-
quam diligentiam cum Capserio Magalotti eo quia
iam se declarauerat non recipere pro D. Octauio, &
tamen ex testibus datis pro D. Magalotto apparet,
quod declaratio sequuta fuerat in punctatione cum
ministris Mazzinghi, & Sacchetti, qui fuerunt po-
steriores in punctatione, & per eandem distinctio-
nem euitatur depositio aliorum testium super dicta
declaratione.

Quo verò ad scripturam fuit dictum minus esse
16 † credendum in præiudicium D. Magalotti, quia si
17 non creditur viuæ voci † illius, minus credendum
est mortuæ, *Bald. in l. 1. col. fin. vers. sed quid in
his qui scribunt ea num. 10. C. de eden.* quod eo ma-
gis dicebatur firmandum, quia à ministro D. Maga-
lotti contrarium fuerat notatum in libris eiusdem,
nempe ad debitum D. Octauij, & in concursu scrip-
18 turarum magis † credendum est adnotationi dantis
pecunias, quàm recipientis, vt de stylo deponunt
testes examinati pro D. Magalotto, & est conforme
19 dispositioni iuris quod † statur declarationi soluentis
in quam causam soluerit, *l. 1. ff. de solut.*

Et ita fuit resolutum &c.

REVERENDISS. PIROVANO.

Terablen. Rectoriæ.

Veneris 20. Decembris 1619.

ARGVMENTVM.

Beneficio etiam parochiali, vt quis veniat priuandus ob non residentiam, vt iustè, & validè priuetur, quid omnino veniat seruandum, beneficio curato ob non residentiam an sit verum, vt quis spolietur ipso iure.

SVMMARIVM.

1 *Ob non Residentiam, vt quis priuetur beneficijs debet seruari forma Canonis cap. ex tuæ. de Cleric. non resid.*

2 *Concil. Trident. cap. 1. sess. 22. qualiter intelligatur.*

3 *in Beneficijs curatis non residens censetur ipso iure priuatus, quo casu non requiritur monitio.*

4 *Et eo casu non expectata sententia priuationis potest conferri beneficium, & impetrari præsentatio, vel electio fieri.*

5 *Cap. extirpandæ, §. qui vero. de præbend. & dignit. qualiter à Doctoribus interpretatur, vt euitetur contrarietas.*

6 *Præsens non potest excusari à manifesta contumacia, absens vero potest habere iustam causam.*

7 *de Priuando aliquem suis beneficijs quando agitur, æquior opinio est amplectenda.*

8 *Beneficium curatum possidens, si in eo non resideat, antequam incurrat in priuationem, monendus est, an habeat iustam causam non residentiæ.*

9 *Quia si causam haberet, prouisio subsequens iniusta, & reuocabilis esset.*

10 *Beneficio etiam parochiali, quando quis ob non residentiam est priuandus, quid nam sit necessarium vt præcedat.*

11 *Absentia à beneficio, quando omnino non dicatur fraudolenta.*

12 *Beneficio si quis fuit priuatus, signum est, quod antea illud possidebat.*

Iudex nulliter procedens non priuat quem sua possessione. num. 12.

DECISIO CLXIII.

CENSVERVNT Domini standum esse in de-
cisis, quia verum est fundamentum decisionis,
1 quod in procedendo ad † priuationem non fuit ser-
uata forma Canon. *cap. ex tuæ. de Cler. non resident.
& sacri Concil. Tridentini in c. 1. sess. 23.* super quo
emanauit declaratio Sacræ Congreg. vt illa verba vi-
que ad priuationem essent intelligenda, vt præcedat
2 † tria edicta publica, & lapsi sint sex menses ab vlti-
mo edicto, *iuxta cap. ex tuæ. de Cler. non resid.*

Non obstat *c. extirpandæ. §. qui vero. de præb. &
dignit.* vbi videtur dispositum, quod in beneficijs
curatis non residens censeatur ipso iure priuatus vi-
3 gore illius decretalis † quo casu non requiritur mo-
nitio, quem sensum habuerunt *Innoc. in d. c. sub nu-
mer. 2. Abb. eodem loco in prima lectura nu. 12. Opera
da de incompatib. benefic. par. 1. c. 18. num. 11. ad fi-
nem. Ioannes de Sylua de beneficijs quarta parte q. 3.
per totum*, cum alijs allegatis, & eo casu non expe-
4 ctata sententia † priuationis potest conferri benefi-
cium, & impetrari, præsentatio, vel electio fieri, *c. li-
cet Episcopus de præben. in 6. vbi glos. in verb. le
non vocato. Franch. in c. 1. & fin. de homic. in 6.*

Ad prædicta enim fuit respõsum, quod multi Do-
ctores, & quidem graues tenuerunt, quod priuatio
5 ipso iure referatur ad Canonicum habentem curam
animarum annexam, qualis non est rector, de quo
agitur, & in ea opinione fuerunt *Host. in d. §. qui
vero, num. 19. Anch. num. 11. vers. est & secundus
intellectus, Io. Andr. num 12. Henric. Boic. nu. 13.
Card. num. 2. Io. de Imol. num. 17.* qui omnes mo-
6 uentur † ratione euitandæ correctionis *c. ex tuæ, &
c. primi de Cler. non resid. Io. de Sylua in d. quarta
parte q. 3. aliter declarat d. §. qui vero.* vt locum ha-
beat, quando nõ residens in Ecclesia parochiali præ-
sens est in loco residentiæ, secus vero quando est ab-
7 sens, & distinctio non caret ratione, quia † præsens
forte non potest excusari à manifesta contumacia,
absens vero potest habere iustam causam, vnde cum
8 agatur de priuatione beneficij, æquior opinio † sem-
per videtur amplectenda, maximè quando defendi-
tur contrarietas, vel iurium correctio, *c. cum expe-
diat de elect. in 6 glos. in c. fin. distinct. 29.*

Secundo fuit dictum, quicquid sit de veritate di-
ctarum opinionum, vt magis per spoliationem be-
neficij quàm per sentẽtiam sit procedendum, tamen
in hoc omnes conueniũt monendum esse absentem,
vt

vt sciri possit an talis absens haberet iustam causam,
9 quia si causam haberet, prouisio† subsequens iniusta, & reuocabilis esset, vt dicit idem *Innoc. in d. §. qui vero sub num. 2.* & tenent *Abb. in repet. d. cap qui vero nu. 24.* & *Io. de Sylua d. quarta parte q. 3. vers. & illa iura in contrarium allegata*, & huiusmodi monitio hodie non est arbitraria, sed debet esse trina per tria edicta distincta, & post vltimum debent expectari sex menses secūdum declarationem Sacræ
10 Congregationis †supra allegatam, quæ loquitur in parochialibus. Prædictis accedebat, quod iste Rector non carebat iusta absentiæ causa, vel saltem
11 probabili,† dum substinebat litem, & substinet pro defensione suæ Ecclesiæ in Rota contra Patres Societatis IESV, super inualiditate vnionis, quæ lis conseruauit eum à fraudulenta absentia, quæ fuit potissima causa prouisionis, de qua in *d. §. qui vero.*

Stante igitur nullitate sententiæ inde resolutio secundæ partis dubij, quod Rector veniat manutenēdus in sua possessione, de qua constat ex instrumen-
12 to, testibus, & priuatione, quæ †supponit habitum, ex quo Iudex nulliter procedens nō priuat possessorem sua possessione, *Angel. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas, num. 2. in fin. ff. de acq. possess.* Rota diuers. par. 1. decis. 802. num. 7. Et ita &c.

☞ *Videlicet sub die 28. Iunij 1619. coram eodem bo. mem. Pirouano, est supra in hoc Tomo decisio 131.*

R. P. D. REMBOLDO.

Bononien. Parochialis de Sambuca.

Veneris 20. Decembris 1619.

ARGVMENTVM.

Circa electionem factam ab Ordinario, cum præsumptio stet pro eo, vt sit validè facta, ideo asserens eam esse irrationabilem, grauatur plenè id iustificare. Electio de digno relicto digniori non semper inualida reputatur, & quare. In electionibus ille est præferendus, qui habet plura vota.

SVMMARIVM.

1 *de Irrationabili iudicio Ordinarii circa electionem dans, cum non præsumatur, plenè & concludenter tenetur illud probare. num. 2.*
3 *Electio de digno relicto digniori nō est sēper inualida*
4 *Electio de digno, relicto digniori si non valeret, esset locus mille litibus.*
5 *Et nulla electio fieret, quæ litibus, & controuersijs non vexaretur.*
6 *in Electionibus præferendus est ille, qui habet plura vota examinatorum.*
7 *Sententiæ, quæ non iustificantur ex actis, dicuntur notoriè iniustæ.*
8 *Sententiæ iniustæ numquam in iudicatū transeunt.*

DECISIO CLXIV.

RESPONSVM fuit pro Lutio informante non
1 constare de irrationabili iudicio Ordinarij Bononien. †quia illud non præsumitur *cap. in præsentia de renunciat.* sed debet plenè, & concludenter pro-
2 bari ab eo, qui dat de irrationabilitate, vt fuit dictū in nullius Canonicatus 4. Decembris 1600. coram Illustriss. Card. Ludouisio, in Camerinen. concursus 19. Decembris 1613. coram Reuerendiss. Attrebaten. & in Barchinonen. parochialis 29. Nouembris 1613. coram R. P. D. meo meo Buratto.

Quinimo non sufficit etiam ad hunc effectum ostendere, quod multæ qualitates concurrunt in eo, qui repulsā passus fuit, propter quas ipse erat præferendus, nisi insimul doceatur, quod Ordinarij iudiciū
3 fuerit †omnino irrationabile, & dolosum, cum non semper vitietur electio, ex eo quod fuit posthabitus
4 magis dignus, † dūmodo fuerit electus idoneus, vt post *Host. Io. Andr. Ant. de Butr. Card.* & alios declarat *Couar. in reg. peccatum in 2. par. §. 7. sub numer. 3. vers. qui & in hoc casu existimant &c.* vbi etiam testatur, & rationem adducit, quia aliàs esset locus mille litibus, & nulla electio fieri posset, quæ
5 litibus, & controuersijs non vexaretur †in maximū damnum Ecclesiarum, & fuit dictum in *dicta Barchinonen. parochialis 29. Nouembris 1613. coram R. P. D. meo Buratto.*

In casu autem isto nō solum adducitur talis probatio, sed potius constat de contrario, quia probatur, quod seruatis seruandis pro concursu faciendo Lu-
6 tius habuit † tria vota fauorabilia ex quatuor examinatoribus Synodalibus, Rondellus vero duo tantū.

Nec obstant sententiæ pro Rondello extra Rotā latæ, quia præterquam quod duæ ex illis sunt fundatæ dumtaxat super desertione appellationis, & non
7 tangunt negocium principale †non iustificantur, etiam ex actis, ideoq. dicuntur notoriè iniustæ, nec
8 fecerunt † transitum in iudicatum, *l. si expressum, & ibi Bart. de appellat. Cæs de Grass. decis. 2. num. 5. de solut.* Card. Seraph. decis. 1005. num. 3.

R. P. D. REMBOLDO.

Placentina Vicariæ.

Vener. 10. Ianuarij 1620.

ARGVMENTVM.

Pecuniæ certa species, quando est deducta in obligatione, ea est soluenda, si reperiatur, sin minus alia pecunia diuersæ speciei est danda, ac talis debet esse solutio, vt possit ex illa cōflari species pecuniæ promissæ, & hoc non obstante, quod monetæ valor intrinsecus fuerit mutatus.

SVMMARIVM.

1 *Pecuniæ, quando certa species est promissa, ea est soluenda si reperiatur sitq. illa eiusdem bonitatis, & valoris intrinsici, licet valor extrinsecus fuerit immutatus.*
2 *Si verò non reperitur, aliæ pecuniæ alterius speciei sunt soluendæ, vt possit ex illis conflari illa species pecuniæ promissæ.*
3 *Redditus particularis, quando alicui est assignatus, vt ex illo possit tot scuta inde percipere, tunc non attenditur diminutio, vel augmentum pecuniæ. declara vt num. 5.*
4 *Res domino perit, & augetur.*
6 *Bona, vel redditus quando non possint dici in solutum dati.*
7 *Sed tantum facilioris exactionis assignati.*
8 *Obseruantia, vt releuet est plenè probanda.*
Obseruantia probari non potest quando constat de inobseruantia. num. 8.
9 *Obseruantia non est opus in claris, in quibus non opus est coniecturis.*

DE-

DECISIO CLXV.

DICTVM fuit solutionem esse faciendam in scutis 50. auri in auro, vel eorum valore secũdum tempus solutionis, quia ex lectura erectionis Vicariæ apparet dicta scuta esse in obligatione, eo quod fuerunt in ea assignati Vicario tot fructus, qui ascendant ad dicta scuta 50. auri in auro libera &c. & sæpiùs infra ac propterea cum eadem species scutorum
1 aureorum reperiatur, † sitq. ista eiusdem bonitatis, & valoris intrinsici, licèt valor extrinsecus fuerit immutatus, nihilominus dicto Vicario debentur, aut tot scuta in specie, aut tot aliæ pecuniæ al-
2 terius speciei vt † possit ex illis constare dicta scuta 50. aurea ipsi vigore dictæ assignationis debita, vt pluribus auctoritatibus, & rationibus fuit comprobatum *in vna* Cremonen. *pensionis* 15. *Iunij* 1598. *coram bo.me. Orano, & in Mantuana pensionis* 17. *Iunij* 1617. *coram* R.P. *D. meo Dunozet*, & prius in *Capuana pensionis* 6. *Martii eiusdem anni coram* R.P.*D. meo Verospio*, in quibus aliæ quoque decisiones referuntur.

Nec obstat, quod prætenditur fuisse in dicta ere-
3 ctione † assignatos Vicario particulares redditus ad effectum inde percipiendi dicta scuta 50. & quod cũ in illis vsque ad dictam summam dictus Vicarius fuerit pro Domino recognitus, ad eum spectat diminu-
4 tio, & augmentum monetæ † cum res Domino pereat, & augeatur *ad l. quæ fortuitis. C. de pignor. act. & l. si inter. § quicquid. ff. de pignor.*

Nam fuit responsum quod obiectum procederet si assignatio fuisset ab initio dicto Vicario facta de certa, & specifica quantitate bonorum vel redditũ,
5 qui ascenderent † ad valorem scut. 50. iuxta illius temporis æstimationem, tunc enim diminutio, & augmentum cedisset absq; dubio dicti Vicarij commodo & damno. Verum quia assignatio non fuit facta de certa quantitate, sed solum in genere de tot
6 bonis, & redditibus, ex quibus dictus Vicarius † posset percipere dicta scuta 50. auri, non possunt dici dicta bona, seu redditus in solutum dati, sed facilioris exactionis gratia tantum assignati, & ne Vica-
7 rius quotidie teneretur à dicto Monasterio dicta scuta mendicare, † remanentibus semper in obligatione dictis scutis 50 auri.

Non obstat prætensa obseruantia, quia non pro-
8 batur, † & imò potius constat de obseruantia contraria, vltra quod quatenus probaretur non releua-
9 ret, cũ simus in claris † in quibus non est opus coniecturis, *vt fuit in puncto dictum in Mantuana pensionis coram R.P.D. meo Dunozet*, & in alijs in ead. decisione relatis.

R. P. D. REMBOLDO.

Romana de Sansonijs.

Lunæ 13. *Ianuarij* 1620.

ARGVMENTVM.

Mulier, si agit pro consecutione suæ dotis, vt consequatur alimenta debet docere de paupertate, & præsumptione boni iuris. Mulieres præter dotem alia bona non præsumuntur habere. Quantitas alimentorum quando est taxanda, id remittitur arbitrio Iudicis.

SVMMARIVM.

1 *Mulier nõ præsumitur aliud habere præter dotem. Patrimonium proprium mulieris dicitur dos.*
2 *Mulier agens ad dotem, vt consequatur alimenta, vtrumque requisitum debet probare scilicet paupertatem, & bonum ius.*
3 *Bona licet quis habeat, tamen si sint sub sequestro, non obstant petitioni alimentorum.*
4 *Domum quando quis habeat, & in ea inhabitet, cum nullos fructus ex ea percipiat, ideo non consideratur ad impediẽdam alimentorũ petitionem.*
5 *Alimentorum taxatio ab arbitrio Iudicis pendet.*
6 *Alimentorum taxatio, quando est facienda, est consideranda qualitas personæ &c.*

DECISIO CLXVI.

FVIT resolutum Hieronymæ danda esse scuta decem menstrua pro alimentis, quia ipsa agit ad dotem sibi ex bonis paternis debitam, ac propterea habet pro se præsumptionem non solum pauper-
1 tatis, quia scilicet non † præsumitur quod habeat vltra dotem quæ dicitur proprium patrimonium mulieris alia bona, ex quibus possit se alere, sed etiam boni iuris, *l. si instituta. § de inofficioso ff. de inoffic. testam. Afflict. decis.* 11. *Bisignett. decis.* 2. *de iudic. cum aliis relatis in Romana de Ceulis* 3. *Decembris* 1584. *coram bon. mem.* Clemente *Octauo.* Vltra quod de ipsius etiam bono iure constat ex publico instrumento, & ex decisione in hac causa facta, sicq;
2 concurrit † vtrumque requisitum ad effectum, vt ei decernantur dicta alimenta necessaria, *iuxta not. per Couarr. pract. quæst. cap* 6. *nu.* 6. *cum alijs adduct. in vna Anconitana censuum* 26. *Iunij* 1615. *coram Reuerendiss. D. meo Damasceno.*

Nec obstat, quod prætenditur dictam Hieronymã habere scuta mille partim in quatuor locis montium, & partim in pecunia, & domum, quam inhabitat, quia quoad loca montium ipsa non potest inde se alere, cum sint sequestrata ad instantiam hæredum
3 Cæsaris, † & fructus pecuniarum, quæ dicuntur vltra dicta loca montium penes eandem existere, non sufficiunt pro alimentis annuis, vt patet ad sensum; prout neque ad hunc effectum, potest habere in ali-
4 qua consideratione domus, cum † illa deseruiat pro habitatione, & nulli ex ea fructus percipiantur.

Quantum verò attinet ad summam cum illius ta-
5 xatio † pendeat à Iudicis arbitrio *l. fin. C. de ordin. cognit. Alex. cons* 72. *num.* 7. *lib.* 5. *Aym. cons.* 189. *num.* 10. *cum alijs per Menoch. de arbitr. cas.* 169. *numer.* 1. *& seq.* Domini attenta quantitate dotis dictæ
6 Hieronymæ debita, † & qualitate personæ, quæ solent ad istum effectum considerari, vt fuit dictum in allegata *Romana de* Ceulis 29. *Martij* 1586. *coram bo. me. Orano, & in* Romana *alimentorum* 29. *Nouembris* 1613. *coram* R.P.D. *meo Pampbilio* arbitrati sunt illam esse reducẽdam ad dicta scuta decem mẽstrua cũm hoc tamen quod d. Hieronyma ea consequi non possit, nisi facta prius renunciatione bonorum per fratres administratorum iuxta decisionem in hac causa factam &c.

RE-

REVERENDISS. D. COCCINO.

Romana Capellaniæ.

Mercur. 15. Ianuar. 1620.

ARGVMENTVM.

Subrogatio ad beneficium danda est collitiganti, si lis super titulo beneficij erat, secus si controuertebatur super possessorio adipiscendæ beneficij, cum tunc litigiosum non dicatur beneficium, & sine lite non detur subrogatio.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatio regulariter in beneficijs debetur collitiganti.*
2 *Lis super titulo beneficij requiritur, ad hoc vt sit locus subrogationi.*
3 *Lis super possessorio adipiscendæ, non facit beneficiũ litigiosum.*
4 *Beneficium, si petatur conferri non dicitur litigiosum.*
5 *Beneficium quando petitur conferri, imploratur, quodammodo officium Iudicis.*
6 *Litigiosi vitium non contrahitur in actione personali.*
7 *Papa, quando confert alicui præbendam in aliqua Ecclesia, & dat prouiso rescriptum ad Capitulum si prouisus petit collationem beneficij, tunc intentatur actio personalis.*
8 *Collatio rei litigiosæ ipso iure non tenet.*
9 *Præbenda per motionem controuersiæ efficitur litigiosa, & alienari non potest.*
10 *Lis dicitur super beneficio esse, quando quis petit aduersarium amoueri à beneficio.*
11 *Beneficio, quando quis est priuandus propter aliquod crimen, de vltimo est intelligendum.*
12 *Lis super simonia non facit beneficium litigiosum.*
13 *Lis censetur super beneficio, si agatur ad priuationem, & quis petat sibi adiudicari beneficium.*
14 *Beneficia, si narretur duobus modis vacare, an sufficiat alterum iustificare.*
15 *ad Beneficium obtinendum, si plura narrantur quorum vnum est sufficiens ad impetrandum, eo probato gratia subsistit.*
16 *Beneficium ad hoc vt quis impetret, si Papæ plura narret, ad eum inducendum, vt facilius illud cõcedat, tunc omnia narrata sunt iustificanda.*
17 *Et hoc maximè procedit, quando plura exprimuntur ad aggrauandum possessorem beneficij.*
18 *Subrogatio non habet locum, quando quis est improbus, vel calumniosus litigator.*
19 *Lis calumniosa non est lis, nec inducit vitium litigiosi.*
20 *Subrogatio non datur, sine lite, num. 19.*
21 *Subrogatio, vt habeat locum, sufficit lis colorata.*
22 *Bonum ius, non est de substantia litis.*
23 *Beneficium, si vacat ob non publicationem omnis retrocessio, seu resignatio est nulla.*
24 *Clausulæ, siue præmisso, siue alio quouis modo vacet, effectus.*
25 *Iuuari, quis non potest d. clausula, nisi verificato modo vacandi expresso, saltem de facto.*
26 *Regula de subrogand. 28. prohib. t subrogari illos, qui viuentium beneficia impetrarunt, maximè senium, vel infirmorum.*
27 *Regula de subrogand. comprehendit solum impetrantes beneficia senium, infirmorum, similiumq; & num. 27.*
28 *Subrogatio gratiosa intra quale tempus sit petenda.*

DECISIO CLXVII.

FABIVS Petrotius resignauit Cappellaniã, de qua agitur ad fauorem Camilli Mengotij, iij. Kalendas Septembris; qui Mengotius postea kalendis Iunij 1618. eamdem Cappellaniam retrocessit ad fauorem d. Petrotij, & postea Ioan. Antonius Longobardus Kalendis Septembris impetrauit eãdem Cappellaniam, ex quo Camillus resignatarius non erat ciuis Romanus iuxta Indultum Leonis, & ex quo resignatarius iuxta Constitutionem Gregorij XIII. infra tempus in ea præfixum non publicauerat, & Papa concessit ei mandatum de prouidendo, directũ DD. de Angelis, Pinello, & de Bubalis; coram quibus respectiuè egit contra d. Camillum, & Petrotium.

Cũ postmodum obijsset Petrotius; quæsitum fuit supradicta die, An d. Ioan. Antonio Longobardo esset
1 danda subrogatio, † quæ regulariter collitiganti debetur, vt *in reg. de subrogan. Mandos. super d. reg. quæst. 2. per totam, & præsertim nu. 5* in hac tamen facti specie Domini non fuerunt concordes, & plures ortæ fuerunt difficultates.
2 Prima difficultas fuit † An lis fuerit super titulo beneficij, prout ad hunc effectum requiritur *cap. 2. vt lit. pend. in 6. Cassad. decis. 2. de rescript. & decis. 4. vt lit. pend.* & vt cognosci possit ad quam harum iuris conclusionum applicetur iudicium cœptum; sequentes iuris conclusiones fuerunt firmatæ.
3 Prima conclusio est, quod lis super † possessorio adipiscendæ, quicquid dicat *Sarnen. super reg. de annal. quæst. 66. in fine,* non facit beneficium litigiosum, *Cassad. decis. 6. num. 2. de rescript. & decis. 4. vt lit. pend. & fuit resolutum in causa Casalen. Canonicatus 22. Octobris 1607. & 4. Februarij 1609. coram Illustriss. D. Card. Ludouisio.*
Secunda conclusio est, quod si petitur, beneficiũ
4 † conferri, lis non est super titulo beneficij, sed quãdo facta collatione dubitatur, ad quem beneficium
5 pertineat, quia quando petitur † beneficium conferri, imploratur quodammodo officium Iudicis, quod est quodãmodo actio personalis, & in personali non
6 contrahitur vitium † litigiosi, vt est dictum *Innoc. in cap. cum M. Ferrariensis num. 9. ante finem vers. generaliter dicimus. de constit.* quod refert, & exornat *Bald. in auth. litigiosa num. 1. C. de litigios.* hæc tamen conclusio non est simpliciter intelligenda, sed
7 quando Papa confert alicui præbendam † in Ecclesia, & dat prouiso rescriptum ad Capitulum, atque prouisus petit collationem beneficij, tunc enim intentatur actio personalis, & lis nondum est contestata. Ideo si capitulares præbendam alteri conferant, ista collatio est valida, quia præbenda nondum fuit litigiosa. Si ergo prouisus à Papa succumbat, tunc is, cui est data præbenda, firmiter remanebit dominus, si autem prouisus à Papa non agat actione personali, sed reali, dicendo collata est mihi ista præbenda, in qua peto, me declarari per vos dominum, & possessorem, quæ est actio realis, tunc si capitulares
8 alteri conferrent hanc præbendam, illa † collatio tanquam rei litigiosæ facta, ipso iure non teneret, adeo vt licet prouisus à Papa succumbat, deinde in petitione,

tione, tamen ille, cui facta est collatio per Capitulum penitus nullum ius habet in præbenda, quia per
9 motionem controuersiæ,† præbenda fuit litigiosa facta, & amplius sit inalienabilis. Ista optimè declarat *Bald.in l.1. num.7. C. comm. diuid. & ibidem Sicard.num.15.* cuius verba transcribere placuit, & benè etiam *Castren. in d.l.1. nu.8.* & hoc est, quod generaliter dicunt *in d. l.1. Bald. in fine, & Ang. num.3. & glos.in auth. litigiosa in verbo deducta vers.& nota in fine, C.de litigios.& ibi Odofred. numer.4. Bart.num.4. Salic.& Ang.in princ. Azo.in summa eod.tit.nu. 2.Butrig.in auth. lite pendente, vers.olim efficiebatur. C. eod. tit. de litigios.* & quòd prædicta conclusio ita sit intelligenda, patebit ex sequentibus conclusionibus.
10 Tertia conclusio est, litem † esse super titulo beneficij, quando quis petit aduersarium remoueri à beneficio, & negat fædus coniugij spiritualis, vel titulum, licèt secus esset si non negaret titulum, sed
11 solùm dixisset, aduersarium fore priuandum †propter aliquod crimen, quod vltimum est intelligendum, prout in sequentibus conclusionibus, *Glos.magistralis in clem. dispendiosa in verbo beneficij s. ibi,* si vero agatur ad remotionem *de iudic. vbi Cardin. num.15. Imol. num.3. vers. vltimo quærit. Anchar. num.4.in 6.not. Vital. num.27.& seq. & num.49. Sarnen. in reg.de subrog. quæst 7. in princ. & in reg. de annal.quæst 42. in princ.Rota decis.766.lib. 3.par.3. Achil. decis.5. num.6. de pens. & fuit dictũ coram me in causa Terdunen. præpositurœ 6 Octobris 1601.* hinc in *causa Calaguritana benefi cij 29. Octobris 1601. coram Illustriss. Lancellotto fuit re-*
12 *solutum,* quod lis super † simonia non facit beneficium litigiosum.
13 Quarta conclusio est, † quod lis censetur super titulo beneficij etiam quod agatur ad priuationem, si tamen quis petat sibi beneficium adiudicari, *c.2. vbi glos. in verbo finito, vt lite pend. in 6.& in clem. 1.in verbo cum possessionem de sequestr. possess. & fruct. Put decis 67. & 485. lib.2. in nou. & fuit dictum in d.causa Terdunen.coram me supradicta die, & 3 Februarij eiusdem anni,* & hoc est quod dixit *Rota in causa Gerunden. beneficij 18. Iunij 1612. coram recol.me. Francisco Penia olim Rotæ Decano.*

Secunda difficultas, An gratia Longobardi sustineatur, cum narrauerit beneficium vacare, ex quo Mengotius non erat Romanus, nec in tẽpore publicauerat, & tamen certum est, quòd Mengotius fuerat dispensatus super eo, quod non est Romanus, vt patet ex eius litteris. Pro resolutione huius articu-
14 li considerabatur, quod si narrantur † duo modi vacandi, an sufficiat vnum iustificare, an vero ambo sint iustificandi, duæ sunt conclusiones, altera est, quod quando plura narrantur, quorum vnum est suf-
15 ficiens ad impetrandam† gratiam, eo probato, gratia subsistit, licèt alia non verificentur, vel falsa existant, *Aegid. decis.280. Felin. in c.2. num. 23. de rescript. vbi Ripa num.58. Put.decis.69. lib.2. & decis. 187. lib. .Rota decis.7.de rescript.in nou. & fuit dictum in causa Romana census 3.Maij 1596. coram Card. Blanchetto, & in causa Bisuntina, seu Basilicen. vnionis 10.Maij 1602. coram Card.Seraphino, & in causa Salamantina iurisdictionis 17 Maij 1577.coram eodem.* Altera conclusio est, quod quã-
16 do †plura exprimuntur vt Papa inducatur facilius ad gratiam concedendam, omnia expressa requirunt iustificationem, vt fatetur idem *Aegid. decis.734. in fin.& decis.4. & in c.inter cæteras .4.& 5.* vbi dicit ita fuisse resolutum per Rotam de rescript. Et hæc conclusio magis procedit quando plura exprimun-
17 tur† ad aggrauandum personam possessoris, & agitur non solum ad effectum priuationis, verum etiam adiudicationis, quia tunc omnia sunt iustificanda iuxta *tex. in c.olim de rescript. & ibi glos. in verbo ad omnia, & Abb.num.3. & fuit resolutum in causa Oscen. Archidiaconatus 19. Octobris 1601. coram Illustriss.Lancellotto.* Vnde stantibus istis duabus conclusionibus, videndum est in hac facti specie, in qua harum conclusionum versemur, scilicet, An Longobardus teneatur in prosequutione litis iustificare vtramque vacationem, An vero sufficiat iustificare vnam, & quatenus teneretur iustificare vtrãque, an stante dubietate excludatur à calumnia, ita vt propterea non sit deneganda subrogatio. Et in hoc articulo duæ fuerunt firmatæ iuris cõclusiones.
18 Prima est, quod † subrogatio non debetur, vbi quis est improbus, vel calumniosus litigator, *Bisignet.decis 2. de rerum permut. Cassad. decis. 7. de dol. & contum. & decis.5. vt lit. pend. latè Mandos. super reg.de subrogan. quæst.6. & fuit dictum in Coilen. parochialis 11. Septembris 1595. coram Seraphino,*
19 & ratio est, quia lis† calumniosa non est lis, neque inducit vitium litigiosi; *Bisignet. d.decis.2. in fine, Cassad.decis 7. num.1. Ferrett.cons.12. num.5. in fine,& seq.* sine lite autem nõ datur ista subrogatio. Secunda est, quod prædicta procedunt in lite, quæ
20 clarè est calumniosa, secus si † lis sit colorata, *Rebuff.super reg. de subrog. glos.7. num 3. Mandos. quæst.6. & 11. & fuit dictum in Conchen. Archipresbyteratus 19.Ianuarij 1598. coram Litta, & in Gerunden. Canonicatus 14. Maij 1601. coram Illu-*
21 *striss.D. Ludouisio,* & bonum ius†non est de substantia litis, *vt fuit dictum in causa Vallisoletana Scholastriæ 17.Iunij 1620.corã Illustriss.D.Lancellotto.*

Tertia difficultas est, An dicta gratia Longobardi subsistat, ex quo de tempore eius impetrationis iam Mengotius retrocesserat ad fauorem Petrotij. In hoc articulo, primo considerabatur, quod si sufficiebat Longobardo iustificare vnum ex modis vacationis narratæ, sufficiens erat, quod probaret non publicationem, quia tunc parum fuisset retrocessio,
22 quia si beneficium†vacasset ob non publicationem, omnis retrocessio, seu resignatio censeretur nulla, & beneficium censetur vacare ob non publicationem, vt in *Bulla de publican. Gregorij XIII. 85. in nouo Bullario in §.5. & fuit dictum in causa Abulen. beneficij 14.Ianuarij 1596, coram Card. Blanchetto, & in causa Mediolanen.præpositurœ 28.Iunij 1589. coram Platto.* Secundo considerabatur, quod quatenus Lõgobardus vtrumq; modum teneretur probare, tunc videndum esset, an cessaret calumnia,
23 quia poterat iuuari ex alia vacatione per † clausulã siue præmisso, siue alio quouis modo vacet, seu ex alterius persona, quæ vltima clausula operatur, quòd posset capere vacationem ex alia persona, quàm nominata, *Rota decis. 1. & ibi Addent. versic. quouis alio modo, & Papaz. num.7. de rescript.in nou. Staphil.de litteris gratiæ tit. quib. mod. lit.ad benefic. s. sunt & alia num. 14. pract. Cancell. in notab. super vacanti. non reseruat. clausula,* aut ex alterius, &
24 licèt hoc casu non posset iuuari †d. clausula generali, nisi verificato modo vacandi expresso saltim de facto

cto, *vt in causa Virdunen. Canonicatus 15. Martij, & 13. Maij 1596. coram bo. mem. Card. Pamphilio*, tamen saltim primum modum vacandi de facto iustificat, cum Mengotius non sit ciuis, licèt ex dispositione eius gratia sustineatur, & in omnem euentum istis omnibus consideratis, esset videndum an cessaret calumnia.

Quarta difficultas est, cum de tempore impetrationis Lõgobardi Petrotius obtinuisset retrocessionem, an dicendum sit, per indirectum Longobardũ, voluisse impetrare beneficium senis viuentis, ita vt
25 ei obstet † regula de subrogandis 28. in ordine, quæ prohibet subrogari illos, qui viuentium beneficia impetrauerunt, maximè senium, cum ratio, & mẽs regulæ sit obuiare fraudibus, & votũ captandæ mortis auferre, & sic emanauit in odium impetrantium beneficia viuentium proximorum morti vel ob se-
26 nium, † vel ob infirmitatem, vel ob aliam similem causam, *Rebuff. super d. reg. glos. 7. num. 1. Rota decis. 42. num. 1. & seq. par. 2* vbi quod extenditur, cum fauorabilis sit, *Sarnen. super d. reg. quæst. 16.* vel potius probet, se non fuisse improbum litigatorem, quia regula fundatur in eo, quod talis præsumitur, *vt per Sarnen. loco supra allegato*, vel sufficiat, impetrationem fuisse certo modo ad effectum, quod non debeatur subrogatio, *vt per Mandos. super hac reg. quam legit sub num. 29. quæst. 6. in prima parte*, quia in secunda affert rationes, ex quibus potest te-
27 neri, quod regula comprehendit solùm † impetrantes beneficia senum, aut infirmorum, aut his similiũ.

Quinta difficultas est, an cum Sanctissimus concesserit subrogationem D. Nicolao, Longobardus possit hodie illam petere, & punctus consistit in eo,
28 † an petierit intra mensem à die concessionis factæ D. Nicolao, prout sufficit, quod petat in isto tempore iuxta opinionem, quam seruat Rota, de qua *Put. decis. 141. & 144. lib. 3. & decis. vnic. do subrogan. Achil. decis. vnic. eod. tit & fuit dictum coram me in causa Hisalen. præstimoniorum 6. Iunij 1607. & in causa Barchinonen. parochialis de Mataro 20. Iunij* 1611.

☞ * *Iste est potius discursus, quam decisio, resolutionem, ideo vide infra sub die 3. Aprilis 1620 coram eodem bo. me. Coccino.*

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Romana Denunciationis Euangelicæ.

Mercurij 15. Ianuarij 1620.

ARGVMENTVM.

Iudex vt validè deueniat ad appositionem sequestri, quid obseruare teneatur, & quid vt ritè procedat ad denunciationem Euangelicam. Iudex Ecclesiasticus non debet admittere denunciationes Euangelicas, & quare, & in quibus casibus admittatur.

SVMMARIVM.

1 *Sequestra apposita appellatione pendente sunt attentata.*
2 *Iudex, vt validè sequestrum apponat, debent concurrere eius requisita.*
3 *Sequestrum appositum non constito summariè de bono iure petentis non valet.*
4 *ad Denunciationem Euangelicam, vt validè procedatur, quid sit necessarium.*
5 *Appellans præsumitur de iure suo diffidere, si causam non prosequatur.*
6 *Denunciationes Euangelicas Iudex Ecclesiasticus non debet facilè admittere, quia esset turbare iurisdictionem laicalem.*
7 *Et de quo crimine agi debeat, & num. 9.*

DECISIO CLXVIII.

PRO informante fuit tentum, sequestra scilicet apposita per D. Iudicem à quo, esse reuocanda.

Primò, quia fuerunt facta pendente termino ad appellandum, ideoq. tanquam nulla, & attentata,
1 † secuta appellatione, prout in hoc casu secuta fuit veniunt reuocanda, *l. Imperatores. §. ijdem rescripserunt. ff de appellat. & relat. Card. in clem. 1. q. 22. de sequestr. poss. & fruct. Afflict. decis. 98. in princ. Seraph. decis. 1056. num. 1.*

Secundò, quia neq; concurrit aliquid ex requisi-
2 tis ad effectum, vt legitimè † possit Iudex procedere ad sequestrum, de quibus requisitis *glos. & Doctores in cap. 2. de seques. poss. & fruct. Guidopap. decis. 746. Rota in causa Augusten. Hospitalis 21. Febr. 1611. coram R. P. D. meo Vbaldo, & in Bracharen. pensionis decis. 164. par. 1. in recen. & 325. num. 2. par. 2. in eisdem, & in causa Seguntina fructuum 25. Iunij 1607. coram bo. me. Scotto*, signan-
3 ter enim deficit primum requisitum, † nempè quod summariè constet de bono iure illius qui petit apponi sequestrum *Guidopap. & Rot nostra locis supra allegatis*, nam sententia, cuius vigore fuit processum ad sequestrum fuit lata ex remedio denunciationis
4 Euangelicæ, & ex actis nullatenus apparet † interuenisse necessaria ad prædictum remedium, nempe primò quod denuncians clarè, & liquidè doceat de iure suo, itaut denunciatus conuincatur de peccato, *Io. Andreas in cap. nouit num. 6. vers. caueat denuncians, Dec. num. 139. de iudic. Abb. cons. 60. num. 4. lib. 2. Bart. in extrauag. ad reprimendum verb. denunciationem num. 17. in fine.* In proposito enim casu tantum abest, vt denunciatus clarè conuincatur de peccato, vt nihil prorsus appareat de iure denunciantis, quin potius apparet ipsum in negotio principali reportasse contra se sententiam, à qua licèt ap-
5 pellauerit, † attamen fortè diffidens de bono iure reliquit illud iudicium, & coram alio Iudice confugit ad denunciationem Euangelicam.

Tertio principaliter deficit aliud requisitum, quia non debet Iudex Ecclesiasticus passim admittere
6 istas denunciationes Euangelicas, quia hoc † modo turbaretur omnis iurisdictio sæcularis, sed vel debet agi de crimine Ecclesiastico sicut de pace, & iuramento agebatur *in d. cap. nouit*, vel debet agi de
7 personis ad forum † Ecclesiasticum spectantibus prout sunt inter alios personæ miserabiles, & depressæ, vel de crimine notorio, vel quia adsit obligatio na-
8 turalis tantum, vel saltem requiritur, quod † denuncians non speret in suo foro iustitiæ complementum *Io. Andr. vbi supra, vers. tamen licet, Dec. in eodem cap. nouit num. 155. Abb. num 48. in fin. de iud. Bart. in extrauag. ad reprimen. verb. denunciationem num. 9.* in proposito autem casu nullum ex prædictis fuit probatum.

9 Quarto neque etiam † præcesserunt denunciationes, de quibus *Io. Andr. vbi supra Bart. in d. extrauag. ad reprimendum verb. denunciationem, num. 5. glos.*

glos. in dicto cap. nouit verb. processit, & ibidem *Abb. num.* 44. *& Felin. num.* 15. *post med. de Iudic. &c.*

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Romana Domus.

Lunæ 27. Ianuarij 1620.

ARGVMENTVM.

Simulationis exceptio, quando non admittatur, & an impediat remedia possessoria. Emptio facta pro se, & persona nominanda, dum non sequitur nominatio, totus contractus residet in emptore.

SVMMARIVM.

1 *Per clausulam, constituti, transfertur vera possessio.*
2 *Emptio facta pro se, & pro persona à se quandocumque nominanda, antequam secuta fuerit nominatio, totus contractus residet in emptore. & num. 3.*
4 *Simulationis exceptio de sui natura non impedit remedia possessoria.*
5 *Clausula, constituti, admittit omnes exceptiones quas contractus principalis admittit.*
6 *Simulationis exceptio, quando impediat manutentionem.*
7 *in Possessoria materia, quid potissimũ consideretur.*
8 *Manuteneri, quis debet in sua possessione.*
9 *Conductor non sibi, sed Domino possidet.*

DECISIO CLXIX.

RESOLVTVM fuit mandatum de manutenendo in possessione domus, de qua agitur, esse dandum D. Pyrrho, qui fundat suam intentionem in publico instrumento; per quod apparet ipsum pro se, vel persona à se quandocunque nominanda, emisse domum, de qua agitur, à Dominis Lippomanis dictæ domus possessoribus, qui ex tunc constituerunt illam se nomine dicti Pyrrhi possidere, per quam
1 clausulam † (constituti) fuit translata vera possessio in ipsum Pyrrhum *l. quod meo cum ibi not. ff. de acq. poss.* & tenuit *Rota in Clusina postæ 27. Ianuarij 1603. coram bo. mem. Litta, & in decis. 551. nu. 4. par. 2. in recentioribus, & in Ferrarien. bonorum 10. Martij 1617. coram R. P. D. meo Caualerio*, qui effectus non impeditur ex eo, quod Pyrrhus non emerit simpliciter pro se, sed pro se, vel persona à
2 se quandocumque nominanda, quia † antequam secuta fuerit nominatio, totus contractus resedit in ipso Pyrrho *Bald. in l. 1. in fin. vers. vltimo quæro ff. de pact. Socc. in l. 1. §. per procuratorem num. 5. vers. quod forte, ff. de acquir. poss. Alex. cons. 232. num. 2. & 3. lib. 6. Gabr. cons. 80. nu. 4. lib. 1. & Marc. dec. 46.* & licet ipse Pyrrhus vigore dictæ facultatis nominauerit rationem bancharíam, tamen cum ipsa ratio bancharia de nouo retrocesserit ipsi Pyrrho, per-
3 inde † est ac si dicta nominatio numquam facta fuisset, ex dictis in simili per *Rotam in causa Bononien. de Borsignoribus coram* R. P. D. *meo Caualerio, quæ est decis. 180. par. 1. in recentior. & in Bononien. de Lucio 9. Decembris 1619. coram me.*

Non obstat quod Doni prætendant primam emptionem fuisse simulatam, & iam obtinuerint decisionem, in qua fuit dictum, domum ab initio fuisse emptam pro ratione bancharia, quia fuit responsum
4 hanc esse exceptionem † simulationis, quæ de sui natura non impedit remedia possessoria *Bald. cons. 66. per tot. vol. 1. cum alijs per Crau. cons. 943. num. 5. vol. 5.* cum maximè reproposita causa super dicta decisione, non potuerit propter difficultatem materiæ haberi resolutio.

5 Et licet verum sit illud quod replicatur † clausulam constituti, admittere omnes exceptiones, quas contractus principalis, *vt in Romana de Zambecharijs 10. Martij 1589. coram Reuerendiss. Perusino*; vnde infertur non terminato iudicio simulationis, impossibile esse dicere, quod clausula (constituti) operetur ad fauorem Pyrrhi; Attamen hoc visum fuit non obstare in proposito casu, primo quia allegata in contrarium procedunt, quando illemet
6 qui † constituit se possidere nomine alterius, allegat se hoc simulatè fecisse; sed cum in hoc casu ipsi Lippomani hoc non allegent, sed tertius, qui prætendit emptionem fuisse factam ad sui fauorem; visum fuit Dominis, quod sicut si Pyrrhus vigore dicti contractus emptionis naturaliter ingressus fuisset possessionem, non possent Doni sub prætextu simulationis, & pendente iudicio super illa de facto spoliare ipsum Pyrrhum, ita neque possunt modo, quod Lippomani veri possessores constituerunt se possidere nomine dicti Pyrrhi, quia in effectu factum, quod ante
7 te omnia consideratur in † materia possessoria, stat pro ipso Pyrrho, cuius nomine veri possessores constituerunt possidere.

Rursus fuit responsum, quod esto quod domus ab initio verè, & propriè fuisset empta pro ipsis Donis, itaut vigore clausulæ (constituti) fuisset in illos translata possessio, tamen cum ipsi Doni postea retrocesserint eandem domum eidem Pyrrho cum
8 clausula (constituti) Pyrrhus ex hac † retrocessione cum clausula (constituti) acquisiuit possessionem, in qua debet manuteneri per *alleg. in princ.*

Non obstat quod Doni toto tempore fuerint in detentione domus, quia cum illam conduxerint à Lippomanis primis venditoribus, non possiderunt sibi, sed ipsis Lippomanis, & successiuè constitutarijs Lippomanorum, quia † conductor non possidet
9 sibi, sed domino *iuxta not in l. si quis conduxit, & in d. l. quod meo, ff de acq. poss. Rot. dec. 315. nu. 2. par. 1. diuers. & dec. 208. par. 2. in recent.*

☞ *Infra in eadem causa habetur altera decisio sub die 18. Decembris præsentis anni 1620.*

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Tridentina Decimarum.

Mercur. 4. Februarij 1620.

ARGVMENTVM.

Tractatur de probatione sigilli Episcopi, quod de generali consuetudine totius Orbis probat in his tamen, quæ spectant ad eius officium. Scriptura antiquissima non eget recognitione, & ex quo probetur, eam esse talem. Et aliqua de sigillo publico.

SVMMARIVM.

1 *Sigillum Episcopi de iure probat.*
2 *Et ista conclusio procedit, de generali consuetudine totius Orbis, & Rotæ obseruantia, in his tamen quæ*

quæ spectant ad officium Episcopi, & inter eius subditos.
3 *Atque ista conclusio procedit etiam in procuratorio Episcopi.*
4 *Scriptura, quando est antiquissima, non est opus recognitione.*
5 *Sigillum, si adsit in scriptura antiquissima, non est necessaria eius recognitio. amplia num.6.*
Antiquitas non probatur per solam datam. ibid.
7 *Ex Scripturæ inspectione dignoscitur, an sit antiquissima.*
8 *Scriptura, quando fuit producta, si contra eam non fuit oppositum, postea non est amplius locus oppositioni.*
9 *Sigillum publicum appositum in aliqua scriptura, censetur appositum de consensu illius, cuius est sigillum.*
10 *Sigillum publicum à viro fide digno solet custodiri.*
11 *Scriptura sigillata, si non contineat aliquid ad fauorem familiaris illius, cuius est sigillum, tunc multò magis cessat subtractio d. sigilli.*
12 *Sigillum publicum probat absque subscriptione.*
13 *Subscriptio sola absque sigillo probat consensum, & auctoritatem subscribentis. vide num.14.*
15 *Episcopus non habet intentionem fundatam super decimis, sed tantum pro sua quarta.*
16 *Episcopus tenetur recipere quartam decimarum de manu Parochi.*
17 *Decimæ de iure spectant ad Parochum.*
18 *Sigillum Episcopi, quando non probet.*
19 *Episcopi sigillum, tunc non probat in præiudicium tertij, quando scriptura sigillata tendit principaliter in præiudicium tertij.*
20 *Secus verò, quando præiudicium esset secundariũ, & euentuale. & num.21.*

DECISIO CLXX.

IN hac causa proposui dubium, ad quem spectent decimæ, in casu, de quo agitur: Et quia pro parte DD. Comitum de Archo fiebat præcipuum fundamentum super inuestitura facta de anno 1452. suis Auctoribus ab Episcopo Tridentino, quam scripturam informantes pro Dominis Castri Barchi negabant esse in forma probanti, placuit Dominis in primis firmare, quod dicta inuestitura sit in forma
1 probanti, cum sit munita sigillo Episcopi, quod quidem † sigillum de iure probat, *glos. in cap. 2. ver. sigillum, de fid. instr. Rot. decis. 1. de probat. in nou.* Vbi dicit, hoc procedere de generali consuetudine totius Orbis, & obseruantia Palatij Apostolici in
2 his, † quæ spectant ad officium Episcopi, & inter eius Subditos, (quales in spiritualibus sunt partes litigantes decimas, de quibus agitur,) & extra causam eius propriam, & dummodò non procedat, vt Iudex, quæ omnia concurrunt in proposito casu; Ean-
3 dem conclusionem † in procuratorio Episcopi, firmat Rota *decis. 12. de procur. in eisdem nouis, & 36. eod. tit. in antiq.* & fuit dictum *in causa Bracharen. Parrochialis 17. Februarij 1589. coram Reuerendiss. Perusino, & in Posnanien. Decimarum 5. Aprilis 1593. coram bo. me. Gipsio*, & facit *decis. Seraph. 773. num.16.*

Non obstat, quod non sit recognitum sigillum, de quo agitur, esse Episcopi Tridentini, qui viuebat de anno 1452. quia cum Inuestitura sit facta nomi-
4 ne dicti Episcopi, & simus in materia † antiquissima, nempè vltra centum annos, Domini existimarunt, quod sicut tali casu non esset necessaria recognitio manus dicti Episcopi, *Put. decis. 146. lib. 1. in correct. & decis. 9. & 12. de fid. instr. Verall. decis. 5. num. 1. par. 3. Rot. in recent. decis. 27. num. 2. par. 2. & in causa* Lunen. *Sarzanen. Cappellæ 26 Martij 1601. coram me.* Ita neque etiam necessaria sit re-
5 cognitio † sigilli, sed debeat præsumi esse illius, cuius nomine cantat scriptura, cui adijcitur, & eo ma-
6 gis quia † sigillum habet circum circa litteras cum nomine Episcopi illius temporis, *iuxta not. per Abb. in cap. inter dilectos, num. 4.* vbi etiam *Imol. nu. 11. de fid. instr.* Et licet sola data non probet antiquitatem, *Put. decis. 186. num. 2. lib. 3 in correct.* tamen fallit hoc quando scriptura habet faciem antiquam. *ex trad. per eundem Put. decis. 9. de fid. instr. & per Rot. in d. Lunen. Sarzanen. coram me, & in causa Farfen Territorij 31. Maij 1604. coram Illustriss. D. Card. Millino, & in eadem 10. Aprilis 1606. coram*
7 *bo. me. Penia.* Prout inspecta scriptura, † de qua agitur, illam præseferre antiquitatem, arbitrati sunt Domini.

Ex alio etiam videbatur tolli difficultas, quia quando fuit producta ista scriptura, non fuit aliquid
8 oppositum, † vnde neque modo videbatur posse opponi circa illius recognitionem, *Seraph. decis. 333. num. 1. Rot. in causa Bracharen. Parrochialis 8. Februarij 1603. coram Rebusterio, & in causa Sancti Seuerini iurispatronatus 14. Decembris 1618. coram me.*

9 Non obstat quod non probetur sigillum † fuisse appositum de consensu illius Episcopi, quia placuit opinio, quod quando sigilli Dominus non contradicit, tunc sigillum publicum præsumatur appositum de consensu illius, cuius est sigillum, quam tenent *Anton. de Butr. in cap. tertio loco, num. 3. vers. secundo not. & ibid. Dec. num. 8. vers. & subijcitur, de probat. Abb. in cap. 2. num. 15. vers. quod autem sigilla, de fid. instr. Vital. in Clem. 1. §. fin. num. 47. de iur. iur.* & inclinarunt Domini, *vt in decis. seu discursu 535. num. 2. par. 1. diuers.* Sigillum enim publi-
10 licum † à fide digno diligenter custodiri solet, vt in proposito adnotauit *Couar. pract. qq. c. 22. nu. 9.* &
11 præsertim vbi scriptura sigillata † non continet aliquid ad fauorem familiaris illius, cuius est sigillum, de quo possit dubitari de subtractione sigilli, *iuxta distinctionem Archar. in cap. 2. num. 3. de fid. instr. Hippol. de Mars. in l. 1. §. in rationibus, num. 10. ff. ad l. Cornel. de fals. Rom. cons. 446. num. 12. & Gabr. concl. 4. num. 13. & 14. de præsumpt.*

Rursus non officit, quod scriptura non reperiatur subripta manu ipsius Episcopi, quia placuit opinio,
12 quod solum † sigillum publicum sufficiat absque alia subscriptione Episcopi, quam tenent post *Innoc. in cap. 2. num. 5. de fid. instr. Dec. in cap. tertio loco, num. 3. de probat. & in cap. post cessionem, num. 31. vers. prima concl. eo. tit. de probat. Bal. in l. 2. in fin. & ibi adden. C. de reb. alie. non alienan.* quem sequitur *Alex. in l. quæ dotis, num. 38. vers. contrarium, ff sol. matr. Gemin. cons. 57. num. 5. Roman. cons. 303. num. 2. Menoch. cons. 1. num. 332. & de arbitr. casu 113. num. 6. Gabr. concl. 4. num. 3. de præsumpt. Couar. pract. qq. d. cap. 22. num. 9. Boer. decis. 154. num. 5. in fin.* & videtur fuisse de mente Rotæ in decisionibus supra in principio allegat. Dum cõsiderat solam authenticitatem sigilli, quæ considera-

tio aliàs esset superflua, si opus esset subscriptione,
13 cum † sola subscriptio absque alio sigillo probet cõsensum,& auctoritatem subscribentis, *Ant. de Butr. in d. cap. 2. num. 4. vers. an ipsa exigatur, de fid. instr. Bart. in l. cum tabernam, §. idem quæsit. num. 1. ff. de pignor. Gabr. de præsumpt. concl. 3. num. 12. Rot. decis. 301. num. 3. par. 2. in recentiorib.* Et de Signatura Papæ, *Rot. decis. 605. num. 5. par. 2. & decis. 585. num. 2. par. 1. in recentior.* & in istis terminis satis firmat *Rot. dicta decis. 36. de procur. in antiq.* Vbi dicit, quod si Episcopus, vel Abbas vult facere mandatum nomine sui Capituli, vel † Conuentus debet
14 exprimere nomen Capituli, vel Conuentus, & si non ponatur Capitulum, vel Conuentus, sufficit quod in procuratorio reperiatur eorum sigillum, ex quo satis apparet sigillum supplere nomen Conuentus, vel Capituli.

Non obstat quod iura prædicta loquantur de probatione eorum, quæ pertinent ad officium Episcopi,
15 quod hic non videtur applicari, cum Episcopus † nõ habeat fundatam intentionem super decimis, sed
16 tantum super sua quarta, quam tenetur † recipere
17 de manu Parochi, † ad quem de iure spectant decimæ; Nam, quicquid sit de hoc, (saltem quando Parochus non est in causa, & præsertim vbi non probatur, de tẽpore concessionis fuisse diuisas Parochias, de quo suo loco) cessat difficultas, quia non agitur modò de validitate, vel inualiditate concessionis Episcopi, cum hoc sit reseruatum ad aliam inspectionem, sed tantum agitur de probando nudo facto ipsius Episcopi, vt in simili distinguit *Rot. d. decis. 1. num. 2. de probat. in nou.* Et contraria procedunt,
18 quando cum sigillo † Episcopi prætenderetur probari aliquis contractus extraneus, & celebratus inter diuersas personas.

Atque ex ijs cessat etiam aliud obiectum, quod si-
19 gillum Episcopi non probet in † præiudicium tertij, quia hoc videtur intelligendum, quando scriptura sigillata tendit principaliter in præiudicium tertij, puta quia in illa contineretur aliqua attestatio de facto alieno præiudiciali tertio, secus quando (vt in proposito casu) continet concessionem ipsius sigillantis, qui aut potuit concedere, & tunc actus de sui natura dicitur tendere in præiudicium concedentis, quicquid ex consequentia possit nasci in præiu-
20 dicium † alterius, quod non attenditur ex trad. per *Ias. in l. quoties, num. 10. C. de iud. Felin. in cap. cum M. Ferrariensis, num. 29. de constit.* & fuit deductũ *in causa Viterbien. Castrorum 1. Februarij 1619. coram me.* Aut non potuit concedere, & tunc ex sigillo probatur nudum factum concessionis absque præiudicio alicuius, aliàs si attenderetur quodlibet secundarium, vel euentuale interesse, neque proba-
21 retur resignatio, † neque procuratorium, nec alia, de quibus in decisionibus in principio allegatis, cum possit dari casus, quod & istæ aliquo modo noceant tertio.

☞ * *Infra in eadem causa habetur altera decisio sub die 20 Aprilis 1620. coram eodem bo. mem. Card. Sacrato.*



EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Nucerina Prædij.

Veneris 7. Februarij 1620.

ARGVMENTVM.

In Instrumento si fiat mentio de aliqua scriptura, dicta assertio nihil probat nisi cõstet de ea, etiamsi asserens dicat eam vidisse. Alienatio bonorum Ecclesiæ à Rectore in consanguineos est suspecta. Confirmatio nõ datur sine confirmabili.

SVMMARIVM.

1 *Assertio nihil probat, non constito de asserto.*
2 *Quod procedit etiamsi asserens deponat de certa scientia.*
Speculat. doctrin. in titul. de instrum. edit. §. restat. num. 3. reijcitur num. 2.
3 *Cardinali non creditur in præiudicium tertij.*
4 *Alienatio bonorum Ecclesiæ facta in consanguineos Rectoris suspecta est.*
5 *Confirmatio non datur sine confirmabili.*
6 *Confirmatio, si sit in forma communi, parum innuat, clausula, & quatenus opus sit de nouo concedimus, nisi constet de confirmato.*
7 *Confirmatio patitur easdem exceptiones, quas patitur confirmatum.*
8 *Supplicatio, si sit folium volans, non apparens vbi sit sumpta non releuat.*

DECISIO CLXXI.

DOMINI steterunt in decisis coram me in hac causa sub die 17. Aprilis 1617 * quia in ☞ effectu non adest, vel vna locatio solemnis, vel duæ effectum sortitæ spacio 40. annorum, prout requiritur, vt res Ecclesiastica possit dici solita alienari, ex alleg. in prædicta decisione.

Et quantum ad scripturam prætensæ commutationis anni 1521. de illa non apparet, nisi per asser-
1 tionem Instrumenti de anno 1524. quæ assertio † nihil probat, iuxta *alleg. in alia decis.* & quamuis *Specul. in tit. de Instrum. edit. §. restat num. 43. vers. quod si in aliquo* innuat sufficere attestationem, quod
2 inferens † viderit originale, attamen illius dictum repræhenditur, per *Alber. in auth. si quis in aliquo num. 2. in fine vers. oppositum puto verò, & per Castr. ibidem num. 2. & Ias. num. 7 C. de eden.* Nec est fa-
3 cienda vis in attestatione Cardinalis Legati, † quia illi non creditur in præiudicium tertij, *Ang. in cons. 182. post princ. vers. finaliter credo, Abb. cons. 118. num. 2. vers. nec habet suffragari lib. 2. Barbat. in tract. de Card. Legato in prima quæstione in 2. prælud. num. 8. & seq. vers. circa tertium membrum per tot.* Prædicta verò tantò magis, quia ille actus de anno 1524. fuit factus cum personis suspectis Eccle-
4 siæ † nempe cum Rectore, qui agebat de alienandis bonis Ecclesiasticis in suos consanguineos, quo casu non deest suspicio, *iuxta not. per Scrib. in auth. quibuscumque, vbi glos. verb. cognatus C. de sacros. Eccles. Cas. de Grass. decis. 4. num. 24. de reb. Eccles. non alienan. Rota decis. 720. num. 1. par. 1. diuers.*

Quantum attinet ad scripturam anni 1524. ex qua prætenditur confirmatio enunciatæ locationis de anno 1521. cum ex prædictis nullatenus constet de
5 locatione dicti anni 1521. cessat † confirmatio, quæ non

non datur sine confirmabili, *Bald. in cap. ex litteris num.5.vers.& est ratio diuersitatis, de fid.Instrum. & cons.161.num.1.in fin.vers. nam confirmatio non potest esse lib.5. Tiraq.de legit. connub.glos.4.nu.26. in fin.Vincent.de Franch. decis.204. num.24.* Neq; potest dici, quod ista confirmatio Legati habeat vim
6 nouæ concessionis propter clausulam, † *Et quatenus opus sit de nouo concedimus*, quia cum confirmatio sit in forma communi, huiusmodi clausula, parum, aut nihil operatur, nisi constet de confirmatione, *cap.quia diuersitatem, vbi glos.in verb. forma communi de conces.præbend. Cassad. decis. vnica num.2.de confirmat.vtil. vel inutil. cum alijs alleg. in decis.*

Minus facit confirmatio Pauli IV. quia cum illa
7 habeat relationem ad confirmationem Legati,† patitur easdem difficultates, quas patitur confirmatio Legati.

Ex prædictis cessat fundamentum deductum ex noua probatione, quod Cardinalis Papien. haberet facultatem authorizandi alienationes bonorum Ecclesiasticorum, nam quicquid sit de hoc, satis patet illa non fuisse vsus, quia prætensus actus anni 1521. non probatur per dictam scripturam anni 1524. nec minus dicta scriptura continet nouam alienationem, & solemnem licentiam, vt patet ex prædictis.

Quò verò ad supplicationem vltimo loco productam, signatam, vt prætenditur à Cardinale Papien. Gualdi Gubernatore, & Legato, visum fuit non posse super illa fieri aliquod fundamentum, cum sit fo-
8 lium volans, non apparens vnde fuerit † sumptum, non sit recognitum, habeat cancellaturas in ventre, & non habeat attestationem registrationis, cum tamen etiam de illo tempore registrarentur supplicationes Legatorum, vt attestatur *Gambar. de offic. Legat. de Latere lib.8.num.218.in fin.&c.*

Decisio ista in hac eadem causa facta sub die 17. Aprilis 1617.coram eodem bo.me. Card. Sacrato, est infra in appendice.

R. P. D. REMBOLDO

Comen. Cappellaniæ.

Veneris 7. Februarij 1620.

ARGVMENTVM.

Beneficia Prothonotariorum Apostolicorum, sunt Sedi Apostolicæ reseruata, & hoc non solum procedit, quo ad septem Prothonotarios, sed pariter quoad reliquos, qui non sunt de numero participantes, & siue sint creati à Papa, siue à Legatis, & siue sint creati principaliter, siue accessoriè, scilicet propter officia, idque verum quoque intellige, dato, quod dd. Prothonotarij de numero non participantes fuissent creati post Extrauag. ad Regimen. de præbend. & dignit.

SVMMARIVM.

1 *Officium Militiæ de Lilio acquirens efficitur Prothonotarius Apostolicus.*
2 *Officium Militiæ de Lilio resignans nihilominus post resignationem remanet Prothonotarius.*
3 *Beneficia vacantia per obitum Prothonotariorum participantium sunt reseruata.*
4 *Prothonotariatus dignitas acquiritur etiam ignoranti ad effectum reseruationis, & etiam ante assumptionem insignium.*
5 *ad Rotam non spectat reseruare beneficia, sed declarare an sub aliqua Constitutione reseruatoria ea comprehendantur. & num.6.*
7 *Extrauag. Ad regimen. de præben. & dignit. generaliter loquitur, & est apta compræhendere etiam beneficia Prothonotariorum non participantium.*
8 *Et Summi Pontifices pro tempore sæpius conferendo dicta beneficia declararunt illa esse sub dicta extrauaganti compræhensa. & num.9.& 10.*
11 *Extrauag.ad regimen. de præben. habet locum in omnibus Prothonotarijs, etiam de numero non participantium.*
12 *Extrauag. ad regimen. de præben. fuit limitata à Nicolao V. quo ad Nationem Germanicam, vt ea tantum habeat locum quoad septem Prothonotarios participantes.*
13 *Extrauag.ad regimen. de præben. Sixtus IV. ex conuentione inita cum Rege Galliæ, restrinxit ad Prothonotarios gestientis publicè, & continuè habitum Prothonotariatus.*
14 *Exceptio firmat regulam in non exceptis.*
15 *inter Prothonotarios creatos à Papa, & inter creatos à Legatis, multi DD. conati sunt constituere differentiam, quo ad reseruationem beneficiorum.*
16 *Prothonotarij siue creati sint à Papa, siue à Legatis compræhenduntur sub extrauag. Ad regimen. de præbend.*
17 *Prothonotarij non participantes non videntur compræhendi sub extrauag. Ad regimen. de præben. quia de eo tempore non dum erant creati.*
18 *Prothonotarij non participantes, aderant etiam de tẽpore Polidori Virgilij, qui floruit anno 1499.*
19 *Prothonotarij non participantes, quamuis creati fuissent, post extrauag. Ad regimen. de præben. nihilominus sub ea comprehenduntur.*
20 *Lex semper loquitur, & compræhendit personas, quomodocumque existentes.*
21 *Cap. vnic. de exces. Prælat. licet loquatur de Monasterijs hactenus ædificatis, tamen est intelligendum de Monasterijs post ædificandis.*
22 *Dictio, hactenus, in lege posita intelligenda est, vt operetur semper, quando casus venerit, quia lex semper loquitur.*
23 *Statutum Florentiæ mandans, quod omnes Ciuitates subiectæ soluant certum quid, habet etiam locum in Ciuitate Pisarum effecta subiecta post Statutum.*
24 *Extrauag. ad regimen. de præbend. an habeat locum in Prothonotarijs creati ratione officij, & non principaliter.*
25 *inter Prothonotarios creatos ratione officij, & sic accessoriè, & inter creatos principaliter non adest differentia. & num.32.*
26 *Beneficia Prothonotariorum creatorum ratione officij sunt reseruata.*
27 *Prothonotarij creati accessoriè propter officium, an dimisso officio remaneant tales.*
28 *Beneficia quorumcumque Prothonotariorum sunt Sedi Apostolicæ reseruata, etiam dimissis dictis officijs. & num.30.*
29 *Constitutio aliqua dum clarè loquitur, cessant omnes ambiguitates.*
31 *Lex generaliter loquens, omnia comprehendit, dum non subest ratio eam restringendi.*
33 *Reseruationes sunt odiosæ, propter præiudicium Ordinariorum, & ideò non extendendæ.*

34 *Extensio non dicitur, quando de propria rei comprehensione agitur.*

35 *Reseruationes tunc sunt odiosæ, quando ageretur de reseruationibus ad fauorem certarum personarum factis.*

36 *Secus si reseruationes essent factæ per viam legis generalis, quia tunc intentio Papæ est, prouidere pauperibus clericis Romanam Curiam sequentibus.*

37 *Reseruationes quæ emanant per viam legis generalis dicuntur fauorabiles, non habitu respectu ad incidens præiudicium Ordinariorum.*

38 *Papæ in primitiuo tempore tota collatio beneficiorum fuit, quam postea communicauit Episcopis præuentiuè.*

39 *Papa dum reseruat beneficia, vtitur iure proprio, sicuti ille, qui redimit ex pacto.*

40 *Papa concedendo alicui facultatem conferendi beneficia, non dat tantam, quin maiorem retineat auctoritatem.*

DECISIO CLXXII.

NICOLAVS Coquius Clericus Comen. acquisiuerat de anno 1585. officium Militis de Lilio, eoque anno 1594. resignato obtinuit de anno 1609. simplex beneficium, quod cum de anno 1616. in mense Decembris per eiusdem Nicolai obitum vacasset, fuit de eo R. P. D. Archintus ordinaria, & D. Vulpius Apostolica auctoritate prouisus. Quare orta inter eos controuersia super dicti beneficij adiudicatione, fuit dubitatum, An constet de reseruatione dicti beneficij.

Et quoniam neque etiam pro parte dicti R.P.D.
Archinti inficiebatur, quia dictus Nicolaus mediã-
1 te † dicti officij Militis de Lilio acquisitione fuerit
effectus Prothonotarius in vim Priuilegiorum Pauli
Tertij dictæ Militiæ concessorum, & quod eorum-
2 dem priuilegiorum vigore † etiam post resignatio-
nem d. officij remanserit Prothonotarius. Domini
indubitanter censuerunt constare de reseruatione
dicti beneficij, cum certum sit, atque etiam in hoc
3 Sacro Tribunali satis tritum, † quod omnia benefi-
cia vacantia per obitum Prothonotarij, vel partici-
pantis, vel etiam non participantis sint Sedi Apo-
stolicæ reseruata, *Caputaq. decis. 407. par. 2. Put.
decis. 305. num. 1. lib. 1. in nou. impress. Card. Se-
raph. decis. 1251. num. 18. cum alijs alleg. in causa
Burgen. Abbatiæ de Salas 14. Maij 1612. coram R.
P.D. meo Vbaldo*, in qua etiam post decisiones ibi-
dem relatas, fuit dictum, quod dignitas dicti Protho-
4 notariatus † acquirebatur etiam ignoranti ad effe-
ctum reseruationis, & etiam ante assumptionem
Insignium, *Rota decis. 12. de præben. in nou. & decis.
11. lib. 2. par. 3. diuers. & decis. 373. eadem par. 3.
lib. 3.*

Non obstat quod prætenditur reseruationem dd.
beneficiorum vacantium per obitum Prothonota-
riorum non Participantium fuisse tantummodo ex
stylo Rotæ inductam, eundemque stylum non posse,
nec debere extendi ad Prothonotarios creatos ra-
tione officij, quia Rota non induxit dictam reserua-
5 tionem, † cum ad eam non spectet reseruare benefi-
cia, sed declarauit, quod sub extrauagant. *ad Regi-
men de præb. & dignit.* & regulis Cancellariæ postea
emanatis, & à Summis Pontificibus pro tempore
6 innouatis, † sint compræhensa omnia beneficia per
mortem Prothonotariorum tam participantium,
quam etiam non participantium vacantia, tum quod
7 verba dictæ extrauagantis ad Regimen † sunt gene-
ralia, & apta compræhendere etiam beneficia Pro-
thonotariorum non participantium, tum etiam quia
Summi Pontifices pro tempore sæpius conferendo
8 dicta beneficia declararunt, † quod illa essent sub
dicta extrauaganti compræhensa, vt benè ad propo-
situm aduertit *Put. decis. 309. num. 1. lib. 1. in nou.*
9 vbi, quod pluries Rota iudicauit, † quod beneficia
Prothonotariorum non participantium sunt reser-
uata, quia Papa faciendo multoties collationem de
beneficijs vacantibus per mortem talium Protho-
notariorum vti de reseruatis, declarauit quod vole-
10 bat illa esse reseruata, & in specie quod † dicta be-
neficia sunt reseruata per dispositionem dictæ extra-
uagantis ad Regimen, est *decis. Caputaq. 327. in
manuscript.* & quod pluries fuerit resolutum in Ro-
11 ta, quod dicta Extrauagans habet locum in † om-
nibus Prothonotarijs, etiam qui non sunt de nume-
ro participantium, testatur *bo. me. Robusterius in
causa Placentina Scholastriæ Canonicatus, & Præ-
bendæ de Valliadolid 9. & 13. Aprilis 1584. relata
per Modern. de benefic. par. 5. cap. 1. num. 204.* vbi
etiam dicitur, quod hoc habet aliquam difficulta-
tem, & fuit firmatum *in dicta Burgen. Abbatiæ de
Salas coram R.P.D. meo Vbaldo*, in qua plures aliæ
decisiones referuntur.

Non obstant quæ dicuntur ex Constitutionibus
Nicolai Quinti, & Sixti Quarti, quia imo cum Ni-
colaus Quintus in dicta eius Constitutione decla-
12 ret, quod ex pacto cum inclita Natione † Germani-
ca inito, dicta extrauagans ad Regimen locum tã-
tum habere intelligatur, quoad septem Notarios
participantes, Et eodem modo Sixtus quoque Quar-
tus ex conuentione facta cum Rege Galliæ restrin-
gat dictæ extrauagantis reseruationem ad Protho-
13 notarios † gestantes publicè, & continuè habitum
Prothonotariatus, clarè ex dictis Constitutionibus
colligitur sensum dd. Summorum Pontificum, prout
& aliorum fuisse, quod circumscriptis dd. modifica-
14 tionibus, † & pactis sub dicta extrauaganti com-
præhendantur beneficia Prothonotariorum non
participantium.

Minus facit auctoritas eorum, qui tenuerunt,
quod sub dicta extrauaganti non sint compræhensi
Prothonotarij non participantes, quia vel loquun-
tur de Prothonotarijs creatis à Legatis de Latere,
non autem à Papa, inter quos multi conati sunt cõ-
15 stituere † differentiam, vt colligitur, ex trad. per
Madof super reg. 1. quæst. 7. vbi tamen sub num. 3.
dicit, quod Rota semper tenuit, quod indistinctè
omnes Prothonotarij, siue sint creati à Papa, siue à
16 Legato, sint sub dicta extrauaganti † compræhensi,
vel nõ sunt aliquo modo attendendi, cum vt dictum
est, Rota contrariam semper opinionem amplexa
fuerit, eaque opinio optima ratione fulciatur.

Non obstat quod dicti Prothonotarij non possunt
censeri sub dicta reseruatione compræhensi, quia
17 tempore † dictæ extrauagantis nondũ fuerunt crea-
ti, quia præterquamquod satis verisimile videtur,
18 quod etiam de dicto tempore adessent alij † quoque
Prothonotarij vltra numerum participantium, cum
iam illi essent de tempore Polidori Virgilij, qui flo-
ruit anno 1499. sine numero, prout ipse testatur in
lib. de

lib. de inuentoribus rerum lib. 4. in omnem etiam
19 euētum quatenus dicti Prothonotarij † fuissent post dictam Extrauagantem creati, nihilominus comprehenduntur sub dicta reseruatione, quia lex semper
20 loquitur, & comprehendit propterea personas † quomodocumque existentes, *l. Arrian. C. de hæretic. Franch. in cap. vnic. num.* 1. *& ibi Gemin. num.* 8. *de excess. Prælat. in* 6. vbi etiam in fortioribus tradit, quod licet text. loquatur de Monasterijs hactenus
21 ædificatis, † tamen est intelligendus de Monasterijs post ædificandis, quia cum lex semper loquatur, di-
22 ctio, hactenus, est intelligenda, † vt operetur semper quando casus venerit *Castr. cons.* 235. *sub nu.* 1. *post*
23 *med. vers. restat respondere lib.* 1. vbi quod lex † Florentiæ mandans, quod omnes Ciuitates subiectæ soluant certum quid, habet locum in Ciuitate Pisarum effecta subiecta post legem, quia lex semper loquitur.

Minus obstat, quod etiamsi dicta Extrauagans cōprehendat Prothonotarios postea creatos, non po-
24 test tamen comprehendere Notarios creatos † ratione officij, atque ita accessoriè ad officium, quod ipsis fuit principaliter collatum, sed illos tantum, qui verè sunt Prothonotarij, & tales principaliter creati, quia imò etiam dicti Prothonotarij sunt veri
25 Notarij, nec † inter illos, & alios potest constitui aliqua differentia, cum maximè etiam finito officio remaneant Prothonotarij, atque tunc quoque gaudeant omnibus priuilegijs veris Prothonotarijs cōcessis, vt expressè disponitur in supradictis Pauli III. & etiam Pauli Quarti Constitutionibus, adeoque
26 proculdubio beneficia etiam post mortem † huiusmodi Prothonotariorum vacantia sunt reseruata, vt in terminis Prothonotarij creati ratione officij dixit *Rota in dicta Placentina Scholastriæ canonicatus, & præbendæ coram bo. me. Ruscitrio.* Ex quo etiam apparet quod nunquam fuit dubitatum in Rota, quia beneficia etiam per mortem Prothonotariorum ratione officij creatorum vacantia sint reseruata, sed quoad id eo erat controuersia, An dicti Prothonotarij
27 † finito officio desinerent esse Prothonotarij, quæ tamen hodie penitus remanet sublata, & quidem in specie quoad milites de Lilio, per dictas Pauli III. & Quarti Constitutiones, & generaliter quoad omnes qui ratione alicuius officij sunt Sedis Apostolicæ Notarij per declarationem Sixti V. & aliorum
28 subsequentium Summorum Pontificum † in regula prima Cancellariæ per quam dicta extrauagans innouatur, in qua expressis verbis disponitur, quod beneficia, quæ Sedis Apostolicæ officiales, qui ratione officiorum huiusmodi eiusdem Sedis Notarij erunt, etiam dimissis ipsis officijs, & quandocūque assecuti fuerint sub reseruationibus dictæ extra-
29 uagantis ad regimen † comprehendantur, itaut stantibus hodie dd. Constitutionibus, & declarationibus nullus amplius supersit in hac re scrupulus.

Nec obstat, quod dicta Sixti V. declaratio intel-
30 ligi debet de Notarijs † ratione officiorum enumeratorum in dicta extrauaganti non autem ratione officij militum de Lilio, cuius nulla fit mentio in
31 dicta extrauaganti, quia verba † regulæ sunt generalia, & apta comprehendere omnes notarios cuiusuis officij ratione creatos, nec subest ratio illa restringendi ad certa officia, cum maximè reseruatio non fit fundata in officio, sed in notariatu, & notarij creati ratione dicti officij militis de Lilio, nihilominus sunt notarij, quam sint notarij ratione aliorum offi-
32 ciorum creati, † quia imò inter dictos notarios creatos ratione officiorum, & alios creatos absque officijs nulla, vt supra dictum fuit, est differentia, & omnes ijsdem oneribus, & honoribus fruuntur.

Non obstat quod reseruationes sunt odiosæ prop-
33 ter † præiudicium ordinariorum, adeoq. non extendendæ, quia præterquam quod obiectum hoc non
34 applicatur, cum non agatur de extensione † dictæ reseruationis, sed de propria eius comprehensione,
35 illud etiā procedit in † reseruationibus particularibus ad fauorem certarum personarum, secus autem
36 quando reseruatio est per viam legis generalis, vbi principalis intētio Papæ est, vt prouidere valeat pauperibus Clericis, & personis benemeritis Romanam Curiam sequentibus, quia tunc reseruationes iudicā-
37 tur † fauorabiles non habitu respectu ad incidens præiudicium ordinariorum, *Simonett. de reseruat. q.* 5. *circa fin. Mandos. reg.* 2. *q.* 2. *nu.* 1. *& seqq. Caputaq. decis.* 141. *nu.* 5. *par.* 1. *cum alijs per Rotam decis.* 457. *num.* 11. *& seqq. par. diu. & benè Gabr. cons.* 197. *num.* 3. *lib.* 1. assignans rationem, quod in
38 † primitiuo tempore tota collatio fuit Papæ, quam postea communicauit Episcopis, præuentiuè ergo
39 dum reseruat † vtitur iure proprio, sicuti ille qui re-
40 dimit ex pacto, qui non dederit tantam, † quin maiorem retinuerit auctoritatem, *Paris. de resign. lib.* 1. *q.* 10. *nu.* 47.

EMINENTISS. D. CARD. VEROSPIO SEN.

Romana Fideicommissi de Gaietanis.

Veneris 7. Februarij 1620.

ARGVMENTVM.

Instrumentum si non excedat tempus centum annorū non potest dici antiquum, & sic opus est recognitione manus Notarij. Instrumentum antiquum, licèt non egeat formali recognitione, coadiuuandum tamen venit adminiculis, & in istis terminis, quæ adminicula tanquam insufficientia non admittantur.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum si non excedat metam centum annorum non dicitur antiquum.*
2 *Instrumentum, si non sit antiquum, recognosci debet manus Notarij.*
3 *Instrumentum antiquum vltra centum licèt non egeat formali recognitione, opus tamen est vt adminiculetur.*
4 *Notariatus in antiquis probatur per testes deponentes de publica voce & fama.*
5 *Testes, vt probent notariatum in antiquis per publicam vocem & famam requiritur, vt percutiāt tempus rogitus instrumenti, de quo quæritur.*
6 *Notariatus alicuius non probatur ex vno tantum rogitu.*
7 *Probationes, quæ non concludunt, non releuant.*
8 *Instrumēti rogati identitas ex quibus excludatur.*
9 *Adminicula si sint æquiuoca, non releuant.*
10 *Enunciatiuæ quando sunt recentes, & paulò ante litem emanatæ, non deseruiunt pro adminiculo.*
11 *Enunciatiuæ emanatæ ab habente interesse in causa non releuant.*
12 *de Obseruantia doceri non potest, si articuletur inobseruantia.*

13 *Probationes si per possibile, & non per necesse concludant, non attenduntur.*

DECISIO CLXXIII.

DOMINVS Alexander Gaietanus cum Rocchę Gurgæ, & Normæ Castra prætenderet fuisse in certo diuisionis instrumento de anno 1517. inter filios Raymundi de Gaietanis initæ fideicommisso subiecta, & per consequens illa D. Prosperum de Gaietanis alienare non posse, causa mihi commissa dubium proposui videlicet. An scriptura dicti fideicommissi esset in forma probanti, quod fuit negati-
1 uè resolutum, hæc enim scriptura non † dicitur antiqua tanquam centum annorum spatium non excedens lite ab anno 1614. inchoata, vnde vel debe-
2 ret Notarij †manus recognosci *glos. in auth. etsi contractus in verbo soli de fid. instrum. Gemin. cons. 15. sub num. 16. Conrad. cons. 227. num. 60. Alex. cons. 198. num. 1. lib. 7. & cons. 97. num. 4. & 6. eod. lib. Roland. cons. 32. num. 13. & seq. lib. 2. Caputaq. decis. 99. num. 2. par. 2. & fuit dictum in Romana bonorum de Columna 22. Maij 1615. coram Reuerendiss. D. meo Damasceno decis. 103. num. 3. par. 2.*

Vel saltim cum sit instrumentum vltra centum
3 annos, etiam quod † formali recognitione non indigeret, opus nihilominus esset adminiculo *Put decis. 146. lib. 1. Caputaq. decis. 5. par. 3. Rota decis. 52. & 54. in fin. par. 1. diuers. & fuit dictum in Farfen. territorij 19. Martii 1607. coram bo. me. Penia.*

Quæ in casu nostro sufficientia non deducuntur; nam testes inducti pro huius instrumenti recognitione nihil deponunt respectu manus Francisci Co-
4 lumnæ de Alatro prætensi Notarij rogati, & † licèt de publica voce, & fama illius notariatus testimonium perhibeant, non tamen probant, cum de tem-
5 pore dicti rogitus †famam non percutiant *Alex. consil. 195. num. 3. & 4. lib. 7. Roland. d. cons. 32. num. 9. lib. 2. decis. Pedem. 107. num. 5.*

Accedit alia instrumenta ab illo rogata non exhiberi, vnde oritur præsumptio ipsum non extitisse no-
6 tarium, † cum ad hoc probandum vnius instrumēti rogitus non sufficiat *Innoc. in c. veniens de verb. signif. Lanfranc. de Orcan. in cap. quoniam contra vers. instrumentorum productio num. 16. de fid. instrum. Aym. de antiq. temp. par. 3. §. videmus in genere num. 9. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 115. num. 9. in fin.*

Non obstat instrumentum de anno 1535. pro adminiculo deductum, in quo contractus omnes inter dictos Raymundi filios, vno excepto concordiæ, & diuisionis infirmantur; quia visum Dominis fuit, il-
7 lud †non concludere, non enim dictum instrumentum de ista concordia, & diuisione loquitur, cum ibi dies, & notarij nomen de illa rogati non sit ap-
8 positum nec alia demonstratio † conueniat, per quã argui possit identitas *Abb. in c. 2. in fin. de cens. Felin. in cap. cum Bertoldus nu. 26. de re iud. Riminald. cons. 35. num. 11. lib. 1. Ruin. cons. 115. nu. 14. lib. 5. Natta cons. 138. num. 18. Surd. cons. 366. num. 27. lib. 2.*

Vlterius ex articulis, & testibus desuper pro parte Dominorum Alexandri, & Christophori examinatis probatur aliam inter dd. Raymũdi filios interuenisse concordiam, quod nimirum homines Rocchæ Gurgę molere tenerētur in Castri Maentiæ molendino, prout hoc etiam dicti Alexander, & Christophorus per sententiam declarari obtinuerunt quã stante conuentionum pluralitate excluditur illam, cuius in instrumento anni 1535. fuit mentio eandem
9 esse cum ista, de qua dubitatur, & per † consequens adminiculum vti æquiuocum non probat *Alex. in l. si in nomine. C. de testam. Ruin. cons. 115. num. 3. & 4. lib. 5. Mandel. cons. 10. num. 13. Surd. cons. 235. num. 18. lib. 3.*

Non obstat huiusmodi fideicommissum ab Alexãdro in venditione Castri Maentiæ fuisse enuncia-
10 tum; quia talis enunciatiua †tanqnam de recenti, & paulò ante iudicium intẽtatum emanata pro adminiculo suffragari valet *glos. in l. cum aliquis in verb. ex hoc vbi Bart. num. 2. C. de iur. delib. Innoc. in c. cum in iure de offic. deleg. Seraph. decis. 1189. n. 3.*
11 Cum præsertim ab habente † interesse processerit *Aret. in cap. cum causa num. 13. & 17. vbi Felin. in 4. notab. de probat. Hieronym. de Monte de finib. cap. 60. num. 13. Seraph. d. decis. 1189. num. 3. Rota decis. 71. in fin. par. 2. in recent.*

Non obstat prætensa obseruantia tanquam iuxta prædictæ diuisionis formã Castra fuerint possessa, nã cum D. Alexander, & illius frater articulauerint
12 pacta in diuisione inita † obseruata non fuisse, dici non potest de obseruantia constare, *l. cum te. C. de transact. Roland. cons. 75. num. 23. lib. 2. Verall. decis. 107. num. 2. lib. 3.*

Vltra quod non apparet Castra fuisse potius vigore diuisionis in dicta scriptura contentæ quam alterius conuentionis à Rota canonizatæ possessa, quod
13 fuisset, vt per necesse † probatum non dicatur illa iuxta prædictam diuisionem possessa fuisse *l. non bo. C. vnde legit. Lanfr. in cap. quoniam contra de probat.*

Adminiculum vero, quod instrumentum fideicõmissi productum fuit contra fiscum, & in forma probanti habitum, in facto non verificatur &c.

☞ *Infra in eadem causa adest altera decisio sub die 23. Februarii 1623. coram eodem bo. me. Card. Verospio. Recessit tamen ab istis decisionibus Rota coram bon. mem. Reuerendiss. Coccino sub die 25. Februarij 1633. vbi fuit resolutum prædictum instrumentum esse antiquum, non obstante defectu modici temporis trium annorum ex eo, quod Rota simili spatio 97. annorum aliàs ex quadam æquitate fuisset contenta, ad hoc vt instrumentum diceretur antiquum, & sic nulla requiritur probatio Notariatus, aut manus recognitionis, vt latè in d. decisione Coccini, quæ est infra in par. 6. recent. decis. 184. in qua parte habes quoque alias decisiones in eadem causa, videlicet sub diebus 30. Ianuarii 7. Iunii, & 17. Nouemb. 1634. coram eodem Coccino, sunt in ordine decisiones 263. 284. & 340. ac in par. 7. adest altera sub die 23. Martii 1635. coram eodem. est decisio 33.*

REVERENDISS. MANZANEDO.
Patriarcha Hierosolymitano.

Bononien. Dotis.
Veneris 7. Februarij 1620.

ARGVMENTVM.

Promittens dotem restituere plenè, & integrè, ac renuncians omni auxilio legum, & statutorum, an possit iuuari beneficio statuti de lucro dotali. Statutum domicilij viri est attendendum in restitutione dotis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Aduerbia plenè, & integrè, quid capiant, & nu.2.*
3 *Dotem restituere plenè, & integrè promittens, ac renuncians omni iuris, legum, & statutorum auxilio, hoc casu non potest iuuari beneficio statuti de lucro dotali.*
4 *Clausula, etiam in parte executiua posita, declarat dispositionem principalem, & mentem contrahentium.*
5 *Statut. Bononien. in rub. de dot. restitut. §. si vero, quid disponat.*
6 *Statutum domicilij viri est attendendum in restitutione dotis, & num. 8. & 12.*
7 *Forensis non debet gaudere beneficio statuti loci.*
9 *Statutum excludens forensem ab acquisitione, non ligat filium, quo minus patri, vel matri succedat.*
10 *Per Statut. Bononien lib. 2. in rub. quomodo, & qualiter forensibus ius reddatur, & vt habeat locum, quid requiratur.*

DECISIO CLXXIV.

FVIT resolutum sententiam esse infirmandam, cum de eius iniustitia appareat ex eo, quod absoluit Gandulphum à petita restitutione dotis, ad quam hæredibus, & filijs primi matrimonij Elisabettæ vxoris præmortuæ tenebatur vigore specialis pacti: Cum enim promiserit dotem restituere cum pacto, quòd quandocumque casus euenisset dotis restituendæ, liceret eidem Elisabettæ, & suis hæredibus, & successoribus capere possessionem suorum bonorum donec esset de dote plene, & integre satisfactũ, nihil de dicta dote prætendere potest, quia per illa
1 verba, † plene, & integre, videtur cuicumque lucro dotali renunciasse, *Alex. cons. 5. num. 15. lib. 3. Natta cons. 582. num. 27. Menoch. cons. 191. num. 13. Pedroch. cons. 28. num. 28. Roland. de lucr. dot. quæst. 39. num. 18. Phanuc. eod. tract. glos. 4. num. 1.*

Nec refert, quòd in casu nostro Gandulphus non promiserit dotem restituere integre, sed solum dederit facultatem habendi regressum contra bona propria vsque ad integram dotis restitutionem, quia in
2 vtroque casu dicta † verba operantur eundem effectũ vt notat *Purpurat. cons. 570. num. 1.* Cum præsertim illa fuerint apposita in principali dispositione, & obligatione restituendi dotem, non autem in clausula executiua hypotecæ, & constituti.

3 Quæ facilius procedunt, quia idem Gandulphus vltra dictam promissionem renunciauit † etiam omni iuris, legum, & statutorum auxilio, quo casu non potest iuuari beneficio statuti de lucro dotali, sed illud remisisse censetur, *Ias. cons. 90. nu. 6. & seq lib. 3. Roland. de lucr. dot. quæst. 42. num. 1. & seq.* Quæ renunciatio licet fuerit posita in clausulis executiuis, tamen negari non potest, quin confirmet, & roboret promissionem restituendi dotem supra positam, & declaret qualis fuerit mens Gandulphi in dicta pro-
4 missione, quia † clausula etiam in parte executiua posita roborat, & declarat dispositionem principalem, & mentem contrahentium, *Bald. in l. eam quã. num. 36. C. de fideicom. Dec. cons. 423. in fine, Curt. iun. cons. 3. num. 3. vers. ad istud Rot. decis. 532. n. 7. par. 1. diuers.*

Vlterius vbi præmissa cessarent, adhuc non poterat dictus Gandulphus à petitis absolui, cum saltim cõdemnari deberet ad restitutionem medietatis do-
5 tis, ex quo *Statutum Bononien. in rubr. de dot. restit. §. si vero ex ea, fol. 227.* prædecedente vxore defert solum secundo viro lucrum medietatis dotis, aliam vero medietatem filijs primi matrimonij re-
6 stitui iubet. Quod quidem statutum, † cum sit domicilij viri, est attendendum in restitutione dotis, *l. exigere dotem. ff. de iudic. vbi Cagnol. num. 4. & 5. Afflict. decis. 226. num. 9. Roland. d. tract. de lucr. dot. quæst. 13 nu. 3. & seq. Phanuc. eod. tract. glos. 9. num. 1.* Non autem statutum Florentiæ, vbi matrimonium fuit contractum, deferendo totam dotem
7 secundo viro, cuius † beneficio forensis gaudere non debet, *Paris. cons. 34. num. 14. & seq. lib. 3. Phanuc. dicta glos. 9. num. 27.* prout in terminis mulieris † Florentinæ secundo nuptæ Bononiæ, tradit *Caccialup. in l. cunctos populos, nu. 107. C. de summ. Trinit. & fid. Cathol.*

8 Quibus non obstat aliud statutum Bononiæ lib. 2. in rubr. quomodo, & qualiter forensibus agentibus ius reddatur, disponens, vt idem ius seruetur forensi agenti in Ciuitate Bononiæ, quod, & quale redderetur Bononiẽsi agenti in Ciuitate illius forensis, quasi propterea filijs primi matrimonij Florentinis sit seruandum statutum Florentiæ, quòd seruaretur Bononiensi agenti Florentiæ.

Quia respõdetur prædictum statutum loquens de
9 forensibus non habere locum in † filijs agentibus ad hæreditatem matris Bononiæ habitantis, & defunctæ, qui pro forensibus non habentur, nec sub dicto statuto comprehenduntur, vt in puncto similis statuti de forensibus, notat *Bursatt. cons. 8. n. 33. Surd. cons. 461. nu. 13. Seraphin. decis. 843. n. 3* & in terminis huius statuti Bonon. *Riminald. iun. cons. 101. num. 35.*

10 Secundo respondetur prædictum statutum † ad hoc, vt intret pro forma duo copulatiue requirere, videlicet, vt hoc obijciatur à Ciue Bononiense, & si per forensem agentem infra terminum à Iudice assignandum probetur, quod, & quale ius reddatur in patria sua: vnde licet in casu nostro primum requisitum fuerit seruatum, cum Gandulphus de hoc opposuerit, tamen quia deficit secũdum, cum filij Elisabettæ actores non probauerint quale ius reddere-
11 tur Florentiæ, † non potest Gandulphus allegare prædictum statutum, vt in puncto huius statuti Bononiensis, *notat. Riminald. iun. d. cons. 501. num. 27. & sequentib. Rot. Bononien. super statut. decis. 34. num. 31. & sequentib.* succedit altera dispositio eiusdem statuti in vers. quo non probato, vt hoc casu debeat ius reddi forensibus secundum dispositionem iuris communis. De iure autem communi in resti-
12 tutione † dotis debet seruari statutum domicilij viri, & sic Bononiense, *d. l. exigere dotem*, cum alijs supra adductis, & secundum dictum statutum erat iudicandum, non autem secundum statutum Florentinum. Et ita resolutum.

EMINENTISS. D. CARD. VEROSPIO.

Malacitana Cappellaniæ.

Lunæ 10. Februarij 1620.

ARGVMENTVM.

Ordinarius, quando procedit iudicialiter ad collationem beneficij, si ab eius adiudicatione fuerit appellatum, omnia gesta appellatione pendente sunt attentata.

tentata. Attentatis, vt quis dicatur renunciasse, quid requiratur. Recursus ad Iudices Laicos in materia Ecclesiastica hodie indistinctè sunt prohibiti.

SVMMARIVM.

1 *Appellari potest à collatione beneficij quando Ordinarius processit iudicialiter.*

2 *Appellatione pendente gesta, omnia sunt attentata.*

3 *Beneficium non dicitur litigiosum, si non fuerit petitum, vti proprium, sed tamquam debitum.*

4 *Beneficium vt dicatur litigiosum ad effectum attentatorum, quid sufficiat.*

5 *Attentatis, vt quis dicatur renunciasse, id in facto est iustificandum.*

7 *Attentatis non potest dici quis renunciasse, si protestauit de attentatis.*

8 *Attentatorum reuocationem pars petere nequit, si inciderit in excommunicationem ob recursus ad Iudices laicos.*

9 *Recursus ad Iudices laicos in materia Ecclesiastica indistinctè est probibitus, etiamsi ad eos fuerit recursum ad coadiuuãdam Ecclesiæ iurisdictionem.*

DECISIO CLXXV.

VACANTE in Ecclesia S. Annæ Oppidi de Archidona Malacitanæ Diœcesis Cappellania, quæ illius deponere fundatoris deberi prætenditur, Lucas Matthias Cabrero se ad illam opposuit, eamque vt sibi debitam, petijt adiudicari, & ipso per Ordinarium Malacitanum admisso Petrus Marronus se pariter opposuit. Vnde orta inter istos controuersia, post plures actus iudiciales, fuit ab eodem Ordinario Malacitano pronunciatum, Petro Marrono dictam Cappellaniam esse adiudicandam, & non obstante appellatione per Lucam Matthiam interposita, Petrus fuit in Cappellaniæ possessionem immissus; Vndè causa in Rota coram me introducta, & dubio super attentatis proposito, Domini responderunt de illis constare; Quia cum Lucas Matthias tãquam de genere fundatoris, vti contradictor comparuerit, & fuerit admissus ab Ordinario, qui postea affixis edictis, formato processu, & iudicialiter procedẽ-
1 do, dictum beneficium adiudicandum, † & conferendum esse Petro Marrono, pronunciauit, licitè Cabrerus ab hac sententia potuit appellare, *Abb. in c. constitutus 2. num. 14. de appell. Franc. in cap. auaritiæ num. 5. Butr. num. 10. Anchar. in fin. Io. Andr. nu. 5. in fin. eod. tit. Lambert. de Iurepatr. par. 2. lib. 2. q. 11. art. 4. num. 3.*

Et per consequens institutio, mandatum de immit-
2 tendo, & possessio † eiusdem beneficij capta, fuerunt attentata, *c. non solum, & c. 1. & 2. vt lit. pend. in 6.* & fuit decisum *in Parmen. beneficij 3. Martij 1609. coram Iusto, & in Gerunden. beneficij 26. Nouembris 1612. coram me.*

Nec valet dicere beneficium non esse litigiosum,
3 cum † petitum non fuit vti proprium, sed tanquam debitum, *iuxta doctr. Bald. in auth. litigiosa, C. de litigiosis,* nam ad effectum attentatorum non requiritur beneficium litigiosum existere, sed sufficit iu-
4 dicem à quo in litis pendentiæ spretum † aliquid innouasse, cum isto casu omnia, tanquam appellatione pendente gesta dicantur attentata, *vt in alleg. causa Gerunden. coram me.*

Non obstat, Cabrerum attentatis renunciasse,
5 quia hoc † in facto non iustificatur, Immo ex actu primo facto post captam à Petro possessionem con-
6 stat protestatum † fuisse de attentatis, quod sufficit, ne dicatur illis renunciatum *Castr. cons. 311. nu. 4. lib. 1. Dec. cons. 516. num. 9. Guidopap. quæst. 364. n. 1. Cephal. cons. 369. n. 10. lib. 2.* & fuit dictũ *in Salamãtina Vicariæ 15. Martij 1596. corã Card. Blãchetto.*

Cæterum Cabrerus ob recursum habitum ad Iu-
7 dices laicos, † cum in excommunicationem inciderit, reuocationem attentatorum petere non valet, *Rota in Conchen. Archipresbyteratus 13. Nouembris 1605. coram Penia.*

Et quamuis replicetur huiusmodi recursum fuisse
8 habitum ad coadiuuandam Ecclesiæ † Iurisdictionem, & sic non dici prohibitum, *iuxta decis. Acchil. 36. de appell.* Respondetur nihilominus hanc distinctionem esse reprobatam, cum hodie tales recursus habentibus indistinctè audientia denegetur, vt pluries fuit decisum in Rota, &c.

R. P. D. VBALDO.

Romana Legati de Vrsinis.

Lunæ 10. Februarij 1620.

ARGVMENTVM.

Inuentarium bonorum hæreditariorum inter alias solemnitates, vt validè ab hærede dicatur confectum, requiritur citatio legatariorum, & creditorum, alias eos non afficit, & quod isti non fuerint citati, ex quo probetur, & quid aliud requiratur circa cõfectionem dicti inuentarij. Legatarius quando non dicatur testamentum impugnare.

SVMMARIVM.

1 *Hæres, quando vult conficere inuentarium, opus est, vt citet legatarios ad videndum illud confici.*

2 *Inuentarium non afficit certos creditores, vel legatarios, nisi fuerint citati.*

3 *Citationis negatiua probatur per reuolutionem actorum.*

4 *Citatio dicitur circumducta, si nullus procurator comparuerit ad seruandum illius terminum.*

5 *in Citatione si fuerit babitus terminus prorogato, quando postea dictus terminus non fuit declaratus, omnino euanescit citatio.*

6 *Citatio non afficit, non citatum.*

7 *Decretum factum alia die, qua cadebat citatio, dicitur factum sine citatione.*

8 *Intimatio præsertim in extraiudicialibus solet supplere defectum citationis. & num. 9.*

10 *Decretum Iudicis, si fuerit restrictum ad certum quid, non extenditur ad aliud.*

11 *Decretum Iudicis an requiratur in inuentario ab hærede conficiendo, dubium est, saltem tamen requiritur præsentia ipsius Iudicis.*

12 *in Inuentario bonorum hæreditariorum, requiritur subscriptio hæredis, & trium testium bonæ opinionis, & famæ, loco creditorum absentium.*

13 *Inuentarium bonorum hæreditariorum est nullum, si in eo fuerint omissa bona notabilis valoris.*

14 *Testamentum non dicitur, quis impugnare, si petat rem legatam. & num. 15. & 19.*

16 *Testamentum non dicitur legatarius impugnare, si plus petat, quam fuerit ei legatum.*

17 *Legitimæ loco succedit vita, & militia.*

18 *Filius non dicitur impugnare testamentum patris si petat supplementum legitimæ.*

DE-

DECISIO CLXXVI.

AGIT D. Cosmus Vrsinus pro consequutione
legati annui scutorum 400. ex testamento pa-
terno contra D. Marchionem Bertoldum hæredem,
qui excipit de aditione hæreditatis cum beneficio
legis, & inuentarij, & ideo se non teneri vltra vires,
& cum multa opponerentur contra dictum Inuen-
tarium, fuit datum dubium in Rota disputan. An
D. Marchio teneatur ad solutionem legati de bonis
hæreditarijs, vel proprijs, quo proposito, Domini
sub die 13. Maij præteriti mandarunt strictè infor-
mari super defectu citationis D. Cosmi, & impugna-
tione testamenti, hodie verò resoluerunt dictum In-
uentarium non afficere D. Cosmum; Fundamentum
resolutionis fuit, quia D. Cosmus non reperitur ci-
tatus saltem legitime in confectione Inuentarij, &
1 tamen † certum est requiri, vt citentur legatarij ad
viden. confici Inuentarium secūdum formam, quam
tradit *Angel. in l. 1. §. hæc stipulatio num. 9. & seq. ff.
si cui plusquam per leg. falcid. Dec. cons. 633. num. 8.
& seq. Porcellin. in tract. de Inuent. cap 2. sub nu. 3.
vers. quarto requiritur. Rolan. eod. tract. cap. 7. n. 13.*
2 Sicuti etiam certum est Inuentarium † non afficere
certos creditores, vel legatarios non citatos *Bart.
in l fin. §. cum igitur num. 3. C. de Iur. deliber. & ibi
Alex. de communi num. 8. Dec. cons. 251. alias 250.
num. 4.* & post eum *Crau. cons. 89. num. 6. Phanucc.
de Inuent. cap. 7. num. 16. Rolan. eodem tract. vers.
quid si aliquis. Porcell. eodem tract. cap. 2. num. 4.*
& fuit dictum *in Romana Dotis de Rusconibus 17.
Martij 1600. coram Reuerendiss.* Damasceno. Quod
autem D. Cosmus non fuerit citatus, dicitur appare-
3 re ex processu, in quo non reperitur talis † citatio,
saltem sufficiens, qui est modus probandæ negatiuæ,
*iuxta l. vltimam, vbi Bald. in 4. oppos. num. 6. C. de
reb. cred. V ant. de nullit tit. à quo, & quib. mod.
num. 12. Rota in Toletana Canonicatus coram Re-
uerendiss. Lugdunen. quæ est decis. 167. num. 42.
par. 1. in recent.*

Nec obstare videbantur citationes datæ pro parte
Marchionis, quia prima citatio fuit exequuta con-
tra D. Cosmum, & nonnullos alios sub die 23. & re-
lata die 24. Martij 1604. & erat ad viden. per D. Mar-
chionem adiri hæreditatem cum beneficio legis, &
Inuentarij, & Inuentarium mandari confici pro die-
bus, & horis intiman. ad primam diem, sed hæc ci-
4 tatio videtur circumducta, † cum nullus Procura-
tor comparuerit ad seruan. illius terminum, *l. &
post edictum, §. 1. ff. de Iudic. cap. 1. de dol. & con-
tum. in 6.* fuit dictum in *Augustana Canonicatus co-
ram R. P. D. Pamphilio, quæ est decis. 94. num. 3. in
recent. Crauett. ad Vestr. in prax. lib. 4. cap. 4 n. 14.*
Sicut nec etiam releuat, quod dicta die fuerit à No-
5 tario annotatum, † proseruato, quia cum non fuerit
postea terminus declaratus, omninò euanuit.

Alia verò citatio sub die 24. eiusdem mensis, &
anni executa contra creditores domi dimissa copia,
& relata sub die 26. eiusdem mensis cum decreto ob-
tento per Procuratorem D. Marchionis de adeunda
hæreditate cum beneficio Inuentarij, prout adiuit,
& inchoauit Inuentarium, præmisso signo S. Crucis,
6 prout in folio, illudque continuari, & perfici obti-
nuit pro diebus, & horis † intimandis, non videtur
afficere D. Cosmum non citatum, *l. de vnoquoque,
l. sæpe, ff. de re iudic. cum aliis supra allegatis*, nec su-
stinetur decretum in præiudicium D. Cosmi ex præ-
cedenti citatione, de qua supra, tanquam factum
7 alia die, quam in qua † cadebat citatio Cosmi, iuxta
doctrinam *Bart. in l. aut quod aliter in princ. ff. quod
vi, aut clam; & cons. 176. lib. 1. Aym. cons. 122. n. 17.
cum alijs per Rotam in Mantuana bonorum 17. Iu-
nij 1611 coram me, quæ est decis. 340. num. 1. par. 1.
in recentior.*

Nec videtur obstare intimatio facta eidem D. Cos-
mo, & alijs die 24. Martij, qualiter Dominus man-
dauit confici Inuentarium, & inchoari die Sabbathi,
quæ erat dies 27. eiusdem mensis, hora 13. cum
continuatione ad quinque dies sequentes, quæ Inti-
8 matio † præsertim in extraiudicialibus solet supple-
re defectum citationis, *Surd. cons. 86. sub num. 31. in
fin. cum allegatis.* Quia imo talis intimatio non vi-
detur afficere D. Cosmum, quia in primis falsum
erat dicta die 24. Martij Iudicem mandasse confici
Inuentarium, cum dicta die nullum emanasset de-
cretum, vt supra ostensum fuit. Et quatenus referen.
esset intimatio ad decretum postea interpositum, &
9 obtentum die 26. nullum † cum D. Cosmo tunc nō
citato, præcedebat decretum de conficiendo Inuen-
tario, imo illud fuerat iam inceptum dicta die 26. &
decretum erat de illo perficiendo, & continuando
pro diebus, & horis intimandis, vt patet ex supra
deductis, & licet postea dicta die 27. eiusdem men-
sis Procurator D. Marchionis denuò inchoauerit
Inuentarium præmisso signo S. Crucis, & promiserit
illud perficere, & scribere in eo omnia, & singula
bona ad hæreditatem pertinentia, & per eum quo-
modolibet reperienda. Tamen hæc etiam sunt sine
citatione D. Cosmi, & licet interuenerit decretum
10 Iudicis, † tamen illud videtur restrictum ad omnia
tunc gesta, vt apparet ibi, *super quibus omnibus, &
singulis præmissis, &c.* & faciunt notata per *Soccin.
iun. cons. 22. num. 29 lib. 3.* & quamuis controuer-
sum sit. An requiratur in Inuentario decretum Iu-
11 dicis, † tamen vltra quod saltem requiritur præsen-
tia Iudicis, secundum *Bald. cons. 265. in fine lib. 3.
Rol. cons. 73. num. 36. lib. 2. & de Inuentario in vers.
Præsentia Iudicis num. 8. & seqq.* vbi conciliat opi-
niones *Phanuc. eod. tract. par. 3. num. 10.* Responde-
batur quod si non adsit decretum saltem, quoad D.
Cosmum, ex eo non possunt saluari nullitates, quas
potuisset D. Cosmus, si fuisset legitime citatus ad-
uersus Inuentarium opponere, & nunc congeruntur
12 per informantes pro eo veluti quod † desit subscri-
ptio hæredis, & triu testium bonæ opinionis, & famæ
loco creditorum, & legatariorum absentium, & quod
13 fuerint omissa in Inuentario bona † notabilis valo-
ris, quos defectus DD. non firmarunt, sed quatenus
adessent, eos non posse sanari dicebant ex decreto,
vel præsentia Iudicis, cum non adsit, quoad D. Cos-
mum ex prædictis.

Circa verò prætensam impugnationem testamen-
ti Domini de ea non constare existimabant. Quia
14 † viuente Io. Antonio filio primogenito Comitis
Alexandri, à quo erant D. Cosmo soluenda scuta
1200. annua, apparet eum petijsse dictam summam,
iuxta testamentum paternum, vt in Monitorio A. C.
sub die 2. Martij 1607 vt in Sum. Cosmi num. 4.

Ex alijs verò quæ dantur pro parte D. Marchio-
nis, non resultat impugnatio testamenti; nam Mo-
nitorium directum contra Marchionem, de quo in
15 eius Sum. num. 8. continet præstationem † alimen-
torum

torum concedentium pro D. Cosmo, & illorum satisfactionem, & monetur D. Marchio, tamquam successor in primogenitura per mortem Ioãnis Antonij, & decretum subsecutum est tantum prouisionale pro scutis 100. quolibet mense, vt dicto Sum. num. 9. quod nec esset contrarium prædicto testamento, sicut nec est decretum bo. me. Cardinalis Senarum, de soluendis scutis 1200. auri, vt num. 10. licet contineat aliquid plus, quam testamentum paternum, vnde in omnem euentum sequeretur D. Cos-
16 mum petijsse plus debito, † non autem quod impugnauerit testamentum, & ita etiam respondetur ad acta Florentiæ de anno 1617. Ex quibus colligitur eum petijsse, & obtinuisse sententiã super vita, & militia super Marchionatu Montis Sancti Sabini, in quo successit D. Bertoldus post alienatum Castrum
17 Pitiliani. Quæ vita, † & militia succedit loco legitimæ *Franch. decis. 61. & decis. 525. num. 21.* qui verò petit legitimam, & eius supplementum, non di-
18 citur impugnare testamentum † paternum, *ad l. omnimodo, & l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. testam. Ruin. cons. 56. num. 8. lib. 2.*

Vltra quod nec probatur effectuatio dictarum prouisionum, & quoad legatum scutorum 400. de
19 quo † agitur, certum est testamentum non fuisse vnquam ab eo impugnatum.

Et ita fuit decisum, &c.

☞ *Rota ex nouiter deductis recessit à præsenti decisione, vt habetur infra sub die 1. Martij huius anni 1620. coram eodem bo. me. Vbaldo, quæ decisio fuit postea confirmata coram eodem sub die 18. Martij 1622. pariter coram eodem Vbaldo, est infra suo loco.*

EMINENTISS. D. CARD. VEROSPIO SEN.

Camerineñ Bonorum.

Lunæ 10. Februarij 1620.

ARGVMENTVM.

Pater transiens ad secunda vota tenetur seruare filijs primi matrimonij quidquid acquisiuerit ex bonis prioris vxoris. Consensus filiorum parentibus transeuntibus ad secunda vota, vt eius suffragetur, quid requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Pater transiens ad secunda vota, tenetur seruare filijs primi matrimonij id totum, quod de bonis prioris vxoris acquisiuit.*
2 *Quod procedit etiam respectu portionum, quas pater ob alicuius ex prædictis filijs obitum acquisiuit.*
3 *Statutum exclusiuum fœminarum intelligitur superstitibus filijs masculis.*
4 *Statutũ excludens fœminas à successione matris, excipit, si pater transeat ad secunda vota.*
5 *Renunciatio non debet extendi ad casum non cogitatum.*
6 *Consensus filiorum quoad parentes transeuntes ad secunda vota, non probatur ex eo, quod gaudentes interuenerint nuptijs.*
7 *Cum requiratur, vt habeant certam notitiam dispositionis l. fœminæ C. de secund. nupt.*
8 *Parentes transeuntes ad secunda vota non tenentur restituere ea bona filijs primi matrimonij, ex successione filiorum, quo ad illa bona, quæ ipsi habebant ex morte aliorum fratrum.*

DECISIO CLXXVII.

FRANCISCA vxor Ludouici de Sanctacruce ab intestato decessit, relictis Lælio Constantino, Liuia, necnon Portia, Camilla, Miletia, & Herminia filijs legitimis, & naturalibus, Ex quibus deinde Lælio, Constantino, & Liuia mortuis dictus Ludouicus pater eorum hæreditatem acceptauit Franciscæ primæ vxoris dotem retinendo, & post transitum ad secunda vota, cum idem Ludouicus decessisset inter prædictos filios primi matrimonij, & eorum hæredes ex vna, & Hieronymum ex secundo matrimonio Ludouici filium, & hæredem ex altera, diù fuit inter partibus litigatum; Et causa demùm in Rota coram me introducta, dubium proposui videlicet, cui, & à quibus dos, & hæreditas, de quibus agitur, sint restituendæ; Et Domini responderunt, Portiam, & sorores ad successionem dictorum bonorum concurrere.

Nam vbi transit pater ad secunda vota, pro filijs primi matrimonij seruare tenetur id totum, quod
1 de † bonis prioris vxoris est consecutus, *l. fœmina, §. illud, & l. generaliter, C. de secund. nupt. Oldrad. cons. 33. Rom. 182. Boer. decis. 187. Gabr. de secund. nupt. concl. 1. num. 2.* & fuit dictum *in causa Romana restitutionis lucri dotalis 2. Decembris 1596. coram Orano.*

Quod procedit etiam respectu portionum, quas
2 Ludouicus pater ob alicuius ex prædictis filijs obitum acquisiuit, *Oldrad. cons. 33. Boer. decis. 187. n. 1. Dec. cons. 87. num 3. cum alijs per Gabr. de secund. nupt. conclus. 3. num. 3. Rot. decis. 638. lib. 1. par. 1. in recentior.*

Nec valet dicere Portiam, & Consortes non posse concurrere, stante Fabriani statuto, fœminas dotatas propter masculos excludere, nam vltra quod
3 statutum † intelligitur superstitibus masculis, qui hodiè non existunt: Dictum nihilominus statutum eas per obitum fratrum, & sororum à successione
4 bonorum † maternorum non excludit, patre ad secundas nuptias transeunte, *Rip. in dicta l. fœminas §. illud, C. de secund. nupt. Gabr. eodem tit. conclus. 1. num. 5.*

Non obstat, Miletiam vnam ex dictis sororibus, dum nuptui tradita fuit, doti maternæ ad fauorem patris renunciasse; non enim de tali renunciatione
5 constat. Et in omnem euentum † illa tanquam ante patris transitum ad secundas nuptias emanata extendenda non euenit ad casum, postea ex dictis nuptijs subsecutũ *Dec. cons. 369. cons. 230. & cons. 206. Gabr. de secund. nupt. concl. 1. num. 6. Guidopap. decis. 228.*

Non obstat, patrem ad secunda vota de filiorum consensu transiuisse, quia talis consensus non pro-
6 batur, nec dici † potest, ex quo filij omnes, ac filiæ dd. nuptijs gaudentes interuenerint; Illi enim gaudere poterant, ex quo bona materna lucrabantur, &
7 in omnem † euentum requiritur filias certam habere notitiam dispositionis, *d. l. fœmina, vt dici possit ei renunciatum, Rota decis. 638. num. 6. & seqq. par. 1. in recentior.*

Circa verò portiones, in quibus filij altero ex ipsis

sis mortuo ad inuicem successerunt, non cadit huiusmodi restitutio. Quia cum tales portiones ad istos fratres tamquam de bonis fratris defuncti peruene-
8 rint, in illis † patet deindè succedendo, non potest dici ex bonis prioris vxoris, sed ipsorum filiorum eas habuisse, quas portiones ideò restituere non tenetur *Ias in l. eius §. quod si stipulatus num. 11. ff. si cert. pet. Rom. cons. 168. num. 1. Crass. in §. successio ab intest. quæst. 10. num. 16.* & fuit dictum in *Romana domorum 10. Iunij 1616. coram bon. mem. Andrea.*

Vndè cum non appareat, de quo tempore filij decesserint firmari non potest, quomodo sit facienda computatio; Et propterea Domini particulariter videri mandarunt pro qua parte dictæ mulieres ad successionem concurrant &c.

R. P. D. V B A L D O.

Romana, seu Tiburtina Castri Sancti Angeli Fideicommissi de Vrsinis.

Lunæ 10. Februarij 1620.

A R G V M E N T V M.

Iudicium vniuersale, & quando, & ex quibus causis dicatur intentatum, ad hoc vt valens sit silere facere iudiciū particulare, & in istis terminis ad quid habenda sit ratio, & quare iura determinarunt, vt iudicium vniuersale silere faciat iudicium particulare. Iudex habet plura remedia ad tuendam iurisdictionem, & contra contumacem, quo remedio vti velit, est in eius arbitrio.

S V M M A R I V M.

1 *Iudicium vniuersale facit silere particulare. & num. 13.*
2 *Contumax, si quis sit in adimplendo promissa, non est audiendus.*
3 *Iudicium dicitur particulare, si dirigatur contra certas personas pro recuperatione particularis rei.*
4 *Iudicium vt dicatur vniuersale, vel particulare, habenda est ratio personarum actorum, & reorū conuentorum, ac bonorum petitorum, & denique ex modo agendi.*
5 *in Hæreditatis petitione, cui similis est fideicommissaria hæreditatis petitio, agitur, vt actor declaretur hæres vniuersalis.*
6 *Iudicium vniuersale dicitur, etiamsi agatur de re minima hæreditatis.*
7 *Petitio hæreditatis, vt dicatur iudicium vniuersale, vis stat in conclusione libelli, in qua, quis petit se pronunciari hæredem in totum, vel in parte.*
8 *Ius petitur ex persona actoris, non autem ex persona rei conuenti.*
9 *Iudicium non potest esse vniuersale, si actor nullatenus petierit se declarari. v. g. fideicommissarium vniuersalem, licet aliàs talis esset, vel resultaret ex petitione vniuersali.*
10 *Fideicommissum, quando vllo modo dici nequit vniuersale.*
11 *Fideicommissum propriè dicitur vniuersale, quando agitur de vniuersali tota successione, vel quota, &c.*
12 *de Fideicommisso conuentionali, quando tractatur, an possit vniuersale, vel particulare.*
14 *Iudicium vniuersale, ideo facit silere particulare, vt euitetur perplexitas, & ne contingeret à diuersis Iudicibus ferri diuersas sententias, & ne Iudices detegant animum suum.*
15 *Iudicium vniuersale, vt silere faciat particulare, quid requiratur.*
16 *in Legitima non cadit grauamen.*
17 *Text. in l. cum quæritur, ff. de except. rei iudic. & Seraph. decis. 1440. num. 2. quando non intrent.*
18 *Productio scripturarum debet in dubio intelligi, prout est vtilius producenti.*
19 *Iudex potest contumaci in vna causa denegare audientiam in alia, declara, vt hic.*
20 *Iudex habet multa remedia ad tuendam iurisdictionem suam.*
21 *Et si vnum remedium non sufficit, ad aliud potest deuenire.*
22 *à Contumacia quis excusatur propter iustam causam.*
23 *pro Audientiæ denegatione Rota non facilè arbitratur.*

DECISIO CLXXVIII.

AGENTI Excellentissimo Domino Paulo Iordano pro recuperatione Castri Sancti Angeli vigore prætensi antiqui fideicommissi, fuerunt pro parte Serenissimi Domini Ducis Parmæ oppositæ duæ exceptiones principales, veluti impedientes litis ingressum. Prima est pendentia Iudicij vniuersa-
1 lis super dicto fideicommisso, † quæ facit silere particulare super dicto Castro, & maximè cum Iudiciū vniuersale videatur præiudiciale; Quia sententia in eo lata sit paritura exceptionem rei iudicatæ in isto particulari. Altera est exceptio, quòd idem Dominus Paulus Iordanus tamquàm hæres Pauli senioris Aui sui, mediante persona Domini Virginij sui patris, & possidens tria Castra, Cerueteris, Monterani, & Anguillariæ hypothecata pro euictione bonorum emptorum per bon. mem. Cardinalem Farnesium seniorem à dicto Domino Paulo seniore sit obligatus ex facto Auctorum suorum tradere rem liberam, & facere consentire omnem personam iuxta formam Instrumentorum venditionis de anno 1558. & 1567. celebratorum, & quia super his fue-
2 rit iudicialiter interpellatus † sit contumax in adimplendo prædicta Et ideo nec audiendus in ista causa Castri Sancti Angeli ex allegatis in decisione in hac causa facta 26. *Nouembris* 1616. *coram bo. me. Andrea.* in qua tamen fuit resolutum, prædictas exceptiones non obstare. Et cum Agentes Serenissimi Ducis obtinuissent audiri super eisdem corā me in locum Domini Andreæ suffecto, Domini permanserunt in decisis. Quo enim ad pendentiam Iudicij vniuersalis, & præiudicialis, visa est tolli hæc exceptio ex traditis in dicta decisione, in qua fuit firmatum, id non iustificari vllo modo ex parte D.D. de Vrsinis, videlicet, quod ipsi intentauerint, vel mouere intenderint Iudicium vniuersale, nam quoad Paulum seniorem certissimum est commissionem ab eo impetratam fuisse contra Dominos de Sancta Cruce pro recuperatione nonnullarum domorum, & apothecarum: Iudicium verò intentatum à Domino Paulo Iordano iuniore est etiam particulare, cum
3 dirigatur contra † certas personas pro recuperatione particularis rei, videlicet Castri Sancti Angeli, iuxta tradita per *glos. in l. 1. in verbo Proinde, ff. de eden. Bart. in l. edita, circa princip. vers. Et si poneremus,*

remus, & ibi Doct.C. de eden. Bald. ibidem pulchrè in lect. Perus. num.24. Alexand. num.3. Ias. num. 10. Rip. num.35. Cagnol. num.50 Bologn. num.43. Soccin. in cap.2. num.139. vers. Octauo fallit, in fin. & ibi Abb num.25. de libell. oblat. Marant. de ordin. iudic. par. prima, in quarta distinctione Iudiciorum, post Speculat. in tit. de act. seu petit. §. sequitur.

Ad productionem verò factam Instrumenti fideicommissi per D. Virginium plenè respondetur in eadem decisione, & aliquid dicetur infra.

Non obstat igitur Commissio iactationum obtenta per bon. me. Cardinalem Farnesium, & alios emptores contra Dominos de Vrsinis, per quam prætenditur iudicium fuisse redditum vniuersale super fideicommissaria hæreditatis petitione, stante præsertim dicta productione fideicommissi, cum citatione Procuratoris Serenissimi Ducis: Quia fuit responsum, imò tale iudicium non potuisse dici vniuersale, nec ratione personarum actorum, & reorum conuentorum,
4 † nec ratione bonorum petitorum, nec ex modo agendi, nam molestiæ prætendebantur occasione fideicommissi à Dominis Vrsinis prætensi super bonis alienatis, quæ bona sunt particularia specificata in dicta Commissione, & alienari prohibita in instrumento fideicommissi, cuius prohibitionis vigore prætendebatur posse agi contra particulares personas, & possessores bonorum alienatorum, nec fuit actum ad hoc, vt actores pronunciarentur fideicommissarij vniuersales,
5 † & tamen in petitione hæreditatis, cui similis est fideicommissaria hæreditatis petitio *l.2. ff. de fideicomm. hæred. pet.* agitur, vt actor declaretur hæres vniuersalis. *Bart. in l.2. & in l. licèt minimam, ff. de pet. hæred. Bald. in l.2. in fin. C. eod. tit. Ias. in §. actionum, num.214. instit. de act. Osasch. decis. Pedemont.74. num.4. & 5. & num. 11. vbi de communi, & num.19.*

6 Nec facit, quòd Iudicium † vniuersale dicatur etiam si agatur pro re minima hæreditaria, *d. l. licet minimam, l. si bonæ fidei, ff. de petit. hæred.* Quia vis est in conclusione libelli, in qua quis petit se pronunciari hæredem in
7 † totum, vel in parte. *Bald. in d. l.2. in fin. C. de petit. hæred. Cagnol. in d. l. edita, num.49. C. de eden.* licet res per reum possessæ veniant restituendæ officio Iudicis, *d. l. licèt minimam, vbi Bart.*
8 Quia ius metimur ex persona actoris, † non autem rei conuenti, *l.1. §.1. ff. si pars hær. pet. Guidopap. decis. 629.* ideo cum DD. de Vrsinis non petierint se declarari fideicommissarios vniuersales, non potest
9 inferri fuisse intentatum Iudicium vniuersale, † licèt aliàs tale esset, vel resultaret ex petitione vniuersali, Non obstan. quod rei conuenti possiderent res tantùm particulares ex proximè allegatis, vltra quòd fideicommissum in proposito nullo modo potest dici vniuersale, vt patet ex Instrumento in actis exhibito,
10 in quo sunt descripta Castra, & bona † alienari prohibita, & vt dicitur fideicommisso subiecta, nec in eo legitur fuisse dispositum, nisi quoad immobilia, Castra, Comitatus, & alia, de quibus ibi, non autem vniuersaliter quoad omnes res, iura, & actiones, & ideo fideicommissum remanet particulare, *instit. de sing. reb. per fid. rel. in princip.* non autem vniuersale,
11 in quo propriè agitur † de vniuersali successione tota, vel quota in fideicommissarium transferenda cum Iuribus actiuè, & passiuè, *l. Nam quod, §. fin. cum ll. seqq. ff. ad Trebell.* latè *Peregrin. de fideicommiss. artic.5. num.4. & seqq. & num. 27. 28. & 48. Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.7. tit.2. nu.7.* quæ nec applicantur casui nostro, cum tractetur de
12 fideicommisso conuentionali, † & vtique in eum, in quem transferuntur etiam vniuersa bona ex contractu, iura, & actiones non transeunt, *Castrens. in d. l. nam quod, §. fin. num.2. ff. ad trebell.* quem sequitur *Molin. de Hispan. primogenit. lib.1. cap. decimo, num.5.*

Atque ex prædictis cessat præiudicialitas, & quod
13 Iudicium vniuersale † faciat silere particulare, *l. si quis libertatem, vbi glos. & Bart. num.12 ff. de pet. hæred. Grauett. cons.79. num. 7. cum alijs in dicta decisione Pedemont.74. num.1 2. & 3.* Quia cum dicta Iudicia sint particularia, tàm motum per DD. de Vrsinis, quàm per emptores vigore Commissionis
14 iactationum ex prædictis, † cessant rationes, ex quibus solent moueri Doct. videlicet perplexitatis euitandæ, nè contingeret ferri diuersas sententias à diuersis Iudicibus, & ne Iudices detegant animum suum, vt in *dicta decisione Pedemont.74. nu.8. & 9. & num.20. in fine*, præsertim cum hæ rationes non habeant locum in Rota, & maximè, quia causæ fuerunt vnitæ; & in specie, quòd ad hunc effectum, vt
15 sileat particulare iudicium debeat † petitio esse super tota hæreditate, & proposita ab eo, qui totam hæreditatem prætendat, dixit *Rota in causa Auenionen. fideicommissi 19. Iunij 1617. coram R. P. D. Buratto.* Nec subsistit, quòd reis conuentis competat eadem causa defensionis in vtroque Iudicio, cum in Castro Sancti Angeli, de quo agitur, possit dedu-
16 ci pro Serenissimo Duce exceptio legitimæ, † in qua non cadit grauamen, de quo erit particulariter agendum, in alijs verò bonis, si per DD. Vrsinos prætenderentur, vel hæc, vel aliæ etiam exceptiones; Et concurrit etiam diuersitas personarum; & sic apparet nos esse extrà terminos *l. cum quæritur, cum ll. seqq. ff de except. rei iudic. vbi Castren. not.*
17 & † non applicari *decisionem Seraph. 1440. num.2.* ex aduerso allegatam, sed potius *decisionem eiusdem Seraph. 930. in fin. par.1.* & benè declarat *Honded. cons.30. num.50. lib.1.*

Ex quibus etiam consequitur responsio ad productionem instrumenti fideicommissi facta per DD. de Vrsinis, nam vltra deducta in decisione D. Andreæ, cum in instrumento producto non contineatur nisi fideicommissum particulare, vt dictum est, & Domini Emptores, qui Commissionem iactationum obtinuerunt, essent singulares possessores, prout est Serenissimus Dux, cuius Procurator dicitur in specie ad illam productionem citatus, non potuit ex ea vniuersale iudicium induci, aut inchoari, sed productio intelligitur facta ad fundandam intentionem actoris in illis iudicijs particularibus circa res in
18 iudicium deductas, & specificatas, & † alias in dubio debet intelligi, prout est vtilius producenti, *l. si quis intentione ambigua, cum ibi not. ff de iudic.* attenta maximè protestatione D. Pauli senioris considerata in decisione.

Quo verò ad aliam exceptionem contumaciæ, circa quam latè insistunt informantes pro Serenissimo Duce; prout etiam latè insistit decis. de qua agitur, Dominis videbatur facilè posse responderi præter adducta in decisione Iudicem quidem posse
19 contumaci in vna causa † denegare audientiam in alia causa, sed non teneri nec vllam actionem, vel exceptionem competere parti ex hoc capite: sed totum esse

esse remissum arbitrio Iudicis, ita loquitur *gloss. in l. sed, & si per Pretorem. §. sed & si dum decreto, & ibi etiam Bald. ff. ex quibus caus. maior. glo. in l. cõtumacia. ff. de re iud. Bald. in l. vnica nu. 7. ff si quis ius. dic. non obtemper.* vbi dicit multa Prætorem habere
20 † remedia ad tuen. iurisdictionem suam, & licet inter alia enumeret etiam istud, quod possit denegare audientiam contumaci, tamen in fine addit eum posse eligere remedium quod vult, & si illud
21 non sufficit † ad aliud redire, donec pars pareat, & idem tradit *Alber. in l iusiurandum, & ad pecunias. §. ait Prætor, vers. item nota, & ibi Ias. num 2. ff de iur. iur. Bald. in l. consentaneum num. 24. C. quomod. & quand. iud. Marant. de ordin. iudic. par. 6. in 2. memb. iudicij in 5. pœna contumaciæ num.* 17. & alij in decisione allegati, adeo vt nulla auctoritas allegetur, quæ dicat Iudicẽ teneri. vltra quod iustæ causæ deducuntur veluti quod Excellentissimus D. Paulus sit hæres cum beneficio leg. & inuentarij, & possit prætendere fideicommissa, primogenituras, & hypotecas anteriores, & diuersa iura exclusiua hypotecæ quæsitæ emptoribus, quæ indigent discussione, & liquidatione, quæ donec facta non fuerit, non potest dici in mora parendi in protestationibus contra se
22 factis, & admissis prout de iure, † & alias certum est causam iustam excusare à cõtumacia *glos. in d. l. vnica. §. fin. & ibi Bart. & omnes. ff si quis ius. dic. non obtemp.* cum alijs latè per *Farinac. de inquis. q. 11. nu.* 51. maximè ad effectum non denegandi au-
23 dientiam, † pro qua denegatione, nox facile arbitratur Rota.

Circa aliam exceptionem, quod D. Paulus solus non sit audiendus, sine suis fratribus interesse habentibus, nihil deductum fuit pro parte Serenissimi Ducis, & DD. transierunt cum decisione prout circa exceptionem legitimæ in eadem decisione reseruatam ad aliam inspectionem.

Et ita fuit decisum &c.

☞ *Decisio ista in hac eadem causa facta sub die Sabathi 26. Nouembris 1616. coram bon. mem. Martino Andrea est inter eius impressas decisio 87. in hac causa habentur plures decisiones recentiores coram R. P. D. meo Peutingero, videlicet sub diebus 26. Iunij 1641. 7. Februarij 1642. 23. Maij eiusdem 27. Iunij eiusdem. 23. Ianuarij, & 29. Aprilis 1644.*

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Romana Donationis.

Lunæ 14. Februarij 1620.

ARGVMENTVM.

Donatio ex quibus coniecturis presumatur quod sit simulata. Confidentia magna est necessaria, quando fit aliqua donatio simulata, quæ confidentia maior est in coniunctis quam in extraneis. Et aliqua circa donationes, quæ fiunt in fraudem fisci, & quotupliciter fiat.

SVMMARIVM.

1 *Contractus, quando est simulatus, tunc de mente contrahentium est nihil agere.*
2 *Contractus simulatus est ipso iure nullus.*
3 *Simulatio probatur stante causa simulandi, & coniecturis pro simulatione.*
4 *Donatio præsumitur simulata, quando quis est plenus rixis, & inimicitijs, & donat ad effectum euitandi confiscationes, si aliquid delictum sequeretur.*
5 *Simulatio probatur leuioribus probationibus.*
6 *Simulata præsumitur donatio stante coniunctione personarum.*
7 *Donationes quando sunt simulatæ requirunt magnam confidentiam.*
8 *Confidentia magna non ita facilius reperitur in extraneis, sicuti in coniuncto.*
9 *Donatio facilius præsumitur vera, quando est facta coniuncto, quam quando est facta extraneo.*
10 *Confidentia maior præsumitur cadere in coniuncto quam in extraneo.*
11 *Nobilis vir, non præsumitur voluisse donare omnia bona, & illis carere cum periculo mendican.*
12 *Mariti solent abhorrere, quod eorum bona deueniãt ad alios maritos, mediantibus secundis nuptijs.*
13 *Donatio præsumitur simulata, si dotans remansit in bonorum donatotum possessione, post donationem, & num. 16.*
14 *Clausula, constituti, quare fuerit inuenta.*
15 *Donationis natura est, quod verè bona donata transeant ad donatarium, & exeant de manu donantis.*
17 *Confessiones benè probant contra confitentes.*
18 *Confessio in contractu etiam inualido præiudicat confitenti.*
19 *Quod amplia, quando est adminiculata.*
20 *Cautela abundans nocere non debet.*
21 *Contractus præsumuntur simulati, stante consuetudine alicuius celebrandi dictos contractus simulatos.*
22 *Donatio facta in fraudem fisci, non est ipso iure nulla, sed venit rescindenda.*
23 *Donatio in fraudem fisci duplici modo fit. Primus est, quando donans intendit verè, & propriè donare ad effectum, vt bona potius habeat donatarius, quam fiscus. num. 23. & tunc procedit opinio, de qua num. 22.*
24 *Secundus est, quando donans non intendit propriè donare, sed tantum simulare donationem, ad effectum euitandi confiscationem, & isto casu donatio est ipso iure nulla.*

DECISIO CLXXIX.

DOMINI fuerunt in voto, quòd donatio facta de anno 1579. per Ioannem Baptistam Sclauum Hieronymæ suæ vxori fuerit nulla, & inualida,
1 probatur enim fuisse simulata, quo casu † cum de mente contrahentium sit nihil agere *iuxta tex. in l. imaginaria. ff. de reg. iur. & in l. nuda. ff. de contrah. empt. Castr. in l. cum precibus num. 5. C. de prob. Soccin. sen. cons. 264 num. 3. & 4. lib. 2. Bero. cons. 147. num. 29 lib. 2. Becc. cons. 52. num. 29 & seq.* sequitur
2 contractum † esse ipso iure nullum *glos. in l. emptor, ver. simulata. ff. de aqu. pluu. arc. Bart. in l post cõtractum sub num. 4 ff. de donat. & cons. 65. num. 2. vers. tertio modo lib. 1. Ias. in l. cum ea num. 8. C. de transact. Becc. vbi supra num. 35. & seq. Hond. cons. 46. num 7. & 10 lib. 1.* latè *Moder. Roman. de fals. & simul q. 162. num. 9. & Rot. decis. 1. sub num. 4. vers. tertio modo dicitur de donat. in nou.*

Quòd autem fuerit simulata, visum fuit probari,
3 quia concurrunt duo † requisita ad hanc probatio-

nem nempe causa simulandi, & coniecturæ pro simulatione, *Bart. in l. post contractum num. 3. & seq. ff. de donat. & d. cons. 65. in princ. & numer. 3. & 4. lib. 1. Hond. d. cons. 46. num. 3. & 11.* & alij congesti per *d. Modern. de fals. & simul. d. q. 162. num. 97.*

Pro causa simulandi deductum fuit, quia Io. Baptista de tempore prætensæ donationis erat implicitus rixis, & inimicitijs, vt deponunt testes, quorum copia data fuit, ideoq. † verisimilis visa fuit DD. causa, quæ allegatur pro simulatione donationis, vt scilicet euitaret confiscationes in casu, quo committeret aliquod delictum, quam causam in specie ponderat *Bart. in d. l. post contractum nu. 2. vers. dico quod tu debes. ff. de donat. & d. cons. 65. nu. 2. vers. & ita credo, Honded. d. cons. 46. num. 27. vers. 2. vol. 1.*

4

Quo vero ad coniecturas visæ fuerunt adesse, & quidem satis vrgentes, † cum tamen sufficere leuiores tradant cumulati per *Tiraqu. lib. 1. retract. glos. 14. §. 1. num. 58. vers. imo vero Dec. cons. 659. nu. 1. Menoch. de præsumpt. præsumpt. 124. num. 25. in fin. vers. existimo etiam lib. 3. Card. Mant. de tac. & ambig. lib. 13. tit. 25. num. 10.*

5

Prima coniectura est, quòd donatio fuit facta vxori, & sic † coniunctæ personæ, quam coniecturam ad istum effectũ considerant *Cuman. cons. 155. sub numer. 4. vers. hoc etiam coadiuuat, Socc. cons. 264. numer. 2. vers. tertio arguitur lib. 2. Bald. cons. 70. numer. 1. vers. & quod erat coniuncta persona lib. 1. Dec. cons. 659. num. 2. Hond. d. cons. 46. nu. 15. Becc. d. cons. 52. num. 55. Menoch. de præsumpt. præsumpt. 124. num. 25. lib. 3.* & probat *l. data alias lata. C. de donat. & l. pen. vers. facilior quæ suspicio C. de bon. liber.* & meritò, quia istæ simulationes requirunt magnam † confidentiam donantis erga donatarium, ne scilicet donatarius detegat simulationem, vel fortè neget restitutionem bonorum, quæ confidentia † non ita de facili reperitur in extraneis sicut in coniunctis, vnde patet non benè sensisse *Roman. in d. l. post contractum num. 4. & Io. Anib. num. 105. in fin. & 106. cum seq. ff. de donat.* & alios, qui retorquent hanc coniecturam, quasi quod facilius præsumatur donatio, † quando est facta coniuncto, quam extraneo, quia hoc potest habere locum quando simpliciter ageretur de præsumenda donatione in concursu mutui, vel alterius contractus, vt colligitur *ex l. si seruus communis iuncta glos. in verb. sciuissent ff. de donat. int. vir. & vxor. & l. procula cum ibi not. ff. de prob. & l. si quis posthac in princ. & §. 1. C. de bon. proscript.* in quibus se fundant dicti Doct. secus videtur, quando agitur de distinguendo contractu confidentiali à non confidentiali, quia † certum est maiorem præsumptionem confidentiæ cadere in coniuncto, quam in extraneo *iuxta l. Theopompus cum ibi not. ff. de dot. præleg.*

6
7
8
9
10

Secunda coniectura est, quòd donatio fuit omniũ bonorum reseruata solùm facultate testãdi pro scut. 50. ex quo multum fit † inuerisimilis donatio, cum non sit verisimile virum nobilem voluisse carere omnibus bonis cũ periculo mendican. *ad not. in l. omnes §. Lucius in fin. quæ in fraud. cred. Bar. in d. l. post contractum nu. 2. de donat. Hond. d. cons. 46. nu. 17. & seq.* cum alijs latè cumulatis per *Modern. de fals. & simul. q. 164. nu. 122. & seqq.*

11

Tertia coniectura est, quia in hac donatione facta vxori maritus non apposuit aliquam conditionem viduitatis in casu superuiuentiæ ipsi marito, quod verisimiliter fecisset si cogitasset, quòd verè bona essent remansura apud vxorem, quia mariti † solent abhorrere, quod sua bona deueniant ad alios maritos mediantibus secundis nuptijs, *iuxta trad. in l. 1. & tot. tit. C. de secund. nupt.*

12

13 Quarta coniectura est, quia donans remansit † in possessione bonorum donatorum, vt deponũt testes, & dantur locationes à Io. Baptista nomine proprio factæ, quas ad istum effectum ponderant *Bart. in d. l. post contractum num. 4. Hond. d. cons. 46. num. 14. Menoch. d. præsumpt. 124. num. 30. Modern. d. q. 162. num. 228.* & benè facit *tex. in l. sicut. §. supernacaneum. ff. quib. mod. pig. vel hypot. contrah.*

Nec tollitur vis huius coniecturæ ex clausula constituti posita in donatione, quia clausula constituti † est adinuenta ad effectum vt per illam statim transferatur possessio in constitutarium, non autem ad effectum, vt constituens debeat per multum tempus remanere in possessione; cum de natura contractus sit quod verè † bona exeãt de manu alienantis *Card. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 31. num. 56.* Ideoq. si post donationem donator, vt in hoc casu per multum tempus remaneat in possessione bonorum hoc sufficere † pro coniectura simulationis, non obstante d. clausula constituti tenuerunt *Bald. cons. 311 num. 6. lib. 1. Crau. cons. 156. num. 10.* & alij cumulati per *Hond. d. cons. 46. num. 29. Mantic. de tacit. d. lib. 10. tit. 31. num. 56. Modern. d. q. 162. num. 232.*

14
15
16

Quinta coniectura simulationis, quæ fortè posset sufficere pro plena probatione, sunt plures confessiones factæ à donataria, quòd bona, quæ alias cadebãt sub donatione erant propria ipsius viri, & signanter in instrumento retrodonationis per Hieronymam eidem Ioanni Baptistæ factæ de anno 1605. in qua cũ solemnitatibus statutarijs expresſè fassa fuit prædictam donationem fuisse simulatam, quæ † confessiones benè probant contra confitentem, & venerabilem ecclesiam habentem causam ab illa *Tiraq. de retract. glos. 14. §. 1. num. 55. Decia. cons. 62. nu. 50. & seq. lib. 3. Modern. de simul. d. q. 162. nu. 16. & seq. Rot. decis. 806. num. 4. par. 1. diuers.*

17

Non obstat, quod modo non agatur de viribus retrodonationis, sed tantum de validitate primæ donationis, quia DD. non ponderarunt prædictum instrumentum ad effectum substinendi retrodonationem, sed ad prædictam confessionem, quæ infert ad prædictum contractum donationis, de quo agitur, & non est nouum, quòd confessio de qua † in contractu etiam inualido (de quo si opus erit suo loco agetur) præiudicet confitenti *iuxta decis. Put 4. de confess. Seraph. decis. 1282. num. 4. & 5. Rot. decis. 117. num. 2. par. 1. in recent.* maximè quando vt in proposito † casu est adminiculata *Achil. decis. 1. de confess. Seraph. decis. 617. num. 11. Rot. decis. 177. num. 5. par. 2. diuers.* sicut etiam non refragatur quòd si prima donatio fuisset inualida, non erat opus retrodonatione, quia retrodonatio fuit facta † ad vberiorem cautelam, quæ ideo non debet nocere *l. testamentũ ff. mand. cum ibi not. C. de testam. l. qui mutuam. num. 7. cum concord. congest. per Roman. cons. 343.* quod autem fuerit facta ad vberiorem cautelam colligitur ex illis verbis ibi, præmissis saluis quamuis desuper sibi nullum fuerit acquisitum ius, nihilominus veritatem fatendo, & bonam fidem agnoscendo retrodonauit &c.

18
19
20

Sexta coniectura est, quia Io. Baptista solebat facere

21 cere † alios contractus simulate sub nomine ipsius vxoris, vt patet ex declarationibus ipsius mulieris datis in summ. num. 4. quæ consuetudo arguit simulationem in casu de, quo agitur ex *trad. per Bart. Cepoll. de simul. contract. num. 219. Gram. decis. 76. numer. 27.* cum alijs per *Modern. d. q. 162. num. 169. & seqq.*

Ad illud quod vltimo loco dicebatur donationes
22 † factas in fraudem fisci non esse ipso iure nullas, sed rescindendas *ex doctr. Bart. in d. l. post contractum num. 4. vers. secus quando in fraudem. ff. de donat.*
23 cum alijs allegatis, fuit responsum duplici † modo posse fieri donationem in fraudem fisci, primo modo quia donans intendat verè, & proprie donare ad effectum vt bona donata potius habeat donatarius quam fiscus, & de istis loquuntur *Bart. vbi supra nu. 4 vers. quia differentia est, Ias. in §. item si quis in fraudem num. 7. & 9. instit. de act.* & alij congesti per *Becc. d. cons. 52. num. 32. Rot. d. dec. 1. num. 3. de donat. in nou vers. nã dicitur contractus factus &c.*
24 secundo modo, † quia prætensus donator nõ intendit vere, & proprie donare, itaut bona transferãtur in donatarium, sed tantum simulare donationem ad euitandum confiscationem, & hoc casu donatio nõ est reuocanda, sed imò ab initio ipso iure nulla iuxta allegata supra in principio, ex coniecturis autem desumitur, an donans voluerit agere primo vel secũdo modo, vt apparet ex doctrinis supra allegatis; cõiecturæ autem quod Io. Baptista voluerit simulare donationem non autem vere donare, visæ fuerunt incalescere ex supra deductis &c.

R. P. D. REMBOLDO.

Auximana Bonorum.

Lunæ 17. Februarij 1620.

ARGVMENTVM.

Statutum si excludat fœminas dotatas à successione propter masculos intelligendum est, vt censeatur voluisse excludere eas à successione eius tantum, à quo fuit dotata, & non aliorum, nisi tamen contrarium colligatur ex eodem statuto, & hoc debet esse clarum, & non per coniecturas.

SVMMARIVM.

1 *Soror de iure communi succedit fratri, vna cum altero fratre.*
2 *Statuta excludentia fœminas dotatas propter masculos, ita debent intelligi, vt per ea censeatur exclusa fœmina dotata ad hæreditate dotantis tantum. limita vt num. 4.*
3 *Soror succedit fratri defuncto, si ab eo non fuerit dotata.*
5 *Statutum vt dicatur voluisse excludere fœminas dotatas à successione patris, matris, fratris &c. propter dotem ab vno habitam, non est dicendum, nisi id sit expressum. & clarè num. 10.*
6 *Et quando non dicatur constare de tali mente statuti, sed potius de contraria, & num. 7.*
8 *Statutum Terræ Cingul. excluden. fœminas dotatas &c. interpretatur, & num. 9.*
11 *Statutum exclusiuum fœminarum est odiosum, si eas excludat propter dotem, et non fauore agnationis.*

DECISIO CLXXX.

STATVTO Terræ Cinguli disponitur, quod si mulier reperiatur dotata à patre, vel à matre, vel à sorore, vel à fratribus, vel ab aliquo ipsorum ab intestato non succedat eis, nec alicui ipsorum singula singulis referendo, in eodem gradu existentibus, & ad bona paterna, materna, vel fraterna nullum habeat regressum cõtra fratres, vel sorores. Vnde dicto statuto stante fuit dubitatum, An Aurora à
1 patre † dotata, succedat Mutio fratri vna cum Rutilio altero fratre, & Domini responderunt illam succedere, ex clara dispositione *tex. in §. si igitur defunctus, neque auth. de hæred. ab intest.*

Nec obstat dictum statutum, quia huiusmodi sta-
2 tuta regulariter ita semper interpretantur, † vt per ea censeatur exclusa fœmina dotata ab hæreditate dotantis tantum, *glos. in l. 1. C. de legit. hæred.* quam refert, & sequitur *Bal. in d. l. 1. Cepb. cons. 278. n. 95. et 96. & seqq. Thesaur. decis. 62. num. 1.* ac propterea cum dicta Aurora non fuerit à Mutio fratre, de
3 cuius successione agitur, dotata, † merito ab eius hæreditate per dictum statutum non excluditur.

Nec obstat, quod ab huiusmodi regula receditur quando constat statuẽtes voluisse excludere dotatas etiam à successione non dotantium, & quod de huiusmodi voluntate videatur in casu isto constare, eo
4 ipso quod fœmina fuit † per dictum statutũ à successione plurium personarum exclusa, cum expressa dispositione, quod non succedat eis, nec alicui eorum, vt in his fere terminis post alios consuluit *Menoch. cons. 3. num. 17. Rol. cons. 24. num. 11. & seq. lib. 3. Socc. iun. cons. 52. sub num. 1. lib. 3.* cum alijs relatis per *Gabr. de statut. conclus. 5. num. 2. & 6.*

Quia præterquam quod hæc opinio multos habet contradictores tenentes, quod nec etiam quando sta-
5 tutum sub dictis verbis, † & clausulis fuit conceptum, censeantur per illud fœminæ ab omnium etiam non dotantium hæreditate exclusæ, vt in specie sensisse videtur, *Anchar. cons. 80. num. 2. Socc. sen. cons. 35. num. 11. lib. 4. Dec. cons. 346. num. 4.* cum alijs congestis per eumdem *Gabr. d. conclus. 5. nu. 2. vers. contrarium, & num. 8.*

Cessare videbatur difficultas, ex verbis in dicto statuto supra relato appositis, ibi singula singulis re-
6 ferendo, nam his verbis stantibus, † sumus in claris, quod statuentes non intellexerunt excludere fœminas à successione omnium personarũ supra enumeratarum coniunctim, sed diuisim singula singulis re-
7 ferendo, † ita scilicet, vt fœmina non succedat patri, si fuerit dotata à patre, non succedat matri, si fuerit dotata à matre, non succedat alicui ex sororibus vel fratribus, si fuerit dotata ab illa sorore vel fratre de cuius successione agitur, vt bene ad propositum declarat *Cephal. d. cons. 278. num. 97. Socc. sen. cons. 84. sub num. 4. vers. 5. moueor. l. primo, & dict. cons. 36. num. 11. lib. 4.*

Nec obstat quod hoc intellectu admisso superflua remanerent illa verba, ibi, *non succedat eis nec ali-*
8 *cui ipsorum,* quia † imò bene possunt conciliari cũ alijs clausulis, si textus dicti statuti bene perpendatur, dum enim in prima eius parte disponitur, quod si mulier reperiatur dotata, vel à patre, vel à matre, vel à sorore, vel à fratribus, vel ab aliquo ipsorum, sunt referenda ad fratres, de quibus proximè facta fuerat mentio, videlicet, ab aliquo ipsorum fratrum,

nec possunt referri ad alias personas præcedentes, nempè patrem, matrem, vel sororem, quia iam fuerat de eis facta mentio alternatiuè per dictionem, vel, ideoq. ineptum fuisset dicere, vel ab aliquo ipsorum, & hoc stante subsequentia verba non succe-
9 dat† eis nec alicui ipsorum, bene possunt interpretari, vt non succedat patri, nec matri, nec sorori, nec alicui ipsorum fratrum, quatenus tamen fuerit dotata ab eo de cuius successione agitur, ad hoc vt dicta verba concilientur cum clausula singula singulis referendo.

Atque hoc eo magis dicendum, quia non solum ad hoc, vt à supradicta regula, quod per huiusmodi
10 statuta censeantur exclusæ † fœminæ ab hæreditate dotantis tantum recedatur, requiritur quod clare constet de voluntate statuentium contraria, ad trad. per *Cephal. d. cons. 278. num. 101. & Corn. cons. 53. sub num. 4. lib. 4. Gabr. d. concl. 5. num. 3.*

Sed etiam quia, tàm ex rubrica statuti, de quo agitur, quàm etiam ex nigro apparet, fœminas non fuisse à dicto statuto exclusas pro cōseruatione agna-
11 tionis, & fauore masculorum, † sed propter dotem, ideoq. censetur odiosum, & per consequens ita debet interpretari, vt minus quam fieri potest deroget iuri communi, *Curt. iun. cons. 7. num. 8. Socc. iun. cons. 122. nu. 5. lib. 2.* cum alijs per *Grauett. cons. 259. n. 2.*

His accedit, quod nec dictum statutum voluit excludere fœminas dotatas propter remotiores, vt patet ex illis verbis, ibi, in eorum gradu existentibus, ac propterea tanto minus interpretari debet, quod voluerit illas excludere ab hæreditate omnium, si ab vno fuerit dotata.

Et ita fuit conclusum, dummodo non obstet contraria obseruantia statuti, de qua si opus erit poterit particulariter videri.

R. P. D. COCCINO.

Romana Domus ad Peregrinum.

Lunæ 17. Februarij 1620.

ARGVMENTVM.

Papæ, si quis gratiam petat, & simul supplicet, vt id committatur alicui Iudici, tunc si Papa simpliciter rescribat, per verbum, Placet, censetur eam concessisse, dando Iudici arbitrium, & quid si Regens apponat suam signaturam, scilicet Iudex de mandato Papæ, procedat prout petitur, & iustitiam faciat, an ista verba, iustitiam faciat, tollant gratiam.

SVMMARIVM.

1 *Papa, si subscribat commissionem cum verbo, Placet, absque alia restrictione, censetur simpliciter concedere gratiam.*
2 *Arbitrium regulatur à iure.*
3 *Papa, si concedat Iudici arbitrium per verbum, placet, quid importet.*
4 *Papæ, quando aliquid proponitur, & ipse habet dubium, & desiderat æquitatem, tunc signat per verbum, placet.*
5 *Papa in his, quæ concernunt gratiam, signat per verbum, fiat,*
6 *Papa, in his, quæ concernunt iustitiam, per verbum, placet, signat.*
7 *Papa, si mandet fieri gratiam cum causæ cognitione, ad hoc non repugnat signatura per verbum, placet,*
8 *Papa signare potest commissionem per verbum fiat, & per verbum, placet.*
9 *Papa, si signet commissionem mixtam per verbum, fiat, quo ad ea, quæ concernunt iustitiam, non censetur gratiam fecisse.*
10 *Verba, & iustitiam faciat, important quatenus sit de iure id, quod petitur in commissione.*
11 *Crescent. decis. 1. de rescript. procedit in rescripto iustitiæ.*
12 *Papa, quando concedit, vel mandat fieri gratiam, tunc ea effectuanda venit, remoto omni obstaculo.*
13 *Papæ signatura, non autem extensio Regentis est attendenda.*
14 *Verba, & iustitiam faciat, posita in aliqua concessione gratiæ intelligi debēt circa modum procedendi, circa gratiam faciendam,*
Non autem circa ipsam quatenus æquitas suaderet, vt aliqua derogatio concedi deberet.

DECISIO CLXXXI.

FRATRES de Leonettis cum reperirentur carcerati, supplicarunt Papæ, vt dignaretur committere, & mandare A.C. vt ipsis licentiam vendendi bona fideicommisso supposita pro scutis 1500. cōcedat, ac eosdem carceribus mancipatos relaxari mandet, & Papa signauit commissionem per verbū Placet, & R.P.D. Regens apposuit signaturam suam hoc modo. De mandato Domini Nostri Papę idem A.C. concedat, decernat, relaxari mandet, procedat vt petitur, & iustitiam faciat. Vnde dubitaui, An Papa concesserit A.C. facultatem derogandi fideicommissa arbitrio suo. Et affirmatiuè fuit resolutum,
1 quia cum per verbum placet fuerit † subscripta cōmissio absque vlla restrictione, Papa censetur commisisse A.C. vt deroget fideicommisso arbitrio suo,
2 quod† quidem arbitrium regulatur à iure, *Sarnen. in compend. vtriusque Signat. num. 23.* tamen hoc est verum in casu nostro ad hoc vt Iudex cognoscat.
3 † An ex narratis concedi debeat derogatio, & hoc est quod dicit *Glossator antiquus super reg. 25. col. 4. vers. & tunc si esset*, vbi si id quod proponitur Papæ
4 † habet dubium, & desiderat æquitatem, Papa signat per verbum placet.

Non obstat, quod Papa in his quæ concernūt gra-
5 tiam† signat per verbum fiat, in his vero quæ con-
6 cernunt iustitiam, per verbum † placet, vt per *Gloss. & Sarnen. locis prædictis*, quia hoc est regulariter verum, sed non repugnat signatura per verbum pla-
7 cet, † si Papa mandet fieri gratiam cum causæ cognitione, prout fuit factum in hoc casu, vt benè per *Sarnen. vbi supra num. 24.* vbi quod † est speciale in Papa, quod possit signare commissionem per, fiat, & per placet, imò si signet commissionem mixtā per, fiat,
9 quo ad ea, † quæ concernunt iustitiam, non censetur gratiam fecisse, vt per *Sarnen. loco præcitato nu. 5. & seq.*

Minus obstant verba illa in signatura Regentis, &
10 iustitiam† faciat, quæ verba important quatenus sit de iure id, quod petitur *Crescent. decis. 1. de rescript.*
11 quia dictum † Crescentij procedit, quando hæc verba sunt apposita in rescripto iustitiæ, vt aduertit *Se-*
12 *raphin. decis. 922. nu. 2. & seq.* secus † autem quando Papa concedit, vel mandat fieri gratiam, quia hoc facit remoto omni obstaculo, *& num. 4.* subdit quod

quod semper consueuit dici in Rota attendendam esse præcipuè † signaturam Papæ non autem extensionem Regentis, & in omnem euentum quatenus verba, & iustitiam faciat, essent attendenda, debe-
13
14 rent intelligi † circa modum procedendi circa gratiam faciendam, non autem circa ipsam gratiam quatenus æquitas suadet, vt derogatio concedi deberet, vt innuit *d. decis. Seraph. loco prædicto.*

Et ita &c.

R. P. D. REMBOLDO.

Bononien. Fructuum de Gozzadinis.

Lunæ 17. Februarij 1620.

ARGVMENTVM.

Marito, licet eo ipso debeantur fructus dotis, quando substinet onera matrimonialia, tamen id procedit, si dos fuerit promissa viro, secus vero si vxori, quia tunc requiritur interpellatio. Debitum non potest considerari, vbi non adest mora. Fructus rei dotalis an debeantur cessionario post cessionem.

SVMMARIVM.

1 *Dotis fructus marito eo ipso debentur, quod substinet onera matrimonij, & hoc siue dos fuerit promissa in re, siue in quantitate.*
2 *Sed hoc procedit, quando dos fuit promissa marito, secus vero si vxori, quia tunc requiritur interpellatio, & num. 4.*
3 *Mora nulla est, vbi non adest debitum.*
5 *ad Soluendum, si quis non fuerit interpellatus, per eum non videtur stetisse, quin non soluerit.*
6 *Testes singulares nihil probant.*
7 *Pater non potest præiudicare filio.*
8 *Mandatum speciale requiritur ad hoc vt per interpellationem quis constituatur in mora.*
9 *Fructus post litis contestationem, quis petere nequit, si res ei fuerit assignata à debitore.*
10 *Fructus dotis an debeantur cessionario, opinio negatiua est verior, num. 10.*
12 *Et ratio est, quia illi debentur ratione onerum matrimonij, quod est priuilegium personale.*
Vnde non mirum, si mutata persona, deinde illi amplius non debentur.
13 *Et quando opinio contraria posset procedere.*

DECISIO CLXXXII.

VLIXES Gozzadinus instituto sibi hærede primo filio ex Iunipera, & Laudomia eius filiabus nascituro reliquit filiabus fœminis alterius filiæ ex qua hæres natus non esset scuta mille pro qualibet earum tempore nuptus soluenda. Vnde cum ex Iunipera natus esset Vlixes iunior, & ex Laudomia Berenix, quæ D. Fabio Gozzadino nupsit, eidemq. scuta mille ab Vlixe seniore sibi legata ad computũ dotis assignauit, dictiq. coniuges dictum legatum vna cum fructibus decursis, & decurrendis D. Camillo dictæ Berenicis patri cessissent. Dubitaui An debeantur dicti fructus, & à quo tempore, & Domini responderunt non deberi neque à die contractus matrimonij, neque ab alio tempore post contractum matrimonium, nam licet fructus dotis debeantur marito post moram debitoris, dictaq. mora regula-
1 riter contrahatur † statim atque dies solutioni præscriptus cessit, & maritus substinendo onera matrimonij ex parte sua contractum adimpleuit, siue dos sit promissa in re, siue in quantitate, vt multis post alios comprobat *Surd. in tract. de aliment. tit. 1. q. 42. num. 125. & seqq.*

Hoc tamen procedit, quando dos est promissa marito, secus vero si illa non est promissa, quia tunc implementum mariti non potest constituere dotis debitorem in mora, quia contra illum nulla compe-
2 tit marito actio, vel petitio, † sed necesse est, quod interpelletur ab eo cui facta est promissio ad hoc vt ad dd. fructuum solutionem teneatur *Bart. & alij in l. de diuisione. ff. sol. matrim. l. si ex legati causa de verb. oblig. Ruin. cons. 222. nu. 3. lib. 1. Surd. d. q. 42.*
3 *num. 64.* vbi dicit † quod nulla est mora, vbi non est debitum, & quod Doctores qui dicunt maritum posse agere ad alimenta præsupponunt maritum esse dotis creditorem, quod præsuppositum semper est verificandum, ac propterea cum versemur in simplici legato facto filiabus nascituris pro augumento dotis, neque aliqua inreruenerit promissio hæredis legantis, non potest dici dictus hæres constitutus in
4 mora, nisi probetur quod fuerit à filia, cui † fuit dicta dos legata, interpellatus. *dicta l. si ex legati causa. ff. de verbor. obligat.* Eoq. magis quia dictus hæres potuit ignorasse quod talis filia esset nata, & nuptui tradita, & quod illa legatum ei à testatore factum, marito assignauerit in computum suæ dotis, quod si sciuisset verisimiliter legatum soluisset ad
5 euitandum cursum vsurarum, ideoq. † videtur potius quod per ipsam filiam steterit, quominus ei legatum solueretur, eo quod hæredem non interpellauit quã per hæredem *l. fin. §. 1. ff. quor. legat. Ruin. d. cons. 22. num. 3. lib. 1.*

Non obstat, quod dicitur satis constare ex testibus qui dantur summario num. 7. & 8. quod dictus hæres scientiam habuit matrimonij, fuitq. ad soluendam dictam dotem interpellatus, quia præterquam quod
6 testes videntur † singulares, ideoq. nihil probant *cap. bonæ memoriæ., & ibi glos. in verbo singulares de elect. cap. cum dilecti in fin. & ibi glos. in verbo posset de accusat. Felin. in cap. licet num. 2. de testib. cum alijs per Gabr. dicto tit. de testib. conclus. 2. num. 1.* & conatur tantum deponere, quod fuit interpellatus Annibal pater Vlixis hæredis, qui non potuit præiu-
7 dicare † filio: ex quo non erat legitimus administrator illius in dictis bonis, cum ei fuerit à testatore interdictus vsusfructus.

Non constat etiam, quod dicta interpellatio facta
8 fuerit ab vxore, nec ab habente mandatum † speciale prout requiritur, ad hoc vt quis per interpellationem constituatur in mora, *Ripa in l. quod te. nu. 56. ff. si cert. pet. Alex. cons. 78. num. 14. lib. 5.* & fuit in puncto firmatum *in Bonon. pecuniaria seu dotis 1. Iunij 1615. coram R. P. D. meo Manzanedo, & in Romana fructuum, & interesse 10. Decembris 1614. coram R. P. D. meo Pamphilio.*

Non obstat, quod saltem dictus Vlixes fuit constitutus in mora per litis contestationem, atque id eo tenetur à dicto tempore ad dd. fructuum solutio-
9 nem, quia maritus fuit longè ante litis † contestationem de dicta dote satisfactus à D. Camillo, ac propterea frustra petit illius vsuras post dictæ litis contestationem.

Nec obstat, quod dictæ vsuræ, seu fructus debentur D. Camillo vigore cessionis ipsi à dicto Mutio factæ, quia licet sit magna controuersia inter Doct. An dicti

11 dicti fructus post cessionem † decursi debeantur cessionario, & affirmatiuam partem amplecti videatur *Salic. in auth. ad hæc quæst. 13. num. 11. C. de vsur. Cagnol. in l. curabit num 19. C. de act. empt. Ias. cons. 92. num. 36. & seq. Paris. cons. 64. num 6. & seqq. lib. 4. Ioseph Ludouic. decis. Lucen. 21. num. 38.*
12 Nihilominus magis placuit DD. † opinio negatiua, quam tenet *Bld. in rubr. C. de vsur. num. 5. Dec. cons. 571. num. 1. Surd. cons. 269. num. 9. & seq. & in tract. de aliment. dicta quæst. 42. num. 22. vers. contraria tamen opinio lib. 1. cum pluribus relatis per Gratian. discept. forens. cap. 143 num 39. & cap. 427. num. 14.* & alias etiam secuta est *Rota coram bo. me. Card. Scraph. decis. inter impress. 517. vbi ex Bald. & alijs ibi relatis* assignat rationem, quod isti fructus
13 debentur ratione onerum matrimonij, quod priuilegium est personale, & mutata persona tollitur, ac propterea posset fortassis dici, quod opinio affirma-
14 tiua procedit quando cessio † non est facta ad commodum cessionarij, sed durat adhuc causa priuilegij, secus si prout in casu isto sit facta ad commodũ cessionarij, qui soluit dotem marito, quia tunc sibi imputet, quod emet creditorum infructiferum, &c.

EMINENTISS. D. CARD. VEROSPIO SEN.

Asculana Alimentorum.

Veneris 21. Februarij 1620.

ARGVMENTVM.

Alimenta si testator vxori reliquerit sub conditione non petendæ dotis, tunc donec non verè appareat eam fuisse restitutam, tale legatum ei debetur, & si simpliciter factum sit tale legatum, debetur etiamsi nolit habitare in domo testatoris cum filijs, nec non ei debentur alimenta pro famula, si solita sit eam retinere.

SVMMARIVM.

1 *Alimentis decernendis ratio patrimonij, & conditionis personarum est habenda.*
2 *Alimenta quando alicui sunt decernenda, qui est solitus retinere famulum, etiam pro illo danda sunt.*
3 *Alimenta, si testator alicui reliquerit contemplatione, vt inhabitet cum filijs suis in eadem domo, tunc si ille ab ea discedat, non debentur alimenta.*
4 *Intellige tamen id, si clarè appareat testatorem cogitasse de dicta cohabitatione, aliàs secus.*
5 *Alimenta quando simpliciter sunt legata, possunt etiam extra domum testatoris peti.*
6 *Legatum alimentorum, quando est factum vxori sub conditione dotis non petendæ, si constet de eius restitutione illud amplius peti nequit. & vide n. 7.*
7 *Scilicet, vt verè appareat talem restitutionem fuisse factam.*
8 *Ratificatio non deducitur ex inuestimento facto sine consensu eius, de cuius interesse agitur.*

DECISIO CLXXXIII.

FVERVNT Elisabettæ Saldinæ relicta per Innocentium Antonium eius socerum alimenta, quæ cum nouissimè taxata fuissent à Rota Maceratensi, causa per viam appellationis in Rota coram me introducta, & dubio proposito, Domini congruã esse huiusmodi taxationem, & propterea sententiam Rotæ Maceratensis esse confirmandam censuerunt.

Nam in decernendis alimentis ratio patrimonij,
1 & conditionis † personarum est habenda, *l. ius alimentorum, ff. vbi pupillus educari debeat, l. cum plures, §. vltimo, ff de administr. tutor.* Bart. *in l. Imperator num. 4. vbi Alex. num. 5. ff. ad Trebell. Boer. decis. 19. num. 8. Natta, cons. 48. num. 2. Caputaq. decis. 21. nu. 3. par. 1. Mant. decis. 331. num. 8.*

Hic autem satis constare videtur de amplo Innocentij Testatoris patrimonio, quod testes pro parte Elisabettæ examinati deponunt ad summam scutorum triginta quinque millium ascendere; Et vlterius probatur ipsius mulieris conditio, eam videlicet esse de nobilibus Ciuitatis Asculi, solitam fa-
2 mulas retinere; Vndè † meritò illi pro vna etiam famula data fuerunt alimenta, *dicta l. ius alimentorum ff. vbi pupillus educari debeat. Mantic. decis. 331. num. 5.*

Nec valet exceptio, quod hæc alimenta non de-
3 beantur, ex quo discessit † Elisabetta de domo, & legatum ea contemplatione fuerit factum, vt in eadem domo cum suis filijs illa commoraretur; nam
4 non apparet de dicta cohabitatione † testatorem cogitasse, cum in legato de illa non meminerit. Vnde
5 succedit regula quod † alimenta simpliciter legata possunt etiam extra domum peti, *l. cum ij, §. cum igitur in 5. notab. num. 10. ff de transact.*

Non obstat legatum alimentorum fuisse factum
6 sub conditione † dotis non petendæ, quæ restituta dicitur in florenis sexcentis, & in quodam censu prætenditur inuestita. Nam respondetur dotis recuperationem non probari, ex quietantia, quam nec Eli-
7 sabetta, nec de illius † mandato fuisse factam apparet; Nec ex dicto inuestimento deduci potest ratifi-
8 catio, cum in eo † Elisabetta non interuenerit. Vnde non possunt huiusmodi actus alimentorum amissionem operari, &c.

REVERENDISS. COCCINO.

Calaguritana Beneficij de Alegna.

Veneris 21. Februarij 1620.

ARGVMENTVM.

Constitutiones Papales, vt obligent, ac ligent, moribus vtentium non est necessè, vt recipiantur, cum Papa ab ipso DEO, tamquam Petrus, iurisdictionem recipiat absque vlla dependentia humana. Lex non potest dici vsu non fuisse recepta, si ea adhuc non innotuerit. Possessio generalis infert quoque ad particularem. Recursus ad Iudices laicos est concludenter probandus, si non agatur ad effectum denegationis audientiæ sed amissionis lucri.

SVMMARIVM.

1 *Fructus beneficij iuxta consuetudinem Hispaniarum, spectant ad hæredem defuncti, licet à solo separati, & depositati non sint, &c.*
2 *Consuetudo si adsit in aliquo loco conferendi beneficia Clero, dum alteri fit, non tenet collatio.*
3 *Lex superueniens tollendo antiquam aliquam consuetudinem, tunc si fiat contra consuetudinem, quis non potest id impugnare.*
4 *Papæ lex non eget, vt moribus vtentiũ recipiatur.*

Papa

Papa immediatè potestatem habet à DEO, absque aliqua dependentia humana. num.4.

5 *Constitutio aliqua, quod non fuerit vsu recepta, id argui non potest, quando adhuc non innotuerit.*

6 *Leges priuatæ satis est, vt priuatim notificentur.*

7 *Possessio generalis si quis acquisiuerit, illa ei suffragatur, etiam quod ad res particulares.*

8 *Causa magis attenditur, quàm exercitium.*

9 *Possessio vniuersalis dilatatur ad omnia loca particularia. & num.11.*

10 *Præcepto superioris quis non dicitur contrauenire, si petat illius transumptum.*

12 *ad Iudices laicos recurrens est excommunicatus, & beneficiorum fructus non facit suos.*

13 *Recursus ad Iudices laicos est plenè probandus, vt quis priuetur fructibus beneficij, vnde non sufficit simplex fides.*

14 *Probationes concludentes requiruntur, quando agitur ad effectum amissionis lucri.*

15 *Recursus ad Iudices laicos est concludenter probandus, si agatur de amissione lucri, non autem solum ad effectum denegandi audientiam.*

DECISIO CLXXXIV.

PLACVIT Dominis decisio in hac causa facta 10. Ianuarij præteriti, in qua fuit firmatum fructus beneficij, de quo agitur, spectare ad hæredes 1 Ioannis, † iuxta consuetudinem Hispaniarum de qua latè *Molin. de iust. & iur. disput.* 147. *num.* 14. *& seq.* & fuit pluries in Rota resolutum, *vt in decisionibus allegatis in causa Barchinonen. fructuum* 10. *Decembris* 1607. *coram me.*

2 Non obstat quod stante antiqua † consuetudine conferendi ad fauorem Cleri Episcopus non potuit prouidere Ioannem. Quia Episcopus fecit hanc collationem vigore motus proprij Sixti V. qui fuit expeditus vsque de anno 1586. & intimatus in Ecclesia de Alegna de mense Septembris anni 1589. Prouisio autem Ioannis fuit de anno 1590. die 20. Iulij.

3 Vndè dictus Motus proprius antiquæ consuetudini derogaret, vt etiam dixit Rota *apud Seraphinum decis.* 1323. *l. prospexit, ff. qui. & à quib. Rolan. consil.* 99. *num.* 47. *lib.* 2. Clerus non poterat repugnare, *l. ancillæ, vbi DD. C de furt. & ibi gloss in verb. quæstio Symon de Prat. cons.* 205. *num.* 19. *Surd. cons* 53. *num.* 6. *Rom. cons* 277. *num.* 6.

4 Neque obstat quod dictus Motus proprius non fuerit vsu receptus, quia quatenus hoc esset verum non referet, cum lex Papæ non egeat, † quod moribus vtentium recipiatur, cum immediatè habeat potestatem à Deo, *Io. Andr. in cap. cum de beneficio, in princip. de Præbend. in* 6. *Innoc. in cap. quanto num.* 5. *vbi cæteri DD. de consuet. cap. significasti de elect. cap.* 1. *cum duobus seqq. de transl. Prelat. Ferrett. in cap.* 1. *num.* 6. *cum pluribus seqq. de Constit. Sot. de Iustit. & iur. lib.* 1. *quæst.* 6. *art.* 4. *col.* 5. *ante med. Archid. post Ioannem de Fano in cap. cum M. Ferrarien num.* 13. *de Constit. Siluestr. in summ. in verb. lex num.* 6. *vers.* 4. *quod per inferiores*, & ex

5 abundanti respondetur non esse verum, quod dictus Motus proprius nō fuerit receptus, nam licet emanauerit de anno 1586. & Clerus † contulerit iuxta antiquam consuetudinem Didaco, qui est in causa, dimidiam portionem de anno 1589. 20. Iulij, hoc tamen fecit, quia dictus Motus proprius nondum Cleto fuerat intimatus. Insinuatio enim solum facta de mense Septembris eiusdem anni 1589. & fuit suf-

6 ficiens, cum satis sit, † quod leges priuatæ priuatim notæ fiant, *Bald. in l. leges, vt generales num.* 2. *vers. Et hoc est benè. Fulgos. num.* 1. *Castr. num.* 2. *in fin. C. de legib.* eleganter *Rom. cons.* 433. *col.* 2. *vers in his rationibus.* D. meus Ludouicus Curbo *de leg. lib.* 3. *disp* 7. *col.* 5. *vers. postremo priuatæ leges.*

Denique non obstant subreptiones, quæ opponuntur contra Breue Sixti, quia quatenus subsisterent, non releuarent, nam adhuc Episcopus erat

7 in † quasi possessione vniuersali conferendi iuxta dictum Motum proprium, quæ illi etiam in loco isto

8 particulari suffragatur, cum magis † causa, quam exercitium attendatur, & propterea dictus Ioannes prouisus non erat amouendus à beneficio, vt fuit latè deductun in *hac causa, &* 18. *Martij* 1611. *coram me:* quæ quasi possessio dubitari non potest, quin suffragetur post intimationem Motus proprij Sixti Quinti, quia per eam fuit recessum ab antiqua con-

9 suetudine conferendi etiam in loco de Alegna, & † dilatata possessio vniuersalis per remotionem obstaculi, etiam ad locum, cum Clerus responderit obedire se mandato Episcopi tanquam sui superioris. Et licet etiam dixerit, quod ad complementum pete-

10 bat transumptum, † & testimonium à Notario. Attamen hoc non tollit, quin paruerit Motui proprio cum in mandato Episcopi hoc contineretur, & sic voluntariè recesserunt à possessione in qua existe-

11 bant, & dilatata fuit Episcopi possessio † etiam respectu istius loci cum esset possessio vniuersalis.

12 Quæ dicuntur † Ioannem non fecisse fructus suos, ex quo erat excommunicatus ob recursus, non placuere, cum de illis non constet concludenter ad hūc

13 effectum. Datur † enim solum simplex fides sine die, & anno, quæ ad hunc effectum fidem non facit.

14 Nam requiruntur † concludentes probationes, cū agatur ad effectum amissionis lucri, non autem solū

15 ad effectum denegandi † audientiam, *Mobed. decis.* 4. *de prob. Put. dec.* 6. *eod. tit. & decis.* 24. *num.* 4. *lib.* 1. & fuit latè deductum in causa *Tuden. beneficij* 25. *Iunij* 1604. *coram præclaro viro Francisco Penia Rotæ Decano.*

Et ita conclusum, &c.

R. P. D. REMBOLDO.

Bononien. de Mangiolis.

Veneris 21. *Februarij* 1620.

ARGVMENTVM.

Tertius, vt admittatur ad causam, quando plenè, & quādo apparenter tenetur docere de eius interesse.

SVMMARIVM.

1 *Tertius, ille propriè admittitur ad causam, qui venit ad hoc, vt vel vni assistat ex collitigantibus, vel excludat vtrumque.*

2 *Tertius, vt admittatur ad contradicendum, non requiritur plena probatio.*

3 *Tertius, vt admittatur ad contradicendum sufficit, vt apparenter doceat de suo interesse.*

4 *Tertius, quando vult venire ad causam, tunc plenè debet probare eius interesse, quando agitur de impedienda executione, vel processu inter illos, qui vel causam incœperunt, vel terminarunt.*

5 *Tertius admittitur ad causam, qualitercumque con-*

constet de eius interesse, quando vult interuenire in causa pro suo interesse, vel in ipso causæ initio, vel in statu, & in terminis, in quibus causa reperitur.

DECISIO CLXXXV.

PLVRES reperiuntur commissæ causæ in Rota, à D. Isotta Manzola, & ab ipso etiam D. Comite Francisco Manzolo C. A. C. Vnde dato dubio generali ad instantiam dicti D. Comitis Francisci, An constet de tali ipsius interesse, vt debeat admitti ad causam, Domini dixerunt constare de ipsius interesse, quoad causam tantum, quæ à dicta D. Isotta reperitur commissa contra administratores, & detentores bonorum illorum de Mangiolis, itaut ad eam dictus Comes debeat admitti.

Nam quoad alias causas, cum dictus D. Comes sit vel actor, vel reus, in illis non indiget alia admis-
1 sione ad eas, quia ille † proprie admittitur, qui venit ad hoc, vt vel assistat vni ex collitigantibus, vel excludat vtrumque.

Quo verò ad dictam causam cõmissam ab eadem D. Isotta contra administratores, & detentores dictorum bonorum, constat de ipsius interesse, quia, vt ex lectura Commissionis pro parte D. Isottæ præsentatæ apparet, ipsa vti filia Comitis Georgij iunioris, & tamquam vltima ex linea Georgij antiquioris, & sub diuersis alijs prætextibus intendit ad eadem bona contra dictos administratores, & detentores agere, in quibus D. Comes Franciscus prætendit sibi apertam esse successionem ex fideicommisso d. Comitis Georgij iunioris, vt iam fuit firmatum coram R. P. D. meo Pirouano; ac propterea dubium non est, quin dictus D. Comes habeat in d. causa interesse, cum ipsius intentio sit excludere à dictis bonis, tam dictam D. Isottam, quàm etiam illorum occupatores.

Nec obstat, quod dictus D. Comes plenè non
2 probet intentionem suam, quia ad † effectum vt tertius admittatur ad contradicendum, non requiritur
3 plena probatio, sed † sufficit quod apparenter doceat de eius interesse. *Abb. in cap. veniens, il secondo, n. 9.* & ibi *Felin. num.* 13. & 14. *de testib. Vant. de nullit. in tit. quis possit dicere de nullit. num. 24. Rot. dec. 11. de iudic. in antiq.*

Nec obstant plura in contrarium adducta, quia procedunt in terminis *l. is à quo, ff. de rei vendic.*
4 quando scilicet agitur de † impedienda executione, vel processu inter illos, qui vel casum incæperunt, vel terminarunt, non autem quando tertius vult in-
5 teruenire in causa pro suo interesse, † vel in ipso causæ initio, vel in statu, & in terminis, in quibus causa reperitur; tunc enim qualitercumq. de ipsius interesse appareat admittitur, & ita quotidie practicatur.

REVERENDISS. PIROVANO.

Romana Fideicommissi.

Lunæ 24. Februarij 1620.

ARGVMENTVM.

Transactio inita super aliquo fideicommisso, vt rescindatur, quid sufficiat. Hæres habens liberam potestatem alienandi, an possit disponere in vltima voluntate. Alienandi ampla facultas data hæredi an sit compatibilis cum fideicommisso.

SVMMARIVM.

1 *Transactio inita super fideicommisso, vt rescindatur, sufficit vt aliqualiter dubitari possit de dicto fideicommisso.*

2 *Testator, si dederit facultatem hæredibus, vt diuidant bona, & de eis faciant, quidquid volunt, hæc facultas compræhendit tam actus inter viuos, quam in vltima voluntate.*

3 *Et quando contraria opinio procedat.*
Cuman. & Alex. in l. Titius ff. ad Trebell. & alij in quo casu loquantur. num. 3.

4 *Fideicommisso non est incompatibilis facultas alienandi data hæredi.*
Quia fideicommissum censetur conceptum, quatenus non sequatur alienatio.

5 *Approbatio erronea non tenet, quia deficit consensus.*

DECISIO CLXXXVI.

DICTVM fuit non constare de fideicommisso, & sententiam esse infirmandam. Quia quidquid sit, si ex testamento Iuliæ tantummodo agere tur, & ad effectum rescindendæ transactionis, in qui-
1 bus terminis sufficit, quod aliqualiter dubitari † possit de subsistentia fideicommissi, *l. 2. vbi gloss. in verb. rectè C. de transact.* & idem fuit firmatum in *Romana domus 3. Decembris 1601. & in Prænestina bonorum 28. Nouembris 1618. coram Reuerendiss. Archiep. Damasceno.*

In præsenti tamen ex contextu verborum Codicilli eiusdem Iuliæ sublata fuit omnis ansa dubitandi super existentia fideicommissi, dum, si quod subesse poterat, fuit sublatum per illa verba, Quibus hære-
2 dibus institutis † dedit auctoritatem post eius mortem omnia faciendi, & bona diuidendi, vt supra, & de eis faciendi ad eorum libitum voluntatis, atque de iure permittitur; comprehendit nedum actum alienationis inter viuos, sed alium quemcumque in vltima voluntate, *Surd. cons. 10. num. 13. Peregrin. de fideicommiss. art. 40. num. 57. Menoch. cons. 523. num. 9. Natt. cons. 505. num. 38. lib. 3.* & in contrarium allegati nempè *Cuman. & Alex. in l. Titius ff. ad Trebell. Soc. sen. Berou. & alij* loquuntur de fa-
3 cultate limitata alienandi, vel quando testator † fecerit fideicommissum in eo, quod per hæredem non fuerit dispositum, secus autem quando facultas disponendi est libera, quia etiam hoc casu dicunt *Soc. sen. Ruin. & alij allegati per Surd. cons. 96. num. 26.*
4 non esse incompatibilem † cum fideicommisso, quia videtur conceptum fideicommissum sub conditione si non sequatur alienatio.

Similiter nec etiam agitur de rescindenda transactione, quia ex lectura illius dici non potest transactio, sed verius est simplex approbatio possessionis
5 bonorum captæ † per Portiam sub prætextu fideicommissi, quod si verè non adest, illa approbatio vti erronea non tenet, quia deficit consensus, *l. non fatetur, ff. de confess.* & semper reuocari potest quamuis iurata. *Ias. in l. 1. num. 7. vers. tertio subtilius C. de error. calcul. Hercul. post alios de probat. negat. num. 198. vers. decimosexto fallit.*

Et ita &c. fuit resolutum.

REVERENDISS. MANZANEDO.

Patriarcha Hierosolymitano.

Bononien. de Lambertinis.

Mercur. 11. Martij 1620.

ARGVMENTVM.

Dotem, si quis mulieri promiserit restituere cum hypotheca bonorum, tunc eueniente casu restitutionis, si ille renuat eam soluere, potest vigore Saluiani petere immissionem super illius bonis, non obstante fuisse oppositam compensationem, quando ea non est clara, ac concludenter probata. Hæres cum beneficio legis, & inuentarij potest experiri contra iura defuncti pro suo credito, perinde ac si esset tertius creditor.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta faciunt rem claram, & probationem probatam.*

2 *in Possessionem certorum bonorum, si quis fuerit immissus, tunc de eius possessione non est controuertendum.*

3 *Possessio probatur ex substentatione litis, ad effectu immissionis vigore Saluiani.*

4 *Immissio vigore Saluiani si petatur, possessio leuiter probatur, quod quidem procedit etiam si agatur contra tertios possessores.*

5 *Clausula, precarij, quando adest in instrumento, eius vigore conceditur immissio, etiam contra singulares successores.*

6 *Compensatio opponi potest etiam in iudicio repetitionis dotis.*

7 *Compensatio non admittitur de liquido ad illiquidum.*

8 *Testes, qui non deponunt de certa quantitate, & summa, non releuant.*

9 *Testes, qui non concludunt pernecessè, non faciunt probationem.*

10 *Census præsumuntur empti de pecunijs illius, ad cuius fauorem cantant.*

Exceptiones turbidæ non releuant. num. 10.

11 *Hæres tenetur reddere rationem administratæ tutelæ per testatorem, nec interim potest petere creditum suum.*

12 *Hæres adeundo hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij non confundit actiones suas, cum iuribus hæreditarijs.*

13 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij nõ prohibetur actiones suas intentare contra iura hæreditaria, tamquam tertius creditor.*

14 *Creditor, vel debitor quis non potest dici, si ad hoc fuerint electi periti, sed non retulerunt.*

15 *Compensationis exceptio, dum non est sufficienter liquida, non potest impedire immissionem ex credito dotis.*

DECISIO CLXXXVII.

RESOLVTVM fuerat 19. Aprilis præteriti dandam esse immissionem D. Lucretiæ de Campegijs, pro fructibus suæ dotis in bonis q. Com. Cæsaris. Hodie verò Domini censuerunt eidem esse etiam dandam pro credito dictæ suæ dotis scut. 7000. ex eisdem fundamentis, quia nimirum constat de obligatione cũ hypoteca ad fauorẽ D. Lucretiæ ex duobus publicis Instrumentis, altero 24. Maij 1603. celebrato inter ipsam, & D. Comitem Cæsarem vti hæredem Cornelij eius viri, altero 7. Maij 1612. coram Cardinali Legato Bonon. inter eosdem super delatione ad septennium restituen. d. dotem.

1 Instrumenta enim faciunt rem † claram, & probationem probatam *Bald. in l. quoties C. de Iudic. Rota decis. 60. num. 1. par. 1. in recent.* & fuit dictum in alia *decisione in hac causa facta dicta die 19. Aprilis proximè præteriti coram me.*

De possessione pariter dictorum bonorum cõstat ex Inuentario eorumdem in actis producto per hæredes D. Cæsaris, & repetito ab ipsa D. Imelda, nec non ex immissione ab eadem obtenta super eiusdem,

2 tamquam legataria eiusdem † Comitis Cæsaris, quã non potest vlterius controuertere, *ad tex. in l. Pompon. la 1. vers. quod reprobare, ff. de neg. gestis. Crau. cons. 188. num. 5. Goz. ad. cons. 3. num. 19. Card. Mantic. decis. 370. num. 4. Rota decis. 456. nu. 4 par. 2. rec.*

Nec non ex substẽtatione litis per ipsam D. Imel-

3 dam, † quod sufficit in hoc iudicio, *Verall. dec. 372. num. 1. par. 2. Cæs. de Graff. decis. 6. num. 4. de restit. spol. Rot. decis. 669. num. 3. & 778 num. 1. par. 2. rec.*

Quod quidem procedit etiam contra tertios bo-

4 norum † possessores *glos. penult. in l. 1. verbo competit. C. de precar. Menoch. d. remed. 3. num. 57. Negusan. & Put. vbi supra*, præsertim in casu nostro stante clausula, præcarij, in prædictis Instrumentis,

5 cuius vigore conceditur contra † singulares successores, non tantum ex dispositione Iuris communis verum etiam statuti Bonon. vt fuit resolutum in *Bonon. de Zaualeis 13. Iunij 1611. & 4. Iulij 1612. coram D. meo Vbaldo.*

Quæ omnia videntur de plano procedere, nec à partibus controuertuntur, sed tota difficultas reducitur ad exceptionem compensationis oppositæ pro

6 parte D. Imeldæ, quæ † quidem licet opponi possit, etiam in iudicio repetitionis dotis *l. res iudicatæ, §. 1. ff. sol. matrim. & alibi, vt per informantes pro ipsa.* In præsenti tamen in iudicio Saluiani Dominis visa fuit illiquida, & consequenter irreleuans, quia de li-

7 quido † ad illiquidum non datur compensatio, *l. fin. C. de compen.* & in terminis *Seraphin. decis. 1445. num. 4. & per tot.*

Quod verò non sit liquida talis exceptio demonstratur; nam primo loco opponitur D. Lucretiam post mortem Franciscæ asportasse nonnulla bona

8 mobilia è domo DD. de Lambertinis. Testes † verò ad hoc examinati pro parte Imeldæ asserunt bona prædicta fuisse D. Franciscæ, vltra quod non deponunt de aliqua certa quantitate, vel summa, & sic

9 eorum depositio † non cõcludit pernecesse, *c. in præsentia de probat. Alex. cons. 118. num. 13. lib. 2.* & sic exceptio non potest dici liquida.

Secundo loco prætenditur D. Lucretiam habuisse quamplures census ex hæreditate D. Franciscæ eius sororis, spectantes ad Imeldam, sed Instrumenta

10 omnia dictorum censuum, vno excepto cantant † ad fauorem D. Imeldæ, vt videantur empti proprijs illius pecunijs. Ideo exceptio etiam pro hac parte redditur dubia.

Tertio adducitur Lucretiam tamquam hæredem

11 Franciscæ † teneri rationem reddere Imeldæ tutelæ administratæ per Franciscam, nec interim posse re-

12 petere creditum suum, † verum cum adiuerit hæreditatem cum beneficio leg. & Inuent. & propterea

rea

rea non confuderit actiones suas cum iuribus hære-
13 ditarijs non prohibetur illas † intentare tanquam
tertius creditor, *l.fin.§.in computatione, vers.si ve-
ro C. de iur. delib. Surd. qui plures adducit cons.7.
num. 22.*

Præterea super hac controuersia iam fuit resolu-
14 tum à Rota eligendum esse Peritum † ex cuius re-
latione appareat. An dicta Lucretia remaneat debi-
trix, vel creditrix, ante cuius relationem non po-
test constare de debito Lucretiæ, & sic exceptio cō-
15 pensationis non est tàm † sufficienter liquida, vt
possit impediri hanc immissionem ex debito restitu-
tionis dotis, iuxta superius deducta.

Reliqua, quæ in contrarium adducebantur visa
sunt Dominis minus vrgentia, & ab informantibus
pro hac parte sufficienter sublata, &c.

☞ Decisio ista in hac causa facta sub die 15. Aprilis 1619. coram eodem Reuerendiss. Manzanedo, est supra in hoc Tomo decis. 104. & altera habetur infra die 4. Maij præsentis anni 1620. coram eodem.

EMINENT.MO CARD. SACRATO.

Ariminen. Bonorum.

Mercurii 11. Martij 1620.

ARGVMENTVM.

Creditor, si simpliciter sit immissus in possessionem bonorum debitoris, ex hoc per necessè non arguitur, fuisse immissum vigore Saluiani, ita vt ad subhastationem non possit deueniri. Creditoris immissio in bonis debitoris est declaranda in dubio à petitione creditoris. Et quando possit deueniri ad subhastationem, non obstante, creditorem fuisse in possessionem bonorum debitoris vigore Saluiani.

SVMMARIVM.

1 *Creditor, quando est immissus in possessionem bonorum debitoris vigore Saluiani, non potest procedere ad subhastationem.*
2 *Immissio creditoris in bonis debitoris, debet declarari à petitione.*
3 *Creditor, si sit immissus in possessionem bonorum debitoris, atque associatus in realem, & corporalem possessionem, ex hoc non arguitur, eum esse immissum vigore Saluiani.*
4 *Saluiani vigore non dicitur, quis immissus si nulla fiat mentio, eum deberi satisfieri de fructibus.*
5 *Immissio, si fuerit petita, quo ad nudam possessionem, ex hoc non concluditur ad Saluianum, cum d. petitio possit accommodari, ad Seruianam, siue hypotecariam.*
6 *Actio Seruiana, & hypotecaria, sunt inter se contraria, cum vna respiciat possessorium, & alia petitorium.*
7 *Petitio in dubio debet intelligi esse factam, prout est vtilius petenti.*
8 *Saluianum, quando est intentatum, non ex hoc est prohibitum deuenire de consensu partium ad subhastationem.*
9 *Partium consensus vbi adest, cessat omnis difficultas.*
Transactio habet exceptionem rei iudicatæ, ita vt contra eam, quis non est audiendus. nu.9.
10 *Transactionis ius non cesset ex prætensa enormissima læsione.*
11 *Transactio non rescinditur propter enormissimam læsionem, quando est dubia.*
Transactio, vt substineatur sufficit, vt res sit dubia.

DECISIO CLXXXVIII.

RESOLVTVM fuit constare de bono Iure DD.
de Ricciardellis, quia ipsi sunt hæredes Lucre-
tiæ Ricciardellæ, quæ fuit creditrix hæreditatis Mat-
thei Tinguli occasione suarum dotiū in scutis 4500.
pro quibus habendis obtinuit subhastari prædium
Sancti Paterniani, de quo agitur, & illud deliberari
Mattheo Sensulo, qui Mattheus dictum prædium
renunciauit, & cessit eidē Lucretiæ, & Comiti Hie-
ronymo Ricciardello eius fratri.

Non obstat quod Lucretia fuerit immissa in pos-
1 sessionem huius prædij † vigore Saluiani, & sic ad
effectum vt de fructibus sibi satisfaceret, ideoque non
potuerit procedere ad subhastationem, *Rota decis.
43. & 44. par. 1. diuers. Seraph. decis* 1100. quia
fuit responsum pluribus modis. Primò negando,
2 quod Lucretia fuerit immissa vigore † Saluiani, etc-
nim eius petitio (à qua debet declarari subsequens
Immissio, *l.3. vbi Bald. in princ. C. de sent. quæ sine
cert. quant. Alex. cons. 81. num. 9. lib. 3. Seraph. decis.
640. num. 1.*) habet quod ipsa immittatur; & associe-
3 tur † in realem, & corporalem possessionem bono-
rum detinendorum, & possidendorum Iure pignoris,
& hypothecæ, seu quasi donec de dote fuerit satisfa-
cta, hæc autem petitio non videtur ad Saluianum,
4 cum nulla sit facta mentio, quod † immittenda de-
beret satisfieri, de fructibus iuxta formam traditam
per *Scapucc. de Salu. lib. 1. quæst 20. num. 4. & per
Modern. Roman. de Salu. inspect. 1. cap. 3. num. 5.
vers. tertio quod petat.* Neque ex eo quod fuerit pe-
tita Immissio in nudam possessionem bonorum, do-
5 nec satisfiat de dote, concluditur † ad Saluianum,
cum talis petitio possit accommodari ad Seruianā,
siue hypothecariam, *l. si cum venditor in princ. vers.
hæc enim, ff. de euict. Mising. in §. Item seruariam
6 num. 43. Instit. de act.* & nihilominus hæc duo † Iu-
dicia longe inter se distant, cum vnum concludat ad
possessorium, aliud verò ad petitorium, *glos. in l. 1.
verb. competit in fin. C de precar. & Salu. Bart. in
l. 1. num. 3. ff. de Salu.* Misinger. *vbi supra, cum alijs
per Modern. Roman. de Salu. inspect. 2. cap. 1.
num. 1. cum plurib. seqq.* Dicebatur etiam posse ac-
commodari ad Immissionem ex primo decreto ad
effectum, vt postea deueniretur ad subhastationem,
vt fuit deuentum, & hoc genus Immissionis erat ma-
gis proficuum Lucretiæ, quàm sibi ipsi ex fructibus
7 iuxta formam Saluiani minutatim satisfacere, † &
ita esse in dubio intelligen. petitionem cum magis
vtilis petentis, *l. si quis intentione ambigua, cum ibi
not. per Scriben. ff. de Iudic.*

Secundo principaliter fuit responsum, quod etiam
si fuisset intentatum Saluianum non ex hoc fuisset
8 prohibitum † de consensu partium deuenire ad sub-
hastationem, nec aduersantur decisiones in contra-
rium allegatæ, quia non supponunt consensum par-
tis, de cuius interesse agitur, cum igitur in proposi-
to casu Pompeus, & Ioannes Paulus de Tingulis
possessores prædij, de qua agitur, cesserint prædium
Lucretiæ ad effectum quod ipsa faceret illud subha-
stare

9 stare, & Gubernator † Arimini vigore dicti consen-sensus deuenit ad subhastationem, deliberando illum prædicto Mattheo plus offerenti, cessare videtur omnis difficultas.

Demũ visa fuit cessare omnis difficultas ex transactione inita inter partes, quæ habet exceptionem litis finitæ, itaut contra eam non possit quis audiri *l. fratris, & l. non minorem. C. de transact. cap. 1. vbi gloss. verb. transact. dat. concord. de litis contest. in 6.* cuius transactionis ius non cessat ex præ-
10 tensa † enormissima læsione deducta ex eo, quod Lucretia immissa in saluiano fuerit satisfacta de fructibus, quia cessat obiectum ex supra deductis & etiam sufficeret, quod in hoc res esset dubia ad
11 effectum vt transactio sustineatur, *l. 2. C. de transact. Alex. cons. 222. num. 11. lib. 2.* & fuit latè *coram me deductũ in causa Prænestina bonorum 28. Nouembris* 1618. & non obstat quod Hortensia vigore laudi deberet habere scuta 1250. quia illa non debet habere à Ricciardellis, cum Lucretia eorum autrix in eodem laudo fuerit declarata creditrix scut. 310. sed illa debet habere ab alijs comprehensis in laudo, vt postea benè declarauit arbiter &c.

R. P. D. PIROVANO.

Nullius Vineæ.

Mercurij 11. Martij 1620.

ARGVMENTVM.

Testator si legatum reliquerit alicui sub conditione, vt numquam audeat mouere litem contra hæredem, aliàs illo careat, an si se defendat, vel moueat litem ex causa bonorum, in quibus iure proprio succedit, vtrum cadat à tali legato. Testator generaliter disponendo de rebus suis, non comprehendit bona restitutioni subiecta.

SVMMARIVM.

1 *Legatum est præstandum, si illud legatur relictum in testamento.*
2 *Litem non dicitur quis contra aliquem mouisse, si se defendat.*
3 *Agere prohibitus, non dicitur prohibitus se defendere.*
4 *Testator disponendo generaliter de bonis suis, non videtur includere ea, quæ subiacent restitutioni.*
5 *Et ista est opinio verior, nisi vrgeant coniecturæ in contrarium.*
6 *Bona fideicommissaria non comprehenduntur in hæreditate testatoris.*

DECISIO CLXXXIX.

1 PRO informante fuit resolutum, scilicet vineam deberi Octauio, † quia legata legitur in testamento quod datum fuit.

Neque obstat conditio, sub qua fuit factum dictũ legatum, nempè quod si legatarij vmquam ausi fuerint mouere litem contra hæredem, non habeant vineam prædictam.

2 Quia non constat, quod Octauius mouerit litem contra hæredem, sed quod † se defenderit à lite mota per eam, dum prius obtinuisset immissionem à Prætore Pontiani tàm vigore fideicommissi quàm antiquarum inuestiturarum, in quibus prætendebat se vocatum, & contra eum hæres iudicium instituit
3 in Curia, vnde † prohibitus agere non est prohibitus se defendere *l. 3. §. si duo. in fine. ff. carb. edict. Rom. cons. 211. num. 3. Surd. cons. 20. num. 43 lib. 2.*

Præterea vbi etiam Octauius mouisset litem contra hæredem ad effectum vt locus sit pœnæ, semper intelligen. est de lite, per quam contrarium volunt testatores, sed testator disponendo generaliter de
4 bonis suis non videtur includere bona, † quæ subiacent restitutioni, prout sunt fideicommissa emphyteotica ex pacto vel prouiden. & feudalia *glos. in l. conficiuntur. §. si post factum in verb. testator in fine de iure codicill.* & hãc partem tenuerũt post alios *Card. Mant. de vlt. volunt. lib. 9. tit. 6. num. 8. Menoch. præsumpt. 542. num. 12. lib. 4.* quam vti verio-
5 rem, nisi vrgent † coniecturæ in contrarium secuta est *Rota coram me in Bonon. vsusfructus 25. Ianuarij* 1612. ergo lis occasione fideicommissi, & antiquarum inuestiturarum sub præcepto testatoris ne-
6 quaquam comprehendi potuit † tanquam super bonis, quæ de hæreditate testatoris esse non poterant. Et ita &c.

REVERENDISS. DVNOZETTO ARCHIEPISCOPO SELEVCIEN.

Romana Curæ.

Mercurij 11. Martij 1620.

ARGVMENTVM.

Rationes si semel per administratorem fuerint redditæ, & quidem rectè secundum iuris dispositionem, ac reportata fuit ampla liberatio, & cum remissione nonnullarum exceptionum, & quoque liberatio facta fuit cum iuramento, tunc cum id habeat vim transactionis, vt cogi possit ad iterum dd. rationes reddere, quid sit probandum, necnon amplia supradicta, si Dominus, cui fuit reddita ratio administrationis bonorum suorum erat maior, & in negocijs apprimè versatus.

SVMMARIVM.

1 *Ratio, quando semel est reddita, non est amplius reddenda, nisi constet euidenter de erroribus.*
2 *Administrator, quod reddiderit rationem suæ administrationis, ex quo doceri possit.*
3 *Rationes dicuntur redditæ, si constet de confectione librorum, exhibitione illorum, reuisione computotorum, seu calculo ac restitutione reliquatus.*
4 *Rationes præsumuntur redditæ, si ille, cuius bona fuerunt administrata, erat maior, & in negocijs optimè versatus.*
5 *Maximèq. accedente multorum annorum acquiescentia.*
6 *Contractus cuius nomine concipiatur non est attendendum, sed ipsius contractus effectus attenditur.*
7 *Rationes præsumuntur redditæ, licet liberatio fuerit concepta sub nomine donationis.*
Quia id fit ad tollendas scrupulositates, quæ solent oriri.
8 *in Venditionum contractu, quãdo apponitur clausula,* & si plus valet, donat, *id solet fieri ad tollendas scrupulositates.*
9 *Liberatio obtenta ab administratore post redditionem rationum, quando habeat vim transactionis.*
10 *Transactio nisi docto de dolo, & fraude, retractari nequit.*

Tran-

11 *Transactio tunc multo minus retractanda venit, stante iuramento.*

12 *Administrator, si post redditas rationes ac obtenta liberatione, iterum pulsetur ad rationes reddendas, tunc ad Dominum spectat exhibere libros, & scripturas consignatas ei à d. administratore.*

13 *Quod si facere recuset, non est audiendus.*

DECISIO CXC.

PROPOSITO dubio, An Dominus Pyrrhus teneatur ad vlteriorem rationis redditionem, vel potius D. Octauio sit deneganda audientia ob non consignationem omnium librorum, & scripturarum in casu, & ad effectum, de quo agitur, Domini respōderunt pro D. Pyrrho informante, cum D. Octauius sæpè sæpius citatus non informauerit.

Et quo ad primam dubij partem stat clara Iuris conclusio firmata in alia decisione sub die 14. Ianuarij 1619.* rationem semel † redditam non esse amplius reddendam, nisi ostendatur continere euiden-
1 tes errores, qui tamen in cursu tot annorum nempè ab anno 1606. quo D. Pyrrhus reportauit suæ administrationis liberationem numquā fuerunt ostensi.

Quod autem ratio fuerit semel sufficienter reddita visum fuit Dominis clarè constare ex duobus in-
2 strumentis, ex quorum primo † apparet confectos fuisse libros administrationis, illosq. consignatos D. Octauio, cum præfixione termini vnius anni ad effectum illos reuidendi & quicquid voluisset opponendi. Ex secundo vero apparet in dicto termino D. Octauium opposuisse plures prætensiones, illisque non obstantibus fecisse quietantiam amplissimam de omnibus administratis, reseruando sibi credita, & partitas in dictis libris ad sui fauorē positas & creatas, ex quibus resultat interuenisse omnia requisita necessaria pro reddēda legitimè de administratis ra-
3 tione, † nempè confectionem librorum, exhibitionem illorum, reuisionem computorum seu calculū, ac restitutionem reliquatus in creditis & partitis ad fauorem D. Octauij positis *iux. dispositionem tex. in l. cum seruus. ff. de condit. & demonst. Munnoz. de ratiocin. c. 3. nu. 5. & seqq.*

Id etiam colligitur ex dicto secundo instrumento nedum quia D. Octauius reseruauit actionem contra Mariū, qui rationem non reddiderat, sed etiā contra eumdem D Pyrrhum respectu administrationis ante mortem Alexandri, de qua administratione D. Pyr-
4 rhus tunc non reddidit. Concurrit etiam † qualitas personæ D. Octauij tūc maioris 20. annis in negocijs optimè versatus *Anchar. cons. 330. num. 5. vers. ponderanda est qualitas personarum.* iuncta maxime ac-
5 quiescentia tot annorum † à die quietantiæ ad diem motæ litis, *Castren. cons. 126. nu. 1. vers. tollitur etiā ex altera lib. 2. Caphal. cons. 248. num. 8. vers. tertio pro ista lib. 2.*

Non obstat liberationem factam fuisse per viam
6 donationis, quia non attenditur † cuius nomine cōcipiatur contractus, sed attenditur effectus, *l si olei. C. locat. l. insulam. ff. de præscrip. verb. c. constitutus. de relig. domib. Bald in rubr. C. de iur. emphyt. in fin. latè Roman. cons. 509. nu. 1. 2. & seqq. Alex. cons. 107. num. 7. 8. & seqq. lib. 3. Natt. cons. 110. num. 17.*
7 *Surd. cons. 434. num. 28.* & † liberatio potuit concipi sub nomine donationis ad tollendas scrupulositates, quæ potuissent fieri, prout in instrumentis venditio-
8 num, quando apponitur clausula, *& si plus † valet donat.*

Considerarunt etiam Domini, quod cum Octauius dedisset plures prætensiones, quas prætendebat deducere in iudicio, & illas in d. instrumento remise-
9 rit, † talis liberatio habet vim transactionis, etiam si alio nomine cōcepta sit *Dec. in rubr. C. de transact.*
10 *Ias. in l. 1. num. 7. C. de pact.* quæ quidem non † dolo de dolo & fraude retractari non potest *glo. in l. actione. in verb. transactum. vers. sed dico contra. C. de transact. Munnoz. de ratiocin. c. 40. num. 17. Montan. de ratiocin. c. 38. num. 129.* & multo minus stā-
11 te † iuramento, *Paris. cons. 96. num. 84. lib. 1. Caphal. cons. 192. num 32. & 46 lib. 2. Guttier. de iuramen. confirmat. c. 40. num 6. Montan. loc. alleg. num. 124. & seqq.*

Quoad secundam partem dubij Domini moti fuerunt, quia iam *Rota sub die 19. Ianuarij 1619.* resoluit D. Octauium teneri ad exhibitionem omnium
12 librorum & scripturarū, super † quibus fuit reddita ratio & quia informātes pro illo dicebant non constare de consignatione omnium librorum, Rota vtraq; parte informante *sub die 29 Nouemb. 1619.** respondit constare de consignatione omnium, dum igitur D. Octauius recusat illos exhibere, merito denegāda est audientia *glo. in l. sed & si per Pretorem vers. si de certo. ff. ex quibus caus. in possess. Alex. consil. 3. nu. 1. vers. & ipso actore non edente lib. 2. Franc. decis. 271. num. 10.*

Et ita decisum &c.

** Decisio ista in hac eadem causa facta sub die 14. Ianuarij 1619. est supra in hoc Tomo decis. 71.*

** Hæc pariter decisio in eadem causa extensa sub die 23. Nouembr. 1619. adest etiam supra in hoc Tomo decis. 143.*

REVERENDISS. MANZANEDO.
Patriarcha Hierosolymitano.

Spoletana Bonorum.

Veneris 13. Martij 1610.

ARGVMENTVM.

ad Associationem, seu manutentionem agens ex propria persona, si numquam possederit, perperam agit, & si obtinebit, totum est reuocandum tamquam factum iniustum. Agens vti hæres, etiamsi agatur de hæreditate matris, nisi probet aditionem, non est audiendus, quæ exceptio operatur nullitatem, licet à patre non fuerit opposita. Constitutum cum sit accessorium ad contractum nō extenditur vltra illum, & perempto contractu, extinguitur etiā constitutū.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana non intrat, quando sententia, seu decretum est nullum, & iniustum.*

2 *ad Associationem, seu manutentionem ex propria persona, quis agere nequit, si ipse numquam possederit.*

3 *Agens vti hæres, si id non probauerit, & ad eius fauorem Iudex pronunciet, nulliter agit, licet à parte id non fuerit oppositum.*

4 *Filius non præsumitur hæres matris, ideoq. id probare tenetur.*

5 *Filius, quod præsumatur hæres patris, id resultat ex*

ex potentia suitatis.

Filius est ergo hæres patris, valet argumẽtum n.5.

6 *Mater non habet filios in potestate.*

Filius, cum de iure propter carentiam suitatis non præsumatur hæres matris, ideo requiritur aditio. num. 6.

7 *Testis vnicus, & multo magis si deponat de credulitate, probat aditionem hæreditatis.*

8 *Vsufructuario statim mortuo finitur vsusfructus, & cum proprietate consolidatur absque alia restitutione.*

9 *Vsufructu statim extincto, possessio ciuilis proprietarij trahit ad se possessionem naturalem.*

Constitutum, si sit appositum ad fauorem vsufructuarij, statim extincto vsufructu, euanescunt eius vires, num.9.

10 *Constitutum, cum sit accessorium ad contractum, ideoq. non operatur vltra contenta in contractu, & num.11.*

12 *Oppositiones factæ extra propositam materiam non attenduntur.*

DECISIO CXCI.

FVIT conclusum non esse locum Aegidianæ, cũ mandatum de associando ab A. C. concessum
1 Vincentio fuerit non solum nullum, sed etiam † iniustum, quo casu non intrat Aegidiana, *Corn. cons. 10. num.2. lib.4 Rol. cons.29. num.37. lib.1. Rota decis.19. num.2. lib.2. par.3. diuers.*

De nullitate autem constat, quia aut D. Vincentius egit ad associationem, seu manutentionem ex propria persona, & hoc facere non potuit cum nun-
2 quam † ipse possederit, aut vigore clausulæ constituti appositæ per Clementiam in instrumento donationis ad fauorem Helenæ ipsius matris, & suorum heredum, & successorum, & cum Vincentius non pro-
3 bauerit se hæredem dictæ Helenæ, licèt † de hoc à parte non fuerit oppositum, nulliter egit *Natt. cons. 246. num.6. Dec. cons.61. sub num.1. vers. vnde ille qui agit. Vant. de nullit. ex defectu inhabilitatis numer.3. & fuit dictum in vna Ciuitatis Castelli bonorum 3. Februarij* 1595. *coram Illustriss.* Mellino.

4 Neque ex eo, quod † probauerit se filium, & in gradu successibili, potest dici quod fuerit eius hæres
5 quia hoc procederet respectu patris propter suitatem, † ex qua resultat præsumptio, filius ergo hæres
6 non autem respectu matris non habentis filios in potestate, † in qua non habet locum dicta præsumptio, sed requiritur aditio *Mag. decis.62. nu.14.* Mantic. *decis.138. num.7. & fuit dictum in vna Romana de Gambarellis 27. Nouemb. prædicti coram D. meo Damasceno*, & testis ad hunc effectũ adductus nihil
7 † probat, tũ quia † est vnicus tum etiam quia deponit de credulitate, nempe se credere, quod sit hæres quia est filius, *Mobed. decis.2. num.4. de sent. excom. & sequen.* cum alijs relatis per *Farin. de testibus q.68. nu.62.*

De iniustitia autem constat ex eo, quia Clementia esset tantum vsufructuaria bonorum Sebastiani clare apparet ex ipsius testamento, & tanquam vsufructuaria dum vixit, declarauerit se possidere vt te-
8 stes deponunt, sequitur, vt ipsa mortua fuerit finitus † vsusfructus & cum proprietate consolidatus absq;
9 alia restitutione. Vnde cõstitutũ amisit vires, cũ ipso iure possessio † ciuilis proprietarij extincto vsufructu trahat ad se ac resoluat penitus illã naturalem vsufructuarij, *Natt. cons.419. num. 3. Gabr. cons.124. num.4. & 5. lib.2. Menoch. cons.139. nu.15.16. & 17.*

Tanto magis quia nõ est præsumendum Clementiam voluisse in dicta donatione; seu assignatione
10 † comprehendere bona, super quibus habebat vsumfructum tantum ex dispositione Sebastiani, ad quæ sunt vocati per fideicommissum illi de Benedictis cum immo expresse videatur illa excepisse, dum expressit se ita disponere, quia poterat commode viuere de vsufructu sibi relicto à duobus maritis. Vn-
11 de constitutum nihil potest operari † respectu dd. bonorum non comprehensorum in assignatione, cum sit accessorium ad ipsum contractum, & vltra contenta in illo non operatur *Tiraq. de constit. ampl.15. nu.3. & 4 par.2. Honded. cons.18. n.53. & seq. lib.2.*

12 Quæ autem † dicuntur de nullitate immissionis datæ fideicommissarijs in partibus non videtur habere in consideratione, cum sint extra dubium restrictum ad Aegidianam, & appellationem interpositam à mandato de associando per A.C. Vincentio concesso.

REVERENDISS. PIROVANO.

Foroliuien. Bonorum.

Veneris 13. Martij 1620.

ARGVMENTVM.

Emphyteusis, quando est concessa alicui, cum his verbis, scilicet, recipienti pro se, & filijs, ac cuiuslibet illorum filijs &c. quæritur vtrum per ista verba dicatur extare ius accrescendi, nedum inter primos inuestitos, sed etiam in quolibet filio ipsorum, conclusio est affirmatiua, qua occasione habentur nonnulla circa naturam verbi, cuiuslibet.

SVMMARIVM.

1 *Ius accrescendi, quando intret tàm inter primos vocatos, quàm inter vlteriores.*

2 *Verba, cuilibet eorum, posita in concessione bonorum facta ad plures generationes, tribuit insolidum concessionem.*

3 *Dictiones, omnes, & quilibet, inter se differunt.*

4 *Quilibet fert lapidem, & omnes ferunt lapidem, hæc inter se differunt, nam primo casu verba stant distributiuè, secundo vero collectiuè.*

5 *Dictio, cuilibet eorum, quando est apposita filijs, non ita concludit ius accrescendi, sicut quando est apposita inter primos inuestitos.*

6 *Singula singulis congruè referenda sunt.*

7 *Emphyteusis dum est concessa duobus, censetur pro virili.*

8 *Verba, & cuiuslibet hæredibus, an possint dare ius accrescendi, inter primos receptores ex præsumpta voluntate concedentis, & alia vt num.9.*

9 *Dictionis, cuiuslibet, natura est conseruare ius accrescendi, & per quæ eius natura non mutetur. num.10.*

11 *Ius accrescendi inter vocatos, quando ex conuentione, clarè dicatur concessum.*

12 *Ius accrescendi si tacitè etiam per coniecturas inducitur.*

13 *Ergo multo magis iam expressum in verbis, conseruabitur ex eisdem coniecturis.*

14 *Relatio discretiua, quando non impediat ius accrescendi.*

15 *Ius accrescendi, quando ex necessario consequenti intret ad impediendam deuolutionem, & nu.16.*
17 *Ius accrescendi in quo fundetur.*
18 *Ius accrescendi inter vocatos facilius intrat, quando agitur de re, quæ non solet pati commodam diuisionem.*
Domus regulariter non solet pati commodam diuisionem, num.18.

DECISIO CXCII.

PRO confirmatione sententiæ Rotalis fuit resolutum, quia secundum contextum verborum inuestituræ de qua agitur, vbi bona controuersa concessa fuerunt Barbatiano recipienti pro se, & vice, & nomine Horatij, & Simonis, & pro illorum, & cuiuslibet illorum filijs masculis tantùm, existimarunt Domini veriorem opinionem illorum, qui tenuerũt extare ius accrescendi nedum inter primos inuesti-
1 tos, †sed etiam in quolibet filio ipsorum receptatorum, in qua fuerunt, *Aldobrand. cons.68. nu.8. Decia. cons.73. num.16. lib.2. Rosental. de feud. cap.6. concl.75. littera G. in fin. Scharader. eod.tit. par.7. c.1. num.16. & sequenti. Simon. de Præt. consil.54. num.67. Laderch. cons.47. num 7. Magon. dec. Lucana 8. num.1. & 8. Card. Mantic. de contract. lib.22. tit.34. num.28. Peregr. cons.24. nu.15. lib.2. & cons. 21. num.4. lib.3. Corbul. de caus. priuat. ob lineam finit. num.87. omnes sequentes, Bald. in c.1. §. filia num.4. de success. feud. & Alex. cons 30. nu.9. lib.1.* qui ponderant formulam nostræ inuestituræ, & ex ea
2 verbum, †cuilibet eorum, quod attribuit insolidum concessionem cuique masculo descendenti ex prædictis, & allegant *l. si pluribus in primo. ff. de leg.2. vbi glos.* dicit valde differre inter se dictiones, *omnes*, &
3 *quilibet*, † quia omnes ferunt lapidem collectiuè, & quilibet de per se fert lapidem distributiuè, itaut insolidum ius habeant ferendi lapidem, quod nihil
4 aliud importat, nisi quod in persona † cuiuslibet descendentium illud ius sit infixum.

Neque prædictis obstat, quod illa dictio, cuiusli-
5 bet eorum, quando est apposita filijs non † ita concludat ius accrescendi, sicut quando est apposita inter primos inuestitos, ex quo respectu primo loco inuestitorum non possit ad aliud referri, quam ad totam illam rem, quæ tunc conceditur, respectu verò filiorum potest intelligi discretiuè pro portione pa-
6 terna† referendo singula singulis, *vt per Seraph. decis.1023. num.4. Cæphal. cons.345. num.14. Fachin. controu. iur. lib.7. cap.64. Honded. cons.54. num.18. lib.1.* ideo dicebatur ex veritate intellectus illorum verborum, vel etiam ex varietate cessare necessitatem probationis, quæ desideratur in agente ad vendicationem bonorum.

Pimò enim fuit responsum, quod Doctores exadue: so allegati quærunt casum diuersum, nempe quã-
7 do emphyteusis concessa est duobus, † quæ secundũ regulas pro virili semper intelligitur *l. si mihi, & Titio, §. de verb. oblig. l. reos. §. cum tabulis. ff. de duob. reis.* an verba illa, & cuiuslibet hæredibus, &
8 seu descendentibus† possint dare ius accrescendi inter primos receptores ex præsumpta voluntate concedentis, vel è conuerso, verba, & cuiuslibet hæredibus, possit recipere sensum, vt pro virili emphyteusis acquisita censeatur, desumẽdo naturam à primis receptoribus, quibus pro virili censetur data; in præsenti autem non quærimus de iure accrescendi inter primos recipientes, sed quid inter eorum fi-
9 lios, † pro quibus stat proprietas dictionis, cuiuslibet, per quam conseruatur ius accrescendi, vt ad litteram admittit *Anchar cons 245. num.2. Alex. cons. 13. num.14. lib.5. Card. Mantic. de contract. lib.22. tit.34. num. 8. Rosental. de feud. c.6. concl.75. n.2. litter. E.* neque argumentum à natura primorum ac-
10 quirentium ad filios descendentes mutare † potest proprietatem, & effectum dictionis cuiuslibet, quia, & inter ipsos primos cadit ius accrescendi ex conuentione, quæ legitur in eadem inuestitura, ibi cum
11 hoc pacto, quod decedente vno ex dictis fratribus† sine filijs legitimis, & naturalibus, pars illius sic decedentis absque alia noua inuestitura accrescat superuiuentibus, vnde potest benè retorqueri argumentatio, ac affirmari, quod omnes conueniunt in vna eademq. opinione iam supra firmata, dum sustinetur ius accrescendi inter primos acquirentes.

Secundò fuit responsum, quod si etiam admitteretur ex eadem dictione, cuiuslibet, dari possibilitatem attribuendi respectiuè pro portione paterna secundum antecedentem, vel subsequentem materiã, non tamen adimeretur proprietas distribuendi insolidum secundum suam naturam, & eo casu sicuti ius
12 †accrescendi tacitè etiam inducitur per coniecturas, & præsumptiones, *Card. Mantic. post alios de contract. lib.22. tit.34. nnm.28.* & fuit firmatum in alia
13 decisione, multo facilius iam expressum † in verbis tuebitur, & conseruabitur ex eisdem præsumptionibus, quæ multæ possunt ponderari ex eodem contextu inuestituræ. &

Primò, dum inuestientes non abhorruerunt ius
14 accrescendi quoad descendentes † respectu portionis præmortui patrui sine filijs masculis, sed expresse declararunt eo casu locum esse iuri accrescendi, exinde videtur cõfundi illa discretiua relatio ad portionem, quia quilibet hæres vltra propriam aptus est aliàs etiam capere portiones.

Secundò, quia in eadem inuestitura conuentum fuit, si masculi non extarent, quod emphyteusis staret pro vna eorum, & cuiuslibet eorum filia fœmina legitima tantùm, quæ cum non posset concurrere cum masculis etiam in portione proprij patris, vt probant illa verba, qui filij admittantur in portione patrui exclusis in casu quolibet filiabus fœminis, necessariò admittenda est successio reciproca
15 inter masculos, siue qua † emphyteusis ad fœminas deuenire non posset, & inde ius accrescendi inter eos ex necessario consequenti succedit ad impediendam deuolutionem, *Aldobr.d. cons.68. nu.10. & seq. Rosental. de feud. c.6. concl.75. num.4.* & in decisione in hac causa facta fuit ponderatum.

Neque prædictis obstat consideratio, quod non vna fœmina tantum sit comprehensa, sed cuiuslibet
16 †acquirentis, & sic plures in portione sui patris respectiuè, vt per *Gabr. concl. 70. nu.2 & per totum lib.2.* Vnde benè probetur discretiua successio cuiuslibet acquirentis ad exclusionem iuris accrescendi, quia semper verum erit, quod siue vna, siue plures
17 sint fœminæ, numquam locus erit successioni † earũ, nisi extinctis omnibus masculis ipsorum acquirentium in quorum præambula, & necessaria successione fundatur ius accrescendi.

Tertiò fuit ponderatum, quod agitur de inuestitura facta de una domo, quæ regulariter non solet pati commodam diuisionem, vnde multum verisimile

18 le videbatur, quod inuestientes † noluerint partem domus deuolui ad Ecclesiam considerato statu concessionis, ex quo acquirentes in communione viuebant, *vt per Rosentall. de feud. cap. 7. concl. 59 nu. 6.* & quamuis replicetur, quod huiusmodi præsumptio respiciat primos acquirentes, quæ nihil commune habere videatur cũ quæstione, de qua agitur, attamen multum deseruit iunctis alijs ad indicandam naturam successiuæ emphyteusis. Et ita &c.

R. P. D. COCCINO.

Calaguritana Parochialis de Aliola.

Veneris 10. Martij 1620.

ARGVMENTVM.

Parochia noua erigenda venit, propter difficultatem accessus ad antiquam, ita vt propter huiusmodi causam multi decesserunt absque Sacramentis, & aliqua circa probationem testium, scilicet quis in concursu veniat præferendus.

SVMMARIVM.

1 *Parochia noua quando erigi possit.*
2 *Testibus numero pluribus magis standum est.*
3 *Testes pro Vniuersitate non sunt integri testes pro ea.*
4 *Testes concordantes in facto præferuntur discordantibus.*
5 *Testibus forensibus contradicentibus magis standum est, quam testibus de Vniuersitate.*
6 *Partem, & testem, quis facere nequit.*
7 *Præsentia partis, quando testes iurant, supplet defectum citationis.*
8 *Testes sufficit, vt iurent in termino licet post terminum ad videndum eos iurare, examinentur.*
9 *Patronus Ecclesiæ est citandus, si Parochia sit ab ea dismembranda intellige tamen, si de tali patronatu constet.*
10 *Sententia lata contra mortuum non valet, limita si sit lata in rem.*

DECISIO CXCIII.

FVIT resolutum sententiam Rotalem, quæ confirmat sententiam de partibus esse confirmandam, non enim est habenda ratio prætensarum nullitatum sententiæ de partibus, cum fuerint sanatæ per speciale rescriptum S. D. N. De iustitia autem manifestè apparet ex testibus Incolarum, qui expressè deponunt inter à Vico Abzolæ, ad Ecclesiam Matricem esse vnius leucæ asperum, fragrosum, & difficillimum præsertim tempore hyemali propter Inundationem fluminis nauigabilis, & qualitatem viæ, quæ est inter Valles, & Montes, & propter huiusmodi causam multi dictæ Villæ Abzolæ decesserunt sine Sacramentis, Vnde meritò fuit pro-
1 nunciatum nouam Parochiam † erigi potuisse, quia de hoc habemus *tex. in cap. ad audientiam de Eccles. ædific. vbi Doct. Concil. Trident. Sess. 21. cap 4. in ijs verò de reform. Roch. de iurepatr. in vers. honorificum, quæst. 3. num. 10. Lambert. eodem tractato lib. 1. par. 1 quæst. 3. art. 15. Lupus allegat. 66. Rebuff. de decim quæst. 6. num. 21. Mandos. in prax. Signat. gratiæ tit. erectiones vers. per hanc erectionem Gambara de offic. leg. lib. 5. tit. 18. Matthæius Sorar. in pract. & ordin. verit. cap. 4. nu. 5.*

Non obstat, quod testes pro alia parte exami-
2 nati deponant contrarium, quia est † standum magis testibus incolarum, cum sint plures numero *cap. in nostra de testib. l. ob carmen. §. si testes ff. eadem tit.* & corroboratur eorum depositio ex oculari inspectione, & mensuratione facta à prouisore Calaguritano parte citata, secundo quia testes examinati pro alia parte sunt de Vniuersitate, & adsunt Testes pro Incolis, qui contrarium deponunt, quorum multi non sunt de Vniuersitate, Vnde testes Paro-
3 chi tanquam † de Vniuersitate in hoc casu non sunt integræ fidei *Crotus de Testibus qui de communi testatur num. 132.* licet secus esset, si non adessent testes deponentes contrarium, vt declarat. *Honded. cons. 17. num. 37. & seqq. vol. 1.* Immo isti testes Incolarum, qui non sunt de Vniuersitate operantur, vt plenè sit standum vt alijs testibus Incolarum
4 † de Vniuersitate cum concordent in dicto. *Petrus Gerard singul. 24 num. 42. Gabr. de testib. conclus. 5. num. 1. vbi de communi*, Tertio quia in concursu
5 magis statur testibus forensibus † contradicentibus, quàm testibus de Vniuersitate. *Abb. in cap. insuper num. 2. col. 4. vers. ego putarem. Felin. num. 2. vers. fallit. secundo de testibus Afflict. decis. 400. num. 8.* Quarto, quia isti testes Parochi dederunt mandatum ad causam, & ex tenore apparet, quod non dederunt pro Vniuersitate, sed quasi pro interesse
6 singulorum; Vnde non † possunt facere partem, & testem. *Bald. cons. 438. num. 3. lib. 1. Ruin. cons. 189. num. 2. in fin. lib. 1. & fuit resolutum in causa Gerunden. Anniuersariorum 9. Iunij 1580. coram bo. mem. Gypsio.*

Non obstant nullitates, quæ opponuntur contra examen testium Incolarum non quidem defectus citationis ad videndum iurare testes, quia die 20. Martij 1642. articuli fuerint admissi parte præsente, &
7 incontinenti quatuor † primi ex ipsis iurarunt, præsentia autem supplet defectum citationis. *Aymon. cons. 4. num. 25. Alij verò durarunt die 22. 23. & 24.* Martij 1612. præuia legitima citatione ad videndũ iurare testes & sic intra terminum datum ad probandum, quemcunq; die 22. prorogauerit ad alios duos dies durabat vsque ad diem 26. Martij, & proptereà etiam quod deposuissent post dictum terminum non inde sequitur, quod deficiat citatio ad videndum iurare testes, & quod non fuerint examinati in ter-
8 mino præfixo, † quia sufficit, quod iurauerint in termino ad effectum, quod post terminum possunt examinari. *Rot. decis. 3. de dilat. in antiq. & dec. 26. de probat. pariter in antiquis, & fuit dictum in causa Calaguritana oblationum 26. Martij 1590. corã Reuerendiss. & in causa Ianuen pecuniaria 26. Martij & 28. Iunij 1612. coram R. P. D. meo Vbaldo* nec etiam obstat defectus examinis extra locum Iudicij, quia hoc non iustificatur in facto.

Non obstat quod in sententia Rotali non fuit ci-
9 tatus Rex † patronus Ecclesiæ, quia de hoc iurepatronatus non constat, prout non est verum, quod
10 sit lata contra rectorem † mortuum, quia prima sententia est lata in rem scilicet super erectione nouæ Parrochialis, & in ea non nominatur Rector sed tãtum beneficiati, contra quos fuit actum, & ipsi fuerunt legitimè citati, & sustinuerunt causam, vnde cum non constet de alio Rectore, non potest negari validitas sententiæ contra dictos Beneficiatos.

Ex quibus, & alijs benè deductis in decisionibus

R. P. D. Verospij, Domini censuerunt sententiam Rotalem esse confirmandam &c.

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Romana Artis Sutoriæ.

Veneris 20. Martij 1620.

ARGVMENTVM.

Hebræi commorantes in Vrbe non videntur habere prohibitionem conficiendi indumenta ex noua materia, & interpretatur Bulla fel. rec. Pauli IV. quæ iubet Hebræis, vt sola arte stracciariæ, seu cenciariæ, vt vulgò dicitur, contenti sint, nec aliquam mercaturam vsui humano rerum necessariarum exercere valeant.

SVMMARIVM.

1 *Exercere quis potest omnia, quæ sibi non reperiuntur prohibita. & num.12.*

2 *Hebræis in Vrbe nullibi reperitur prohibitum, facere indumenta ex noua materia.*

3 *Hebræi secundum Bullam Pauli IV. in Vrbe contenti esse debent exercere solam artem stracciariæ, seu cenciariæ, vt vulgo dicitur.*

Hebræi secundum Bullam Pauli IV. nequeunt in Vrbe exercere aliquam mercaturam frumenti, vel hordei, aut aliarum rerum vsui humano necessariarum. num.3.

ex Hebræis, illi qui Medici sunt, etiam vocati, & rogati ad curam Christianorum accedere, nec illis interesse nequeunt. num.3.

4 *Verborum præsuppositorum natura est, vt nihil disponant in præsupposito,*

5 *Verba, quod sint præsuppositiua, seu demonstratiua, deducitur, quando nullum adest verbum imperatiuum.*

6 *Hebraorum numerus, qui commoratur in Vrbe, cum non possint possidere stabilia, impossibile est, vt se ipsos, & eorum familias cum sola arte stracciariæ valeant substentare.*

7 *Vestimentorum nouorum confectio, non est propriè mercatura, sed artificium.*

8 *Dictio, alia, implicat similia expressis.*

9 *Assertioni personæ constitutæ in dignitate, ac deponenti de rebus spectantibus ad eius officium, ac verisimilia, & in præsentia Principis, creditur.*

10 *Obseruantia interpretatiua multum confert ad interpretationem legum.*

11 *Constitutio confirma[n]s non plus operatur, quam Constitutio confirmata.*

13 *Bandimenta, quæ non habuerunt effectum, non iuuant.*

14 *Papæ potestas procedit à DEO, & non à consensu populi.*

15 *Hebræi habent ex gratia speciali, vt habitare possint in Statu Ecclesiastico.*

16 *Constitutio Papæ aliud est dicere, vt non liget ex eo, quod non fuerit à populo approbata, vel quia fuerit per contrariam consuetudinem abrogata.*

17 *Et aliud est dicere Papam, qui vidit suam Constitutionem non obseruari, & potens sine vlla difficultate prouidere, & non prouidit.*

18 *Tunc enim præsumitur voluisse recedere à dicta Constitutione, cum isti actus habeant vim dispensationis, & quando id non procedat. vide nu.19.*

20 *Consensus præsumptus omnis excluditur, quando quis non contradicit ad euitandum maius malum.*

21 *Bannimenta Officialium Principis, præsumitur durare quantum durat ipsummet officium.*

DECISIO CXCIV.

CHRISTIANI sutoriam artem in Vrbe exercentes prætendebant, hæbræos in Vrbe commorantes non posse conficere indumenta ex noua materia, dedi super hoc dubium in Rota, quod fuit ad fauorem hebræorum resolutum, quia ipsi habent
1 de iure fundatam intentionem, quod † possint exercere omnia, quæ sibi non reperiuntur prohibita, *l. statuas, C. de relig. & sumpt. funer. l. nec non. §. quod eis, ff. ex quib. caus. maior. Oldr. cons. 228. nu. 1.*
2 *Surd. cons. 222. nu. 5.* Nullibi autem reperitur † prohibitum hebræis facere indumenta ex noua materia, nam quantum ad Cõstitutionem Pauli Papæ IV. in nouo Bullario nu. 1. tom. 1. fol. 720. quæ se habet, hebræi quoque sola arte stracciariæ, seu cenciariæ (vt vulgo dicitur) contenti aliquam mercaturam fru-
3 menti, vel hordei, † aut aliarum rerum vsui humano necessariarum facere, & qui ex eis Medici fuerint, etiam vocati, & rogati ad curam Christianorum accedere, nec illis interesse nequeant, &c. Fuit responsum hanc Constitutionem non continere prohibitionem, quam prætendunt Sutores Christiani, nam illa verba, *Sola arte stracciariæ, seu cenciariæ contenti*, non sunt dispositiua, sed præsuppositiua, siue demonstrantia artis, quam principaliter exercent he-
4 bræi, quorum verborum præsuppositiuorum † natura est, vt nihil disponant in præsupposito, *iuxta not. in l. mancipia, vbi glos. verb. auocandum, C. de seru. fugit. Alexan. cons. 17. num. 7. lib. 2. Crau. cons. 966. num. 10. Rot. decis. 23. in fin. de procur. in antiq. & in causa Motulen. Decimarum 10. Maij 1619. coram me.* Quod autem sint præsuppositiua, seu demonstratiua, fuit deductum, quia non adest aliquod
5 verbum imperatiuum, † nempe sint, aut quid simile, & etiam res ipsa demonstrat, quia aliàs sequeretur, quod hebræi neque etiam possent exercere artem proxenetæ, aut (vt vulgo dicitur) *del Regattare*, aut vendere pannos nouos, aut coria, quæ nullus vnquam prætendidit hebræis esse prohibita, quin inuerisimile omnino visum fuit, quod per illa verba, Papa voluerit restringere hebræos ad solam artem stracciariæ, cum impossibile sit numerum hebræo-
6 rum, qui commorantur in Vrbe, † & non possunt possidere stabilia, posse sustentare seipsos, & eorum familias cum sola arte Stracciariæ; Quo vero ad alia verba, ibi, *mercaturam frumenti, &c.* res visa fuit habere minorem difficultatem, tum quia confectio
7 nouorum vestimentorum non † est propriè mercatura, sed artificium, vt latè per *Surd. decis. 313. per tot.* tum etiam quia per illa verba non prohibetur hebræis omnis mercatura, sed tantum commestibi-
8 lium, quod probatur, quia † Papa enumerauit solum species commestibilium ibi frumenti, vel hordei, postea addidit, aut aliarum rerum, &c. Illa enim dictio aliarum implicat similia expressis, *glos. in l. si fugitiui, verb. alia, C. de seru. fug. Fel. in cap. sedes, num. 6. de rescript. Socin. cons. 23. num. 3. lib. 4.* & sic denotat esse tantum prohibitam mercaturam rerum frumento, & hordeo similium.

Et quatenus prædicta possent habere aliquam difficultatem, illa visa fuit omnino cessare ex duobs Pri-

Primo, quia post illam Bullam Vicarius Vrbis Præses hebræorum declarauit ex mente Sanctissimi, hæbreos posse exercere omnem, & quamcumque artẽ, & exercitium demptis commestibilibus, cui assertioni visum fuit Dominis esse standum propter di-
9 gnitatem † personæ, & quia deponit de spectantibus ad suum officium, & verisimilia, & in præsentia Papæ, *cap. nobilissimus*, 97. *dist.* Lap. *alleg.* 32. Rot. *dec.* 200. *num.* 5. *par.* 2. *in recentiorib.* & fuit latè deductum in *causa Lauretana iurisdictionis die* 5. *Martij* 1618. *coram me*. Secundo quia obseruantia interpretatiua hoc declarauit, cum ab inde citra hebræi semper videntibus, & permittentibus Superioribus
10 confecerint vestimenta, † cui obseruantiæ maximè est deferendum, *l. si de interpretatione, ff. de legib. l. sed & Iulianus, §. proinde, ff. ad Maced* Crau. *cons.* 101. *num.* 3 *Rot. decis* 680. *num.* 7 *par.* 2. *in recentior.* sublata Constitutione Pauli IV. alia visa fuerunt parum obstare, nempe illa Pij Papæ V. in nouo Bullario nu. 6 to. 2. fol. 181. & alia Clementis Papæ VIII. in nouo Bullario num. 19. tom. 3. quia scilicet sunt simpliciter confirmatoriæ dictæ Constitutionis Pauli
11 Papæ IV. vnde † non plus operantur, quam Constitutio confirmata *l. Aurelius, §. testamento, ff de libert. leg. glos. in cap.* 1. *verb. cõfirmationem, & Dec. in rubr. num.* 3. *de confirm. vtil. vel inutil* Gabr. *cõsil.* 129 *num.* 20. *lib.* 1. *Alex. cons.* 123. *num.* 20. *lib.* 4. vbi loquitur de Stracciarolis se exercentibus circa vestes nouas, & fuit latè coram me deductum in *causa Baren. seu nullius Prioratus die* 20. *Iunij* 1614. Et licet dicta Constitutio Clementis VIII. reuocet priuilegia, & indulta concessa per Pium Papam IV. Sistum V. & alios Romanos Pontifices in fauorem hebræorum, reducendo priuilegia, & indulta ad terminos Constitutionis Pauli Papæ IV. & Pij V. hoc tamen non obstat hebræis, qui non fundant intentionem suam in Constitutionibus Pij IV. Sisti V. aut aliorum Summorum Pontificum, sed
12 in † dispositione iuris communis, quod ius commune permittit sibi exercere omnia, quæ sibi non reperiuntur de iure prohibita, ex alleg in princ.

Postremo, pro parte Sutorum Christianorum fuit deductum quoddam bannimentum factum de anno 1592. per Card. Rusticuccium Vrbis Vicarium, per quod sub certa pœna prohibentur hebræis Vrbis, *Che non possino tagliare, ne far di pezza vestiti nuoui di sorte alcuna, ma solo rassettar li vecchi, &c.* Ad hoc fuit responsum dupliciter: Primo, illud bannimentum non habuisse effectum, cum immediatè
13 post illud hebræi continuauerint conficere † vestimenta ex noua materia, vt deponunt testes pro parte ipsorummet Sutorum Christianorum examinati, nec refragatur responsio, quod Constitutiones, quæ emanantur ex auctoritate Pontificis, seu delegati ab
14 illo, non indigeant, quod vsu recipiantur, cum † potestas Papæ procedat à Deo, & non à consensu populi, & multò minus indigeant consensu Hebræorũ, qui habent ex speciali gratia, vt possint habitare in
15 Statu † Ecclesiastico, quia fuit responsum aliud esse dicere, quod Constitutio non liget ex eo, quod non fuerint à consensu populi approbata, vel quia fuerit
16 per contrariam † consuetudinem abrogata, in quibus terminis procedunt allegata in contrarium, Aliud est dicere quod Pontifex, siue illius minister, qui vidit suum bannimentum non obseruari, & po-
17 terat sine † vlla difficultate prouidere, & non prouidit, voluerit ab illo bannimento recedere, isti enim
18 actus taciti habent vim dispensationis, † seu reintegrationis, vt post *Innoc. & alios trad. Berou. consil.* 181. *num.* 5. *lib* 3. *Bursat. cons.* 321. *num.* 26. & 27. & eleganter *D. Thom. super prima secundæ*, *q.* 97. *art.* 3. *vers. ad tertium, in fin.* & fuit etiam deductũ in *causa Conchen. beneficij die* 13. *Iunij* 1612. *coram me*, quam conclusionem semper intellexerunt Domini de his, quæ fiunt in statu Ecclesiastico, & in fa-
19 cie ipsiusmet Pontificis, † & eius Officialium, vbi sine vlla penitus difficultate prouideri potest, secus esset in his, quæ fiunt in partibus remotis, vbi Summus Pontifex non potest de facili, & sine periculo maioris mali prouidere, quia tunc cessat omnis præ-
20 sumptus consensus, † & dispensatio, in quibus est fundata ista conclusio; Secundo fuit responsum, quod quicquid sit in Constitutionibus Summi Pontificis, hoc fuit bannimentum Officialis, quod bannimen-
21 tum Officialis † præsumitur durare quantum durat ipsummet officium, *§. prætorum, cum ibi not. inst. de iur. natural gent. & ciuil. Bald. in l.* 1. *num.* 14. *vers. si vero bannitio, C. de hæred. inst. Afflict. dec.* 290 *vbi Vrsil. in addit. Becc. cons.* 4. *num.* 10. *Rolan. cons.* 38. *num.* 6. *& seqq. lib.* 3. *Farin. in suis fragmentis in verb. bannimenta, num.* 5. *& seq.*

R. P. D. VBALDO.

Brixien. Parochialis.

Veneris 20. *Martij* 1620.

ARGVMENTVM.

De Apostasiæ crimine, quando dicatur constare, & quando secus.

SVMMARIVM.

1 *Apostasiæ crimini obnoxius incapax est beneficij.*
2 *Excipiens in exceptione est actor.*
3 *Reus tenetur probare plenè, & concludenter exceptionem suam, sicuti actor intentionem suam probauit.*
4 *Iustificare, quilibet debet gratiam suam.*
5 *Ex hoc maximè, quando tractatur de crimine, & materia est obiectiua.*
6 *De Apostasia danti, ei, qui habet intentionem fundatam super secularitate, incumbit onus probandi professionem esse validam.*
7 *Monialis, quæ aliquando fuit in primo Monasterio, & postea diu mansit in secundo, præsumitur licitè recessisse à primo.*
8 *Filius familias ex longæua quasi possessione præsumitur liberatus à patria potestate.*
9 *Religionis ingressus non sufficit ad professionem.*
10 *ex Religionis ingressu non infertur ad professionẽ.*
11 *Professio expressa illa dicitur, quæ fit per emissionem trium votorum.*
12 *Apostasia, vt probetur, debet doceri de valida, & legitima professione.*
13 *Testes de auditu nihil probant.*
14 *Professio emissa in manibus Superioris non habentis facultatem incorporandi Monachum in Monasterio an valeat.*
15 *Confessio regulariter diuidi non potest.*
16 *Professio non præsumitur de iure valida, sed positiuè probari debet.*
17 *Habitus monachum non facit.*

18 *Professio tacita, quæ resultat ex gestione habitus, cessat, stantibus protestationibus in contrarium, & ex discessu profitentis.*

19 *Metus reuerentialis licet non sufficiat ad infirmandam expressam professionem, sufficit tamen ad elidendam professionem.*

20 *Præsumptio vna tollitur per aliam validiorem.*

21 *Professio tacita, quæ desumitur ex sacrorum ordinũ susceptione in* Monasterio, *tollitur ex protestatione Monachi, dicens se nolle per id obligari* Religioni.

23 *Apostasia, vt dicatur commissa, requiritur temerarius recessus à Religione.*

24 *Ab Apostasiæ crimine quis excusatur propter aliquam iustam causam.*

25 *Sententia, quæ est suspensa per appellationem non attenditur.*

26 *Apostasia tunc dicitur commissa, quando professio fuit validè facta.*

DECISIO CXCV.

OBIICIEBATVR Virginio immissio in possessionem beneficij, de quo agitur, vigore mandati Rotalis, quod ipse fuisset professus in Sacra Religione S.Francisci Minorum de Obseruantia, & ex ea egressus, & sic crimini Apostasiæ esset obnoxius,
1 & † proinde incapax beneficij, prout etiam ad instantiam Fisci fuit per sententiam à Vicario Brixien. pronunciatum. Vnde dato dubio, An constaret de prætensa Apostasia, eoque proposito die 20. Decembris præteriti non fuit capta resolutio, sed hodie Domini dixerunt, de Apostasia non constare, & præmittebant, quod istud dubium disputatum non solum, quia fuit per Nicolaũ obiecta Virginio Apostasia per viam exceptionis in Iudicio Rotali, vt dictum est, sed etiam ad effectum iustificationis litterarum Apostolicarum, cum ipse Nicolaus prius prouisus de hoc beneficio ab Ordinario, postea illud impetrauerit etiam à Sede Apostolica ex hoc capite Apostasiæ, & incapacitatis Virginij, & ideo illius
2 probatio incumbit Nicolao, non solum quia † excipiens in exceptione actor est *l.2.ff.de except.* & illam tenetur probare plenè, & concludenter, sicuti actor
3 intentionem † suam probat *l. actor C. de probat. l.*
4 *qui accusare C. de eden.* sed etiam quia † quilibet tenetur iustificare suam gratiam, *Caputaq. dec.240. par.2. Put.decis.245.nu 1. lib.1. cum alijs per Gonzal.ad reg.8 in annot.contra nullit.num.230.& seq.*
5 & tantò magis † cum tractetur de crimine, & materia sit obiectiua *l.vlt. C. de probat. Bisignet. decis.2. eod.tit. Rot decis.8.& 9.de except. in nouis, & decis. 189.num.1.par 1.diuers.* In proposito autem adhuc eo magis cum Virginius fuerit in longa, & pacifica quasi possessione Clerici secularis ab anno 1601. vsque ad annum 1618. Eaque satis colorata ex sententia Pronuncij Venetiarũ lata de dicto anno 1601. super nullitate suæ professionis, & obseruata tàm per Superiores Religionis supradictæ, qui ei licentiam, & benedictionem dederunt, quàm per Ordinarium Brixien., seu eius Vicarium, qui ei tamquam Clerico seculari licentiam celebrandi Missam, & cõfessiones audiendi, necnon litteras dimissoriales cõcessit, *vt in Summ.alias dato à Virginio n.4.5.& 6.*
6 Ex qua possessione dicitur Virginius habere † intentionem fundatam super sæcularitate, ideoque transfertur onus probandi professionem validam, & temerarium recessum in aduersarium, qui dat de Apostasia, ad quam illa duo requiruntur *Abb.in cap.dua num.2.vers.ad primum dico de Apostas. Nauar. cons. 1. num 8. eod. tit.* & bene faciunt notata per *Soccin.cons.270. num.3. vers.sed si recte lib. 2.* vbi
7 quod † monialis, quæ aliquando fuerat in primo monasterio, & postea diu mansit in secundo, præsumitur licitè recessisse à primo, & faciunt etiam tradita per *Feder.de Sen. cons.37.in fin.vers.maxime*, quem sequitur *Felin.in cap.sicut sub num. 29. vers simile*
8 *est etiam de sentent.& re iud.* & de filio † familias, qui ex longæua quasi possessione præsumitur liberatus à patria potestate, tradit *Gabr.in tit.de præsump. concl.1.num.31.*

Talis autem probatio non videbatur adduci contra Virginium, & quidem ingressus in Religionem
9 non controuertebatur, † sed hic non sufficit ad professionem *Abb.in c.nuper num.4.de testib.*, vbi quod
10 ex ingressu non infertur † ad professionem, & notant *Bald.Salic.Castr.Corn. & alij in l.si quis hæredem C.de instit.& substit.Dec.cons.329.incip. conclusio, num.4. cum alijs per Tiraq. de retract. lignag. §.1. glos.8.num.33*

Quo vero ad professionem, illa, aut est expressa,
11 aut tacita, de expressa, † quæ fit per emissionem trium votorum, *cap.ad monasterium in fine de stat. monach.Rota decis.216. num.3.par.2. diuers.* & in *Toletana professionis* 18.Aprilis 1614. *coram me, quæ est decis.579.num.1.par.1.in recent.* non docetur nec per scripturas, nec per alias legitimas pro-
12 bationes, & saltem non docetur de professione valida, & legitima *Rota decis.1121.par.3. diuers.* prout est necesse ad effectum Apostasiæ, vt supra dixi.

Non obstant testes examinati coram Nuncio,
13 quia partim testantur de auditu ab alijs, † qui nihil probant *cap.licet ex quadam de testib.* partim deponunt de professione minus legitima, de nocte emissa,
14 & non deponunt quod sit † facta in manibus Superioris habentis facultatem incorporandi Monachũ in Monasterio *Innoc.in cap.porrectum, vbi Abb. nu. 10.de regul.Nauarr.cons.89.circa princ. vers.primum, vt fiat, &c. eod. tit.*, fuit dictum in *Bononien. professionis* 24.Aprilis 1617.*coram me*, partim dicũt, *che il Dusini fù vestito da frate, vt in Sum. Nicolai num.*13. quod non arguit professionem, vt supra, & tantò minus expressam.

Non obstant confessiones Virginij tàm iudiciales, quàm extraiudiciales, necnon mandatum procuræ ad petendam annullationem professionis, & sententia Nuntij, quia omnia ista verificantur in professione nulla, & pars, quæ nititur prædictis, debet eam ac-
15 ceptare cum dicta qualitate nullitatis, cum † regulariter confessio diuidi non possit *ad not. in l. Aurelius, §.item quæsiuit, vbi Bart.ff. lib.leg. Seraph. decis. 197. num.2. Rota in causa Meliten. Prioratus* 22.*Maij* 1615.*coram R.P.D. Manzanedo*, & inter minis nostris *Rota decis. 272. num. 2. par. 2. diuers.* præsertim quia hæc qualitas nullitatis professionis non habet contra se iuris præsumptionem *Bart.in d. §.item quæsiuit, Abb.in cap.bonæ 2.num.29.de postul. prœl.Seraph.decis.644. num. 2.* cum professio non
16 præsumatur † de iure valida, sed positiuè probari debeat cum solemnitatibus, & qualitatibus à iure requisitis ex supra deductis.

Quo vero ad tacitam, illa non inducitur ex habi-
17 tus assumptione, vel gestatione, cum habitus † monachum

nachum non faciat *cap. porrectum de regular. glos. in c. vidua eod. tit. Nauar. cons. 16. num. 1. eod. tit.*
Nec obstat, quod cum eodem habitu permanserit in
Religione per nonnullos annos, quia talis præsum-
18 pta, † seu tacita professio cessat stantibus protesta-
tionibus, & discessu profitentis *Abb. in c. tuarum post
glos. ibidem, & alij Doct. de priuileg Bald. cons. 206.
lib. 4. cum alijs per Rotam in Meten. professionis 18.
Aprilis 1614. coram me, quæ est decisio 579. num. 3.
par. 1. in recent. confirmata 25. Maij 1615.* vbi aliæ
cumulantur, *& decis. 705. num. 3. par. 2. in recent.*

De reclamationibus autem, & protestationibus
Virginij apparet ex testibus, & alijs datis in Sum.
ipsius in responsione facti; Testes enim deponunt ip-
sum metu reuerentiali Patris suscepisse habitum, &
ex ipsius litteris ad Patrem scriptis ante prætensam
professionem apparet, quod potius volebat fieri mi-
les, quam profiteri, & de his litteris deponunt etiam
testes, & alij addunt, videlicet nonus, & vndecimus,
se audiuisse ab eius Patre, quod si Virginius exiuis-
set è Religione, illum priuasset omnibus bonis suis,
& alij deponunt de publica voce, & fama, *vt dicto
Summ. num. 5.*

Ex quibus videtur satis probatus saltem metus
19 reuerentialis, qui licet non sufficiat † ad infirman-
dam expressam professionem, sufficit tamen ad eli-
dendam præsumptionem tacitæ professionis ex ge-
statione habitus in Religione *Abb. in cap. perlatum
num. 14 post Innoc. ibidem*, de his quæ vi metusve
causa fiunt, & firmauit *Rota in d. decis. 579. num. 5.*
20 Et regulare est, quod vna † præsumptio tollitur per
aliam validiorem *cap. 1. eod. tit.* quod habet locum
in omni dispositione tacita, quæ nascitur ex præsum-
ptione legis, vt expresè tradunt in *d. cap. 1. Innoc.
num. 3. Io. And. num. 9 Host. num. 12. & seq. Butr.
num. 25. Imol. num. 16.* qui latè insistit. Et eodem
modo respondetur ad aliam præsumptionem, quæ
21 desumitur ex Sacrorum Ordinum susceptione † in
Monasterio, stante quod tunc temporis protestatus
est se nolle per id obligari Religioni, vt ex articu-
lis, & testibus datis in *d. Summ. num. 6.* & alioquin
22 hæc præsumptio non plus operatur, † quàm ipsa ha-
bitus professorum gestatio, vel protestatio suffragij,
immo minus tamquam res à professione separata,
Nauarr. cons. 6. num. 2. de his quæ vi metusve causa,
& fuit decisum *in vna Conchen. nullitatis ordinum
10. Martij 1606. coram bo. me. Penia, & d. dec. 705.
num. 1. par. 2. recent.* Sed cessare videbatur omnis
23 difficultas, cum alterum requisitum † ad Aposta-
siam penitus cesset in hoc casu, videlicet temerarij
recessus, tum ex licentia Superiorum, tum ex sen-
tentia Pronuntij Venetiarum declaratoria nullita-
24 tis professionis, ex qua † habuit iustissimam cau-
sam credendi, se posse è Religione exire, quæ iusta
causa eum excusauit ab Apostasia *Nauarr. cons. 1.
sub num. 14. de Apostas.*
25 Non obstat sententia † Ordinarij Brixien. contra
ipsum lata, quia est suspensa per appellationem.
Nec facit declaratio Sacræ Congregationis, quia
26 fuit præsuppositum quod Virginius † fuisset valide
professus, & quod inconsulto Superiore habitum
dimiserit, quæ cessant ex prædictis.

Et ita fuit decisum.

EMINENTISS. D. CARD. VEROSPIO SEN.

Miranden. Pensionis.

Lunæ 23. Martij 1620.

ARGVMENTVM.

Pensio si sit reseruata cum clausula, habita, vel non habita possessione, si dicta possessio habita non fuerit, vltra biennium, dicta clausula non operatur, quæ cōclusio limitatur, quando fuerit titularis negligens ad possessionem capiendam, non curando remouere impedimenta, & quid si ea proueniant à ministris Regis.

SVMMARIVM.

1 *Cedula banchария habet executionem paratam.*
2 *Pensio reseruata cum clausula habita, vel non habita possessione, si possessio habita non fuerit, vltra biennium non operatur. declara num. 6.*
3 *Exceptio firmat regulam, quoad casus non exceptuatos.*
4 *Exceptio, quæ non oritur ex ventre instrumenti non est valens impedire obligationem Cameralem.*
5 *Obligatio Cameralis non impeditur per ea, quæ requirunt altiorem indaginem.*
7 *Impedimentum ad hoc, vt releuet, debet constare de diligentia ad illud remouendum.*
8 *Metus ad hoc, vt iuuet, debet esse talis, vt cadat in constantem virum, & num. 9. & 10.*
11 *Clausula habita, vel non habita possessione ad quid fuerit inuenta.*
12 *Litem iniustam, & calumniosam quis non tenetur substinere.*
13 *Testes de auditu non probant.*
14 *Iudices Laici in Beneficialibus nullam habent iurisdictionem.*

DECISIO CXCVI.

VACANTE Parochiali Ecclesia sanctæ Eulaliæ
Miranden. Diœc. fuit ad illam auctoritate A-
postolica Odoardus Taxeria prouisus, imposita
super dicti beneficij fructibus ad fauorem Reueren-
diss. D. Abbatis Merulli, & aliorum litis consortium
annua pensione trecentorum aureorum de Camera,
quam pensionem idem Odoardus in ampliori for-
ma Cameræ promisit soluere cum clausula habita,
vel non habita Parochialis possessione, nec obstan-
te quacumque lite hactenus mota, vel mouenda,
quam per tres conformes in Sacro Rotæ auditorio
substinere fuit pollicitus, nec non per Pensionario-
rum cautionem dedit ad sexenniū cedulam banca-
riam Gulielmi Rainerij, & Ioannis Mancini in Vr-
be mercatorum, qui postea cum recusarent elapso
biennio soluere, tanquam Odoardus Parochialis
possessionem assequutus non esset, fuit contra illos
ab A.C. mandatum relaxatum; Et proposito per me
dubio in Rota, vnanimiter Domini pro iusta dicti
mandati relaxatione responderunt, cum cedulæ ban-
1 cariæ, iuxtà facultatem A.C. † paratam habeant
executionem *Rota decis. 446. par. 2. diuers. in recent.*

Nec suffragatur pensionem, licèt cum clausula
habita, vel non habita reseruatam, non obtenta per
2 prouisum † Apostolicum beneficij possessione vltra
biennium non deberi, *Cas. de Graff. decis. 12. num. 3.
de præb. Rota decis. 699. nu. 2. par. 1. diuers.*

Fuit enim responsum hic agi contra mercatores

in

in vim Cedulæ puræ nullam habentis exceptionem,
3 præter casum mortis Beneficiati, regulam † firmat
quoad casus non exceptuatos *l. nam, quod liquidè, §. fin. ff. de pen. leg. Dec. in l. 1. ff de reg. iur. Aym. cons. 214. num. 14. Menoch. cons. 37. num. 35. lib. 1.*

Et sic dicta exceptio cum ex ventre cædulæ non
4 oriatur ad retardandam executionē obligationis Ca
meralis admitti non debet, *Galles. de oblig. Cam. par. quæst. ad quartam par. num. 15. & seq.* Cum præser-
5 tim † requirat altiorem Indaginem, *vt fuit dictum in Bononien. executionis Instrumenti 16. Iunij 1602. coram Litta, & in Romana remissionis affectus 19. Octobris 1589. coram Robusterio.*

Præterea quamuis dicta clausula habita vel non habita vltra biennium Pensionario non suffragetur, quando titularis capere non potuit beneficij posses-
6 sionem † constare nihilominus debet pro remouendis impedimentis titularem omnem adhibuisse conatum *Seraphin. decis. 66.* Hic autem non docetur Odoardum pro consequenda beneficij possessione vllam adhibuisse diligentiam, cum nec ille suæ prouisionis litteras coram Executore præsentauerit,
7 nec alia fecerit, ex quibus dicatur impedimenta remouisse *Felin in cap. ex transmissa num. 1. de rescript. Aym. cons. 270. num. 3. Dec. cons. 677. nu. 3. in fin. Put. decis. 327. num. 4. lib. 2. Rot. decis. 666. par. 1. diuers.*

Non obstant decreta Regia contra Capitulum, & Episcopum emanata, per quæ titularis dicitur iustum habuisse metum, ne alias faceret diligentias;
8 Quia non talis hic metus reputatur † vt cadat in cōstantem virum, qui propterea Ius suum deserat, cum notorium sit quam plurimos à Sede Apostolica prouisos, non obstantibus Regijs impedimentis in
9 hoc Sacro Tribunali proprium Ius fuisse prosequutos, & obtinuisse contra prætendentes ad Regiam prouisionem beneficia spectare; Vndè non debet assertus metus admitti, aliàs de facili posset fraus interuenire, si solæ prouesiones Regiæ satis essent ad
10 excludendas pensiones, quod remouendum † clausula habita, vel non habita fuit inuenta *Seraphin. dicta decis. 66.*

Vltra quod cum decreta Regia solum contra Episcopum, & Capitulum emanauerint, non potest eorum prætextu Titularis excusari.

Accedit non solum in gratia reseruationis pensionis adesse clausulam habita, vel non habita, sed aliam etiam, quod titularis in hoc Sacro Auditorio teneatur per tres conformes litem sustinere quo-
11 cumque Impedimento † etiam legitimo, & de facto quomodolibet non obstante, quam litem cum ille non sustinuerit, ab vlteriori solutione se non potest eximere.

Nec valet dicere, titularem non cogi per dictas
12 † clausulas iniustitia, & calumniosam litem sustinere *Cæs. de Graff. decis. 12. nu. 2. de probat. Acchill. decis. 2. num. 3. de empt. & vend.*

Nam de litis in iustitia non docetur; Quamuis enim testes in Curia examinati deponant tres conformes in partibus ad præsentati Regij fauorem emanasse, non tamen dicunt eas fuisse latas contra prouisum Apostolicum, & ob id non probant, cum
13 præsertim † sint testes de auditu *cap. licet ex quadā de testibus vbi Abb. in 2. notab. l. testium. C. de test. Butr. in c. quoties in fine eodem tit. Alex. cons. 1. col. 3. lib. 3. Paris. cons. 164. col. 2. lib. 4.*

Et insuper dictæ sententiæ titularem non afficiunt
14 † tanquam latè per Iudices Laicos, qui nullam in Beneficialibus habent iurisdictionem *Put. decis. 351. lib. 1. in nou. Accoramben. decis. 28. Seraphin. decis. 957.*

Nec præterea sunt istæ sententiæ Rotales, de quibus decretum ab Odoardo acceptatum loquitur, Et in omnem euentum ex hoc magis argueretur ipsius Odoardi negligentia, qui saltim à prima sententia debuisset ad Rotam appellare, vt Causa iuxtà ipsius obligationem in ea cognosceretur &c.

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Bononien. seu Rauuennaten. pecuniaria.

Lunæ 23. Martij 1619.

ARGVMENTVM.

Consignatio alicuius rei, quod fuerit facta alicui, qualiter probetur.

SVMMARIVM.

1 *Testes singulares probant, quando tendunt ad probandum, quid vniuersale.*
2 *Testis, si sit verisimiliter informatus, non est necessarium, quod reddat causam scientiæ.*
3 *Adminicula supplent rationem dicti in teste.*
4 *Locupletari, quis non debet cum aliena iactura.*
5 *Negotium alicuius gerens, non est necesse, quod sit institor, seu præpositus generalis ad omne negotium, sed sufficit, quod sit præpositus in illo negotio.*
6 *Vel etiam sufficit, quod Dominus ratum habuerit.*
7 *Soluens procuratori creditoris, vt consequatur liberationem, quid sufficiat.*
8 *Mandatum etiam ex literis resultat.*
9 *Dominus præsumitur certioratus à suis ministris de negotijs ab eis gestis.*
10 *Ratificatio ex quo resultet.*

DECISIO CXCVII.

IN hac causa fuit bis resolutum, constare de consignatione sextariorum frumenti 3957. facta per Paulum Zanchum Ioanni Baptistæ Iseppo, modo fuit dubitatum, an ista consignatio suffragetur dicto Paulo in excomputationem Zecchinorum 6000. per d. Paulum debitorum DD. Assumptis Annonæ Bononiensi, & pro affirmatiua fuit tentum, quia in summario Pauli num. 14. fuerunt dati testes, deponentes de consignatione tritici, facta per dictum Paulum prædicto Iseppo, & quod istud granū fuit conductum ad Castrum S. Petri, & ibi consignatum Ministris Assumptorum Bononiæ, & aliqui ex dictis testibus deponunt de facto proprio; & licet aliqui ex ipsis sint singulares, tamen cum non agatur de probandis consignationibus particularibus,
1 sed de consignatione in genere, † sufficiunt testes singulares, cum tendant ad probandum quid vniuersale, *Ang. in l. 2. §. diem sub num. 2. ff. quemadmodum test. aper. Castren. cons. 151. sub num. 1. lib. 2. Anchar. cons. 277. num. 7. & 8. Crau. cons. 72. nu. 33. cum pluribus seqq. latè Rimin. Iun. cons. 7. num. 27. cum seq. Aldobr. cons. 71. num. 27. & 28. cum seq.*

Non obstat, quod non probetur illos, quibus fuit facta consignatio in Castro S. Petri, fuisse Ministros

ſtros Aſſumptorum Bononiæ, nec ſuper hoc teſtes
reddant cauſam ſcientiæ, quia, cum ſit notorium,
Aſſumptos Bononiæ habuiſſe Miniſtros ſimilis ne-
gocij in dicto Caſtro, vt etiam deponunt teſtes Pau-
li in ſumm. num. 15. & ſit pluſquam veriſimile, quod
in loco anguſto tales Miniſtri cognoſcerentur ab
omnibus, viſum fuit Dominis non eſſe neſſariam
aliam redditionem cauſæ ſcientiæ, quia quando te-
2 ſtis † eſt veriſimiliter informatus, tunc non eſt ne-
ceſſarium quod reddat cauſam ſcientiæ, vt fuit de-
ductum in cauſa *Aquen. Penſionis* 19. *Decembris*
1608. *coram Illuſtriſs. D. Cardin. Lancellotto*. ad
quod tendit alia concluſio, nempè adminicula
3 ſupplere rationem dicti in teſte; de qua per *Bald. &
Sal. in l. ſolam, in princ.* C. *de teſtibus*; Et prædi-
cta eo magis concurrente magna veriſimilitudine
depoſitionis, quippè quia negari non poteſt, Iſep-
pum, cui fuit conſignatum granum, aliquo modo
fuiſſe Præpoſitum rei frumentariæ, vt fuit tactum
in alijs deciſionibus, & infra latius deducetur, eſt
autem pluſquam veriſimile, quod granum receptũ
ſub nomine Aſſumptorum tranſmiſerit ad ipſoſmet
Aſſumptos, & quod ipſimet Aſſumpti, qui tenebā-
tur paſcere populum huiuſmodi frumento, & ha-
bebant notitiam in genere, quod Iſeppus recipie-
bat granum eorum nomine, vt ex epiſtolis infra pō-
derandis, non fuerint negligentes in requirenda
conſignatione grani ab ipſo Iſeppo; Ex prædictis,
quod ſcilicet granum Pauli peruenerit ad Aſſump-
tos, dictum fuit ex æquitate; *l. ſi me, & Titium, ff. ſi
cert. pet.* teneri Aſſumptos excomputare pretiũ gra-
4 ni, cum debito ipſius Pauli, ne aliàs † ipſi locuple-
ctentur cum aliena iactura. *Hoſt. in c. bonæ, num.* 8.
Io. Andr. num. 15. *de appell. not. Bart. in d. l. ſi me, &
Titium, in ſumm.* vbi *Alex. num.* 9. & alij per *Natt.
conſ.* 147. *num.* 2 *lib.* 1. *& conſ.* 384. *num.* 7. *lib.* 2. *&
Pariſ. conſ.* 122. *num.* 5. *lib.* 4.

Secundò principaliter; etiam ſi non appareret,
granum Pauli perueniſſe ad manus Aſſumptorum,
adhuc viſum fuit probari, Iſeppum fuiſſe talem Mi-
niſtrum Aſſumptorum, cui rectè potuerit conſignari
granum, ad effectum, vt dicatur conſignatum ipſis
Aſſumptis; quia ad iſtum effectum non eſt neceſſe,
5 quod quis ſit Inſtitor, ſeu Præpoſitus † generalis
ad omne negocium, ſed ſufficit, quod ſit Præpoſitus
illi negocio, in cuius cauſam ſoluitur, *l. vero, ff. de
ſolut. l. ſi quis, la* 1. *l. diſpenſatori, ff. eodem tit.* vel
6 etiam ſufficit, quod Dominus † ratum habuerit, *d.
l. vero in fin. vbi gloſ. verb. comparatur*, dat plures
concordantes, *& l. ſolutam, verſ. ratam, ff. de ſolut.
Oldrad. conſ.* 199. *num.* 1. *Bald. conſ.* 417. *num.* 1. *&
conſ.* 498. *numer.* 3. *lib.* 2. In propoſito autem caſu,
vtrumque ſatis viſum fuit probari, & quidem, quod
Iſeppus fuerit Præpoſitus rei frumentariæ, in quam
cauſam fuit conſignatum granum, ſatis viſum fuit
probari, ex teſtibus datis pro parte Pauli, in Sum-
mario num. 6. vbi deponunt de emptione granorum
facta nomine Aſſumptorum, qui habebant ratum
quicquid ab illo fiebat, & ad illum tranſmittebant
magnas pecuniarum ſummas, & quod vti talis erat
communiter tentus, & reputatus ab omnibus, &
ſuper hoc fuit etiam data fides ſubſcripta à ſeptem
perſonis fide dignis, quæ viſa fuit poſſe deſeruire pro
adminiculo; hæc autem communis reputatio, quod
7 quis fuerit † procurator ad recipiendum, ſufficit ad
effectum, vt ſoluens conſequatur liberationem,
Alex. conſ. 120. *num.* 7. *verſ. niſi habuiſſet, lib.* 5. *Man-
dell. conſ.* 462. *num.* 1. *&* 3. & ibidem *adden. Rot. de-
ciſ.* 566. *num.* 2. *par.* 2. *in recentioribus*; fuerunt etiā
datæ literæ Aſſumptorum, directæ Iſeppo, tractan-
tes de ſimilibus negocijs d. Summario num. 7. &
fuit etiam data interpellatio facta Iſeppo per Aſsūp-
tos, in qua fit mentio quod ipſe Iſeppus acceptaue-
rat onus ab Aſſumptis emendi notabilem ſummam
grani, & bladarum, & ad hunc effectum fuiſſe illi
conſignatas notabiles pecuniarum ſummas eodem
Summario num. 10. & ſignanter fuit data ſolidatio
Aſſumptorum d. ſummario num. 11. in quo Iſeppus
appellatur miniſter rei frumentariæ, & rurſus fuerũt
datæ literæ Aſſumptorum directæ ipſi Paulo, in qui-
bus illi mandant, vt conſignet granum ipſi Iſeppo,
8 eodem Summario num. 12. ex quibus † literis, etiā
reſultat mandatum, *Honded. conſ.* 55. *num.* 1. *lib.* 1.
Verall deciſ. 183. *num.* 2. *par.* 2.

Et non obſtat, quod literæ loquantur de grano
empto nomine Annonæ Bononiæ, non autem de
frumento proprio Zanchi, nam præter quod hoc
poteſt colligi ex vna, ex tribus Epiſtolis, fuit reſpō-
ſum quod Epiſtolæ Aſſumptorum præſupponunt no-
titiam cæptæ conſignationis grani, vt patet ex illis
verbis, *continui la conſignatione &c.* Vnde viden-
tur fuiſſe contenti de illo genere grani, quod con-
9 ſignabatur à Zancho, & † etiam eſt veriſimile, vt de
hoc fuerint certiorati ab eorum miniſtro, *Cuman.
conſ.* 162. *ſub num.* 3 *circa med. verſ. quod enim ſcit
procurator, Abb. conſ.* 18. *nu.* 7. *verſ. tertio dixi, lib.* 2.
Crau. conſ. 40. *num.* 3 Et ſtante dicta prætenſa noti-
10 tia cum ſubſecuta conſignatione facta † eorum Mi-
niſtris in Caſtro Sancti Petri, viſa etiam fuit reſul-
tare ratificatio, *ad l. Paulus, ff. rem ratam hab.*

REVERENDISS. D. COCCINO.

Tuſculana Fideicommiſſi.

Lunæ 23. *Martij* 1620.

ARGVMENTVM.

Plura deducuntur circa materiam repreſentationis,
ſcilicet, quando intret, & an, & quando filiorum
appellatione veniant nepotes, pronepotes, alijſq;
deſcendentes, ac non nulla circa ſucceſſionem in
capita, vel in ſtirpes.

SVMMARIVM.

1 *Nomine filiorum, quando veniant nedum nepotes,
ſed etiam pronepotes, & alij.*
2 *Filiorum nomine veniunt nepotes, & alii, quando
adiecta eſt dictio in infinitum.*
3 *Repreſentatio locum etiam habet vltra pronepotes,
ac quoque in decimo gradu.*
4 *Repreſentationi videntur repugnare verba, vt
ſuccedatur in capita, & non in ſtirpes.*
*Repreſentatio fit in ſtirpes, & non in capita,
num* 4.
5 *Nepotes ex duobus fratribus, quando in eodem
gradu concurrunt ad ſucceſſionem aſcendentis,
quomodo ſecundum ius nouum ſuccedant, & quo-
modo ſecundum ius vetus.*
6 *Ius commune, quantum minus fieri poteſt, vt cor-
rigatur, facienda eſt interpretatio.*
7 *Filij, quando ſunt ſubſtituti in infinitum, & ſic
nepotes, & abnepotes, tunc ſubſtitutio dicitur
com-*

1 † qui habet creditum sub vsuris, compensatio fit ip-
so iure *l. cum alter. ff. de compensat. l. si constat. C. de*
eod. tit. & l. eius quantitatis. ff. de solutio. cum alijs
alleg. quia fuit responsum hoc non habere locum,
2 quando † ex circumstantijs facti constat de contraria
voluntate ipsius deponentis *ex tradit. per Franc. de*
Aret. cons. 5. in princ. vers. nam creditor, & per Ro-
tam decis. 19. num. 2. inter impress. per Modern. Rom.
post tract. de saluia. In hoc autem casu fuerunt de-
ducta, ex quibus saltem simul iunctis apparere visũ
fuit quod Sanctinellus ex post cum diuersis ordini-
bus leuauit pecunias depositatas, quod non potuis-
set facere, si deposuisset animo compensandi, quia
tunc effectæ fuissent propriæ ipsius Ascornij. Nec
releuat dicere, quod compensatio esset iam facta,
3 † vnde resultet quod ex hoc Sanctinellus non fecerit
reuiuiscere debitum iam extinctum, sed ad sum-
mum contraxit nouum debitum cum ipso Ascornio,
4 quia fuit responsum ex subsecutis declarari † qualis
fuerit animus ab initio ipsorum agentium, *l. sed Iu-*
lianus. §. proinde. ff. ad Maced. l. si seruus plurium
§. fin. ff. de leg. 1. Sicq. istam receptionem pecunia-
rum depositatarum non operarri reuiuiscentiam de-
5 biti extincti, sed potius † declarari animum Sancti-
nelli, & Ascornij, quod cum istis pecunijs deposita-
tis non erat extinguendum debitum cambiorum.
Secunda coniectura est, quia Sanctinellus recepit
istas pecunias ad cambium ad incommodum Com-
munitatis Liuorni, contra quã fuit protestatus, quod
intendebat se reualere de sorte & fructibus, ex hoc
videbatur fieri omninò inuerisimile, quod Sanctinel-
lus voluerit de proprio extinguere debitum illius
Communitatis, priuando se ipsum vsu propriarum
pecuniarum, ne cambia decurrerent ad damnum
6 illius Communitatis; hoc enim includit † meram
iactationem, quæ non præsumitur ex vulgaribus, &
etiam includit pœnitentiam, quæ de iure pariter
7 † non præsumitur, si enim Sanctinellus habebat hãc
charitatem erga illam Communitatem, non cępisset
pecunias ad cambium, vt illud paulo post extingue-
ret, sed ab initio soluisset de propriis pecunijs. Ter-
tio fecerunt adminiculum litteræ missiuæ ipsius Sã-
ctinelli, ex quibus apparet multo post non habuisse
hoc cambium pro extincto, & licet modo non repe-
riantur dictæ litteræ, tamen ex latè deductis Ascor-
nio datus fuit maximus fumus quod illæ litteræ ve-
rè extiterunt, & fuerunt deperditæ, & signanter ex
summario illarum dato in Signatura Iustitiæ Propo-
nente R.P.D. Tanario, & ab illo ad Rotam trans-
misso. Quarto, quia Sanctinellus iã suscepit termi-
8 num, † quæ susceptio habet in ventre confessionem
debiti *l. ad solutionem cum ibi not. C. de re iud.* &
licet possit quis venire contra propriam confessio-
9 nem probando scilicet † contrarium eius quod con-
fessus fuit, tamen negari non potest quod probatio
debeat esse omninò cõcludens, cum omnis præsum-
10 ptio † sit contra confitentem, *iuxta not. in cap. per*
tuas. de probat. & in l. generaliter. C. de non nu-
11 *mer. pec.* atque ità Sanctinellus † arctatur difficiliori
probatione, quàm si confessus non fuisset.

Et ex his cessare visa fuit decisio *Romana pecunia-*
12 *ria* † *de Columna die 11. Decembris 1615. coram me,*
quia ibi non constabat de contraria voluntate depo-
nentis, vt in præsupposito casu &c.

REVERENDISS. DVNOZETTO
ARCHIEPISCOPO SELEVCIEN.

Aretina Plebaniæ.
Veneris 27. Martij 1620.

ARGVMENTVM.

Litteræ Apostolicæ subrogationis gratiosæ, vt execu-
tioni demãdentur, quid tantum veniat probandum.
Contra subrogatum gratiose excipiens de iurepa-
tronatus, vt impediat illius immissionem, qualiter
illud probare teneatur. Enunciatiuæ & præsentatio-
nes vltra centum annos habent vim famæ.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Apostolicæ subrogationis gratiosæ sunt exe-*
cutioni demandandæ, probato clericatu, possessio-
ne defuncti, & reseruatione.
2 *Possessio defuncti Rectoris in possessione beneficij*
probatur si vtraque pars veniat ex eadem vaca-
tione.
3 *Mensis Augusti est vnus de reseruatis Papæ, vigo-*
re regulæ 8. hodie 9. Cancell.
4 *Subrogato gratiosè sufficit probare reseruationem*
de facto.
5 *ad Contradicendum, qui venit, vel dicit prius se*
immittendum, quam ille, qui postulat, tunc sum-
matim de iure vtriusque cognoscitur, & ille im-
mittetur, cuius potiora, & clariora sunt iura.
6 *contra Subrogatum gratiosè excipiens de iurepa-*
tronatus incontinenti probare debet illud clarè,
& apertè, vt excludatur reseruatio.
7 *Aliàs non potest impedire immissionem ad fauorem*
subrogati.
8 *Reus in sua exceptione est actor, ideoque eam con-*
cludenter probare tenetur.
9 *Iuspatronatus vt concludenter dicatur probatum,*
debent exhiberi instrumenta dotationis, & fun-
dationis.
10 *Exceptionis notorietas vt appareat, debet apparere*
de re iudicata, aut de confessione partis.
11 *Enunciatiuæ supra centũ annos habent vim famæ.*
12 *Præsentationes supra centum annos possunt dare*
titulum præsumptæ dotationis, & fundationis iu-
rispatronatus.
13 *Enunciatiuæ, & præsentationes supra centum an-*
nos, sunt quidem iura apta ad canonizandum
iuspatronatus non autem, vt iam pro canonizato
habeatur ad impediendum processum exequuti-
uum. & amplia num. 14.
14 *Subrogationis gratiosæ exequutioni non est locus,*
nisi pro notoria, & indubitata reseruatione.
15 *Iurispatronatus, quando magnus fumus datur, est*
sufficiens ad impediendam subrogationem gratio-
sam. & quando id sit verum num. 16.
18 *Litteræ Apostolicæ subrogationis gratiosæ non so-*
lum possunt exequi per viam immissionis, sed e-
tiam per manutentionem, & qua ratione, nu. 19.
20 *Sequestrum iudiciale regulariter non priuat quem*
sua possessione.

DECISIO CC.

DOMINI censuerunt litteras gratiosæ subroga-
tionis obtentas per Dominicum Prouisum
Apostolicum esse exequen. cum probauerit tria re-
1 quisita pro † exequutione suæ gratiæ, Clericatum,
pos-

possessionem defuncti, & reseruationem, *Mohed. decis. 11. vt lit. pend. Rot. decis. 2. num. 1. lib. 1. cum similibus.*

Et quoad Clericatum attinet probatur ex litteris patentibus Ordinarij possessio quoque defuncti quia
2 † tam subrogatus, quam præsentatus veniunt ex eodem genere vacationis, & adsunt plures confessiones partis, quæ dicto Dominico suffragantur *Aegid. decis. 268. & 595. Put. decis. 300. lib. 1.* iustificatur etiam reseruatio ex eo, quod probatur defunctum
3 decessisse in mense Augusti, qui est vnus de † reseruatis vigore regulæ 8. vnde redditur notoria reseruatio, vt respondit Rota *in vna Astoricen. Archidiaconatus 6 Nouembris 1602. coram Illustriss. Lan-*
4 *cellotto,* cum † sufficiat subrogato probare reseruationem de facto *Rota decis. 8. de elect. in antiq.* & ideo bene applicatur *doctrina Bart. in l. fin. num. 21. C. de edict. D. Adr. tollen.* quod ille qui venit ad contradicen. vel dicit prius se immitten. quam ille qui
5 † postulat, & tunc non impedit summaria cognitio, sed summatim de iure vtriusque cognoscitur, & ille immitti debet à Iudice, cuius potiora, & clariora iura sunt.

Vnde cum Dominicus fundauerit indubitate intentionem suam, se præsentatum à patronis, ipsique patroni excipientes fundare volunt intentionem
6 † quoque suam ad impediendam immissionem, debent eam incontinenti probare, docendo de iurepatronatus clare, & aperte vt excludatur reseruatio,
7 alias non possunt impedire † immissionem ad fauorem eius, qui immitti postulat vigore sui tituli indubitati, ipsiq. patroni debent æque, & concludenter
8 exceptionem † probare, cum in ea sint actores, *l. 1. C. de probat. Bart. in l. non solum, §. sed vt probare. ff. de nou. oper. nunc. Grass. decis. 145. num. 2. Rota decis. 25. de iudic. in antiq.*

Huiusmodi autē probatio iurispatronatus eo mo-
9 do quo † nunc deducitur, non visa fuit Dominis sufficiens, quia non dantur instrumenta dotationis, & fundationis, quæ excipiens cogatur suam exceptionem probare aliunde quam ex ventre ipsius instrumenti, prout requireretur, *Caputaq. decis. 29. & 324. lib. 1. in manuscript. & fuit dictum in vna Cæsaraugustana parochialis 10. Iunij 1566. coram Groppero, & in vna Virdunen. cappellaniæ 5. Decembris 1601. coram Illustriss. Lancellotto, & alias sæpissimè.*

Nec etiam apparet de re iudicata, aut de confes-
10 sione † partis, vnde posset deduci notorietas exceptionis, sed totum ius patronorum deducitur ex
11 enunciatiuis supra centum annos, † quæ habent vim famæ, & ex presentationibus supra centum, &
12 amplius annos, † quæ possunt dare titulum præsumptæ fundationis & dotationis, sed hæc omnia iura sunt quidem apta ad canonizan. iuspatronatus, non autem, vt iā pro canonizato habeatur ad impedien-
13 dum processum † exequutiuum eius, qui habet titulum indubitatum ex vacatione in mense, vltra quod dictæ enunciatiuæ, & præsentationes patiuntur aliquos defectus, præcipue cum iura producta fuerint extracta non citata parte, & sine compulsorialibus Rotæ lite pendente.

Non obstat, quod dicitur non esse locum exequu-
14 tioni † subrogationis gratiosæ, nisi pro notoria, & indubitata reseruatione sufficeret obscurari reserua-
15 tionem, quando datur magnus fumus † iurispatronatus, vt in ijsdem terminis iurispatronatus, *Rota coram R. P. D. meo Pirouano in vna Aquilana exequutionis breuis 29. Maij 1612. quæ est 413. par. 1. in recent.* Placuit enim responsio veram esse propo-
16 sitionem, quando exceptio oritur † ex ventre eiusdem reseruationis, sed quando aliunde est probanda ad effectū impedien. reseruationem, tunc debet esse clara, & notoria quicquid sit ad effectum supersedēdi in exequutione Breuis, vt dictum fuit in alia decisione 381. par. 1. idquemaxime, quia præsentatus à patronis non est constitutus in possessione, & ita
17 † non potest dici legitimus contradictor ad impediendam immissionem subrogati, eo enim casu posset supersederi, etiam si iura producta non essent in forma probanti, vt ex multis in simili casu firmauit *Rota in vna Elnen. beneficij coram me, Ven. 19. Decembris 1614. cum cumulat. per Gonzal. ad reg. 8. in probem. §. 7. num. 216. & seqq.*

Nec solum per viam immissionis, sed etiam per
18 manutentionem † exequi posse litteras subrogationis gratiosæ, Domini iudicarunt ea ratione, quia cum possessio sit vacans, superuenientia noui tituli,
19 potest mutare causam † possidendi sine dimissione, & noua apprehensione iuxta opinionem quam seruat Rota, vt apud *Put. decis. 441. lib. 1. Acchill. decis. 4. de causis possess. & propriet. fuit dictum in vna Brixien. prioratus 4. Iulij 1604. coram R. P. D. meo De-*
20 *cano*, idq. non obstante sequestro Rotali, † quod regulariter non priuat possidentem sua possessione, *cap. examinata, vbi Abb. num. 14. de iudic. Mohed. decis. 14. num. 14. de restitut. spoliat. Mantic. decis. 252. num. 6.*

Et ita decisum vtraque parte informan. &c.

R. P. D. PIROVANO.

Firmana, seu Maceratē dotis.

Veneris 27. Martij 1620.

ARGVMENTVM.

Hæres cum beneficio legis, & inuentarij non tenetur reddere rationem de actu subhastationis, & deliberationis bonorum, numquid iudex ritè, & rectè processerit, cum pro eo præsumatur. Hæres post aditam hæreditatem an faciat fructus suos.

SVMMARIVM.

1 *Pro sententia in dubio præsumitur.*
2 *Iudex exequens tenetur vendere rem præsenti pecunia, & in causam iudicati conuertere, & non habere fidem de pretio.*
3 *Intentionem suam, quis tenetur fundare, siue sit actor, siue reus.*
4 *Hæres, an teneatur reddere rationem fructuum perceptorum tempore intermedio confectionis inuentarij.*
5 *Hæres facit fructus suos post aditam hæreditatem, vti de re propria perceptos.*
6 *In obligatione generali testatoris non veniunt bona hæredis.*
7 *Fructus ex re hæreditaria percepti non dicuntur hæreditarij.*
8 *Bona fides sufficit ad acquisitionem fructuum.*
9 *Text. in l. item veniunt §. non solum. ff. de petit. hæred. quo casu loquatur.*
10 *Hæredi non debetur lucrum hæreditatis, quousque creditoribus non fuerit satisfactum.*

11 *Angel. in l. fin. §. fin. num. 2. & Alex. num. 4. C. de iur. delib. intellectus.*
12 *Fructus augent hæreditatem, etiam post hæreditatem contingentes.*
13 *Fructus non augent hæreditatem in præiudicium veri hæredis.*
Hæres adita hæreditate, facit fructus suos. nu. 13.
14 *Fructus non augent hæreditatem, sed actionem petitionis hæreditatis.*
15 *Fructus sunt de substantia testatoris deuoluta ad hæredem.*
16 *Substantiæ appellatione non veniunt fructus.*
17 *Hæres, donec creditores non sunt satisfacti, non potest dici hæres.*
18 *Hæres tenetur reddere bonam rationem creditoribus de omni, & toto, quod ad ipsum peruenit de hæreditate.*
19 *Impossibile, quod est naturaliter, non potest per legem fieri possibile.*
20 *Hæreditas amplius non dicitur, quando est adita.*
21 *Inuentarij beneficium facit vt hæreditas adita, censeatur hæreditas, & perinde est, ac si hæreditas esset iacens.*
22 *Text. in l. ratione. ff. ad l. Falcid. respectu lucri non est correcta.*
23 *Creditorum, legatariorum, & fideicommissariorum par est causa.*
24 *Fructus non acquiruntur cum mala fide.*
25 *Hæres creditoribus hæreditarijs in tantum tenetur, in quantum res substantiæ ad eũ deuolutæ valeãt.*
26 *Pensiones domorum, & aliorum bonorum de sui natura non sunt fructiferæ.*
27 *Testis vnus de certa scientia facit semiplenam probationem.*
28 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarii tenetur librum rationum conficere.*
29 *Probatio impleri potest adminiculis.*
30 *Attestationes non faciunt fidem.*
31 *Hæres tenetur ad fructus perceptos post aditam hæreditatem.*
32 *Diligentia est superflua si sit inutilis.*
33 *Probationes, quæ sunt imperfectæ in sua specie, numquam coniunguntur ad implendam probationem.*
34 *Bona mobilia spatio 30. annorum præsumuntur consumpta.*

DECISIO CCI.

VISUM fuit Dominis coadiuuandam esse probationem valoris frumenti, in reliquis verò standum esse in decisis. *

Nam quamuis multa pro parte Sinibaldi contra decisiones opponerẽtur, tãm respectu consumptionis bonorum pro satisfaciendis creditoribus hæreditarijs, quàm liquidationis fructuum perceptorum per Catherinam, attamen omnia concludenti responsione visa sunt posse euitari.

Et ad primum respectu consumptionis bonorum, dum dicebatur, quod domus magna descripta in inuentario fuerit subhastata Altoitis pro scutis quinque millibus, sed non propterea constet, quòd ipsi essent creditores, & fuerint satisfacti de tota illa summa, & vlterius teneatur ad reddẽdam rationem pensionum dictæ domus decursarum à die obitus Ciccotti, qui contingit de anno 1592. vsque ad diem subhastationis sequutæ de anno 1600.

Respõsum fuit, quòd de actu subhastationis, & deliberationis domus non tenetur hæres cum beneficio inuentarij aliquam reddere rationem numquid
1 ritè, aut rectè Iudex processerit, quia† pro sententia
adiudicationis in dubio præsumitur *l. 2. C. de offic. ciuil. iud. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 15. Menoch. eod. tit. præsumpt. 67. lib. 2. Surd. cons. 39. nu. 7. lib. 1.* & respectu pretij consumpti concurrit similis præsumptio quod ad manus hæredis non peruenerit
2 pecunia, quia Iudex †exequens tenetur vendere rem
præsenti pecunia, & in causam iudicati conuertere, nec potest habere fidem de pretio *Bart. in l. à Diuo Pio. §. sed si emptor in princ.* vbi etiam *Ias. num. 2. & 5.* Ideo an aliquid supererit, & ad manus hæredis peruenerit, hoc est de intentione partis, quam tene-
3 tur †fundare siue sit actor, siue reus *l. nimis graue, C. de testib. l. qui accusare. C. de edend. l. verius. ff. de probat.* neque est agendum de reddenda ratione
4 exactarum† pensionum domus pro tempore intermedio, vt per *Guidop. de confectione inuentarij numer. 17. tom. 8. par. 2. Phanut. eod. tract. par. 3. numer. 35. Landerch. cons. 8. nu. 1. Peregr. de fideicom. art. 49. num. 77.*

Quia eorum opinio non est tuta, dum pugnat contra communes regulas, vt scilicet hæres † fructus suos faciat post aditam hæreditatem vti de re propria perceptos *l. in fideicommissariam in princ. l. si mulier. §. si hæres, & in l. postulante. §. sed in huiusmodi, & l. deducta. § qui post. ff. ad Trebellian. Peregr. de fideicom. art. 49. num. 20.* & ex alio quod in
6 generali obligatione †testatoris non veniunt bona
7 hæredis, & fructus ex re †hæreditaria percepti non
dicuntur hæreditatis, *l. quod his verbis in princ. ff. de leg. 2. Surd. cons. 128. num. 27. & decis. 97. num. 6.* vbi dicit ita fuisse determinatum in Senatu Mantuano. Demum fructus ab hærede ante litem motam percepti fuerint illius possidendo pro hærede, & bo-
8 na fide, quæ † sufficit ad acquisitionem fructuum
Bald in repet. l. Celsus num. 18. ff. de vsucap. Couar. lib. 1. var. resol. c. 3. nu. 8. Osac decis. 160. nu. 9. & 11.
9 *& Guidop. allegatus pro sua opinione adducit l. item veniunt §. non solũ. ff. de petit. hæred.* † quæ loquitur quando agitur iure actionis propter dominium rei, quod ipso iure transiuit in agentem, & ex tunc veniunt etiam fructus ex post percepti in restitutione, vt per *glos. in d. §. non solum*, & latè declarat *Surd. decis. 25. per tot.* & hic non est casus noster. Phanu-
10 tius verò mouetur ratione, † quòd hæredi non debeatur lucrum quousque creditoribus non fuerit satisfactum, quæ non concludit, ex quo percepit ex re sua, non autem de re creditorum, vt iam dictum
11 est, † authoritates verò adductæ loquuntur de fructibus satis, vel de conceptis ante, & perceptis, vel natis post aditã hæreditatem, vt videre licet ex *Angel. in l. fin. §. sin autem dubius num. 2. & Alex. ead. leg. in princ. num. 4. C. de iure deliberand. Gulielm. de Benedictis in c. Rainutius, in verbo mortuo testatore il primo num. 401. Laderch.* damnat rationes *Phanutii*, sed neque ipse adducit meliores; *Peregr.* reliquit cogitandum.

Rursus non probatur, quòd ista domus fuerit locata, prout necessarium est ad agendum contra hæredem pro redditione, ex quo non agitur de re ex se atque ita ex dictis prædictorum omnium tria tantũmodo fundamenta elici possunt; nempè quod fructus augeant hæreditatem, quod sint de substantia hære-

hæreditatis, ac demum quod hæres donec creditores non sint satisfacti, non videatur hæres, nec posset quicquam lucrari.

Non obstat igitur primum fundamentum ex quo moti sunt *Guidop. Montic Phanut. Laderch. & Caball.* quod fructus † augeant hæreditatem, etiam post hæreditatem, etiam post hæreditatem contingentes per *l. item veniunt. §. item non solum. vers. fructus autem. ff. de petit. hæredit.* quia fructus augent quidem actionem petitionis hæreditatis, vt intelligantur petiti cõtra possessorem rei hæreditariæ, non autem augent hæreditatem in præiudicium

13 † veri hæredis, quin adita hæreditate fecerit suos, ita *glos. textum explicat in verbo omnes vers. vtique*, quod ergo hic dicitur, & intellignut *Angel. & Castr. num. 2. in d. §. non solum, Bart. in l. in fideicommissariam. num. 7. ff. ad trebell. Abb. cons. 79.*

14 *num. 18. lib. 1.* dicens propriè loquendo, † fructus non augent hæreditatem, sed actionem petitionis hæreditatis.

15 Non obstat secundum, quod fructus sint † de substantia testatoris deuoluta per hæredem per *l. vltim. §. & si præfatam. C. de iur. deliberan.* ibi quatenus res substantiæ ad eos deuolutæ valeãt, in qua se fundant *Peregr. Rimin. iun. Caball. & Laderch.* quia clare patet fructus non esse de substantia rerum

16 ad hæredem deuolutarum, quia † appellatione substantiæ non veniunt fructus, *l. scimus. §. repletionem. C. de inoff. testam. Bart. in l. Papinianus. §. vnde si quis. ff. eod. tit. & in d. l. scimus. nu. 2. Rota in Ciuitatis castelli supplemẽti legitimæ* 11. *Maii* 1626. *coram bo. me. Patriarcha Manzanedo.*

Non obstat vltimum fundamentum, quod hæres

17 donec creditores † non fuerint satisfacti, dici non possit hæres, nec possit consequi lucrum ex hæredi-

18 tate, & teneatur reddere bonam † rationem creditoribus de omni, & toto, quod ad ipsum peruenit de hæreditate, cui adhæserunt *Phanut. Surd. & Caball.* moti ex *Bald. in l. debitori num. 2. C. de pactis, & in l. fin. §. in computatione num. 3. vers. venio ad oppositiones*, vbi etiam *Ias. num. 4. C. de iure deliberand.* quia *Bald.* in vtroque loco allegatus, & Iason. mouent quæstionem de impossibili exercitio actionis, postquã hæres adiuit hæreditatem, & confusio actionum sequitur, arguendo ab impossibili naturaliter,

19 † quod per legem fieri non potest possibile, quod quis sit sibi ipsi obligatus per confectionem inuentarij, sed dubium soluendo, dicit hæredem non esse sibi ipsi obligatum, sed hæreditatem esse obligatam

20 hæredi, nam licet hæreditas † non dicatur post aditam hæreditatem, tamen beneficium inuentarij facit

21 eam censeri hæreditatem, & perinde est, † ac si hæreditas esset iacens, sed prædicta, quæ dicta sunt ad saluandam impossibilitatem actionis, non tamen accommodari possunt ad impediendos effectus aditionis respectu acquisitionis fructuum, quia *l. in ratio-*

22 *ne, ff. ad l. falcid.* † respectu lucri non est correcta per *l. fin. C. de iure deliberand.* vt supra fuit dictum.

Et cessante releuantia fundamentorum huius affirmatiuę opinionis diuersitas casuum inter fideicõmissarios, & creditores, quæ allegatur, & recepta dicitur per *Peregr. d. art. 49. num. 77. & cons. 42. numer. 27. lib. 1.* solo nomine, non autem ratione comprobatur, & est contra textum *l. finalis in §. licen-*

23 *tia, C. de iure deliberand.* vbi par est causa † creditorum legatariorum, & fideicommissariorum, & eam improbat, *Rim. iun. d. cons. 596. num. 18. & seq.*

Nec aduersatur, quod Iulius Cæsar tempore confecti inuentarij descripserit Catherinam inter creditores, quasi ex hac scientia inducta fuerit mala fides

24 cum † qua fructus non acquiruntur, quia sciuit etiam se non teneri creditoribus vrgentibus ex interuallo de re sua, & sic de fructibus satisfacere, sed de corporibus hæreditarijs *d. §. & si præfatam, l. final.*

25 *C. de iur. delib.* ibi in tantum hæreditarijs † creditoribus teneantur, in quantum res substantiæ ad eos deuolutæ valeant.

Secundo principaliter dicebatur, Iulium Cæsarem, & nunc eius hæredes non teneri pro rata fructuum, qui prætenduntur percepti post aditam hæ-

26 reditatem, quia cum agatur de pensionibus † domorum, & aliorum bonorum, quæ de sui natura non sunt fructifera, itaut intret præsumptio perceptionis ex possessione subsequuta per *l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de actio. empt. Natt. cons. 384. nu. 2.* cum alijs in decisione huius causæ 24. Ianuarij 1618. allegatis, non tenentur ad aliquam quantitatem, nisi de ea doceatur.

Non obstat quod respectu domus magnæ adsit v-

27 nus † testis de certa scientia faciens semiplenam probationem, qui dicitur adminiculatus ex attestationibus particularium, & ciuitatis, & ex omissione

28 confectionis † libri rationum, quem tenetur conficere hæres cum beneficio legis, & inuentarij, *Angel. in l. fin. §. sin autem dubius num. 2. vbi Alex. Ias. Corn. C. de iure deliberand. & Caball. d. cons. 144.*

29 *num. 3 lib. 2.* cum quibus adminiculis † potest impleri probatio *Mandell. cons. 7. num. 16. vol. 1.* cum allegatis.

30 Quia neque attestationes faciunt † fidem, neque hæres tenetur conficere librum de re sua, & Doctores allegati loquuntur secundum opinionem minus

31 veram, quando scilicet hæres † tenetur ad fructus perceptos post aditam hæreditatem, sed quando nõ

32 tenetur, superflua † est diligentia, quæ creditoribus inutilis est, & probationes, quæ in sua specie sunt

33 imperfectæ, nunquam coniunguntur † ad implendam probationem *Dec. in c. cum causam nu. 10. de prob. Bald. in l. spadonem. §. si ciuitatis num. 1. ff. de excusat. tutor.* & latissimè comprobat *Gabr. concl. 1. num. 31. de probat.*

Superest exceptio computationis mobilium, sed Domini responderunt non esse habẽdam rationem,

34 quia attenta tenuitate, † & decursu temporis per 30. & vltra annos intrat præsumptio consumptionis, *Afflict. decis. 13. num. 27. Rot. decis. 285. nu. 3. coram Papa Greg. XV. Peregr. de fideicom. art. 10. num. 40.*

Nec obstat, quod hæres tenebatur de illis Catherinam satisfacere de tempore, quo institit pro dote sua recuperanda, de quo non poterat intrare præsumptio consumptionis.

Quia neque petijt, neque voluit tunc satisfieri in dictis mobilibus, vnde cum hæres continuauerit possidere dicta bona, nec ad aliud teneatur, quàm exhibere inuentariata, bene potest hodie excipere de consumptione spatio 30. annorum.

Et ita fuit resolutum &c.

☞ *Videlicet sub die 18. Iunij 1629. coram eodem bon. mem. Pirouano, eamq. decisionem posui infra in par. 5. recent. decis. 304. ibiq. habes alteram in eadem causa sub die 14. Martij 1629. coram eodem, & est decisio 259.*

REVERENDISS. COCCINO.

Romana Capellaniæ.

Veneris 3. Aprilis 1620.

ARGVMENTVM.

Subrogatio, ad hoc, vt debeatur collitiganti in beneficio, requiritur, quod lis sit super titulo ipsius beneficij, ad interpretationem *tex. in cap. 2. vt lit. pendent.* Beneficium non dicitur litigiosum, quando non petitur, tamquam suum, sed tanquam debitum.

SVMMARIVM.

1 *Lis debet esse super titulo beneficij ad hoc, vt subrogatio debeatur.*

2 *Cap. 2. ext. vt lit. pend. ad hoc, vt intret, quæ requirantur.*

3 *Lis non est super titulo beneficij, quando impetratur ob non publicationem.*

4 *Beneficium non efficitur litigiosum, quando non petitur, tamquam suum, sed tamquam debitum.*

5 *Officium Iudicis, quando imploratur, videtur quædam actio personalis.*

6 *Beneficio quando quis est prouisus à Papa, & alius non possidet illud, tunc ille petit beneficium tamquam suum, & non tamquam debitum ex solo mandato de prouidendo.*

7 *Si vnus possidet, & qui agit contra illum, habet mandatum de prouidendo, tunc actio est personalis.*

8 *Agens ad aliquam præbendam, vel aliam rem, quam alius tenet, quam dicit suam esse, non autem dicit sibi deberi, tunc lis non dicitur super titulo.*

9 *Gloss. in cap. 2. in verb. finita, vt lit. pend. & Put. declarantur.*

10 *Petens quos simpliciter amoueri à beneficio, tunc collatio est euentualis.*

DECISIO CCII.

FVIT resolutum, Ioanni Antonio non deberi subrogationem gratiosam in iuribus Fabij de-
1 functi, cum † lis non penderet super titulo beneficij prout requiritur ad effectum, vt vigore regulæ debeatur subrogatio, quia cum illa sit desumpta ex vetere, *cap. 2. vt lit. pend. in 6.* ad hoc vt intret disposi-
2 tio † illius textus, requiritur quòd lis sit super titulo beneficij, *vt per gloss. ibidem in verb. finita. Gambara de offic. legat. lib. 3. num. 475. Rot. decis. 342. in recent. cum alijs allegatis in discursu,* & ex mox di-
3 cendis satis apparebit. Quod autem lis † non esset super titulo beneficij, satis apparet, quia Ioannes Antonius impetrauit ob non publicationem, & ex quo Camillus non erat Romanus, & Sanctissimus non fecit collationem, sed dedit executores cum clausula, si ita est, &c. ipsi Io. Antonio conferre, & assignare auctoritate nostra curetis, inducentes eundem in corporalem possessionem, &c. vnde benefi-
4 cium † non fuit effectum litigiosum, cum non peteretur tamquam suum, sed tamquam debitum, & ratio est, quia lis non est super dominio, sed implora-
5 tur quodammodo officium † Iudicis, quod videtur quædam actio personalis; in qua non contrahitur vitium litigiosi. *Innoc. in cap. cum M. Ferrariensis num. 9. vers. sed oppone*, ibi ideo generaliter dicimus, *de constit. Compostellan. num. 20. Io. Andr. nu. 20. 23. 24. Butr. num. 58. vers. per hoc dicit Compostell. num. 35.* qui testatur de communi opinione. *Speculat. in tit. de appellat. § nouissimè num. 16. 17. 18.* ibi generaliter verum est. *Vitalin. in Clem. 2. num. 71. & seq. vt lit. pend.* Bald. in Auth. *litigiosa num. 1. C. de litigios. & in l. 1. nu. 7. C. commu. diuid.* vbi *Castr. num. 8. Sicard. num. 15.* & alios allegat *Ripa in d. cap. cum M. Ferrariensis num. 191. & Ias. cons. 43. num. 9. lib. 1.* qui licet numeris seq. dicant, contrariam sententiam esse æquiorem; tamen ab ista communi, de qua *Imol. vbi supra*, non est recedendum, quam passim Rota secuta fuit, vt in decisionibus allegatis in discursu*.

☞ Neque in contrarium facit, quod prædicti DD.
6 loquantur, quādo quis † est prouisus à Papa, & alius non possidet beneficium, quia tunc necesse est, quòd habeat collationem, & sic quòd petat beneficium tamquam suum, & non tamquam debitum ex solo mandato de prouidendo; quia eadem est ratio, quā-
7 do † alius possidet, & qui agit contra illum habet mandatum de prouidendo, quia semper actio est personalis, & collatio facienda est euentualis, vt benè ad propositum aduertit *Put. dec. 67. in fine, lib. 2. in nou.* & in puncto dicunt *Compostellanus in d. c. cum M. Ferrariensis num. 21. & Speculat. de appellat. § nouissimè num.* 18. vbi quòd si ageretur de ip-
8 sius rei dominio, vt si quis agat † ad aliquam præbendam, vel aliam rem, quam alius tenet, quam quam dicit, suam esse, vel ius habere in illa per collationem canonicam, vel inuestituram, non autem dicit sibi deberi, tunc enim lis dicitur super titulo.
9 Neque contrarium dicunt *gloss.* † *in cap. 2. in verbo finita, vt lit. pend. &* Put. *d. decis. 67. & decis. 485. lib. 2. in nou.* quia tunc demum dicunt, litem esse super titulo beneficij, quando quis petit aliquem ab Ecclesia remoueri, & sibi assignari tamquam ad se spectans; vnde patet quòd loquuntur, quando lis est super titulo beneficij; secus autem dicunt esse,
10 quando petitur † simpliciter, quem amoueri à beneficio; quia tunc collatio est euentualis, vt dicit *Put. d. decis. 27. in fine.*

Et ita, &c.

☞ * *Discursus iste est sub die 15. Ianuarij præsentis anni 1619. coram eodem Coccino, & habetur supra in hoc Tomo decis. 97.*

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Romana Donationis, seu Legitimæ de Carcanis.

Veneris 3 Aprilis 1620.

ARGVMENTVM.

Proximiores quando citantur ad interessendum in contractu mulierum, vigore alicuius Statuti, debet saltem in citatione exprimi, qui contractus veniat celebrandus. Proximiores debent medio iuramento asserere Iudici contractum celebrandum per mulierem ei esse vtilem, & ideo necesse est, vt illi de contractu sint informati. Citatio nimis vaga, & incerta non tenet. alia habes in summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Contractus celebratus à muliere sine interuentu proximiorum est nullus, vigore Statut. Vrb. lib. 1. cap. 151.*

2 *Proximiores, quando citantur ad interessendum, in*

in contractu mulierum, debet in genere exprimi contractus.

3 *Decis. in causa Prænestina bonorum 29. Nouemb. 1618. coram Sacrato declaratur. & num.4.*

5 *Proximior, qui debet interuenire in contractu mulieris, est certiorandus saltem in genere de forma contractus celebrandi.*

6 *Proximiores interuenientes in contractu mulierū, secundum Statut. Vrb. lib.1. cap.151. debent, medio iuramento attestari Iudici, contractum non tendere in præiudicium mulierum. & num.23. & 24.*

7 *Quod iuramentum verisimiliter facere nō possunt, si non sint informati, quid mulier facere intendat.*

8 *Citatio nimis obscura non suffragatur.*

9 *Argui potest à determinatione vnica.*

10 *Legitima non debetur viuente matre.*

11 *Citatio si sit facta sine loco Iudicij, est intelligenda in loco solito, vbi ius redditur, alias si actus fiat aliundè remanet sine citatione. & nu.12. & 13.*

14 *Citatio facta pro vno loco, non suffragatur pro diuerso.*

15 *Citatio nimis vaga, & incerta est nulla.*

16 *Proximiores vt debeant interuenire in contractu mulierum, debet probari non solum, vt sint in loco contractus, sed etiam, quod potuerint commodè interuenire.*

17 *Impeditus, quod quis fuerit, est quid facti, ideo probandum est.*

18 *Statuta non debent reddi elusoria, & aperire viam fraudibus.*

19 *Pro Iudice stat præsumptio, nisi contrarium appareat.*

20 *Titulus exhibitus si sit malus, cessat præsumptus.*

21 *Renunciatio facta ad fauorem agnationis, non suffragatur ei, qui non est de agnatione.*

22 *Iudex quando interponit decretum in contractu mulierum, debet ei inscriptis insinuari causa, secundum Statut. Vrb. lib.1. cap.151. & num.23. & 24.*

25 *Hæredum quorumcumque appellatione veniunt, etiam extranei, & hoc est Iudici arbitrarium.*

DECISIO CCIII.

CÆCILIA Torniella ad fauorem Ludouici fratris fecit quamdam cessionem, seu donationem omnium, & singulorum Iurium, & actionum sibi cōpetentium, & in futurum competiturorum super bonis maternis, & paternis, & totum id quod ex eis, & propterea occasione legitimæ, seu eius supplementi, aut alio quouis titulo nunc, & in futurum quandocumque, & qualitercumque consequi posset, & ad omnem alium bonum finem, & effectū, & omni meliori modo, & quia sic sibi facere placuit, & placet non habito aliquo intuitu, seu respectu ad dotem, sed ex causa meræ, puræ, simplicis, & irreuocabilis inter viuos, nō autem correspectiuæ donationis, &c. Obijt dictus Ludouicus relictis duobus filijs, qui pariter obierunt relicta D. Clementia Masina matre, quæ illis successit ab intestato. Postea vita functa est Constantia mater Cæciliæ instituto hærede Ioanne Antonio ex dicta Cæcilia nepote, ab hoc Ioanne Antonio prædicta D. Clementia petebat legitimam debitam Cæciliæ in bonis maternis asserendo, quod ex quo dicta Cæcilia cesserat hanc legitimam Ludouico pro se, & suis hæredibus quibuscumque, & ipsa tanquam hæres filiorum Ludouici sit hæres mediata dicti Ludouici, deberi sibi hāc legitimam. Contrarium fuit per Dominos resolutum. Primò quia

1 cessio facta per Cæciliam visa fuit esse nulla † ex non interuentu proximiorum, iuxta Statutum Vrbis cap.151. lib.1. qui defectus non fuit suppletus ex citatione facta Marcello Paradiso tamquam proximiori, & inserta in Instrumento renunciationis, quia talis

2 citatio ex duplici capite fuit insufficiēs. Primò † quia in illa non fuit expressum, quod Cæcilia intendebat donare, vel renunciare, talis enim expressio saltem in genere requiritur, *Bald. in l. fin. num.12. C. de neg.*

3 *gest.* Nec in contrarium facit *decisio* † *Prænestina bonorum* 28. *Nouembris* 1618. *coram me*, quia ibi solum dicitur non esse necessarium, quod in citatio-

4 ne inferatur † totus tenor contractus celebrandi, vt voluit *Lamberteng. super Statuto Mediolanensi glos.13. num.4.* sed non exinde sequitur, quod con-

5 sanguineus, qui interuenire debet, non debeat † saltem in genere certiorari de forma contractus celebrandi, *iuxta doctr. Baldi supra alleg.* & suadet ipsa

6 ratio, quia † ex forma dicti Statuti, consanguinei debent, etiam medio iuramento attestari Iudici, contractum non tendere in præiudicium ipsarum mulierum, quam attestationem verisimiliter facere non

7 possent † si per aliquod tempus ante non sunt certiorati, quid intendat facere mulier. Non obstat quod citatio habeat infrascripta verba. *Intimetur D. Marcello qualiter infrascriptus Instans intendit Instrumentum dotis, & donationis celebrare cum Domina Cæcilia sua sorore*; Vnde infertur Marcellum fuisse saltem in genere certioratum, quod contractus celebrandus debebat cōtinere donationem, quia adhuc visum fuit Dominis, quod ista citatio

8 fuerit † nimis obscura, atque inde non debebat suffragari, *iuxt. not. in l. aut qui aliter, §. si quis se denunciauerit in illis verbis, & quod opus facturus sit, neque quidem perfunctoriè, aut obscurè dicere, aut denunciare, ff. quod vi, aut clam.* potuit enim Marcellus intelligere, quod donatio esset facienda ab ipso Ludouico, citante sicuti sine dubio ab ipso erat facienda dotatio, non autem à Cæcilia, ibi Instru-

9 mentum dotis, & donationis, arguendo scilicet ab vnica determinatione, *iuxta not. in l. cum hoc iure, ff. de vulg. & pupill.* & etiam quia renunciatio legitimæ, de qua agitur, non fuit propria donatio cum

10 tempore † contractus viueret mater, qua vita stante nulla debebatur legitima filiæ, *l. si § si impuberi, ff. de collat. bonorum*, sed fuit potius quædam renunciatio Iuri de futuro.

Secundus defectus prædictæ citationis fuit, quia in illa non fuit expressus locus in quo celebrari de-

11 bebat † contractus, sed simpliciter fuit facta citatio coram Primo Collaterali, nullo alio expresso loco, & postea contractus fuit celebratus in domo ipsius Ludouici. Ideoque contractus remansit sine cita-

12 tione † quia citatio, vel erat intelligenda in loco

13 Capitolij, in quo regulariter redditur † ius ab ipso Primo Collaterali, *iuxta not. in l. si locus ff. de Iudic. l. si cum dies, § si arbitr. glos. in cap. fin. verb. vel in-*

14 *determinatè de rescript.* & sic non † suffragatur pro actu gesto in alio loco, *Felin. in cap. consuluit nu.3. de offic. deleg. & in cap.1. num.22. de Iud. Vant. de nullit. tit. de nullit. sent. ex defect. citationis num.73. Rot. decis.655. num.3. par.2. in recent.* vel quatenus

non sit intelligenda pro illo loco, citatio erit fine
15 aliquo loco,& † sic tanquam nimis vaga,& incerta
erit nulla, *l.aut qui aliter, § si quis se denunciauerit, ff.quod vi,aut clam. Rom.cons.369.num.8. Ferrent.cons.95.num.3.lib.1. Boer. decis.235. sub nu.1.*
Rota decis.17.num.1.de re iudic. in nouis, & decis.
151.num 1.&2.diuers.

Non obstat quod præsumatur pro Iudice, atque
inde non sufficiat probare Marcellum consangui-
16 neum † fuisse in Vrbe, sed vlterius sit probandum,
quod ipse commodè interuenire potuerit, *iuxta decis.Guidoboni 103.in manuscript.Incip.In casu Statuti Vrbis, &c. cum alijs alleg.* nam præter quod
posset dici impugnantem contractum satis fundare
suam intentionem, eo ipso quod probat consangui-
neos fuisse in loco contractus, & non fuisse adhibi-
17 tos, † quia quod fuerint impediti, est quid facti,
quod non præsumitur Iuribus vulgatis, & *Alex. Corn.& alij allegati per Guidobonum*, non dicunt,
quod vltra præsentiam, & habilitatem sit probanda,
etiam in carentia impedimenti, & meritò quia cum
18 ista negatiua sit ferè improbabilis, statutum † red-
deretur elusorium,& aperiretur via fraudibus, ces-
sat difficultas in hoc casu, in quo fuit electa via ci-
tandi ipsum proximiorem, & inserendi citationem
in contractu, quæ citatio cum ex sui lectura per su-
19 pradicta appareat inualida, & insufficiens, cessat
omnis alia præsumptio, quæ pro Iudice esset, *Felin. in cap.quoniam sub num.25. vers.quia per talem,& ibidem Dec. num.179. cum plurib.seqq. de probat. Simoncell.de decret.tit.7 inspectione 3.num.26. Menoch.de præsumpt.lib.2.præsumpt.75.num.26.* & vi-
demus in simili,quod vbi alias præsumeretur bonus
20 titulus † si exhibetur malus, cessat præsumptio al-
terius boni tituli, *Egid.cons 10.nu.20. in fin. Crau. cons.134.num.44. vers. pro hoc. Seraphin. decis. 1235. nun. 4.*

Secundò principaliter fuit dictum renũciationem
Cæciliæ non suffragari Clementiæ, quia fuit facta
21 expressis verbis ad agnationem † conseruandam,
cum igitur D.Clementia non sit de agnatione, non
suffragatur sibi talis renunciatio in terminis *Paris. cons.12.num.90.lib.1.& cons.3.num.28 lib.2.Rolan. cons.10.num.83.lib.4. Socein.iun. cons.184. nu.15. lib.2.Honded.cons.29.num.77.& 108.vol.1. Rota decis.4.circa med.vers.quia tunc cessat ratio de pact. in antiq.Surd.decis.152.num.4.*

Non obstat quod vltra conseruationem agnatio-
nis Cæcilia expresserit alia verba, ibi, *& ad omnem alium bonum finem, & effectum, & omni meliori modo*,nam quicquid dicendum esset in maiori,in qui-
bus non sunt necessariæ solemnitates Statuti, in qui-
bus terminis sunt intelligendæ doctrinæ exaduerso
allegatæ, dictum fuit, quod in muliere talis assertio
non poterat suffragari, quia statutum requirit pro
22 forma † expressionem causæ in scriptis, ibi, Causa
in scriptis Iudici expressa, & insinuata, ac plenè co-
gnita,& attestatione, quod non adsit præiudicium
mulieris, cui formæ Statuti non suppletur per dictã
inuolutam expressionem, quia non potest Iudex per
23 illam cognoscere, † nec minus consanguinei atte-
stari, An finis, quæ mulier prætendit, sit verè bonus
finis,& modus melior; Nec etiam satisfit menti sta-
tuentium, quia quãdo exprimitur causa, potest mu-
lier, vel causam habens ab illa quandocumque do-
24 cere de falsitate causæ expressæ,& sic consulere † suæ
indemnitati, quod non eueniret si satis esset expri-
mere in contractu, quod ille celebratur ad omnem
bonum finem, & effectum, & omni meliori mo-
do, &c.

Similiter non obstat, quod istæ renunciationes
fiant correspectiuè ad dotem, nam inprimis, Cæci-
lia in contractu, de quo agitur, declarauit se non
facere contractum habito respectu ad dotem, & do-
nationem. Secundo non implicat, quod renunciatio
fiat intuitu dotis, & nihilominus renunciatio non
excedat Agnatos, quasi quod mulier sit contenta
minori dote, & donatione, dummodo bona renun-
ciata remaneant in familia. Atque ex ijs etiam ces-
25 sat,quod Ludouicus stipulatus fuerit † pro hæredi-
bus quibuscumque, quorum nomine veniunt etiam
extranei ex alleg. quia ista materia, nempe an ve-
niant extranei,vel non, est valdè Iudici arbitraria,
Rota decis.393.par.1. diuers. Ex prædictis autem
Domini arbitrati sunt venire tantum hæredes de
agnatione, &c.

REVERENDISS. COCCINO.

Camerinen. Læsionis.

Lunæ 6. Aprilis 1620.

ARGVMENTVM.

Tutor testamentarius licet releuetur ab onere satisdandi, non tamen exemptus est à confectione inuentarij, quamuis id ei à testatore fuerit remissum. Tutor, qui solemnia non adimpleuit, quamuis ipso iure sit tutor, non tamen potest præiudicare pupillo.

SVMMARIVM.

1 *Tutor, si non confecerit inuentarium, nec dederit cautionem, non potest se ingerere in rebus pupilli.*
2 *Tutor testamentarius releuatur ab onere cauendi.*
3 *Tutor testamentarius tenetur conficere inuentarium, licet à testatore id fuerit ei remissum.*
4 *à Tutore gesta non confecto inuentario valent, licet tamquam suspectus possit remoueri.*
5 *Tutor, qui non adimpleuit solemnia, licet ipso iure sit tutor, non tamen dicitur idoneus.*
6 *Tutor, qui solemnia non adimpleuit, non potest præiudicare pupillo.*
7 *pro Tutore, si quis communiter teneatur, gesta cum illo valent.*

DECISIO CCIV.

POST resolutionem factam 19. Nouemb. 1612. quod subhastatio fuit læsiua contra expeditionem causæ, opponebatur de concordia postea inita inter Sinibaldum de Sinibaldis emptorem, & Ioan. Baptistam assertum tutorem Pupillorum de Margutijs, qui erant Domini Bonorum, quæ fuerunt subhastata; Vnde die 13. Decembris 1618. Dubitaui, An obstaret dicta concordia, & cum opponeretur Io.Baptistam non esse Tutorem, & quatenus probaretur non potuisse facere dictam concordiam, placuit Dominis respondere, quod legitimaretur persona Tutoris. Cum autem diù pars fuerit expectata, & nihil probauerit, supradicta die repropo sui dubium, an obstaret dicta concordia, & Domini negatiuè responderunt; Nam, etsi dictus D. Io. Baptista esset tutor, nihilominus cum non appareat ipsum fecis-

1 fecisse † inuentarium, nec dedisse cautionem, non poterat se ingerere in rebus pupillorum, *l.4. C. de tut. & Curat. quæ satis non debet, l. tutor, qui repertorium, ff. de administrat. tut. Gabr. cons. 36. nu. 27. & seq. lib... & cons. 25. num. 6. lib. 2. Vincent. de Franch. decis. 206. num. 9. & 10. Guttier. de tutel. par. 3. cap. 1. num. 58.*

2 Non obstat quod iste sit Tutor Testamentarius, qui releuatur † ab onere cauendi, *Instit. de satisd. tut. in princ.* quia vltra quod hoc non probatur, si probaretur, quamuis operaretur liberationem à dicta
3 satisdatione, non tamen operaretur † liberationem à confectione Inuentarij, *l. licet hoc à testatore esset remissum, l. fin. §. final. arbit. tutel. Gabr. d. consil. 25. num. 6.*

4 Non obstat quod gesta per Tutorem † non confecto Inuentario valeant, licet tanquam suspectus possit remoueri, *Bart. in l. si tutor, quæ repertorium, num. 7. ff. de administrat. tut. solij cap. in l. Tutores, la 2. num. 7. vers. aut interim administrans. C. eodem tit. Abb. in cap. ex parte il 2. num. 9 vbi etiam Decius num. 22 de Appell. Put. decis. 280. num. 2 lib. 1. in nou.* Nam fuit responsum, quod Tutor, qui non adimpleuit solemnia, licet ipso iure sit tutor, non tamen dici-
5 tur idoneus ad effectum, † vt pupillis possit obesse cum solum possit prodesse, *Bart. in l. legitimos in princ. nu. 11. ff. de legit. tut. Castrens. cons. 355. nu. 4. vers. item dico lib. 1. Soc. Iun. cons. 148. num. 9. lib. 1. Mantic. decis. 119. num. 3.* & propterea in hoc casu cum fuerit resolutum pupillos fuisse læsos, non po-
6 tuit autem † transigendo illis præiudicare, cum non constet quod solemnia adimpleuerit.

7 Minus etiam obstat quod gesta cum illo, qui communiter † reputatur pro Tutore tenetur, *Soccin. sen. cons. 153. num. 3. lib. 2. Chissan. decis. 192. Caputaq. decis. 323. num. 3. cum seq. par. 3. Accoramb. decis. 18. lib. 2. Rota decis. 89. num. 9. par. 2.* quia in hoc casu nihil probatur, licèt tempus sufficiens fuerit concessum. Et ita, &c.

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Tridentina Decimarum.

Lunæ 6. Aprilis 1620.

ARGVMENTVM.

Sigillum Episcopi an probet in præiudicium, & vtrum fides ei adhibeatur sine subscriptione. Solemnitates necessariæ in inuestituris laicorum non sunt necessariæ in illis, quæ fiunt per Clericos.

SVMMARIVM.

1 *Sigillum Episcopi non probat in præiudicium tertij, declara, vt num. 2.*
3 *Sigillum Episcopi sine subscriptione non probat, sed contrarium est verius.*
4 *Subscriptio probat sine sigillo.*
5 *Inuestitura non probatur sine subscriptione testium.*
6 *Solemnitates, quæ requiruntur in inuestituris laicorum, non sunt necessariæ in inuestituris, quæ fiunt per Clericos.*
7 *Scriptura, quæ habet in sui facie omnia requisita ad publicam scripturam, de iure probat absque alia registratione.*

DECISIO CCV.

ROTA stetit in decisis coram me in hac causa, sub die 14. Februarij 1620.* quod scilicet inuestitura Episcopi Tridentini facta de anno 1452. & eius sigillo munita, sit in forma probanti, ex allegatis in prædicta decisione.


1 Non obstat, quod sigillum † Episcopi non probet in præiudicium tertij, quia ad hoc fuit iam responsum in decisione, hoc scilicet esse intelligendum, quando actus principalis tendit in præiudicium
2 tertij, secus si Episcopus disponat † super ijs, quæ principaliter ad se spectant, tunc enim non attenditur præiudicium, quod occasionaliter, & in consequentiam tertio euenire posset, ex allegatis in decisione, quibus additus fuit, *Castren. consil. 13. incip. super primo dubio, nu. 2. par. 1.* in proposito autem casu certum est, quod Episcopus disposuit principaliter de suo interesse, quia non prætendunt DD. Comites de Arco aliud, quam Ius, quod habebat Episcopus concedens; Ideoque intrat dilemma, de quo in decisione, quod aut Episcopus habebat ius super decimis, de quibus agitur, & de illo principaliter disposuit, aut non habebat ius, & nemini præiudicauit.

3 Ad illud, quod sigillum Episcopi † sine subscriptione nullatenus probet, fuit pariter responsum in decisione, nempè contrarium esse de iure verius auctoritate Doctorum, quibus addi potest, *glos. in l. si procuratorem, verb. intelligendum. ff. de procur. & ibid. Castr. num. 5. Hippol. Marsil. in rubr. C. de probat. num. 320 & 323. Bursat. cons. 39. num. 26 Bero. quæst. famil. 48. num. 11.* Et etiam ratione, quippè, quia si esset necessaria subscriptio Episcopi, destrueretur tota materia authenticitatis sigilli, cum
4 aliàs † sola subscriptio probet sine sigillo, ex allegatis in eadem decisione.

Ad illud, quod sit speciale in Inuestitura, vt non
5 probetur sine † subscriptione testium, *cap. 1. in princip. quid sit Inuestit. & in cap. 1. qui testes sint necess.*
6 *ad proban. inuest.* fuit responsum † istas solemnitates non esse necessarias in inuestituris, quæ fiunt per Clericos, *c. 1. circa fin. sub tit. si de inuestit. int. Domin. & Vassal. lis oriat. & not. Schrad. de feud. par. 2. num. 1. in prima fallent.*

Non obstat, quod ista scriptura non reperiatur registrata in libris Cancellariæ Episcopatus Tridentini; nam præter quod nullibi probatur ista negatiua, nec apparet facta aliqua diligentia super dictis registris, de inuenienda hac inuestitura, cessat difficultas,
7 quia scriptura habet in sui facie † omnia requisita ad publicam scripturam, & tunc de iure probat sine alia registratione, *ex trad. per Paris. cons. 104. num. 62. lib. 1. Bald. cons. 464. lib. 4 Couar. pract. quæst. cap. 13 sub num. 3.* & fuit dictum *in Nepesina hæreditatis 17. Nouembris 1600. coram Illustriss. Card. Lancellotto.*

* *Decisio ista in hac eadem causa facta sub die 14. Februarij 1620. est supra in hoc Tomo decis. 170.*



R.P.D.

R. P. D. REMBOLDO.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 4. Maij 1620.

ARGVMENTVM.

Ratio omnis exposcit, & æquitas postulat, vt fideiussor, qui animo gratificandi principali, bona sua obligauit, & pro eo soluit, seruetur ab eodem indemnis, ne dispendium patiatur, vnde præmium meretur. Fideiussor dicitur omni conatu voluisse euitare solutionem, si vsque in carcerem detrusus fuerit, itaque nulla negligentia ipse notari possit.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussionis natura est, vt qui pro alio bona sua obligauit, indemnis seruetur.*
2 *Dispendium non debet quis pati, vnde præmium consequi deberet.*
3 *Iudicis iniustitia fideiussori non debet nocere, & sat est ei principali denunciasse litem. & n.4. & 5.*
6 *Fideiussor soluendo extra casum suæ obligationis, non potest repetere à principali.*
7 *Fideiussor, quando dicatur soluisse in casu suæ obligationis.*
8 *Fideiussor, vt possit repetere soluta per eum pro principali, prius debet opponere suas exceptiones, & omni conatu solutionem euitare.*
9 *Fideiussor benè dicitur soluisse coactè, si vsque in carcerem detrusus fuerit.*
10 *Fideiussor, vt releuetur indemnis à principali, omnis ratio, & æquitas postulat.*
11 *Fiscus solet restituere ea, quæ indebitè exegit.*

DECISIO CCVI.

DOMINI steterunt in decisis die 22. Aprilis præteriti, * quidquid enim dicatur, constat Ioannem Mariam fuisse certioratum de molestijs à Fisco Curtio illatis, & quod nihilominus dictus Ioannes Maria non curauit se repræsentare, vel saltem dictum Curtium defendere, sed imo idemmet Curtius fuit per carcerationem coactus soluere scuta 300. vigore obligationis pro dicto Ioanne Maria ad fauorem dicti fisci factæ. Vnde omnis ratio, & æquitas suadet, quod Curtius à dicto Ioanne Maria, pro quo fidem suam accomodauit, indemnis serue-
1 tur, quoniam † de natura fideiussionis est, vt qui pro alio bona sua obligauit, indemnis seruetur, & dispē-
2 dium non patiatur, † vnde præmium meretur, *vt inquit tex. in cap. peruenit de fideiuss. & fuit pluribus in alia decisione firmatum.*

Non obstant ea, quæ circa iniustitiam molestiarū à fisco Curtio illatarum adducuntur, Tum quia de
3 tali iniustitia satis non constat, & sufficit † Curtio dictas molestias Io Mariæ denunciasse, *l. idem § generaliter, & l. si* Procuratorem, *§. si ignorantes, ff mandati,* tum etiam quia in omnem euentum, quod fiscus non potuisset à dicto Curtio dicta scuta 300. exigere non facta requisitione contra ipsummet Ioan-
4 nem Mariam † principalem, quod se repræsentaret, vt fuit resolutum in *Romana, seu Viterbien. fideiussionis* 15. Martij 1629. *coram R P.D. meo Dunozet.* Nihilominus eo ipso quod de facto fuerunt dicta
5 scuta à Curtio † exacta, potest ea à dicto Io. Maria repetere, *glos. vltim. in l. Papinianus, ff. de public. in rem. act. Bal. in l. si pro ea, nu. 25. & seq. C. mand. Dec. cons. 487. num. 2. Soccin. iun. cons. 122. num. 4. lib 2.*

Nec obstat quod dicitur Curtium soluisse extra
6 casum † suæ obligationis, adeoque dictæ repetitioni locum non esse, *Menoch. cons. 212. num. 48. & seqq. Paris. cons. 171. in fin. lib. 4.* quia imo Curtius soluit eo quod Ioannes Maria non se repræsentauit, & per consequens in casu suæ obligationis, cum ipse pro-
7 miserit in casu quo dictus Ioanne Maria † se non repræsentaret, soluere dicta scuta 300. vt ex lectura dictæ eius promissionis apparet.

Nec dicatur quod saltem Curtius tenebatur suas
8 exceptiones † opponere, & omni conatu dictam solutionem euitare, *Bald. in l. venditor, § solet, ff. de hæred. & act. vend. Abb. cons. 82. num. 11. lib. 1.* quia cum Curtius, vt dictum est, ad euitandam dictam so-
9 lutionem, passus etiam fuerit † se in carcerem detrudi, nulla negligentia notari potest, sed omnis potius culpa Io. Mariæ adscribi debet, quod certioratus de molestijs, & carceratione Curtij se non repræsentauit, neque eundem Curtium curauit defendere.

In quam sententiam eo libentius Domini iuerūt, quod omni rationi, & æquitati conuenit, vt damnum Curtio illatum, potius à Ioāne Maria feratur, quam
10 à Curtio, qui animo † gratificandi Io. Mariæ, eumque à Carceribus liberandi, fidem suam pro ipso accomodauit, cum maximè potuisset idem Io. Maria dicta scuta 300. à fisco repetere, quatenus illa fue-
11 rint indebitè soluta, quia passim solent à † fisco restitui, quando constat ipsum indebitè exegisse, &c.

* *Decisio ista in hac eadem causa facta sub die 22. Aprilis 1619. coram eodem bo. me. Remboldo, est supra in hoc Tomo decisio 206.*

R. P. D. VBALDO.

Sancti Seuerini Dotis.

Lunæ 4. Maij 1620.

ARGVMENTVM.

Vxor habet intentionem fundatam super restitutione dotis in pecunia, quando assignauit marito tot bona æstimata in dotem, idque multò magis procedit stantibus nonnullis coniecturis, de quibus hic. Vxor, si habuerit facultatem à marito in testamento, recipiendi dotem, vbi & quomodo ei placuerit, potest eam prætendere in pecunia. Hæres quando præsumatur sibi satisfecisse de suo credito, quod habebat cum testatore.

SVMMARIVM.

1 *Intentionem fundatam quis dicitur pro se habere, si super eius prætensione adsit instrumentum publicum, obligatione Camerali vallatum.*
2 *Bona dotalia si consignentur marito æstimata, eorum dominium transit, in maritum, ipseq. tenetur ad restitutionem pecuniarum.*
3 *Amplia multò magis, quando est in specie promissa d. restitutio pecuniæ.*
4 *Dos, quando est data æstimata, tunc multò magis est facienda restitutio in pecunia, si d. dos fuerit data ad risicum, & periculum viri.*
5 *Bona dotalia dicuntur data pro fundo dotali, si periculum eorum pertineat ad vxorem.*

6 Ma-

6 *Maritus, si in testamento dederit facultatem vxori recipiendi dotem, vbi, & quomodo ei placuerit, potest eam prætendere in pecunia. & nu.7.*
8 *Mutatio, & correctio incontinenti non præsumitur.*
9 *Verba in dubio præsumuntur stare demonstratiuè, non autem restrictiuè.*
10 *Pecunia etiam dicitur esse de bonis testatoris.*
11 *Vxori, si sit promissio facta restituendi dotem in pecunia, tunc ea non consentiente, non obstat contraria conuentio.*
12 *Confessione propria nulla est maior probatio.*
13 *Hæres præsumitur sibi satisfecisse de suo credito, quod habebat cum defuncto, limita id, si numquam fuerit hæres.*
14 *Actionum confusio cessat, quando inuentarium bonorum hæreditariorum est legitimè confectum.*
15 *Solutio imaginaria, quo ad hæredem creditorem defuncti, quando non præsumatur. & num.16.*

DECISIO CCVII.

CVM Sulpitia dedisset dotem viro suo partim
in pecunia, partim in censibus, & alijs bonis
æstimatis pro summa in totum florenorum 5424.
fuit iam resolutum die 16. Decembris præteriti
restitutionem dotis esse faciendam in pecunia, sed
cum pars Santuccij non acquiesceret decisioni. Ideo
proposui iterum etiam de ordine Dominorum strictè
hoc punctum restitutionis in pecunia, & quoad
summam in pecunia solutam, nulla poterat esse
difficultas, in pecunia etiam esset facienda restitutio,
vt etiam fuit ponderatum in decisione, sed Domini
sti marunt etiam residuum dotis esse restituendum
in pecunia, & in hoc standum in decisis. Ratio
fuit, quia ipsa habet intentionem fundatam
1 in † publico Instrumento iurato, & obligatione Camerali
vallato, in quo præuia æstimatione bonorum
in dotem assignatorum maritus, & socer in solidum
promiserunt restituere dictam summam
florenorum 5424. in casu restitutionis dotis, quo
casu certum est æstimationem facere emptionem, &
2 dominium rerum † transire in maritum, eumque
teneri ad restitutionem pecuniæ, *l. cum dotem, l. si
inter, l. quoties C. de iur. dot. Soccin. consil. 69.
num.15. lib 4. Couarr. pract. quæst. cap.28. num.1.
vers. secundo apparet. Paris. consil. 81. num. 10.
lib.3. Natt. cons.650. num.2. lib. 4. Roland. cons.
92. num.9. lib.2. cum alijs per Honded. consil. 14.
num.43. & seqq. & consil.41 num.4. & seqq. lib.1.
& per Modern. de vsufr. cap. 4. num.7. & seqq.* &
pluries secuta est *Rota, vt in causa Interamnen.
feudi dotalis 20. February coram bon. mem. Cardinali
Platto, Romana repetitionis dotis 3. Decembris
1599. coram Cardinali Seraphino; quæ est decisio
1352. num.1. & seqq. in impress. in Maceraten.
Retractus 4. Iunij 1612. coram me, vbi aliæ
decisiones referuntur, & sæpe alias,* & tantò magis
3 quando est promissa restitutio † pecuniæ, vt hic,
*Bald. in d. l. quoties circa fin. C. decim. dot. Soccin.
cons.56. num.6. vers. sextus casus lib.1. Natt. dicto
consil.650. num.4. cum alijs per Card. Mantic. de
tacit. & ambig. lib.12. tit.28. num. 4.* vbi quod hic
casus nullam recipit dubitationem, quod etiam
suadetur ex eo, quod dicta bona fuerunt data ad ri-
4 sicum, & periculum † viri, quod signum est illa
transijsse in dominium viri, *Seraph. decis. 1486.
num.3.* non autem fuisset data pro fundo dotali, cu-
5 ius alias † periculum pertinuisset ad vxorem, *gloss.
& Salicet. in dicta l. si inter virum C. de iur. dot.
Couarr. dicto cap.28. num. 3. Honded. dicto consil.41. num.31.*
Et accedit testamentum mariti, in quo dat fa-
6 cultatem vxori † recipiendi dotem, *doue, in che, è
come à lei parerà, e piacerà,* vt fuit etiam ponderatum
in prima decisione 23. Martij 1618. sic videtur
esse in mulieris electione vtrũ dotem recipere velit
7 in pecunia, quam † in bonis, *vt est tex. clar. in l. Plerumque
vers. l. res in dotem, ff. de iur. dot* & de illis
verbis videlicet, & placebit, ponit *Surd. post relatos
cons. 38 num.41. lib. 3.*
Nec obstare videbantur sequentia verba testamẽti,
in quibus idem testator mandat vxorem reintegrari
in alijs suis bonis, quia placuerunt rationes
datæ per Informantes, vel quod intelligantur vxore
volente sibi satisfieri in bonis, ne aliter dicatur
testatorem, statim voluisse corrigere, & mutare
priorem voluntatem, in qua id remisit arbitrio
8 vxoris, quæ † mutatio, & correctio incontinenti
non præsumitur, *l. Non ad ea, ff. de condit. & dem.*
& in his terminis *Honded. dicto consil. 41. num. 25.
lib.1.* vel quod bona intelliguntur stare demonstra-
9 tiuè, non † autem restrictiuè, prout in dubio ita
præsumitur, *Aymon consil. 301. num. 5. Rota decis.
442. num.3. par 1. diuers. cum alijs, de quibus in
Romana de Surdis 11. Maij 1618. coram me,* & sic
sint demonstrata bona, ex quibus pecunia rediga-
10 tur, † quæ & ipsa dicitur de bonis Testatoris, *Rota
decis.203. num.6. par.1. in recent.* & fuit dictum
in decisione, de qua agitur in fin.
Non obstat secundum Instrumentum dotale de
anno 1607. in quo maritus promisit quidem restituere
Sulpitiæ, nomine dotis, florenos 5550. sed
postea se obligauit in forma Cameræ pro ijs restituen.
in eisdem bonus, creditis, pecunijs, & censi-
11 bus; quia cum ex † primo Instrumento ius esset
quæsitum mulieri ex promissione de restituen. in
pecunia, non potuit ei ex secundo Instrumento, ea
absente facto vllo modo præiudicari. *Honded. cons.
14. num.54. lib.1.*
Quoad ea, quæ dicebantur, quod Sulpitia videatur
potius fuisse hæres in proprietate, & grauata per
fideicommissum, quam vsufructuaria, benè Dominis
videbantur sublata in decisione, in qua aliæ decisiones
allegantur, & difficultatem tollere videbantur
verba testamenti, dum testator sæpè vocauit
vxorem vsufructuariam, & instituit hæredem Santuccium,
ei prohibendo ne inferat molestiam Sulpitiæ,
& pro soluendo ære alieno, & relictis dat amplam
facultatem alienandi in hæc verba, *che Sulpitia
insieme con li sudetti heredi, & fideicommissarij
habbiano ampla authorità di farlo,* & sic vocauit
eos hæredes, & fideicommissarios, etiam viuente
Sulpitia, & accedit confessio ipsius Santuccij, dum
post transitum Sulpitiæ ad secundas nuptias, petijt
se remitti in possessionem bonorum, allegans esse
completum vsufructum, & cum ipsa proprietate
consolidatum, & se esse descriptum hæredem pro-
12 prietarium in testamento, qua confessione † nulla
melior probatio, *l. cum te C. de transact. cũ vulgar.*
& sic cessat etiam, quod Sulpitia adeundo hæreditatem

13 tatem † præsumatur sibi satisfecisse de sua dote; Quia si numquam fuit hæres, cessat præsumptio satisfactionis, & tantò magis cum fuerit firmatum
14 eum † confecisse inuentarium, ex quo cessat actionum confusio, vt in decisione.

Non obstant, quæ dicuntur de imaginaria solu-
15 tione, Quia † placuit responsio ea procedere ad fauorem hæredis, & ne ipse damnum, & præiudicium sentiat, *Bart. in l. Stichum, §. Aditio num. 2. ff. de solut. Castr. in l. vranius num. 2. ff de fideiuss. & cons. 120. num. 3. par. 2. Barbos. in l. quæ dotis nu. 6. ff. de solut. matrim.* & ita procedunt decisiones relatæ *in illa Bonon. de Guidalottis 16. Ianuarij 1612. coram bo. me.* Penia, hoc autem esset in damnum, & præiudicium Sulpitiæ, si censetur etiam sibi soluis-
16 se in † corporibus, & non posset sibi satisfacere in pecunia iuxta obligationem ad eius fauorē factam.

Ex quibus fuit, vt supra, resolutum, esse standum in vltimo loco decisis, quoad hoc, vt dictum residuū dotis sit Sulpitiæ restituen. in pecunia, nisi tamen præiudicauerit retinendo bona hæreditaria pro sua dote, de quo Domini voluerūt particulariter videre.

Et ita decisum, &c.

** Decisio ista in eadem causa extensa sub die 16. Decembris 1619. coram eodem bo. me Vbaldo, est supra in hoc Tomo decisio 159. & vide pariter supra ad decisiones 14 & 56. vbi annotaui alias decisiones in hac eadem causa factas.*

REVERENDISS. MANZANEDO.

Patriarcha Hierosolymitano.

Bononien. de Lambertinis.

Lunæ 4. Maij 1620.

ARGVMENTVM.

Dos, in casu restitutionis, in quo valore monetæ, scilicet, an de tempore constitutionis, vel solutionis, sit facienda, discutitur in præsenti decisione; tractatur enim hic de concordia inita inter hæredes mariti, & viduam de non restituendo dotem, nisi intra quoddam temporis longum internallum, an tunc attenditur tempus valoris monetæ de tempore solutionis, nec ne,

SVMMARIVM.

1 *Dos, quando inter partes appareat, voluisse, vt in casu restitutionis attenderetur valor pecuniæ currentis tempore solutionis.*

2 *Dictio, tunc, denotat extremitatem temporis.*

3 *Obseruantia plurimum attenditur in quo valore sit facienda solutio.*

4 *Instrumentum posterius debet regulari secundum primum, si ad illud habeat relationem.*

5 *Decisio in causa Asculana Dotis 7. Aprilis 1616. coram Marcomont. in quibus terminis loquatur.*

6 *Instrumentum confectum inter diuersas personas, non potest deseruire pro declaratione alterius instrumenti ab alijs confecti.*

7 *ab Instrumento primo, per secundum partes censentur recessisse, si contrarium in secundo disponant.*

8 *Pacta nouissima derogant prioribus.*

9 *in Instrumento si partes aliquid voluissent, id exprimere sciuissent.*

10 *Voluntas partium, & obseruantia, semper solet attendi in materia solutionis, quo ad valorem monetæ.*

DECISIO CCVIII.

PROPOSITO dubio, An dotes Franciscæ, & Lucretiæ, ac illarum fructus sint restituendi in scutis in auro, vel in illorum valore currenti. Domini responderunt, quoad dotem Lucretiæ, & fructus attendendum esse valorem hodiernum. Quo verò ad dotem Franciscæ, & fructus attendendum esse valorem taxatum per ipsam in suis libris.

Et quoad primam partem resolutionis mouebantur, quia mortuo Cornelio marito Lucretiæ, & sic facto loco restitutioni dotis, fuit de anno 1603. inita transactio inter D. Lucretiam, & Cæsarem hæredem prædicti Cornelij, in qua Lucretia concessit dicto Cæsari dilationem decem annorum ad restituen. dotem, & è contra Cæsar promisit soluere Lucretiæ scuta 490. auri in auro singulis annis, aut illorum valorem pro tempore solutionis, & finita dilatione promisit soluere scuta 7000. auri in auro dotis, vel illorum tunc valorem, ex quo pacto clarè apparet,
1 tam circa sortem, quàm circa † fructus partes voluisse attendere valorem currentem de tempore solutionis faciendæ. Ponderando præsertim dictionem illam (tunc) denotantem extremitatem temporis
2 † quo facienda est solutio, *l 4. in fin. ff. de condit. & demonstr. Menoch. cons. 208. num. 51. Honded. cons. 58. num. 76. lib. 1. Surd. decis. 207.*

Tantò magis, quia iuxta dictam conuentionem fuerunt postea subsequutæ solutiones fructuum, & sic
3 adest etiam obseruantia, quæ † plurimum in hac materia attendi solet, vt in terminis notat *Gabr. consil. 164. num. 7 lib. 1. Rota decis. 54. in fin. par. 2. in rec.*

Nec obstat, quod ex Instrumento anni 1589. appareat dicta scuta 7000. auri dotis fuisse promissa in tot libris Bonon. & in dictis libris fuisse soluta marito Lucretiæ, & consequenter in eisdem libris sit facienda restitutio, & quod prædicta transactio sit
4 intelligenda iuxta dictum † Instrumentum, & ab illo regulari debeat, cum habeat relationem ad dotem, de qua in eo, vt fuit dictum in vna *Asculana dotis 7 Aprilis 1616. coram Reuerendiss.* Lugdunen.
5 Fuit enim responsum in casu dictæ † decisionis Capitula, & Instrumenta in illorum exequutionem celebrata, fuisse facta inter easdem partes, in casu autem nostro Lucretiam non interuenisse in dicto Instrumento anni 1589. sed illud fuisse confectum, ipsa absente, inter Comitem Alexandrum illius fratrem, & Cornelium maritum, & propterea esse attendendum pactum vltimo loco initum in transactione cum dicta Lucretia, & eius verba, non autem dictum In-
6 strumentum, nec illius pacta, nec verba, quia tamquam confectum inter diuersas personas non potest deseruire pro declaratione transactionis, nec pacta ibi apposita censentur in illa repetita, *glos. in l. repeten. ff. de leg. 3. Ias. in l. Titia num. 4. vers. tamen ad. d. l. & num. 5. vers. quarto limita. Mandell. cons. 178. num. 10. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 3. num. 21.*

Vltra quod in omnem euentum admisso, quod Lucretia interuenisset in d. Instrumento, tamen per conuentionem vltimo loco appositam in transactio-
7 ne diuerso modo, quam continebatur † in Instrumēto, censetur à prima conuentione recessisse, etiam quod

quod dictum instrumentum in transactione enunciarit quia pacta nouissima † derogant prioribus *l. pacta nouissima C. de pact. & ibi Doct. & præsertim Dec. num. 2 l. si vnus. §. pactus ne peterit. ff. de pact. Cephal. cons. 471. num. 7.* si enim primæ conuentionis partes stare voluissent † id transactione clarius expressissent, sicuti exprsserunt in instrumento.

8

9

Quo vero ad secundam partem resolutionis mouebantur ex eo, quod cum dicta Francisca post mortem Comitis Cæsaris sui mariti super libris proprijs descripserit se creditricem in libris Bonon. 35700 & ad eãdem rationem fructus singulis annis exegisset solutio ad rationem earumdem librarum videtur facienda; cum ipsamet dictam taxationem non solum fecerit, sed etiam obseruauerit, † & in hac materia semper soleat attendi voluntas partium, & obseruãtia subsequuta ex Gabr. & Rota vbi supra.

10

Et ita resolutum &c.

In hac eadem causa habes supra in hoc Tomo duas decisiones scilicet sub diebus 19. Aprilis 1619. & 11. Martii 1620. sunt in ordine decisiones 105. & 187.

REVERENDISS. DVNOZETTO ARCHIEPISCOPO SELEVCIEN.

Romana Canonum.

Lunæ 11. Maij 1620.

ARGVMENTVM.

Substitutio reciproca inter vocatos benè dicitur introducta tribus concurrentibus. Primo quod omnes sint à testatore honorati. Secundo quod substitutio sit facta vltimo morienti. Tertio quod sit facta in tota hæreditate. Substitutio reciproca, quando possit habere locum per coniecturas.

SVMMARIVM.

1 *Hæres conditionalis adit hæreditatem purificata conditione.*
2 *Mors alicuius probatur ex libro Mortuorum Ciuitatis.*
3 *Filius legitimus, & naturalis alicuius an aliquis sit, probari potest ex fide baptismatis.*
4 *Testes quando probent filiationem legitimam, & naturalem.*
5 *Substitutio si sit facta per nomen collectiuum plurium personarum, hoc casu inter vocatos censetur inducta reciproca.*
6 *Substitutio reciproca, vt inter vocatos inducatur, tria sunt necessaria.*
7 *de Substitutione reciproca, quando non possit dubitari.*
8 *sine Filijs quod quis obierit, quando verificetur.*
9 *inter Vocatos ex quibus dicatur, substitutionem esse factam vltimo morienti.*
10 *Et ad hoc non requiruntur verba expressa, sed æquipollentia.*
11 *Testator quoties non exprimit à quo velit hæreditatem restitui, intelligitur onus impositum vltimo morienti. amplia num 12.*
13 *inter Substitutos quando semper intelligatur adesse reciprocam.*
14 *Substitutio inter vocatos, quando dicatur facta in tota hæreditate.*
15 *Verbum hæreditas simpliciter prolatum, licet non importet totam hæreditatem.*
16 *Fallit tamen si cõstet de cõtraria mente testatoris.*
17 *Dimidiæ duæ constituunt totum.*
18 *Totum id, quod dicit, nihil excludit.*
19 *Integrum secundum Grammaticos idem sonat, quam totum.*
20 *Probibitio expressa alienationis, vt bona deueniant in omnes vocatos, est sufficiens ad inducendam reciprocam, & num. 21.*
22 *Hæreditatem totam, quis non poterit restituere, nisi eam habuerit in totum.*
23 *ad Substitutionem reciprocam inducendam ex tacita mente testatoris, sufficiunt coniecturæ per necesse id concludentes.*
24 *Consequens, qui voluit, censetur pariter voluisse antecedens.*
25 *Hæres grauatus, quandiu viuit, facit fructus suos, nec illos vocatis ad fideicommissum restituere tenetur.*

DECISIO CCIX.

POSTQVAM in hac causa decisum fuit* Canones esse debitos hæredibus D. Annæ eius exhibito testamento dubitaui. Vtrum D. Antonij Francisci Soderini hæredis legitimata esset persona, quo dubio proposito Domini affirmatiuè responderunt.

Et quo ad medietatem hæreditatis D. Annæ visũ fuit inspectis verbis testamẽti sine vlla penitus difficultate eam pertinere ad D. Antonium Franciscũ. quia testatrix in omnibus bonis suis postquam vocauit Alexandrum patrem d. Antonij Francisci in semisse, ipso moriente cum filijs masculis legitimis & naturalibus expresse substituit maiorẽ natu qualis est D. Antonius Franciscus, † qui purificata conditione hæreditatem sibi delatam adiuit *l. fin. §. 1. ff. de vulg. cum simil.*

1

Quod autem Alexander iam pridem obierit probatur ex partita extracta formiter à libro Mortuorũ Ciuitatis Florentiæ, de qua in Summ. num. 3. quæ † probatio satis superque ad hunc effectum sufficit *Rebuff. de regisir. Baptism. art. fin. vers. & sic patet tom. 3. constit. cum deductis in vna Romana palatij 5. Aprilis 1604. coram bo. me. Card. Pamphilio,* prout etiam iustificatur Antonium Franciscum esse filiũ primogenitum legitimum, & naturalem dicti Alexandri † non solum ex fide baptismatis, sed etiam ex testibus hic in Curia formiter examinatis, qui optimè probant filiationem legitimam, & naturalem, † cum omnibus requisitis, & qualitatibus, de quibus per *Bart. in l. filium nu. 1. ff de his qui sunt sui vel alien. iur. Dec. in c. per tuas. num. 8. & 40.* dum probat *glos. in cap. transmissæ in verb. indicijs, & ibi Abb. num. 10 qui fil. sint legit.*

2

3

4

Respectu verò alterius medietatis esse etiam legitimatam personam Domini censuerunt, existimarũt enim inter duos primogenitos re & verbis coniunctos inductum fuisse reciprocum fideicommissum, grauatumq. vltimum morientem superuiuenti hæreditatem restituere, substitutio enim reperitur facta † per nomen collectiuum plurium graduum & personarum, quo casu inter vocatos censetur inducta reciproca, *Ancbar. cons. 27. col. 2.* quem citat & sequitur *Tiraqu. in l. boues. §. hoc sermone licuit 12. nu. 5. ff de verb. signif. cum allegat. per Surd. cons. 336. num. 11. Ladercb. cons. 80. num. 4.* præcipuè cum

5

in hac facti specie concurrant tria illa requisita ad
inducendam tacitam, & expressam reciprocam fi-
6 deicommissariam substitutionem. † Primum, quod
omnes illi sint à testatore honorati, inter quos præ-
tenditur facta reciproca substitutio. Secundum
quod substitutio facta sit vltimo morienti. Tertium
quod sit facta in tota hæreditate, quibus tribus simul
7 stantibus communis Doct. opinio † est non posse de
reciproca dubitari *in l. Titia seio. §. seia libertis per
illum tex. ff. de leg. 2. & in l. hæredes mei. §. cum
item. ff. ad trebell.* cum cumulatis per *Mant. de con-
iect. vlt. vol. lib. 7. num. 11. Menoch. cons. 85. num. 41.
& seq. Surd. cons. 329. num. 6. lib. 3. Seraph. decis.
339. num 3. & in vna Bononien. de Poetis* 10. *Maij*
1617. *coram* R.P.D. *meo Vbaldo*.

Quoad primum requisitum de eo satis constat ex
verbis claris testamenti, nam post institutos hæredes
Io. Victorium & Alexandrum vnumquemq; pro di-
midia, & factam inter eos reciprocam substitutio-
nem in casum quod dicti primi instituti cum filijs le-
gitimis & naturalibus decederent, qui casus euenit,
dictis vel dicto sic morienti in dicta parte hæredes
substituit, & instituit hæredem maiorem natu ma-
sculum cuiuslibet dictorum suorum nepotum, & di-
cti primogeniti, seu primogenitorum, filium, seu fi-
lios respectiuè, ex quibus testamenti verbis ita cõ-
ceptis apparet, non solum post mortem psimorum
hæredum Petrum Thomam filium Io. Victorij, &
Antonium Franciscum filium Alexandri fuisse per fi-
deicommissariam vocatos cum qualitate primoge-
nituræ, sed eorum etiam filios, & cum inter istos
duos substitutos prætẽdatur facta reciproca per ne-
cesse constat adesse primum requisitum ad effectum
inducendæ reciprocæ substitutionis, cum etiam in
facto iustificetur mors Petri Thomæ primogeniti,
vt in Summ. num. 4. Et quod decesserit sine filijs fa-
8 tis † ex eo probatur, quod non constat ipsum aliquos
habuisse filios, vt per *Bart. & alios in l. ex facto. §. si
quis autem, & ibi Rip. num. 9. ff. ad Trebell.* cum
multis cumulatis per *Surd. cons. 92. nu. 16.* vbi de
veriori, & magis communi testatur *lib. 1. Seraph.
decis. 1468. num. 3. fuit dictum in vna Ferrarien.
bonorum* 1617. *coram R.P.D. meo Pamphilio*.

Quod etiam adsit secundum requisitum satis col-
9 ligitur ex eisdem verbis superius descriptis † testa-
menti, & præcipuè ex illis (dictis, vel dicto morien-
ti substituit,) & in vltima particula testamenti dum
post mortem institutorum, vel substitutorum sine fi-
lijs, aut descendentibus vocat loca pia, expresse hęc
verba habentur. Vltimo ex eis sic decedenti substi-
tuit Argentinam, donec vixerit solum, & postea Ho-
spitalia, quæ verba referuntur ad proximè præceden-
tia in quibus facit mentionem de descendentibus &
posteris primogenitorum vocatis.

Ex quo verborum tenore satis apparet factam
10 fuisse substitutionem expresse vltimo morienti, † vl-
tra quod nec esset necesse eam verbis expressis fieri,
sed per æquiualens, *Soccin. iun. cons. 110. n. 35. lib. 3.*
11 quoties enim testator non exprimit † à quo velit
hæreditatem restitui, intelligitur onus impositum
vltimo morienti, *Bart. in l. qui duos in fin. & ibi
Castr. & alij. ff. de vulg. Alex. et Ias.* quos refert
& sequitur *Decian. cons. 244. num. 73. lib. 3.* cum
allegatis *in dicta Bononien. de Poetis*. Quod eo ma-
gis est dicendum in hac facti specie, in qua post mor-
12 tem † nepotum eorumq. descendentium masculo-
rum substituta sunt loca pia in tota hæreditate, quæ
verisimiliter testatrix noluit præterre dilectissimis
nepotibus, eorumq. filijs descendentibus, de quibus
toties mentionem fecit, vnde etiam si non facta esset
13 expresse morienti semper intelligitur † inter substi-
tutos adesse reciprocam *Paris. cons. 43. nu. 23. vol. 2.
cum alleg. per Mant. d. tit. 5. num. 14* præcipue cum
concurrant omnia requisita, vt latissime explicat
Surd. cons. 309. num. 17. lib. 3. cum deductis in vna
Bononien. de Poetis, vbi respondetur decisioni *Ra-
uennaten. fideicommissi coram Orano* 1596. alijsq;
iuribus, quæ in contrarium solent adduci.

Quod ad tertium requisitũ attinet, visum fuit ex
14 tenore totius testamenti contra substitutionem † fa-
ctam fuisse in tota hæreditate, ponderando initium,
medium, & finem testamenti; in principio enim dum
DD. Io. Victorium, & Alexandrum ad hæreditatem
vocat, his verbis vtitur, in omnibus autem alijs bo-
nis suis iuribus, & actionibus præsentibus, & futu-
ris sibi eos hæredes vniuersales, instituit sub quibus
verbis totam hæreditatem comprehendi nemo sanæ
mentis reuocare potest in dubium: Deinde eumdem
tenorem sequens ijsdem primis institutis morienti-
bus ad eadem bona substituit ipsorum primogenitos,
primogenitorumque filios, & deinde prouidens pro
nepotibus, & cæteris vocatis in minori ætate con-
stitutis, bis de sua hæreditate indefinitè mentionem
fecit, & postmodum omnibus sine filijs masculis le-
gitimis descendentibus substituit in dicta hæreditate
prò dimidia Hospitale S. Mariæ Nouæ, pro altera
dimidia Hospitale S. Bonifacij de Florentia, argu-
mentando igitur à prima parte testamenti, in qua
mentionem totius hæreditatis fecit ad vltimam in
qua indefinitè locuta est, dicendum est testatricem
intellexisse de tota hæreditate licet forsan hoc ver-
15 bum, hæreditas, † simpliciter prolatum non impor-
taret totam hæreditatem ex deductis per *Gabr. de
substit. conclus. 1. num. 3.* nihilominus quando aliũ-
16 de appareret † de voluntate testatricis, contrarium
est dicendum, vt per *Gabriel. ibidem num. 10.* quod
clariùs inde deducitur dum testatrix substituit duo
17 loca pia pro dimidia, † nam duæ dimidię constituunt
totam hæreditatem, *Castr. cons. 280. col. 1. lib. 2.* cum
multis cumulatis per *Menoch. præsumpt. 72. num. 5.
lib. 4. Rota apud Seraph. decis. 934. num. 16. & in d.
Bononien. de Poetis coram* R.P.D. *meo Vbaldo*, in qua
idem in terminis deciditur.

Et si quæ esset dubitatio ea facile tollitur ex se-
quentibus testamenti verbis, ex quibus demõstratur
testatricem per necesse disposuisse inter substitutos
de integra hæreditate, nam ipsa dum expresse prohi-
bet hæredibus institutis, & substitutis alienationem,
& pignorationem bonorum suæ hæreditatis ratio-
nem subdit, quia voluit omnia sua bona deuenire,
& perpetuo permanere in omnes vocatos, & sub-
18 stitutos de gradu in gradum, † ex quo sequitur dum
de omnibus bonis mentionem facit intellexisse totã
hæreditatem restitui deberi substitutis *Zanch. in
l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad trrbell. Menoch. præ-
sumpt. 785. bum. 5.* Quod eo euidentius apparet ex
ex subsequentibus verbis, dum in certum conuentio-
nis casum vult integrã hæreditatem deuolui ad Ca-
pitulum S. Petri de Vrbe, dum ergo dixit integram,
19 idem est ac si dixisset totam, secundum † etiam regu-
las Grãmaticæ, *Gabr. cõclus. 5. & 6. tit. ad trebell. Cra-
uett. in §. trebellianica q. 8. n. 4. & 5.* & patet ad sensũ.

Et

Et licet concurrentibus iſtis tribus requiſitis non
ſit recurrendum ad alias coniecturas (prout vere cõ-
currunt) nihilominus ſi aliquæ etiam deficerent, tot
tantæq. deducũtur ex ipſiſ net verbis teſtamenti præ-
ſumptiones, vel potius probationes, vt etiam poſſit
dici inductam fuiſſe reciprocam inter ipſos deſcen-
dentes toties expreſſe vocatos, nam adeſt prohibi-
20 tio expreſſa alienationis ad hoc, †vt bona deueniãt
in omnes inſtitutos, & ſubſtitutos de gradu, in gra-
dum de tempore in tempus adiectis pœnis priuatio-
nis, quæ coniectura videtur ſufficere *ex trad. per I-
mol. in l. codicillus. §. inſtituto. num. 5. ff. de leg. 2.
Alexan. in l. filiusfamilias, de leg. 1. cum alleg. per
Mant. n. 17.* Conſiderata etiam fuit veriſimilis mens
21 teſtatricis, quæ voluiſſe præſumitur †præferre maſcu-
los prædictos fœminis, & locis pijs, aliàs deterioris
eſſent conditionis quàm fœminæ, & loca pia contra
regulam ſi vinco vincentem te, *Aym. conſ. 17. n. 8.
Mantic. ibid. tit. 6. num. 11. & fuit dictum in dicta
Bononien. de Poetis:* Quinimò aliàs ſubſtitutioni lo-
corum piorum locus eſſe non poſſet, niſi omnes ſub-
ſtituti per fideicommiſſum vocati cenſerentur cum
vltimus moriens non poſſit reſtituere integram hæ-
22 reditatem †niſi prius ad eum peruenerit, vnde in
conſequentiam grauaminis iniuncti hoc caſu fidei-
commiſſaria ſubſtitutio reſultat, vt *in d. l. Titiæ Seio,
§. Seia libertis. ff. de leg. 2. & ibi Bart. Alber. & alij
ſcribentes, & præcipuè Caſtr. cum multis cumulat.
per Peregr. art. 13. de fideicom. num. 14. & fuit in
terminis deciſum in vna Romana fideicommiſſi de
23 Surdis 11. Maij 1618.* intratq regula, quam † om-
nes Doctores admittunt, coniecturas tunc demum
ad inducendam reciprocam ex tacita mente teſta-
tricis admitti, quando per neceſſe concludunt *l. Lu-
cius. §. tres hæredes, verſ. non proponi rogatum. ff. ad
trebell.* dum enim voluit teſtatrix conſequens, intel-
24 lligitur † voluiſſe omne neceſſarium antecedens,
*l. denique. §. interdum. ff. de pecul. cum adduct. per
Odd. d. compend. par. 5. art. 5.*

Verum quoniam d. D. Antonius Franciſcus non
poteſt prætendi ſibi deberi dd canones niſi à die obi-
tus Petri Thomæ, per eius mortem factus fuit locus
reciprocæ ſubſtitutioni ad eius fauorem purificatæ,
ideo Domini firmarunt (licet ſuper hoc non fuerit
informatum) ipſum non poſſe agere ad integros ca-
nones pro medietate niſi à die obitus dicti Petri
25 Thomæ, cum regulariter † hæres grauatus quam-
diu viuit, faciat fructus ſuos, nec illos vocatis ad fi-
deicommiſſum reſtituere teneatur *l. in fideicommiſ-
ſaria, l. ita tamen. §. ex aſſe. ff. ad trebell. cum ſimil.*
Et ita deciſum &c.

☞ *Videlicet ſub die 25. Maij 1618. eſt ſupra in hoc
Tomo deciſ. 29. Necnon infra in eadem cauſa ha-
bentur duæ aliæ deciſiones coram bo. me. Vbald. ſen.
ſub diebus 15. Aprilis 1622. & 20. Martij 1623.*

R. P. D. V B A L D O.

Romana Prælationis vineæ.

Lunæ 11. Maij 1620.

A R G V M E N T V M.

Attentata ceſſant, quando non adeſt lis. Poſſidens an-
te litem motam, poteſt citra vitium attentatorum,
continuare ſuam poſſeſſionem. Poſſeſſio, quando
non poſſit capi abſque vitio attentatorum.

S V M M A R I V M.

1 *Attentata non cadunt ſuper illis rebus, quæ non fuerunt in lite.*
2 *Clauſula conſtituti, transfert quamlibet poſſeſſionẽ.*
3 *Poſſidens ante litem motam, poteſt citra vitium attentatorũ continuare ſuam poſſeſſionem, & n. 6.*
4 *Poſſeſſio capi non poteſt citra vitium attentatorum pendẽte termino appellationis in cauſa appellabili.*
5 *Poſſeſſio capta pendente lite, eſt attentata.*
7 *Poſſeſſione ſua, quis priuari non poteſt, abſque citatione.*

D E C I S I O C C X.

☞ DISPVTATO dubio die 8. Martij præteriti, An conſtaret de attentatis, Domini manda-
runt apponi ſequeſtrum ſuper vinea, de qua agitur,
ſed cum Carcaraſius prætenderet partem vineæ non
1 fuiſſe vnquam ſub lite, †& proinde ſuper eius poſſeſ-
ſione non cadere attentatum, obtinuit dubitari ſu-
per qua parte vineæ eſſet apponendum ſequeſtrum,
& Domini cenſuerunt eſſe apponendum ſuper me-
dietate tantùm; poſſeſſio enim totius vineæ fuit pri-
mum per Flaminium ex cauſa venditionis translata
in Fuccium cum clauſula conſtituti die 4. Auguſti
2 per quam † certum eſt transferri quamlibet poſſeſ-
ſionem ad *l. quod meo. ff. de acq. poſſ.* & fuit ſæpiſſi-
mè reſolutum, & ſignanter in illa *Romana de Inco-
ronatis coram me,* deinde per Fuccium communica-
ta Carcaraſio etiam cum clauſula cõſtituti, qui eiuſ-
dem vineæ pro medietate poſſeſſionem adeptus eſt,
& locauit domunculam in vinea incorporatam cum
anticipata ſolutione mercedis ſcutorũ octo, & ideo
3 cum poſſideret ante litem motam, † potuit citra vi-
tium attentatorum continuare ſuam poſſeſſionem,
*gloſ. in cap. non ſolum de appell. in 6. & in Clem. 2. vt
lit. pend. Rot. deciſ. 10. de appell. in antiq. & deciſ. 43.
eodem tit. in nou. Menoch. de recuperan. rem. 17. nu-
mer. 49. & ſeq. Seraphin. deciſ. 432. nu. 4. Rota deciſ.
637. num. 3. par. 1. in recent. Lancell. de attent. cap. 4.
limit. 1. num. 1. & ſeqq.*

Pro altera verò parte videbatur non poſſe euitari
attentatum, quatenus Carcaraſius reportauit ſentẽ-
tiam ſuper prælatione in petitorio, à qua cum dare-
4 tur † appellatio, non potuit citra vitium attentatorũ
capi poſſeſſio alterius medietatis *cap. non ſolum de
appell. in 6.*

5 Rurſus credebant Domini, fuiſſe † attentatum ex
parte Flaminij, qui cœpit poſſeſſionem totius vineæ
pendente lite in Rota, & poſt inhibitiones Rotales
tàm de anno 1616. contra Olympiam, & Flaminiũ;
quàm de anno 1619. contra eundem Flaminium
emanatas; quibus addebãtur alia attentata poſt poſ-
ſeſſionem captam cum 2. Ianuarij præteriti Flami-
nius locauerit petiam dictæ vineæ, & hortum, & die
6. eiuſdem menſis liberauerit vti poſſeſſor vineæ, aliũ
conductorem, vt in ſummario Carcaraſij num. 10.

Nec obſtare viſum fuit, quod Carcaraſius obti-
nuerit committi in Rota cauſam iactationum ſuper
dicta vinea, quia quicquid ſit, An ex dicta commiſ-
ſione tota vinea fuerit effecta litigioſa, non inde ſe-
6 quitur, vt continuando ſuam poſſeſſionem † ſuper
medietate etiam poſt introductam litem attentaue-
rit ex ſupra allegatis.

Non obſtat, quod Olimpia auctrix Flaminij poſt-
quam adepta eſt poſſeſſionem medietatis vineæ ex

permutatione facta cum Fuccio marito suo, declarauerit, se velle sibi causam possessionis mutare, & totam vineam possidere vigore cuiusdam fideicommissi. Quia cum iam aliam medietatem possideret
7 Carcarasius pro indiuiso † cum Fuccio, vt supra dictum est, non potuit per dictam mutationem sua possessione priuari, præsertim cum non fuerit citatus, *l. de vnoquoque vbi glos. & Doct. ff. de re iud. fuit dictum in Ciuitatis Castelli dotis 3. Iulii 1617. coram me, & aliàs sæpè.*

Ex quibus fuit resolutum, ratione attentati commissi per Flaminium, possessionem vineæ esse quoad medietatem tantùm sequestran. Quæ dicebantur circa purgationem attentatorum, nec videbantur satis iustificata, cum non constaret, Flaminium dimisisse possessionem vineæ, & in omnem euentum visa sunt extra dubium, in quo cum præsupposito, quod adsint attentata, solum quæritur, pro qua parte sit apponendum sequestrum. Et ita decisum.

☞ *In hac causa coram eodem Vbaldo habetur altera decisio sub die 22. Maii 1617. quæ erit infra in Appendice post decisiones anni 1626. prout in Indice ibi in principio posito. Ac deinde aliæ quoque in eadem causa emanarunt decisiones, videlicet sub 24. Ianuarii 1622. & 17. Martii 1623. coram eodem, sunt infra suo loco.*

EMINENTISS. D. CARD. VEROSPIO SEN.

Nepesina Tutelæ.

Lunæ 11. Maij 1620.

ARGVMENTVM.

Tractatur de existentia, & quantitate bonorum ad effectum redditionis rationis administratæ tutelæ. Pluralitas, quãdo præsumatur, & ex quibus coniecturis.

SVMMARIVM.

1 *Tutoris officium, quando constat aliquem habuisse, ipse, vel eius hæredes tenentur reddere rationem administrationis.*

2 *Probatio illa praualet, in qua testes omnes conueniunt.*

3 *in Aestimatione facienda illa attendenda venit, in qua periti omnes conueniunt.*

4 *Contrarietas inter testes, & scripturas vt euitetur pluralitas est præsumenda.*

5 *Diuersitas, & pluralitas ex quibus circumstantiis arguatur.*

DECISIO CCXI.

☞ FVIT pluries coram me decisum * Antonium Plodium Tutorem Dominici de Lucretijs extitisse. Vnde postea cum dubitassem de quibus bo-
1 nis, † & pro qua summa per dicti Antonij hæredes esset reddenda ratio placuit Dominis firmare solummodo de existentia, quantitate, & valore octo partitarum infra describendarum constare.

Primo enim docetur in hæreditate administrata vigintiquatuor boues aratorios fuisse valoris viginti quinque scutorum pro quolibet, vt probatur ex decem testibus in Dominici, summ. num. 4. & 5.

Vlterius nonnulli testes asserunt in eadem hæreditate vigintiquinque vaccas fuisse repertas. Alij vero de triginta, vel trigintaquinque deponunt. Vn-
2 de firmari potest de vigintiquinque † cum in hoc numero conueniant omnes, & illarum pretium ad scuta quindecim pro qualibet ascendisse ijdem testes in dicto summ. num. 8. deponunt.

Tertio in eadem remanserunt hæreditate duodecim equæ dicto summ. nu. 10. quæ scutis viginti pro qualibet possent æstimari; nam licet aliqui testes de vigintiquatuor, & vigintiquinque scutis deponant
3 omnes tamen in viginti conueniunt, quæ † præterea summa venit attendenda, *l. inter pares vbi Imol. n. 2. Alex. num. 10. ff. de re iud. l. diem proferre. §. si plures arbitri, vbi glos. in verb. consenserũt. ff. de arbitr.*

Nec releuat istas equas viuente Frãcisco Dominici patre fuisse captas per Communitatem, & per Curiam venditas, vt apparet ex instrumento in actis producto. Quia non aliarum equarum existentia
4 per dictam venditionem excluditur, cum † regulariter ad contrarietatem inter scripturas, & testes, euitandam pluralitas præsumatur *Ias. in l. 2. nu. 9. vers. fallit quando C. de bon. poss. secund. tab. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 15. nu. 15. & fuit dictum in Comen. habitus 10. Decembris 1607. coram Iusto.*

Quarto & quinto in eodem summ. num. 11. & 12. deponunt de duobus equis valoris scutorum viginti, & totidem Asellis valoris scut. decem pro quolibet ibidem repertis.

Aderant 6. per testes in dicto sum. num. 13. octuaginta sues valoris scutorum trium pro quolibet.

Nec valet dicere istos fuisse per Dominicũ venditos, vt ex apoca producta deducitur, ex facti enim circumstantijs apparet venditionem à Dominico factam alia continere animalia. † Ex quibus circumstantijs diuersitas, & pluralitas arguitur, *Corn. cons. 134. in fine lib. 3. Alex. cons. 96. nu. 6. lib. 5.*

Septimo testes in sum. num. 16. de nonaginta seu centum capris deponunt scuta centum vel nonaginta constituentibus.

Probatur octauo ex ijsdem testibus sum. num. 17. in hæreditate dolia triginta vini valoris scutorum decem pro quolibet dolio extitisse.

Verùm quia Plodius de aliquibus huiusmodi bonis reddidisse rationem prætendebat, ideo voluerunt Domini super hoc partes audire, cum hodie solum de existentia & quantitate, necnon valore istorum bonorum agatur &c.

☞ *Nempe sub die 19. Ianuarij 1617. & vide supra ad decisionem 53. vbi annotaui cæteras decisiones in hac causa factas.*

REVERENDISS. COCCINO.

Ariminen. Dotis.

Lunæ 11. Maii 1620.

ARGVMENTVM.

Iudex, quando nulliter dicatur processisse ad subhastationem, in qua materia seruanda forma statutorũ & hoc quamuis sint à iure communi exorbitantia, nec est quærendum eorum ratio, sed forma. Mulieres à iure prohibitæ sunt fideiubere, & quid si interuenerit iuramentum. Statuta sæcularium nec directè, nec indirectè possunt disponere super viribus iuramenti. Licentia obtenta sub certa forma, si ea adimpleri non possit, recurrendum est ad eum, qui illam concessit, nec potest adimpleri per æquipollens.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Manutentio non datur, nisi docto de possessione.*
2 *à Iudice, quando quis est nulliter spoliatus possessione, dicitur spoliatus retinere ciuilem possessionẽ.*
3 *Possessio ciuilis est ad obtinendam naturalem.*
4 *Possessio, ex quo effectualiter dicatur alicui tradita.*
5 *Possessio domus, quando sumitur, non est necesse, vt expellatur conductor, sed sufficit, vt possessionem sponte tradat.*
6 *Recognoscens se tenere aliquid pro alio, dicitur pro eo possidere.*
7 *ad Subhastationem Iudex dicitur nulliter procedere, si ad eam deueniat vigore mandati relaxati absque citatione partis.*
8 *Citationis negatiua probatur ex reuolutione actorum.*
9 *Statutum Sauignani, quid disponat circa materiam subhastationis.*
10 *Forma tradita à statuto seruanda est, quamuis exorbitet à iure communi.*
11 *Forma tradita à statuto est seruanda, nec quærendum est de ratione.*
12 *Statuti forma magis attenditur, quam ratio.*
13 *Fideiussio mulieribus de iure est probibita.*
14 *Mulier, si fideiubeat, eius obligatio est ipso iure nulla.*
15 *Obligatio alicuius, quando à iure est improbata, tunc quicquid eius vigore est actum, vitio nullitatis laborat.*
16 *Iuramentum validat contractum alias nullum.*
Mulier licet non possit fideiubere, tamen si interueniat iuramentum, tenet obligatio, num. 15.
Statutum si disponat, vt in aliquo contractu iuramentum præsumatur metu extortum, tunc illud non validat contractum aliàs nullum.
17 *Statuta laicalia non possunt disponere super materia iuramentorum.*
18 *Statuta sæcularia non possunt infringere iuramenti vires, nec directè, nec indirectè.*
19 *Statutum laicorum tunc valens est disponere super iuramento, si sit à Papa confirmatum.*
20 *Statutum, si mandet, vt mulieres non possint se obligare sine licentia Principis, tunc ea obtenta sub conditione, si adimpleri non potest, ad eumdem est recurrendum, & num. 22.*
21 *Ablatiuus absolutus denotat formam.*
23 *Licentia cum aliqua conditione concessa illa conditio dat esse rei.*
24 *Licentia obtenta sub conditione, si conditio spreta fuerit, perinde est ac si licentia obtenta nõ fuerit.*
25 *Statutum disponens de subdito, non habet locum in eo, qui est subditus ad tempus, vel secundum quid.*

DECISIO CCXII.

CLARA petebat manutentionem in domo, de qua agitur, vnde duo tenebatur probare. Pri-
1 mo scilicet possessionem† suam, quia alias non datur manutentio, *§. hodie instit. de interd.* Secundo quod
2 à Iudice fuerit nulliter spoliata, quia tunc retinet †ciuilem possessionem, *Aym. cons. 8. num. 8. Capu-*
3 *taq. decis. 186.* ex qua debetur manutentio †pro recuperatione naturalis *Bart. in l. 1 §. interdictũ. ff. vti possid. Castr. cons. 224. num. 1. lib. 4. vt decis. 409. numer. 2. lib. 2. in nou.* Quantum attinet ad primum inter alia, domus de qua agitur, fuit adiudicata
4 † Claræ per Iudicem, & per exequutorem data possessio, quæ quidem possessio licet fuerit instrumentalis, tamen cum per Vigerium fuerit postea actum contra Claram, apparet effectum habuisse, non enim
5 necesse est † quod conductor eijciatur, sed sufficit quod possessionem spontè tradat *Angel. in l. peregrè §. quibus vbi Castr. num. 5. in fin. Alex. nu. 3. qui dicit communem. ff. de acquir. poss.* & magis communem dicit *Abb. in cap. olim num. 11. de restit. spoliat.*
6 nam† qui recognoscit se tenere pro alio dicitur pro eo possidere *l. quod meo. ff. de acquir. possess.*

Quantum attinet ad secundum, satis apparet Iudicem nulliter processisse, ex quo domus fuit subha-
7 stata † vigore mandati relaxati ab A. C. non citata ipsa Clara contra *tex. in l de unoquoque. ff. de re iudic. lib. 4. C. de distr. pignor.* quæ quidem negatiua
8 satis probatur † ex reuolutione processus subhastationis in Rota producti *l. vltima vbi Bald. C. de reb.*
9 *credit.* Vlterius non fuit seruata forma statuti † Sauignani in quo disponitur, quod capto pignore ad instantiam creditoris præcipiatur debitori, vt infra 20. dies luat pignus, nisi fuerit aliter conuentum, quibus terminis elapsis liceat venditori per viam subhastationis vendere quæ quidem forma tradita à
10 †statuto erat seruanda etiam quod exorbitaret à iure communi *Bald. in l. cessante num. 11. C. quomodo, & quando Iudex, & in l fin. § si verò. C. de iur. de-*
11 *liber.* etiam† absque eo quod quæratur de ratione,
12 quia magis attenditur forma quàm † ratio *Bald. in l. 1. ff. de liber. & posth. Felin. in cap cum dilecta numer. 6. vers. primum signum. de rescr.*

Insuper dicebatur quod mulier fideiussit pro mari-
13 to †fideiussio autem mulieribus de iure est prohibita *l. 1. & tot tit. ff. & C. ad Senat. consult. Vell. & præsertim pro marito. Auth si qua mulier vbi Bald. num. 9. C. ad Velleian.* & propterea obligatio fuit ip-
14 so iure †nulla, *Bart. in l. fin. num. 2. in princ. C. ad Velleian. Aretin. in § item si in iudicio num. 15. vers. aut mulier intercedit instit. de except. Castr. cons. 41. num. 2. vers. bene est verum lib. 1. Surd. decis. 164. num. 12. vers. & non obstat,* & ideo mandatum, sub-
15 hastatio, ac alia inde secuta videntur nulla per *text. in l. si non sortem. §. si centum. ff. de condit indeb. vbi Bart. num. 6. Bald. & Castr. num. 2. Imol. num. 1. & 2. Tiraq. de retract. lignag § 23 gloss 1. num. 23. Rota decis. 630. num 3. par. 2. rec.*

Hoc motiuum licet alias de iure verum, in hac fa-
16 cti specie videbatur habere difficultatem, quia† Clara se obligauit cum iuramento, quod validat contractum *Bart. in l. si quis num. 11. vers. & ideo dico. ff. de fideiuss.* & licet replicaretur, quod adest statutum disponens, quod censeatur iuramentum dolo extortum, vnde nihil videtur operari obligatio cum iuramento, *Bart in l. omnes populi num. 24. & seq. ff. de iust. & iur.* cum alijs per *Honded. cons. 5. num. 40. & seqq. lib. 2.* & ista est communis opinio quam infiniti sequuntur, quos allegat *Bertaz. de claus. claus. 7. glos. 19. num. 6. vers. limitatur tamen*, attamen cum hic versemur in statuto laicali videndum est an
17 hæc †communis opinio procedat etiam in statuto laicali, quia expressè contrariũ dicit *Bero. cons. 176. num. 59. lib. 1.* ea ratione motus, quia statutum lai-
18 corum non potest †infringere iuramenti vires, neque directè neque indirectè, & allegat *Imol. in cap. cũ contingat in 3. membr. princ. de iur. iur. Ancbar.* in

ni cap. quamuis de pact. in 6. Feder. de Sen. conf. 112.
& alios plures, & hoc etiam sensit Bertaz. vbi supra
19 dum aduertit quod Roman. loquitur † in statuto
confirmato à Papa, prout in eodem statuto loquitur
Honded.

Tandem dicebatur quod adest statutum prohibēs
20 mulieres obligari † se non posse sine licentia Sere-
nissimi Ducis Vrbini, in cuius iurisdictione fuit fa-
ctus contractus, qui concessit licentiam mulieri se
21 obligandi vocatis proximioribus, qui † ablatiuus ab-
solutus denotat formam *l. à testatore. ff. de condit. &
demonstr. Paris. conf. 41. num.* 14. *lib.* 4. *Caput. decis.*
150. *num.* 1. *par.* 1. & ideo non poterat vocari extra-
22 neus † sub prætextu quod non adessent consan-
guinei, sed erat denuo recurren. ad suam Celsitudi-
23 nem, cum licentia † cum illa conditione det esse rei
l. mulieres §. res abesse. ff. de verb. sign. Oldrad. conf.
304. *num.* 2. *Anchar. conf.* 35. *num.* 3. *& seqq. Bald.
conf.* 146. *num.* 1. *vers. & circa omnium lib.* 2. Qua-
24 re perinde est ac si † dicta licentia non fuisset obten-
ta *cap. cum dilecta, vbi DD. de rescript. Abb. conf.* 41.
num. 3. *lib.* 1. *Gozzadin. conf.* 67. *num.* 2. *Seraph. de-
cis.* 337. *num.* 6.

Cæterum hoc motiuum patiebatur duas difficul-
tates, prima est, An dictum statutum possit tollere
iuramentum, quia si non potest tollere, statutum
non obstat, cum obligatio facta sit cum iuramento.
Secunda difficultas est, An quatenus statutum possit
tollere iuramentum, comprehenderet istam mulie-
rem, cum statutum loquatur de mulieribus ditioni
nostræ subiectis, & sic Serenissimo Duci, quia cum
ista mulier esset in illa ditione cum marito, qui erat
bannitus à Statu Ecclesiastico, non videbatur com-
25 prehensa in dicto statuto. Statutum enim † dispo-
nens de subdito non habet locum in eo, qui est sub-
ditus ad tempus, vel secundum quid *Castr. conf.* 44.
num. 4. *vers. item non obstat lib.* 1. *Alex. conf.* 178.
num. 4. *lib.* 4. *Dec. conf.* 492. *nu.* 11. *Gozad. conf.* 79.
num. 13. *&* 14. Respondebatur tamen, quod ista mu-
lier erat orignaria ex statu Serenissimi Ducis, & quod
etiam per tempus considerabile fuerat in dicto do-
minio, quæ si opus erit poterunt aliàs discuti.

Et ita conclusum &c.

☞ *Alia decisio in hac causa sub die* 22. *Iunij* 1620. *co-
ram eodem bo. me. Coccino, est infra suo loco.*

REVERENDISS. COCCINO.

Romana Vineæ de Corbinellis.

Lunæ 18. *Maij* 1620.

ARGVMENTVM.

Statutum Vrbis lib. 1. cap. 145. excludit fœminas ab hæ-
reditate patris, quando ipse eas dotauit, vel frater sit
paratus eas dotare, & ad effectum illas excludendi,
sufficit vt frater, vel etiam eius hæres, quandocum-
que illas dotent, dummodo tamen non sint in mora.
Filia, quod fuerit dotata à patre ad effectum eam ex-
cludendi à successione, quis id probare teneatur, &
ex quibus talis probatio excludatur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis lib.* 1. *cap.* 145. *non excludit filias
fœminas ab hæreditate patris, nisi pater eas dota-
uerit, vel frater sit paratus eas dotare.*
2 *Frater, vel eius hæres, si non sint in mora, possunt
quandocumq; dotare fœminas ad effectum eas ex-
cludendi ab hæreditate paterna, & num.* 8.
3 *Statutum excludens fœminas dotatas à patre ab
eius hæreditate, onus id probandi spectat ad eum,
qui eas intendit excludere.*
4 *Instrumentum facit probationem probatam.*
5 *Confessio facta in vno iudicio probat etiam in alio,
si sit in eadem facti specie.*
6 *Confessio in vno iudicio, negari non potest, quin in
diuerso faciat adminiculum.*
7 *Verba impersonalia non denotant personalitatem.*
9 *Hæres non potest impugnare factum defuncti.*
10 *Intellectus diuinatiuus, & à veritate alienus est
reijciendus.*
11 *Inuentarium ab hærede confectum probat contra
eumdem.*

DECISIO CCXIII.

☞ NON controuertebantur decisiones* in ea par-
te, in qua firmant Statutum Vrbis cap. 114.
lib. 5. in antiq. quod est in nouis cap. 145. lib. 1. non
1 excludere filias fœminas ab hæreditate patris, † nisi
pater ipsas dotauerit, vel frater sit paratus dotare,
sed dicebatur (quicquid esset de Angeletta an fuerit
ab extraneo dotata) Eleonoram fuisse dotatam à pa-
tre, & in omnem euentum nedum fratrem, cum
2 non fuerit in mora dotandi, † sed etiã illius hæredem
posse hodie illam dotare ad effectum illam excludē-
di per *conf. Gabr.* 4. *lib.* 2. *& conf.* 5. *& lib.* 1. *Rota de-
cis.* 539. *num.* 2. *par.* 1. *cum adductis in causa Ana-
gnina bonorum* 10. *Martij* 1617. *coram R. P. D. meo
Pamphilio.*

Quantum attinet ad primum, fuit dictum nedum
non probari dd. mulieres fuisse dotatas à patre prout
3 tenetur probare † Cæsar, qui illam vult excludere,
Corn. conf. 282. *num.* 6. *vers. & ideo lib.* 1. *Bald. in
auth. res quæ num.* 14. *vers. sed nũquam. C. commun.
de legat. & fideicom.* sed expresfsè cõstare, fuisse dota-
tas à bo. me. Ioanne della Casa Archiepiscopo Bene-
uentano Auunculo, hoc enim est clarũ respectu An-
gelettæ, vt patet ex decisionibus in hac causa factis,
est etiam hodie clarum respectu Eleonoræ, vt patet
ex instrumento quietantiæ dotis scut. duorum milliũ
eidem Eleonoræ per prædictum Archiepiscopum le-
4 gatorum, † quod instrumentum facit probationem
probatam, *Bart. in l.* 1. *in princ. num.* 8. *de nou. oper.
nunc.* & coadiuuatur ex confessione Adolæ hæredis
Scipionis, cuius Adolæ est hæres Cæsar, quæ fassa
fuit totam vineam spectare ad sorores, ex quo à pa-
tre non fuerunt dotatæ, & hæc confessio licet facta
5 in alio iudicio † in hac facti specie probat etiam in
isto ex deductis in hac causa 2. Decembris 1609. &
6 in omnem euentum negari † non potest quin faciat
adminiculum.

Neque obstat, quod respectu Eleonoræ reperiatur
adnotatum in libris patris, quod de consensu ipsius
promiserunt Eleonoram in vxorem Bonaccino, &
subditur *l'hanno promesso per dote scudi* 2000. *d'oro
in oro*, quia cum ista verba sint impersonalia respe-
7 ctu personarum, † cuius nomine promiserunt, non
denotant promissionem fuisse factam nomine patris,
Surd. conf. 447. *num.* 5. *lib.* 3. & solutio postea facta
ex legato Episcopi docet contrarium.

Quantum attinet ad secundum fuit dictum, quod
licet conclusio sit vera, quod frater, & eius hæres cũ
non

8 non † fuerit in mora possit dotare sororem, tamen secus est in casu isto cum res non sit integra, quia Scipio erat frater, cuius fuit hæres Adola, quæ quidem Adola cum molestaretur à DD. de Bandinis super hac vinea, expressè declarauit se esse in possessione vineæ nomine proprio, & sororum, ad quas tanquam hæredes patris spectabat vinea, cum non fuerint ab ipso dotatæ, vnde cum Adolæ hæres Scipionis declarauerit se, & sorores retinere vineam tan-
9 quam † hæredes patris, non potest hodie Cæsar venire contra factum Adolæ cum sit illius hæres, *l. cum à matre C. de rei vend.*

Nec placuit quod ista confessio fuit ad excluden-
10 dos Bandinos, nam iste intellectus videtur † merè diuinatiuus, & à veritate alienus, cum manifestissimè appareat dictas filias non fuisse dotatas à patre, & iam Scipio erat mortuus, vnde verisimilius est quod Adola potius vellet admittere ad hæreditatē paternam quam de nouo dotare, cum hæreditas nō esset magni momenti, sed consisteret in dicta vinea, & alijs quibusdam rebus parui momenti, vt patet ex instrumento aditionis factæ per Adolam de hæreditate Scipionis fratris, quod non potest retorqueri in contrarium, ex quo vinea fuit in inuentario apposita
11 † præsente Aurelio nomine Eleonoræ, & Angelettæ, quia non inde pernecesse sequitur quod voluerit in totum spectare ad fratrem, itaut nec ipsa, nec sorores aliquid haberent agere in hæreditate patris.

Quia tamen ex dicta notula patris, & instrumento quietantiæ constat Eleonoræ fuisse promissa scut. 600. pro acconcio, videndū erit particulariter quid operetur ista promissio acconcij ad effectum statuti prout erit videndum de quantitate vineæ, quæ spectet ad istas sorores.

Tres decisiones in hac causa factæ, videlicet sub diebus 9. Decembris 1609. 15. Martij 1616. & 15. Iunij 1619 habes primam inter impressas eiusdem bon. mem. Coccini decis. 494. alteras vero post Fenzon. ad Statut. Vrb. decis. 105. & 106.

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Romana Præcedentiæ.

Lunæ 18. *Maij* 1620.

ARGVMENTVM.

Præcedere de iure debet, qui est maior, quamuis alius inferior esset antiquior. In præcedentiarum materia totum facit consuetudo, quamuis ius commune aliqualiter repugnaret. Corpus vnicum, si haberet duo capita monstruosum esset &c.

SVMMARIVM.

1 *Præcedentia de iure debetur ei, qui est in ordine maior, etiamsi aliàs negans illam, esset antiquior.*
2 *ad Consuetudinem inducendam sufficit decennium.*
3 *Præscriptio, vel consuetudo non interrumpitur per reclamationem, in qua quis succumbit.*
4 *Consuetudo in materia præcedentiæ est attendenda, quamuis aliqualiter ius commune repugnaret & num. 14.*
5 *in Præcedentijs valet argumentum à simili.*
6 *Sacræ Congregationi super ritibus valde deferendum est in materia præcedentiarum, & num. 8.*
7 *Doctrinæ alicuius insignis Doctoris valde defertur.*
8 *Beneficiati, si faciant corpus, non debent inter eos scindi.*
10 *Beneficiati, vt faciant vnicum corpus seu Collegium, ex quibus id non arguatur, & num. 11.*
12 *in Ecclesia aliqua, si Canonici aliqui faciant suum Capitulum, non possunt Beneficiati facere aliud, ne dicatur in eadem Ecclesia esse duo capita, n. 13.*

DECISIO CCXIV.

FVIT dubitatum, An in Ecclesia Sanctæ Mariæ Maioris esset danda præcedentia Cappellanis erectis per bon. mem. Cardinalem Toletanum super Clericos Beneficiatos eiusdem Ecclesiæ, vel potius è contra. Et Rota censuit præcedentiam esse dandam Cappellanis, quia ipsi sunt maiores ordine, cum Cappellaniæ eorum ex fundatione sint Sacerdotales. Ideoq. habeant præcedere Clericis, qui ex eorum fundatione sunt tantum Subdiaconi, & Ac-
1 coliti; de iure † enim præcedentia debetur illi qui est maior in ordine, etiamsi alias negans illam esset antiquior in loco, text. est qui loquitur de Ecclesia Sanctæ Mariæ Maioris *in cap statuimus, de maiorit. & obed. Verall. decis. 357. num. 2. par. 2. Seraph. decis. 706. num. 4. cum alijs per Menoch cons. 126. n. 31.*

Confirmatur in consuetudine plusquam decem annorum, quia isti Cappellani gauisi fuerunt hac
2 præcedentia quod decennium ad † inducendam consuetudinem in hac materia, *Card. cons. 62. in fin. Ruin. cons. 19. num 7. lib. 1. Felin. in d. cap. statuimus num. 1. vers. attende de maior. & obed.* Rota in *Seguntina præcedentiæ 22. Iunii 1609. coram R.P.D. meo Pamphilio*. Nec releuat quod ista consuetudo fuerit interrupta per reclamationem Clericorum, quia dicti Clerici in prædicta reclamatione semper succubuerunt, vt patet ex quinque decretis Sacræ Congregationis super Ritibus. Ideoq. intrat con-
3 clusio quod reclamatio † in qua quis succumbit, non interrumpat consuetudinem, seu præscriptionem, *Felin. in cap. illud num. 17. conclus. 14. de præscript. Soccin. cons. 47. in fin. lib. 3. Couar. in regula possessor 2. par. § 12. num. 4 vers. secunda conclusio, Rota decis. 534. nu. 6. par. 1. diuers. Seraph. decis. 1027. nu. 14.* fuit etiam obseruatū, quod in hac met Ecclesia adsunt alij Cappellani, qui præcedunt istis Clericis, nempe Cappellani Columnenses, & Patritij, qui sine aliqua contradictione, & ante erectionem istorum Toletanorum præcedunt istos Clericos, Ideo-
4 que etiamsi ius commune aliqualiter † repugnaret attendenda esset particularis consuetudo istius Ecclesię in materia præcedentiæ, *Card. cons. 62. in princ. Natt. cons. 57. num. 2. & 3 Gemin. cons. 101. in principio, Menoch. cons. 51. num. 49. Rota decis. 4. nu. 2. de elect in nouis.*

Et quatenus consuetudo esset mutuanda ab alijs Ecclesijs Patriarchalibus Vrbis, fuerunt datæ litteræ testimoniales Sancti Ioannis Laterani, & Sancti Petri, & Egomet qui in hac Sancti Petri Sum Vicarius vidi obseruari, quod scilicet Cappellani præcedant
5 Clericos, † hæc autem consuetudo similium Ecclesiarum etiam habetur in consideratione *glos in cap statuimus verb. potiorem, vers. sed videtur de maior. & obed: Innoc. in cap. fin. num. 8. vers. item non est contra de offic. Archidiac. Rimin. iun. cons. 25. numer. 26. & seq. Acchill. decis. 3. num. 4. de decimis.*

Maximè etiam mouit Dominos auctoritas Sacræ
6 Congregationis † super Ritibus, quæ ita resoluit per quin-

quinque vices, & licet Sanctissimus Dominus Noster ad satisfaciendum Clericis, cōtentus fuerit non præsupponi dicta decreta, tanquam decreta, sed causam ex integro examinari, tamen visum fuit Dominis multum esse deferendum sensui Sacræ Congre-
7 gationis, si †enim de iure defertur doctrinæ alicuius insignis Doctoris *Bart. in l. de quibus in 2. lect. nu. 21. ff. de legib. Becc. cons. 68. in fin. Surd. cons. 313. numer.* 43. & docet quotidiana praxis, quātò magis de-
8 ferendum videtur doctrinæ tantorum Patrum†, & in materia, in qua ipsi quotidie versantur.

Non obstat, quod Clerici Beneficiati faciant vnū corpus cum Presbyteris Beneficiatis, quia sine con-
9 tradictione præcedunt, atque †inde non debeant scindi, & separari ab illis, *Cassan. in catalog. glor. mund. par. 4. consider. 32.* quia in primis fuit negatum ipsos facere vnum corpus, quia vnitas corpo-
10 ris †non resultat ex eo, quod omnes semel deseruiant in eodem loco, *glos. magistralis in cap. dilecta verb. vnum corpus de excessib. Prælat* quod habet locum, etiamsi constitutus sit certus numerus, & ta-
11 les habeant aliqua emolumenta communia, †& soleant congregari in certo loco, & ad sonum campanæ pro suis negocijs tractandis, vt latè *fuit resolutum in causa Paduana sedilium* 18. Maij 1618. *coram me*, vbi vlterius fuit dictum in Ecclesia vbi sunt Canonici, qui faciunt suum Capitulum, vt sunt in hac Ecclesia Sanctæ Mariæ Maioris, esse de iure
12 inconueniens, † quod alij Clerici possint facere di-
13 uersum Collegium seu Capitulum, quia †essent duo capita in eadem Ecclesia. Secundo etiamsi facerent vnum corpus cum Presbyteris Beneficiatis, esset at-
14 tendenda †consuetudo, de qua supra etiamsi aliqualiter repugnaret ius commune *ex Card. cons. 62. in princ. Rot. decis. 4. num. 1. & 2. de elect. in nou. Menoch. d. cons. 51. Seraphin. decis. 964. num. 1. & c.*

EMINENT.^MO CARD. VEROSPIO.

Placentina Fructuum.

Lunæ 18. Maii 1620.

ARGVMENTVM.

Sequestrum quamquam regulariter sit prohibitum, tamen id maximè dependet ab arbitrio iudicantis, ideo quoties adest præsumptio vsurpationis, & ne iudicium reddatur elusorium, est apponendum.

SVMMARIVM.

1 *Sequestratio regulariter est prohibita.*
Sequestrum non est prohibitum, quando subest timor consumptionis.
2 *Sequestrum est permissum quoties id suadet æquitas, ne iudicium reddatur elusorium.*
3 *Professionem postquam quis emiserit efficitur difficilioris exactionis.*
4 *contra Religiosos nec reales, nec personales executiones dantur.*
5 *Sequestri materia plurimum pendet ab arbitrio iudicantis.*

DECISIO CCXV.

DECANVS Placentinus fuit per duas sententias Rotales condemnatus ad dimittendam, & relaxandam vna cum fructibus, & distributionibus perceptis integram Decanatus portionem, Canonicatibus, de quibus agitur applicatam, & stante re iudicata ob Sanctissimi rescriptum, quo semel tantum concessa fuit appellatio relaxatis executorialibus, necnon emanata illarum vigore declaratoria Decanus tandem paruit in dimittenda præbenda, non tamen in soluendis fructibus, & distributionibus nondum liquidatis, & postea discedens à Ciuitate Placentina fuit Religionem Carthusianorum ingressus. Verum Canonici, ne dictæ præbendæ fructus consumerentur, vel duriorem sortirentur aduersarium, cum intrarent pro sequestro, dubio per me proposito, Rota censuit illud esse concedendum.

1 Nam licèt sequestratio† regulariter sit prohibita, vbi tamen subit consumptionis timor, sequestrum non denegatur *l. Imperatores in fin. vbi glos. & DD. ff. de appell. glos. in cap. 2. in verbo sequestrati, de sequestr. possess. & fruct. Marant. de ordin. iudic. par. 6. num. 188. tit. de appell. Paris. cons. 41. nu. 44 lib. 1. Natt. cons. 584. num. 1. & 2.* & generaliter
2 quando suadet æquitas, id fieri † consueuit ne iudicium reddatur elusorium, *Abb. in cap. 2. nu. 16. vers. sed quandoque*, insurgit aliqua æquitas *de sequestr. poss. & fruct. & dictum fuit in Monopolitana pensionis 26 Februarii 1597. coram Orano.*

Hic autem satis adesse videtur dilapidationis timor ex Decani absentia, & ipsius in Religionem ingressu; postquam enim ille professionem emiserit, facultatem non habebit restituendi fructus, ad quos
3 reperitur condemnatus, † & fit etiam difficilioris exactionis, cum nec reales, nec personales executiones dentur contra simile genus personarum, con-
4 tra† quas pariter, nec per censuras proceditur; Vnde cauendum est, ne fructus existentes dissipentur
5 † hæc autem sequestri materia plurimum à Iudicis arbitrio pendet *Curt. de sequestr. qu. 6. nu. 32. & 33.*

Quod venit intelligendum de fructibus ante possessionem à nouo Decano captam, de quo tempore ad restitutionem ille tenebitur; Et ita cessant in contrarium adducta &c.

EMINENTISS. D. CARD. VEROSPIO SEN.

Ariminen. Hæreditatis.

Veneris 22. Maij 1620.

ARGVMENTVM.

Administratori testamentario est danda immissio in bonis administrandis, vel ex remedio leg. fin. C. de edict. D. Adr. toll. vel saltem ex officio Iudicis. Hæreditas, quando est iacens datur executori testamētario administratio, & ad quem effectum.

SVMMARIVM.

1 *Administratori hæreditario competit remedium l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll. & num. 8.*
2 *Administratori testamentario datur immissio saltem Iudicis officio.*
3 *Etiam pro confirmanda possessione bonorum iam per ipsum administratorem detentorum.*
4 *Testamento existente, cessat causa intestati.*
5 *Possessio vitiosa adipiscendæ remedium nō impedit.*
6 *Circuitus à Iure sunt probibiti.*
7 *Executores ij sunt honorarij, ex quo certum quid illis in honorem ab administratore persoluitur.*

9 *In Codicillis, si testator aliquid declarauit, quod antea in testamento disposuerat, hoc in testamento, & non in Codicillis factum intelligitur.*
10 *Hæreditas, quando est iacens, datur administratori testamentario de iure prætorio bonorum possessio, vt interim ille bona tueatur, exigat, & creditoribus satisfaciat.*

DECISIO CCXVI.

ALEXANDER Gambalonga, condito testamento, hæredem vniuersalem instituit secundò genitum ex Armellinæ ipsius ex fratre neptis filio nasciturum, cui pariter secundò genitum ex eiusdem fratris linea pro tempore extiturum substituit; Quibus deficientibus vocauit nõnulla Ciuitatis Arimini loca pia. Et donec hæres nasceretur, voluit ipsius hæreditatem per vnum à Decanis quatuor Collegiorum Arimini deputandum, administrari, qui singula in testamento disposita adimplere, necnon hæreditatem existenti hæredi, vel substituto restituere teneretur. Executores insuper testamẽtarios Episcopum, & alios deputauit, prout in testamento cõtinetur. Verùm in codicillis, à se postea factis, idem Alexander declarauit Michaelem Morettum administratorem, quo deinde testatore mortuo, Armellina illius neptis prætendens testamentum inualidũ, & sic fuisse factum locum successioni ab intestato, possessionem in certis bonis obtinuit. Verùm, commissa mihi appellationis causa, dubitaui: Cui danda esset immissio, & in quibus bonis; Et Domini pro Michaele, facto per eundem prius inuentario re-
1 sponderunt. Nam † etiam administratori competit remedium *l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll. Menoch. de adipiscen. remed. 4 num. 309. & 298. Alex. cons. 4. num. 16. & 17. lib. 2. Zuccard. in d. l. fin. num. 252. Achill. de adipiscend. num. 234. & num. 238. vers. si nullus autem.*
2 Vel saltem Iudicis † officium datur, *Angel. cons. 135. num. 1. ante fin. Roland. cons. 1. num. 54. & seq. & num. 61. lib. 1. Specul. de instrum. edit. §. 13. n. 18.*
3 Etiam pro confirmanda † possessione bonorum iam per ipsum administratorem detentorum, *Cyn. in d. l. fin. col. vlt. vers. item quæro, Alberic. num. 16. vers. item quæritur, Dec. num. 44. Zuccard. nu. 216. & 223. Bald. cons. 286. num. 8. lib. 1. Socc. iun. cons. 97. num. 47. lib. 2. Menoch. de adipiscen. d. remed. 4. nu. 348. Rot. dec. 613. nu. 8. par. 1. diuers.*
Non obstat, adipiscendæ remedium non dari, plena possessione, quam hic Armellina iam fuit ingressa. Non enim procedit obiectum, cum talis possessio
4 sit vitiosa. Quia testamento existente, † cessabat causa intestati, *l. antequam C. commun de success. l. quãdiu la 2. l. nec ii, §. fin. ff. de acq. poss. Alex. in l. hac consultissima, § si quis autem nu. 1. C. de testam.*
5 Vnde Armellinæ possessio † tanquam vitiosa adipiscendæ remedium non impedit, *Zuccard. in d. l. fin. nu. 373. Menoch. de adipisc. d. remed. 4. nu. 562.*
Non obstat, vltra administratorem, hic fuisse datos executores, quibus immissio, vel Iudicis officiũ competit. Nam respondetur bonorum administrationem à defuncto relictam fuisse Michaeli, qui teneatur, eueniente casu restitutionis hæreditatis, eam restituere, Vnde si daretur executoribus bonorum possessio, eam illi statim restituere tenerentur, & sic
6 fieret † circuitus à iure prohibitus, *l. dominus testamento, ff. de cond. indeb. l. cum fundus, §. seruum tuum, ff. si cert. pet.*
7 Præterea cum dicti Executores sint honorarij, † ex quo certum quid illis in honorem ab administratore persoluitur, *Capr. de execut. vlt. vol. memor. 4. nu. 1. Specul. de Instrum. edit. §. 13. num. 5. vers. vel dic, quòd erit honorarius, Rota decis. 58. num. 2. in fin. par. 2. in recent.*
8 Non debent in † remedio, *l. fin. administratori*, specialiter deputato præferri, *Zuccard. d. l. fin. num. 251. vers. hanc conclusionem, Menoch. de adipiscend. d. remed. 4. num. 270.*
Nec releuat Michaeli datam non fuisse in testamento administrationem, sed in Codicillis, quorum vigore solum post aditam hæreditatem possit agi.
9 Nam licet in Codicillis Testator † administratoris personam declarauerit, cum tamen in testamento hæc administratio demandata fuerit, illa non in Codicillis, sed in testamento data intelligitur, *l. asse toto, ff. de hæred. inst. Crass. in §. Codicillus, num. 18. Mantic. de coniect. vlt. vol lib 6. num. 8.*
Non obstat, adhuc non esse purificatam conditionem, qua fuit vocatus Armellinæ secundo geni-
10 tus. Quia nihilominus de iure prætorio datur † administratori bonorum possessio, vt interim ille bona tueatur, exigat, & creditoribus satisfaciat, *l. si quis instituatur*, vbi *Bart. Bald. & Angel ff. de hæred. inst. l. 2 § si sub conditione, & l. hi demum, ff. de bon. poss secund. tab. Menoch cons. 500. num. 10. & 11. & cons vlt. nu 50. & seq. lib. 1. Decian. cons. 129. nu. 21. propè fin. & num. 22. lib. 3.*

Infra in eadem causa habetur altera decisio sub die 1. Iulij præsentis anni 1620. coram eodem bo. me. Card. verospio sen.

R. P. D. REMBOLDO.

Perusina Melioramentorum.

Veneris 22. Maij 1620.

ARGVMENTVM.

Conductori datur retentio pro melioramentis factis in re conducta, & hoc intellige, si illa liquidauerit aliàs si fuerit condemnatus ad domum dimittendam, & non dimiserit intrat spolium, & tenetur ad pensiones decursas. In melioramentorum materia ad effectum retentionis, quid Rota de stylo seruet.

SVMMARIVM.

1 *Conductori datur retentio, donec reficiantur ei melioramenta facta in re conducta.*
2 *Verum id intellige, si dicta melioramenta ab eodem verificentur, aliàs intrat spolium.*
3 *Sententia vt arguatur de iniustitia, non sunt attendenda ea, quæ post sunt probata.*
4 *pro Melioramentis iura dant retentionem.*
5 *in Melioramentorum materia ad effectum retentionis, quod Rota de stylo seruet.*
6 *Melioramenta, qui fecit, si sit in mora illa liquidandi, datur aduersario immissio præstita cautione de illis reficiendis, quando erunt liquidata.*
7 *Fructus perceptos ex re aliena, quis suos facere nequit.*
8 *Partem in domo si quis habeat, quando altera pars non est locata, potest totam inhabitare, absque solutione*

lutione pensionis alterius partis. declara vt num. 9. 10. & 11.

DECISIO CCXVII.

DOMINI steterunt in decisis sub die 17. Iunij præteriti, * quia non videbantur releuare, quæ denuò contra sententiam ad fauorem DD. de Signorellis latam opponebantur, cum de sufficienti Iurisdictione satis constet ex lectura commissionis, cuius clausulæ proculdubio, etiã causam spolij, quam dicti de Signorellis contra D. Episcopum possessorem domus, de qua agitur, prosequi intendebant compræhendunt, vt latius fuit in alia decisione ponderatum.

Nec obstat quod dicitur D. Episcopum semper fuisse paratum dictam domum restituere, dummo-
1 do ipsi prius fuissent soluta melioramenta, † pro quibus ei dabatur de iure retentio, quia præterquam quod propositum in mente retentum nihil operatur, & dictus D. Episcopus nedum non obtulit dictis de Signorellis dictæ domus restitutionem, sed imò obtinuit aduersus sententiam contra ipsius antecessorem latam causam nullitatis, & iniustitiæ, ac restitutionis in integrum committi, cessat prorsus difficultas, ex eo quod cum melioramenta refici non potuerint non facta ipsorum liquidatione, atque huiusmodi liquidatio esset ab eodem D. Episcopo facienda, debuisset Episcopus quatenus voluisset condemnationem in spolio effugere, dicta melioramenta li-
2 quidare ad hoc, vt Signorelli eadem ipsi † potuissent reficere, & domum suam recipere, ac propterea cum D. Episcopus fuerit in mora liquidandi melioramenta, ac per consequens dici non possit, quod habuerit animum d. domum cum effectu restituendi, rectè fuit ad dictæ domus restitutionem, vnà cum pensionibus condemnatus.

Nec refert quod D. Episcopus dicta melioramenta, demum in termino sibi post dictam sententiam
3 assignato liquidauit, quia hoc non facit, quod † ideo minus sit iusta sententia, qua dum esset in mora liquidandi dicta melioramenta, facit ad dictæ domus restitutionem condemnatus, quia vt in alia decisio-
4 ne fuit firmatum, iura dant † quidem retentionem pro melioramentis, non verò disponunt, quod præstita cautione de eis reficiendis non detur restitutio, ac propterea solet Rota præfigere terminum reo ad liquidandum melioramenta, & si ea intra dictum
5 terminum liquidet † non concedit restitutionem actori, nisi refectis per eum melioramentis, quatenus verò intra dictum terminum ea non liquidet, atque ita sit in mora liquidandi dicta melioramenta, tunc contentatur sola cautione de reficiendis melioramentis facta illorum liquidatione, neque interim dictam restitutionem retardat.

Vnde cum D. Episcopus tempore quo fuit lata
6 dicta sententia fuerit in mora liquidandi dicta † melioramenta, rectè fuit ad restitutionem domus condemnatus præstita per Signorellos cautione de reficiendis melioramentis facta illorum liquidatione, & eadem sententia, etiam quod interim fuerit facta liquidatio, venit quoad dictam restitutionem confirmanda, refectis tamen prius melioramentis non liquidatis.

Minus facit, quod saltem non videatur dictum D. Episcopum potuisse per dictam sententiam ad restitutionem fructuum, seu pensionum, & etiam expensarum in hac causa factarum condemnari, quia cum D. Episcopus, vt dictum est nunquam saltem iudicialiter se obtulerit paratum dictam domum restituere, nec curauerit melioramenta ab eo prætensa liquidare, sed imo hodie sustineat litem, per quam in dictæ domus possessione se consouet & DD. de Signorellis impediuntur, quominus possint ea consequi, non
7 potest, nec dictos fructus vti ex re aliena † perceptos suos facere, nec expensarum restitutionem euitare, *l. nam hoc natura, ff. de cond. indeb. l. iure naturali, ff. de reg. iur.*

Non obstat, quod Episcopus habet partem in di-
8 cta † domo, ideoq. potuit totam inhabitare sine alia solutione pensionum alterius partis, *ex decis. Mohed. 13. de locat.* quia nec ista conclusio procedit in
9 re solita † locari, cum tunc conscius habitans teneatur conscio ad solutionem pensionum pro sua rata, *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 5. tit. 2. num. 6. & seq.* nec multò minus quando consocius impeditur ab eo, qui domum inhabitat, quominus
10 possit † & ipse accedere ad habitandum partem suam, alias enim posset consoci s suo arbitrio alium socium à parte sua excludere, ac propterea cum constet, quod dicta domus ante commissum spolium fue-
11 rit solita locari, & D. Episcopus sustinendo † etiam hodie litem impediat Signorellos, quominus possint partem suam inhabitare, merito non potest refectionem dictarum pensionum euitare &c.

** Decisio hæc sub die 17. Iunij præteriti anni 1619. coram eodem bo. me Rembold. adest supra in hoc Tomo decis. 127.*

R. P. D. PIROVANO.

Narnien. Societatis.

Veneris 22. Maij 1620.

ARGVMENTVM.

Scripturas, vt quis teneatur exhibere, quid sit probandum. Administrator, si semel reddiderit rationem, & quando possit cogi ad illam iterum reddendam, & quando secus.

SVMMARIVM.

1 *Scripturas, vt quis teneatur exhibere, debet probari existentia apud ipsum.*
2 *Scripturarum existentia, si sit probata apud aliquem, apud eumdem esse præsumuntur.*
3 *Scripturarum existentia, si sit probata apud aliquem, non excusatur, si dicat, quod illas non habet, vel amisit.*
4 *Ratio, si sit reddita, ex hoc necessario non potest inferri, quod sint redditi libri, cum possit esse, quod non sint redditi.*
5 *Cedens tenetur tradere cessionario instrumentum & scripturas.*
6 *De calculi errore, quando non possit dari.*
7 *Administrator, quando semel reddidit rationes, si appareat de mala administratione, potest cogi ad illam iterum reddendam.*
8 *Administrator, si reddiderit rationem, vt denuò cogatur ad illam reddendam, debet constare de mala administratione, & hoc qualiter.*
9 *Scripturas, quis tenetur exhibere stãte interesse partis petentis productionẽ, sed secus si cesset interest.*

DE-

DECISIO CCXVIII.

IN hac causa sub die 1. Iunij 1618.* fuit dubitatum, An Maximus administrauerit de an. 1610. qui fuit quartus societatis, & cum eo alij etiam socij administrauerint, & responsum fuit omnes socios administrasse, exinde die 18. Februarij 1619. fuit cæpta alia disputatio, An ex instrumento cessionis fuerit per Maximum reddita ratio Syro, & si non, ad quid teneatur, cui dubio Domini responderunt in instrumento cessionis fuisse reddita computa etiam pro quarto anno. Hodie cum Syrus prætenderet Maximum teneri ad iteratam rationis redditionem, & inde pro detegendis erroribus peteret libros administrationis exhiberi per Maximũ, super hac parte fuit suscepta alia disputatio, An libri sint hinc inde exhibendi, & qui in casu, de quo agitur, & tam quoad Maximum, quam quoad Syrum fuit negatiuè conclusum.

Dicebatur enim Maximum non teneri ad exhibendum, quia existentia librorum apud eumdem
1 post † factam cessionem non probatur, prout necessarium est ad eum effectum, *l. non ignorabit, cum glos. C. ad exhib. Rota in recentior. decis.* 159. *num.* 6. *par.* 1.

Neque obstat, quod de existentia ante cessionem dubitari non possit, ex quo Maximus in iudicio criminali illos habere fassus fuit, & testes dati idem deponant, vt ideo alio non probato, apud eundem
2 esse † præsumantur, etiam post cessionem, dum illos custodire tenebatur, *Soc. sen. cons.* 190. *num.* 5. *vers. sed præmissis non obstantibus*, *lib.* 2. neque excuse-
3 tur † si dicat illos non habere, vel amisisse, vt post *Soc.* & alios firmarunt *Farinac. cons.* 96. *num.* 12. *Honded. cons.* 19. *num.* 26. *lib.* 1. qui vlterius dicunt,
4 nec iuuari posse ex eo, quod sit reddita † ratio, cum simul esse possit, quod ratio sit reddita, & tamen non sint libri restituti.

Ad prædicta enim fuit primo responsum vrgere præsumptionem consignationis librorũ ex eo, quod facta fuerit cessio de omni commodo, vel incommo-
5 do, per † quam sicut cedens tenetur tradere cessionario instrumentum, & scripturas, *Bald. in l. nomen, num.* 2. *ff. de hæred. vel act. vend. Caputaq. dec.* 104. *par.* 1. *Rota in recent. par.* 1. *decis.* 443. *num.* 9. ita videtur dicendum Maximum eandem librorum consignationem fecisse, quæ præsumptio coadiuuatur, quia Syrus habuit folia, & plures scripturas ad negotium pertinentes, quas produxit, vt ex Summario apparet, itaut verisimile sit voluisse habere penes se, & alias scripturas, quæ magis statum negotij societatis comprehendebant.

Secundò fuit dictum obstare editioni petitæ pactũ iuratum, quod post mensem Augusti tunc proximè venturi non liceret Syro, quidquam prætendere pro redditione dictorum computorum, quod cum emanauerit in vim concordiæ, & transactionis, non vide-
6 tur posse agere ad exhibitionem, præparando sibi actionem ad reiteratam rationis redditionem, † ex quo dari non potest de errore calculi, *Thesaur. decis.* 260 *per totam. Berou. q.* 105. *per totum*, neque
7 replicatio sustinetur, quod scilicet † prædicta locum non habeant, vbi appareat de mala administratione, *ex Paris. Rim. & alijs allegatis per Farinac. d.*
8 *cons.* 96. *num.* 8. *lib.* 1. quia de huiusmodi mala administratione, hucusque non fuit † ostensum, neque est incipiendum ab exhibitione, vt de erroribus, aut dolo doceatur, sed aliunde sunt iustificandi errores, vel ab ipsa transactione, vt sensit *Rota apud Seraphin. decis.* 157. & 158. *par.* 1. *diuer.* & prout in præsenti Syro liceret ex folijs in ipsa transactione insertis, quatenus similes doceri possent.

Quo vero ad Syrum si iteratæ rationes non sunt reddendæ per Maximum, cessat per consequens necessitas exhibitionis contra Syrum prætensa, non ta-
9 men Domini † admiserunt Syrum non teneri ex eo solo, quod Maximus non habeat interesse petendi exhibitionem propter commodum, & incommodũ, quod in ipsum Syrum transiuit, quia si reuidenda essent computa, posset Maximus debitor scriptus in vno libro se liberare ostendendo creditorem in alio.

Et ita &c.

* *Decisionem hanc sub die* 1. *Iulij* 1618. *non apposui, quia tota consistit in facto. Vide tamen alteram in hac eadẽ causa factã, infra sub die* 1. *Martij* 1621.

REVERENDISS. COCCINO.

Aretina Præceptoriæ.

Veneris 22. *Maij* 1620.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus non tantum acquiritur ex fundatione, sed etiam ex dotatione, & quo casu. Narratiua Papæ, facta ad assertionem partis, licet nullatenus probet, tamen quibus concurrentibus plena fides ei adhibeatur. Beneficium, quod sit de iurepatronatus alicuius ex quibus indubitatè probetur.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus nedum acquiritur ex fundatione, verum etiam ex noua dotatione, quando Ecclesia est penitus depauperata. num.* 2.

3 *Narratiua litterarum Apostolicarum non probat, si sit facta ad assertionem partis.*

4 *Secus tamen est stantibus adminiculis, & obseruãtia longæua, quæ facit præsumere omnia narrata fuisse vera.*

5 *Adminicula operantur, vt narrata in litteris Papæ censeantur vera.*

6 *Beneficium quod sit de iurepatronatus alicuius probari potest ex longa serie obseruantiæ, per præsentationes effectuatas. & nu.* 7. 8. 9.

10 *Consensus patroni, in prouisione beneficij facta alicui à Papa, habet vim præsentationis.*

11 *Prouisionum effectuatio negari non potest, dum per obitum, vel resignationem alterius, alius fuit prouisus.*

12 *Beneficium, quod sit de iurepatronatus laicorum, argui potest, si nulla detur prouisio libera de dicto beneficio.*

13 *Iurispatronatus probatio coadiuuari potest ex testibus deponentibus de publica voce, & fama, alijsque vt hic.*

14 *Narratiua litterarum Apostolicarum, quod fuerit iustificata, probari potest ex pluribus adminiculis simul iunctis.*

DECISIO CCXIX.

FVIT resolutum constare de Iurepatronatus,
1 quod acquiritur nedum † ex dotatione *cap. filijs*

lijs 16.q.7. *Lambert. de Iurepatr. lib.* 1.*par.*1. *q.6. art.*1. verum etiam ex noua dotatione quando Ec-
2 clesia † esset penitus depanperata, *Roccb. de Iurepatr. verb. dotauit q.3. Bero. conf.4. nu.24. vol.*1. & fuit dictum *in causa Lunen. Sarzan. beneficij* 5. *Iulij* 1599. *coram Illustriß D.meo* Card. *Millino, & in Capsana Iurispatr.* 23. *Ianuarij, &* 3. *Decembris* 1604. *coram bo.me. Litta,* & nouissimè *in causa Cæsaraugustana Parochialis de Maella 6. Nouembris*
3 1617. *coram me*. Ista autem noua dotatio † probatur ex litteris Pij Secundi, quæ licet alias non probarent, cum sit ad assertionem partis, *Aretin. in cap. cum causam il 3. num.21. vers. sed tamen aduerte*, tamen secus est stantibus adminiculis, & forsan lon-
4 gissima obseruantia, † quæ facit præsumere omnia narrata fuisse vera *Gabr. conf.*88. *num.*18. *lib.*1. *Seraph. decis.*1336. *num.*2. *& decis.*1432. *num.*4. *& decis.* 534. *par.* 1. *diuers. qui videtur in terminis.* Et
5 quod adminicula operentur, quod narrata in † litteris Papæ censeantur vera, dicit *Felin. in cap. ad audientiam num.*12 *de præscript. Crescent. decis.*7. *in princ. de probat. Mohed. decis.*16. *in fine de restit. spol. Seraph. decis.*454. *num.*1. qui loquitur in puncto.

Quantum attinet ad dictam obseruantiam, si non
6 probatur, accedit saltem proximè, nam † de anno 1515. cum Præceptoria vacaret per obitum Thomæ de Placidis, Leo Decimus prouidit Hieronymum de Lutijs, & per eius resignationem cum narratiua, quod esset de Iurepatronatus laicorum Marcellum de Saracenis, & de anno 1514. sequuta dicta vaca-
7 tione † per obitū Thomæ fuit constitutus procurator ad præsentandum dictū Marcellum, per cuius obitū Clemens VII. de anno 1523. prouidit Nestoccium q. Sinolphi Nestoccij de Saracenis, inquiens nos asserentem te per Patronos, aut maiorem partem, &c.
8 præsentatum fuisse, † & constat mandatum fuisse datum ad præsentandum eundem, necnon ipsum constituisse alium procuratorem ad acceptandum, & per resignationem dicti Nestoccij Paulus Tertius prouidit Claudium de Saracenis mandans exequutori,
9 quod si Iuspatronatus † ex dotatione, & fundatione competit pro medietate derogat, itaut debeat accedere consensus medietatis Patronorum, aliàs in totum derogat, & apparet, quod de anno sequenti 1547. vt reperitur annotatum à tergo litterarum
10 Patroni præstarunt † cōsensum, qui habet vim præsentationis, *Cresc. decis.*2. *de Iurepatr. Put. decis.* 38. *lib.*2. & denique Iulius Tertius de anno 1551. per resignationem d. Claudij prouidit Sinulphū Aeneæ de Saracenis cum derogatione Iurispatronatus, qui cum obierit de anno 1610. S.D.N. cum narratiua Iurispatronatus prouidit D. Petrum Mariam de Saracenis, quæ prouisio dedit causam liti. Vnde non
11 potest negari quin dictæ prouisiones † prædicto modo factæ habuerint effectum, cum per obitum, vel resignationem alterius alius fuerit prouisus, iuxta *conf. Oldrad.* 229. *Rot. decis.*147. *&* 167. *par.*1. *in rec.* quæ loquuntur in resignatione, *& decis.* 148. *par.*1. & multum mouit DD. quia à data litterarum Pij II. de anno 1459. concessionis Iurispatronatus vsque ad
12 annum 1515. † nulla datur prouisio huius commendæ vti de libera.

Et eo magis videntur prædicta procedere, quia corroborantur ex testibus examinatis ad perpetuam
13 rei memoriam de anno 1514. † qui deponunt de publica voce, & fama de prædicta dotatione. Secundo corroborantur ex testibus examinatis de anno 1568. deponentes se audiuisse Commendam esse de Iurepatronatus DD. de Saracenis. Tertio ex libris Religionis, in quibus huiusmodi præceptoria exprimitur de Iurepatronatus huius familiæ. Quarto ex testibus in hac causa examinatis deponentes de publica voce, & fama huiusmodi præceptoriam esse de Iurepatronatus DD. de Saracenis.

Ex quibus omnibus simul iunctis visum fuit sa-
14 tis † probari narratiuam litterarum fuisse verificatam, & sic constare de Iurepatronatus; quod An fuerit reuocatum, erit particulariter videndum.

** In hac eadem causa habes alteram decisionem in præcedenti par.4. recent. sub die 22. Aprilis 1616. coram eodem bo.me. Coccino, est in ordine dec.255.*

EMINENTISS. D. CARD. VEROSPIO SEN.

Bononien. Canapis.

Lunæ 25. Maij 1620.

ARGVMENTVM.

Merx empta à socio, maximè, si sit minister societatis, & de pecunijs societatis præsumitur empta pro se, & socijs. In societatum materia maximè attenditur solitum. Actus præsumitur gestus iuxta formam conuentionis, &c.

SVMMARIVM.

1 *Negotium quando dicatur vnum, & idem cum præcedenti.*
2 *Societas si inter aliquos sit inita, negotia etiam gesta præsumuntur communia. amplia nu.3.*
4 *Euentus posterior formatur à primordio.*
5 *in Societatum materia solitum attenditur.*
6 *Socius quando erat minister societatis, tunc multò magis intrat præsumptio, communi nomine voluisse negotium agere.*
7 *Emens rem proprio nomine, sibi acquirit, quamuis pecunia sit aliena. declara num.* 8.
9 *Socius emens aliquid de pecunijs societatis, quamuis proprio nomine, censetur tamen etiam pro socio emere voluisse.*
10 *Actus, quod præsumatur gestus contra formam conuentionis non est præsumendum.*

DECISIO CCXX.

FINITA inter Iulium Antonium de Albertis, & Franciscum Gobum societate, fuit ab eodem Alberto cum Bauoso conuentum de quadam nomine societatis emenda Canapi, qui tractatus postea fuit à Gobo reassumptus, constituto ad huiusmodi Canapim emendam Iacobo Michelino, per quem emptione facta cum obligatione de pretio infra certum tempus persoluendo, & postea non soluto Bauosius, vt Alberti creditor eandem Canapim curauit Ferrariæ sequestrari, cui se illi de Bontempis, & Fontanis, tanquam Gobi creditores apposuerunt prætendentes Bauosium in dicta Canapi spectante ad Gobum, cuius nomine facta fuit emptio, nullum Ius habere; Vnde per hoc introducto coram Auditore Generali Bononiæ Iudicio, fuit per eum ad fauorem illorum de Fontanis pronunciatum, qui stante renunciatione per Bauosium facta, cum prætenderetur non esse locum appellationi, commissa mihi causare-

sa restitutionis in integrum, dubium super ea proposui, & quia resolutio pendebat, an canapis sequestrata esset Gobo, & Alberto communis, Domini affirmatiuam partem tenuerunt, potissimum ex mandato procuræ per Gobum ad emendam huiusmodi canapim dato, in quo facultas Michelino conceditur hoc negocium iam cum Bauosio nomine societatis
1 actum concludendi; † vnde sequitur illud esse idem cum præcedenti per Albertum gesto, *l. nam vt seruus. §. si viuo Titio. ff. de neg. gest. Bald. cons. 428. num. 4. lib. 2. Crauet. cons. 436. num. 7. lib. 3 Surd. decis. 71. Paris. cons. 43. num. 10. lib. 1.*
2 Et per consequens canapim † effectam fuisse communem *Alex. cons. 139. num. 2. lib. 5. Bart. in l. 2. C. pro soc. Bald. in l. 1. C. si quis alter vel sibi, Bursatt. cons. 118. nu. 1. lib. 1. Felician. de societ. cap. 14. numer. 85 vers. sextus erit casus.*
3 Cum præsertim inter Gobum, & Albertum inita fuerit † conuentio de canapi sociali nomine emenda de pecunijs, ex alia merce prius communi nomine vendita redactis, vt ex capitulis societatis apparet, vnde cum postea canapis de dictis pecunijs fuerit empta, vt consignatione communium cedularum ad computum pretij constat, dicendum est emptionem
4 iuxta præcedentem conuentionem emanasse, † cum à primordio posterior euētus formetur *l. 1. C. impo nen. lucrat. descript. lib. 10. Menoch. lib 3. præsumpt. 46. num. 8. Alciat reg. 2. præsumpt. 24. Surd. decis. 288. nu. 30. & decis. 291. num. 9.*
Et tanto magis dicta emptio communi nomine facta videtur, cum isti socii consueuerint, societatis negotia priuatis etiam nominibus gerere, vt ex duabus cedulis venditionis apparet; Arsenali Venetiarum factæ, & nihilominus constat huiusmodi venditionis pro communi societate habitas fuisse, quod
5 solitum † in hac materia præcipuè venit attendendum, *Bald. in l si patruus in princip. C. comm. vtriusque iud. & cons. 61. num. 3. lib. 2. Petr. de Vbald. de duobus fratribus q. 5. num. 3. in 3. casu, Menoch. præsumpt. 46. lib. 3. Felician. d. cap. 3. nu. & cap 14. numer. 92. Card. Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 17. n. 2. to. 1.*
Accedit Gobum fuisse capserium, & crediti cedu-
6 las penes se retentas in satisfactionem pretij canapis dedisse, † vnde satis redditur verisimile, illum communi nomine vti ministrum emere voluisse *Angel. cons. 90. Dec. cons. 192. Felician. d. cap 9. num. 56.*
7 Non obstat proprio nomine aliena etiam pecunia ementem † sibi dominium quærere *l. 1. C. comm. vtriusque iud.* nam id locum non habet, vbi ex circū-
8 stantijs, vt in casu nostro constat ementem proprio † nomine pro alio emere voluisse, stante præsertim quod in capitulis societatis erat cautum, vt in mer-
9 cibus communes pecuniæ ad societatis commodum inuestirentur, vnde socius de dictis † pecunijs licèt proprio nomine emens, censetur pro consocio emere *l. multum. C. si quis alteri vel sibi, Crauett. cons. 286. Felician. de societ. cap. 3. nu. 53. & cap. 14. n. 1.*
Alias sequeretur dolosè Gobum se gessisse emen-
10 do contra conuētionis formam, nomine proprio de pecunijs communibus, † quod non præsumitur, *Menoch. cons. 122. num. 33 lib. 2. Corn. 61. col. 2. in fin. lib. 2. Felician. d. tract. cap. 14. num. 69.*
Cum igitur canapis per socios empta, sit communis, Bauosius tanquam Alberti creditor debebat cū Gobi creditoribus concurrere, nec erat excludendus prout factum fuit in sententia de partibus.

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Meleuitana Bonorum.

Lunæ 25. Maij 1620.

ARGVMENTVM.

Pater, vel mater, non possunt absque consensu filiorum eis, vel cuilibet eorum præiudicare, stantibus pactis matrimonialibus ad eorū fauorem. Tex. in cap. significauit. de donat. inter vir. & vxor. quid propriè disponat, & in quibus terminis loquatur. Vxor quicquid acquirit marito acquirit, nisi doceatur id acquisiuisse ex propria substantia, siue industria.

SVMMARIVM.

1 *Pater in testamento non potest disponere contra pacta matrimonialia.*
2 *Pater non potest præiudicare filijs absentibus, stantibus pactis matrimonialibus ad eorum fauorem confectis.*
3 *Acceptans aliquid debet, id cum suis qualitatibus acceptare.*
4 *Bona constante matrimonio acquisita inter virum, & vxorem, efficiuntur communia.*
5 *Text. in cap. significauit. de donat. inter vir. & vxor. est intelligendum de bonis quæsitis ex pecunijs communibus.*
6 *Text. in cap significauit. de donat. inter vir. & vxor. quid verè determinet.*
7 *Bona quæsita per virum, vel vxorem constante matrimonio, ex communi obseruantia non efficiuntur communia.*
8 *Vxor, quicquid acquirit constante matrimonio, præsumitur de substantia viri acquirere, ideoque dicitur ei quæsitum.*
9 *Limita id, nisi doceatur hoc fecisse vxorem ex sua particulari industria, & substantia.*

DECISIO CCXXI.

DOMINI recesserunt à decisis in hac causa sub die 8. Nouembris 1619. * & steterunt in primo loco decisis, * nempè sub die 25. Februarij eiusdem anni. Moti fuerunt DD. quia informantes pro Antonia, & litis consortibus melius declararunt suam intentionem, hoc est, quod ipsi non prætendunt dotem Entionæ, neque aliquid aliud quæsitum ab ea extra materiam dotalem, sed tantū prætendunt bona quæsita per patrem, quæ mediant bus capitulis dotalibus, quod bona fierent communia, fuerunt medietate quæsita, etiam ipsi Entionæ, nam vir, qui per pacta matrimonialia concessit Entionæ bona à se acquirenda, fecit etiam fideicommissum ad fauorem communium filiorum. Ideoque non po-
1 tuit Entiona per suum testamentum † relinquere, prout reliquit de dictis bonis plus vni, quam alteri, quia hoc modo veniebat contra pacta matrimonialia, quibus non poterat contrauenire, vt latè fuit deductum in prima decisione.
Non obstant fundamenta secūdæ decisionis, nempe quod pacta matrimonialia non fuerint confecta per Entionem, sed per eius patrem, & in illius ab-
2 sentia, qui non potuit præiudicare filiæ † quoad bona per ipsam quærenda, & quod non constat de ratificatione filiæ cum similibus, quia vnico verbo fuit responsum, nempe quod filij non petunt ab hæreditate Entionæ aliud quam bona paterna, qui si ob nō appro-

approbationem pactorum matrimonialium factam
ab Entiona remanent paterna, ipsi habent intentũ,
si vero Entiona, siue illius hæredes prætendunt di-
cta bona sibi communicata per pacta matrimonialia
3 debent acceptare dicta pacta cum omnibus qualita-
tibus appositis à marito paciscẽte, & sic cum pacto
æqualis successionis communium filiorum post mor-
tem dictæ Entionæ.

Non obstat quod aliqui Doctores tenuerint, quod
4 de iure †communi, bona constante matrimonio in-
ter virum, & vxorem *per tex. in cap. significauit de
donat. inter vir. & vxor. Lup. in cap. per vestras. nu-
mer. 61. de donat. inter vir. & vxor. Segul. in tract.
de lucr. const. matr. nu. 68. & seq. & nu. 124. Mon-
taluus in l. 1. tit. 3. lib. 3. Boer. in consuetudine, Bi-
surcien. tit. de consuetud. matrimoniali. §. 2. Fede-
ric. Solis de bonis. constan. matr. quæsit. par.* 8. quia
placuit contraria opinio quam tenuit *Cassan. in
consuetud. Burdegalen. rubr. 4. §. 2. num.* 16. *Pir-
rus in consuetudine Auriclacen. tit. de societate in-
ter vir. & vxor. Couar. de matr. par. 2. cap. 7. §. 1.
num.* 5. vbi dicit *text. in dicto cap. significauit de do-
5 nat. inter vir. & vxor.* esse † intelligen. de bonis
quæsitis ex pecunijs communibus scilicet mariti, &
vxoris, *Glos. bene explicat ibi glos. in verb. diuisione,
& sequatur ibi Host. num. 1. vers. vel potest intelli-
gi, & Innoc. & Zabarell. in princ.* & re vera ille
tex. non probat assumptum, quia licet determinet,
6 † quod facto diuortio teneatur maritus restituere
dotem, & diuidere bona omnia inter se, & vxorem,
non tamen determinat, quonam modo bona fiãt cõ-
munia inter virum, & vxorem, & sic non dicit quod
7 bona † quæsita per coniuges eo ipso fiant commu-
nia, quando sunt quæsita per virum, vel vxorem
constante matrimonio, quod satis etiam docet com-
munis obseruantia.

8 Vlterius quoad vxorem † habemus specialem di-
spositionem, vt scilicet quicquid acquirit, præsuma-
tur de substantia viri, (nisi doceat hoc fecisse ex sua
particulari substantia siue industria,) ideoq. dicitur
9 quæsitum ipsi †marito, *l. Quintus Mutius cum sua
materia. C. de donat. inter vir. & vxor. &c.*

** Decisio ista à qua Rota recessit nempè sub die* 8.
Nouemb. 1619. *est supra in hoc Tomo decis.* 134.

** Illa verò in qua primo loco stetit in decisis scilicet
sub die* 25. *Februarij* 1619. *est pariter supra de-
cis.* 83.

EMINENTISS. D. CARD. VEROSPIO.

Bononień Aquarum.

Lunæ 1. *Iunii* 1620.

ARGVMENTVM.

Aquam, si quis prætendat ab aliquo vindicare, plenè,
& concludenter eius dominiũ probare tenetur, &
non sufficit si deducat tantum actus possessorios fa-
ctos in loco, vbi aqua nascitur, & maximè, si idem
etiam probetur ex parte rei conuenti. Possessio ni-
hil habet commune cum dominio.

SVMMARIVM.

1 *Possessor, & reus præsumitur Dominus, donec con-
trarium probetur.*
2 *Aquam, si quis prætendat vindicare, debet probare
eius dominium plenè, & concludenter.*
3 *Aquæ dominium spectat ad eum, in cuius fundo il-
la nascitur, & num.* 4.
5 *in Teste magis attenditur ratio, quam dictum, in
his præsertim quæ sensu corporis percipiuntur.*
6 *Possessio nihil habet commune cum dominio.*
7 *Reo, & possessori satis est excludere actorem ob pro-
bationes dubias.*
8 *Dominium si agatur rei vindicatione, non iustifica-
tur ex possessione.*
9 *Probatio magis specifica attendenda venit.*
10 *Dominium eiusdem rei, potest esse penes duos diuer-
sis tamen respectibus.*

DECISIO CCXXII.

COMES Barbatia sub die 2. Aprilis 1618. co-
ram me* decisionem obtinuit, quod videlicet
cuiusdam aquæ proprietas ad D. Siluium Albergatũ
non pertineret, quæ decisio proposito iterum dubio
fuit hodie per Dominos confirmata.

Comes enim tãquam reus, & huius aquæ posses-
1 sor, etiam Dominus †præsumitur, donec contrariũ
probetur *§. commodum instit. de interdict. Ripa in
l. rem, quæ nobis num.* 52. *ff. de acquir. poss. Me-
noch. præsumpt.* 63. *num.* 11. *& seq. lib.* 6. *Mascard.
de probat. concl.* 539. *num.* 8. *& seq.*

Et Albergato, qui prætendit aquam vindicare,
2 onus incumbit †dominium plene, & concludenter
probandi *l. ei qui dicit. ff. de probat. l. fin. vbi glos. &
ibi Bald. C. de rei vindicat. l. in rem actio. ff. de rei
iud. Dec. cons.* 62. *num.* 1. *vers. & certè, Ruin. cons.*
13. *num.* 6. *vers. sed præmissis lib.* 4. *Surd. cons.* 160.
num. 63.

Et licet aquę dominium ad eum spectare dicatur,
3 †in cuius fundo illa nascitur *l. Proculus. ff. de damn.
inf. l. aqua, vbi glos. ff. de seruit. & aqua.* Hic ta-
men non constat, locum in quo hæc aqua ortum du-
cit, ad D. Siluium pertinere; & quamuis nonnulli
testes asserant, Riualem vbi nascitur aqua in terris
4 † esse dominij Siluij, nullam tamen reddunt conclu-
dentem rationem, neque respectu dominij situs, ne-
5 que confinium, cum tamen † in teste ratio magis
quam dictum attendatur, in his præsertim quæ sen-
su corporis non percipiuntur, *Rol. cons.* 46. *num.* 19.
lib. 3. *Menoch. cons.* 626. *num* 19. *Mascard. de probat.
concl.* 1396. *num.* 5. *&* 12. *Modern. de testibus q.* 70.
num. 46.

Præterea quamquam dicti testes deponãt Alber-
gati colonos in eodem Riuali certas arbores incidis-
se, & nonnullos ibi collegisse fructus, isti tamen actus
ad dominium non inferunt, sed tantummodo ad pos-
6 sessionem, † quæ nihil habet cum dominio commu-
ne *l. naturaliter §. nihil commune. ff. de acquir. pos-
sess. glos. in l. eum res. C. de probat. Castr. cons.* 297.
in princ. lib. 2. *Natt cons.* 26. *num.* 6.

Accedit alios testes pro Comite Barbatia produ-
ctos deponere, illius pariter colonos in dicto Riualdi
arbores incidisse, vnde saltim Albergati probationes
7 dubię reddũtur, quod satis est † Barbatiæ reo, & pos-
sessori ad illum tanquam actorem excludendum,
*c. in præsentia de probat. l. fin. C. de rei vindic. Bart.
in l.* 2. *num.* 1. *C. de except. rei iudic. Rot. decis.* 6. *eod.
tit. in antiq.*

Et sic nõn releuat ex prædicta Albergati posses-
sione dominium inferri, nam vltra quod huiusmodi
8 possessio dubia redditur, nec sufficit, † vbi rei vindi-
catione

catione agitur ex allegatis, totū nihilominus quod ex ista possessione ob arborum incisionem resultare posset ad Albergati fauorem, illud idem ex possessione aquæ ad Barbatiæ fauorem infertur, quæ pro-
9 batio respectu eiusdem aquæ resultans, † vti magis specifica venit præferenda *Alex. cons. 77. nu. 6. lib. 1. Becc. cons. 44. num. 26.*

Et si ex possessione respectu fructuum, & arborū incisorum Albergatus eorum dominiū habere præsumitur, multo magis, & specialiter Comes Barbatia, ex aquæ possessione illius dominus reputabitur,
10 † nec est inconueniens, duos eiusdem rei diuersis respectibus dominos existere, *Ang. Aret. cons. 19. numer. 19. & 20. Alex. cons. 99. num. 23. lib. 1.*

☞ *Decisio ista in hac causa facta sub die 2. Aprilis 1618. adest infra in Appendice post decisiones anni 1626.*

REVERENDISS. PIROVANO.

Auximana Alimentorum.

Lunæ 1. Iunij 1620.

ARGVMENTVM.

Partus editus ante septimum mensem, an sit vitalis, declaratur; obligatio omnis in patre, præstandi alimenta filio, tota fundata est in paternitatis præsumptione, qua cessante, cessat pariter obligatio.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta, & sumptus litis, vt debeantur collitigātibus, duo sunt probanda, scilicet paupertas, & boni iuris præsumptio.*

2 *Puer natus in domo patris in figura matrimonij, simul marito, & vxore cohabitantibus, nullo inter eos existente impedimento, & nomine etiam patris baptizato, hoc casu intrat præsumptio l. miles. §. defuncto. ff ad l. Iul. de adult.*

3 *contra Text. in l. miles. §. defuncto. ff. ad l. Iul. de adult. non est denegata probatio in contrarium.*

4 *Puer, quando est conceptus ante tempus matrimonij, tunc lex in eo non præsumit paternitatem.*

Paternitas, quando remouetur, cessat obligatio præstandi alicui alimenta. nu. 5. & 24.

5 *Homini non est præstitatum certum tempus pariendi. & num. 22.*

6 *Partus, quinque mensium, & quinque dierum solarium non est naturalis, nec vitalis, nu. 7.*

8 *Partus, si prodeat maturius, quàm septimo mense, nullo modo, nec vllibi vitalis est.*

9 *Partus quinque mensium est vitalis.*

10 *Partus editus ante septimum mensem aliquando est vitalis.*

11 *Hippocratis opinio, quod partus editus ante septimum mensem non sit vitalis, per Imperatores recepta est, & à nostris comprobata.*

12 *Opinio illa est tenenda, si rationes contrariæ opinionis illam non conuincant.*

13 *Partus editus septimo mense, perfectus est, & an isti menses debeant esse Lunares, vel Solares. vide num. 17. & num. 20. vide an debeāt esse continui.*

14 *Hippocratis opinio in l. in testato. ff. de suis, & legit. & in alia hic expressa censetur recepta non ex eo, quod simpliciter hoc dixerit Hippocrates, sed quia cum ratione locutus fuerit.*

15 *Per expressionem vnius temporis, censetur alterum exclusum.*

16 *Argumentum ab inclusione vnius temporis, ad exclusionem alterius validum est.*

18 *Dies Solares sunt inæquales secundum regiones diuersas.*

19 *Dies Lunares semper sunt ecrti.*

21 *Partus potest nasci, & viuere post dies 163. modo in plenilunio, vel interlunio sit conceptus.*

23 *Conceptionis tempus est incertum.*

DECISIO CCXXIII.

In disputatione præsentis dubij, An debeantur Petro alimenta, & sumptus litis, duo ei neces-
1 saria erant probanda, † paupertas nempè, & boni iuris præsumptio, *Cresc. decis. 8. de iud. Surd. de alim. tit. 1. q. 120. num 9. Couar. pract. quæst. cap. 6. num. 5. in fin. Seraph. decis. 1098. num. 1. & 2.*

Primum non controuertebatur, quia constat huiusmodi filium esse infantem, & eiectum à patre nolente illum recognoscere in filium, & pietatis causa fuisse receptum in domo Turriani, a quo hucusque fuit alimentatus.

Secundum verò prætendebatur probari, quia natus erat in domo patris in figura matrimonij, simul marito, & vxore cohabitantibus, nullo inter eos existente impedimento, & nomine etiam patris bapti-
2 zato, quo casu intrat† præsumptio *l. miles. §. defuncto ff. ad l. Iulia. de adult.* sæpè per Rotam approbatæ ad sustinendam qualitatem filiationis saltem pro obtinendis alimentis, dum de proprietate eiusdem disputatur.

Cæterum quia cōtra huius legis præsumptionem
3 † non est denegata probatio in contrarium, & pro parte negabatur possibilitas huius filiationis, quia natus erat in quinto mēse post sequutum matrimonium, quod contigit die 23. Ianuarij 1611. partus verò editus 28. Iunij, & per consequens puerum fuisse conceptum ante tempus matrimonij, in quo
4 lex† non præsumit paternitatem, & ea remota cessare obligationem præstandi alimēta; possibilitas vero filiationis pro puero sustinebatur, dum homini
5 † non est præstitutum certum tempus pariendi.

Domini examinando veritatem huius opinionis, quæ apud Philosophos, Medicos, & Legum professores admodum controuersa fuit, & à qua determinatio dubij propositi pendebat.

Censuerunt alimenta, & sumptus litis non deberi
6 Petro, cuius resolutionis sequela est partum † quinque mensium, & quinque dierum Solarium non esse naturalem, neque vitalem, paternitatemq. omnem excludere.

Huius opinionis antesignanus fuit Hippocrates, qui in opus. de Septimestre partu. in princ. sic loquutus est, Septimestres autem nascuntur 182. diebus, ac dimidio, & insuper accedente diei particula, si enim primi mensis dies quindecim supputaueris, deinde quinque mensium dies 147. & dimidium, (in vnde sexaginta enim diebus quā proximè duo menses perficiuntur) his igitur sic habentibus ad septimum mensem supersunt dies non plures, quàm viginti, & est tota summa dimidij anni cum aliquan-
7 tula diei parte. Hanc † Hippocratis sententiam sequti sunt summi Philosophi, & Medicinæ Magistri, *Arist. lib. 7. de histor. anim. cap. 4. Plin. lib. 7. natur. histor. c. 5. Gale. de Septimestr. part. in verb. septime-*

stres, Alex.lib.2.problem. omnes affirmantes, si maturius † quam septimo mense partus prodeat, nullo modo, nec vllibi vitalem esse quibus accedunt *Aul. Gel.lib.3. Noct. Attic. c.10. Amator Lusitanus centur.1.curat.27. Feder. Bonauentura de partu octomest lib.7.cap.26. Marcell. Donat.* de Medic. *histor. mirab.cap.13.*

8

Et quamuis non desint qui contrarium tueantur, scilicet vt partus quinq; † mensiũ sit vitalis, & exẽplis conentur comprobare eo fundamento præsupposito, quod homini non sit præstitutũ certum tempus pariendi, prout alijs animalibus, quod non improbant supradicti auctores, & in ea opinione fuerũt, *Auic. lib.3.suæ Medic. tract.2. sess.21. c.5.* dum ait

9

10 ante † septimum mensem multoties natum mori, quoniam motus vehementes tolerat, ergo si maiori ex parte, non semper, sed aliquando potest partus esse vitalis, *Cardanus*, vir suæ ætatis singularis *contrad.Medic.lib.1. tract.3. contrad.8.* afferens exempla de duobus filijs, quorum alter natus erat diebus 168. alter verò 170. *Ferdinandus Mena* professor publicus, & Regis Catholici Medicus, *in comment. ad cap.4.de septimestr.par. Hippocratis* afferens exemplum de Pincerna Regis Francorum, *Franc. Valles.* eiusdem Catholici Regis Medicus *lib.6.Epidemior.2.sect.3. Hieronymus Montuus* Regis Galliæ Medicus *in libro suo Anasc. morb.40.41. Horatius Augierius in libro quod certum non sit nascẽdi tempus,* vbi ponit exemplum de puero Auenalis Comitatus Cinguli Auximan. Diœc. nato in quinto mense, *Io.Schenchius obseruat.med.tom.2.lib.4.nu.152.* & ex nostris multis relati per *Roger.cons.1.num.14. & sequentib.*

11 Tamẽ placuit Dominis adhærere † opinioni *Hippocratis,* quæ per Imperatores recepta fuit, & à nostris comprobara, ac etiam quia possit cum alijs cõ-
12 ciliari, vel demum quia nec † rationes cõtrariæ opinionis conuincant, neque exempla conueniant casui, de quo agitur.

Primò enim sententia hæc *Hippocratis* recepta fuit *in l. ab intestato. ff.de suis, & legit. hæred.in fin.* vbi habetur iusto tempore eum videri natum, ex *Hippocratis sententia,* cum mater ante centesimum octuagesimum secundum diem esset manumissa, *& in l. septimo mense. ff.de stat.homin.* vbi dicitur, septi-
13 mo mense nasci perfectum, partum iam receptum est propter auctoritatem doctissimi viri *Hippocratis,* & ex nostris comprobarũt *glos.in §.vnum siquidem. in verb. perfecto. auth.de rest. & ea quæ parit. vers. item plusquã sex mensibus, Iacobin. à Sanct.Georg. in l.quod certarum, num.4.C.de posth.hæred. Soc.in l.cum auus, nu.111.ff.de condit.& demonstr. Socin. iun.cons.35. nu.5.et 6.lib.2. Castr. in l.vxoris abortu num.12.C.de posth. hæred. Paris. cons.56. num.5. lib.2. Fulgos.cons.69.num.1. Alciat. cons.23 num.2. lib.9.M.Ant. Eug. cons.28. num.6.Cassan. cons.19. num.6.Vrsill.ad Afflict.decis.236.sub num.1. Burs. cons.63.num.18.lib.1.Tiraq. in l.si vnquam, in ver. susceperit liberos. num.210. C. de reuoc. donat. Menoch. de arbitr.cas.89.nu.34.et 35.et præsumpt.52. lib.6.num7.et cons.284.num.33. et 34. Guliel.de Benedict.in repet. cap.Raynut. par.2.in verb.et soboles, quam gestabat in vtero, nu.24. et 25. Camill.Borell. cons.28.num.42 Seraph.decis.1282. nu.11. et Cuiac. in d.l.septimo mense, seu 1.lib.19. ad responsa Pauli.*

Neque prædictis obstare videtur, quod determinatio dierum centum, & octuaginta duorum non contineat alterius minoris temporis exclusionem, & per consequens possibilitas partus superuiuentis non excludatur, quod dicebatur sufficere ad hunc effectum præstandi alimenta.

14 Quia sententia † *Hippocratis* censetur recepta in *d.l.intestato, & in l.septimo mense,* non ex eo, quod simpliciter hoc dixerit *Hippocrates,* sed quia cum ratione loquutus fuerit; rationes autem eius sententiæ in opusculo supra allegato de septimestri partu expresse excludunt possibilitatem partus quinquemestris, dum expresse secundum eius supputationem
15 debet excedere mediam anni partem, † ergo per expressionem vnius temporis, & alterum censeri debet exclusum tanquam rationi deductæ contrarium,
16 & ita valere argumentationem ab inclusione † vnius temporis in his terminis declarãt, *Fulgos.d.cons.69. num.1.Castr.in l.vxoris abortu, num.2.C.de posth. hæred.instit. Paris.cons.56.num.5.lib.2. Cassan.cons. 19.num.6. Feder.Bonauent.de octomestr.part.lib.7. cap.26.*

Secũdo visum fuit posse conciliari opiniones, quia
17 *Medici, & Philosophi* dissentiunt inter se, an † sex menses secundum *Hippocratis* sententiã ad sustinendum partum vitalem debeant esse Lunares, vel Solares; & quod sufficiant Lunares secundùm veriorem, quam tradit *Galen.* post alios *3.de dieb. decret. & lib.*
18 *de septimestr. part.* ea ratione, quia † Solares sint in-
19 æquales secundum regiones diuersas; Lunares † verò semper sint certi: Contrarium verò alij tenuerint ob id, quòd sex Lunares non constituant numerum 182. dierum secundum Hippocratis sententiam, vt *Federicus Bonauent. de octomest. part. lib.2. cap.1. vers.hæ sunt, & eod.lib.2. c.16. in fin. Marcell.Donat.de Medic.histor.mirab.c.13. ante medium. Matthæus Curtius de mensib.lunarib.* in hoc tamen non
20 dissentiunt, quod non omnes menses † debeant esse continui, sed sufficiat quinque intermedios esse continuos, primum verò, & septimum concisos, & deficientes admittendos esse, vt Galen. declarauit de septimestr. partu, dum exposuit Hippocratis sententiam de 182. diebus, & idem tenuit *Marcell. Donat. de Medic.histor.mirabil.c.13.post medium, & Franc. Valles.controu. Medic. lib 2. c.11.* modo primi mensis dies saltem quindecim numerentur, vltimi verò totidem, vel plures, *Cardan. vero de contradict. Medic.lib.1. contrad.8. tract.3.* & qui illum sequuntur
21 volunt partum † posse nasci, & viuere post dies 163. modo plenilunio, vel interlunio conceptus sit, quod tempus potest se habere de diebus quindecim primi mensis, & de aliquibus septimi mensis, & residuorum deficientia tribui potest ad validiores parentũ vires, sed nihilominus secundum dinumerationem dierum præsentis casus, qui sunt 157. primi mensis, dies quindecim respectiuè ad plenilunium à die conceptionis ingredi non possunt.

Tertio, & vltimo, rationes non conuincunt, neque exempla conueniunt: nam si in sola ratione fir-
22 metur opinio, quòd homini † non sit statutum certum tempus pariendi, de indeterminato tempore à die conceptionis intelligi non potest, quia absurda esset ratio, si vero de tempore, in quo partus possit esse vitalis, illud quidem poterit esse incertum ratione editionis, sed nòn ratione habilitatis ad suprauiuendum, pro quo magis stringunt rationes Hippocratis, quàm possibilitas allegata. Similiter exempla

pla non conueniunt, quia illa fundantur in narratiua mulierum, quæ vel potuerunt alios decipere, vel ipse decipi in tempore conceptionis, quod illis esse
23 †incertum tenuerunt supradicti *Hypocrat. Aristot. & Plin.* & ex nostris comprobat *Tiraq. in d.l. si vnquam. in ver. susceperit liberos. nu.210. & sequentib. C. de reuoc. donat.* In præsenti autem error, aut ignorantia cadere non potest, quia certus est dies cõtracti matrimonij, nempè 23. Ianuarij 1611. puer vero natus est die 28. Iunij. Vnde à possibili non potest variari tempus conceptionis ad augendum numerum dierum, & tempus natiuitatis eundem numerum determinat.
24 Atque ita cum neque verè, † neque per possibile concludatur paternitas, visa fuit cessare omnis obligatio præstandi alimenta, quæ tota fundatur in paternitatis præsumptione, *Al. reg. 3. præsumpt. 38. n. 9. Couar. de spons. par. 2. c. 8. num. 6. vers. idem dicendum erit. Surd. de alim. tit. 1. q. 112. num. 2. & 3.* Et ita &c.

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Romana societatis de Piccinardis.

Veneris 5. Iunij 1620.

ARGVMENTVM.

Societas per publicationem bonorum delinquentis finitur, & actiones ad recuperanda ea, quæ spectant ad socium, cuius bona fuerant publicata, transeunt in fiscum, & si vigore concordiæ eas alicui cessit, ei competunt omnia iura, quæ competerent fisco, tanquam illius cessionario. Notarij stipulatio pro alio, vt valida sit, requiritur illius acceptatio, & ex quo illa non præsumatur.

SVMMARIVM.

1 *Via executiua competit, quando agitur vigore instrumenti obligatione Camerali vallato.*
2 *Lucro pecuniarum ad societatem officij datarum est locus, licèt ille sub cuius vita datæ sunt, moriatur per viam iustitiæ.*
3 *Societatis officij periculum, quando fuit translatũ de vna vita ad aliam, tunc mortuo ille, de cuius vita fuit translatũ, non est locus lucro pecuniarũ.*
4 *Intimatio in terminis societatis officij, quoad translationem periculi vitæ de vno in alium, valet, & tenet, si fiat fideiussori, & non officiali, stante sic pacto.*
5 *Societas per publicationem dissoluitur.*
6 *Societas officij quãdo est finita per publicationem bonorum, tunc actio pro consequendis pecunijs datis in societatem transit in fiscum.*
7 *Concordia si sit inita inter fiscum, & alium, circa iura eius cuius bona fuerunt publicata, tunc omnia iura attinentia fisco, transeunt in cessionariũ.*
8 *Romana societatis officij 6. Aprilis 1612. coram eodem Sacrato in quo casu loquatur.*
9 *Mors, quæ infligitur de ordine Iudicis an possit dici naturalis, vel violenta ad effectum lucrandi societatem officij super periculo vitæ.*
10 *Notarius, licet stipulari possit pro alio, tamen id ei non suffragatur, nisi constet de acceptatione.*
11 *Fides de iure non facit fidem.*
12 *Creditum, si quis acceptasset, verisimiliter illud exigeret, vel tentaret exigere.*
13 *Bona delinquentis an possint publicari, quando adsunt filij.*
14 *Publicatio bonorum delinquentis dum reperitur facta, si dubitetur an sit valida, necne, adeundi sunt Iudices fisci.*
15 *Nullitas, quando ad fauorem alicuius est inducta, tunc ipse solus, & non tertius potest dare de dicta nullitate.*

DECISIO CCXXIV.

DIXERVNT Domini mandatũ esse relaxañ, siue iam relaxatum executioni demandandum, quia actum fuit vigore instrumenti obligatio-
1 ne †Camerali vallati, & sic competit via executiua ex vulgaribus regulis.

Et non obstat quod pecuniæ, quæ prætenduntur à filijs Piccinardi fuerint datæ ad societatem sub vita ipsius Piccinardi, quo defuncto etiamsi ex morte
2 inflicta† per viam iustitiæ, fuit locus lucro pecuniarum, *vt in Romana societatis 6. Aprilis 1612. coram me*, quia placuerunt duæ respõsiones datæ pro Piccinardis. Prima est, quod societas esset iam translata, ideoq. non potuerit per superuenientem mor-
3 tem Piccinardi † vacare, & licet intimatio translationis non fuerit facta officiali, sed fideiussori, tamen placuit replicatio hoc sufficere stan. pacto in societa-
4 te, quod disdicta posset fideiussori tàm officiali,†quã fideiussori; nulla enim videbatur posse constitui differentia inter disdictam, de qua in pacto, & translationem factam in casu, de quo agitur. Secundo cessare visa fuit difficultas, quia antequã Piccinardus capite plecteretur, fuerunt sibi publicata bona, per
5 quam †publicationem dissoluitur societas, *iux. text. in §. publicatione instit. de societ. & in l. verum §. fin. & in l. actione. §. publicatione. ff. pro soc.* & fuit latè deductũ in duabus decisionibus super hoc eodem factis *coram R.P D. meo Manzanedo* dissoluta
6 autem societate actio pro consequen. † pecuniis datis in societatem transiuit in fiscum, *Bart. in l. 1. §. an bona. ff. de iur. fisc.* atque inde in filios d. Piccinardi cessionarios fisci, vt in transactione, quæ datur
7 qua transactione †stante competunt sibi iura fisci, vt per *Salic. in auth. bona damnatorum num. 4. vers. nam personæ istæ C. de bon. proscrip.* Quibus non
8 obstat †*dicta Romana societatis 6. Aprilis 1612. coram me*, quia non loquitur de effectu publicationis, sed tantum disputat articulum an mors, quæ infli-
9 gitur de ordine Iudicis possit dici†naturalis, vel violenta ad effectum lucrandi societatem super periculo vitæ.

Minus releuat aliud obiectum, nempè, quod vxor Massimiliani satisfecit fisco, cedendo aliam societatem, vt in summ. Crescentiorum num. 2. quia etiam si Notarius stipulatus fuerit pro fisco, attamen hoc
10 †non suffragatur, cum non constet de acceptatione fisci prout de iure est necessaria. *Couar. in rubr. de testam. par. 3. nu. 13. Card. Seraph. decis. 472. nu. 4. Rot. decis. 369. num. 3. par. 2. in recent.* & licèt detur
11 quædam fides quod fiscus †fuerit contentus dicta cessione, tamen fides de iure non facit fidem *Seraph. decis. 1280. num. 1. Rot decis. 255. nu. 3. & 4. & decis. 360. num. 6. par. 1. rec.* cum maximè non probe-
12 tur quod fiscus exegerit, vel † tentauerit exigere creditum cessum prout verisimiliter fecisset, si illud acceptasset.

Circa illud, quod cum adessent filij, bona non po-

13 fuerint † publicari *ex Honded.conſ.*110.*lib.*1. ſicque non fuiſſe locum diſdictæ, de qua ſupra, fuit reſponſum, quatenus de hoc agendum eſſet, adeundos eſſe Iudices fiſci, quia in propoſito caſu habemus publicationem, quæ ita incidenter non videtur deducenda in controuerſiam, ſed ceſſare difficultatem, quia iſta nullitas videtur inducta ad fauorem filiorum, qui propterea ſoli, & non tertius poſſunt dare de prædicta nullitate *Oldrad.conſ.*139.*num.*8. *Dec.conſ.* 247. *in fin. verſ. non obſtat, Rot. deciſ.*390. *num.*4. *part.*1. *in recent.* Et ita &c.

☞ *Aliam deciſionem in hac cauſa factam ſub die* 14. *Iunij* 1623. *coram bon.me. Franciſco Vbaldo, habes infra ſuo loco.*

R. P. D. REMBOLDO.

Oriolen. Canonicatus.

Mercurij 10. *Iunij* 1620.

ARGVMENTVM.

Gratia ad hoc, vt ſubſtineatur, debet iuſtificari eius narratiua. Expeditiones duæ quando ſunt inter ſe diſcordes, ad quid ſit recurrendum. Et alia circa expeditores litterarum Apoſtolicarum, vt non poſſint præiudicare partibus.

SVMMARIVM.

1 *Mors alicuius benè iuſtificatur ex teſtibus, & partita ſormiter extracta ex libro mortuorum.*
2 *Beneficia non præſumuntur ſine dote.*
3 *Fides extraiudicialis, & facta ad alium effectum, nihil releuat.*
4 *Gratia iuſtificari debet de tempore datæ.*
5 *Papæ narranda ſunt ea, quæ facilius, vel difficilius mouere poſſent eum ad concedendam gratiam.*
6 *Actus vnicus, non ſufficit ad probandum, quod aliquid ita fieri conſueuerit.*
7 *Conſuetudo multo minus inducitur per vnicum actum, quando pacificè non fuit factus.*
8 *Dictio, forſan, eſt dubitatiua, & quando augeat diſpoſitionem præcedentem, num.* 9.
10 *Expeditiones duæ, ſi ſint inter ſe diſcordes, recurritur ad ſupplicationem, tanquam ad matricem.*
11 *Expeditores litterarum Apoſtolicarum non poſſunt præiudicare partibus in expeditione litterarum.*
12 *Expeditores litterarum Apoſtolicarum poſſunt declarare, ac etiam addere, & minuere litteras.*
13 *Sed hoc intellige dummodo per eos non alteretur ſubſtantia gratiæ.*
14 *Beneficium, quando dicatur merè ventoſum.*

DECISIO CCXXV.

DOMINI dixerunt gratiam D. Thomæ non eſſe iuſtificatam, quia licet difficultas non eſſet circa plura alia in dicta gratia narrata, & præſertim quo ad vacationem canonicatus per obitum Petri,
1 cum illa ſit †ſatis iuſtificata ex teſtibus, & partita formiter extracta ex libro mortuorum, quæ probat vacationem de facto, quod ſufficit quando prout in caſu iſto, non agitur in concurſu alterius tituli, *Put. deciſ.*181. *in nou. impreſſ. cum alijs per Garz. de benef. par.*11. *c.*1. *num.*14.

Et quod dictus D. Thomas ſit Clericus, & Magiſter in Theologia, & à decem & ſeptem annis citra in Curia commorauerit, eſſetq. tempore quo canonicatum impetrauit in eadem Eccleſia Archidiaconus, & quod dictus Archidiaconatus ſit dignitas, & valor canonicatus non excedat ducatos 24. & vna cum diſtributionibus ducatos 150. quia omnia iſta narrata bene iuſtificantur ex teſtibus & iuribus pro eodem Thoma in ſummario datis.

Nihilominus non videbatur iuſtificata dicta gratia quoad narratiuam, quod dictus Archidiaconatus obtineri conſueuerit inſimul cum canonicatu, forſan abſque diſpenſatione Apoſtolica, & quod idemmet Archidiaconatus nullos habet fructus, redditus, & prouentus, cum nec de tali conſuetudine aliqua ratione conſtet; nec minus fuerit probatum, quod dictus Archidiaconatus nullos fructus habeat, quæ tamen ſingula plenè & concludenter erant probanda; maximè quia contra narratiuam quod dictus Archi-
2 diaconatus nullos habeat fructus, militat † etiam iuris præſumptio, quod non ſit ſine dote, *cap. nemo, de conſecr. diſtinct.*1. *gloſ* 1. *in cap. quicumque* 16. *q.*1. *Caputaq. deciſ.*62. *par.* 1. *Rot. deciſ.*141. *num.*5. *par.*2. *diuerſ.* & in ſpecie quod eidem D. Thomæ obtinenti dictum Archidiaconatum debeantur, ratione dicti Archidiaconatus diſtributiones quotidianæ, fuit ad eius fauorem reſolutum coram me die 10. Iunij anni præteriti.

Non obſtat prætenſa relatio Epiſcopi Oriolen. quod dictus Archidiaconatus nullos habeat fructus,
3 †tum quia eſt merè extraiudicialis, & facta ad alium effectum, *Dec. in l.*2. *nu.*61. *& ſeq. C. de edend. Gabr. conſ.*40. *ſub nu.*42 *& ſeq. lib.*2. Tum etiam quia facta fuit lōgè ante impetrationem gratiæ, de cuius iuſtificatione agitur, ſicq. D. Thomæ ad effectum di-
4 ctæ iuſtificationis ſuffragari non poteſt; † cum illa debeat iuſtificari de tempore datæ, *Felin. in cap. eodem te, num.*18 *de reſcript. Rot. deciſ* 28. *num.*2 *eodem tit. in antiq. Card. Seraph. deciſ.*341. *num.* 9. Tum & tertio, quia cum D. Thomas narrauerit hunc Archidiaconatum nullos habere fructus, redditus, & prouentus, ideoq. ipſe probare teneatur, quod careat quoque diſtributionibus, ex quo non agitur ad effectum regulæ, ſed ad effectum iuſtificationis nar-
5 ratiuæ, qua Papa † potuit facilius, vel difficilius moueri ad concedendam gratiam, *iuxta trad. per Felin. in cap. ad aures, de reſcript. Card. Seraph. deciſ.*989. *nu.*4 *& fuit dictum in Clodien. beneficij* 12. *Ianuarij* 1601. *coram Illuſtriſſ Card. Ludouiſio*, non poteſt ad effectū dictę iuſtificationis dicta relatio deſeruire.

Non obſtat etiam quoad narratiuam, quod Archidiaconatus inſimul cum canonicatu obtineri conſueuit, forſan abſque diſpenſatione Apoſtolica; quod illa prætenditur iuſtificata ex impetratione alias per Raymundum Soler facta, & in actis exhibita, tum
6 quia † cum ſit vnica, non ſufficit ad probādum, quod ita fieri conſueuerit, *Dec. conſ.*222. *num.*7. *Creſcent. deciſ.*1. *de conſuet. Card. Seraph. deciſ.*381. *num* 2. *& fuit dictū in Bononien. decurſus aquarum* 15. *Martij* 1604 *coram Illuſtriſſ Card. Ludouiſio.* Tum etiam quia nec iſta vnica impetratio fuit pacifica,
7 ideoq. † eo minus dici poteſt fuiſſe per eam aliquam conſuetudinem introductam in præiudicium Capituli, quod dictæ impetrationi ſemper contradixit, & præcipuè *Rip. Doct. in cap. cum Eccleſia Sutrina*, *Roccus de conſuet. num.*64. *de cauſ. poſſ. & propriet.* *Roccus de conſuet.* ...

Non

8 Non obstat dictio dubitatiua † forsan, quia placuit Dominis responsio, quod illa non est adiecta ad narratiuam, quod insimul obtineri cōsueuerit, sed cadit super illis verbis, absque dispensatione Apostolica, ad tollendam dubitationem an ista consuetudo retinendi vtrumque esset inducta mediante dispensatione, vel sine dispensatione, adeo quod dicta dictio
9 † auget potius assertionem præcedentem, ita scilicet, vt sensus illorum verborum sit, quod Archidiaconatus insimul cum canonicatu retineri consueuit, forsan etiam, sine dispensatione, *Put. decis. 36. lib. 3. Rot. decis. 64. lib. 2. par. 3. diuers.*

Non obstant litteræ nouissimæ à D. Thoma expeditæ, in quibus leguntur dictæ narratiuæ alio modo conceptæ, cum in eis dicatur, quod forsan Archidiaconatus per vnum ex canonicis absque dispensatione obtineri consueuit, & quod dictus Archidiaconatus nullos fructus, & prouentus certos habet, quia visum fuit Dominis, quod magis debeāt attendi lit-
10 teræ primo loco expeditæ, quia illę † concordant cū supplicatione, ad quam est recurrendum tanquam ad matricem, quando oritur controuersia inter duas expeditiones, *Bart. in l. Sempronius. ff. de legat. 2. & in l. si librarius, nu. 9. ff. de reg. iur.* & maximè quia
11 expeditores non possunt præiudicare † partibus in expeditionibus litterarum, vt in similibus terminis fuit dictum *in Toletana parochialis de Alcaudette 10. Maij 1596. coram bo. me. Card. Arigonio.*
12 Nec obstat quod expeditores † possunt declarare, ac etiam addere, & minuere, *Cæsar de Graff. decis. 1. de probat. Sarnen. super regula de non iudic. iuxta formam supplicationis, quæst. 1. in princ.* quia hoc
13 debet intelligi †, dummodo per eos nō alteretur substantia gratiæ, prout alteraretur per hanc secundam expeditionem, cum ea attenta D. Thomas esset dispensatus ad retinendum duo beneficia sub eodem tecto, habentia duplices distributiones, quod certè inspecta priori expeditione non videtur quòd Sanctiss. Dominus Noster intellexerit facere, cum solū videatur intellexisse dictum Dominum Thomam dispensare, iuxta contenta in supplicatione, videlicet vt posset retinere vna cum canonicatu dignitatem, cuius, prout in dicta supplicatione fuit narratum; nulli sunt fructus, redditus, & prouentus, at-
14 que ita ad retinendam † dignitatem merè ventosam, & quæ nec distributiones, vt supra dictum fuit, haberet.

Minus facit quod possunt fieri plures expeditiones super eadem supplicatione, vt in decisionibus quæ dantur, quia hoc procedit in terminis in quibus dictæ decisiones loquuntur, videlicet quando fiunt huiusmodi expeditiones super diuersis gratijs in supplicatione contentis, puta gratiosæ subrogationis, si neutri, perinde valere, & similibus, si fiant diuersæ expeditiones super eadem gratia, & substantia gratiæ alteretur, quia hoc expeditores facere non possunt ex allegatis.

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Leodien. Beneficij.

Veneris 12. Iunij 1620.

ARGVMENTVM.

Rota, stante clausula arbitrio ex apparentia boni iuris aliquando solita fuit reijcere attentata, sed nunquam quando ius est turbidum. Agens rei vindicatione, non ex instrumento locationum, sed plenè concludenterq. dominium, & identitatem probare tenetur. Deuolutio non intrat, si defectus solutionis canonis venit ex parte Domini directi.

SVMMARIVM.

1 *Attentata aliquando stante clausula arbitrio Rota solet reijcere ex apparentia boni iuris, secus si illud sit turbidum.*
2 *Ius dicitur satis turbidum, si ex probationibus potius appareat de non iure, quàm è contra.*
3 *Deuolutio debet iustificari ex actis.*
4 *Dominium, quando agitur ad effectum deuolutionis est plenè, & concludenter probandum.*
5 *Dominiū non probatur ex instrumento locationū.*
6 *Identitas est concludenter probanda, si agatur rei vindicatione.*
7 *Caducitas non intrat, quando quis tenebatur aliquid soluere, puta frumentum in certo loco, nisi ex aduerso probetur, quod ipse habebat commoditatem in illo loco, ad effectum illud recipiendi.*
8 *Aliàs remanet solum actio ad canones exigendum.*

DECISIO CCXXVI.

CVM alias nempè sub die 5. Iunij 1617. proponeretur hæc causa super eo, An intraret arbitrium, de quo in commissione mihi directa, ad effectum reijciendi attentata, Rota voluit gustare de bono iure in negocio principali.

Proposito itaq; per me dubio sub hac die 12. Iunij, An constaret de bono iure in casu, & ad effectum de quo agitur, idest ad effectum reijciendi attentata Rota negatiuè respondit, nam etsi Rota aliquando
1 † ex apparentia boni iuris, & stante clausula arbitrio reiecerit attentata, vt in causa *Asten. bonorum 15. Decemb. 1593. 1608. coram Illustriss. Card. Lancellotto*, hoc ideo fuit, quia ibi clarè, & euidenter constitit de bono iure, in proposito autem casu prætensum bonum ius ex parte Monasterij visum fuit DD.
2 admodum turbidum, † itaut potius sentirent pro non bono iure, quandoquidem exequutio, quæ prætenditur attentata fuit facta in vim sententiæ canonizantis deuolutionem bonorum, de quibus agitur,
3 † quæ quidem deuolutio nullatenus iustificatur ex actis.

Primo quia non constat plenè & concludenter de
4 dominio, prout constare debet, quando † agitur ad effectum deuolutionis, *Caputaq. decis. 280. par. 1. Rota decis. 149. num. 1. par. 1. in rec.* licet enim dentur instrumenta locationum, & concessionum,
5 attamen vt sæpè fuit decisum, ista † non probant dominium ad effectū deuolutionis, *Seraph. decis. 1493. num. 1. Rot. decis. 150. num. 2. par. 1. recent. & in Romana domus S. Agnetis 19. Iunij 1589. coram bo. me. Orano.*

Secundò, quia nec etiam satis plenè videtur probata identitas bonorum, de quorū deuolutione agi-
6 tur, † prout requiritur ad istum effectum, *l. si in rem in fin. ff. de rei vindic. & fuit dictum in causa Mediolanen. bonorum 25. Februarij 1605. coram R. P. D. meo Vbaldo, & in causa Nucerina prædij 25. Iunij 1618. coram me*, quinimmo ex multis deductis pro parte DD. de Nollonia datur magnus fumus, quod ipsi habuerunt bona, de quibus agitur, aliunde.

Tertiò fuit dictum non constare de bono iure,

quia non probatur istos de Nollonia fuisse in mora soluendi canonem seu censum, quia in instrumento, cuius vigore fuit actum ad deuolutionem habetur, quod solutiones deberent fieri in Ciuitate Leodien. in Granario Monasterij. Ideoq. ad effectum conuin-
7 cendi † istos de Nollonia de mora in soluendo, debet per Monasterium probari in Ciuitate Leodien. adfuisse Granarium Monasterij, in quo isti de Nollonia potuissent deponere grana, *Alex. cons.45.nu.6. & 7.lib.5. Mohed.decis.15. de locat. Rot. decis.577. num.1. & 2. par.2. in recent.* quæ probatio cum
8 non fuerit facta remanet tantum Monasterio † actio ad exigendos canones seu census, qui non apparent exacti &c.

R. P. D. VBALDO.

Ferrarien. Decimarum.

Veneris 12. Iunij 1620.

ARGVMENTVM.

In præsenti decisione tractatur materia circa valorem rei, quando sumus in iudicio euictionis, qui tamen attenditur de tempore euictionis, quippe taxatus est à iure, vt non excedat duplum, & id qualiter intelligendum veniat, necnon quando vltra duplum exigi possit. Aliqua quoque habes ad interpretationem Statuti Ferrarien. taxans interesse in materia euictionis ad rationem octo pro centenario.

SVMMARIVM.

1 *in Euictionis iudicio valor rei attenditur de tempore euictionis, qui tamen à iure est taxatus, vt non excedat duplum.*
2 *Duplum in euictionis iudicio à iure taxatum quid importet; & num. 3.*
4 *Interesse commune, & intrinsecum in euictionis materia, an à iure sit taxatum.*
5 *in Euictionis materia, quando interesse exigatur etiam vltra duplum, & num.6.*
7 *Statutum Ferrariæ taxat interesse in euictionis materia, ad rationem octo pro centenario.*
8 *Statutum Ferrariæ taxans interesse in casu euictionis, in quibus terminis loquatur, & num.9. & 10.*
10 *in Fauorem alicuius ea, quæ sunt inducta, æquitas non vult, vt in eius odium retorqueatur.*
11 *Statuta ita debent interpretari, vt minus lædant ius commune, quàm sit possibile.*
12 *Sententia, si se referat ad aliquod statutum, iuxta illius terminos intelligenda, ac declaranda venit.*
13 *in Referente plus esse non debet, quam in relato.*
14 *Statutum venit intelligendum retentis terminis præcedentibus.*

DECISIO CCXXVII.

DOMINI perstiterunt in decisis in hac causa 31. Ianuarij præteriti *ex rationibus tunc deductis. Quibus non obstare dixerunt. Primo quod
1 licet in iudicio euictionis valor rei, de iure † communi attendatur, de tempore euictionis, vt firmatur in decisione, & admittunt informantes pro Serenissimo Duce, tamen iste valor est à iure taxatus, vt non excedat duplum *l. Titius cum decederet. §. fin. cum l. seq. ff. de actio. empt. Dec. in l. vni. num 4. C. de senten.* quæ pro eo quod interest *Caballin. de euict. §.3. num.151.* & proinde cum ab hæredibus fuerit petitum pretium solutum, & duplum; sententia vero vltima quæ transijt in iudicatum, condemnet ad pretium decimandi, & absoluat à duplo, quod nihil
2 aliud est † quam interesse quanti plurimi res valet de tempore euictionis ex iam dictis, sequi videatur non esse in proposito attendendum pretium de tempore euictionis, sed contractus, & sic sit recedendum à decisis.

Quia huic obiecto fuit responsum illam conclusionem quod interesse de iure non possit excedere
3 duplum in interesse singulari, & extrinseco, † quod posset augeri vltra omnem extimationem, & opinionem venditoris, & ideo equum fuit taxare ne ex-
4 cedat duplum, secus est in interesse † communi, & intrinseco surgente ex augumento communis valoris, & æstimationis, ita declarant *Doct. post glos. in l. vnica. C. de sent.* quæ pro eo quod interest, vbi *Bart. num.6. in fine. & num. 27. Rebuff. de communi nu.411. Curt. iun. de communi,* licet ipse sequatur contrariam sententiam disputatiue *num.46. & num.49. in fine,* vbi quod sit speciale in *dicta l. Titius. §. fin. ff. de act. empt.* & idem *Bart. ibidem numer.27.* late *Cagnol. num.58. & seqq. per text. in l. si Sterilis. §. cum per venditorem. ff. de act. empt. ibi* omnis vtilitas emptoris in æstimationem venit, quæ modo circa rem consistit *Hippol. Rim. cons.166. num.32. & seqq.*

Præterea dicta conclusio non procedit, quando
5 damna, & interesse fuerũt in specie promissa, † vt hic, quo casu interesse exigitur etiam vltra duplũ, *Bart. post glos. in d. l. vnica nu. 27. Rebuff. post alios numer.407. Cagnol de communi num. 108. fuit tentum in causa Placentina euictionis 16. Ianuarij 1589. coram bon. mem. Card. Pamphilio, quæ est decis.328. num.2. par.4. diuers.* & sic non applicatur responsio data ad dictam decisionem, quod ita sit decisum vigore pacti, quia fuerant promissa damna, & interes-
6 se, quia etiam in casu, de quo agitur, † adest, vt dixi, talis promissio, nec est verum non fuisse actum vigore pacti, cum adsint clausulæ in petitione satis prægnantes, & salutares consideratæ in decisione, de qua agitur.

Secundo non obstare Domini existimarunt, quod
7 interesse reperiatur taxatum per statutum † Ferrariæ ad rationem octo pro centenario. Quia placuit intellectus de quo in decisione, quod statutum loquatur solum de damnis, & interesse post moram debitoris, quæ à statuto ipso inducitur à die notificationis tenutæ vsque ad diem adiudicationis, vel
8 solutionis, † vt liquet ex verbis statuti, non autem de interesse intrinseco, seu æstimatione, quæ creuit post contractum ad diem euictionis.

Et confirmatur ex absurdo considerato hic per informantes, quod sequeretur recepto contrario intellectu, quia cum statutum taxet damna, & interesse
9 pro rata † temporis, à die notificationis tenutæ, esset in potestate debitoris per promptã solutionem eximere se ab interesse maximo præcedenti ante notificationem tenutæ, cum adhuc non esset lapsum vllum tempus à die notificationis post quod intrat interesse taxatum per statutum, & hoc cum maximo damno creditoris, cui alias statutum voluit prouidere, &
10 † non officere, & sic inductum in fauorem creditoris, retorqueretur in eius odium *l. quod fauore. C. de leg. c. quod ob gratiam de reg. iur. in 6.*

Vltra

Vltra quod cum de iure istud interesse intrinse-
11 cum † totum debeatur ex supradictis. Si statutum intelligeretur taxare, etiam istud interesse induceretur correctio Iuris commu is,& tamen regula est
12 in † contrarium, vt statuta debeant interpretari, vt minus lædant Ius commune quam fieri possit, immo recipiant ab eo interpretationem passiuam, *l. vt gradatim, §. sed et si lege, ff. de minor. & honor. cum alijs latè per Surd. cons. 4. num. 49.* & isto intellectu retento non obstant latè deducta per informantes circa relationem tenutæ, & primæ sententiæ ad sta-
13 tutum, quia cum statutum † non loquatur nisi de interesse post moram, ita etiam veniunt intelligendæ
14 sententiæ, & tenuta ne plus † sit in referente, quam in relato contra *l. asse toto, ff. de hæred. instit.*

Nec obstat quod statutum in alijs particulis non faciat mentionem, nisi de pretio, expensis,& pœna, non autem de damnis,& interesse, & sic sub pœna voluerit comprehendi, etiam interesse, quia præter alias responsiones, de quibus per informantes, dice-
15 batur statutum † esse intelligen. retentis terminis præcedentibus, & sic de pœna continente damna, & interesse post moram,& notificationem tenutæ, non autem de tempore ante captam tenutam.

Ex quibus Domini permanserunt in decisis,&c.

☞ *Decisio in hac causa facta, in qua Rota stetit in decisis habetur infra in Appendice post decisiones anni 1626. prout in Indice ibi in principio posito.*

EMINENTISS. CARD. VEROSPIO SEN.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 15. Iunij 1620.

ARGVMENTVM.

Debitor, vt per cedulæ bancariæ consignationem factam creditori, dicatur liberatus à sua obligatione, requiritur, vt nouatio per modum delegationis, vel extinctionis debiti interueniat, & quando dicta nouatio non dicatur interuenisse; ita vt si campsor bonis cedat, debitor non remaneat absolutus, & nihil prosit negligentia creditoris in non exigendo.

SVMMARIVM.

1 *Debitor, vt per cedulæ banchariæ consignationem dicatur liberatus, quid requiratur.*
2 *Nouatio debiti, per modum delegationis, vt inducatur, quid requiratur.*
3 *Cedula bancharia, quando potius dicatur consignata pro assecuratione, quam causa debitū nouandi.*
4 *Confessione propria nulla potest dari maior probatio.*
5 *Scriptura posterior deseruit pro declaratione prioris.*
6 *Cedula bancharia, quod non habuerit vim solutionis, optimè conuincitur, si debitor dederit pignora, cum obligatione ea retinendi, vsque quo solutio integrè fuerit facta.*
7 *Transactio inita per procuratorem, vt teneat, est docendum de mandato.*
8 *Procurator præsumitur mandati formam seruasse.*
9 *Verba illa, in mandato procuræ posita, scilicet,* tutto quello farà &c. farà ben fatto, *habent vim ratificationis.*
10 *Per Procuratorem inita fuit transactio, quando principalis eius occasione aliquid recepit.*
11 *Cedula bancharia, dum non habuit vim solutionis, tunc mora in exigenda præiudicium non infert.*

DECISIO CCXXVIII.

ALBERTVS de Leonibus nonnulla emit à Serenissimi Ducis Parmę Ministris animalia promittens consignationis tempore dimidium pretij soluere,& in festo Natiuitatis Domini Nostri residuum, pro quo etiam cedulam bancariam fuit pollicitus. Vnde consignatis animalibus,& parte pretij soluta, fuit pro alia parte data cedula bancaria Ioānis Antonij Guaschi mercatoris, qui adueniente solutionis tempore cum foro cessisset, dubitaui, An de tali constaret liberatione, vel solutione, quæ Alberto emptori suffragaretur. Et Domini fuerunt nega-
1 tiuam partem amplexi. Ad hoc enim † vt debitor per cedulæ bancariæ consignationem dicatur liberatus requiritur, vt nouatio per modum delegationis, vel extinctionis debiti inducatur, *Doctor. in l. singularia, vbi Cagnol. num. 165. ff. si cert. pet. Seraph. decis. 1419. num. 1. 2. & 3. Rota Ianuen. decis. 2. nu. 24. Surd. decis. 23. num. 6.* & fuit dictum in *Romana domorum prima Decembris 1606. coram R.P.D. meo Pamphilio.*

2 Hic autem per delegationis modum nouatio † non adest, cum Guascus, qui cedulam fecit non esset Alberti debitor, vt requirebatur *Seraph. d. decis. 1419. nu. 2. cum alijs supra allegatis.*

Quod ex ipsius Guaschi cedula constat ibi de qualitate de vero esset rimborsato, neque hoc per Albertum controuertitur, cum ipse postea in d. banco scut. 500 deposuerit.

Hæc debiti extinctio concurrit, cum creditor cedulam insolutum non receperit cassando Instrumētum debiti, & faciendo se in capsoris libro credito-
3 rem describi, quo casu cedula † pro assecuratione potius quam causa debitum nouandi data intelligitur. *Seraphin. dicta decis. 1419. num. 3.* & fuit dictum in *allegata decis. Romana domorum coram R. P. D. Pamphilio.*

Prout apparet ex propria Alberti confessione in suis litteris facta, ibi, *Purche al detto Sig. Marcello*
4 *fosse piacciuto la sicurezza del pagamento*, † qua cōfessione nulla maior potest esse probatio, *l. cum te C. de probat. Bald. cons. 192. num. 8. lib. 2. Aym. cons. 17. num. 1.*

Quod eo magis colligitur ex secunda scriptura inter partes celebrata, ibi, *E l'altra metà da pagarsi à Natale prossimo à venire, per la qual metà da pagarsi à Natale promette conforme al tenore della poliza farne cedola bancaria.* Vnde patet Albertum teneri voluisse, etiam pro dimidia in festo Natiuitatis Domini Nostri soluenda, non obstante obli-
5 gatione de danda cedula, † quæ secunda scriptura deseruit pro prioris declaratione, *l. qui filiabus, ff. de leg. 1.*

Et clarius id apparet ex reseruatione dominij animalium sibi facta per Ducis Ministrum in actu consignationis, quousque fuisset pretium integrè perso-
6 lutum, quod denotat † non obstante huiusmodi cedula noluisse emptorem, nisi pretio integre soluto liberari. *Tiraq. de retract. lign. §. 1. gloss. 2. num. 39. Surd. decis. 157. num. 2.* & fuit dictum *in Romana vineæ 9. Aprilis 1612. coram R.P.D. meo Vbaldo.*

7 Nec valet dicere Sanctem, qui secundam † scri-

pturam pro Alberto confecit, non habuisse mandatũ
ad transigendum. Nam vltra quod præsumitur pro-
8 curatorem seruata † mandati forma gessisse, *Dec.*
in l.2.§.fin.in 1.lect.nu.1.ff.si cert.pet. Bald. in rubr.
ad C.de const.pecun.num.12.& seq. Quia tamen ad-
sunt in mandato verba, *Tutto quello farà detto Sãti*
9 *farà ben fatto*, illa vim habent ratificationis † cum
præsertim Albertus eadem animalia receperit, *cap.*
ratihabitionem de reg.Iur.in l.semper, vbi Dec.n.6.
ff.de reg.Iur.Surd.decis.159.num.12.

Non obstat negligentia Ministrorum D. Ducis in
10 dicta cedula exigenda. † Nam delegatione, vel no-
11 uatione cessante, mora præiudicium † non infert, vt
fuit dictum in *Veneta litterarum cambij 23. Maij*
1583. coram Giptio, in Bononien pecuniaria 13.Ia-
nuarij 158 .coram Card.Lancellotto, quæ sunt deci-
siones 49. num. 8. vers. non obstat mora, & 51.sub
num.8. vers. Non obstat quod dicitur, impressæ per
Pacific.

REVERENDISS. MANZANEDO.

Patriarcha Hierosolymitano.

Bononien. Dotis.

Mercur. 17. Iunij 1620.

ARGVMENTVM.

Statutum domicilij viri attendi debet in casu restitutionis dotis, & quid si maritus in casu restitutionis dotis promiserit eam plenè, & integrè reddere, an censeatur renunciasse beneficio statuti deferenti ei lucrum dotale. Statutum Bononiense mandans, vt idem ius seruetur forensi agenti in Ciuitate Bononiæ, quod redderetur Bononiensi in Ciuitate illius forensis, quando intret.

SVMMARIVM.

1 *Statut. Bononien. de dot. restitut. §. si vero, quid disponat.*
2 *Statutum domicilij viri attendi debet in restitutione dotis, & num 6.*
3 *Statutum Florentinum defert lucrum totius dotis secundo viro.*
4 *Statutum Bononiæ mandat, vt idem ius seruetur forensi agenti in Ciuitate Bononiæ, quod, & quale redderetur Bononiensi in Ciuitate illius forẽsis.*
5 *Declara tamen procedere, quando per actorem probatur quale ius redderetur Bononiensi in sua Ciuitate, aliàs seruatur statutum Bononiense.*
7 *Florentiæ ad si statutum, quod forenses, qui agunt contra Ciues Florentinos, si præstent cautionem de iudicato soluendo in casu reconuentionis, possunt vti beneficio statutorum Florentiæ. & n.8.*
9 *Maritus, si in casu restitutionis dotis promiserit eam plenè, & integrè reddere, an censeatur renunciare lucro dotali sibi delato à statuto.*
10 *Maritus tunc censetur renunciasse lucro dotali per pactum integræ restitutionis dotis, quando id promisit ex certa scientia, non autem, quando per errorem.*
11 *Diuinare, quis non potest.*
12 *Sententia quando ex vno capite iam nulla reddita est, non est super alijs capitibus immorandum.*

DECISIO CCXXIX.

DOMINI vnanimiter steterunt in decisis*
nempe sententiam de partibus esse infirmã-
dam præcipuè ex eo, quod absoluit Gandulphum à
restitutione dotis ad quam saltim pro medietate te-
nebatur iuxta statutum Bonon. sub rubr. de dot. re-
1 stit. §. si vero ex ea fol. 227. quod † prædecedente
vxore defert solum secundo viro medietatem dotis
2 non autem totam, vt ipse prætendit, † quod statutum
domicilij, viri attendi debet ex adductis in decisione.
3 Quibus non obstat statutum Florentiæ † deferens
lucrum totius dotis secundo viro, & quod sicuti
istud statutum seruaretur Bonon. agenti Florentiæ,
ita, & sit seruan. DD. de Brunacchijs Florentinis
4 agen. Bononiæ, iuxta aliud statutũ Bononiæ, † man-
dans vt idem Ius seruetur forensi agenti in Ciuitate
Bononiæ quod, & quale redderetur Bononiensi in
Ciuitate illius foreñ, quia placuerunt DD. respon-
siones datæ in decisione, & præsertim illa, quod cum
5 per actores non fuit probatum † quale ius redde-
tur Florentiæ, non intrat prædicta dispositio statuti,
iuxta *Rimin.iun.cons.501. num. 27. & seq.* sed hoc
casu est redden. forensibus Ius secundum disposi-
tionem Iuris communis, vt in eodem statuto ex-
pressè cauetur in vers. quo non probato, & sic est
6 seruan. statutum Bononien. † domicilij viri non au-
tem Florentinũ, vt supra dictum est. Vltra quod cum
Florentiæ adsit statutum, quod forenses, qui agunt
contra Ciues Florentinos si præstant cautionem de
7 Iudicato sisti, & Iudicato soluen. in casu † recon-
uentionis possunt vti beneficio statutorum Floren-
tiæ, vt testatur *Soccin.sen. cons.292. num.3. lib.2.* se-
quitur vt Brunacchij Florentini, qui præstiterunt d.
8 cautionem, possint vti beneficio † statutorum Bono-
niæ iuxta dictum statutum de foreñ, vt in puncto
respondit *Soccin.sen. vbi supra d. num.3.*
Quo verò ad aliud fundamentum decisionis, quod
Gandulphus censeatur renunciasse lucro dotali per
pactum appositum, quod in euentum restitutionis
9 dotis liceret † Elisabettæ capere possessionem suo-
10 rum bonorum donec esset de † dote plenè, & inte-
grè satisfacta *Purpur. cons. 570. num. 1.* Domini
non erant concordes, cum aliqui sentirent, & præ-
dicta procedere quando maritus ex certa scientia d.
promissionem fecit *Mantic. de tacit. & ambig. lib.3.*
tit.8. num.17. vers. & hæc sane opinio, non autem
quando per errorem, vt in casu nostro, in quo dictũ
11 pactum dotale fuit appositum cæteratum, & † Gan-
dulphus non potuit diuinare, quomodo extendi de-
beret.
Tamen quicquid sit, visum fuit circa hoc non esse
immoran. cum pro informatione sententiæ suffi-
12 ciat † aliud fundamentum supra positum, ex quo
Domini in decisis stan. dixerunt, &c.

* *Videlicet sub die 7. Februarij 1620. est supra in hoc Tomo decisio 174.*

REVERENDISS. PIROVANO.

Imoleñ Successionis Quartæ.

Lunæ 22. Iunij 1620.

ARGVMENTVM.

Dos, quãdo de tẽpore contractus matrimonij fuit congrua,

grua, & conueniens qualitati, & conditioni vxoris, tunc cessat dispositio auth. præterea C. vnde vir. & vxor. & alia circa hanc Auth. quando cesset, & quando secus.

SVMMARIVM.

1 *Auth. præterea. C. vnde vir, & vxor cessat, quando dos de tempore contractus matrimonij fuit congrua.*
2 *Licet postea tempore soluti matrimonij dos ad alimenta non sufficiat.*
3 *Dos 425. lib. est conueniens mulieri vilis conditionis, & exercenti artem mecanicam.*
Nec cum ea dote potest dici esse inopem.
4 *Paupertas, vel inopia est illa, quæ non habet bona, vel redditus sufficientes ad alimenta.*
5 *Auth. præterea. C. vnde vir, & vxor in quibus terminis loquatur.*
6 *Auth præterea. C. vnde vir, & vxor non est extendenda, (quando tamen dos fuit congrua) sub prætextu insufficientiæ dotis ad alimenta.*
7 *Dos si est incongrua iuxta qualitatem mulieris, tūc intrat auth. præterea C. vnde vir, & vxor.*
8 *Vxor quando potest aliunde commode viuere etiam absque fructibus dotis, tunc cessat auth. præterea.*

DECISIO CCXXX.

RESOLVTVM fuit sententiam de partibus, quatenus declarat quartam successionis in hæreditate mariti non deberi Ioannæ, esse confirmādam. Quia dispositio *Auth. præterea. C. vnde vir, &*
1 *vxor.* cessat, † quando dos attenta coniugum qualitate tempore contracti matrimonij fuit congrua, li-
2 cet tempore soluti † matrimonij dos ad alimenta non sufficiat, *Soc. conf. 30. num. 10. lib. 4. Alciat. conf. 18. num. 11. lib. 9.* dicens hoc casu opinionem non habere contradictorem, *Gabr. conf. 142. num. 25. lib. 1. Cephal. conf. 671. num. 26. lib. 5. Simon de Pret. conf. 9. num. 5. lib. 1. Honded. conf. 93. num. 16. lib. 1. Cas. de Graff. decis. 1. num. 24 de success. ab intest.*

In præsenti autem casu constat Ioannam, tām attenta eius qualitate, quàm mariti fuisse ab initio de tempore contracti matrimonij congruè dotatam, ex quo testes vtriusque partis dati concludunt, ambos fuisse personas viles, mæchanicam artem in taberna exercentes, & proprijs manibus laborantes, in quærendo sibi ipsis victum, vt propterea facilè iudican-
3 dum sit, summam librarum 425. † conuenire conditioni huius mulieris, nec cum ea dote dici posse inopem, *vt in decis. Cas. de Graff. 1. num. 24. de successs. ab intest.* dicitur de hortulana muliere.

Non obstat, quod paupertas, vel inopia sit illa,
4 quæ non habet † bona, vel redditus sufficientes ad alimenta, & quidem attenta æstimatione de tempore mortis mariti, *vt per Barbat. conf. 74. num. 3. lib. 4. Roland. conf. 15. num. 4. lib. 3. Rimin. iun conf. 657. num. 44. lib. 6. Menoch. conf. 433. num. 4.* & idem alijs etiam relatis firmatum reperiatur *in Romana succession. quartæ, relata per Pacificum secundum vltimā impress. decis. 174. num. 16.*

Quia quidquid sit, quando certum est quartam deberi, dum mulier de tempore nuptiarum, vel do-
5 tata non fuit, vel incongruè, † in quibus terminis dispositio *auth. præterea*, subuenit inopiæ talium mulierum, quæ ducuntur ex solo affectu, vt ponderat *Alciat. d. conf. 18. num. 11. lib. 9.* vbi tamen dos fuit congrua, cessat ista quæstio, nec est permittenda exten-
6 sio † sub prætextu insufficientiæ dotis ad alimenta, quia remediū legis respicit casū cū qualitate inopiæ, & paupertatis, non autem inopiam simpliciter, vt respondent *Alciat. Gabr. Cephal. & Honded. supra allegati*, neque contrarium determinat *decisio Romana Successionis quartæ*, allegata in contrarium,
7 quia & casus illius erat de incongrua dote, iuxta qualitatem mulieris, quæ erat nobilis, & Doctores allegati in ea loquuntur omnes de incongrua, vel parua dote constituta mulieri venienti ex dispositione *auth præterea.*

Addebatur prætereà, quod omnis causa, & ratio extensionis cessare debebat, ex quo cum legato vsusfructus potest ista mulier commodè viuere, etiam absque fructibus dotis, & ita ab inopia, & paupertate se liberare, quatenus ad eam copulatiuè cum ipsa dotis insufficientia ad alimenta respexisset dispositio *dictæ auth. præterea*, vt animaduertunt *Gabr. Cephal. & alij in locis allegatis.*

Et ita, &c.

REVERENDISS. COCCINO.

Calaguritana Parochialis de Alzola.

Lunæ 22. Iunij 1620.

ARGVMENTVM.

Reijciuntur nonnullæ exceptiones circa examen testium, & præsertim circa defectum citationis ad videndum eos iurare, & etiam quando non dicatur nullum, & attentatum, licet sit factum appellatione pendente. Erectioni nouæ Ecclesiæ Parochialis ex qua causa possit deueniri, & quando talis dismembratio teneat absque solemnitatibus. Ad sententiam sufficit citare illum, de cuius interesse principaliter agitur.

SVMMARIVM.

1 *de Nullitatibus sententiæ non est agendum, dum per speciale rescriptum Principis fuerunt sanatæ.*
2 *Citatio ad videndum iurare testes, si facta non fuerit, id sanatur, si in præsentia partis iurarunt.*
3 *Præsentia supplet defectum citationis.*
4 *Citatio ad videndum iurare testes, tenet, licet citatio non explicita sit ad hunc actum, & quando id sit verum.*
5 *Admissio ad probandum in termino communi, continet etiam citationem ad videndum iurare testes.*
6 *Testium examen, quando est nullum, & attentatum non releuat.*
7 *Iudex procedens ad executionem pendente appellatione, nulliter procedit.*
8 *Appellatione pendente gesta non causant nullitates, aut attentata, si à sententia non admittitur appellatio.*
9 *Erectioni nouæ Ecclesiæ Parochialis, quando sit locus.*
10 *Decisio in causa Vallisoletana seruitij 21. Ianuarij 1619. coram Andrea, quo casu loquatur.*
11 *Testibus, qui sunt numero plures magis standum est.*
12 *Testes de vniuersitate licet pro ea admittantur, quando non agitur de interesse singulorum, tamen*

men in concursu aliorum testium, istis potius standum est. & num. 13.
14 *Dismembrationes quando fiunt, debent interuenire solemnitates necessariæ.*
15 *Ordinarius, quando procedit ad dismembrationes Ecclesiarum, tamquam Sedis Apostolicæ delegatus, non requiruntur solemnitates.*
16 *Sententia licet non afficiat non citatos, non tamen dicitur nulla quo ad citatos.*
17 *pro Sententiæ validitate sufficit citare illum, contra quem principaliter dirigitur petitio.*
Nec alij sunt citandi propter extẽsionem præiudicij.
19 *Sententia lata contra mortuum non tenet.*
20 *in Diœcesi Calaguritana Episcopus est Parochus vniuersalis, & ponit Rectores ad nutum.*
21 *Sententia vt valeat, sufficit, vt causa fuerit agitata cum legitimo defensore.*

DECISIO CCXXXI.

PLACVIT Dominis decisio in hac causa facta 20. Martij huius anni, * in qua fuit resolutum sententiam Rotalem esse confirmandam. Non enim est agendum de nullitate sententiæ de parti-
1 bus, quæ confirmatur † à sententia Rotali, quia nullitates sunt sanatæ per speciale rescriptum S. D. N. sed solum de illius iustitia, quæ præcipuè circa duo versatur. Primò circa validitatem examinis, secundò circa releuantiam dictorum testium. Postremò videndum erit, An sententiæ Rotalis subiaceat aliquo vitio nullitatis, quia ex prædictis iustitia, vel iniustitia resoluetur. Et quantum attinet ad validitatem examinis cum punctus difficultatis consistat in eo,
2 quod deficit citatio † ad videndum iurare testes, obiectum cessat, quia quatuor testes statim post admissionem articulorum, parte præsente, iurarunt,
3 quæ † præsentia supplet defectum citationis, *Iaʃ. in l. nequicquam num. 26. verʃ. secundo limita, ff. de offic. Proconsulis, & Legati, & in l. 1. num. 1. ff. de in ius vocan. & in rubr. num. 3. verʃ. veritas est C. eod. tit. Marant. in prax. par. 6. membr. 1. num. 12. vbi de communi.*

Alij verò testes fuerunt examinati præuia citatione ad videndum iurare testes, ac præuio iuramento,
4 & quamuis explicita non adsit citatio ad † videndum iurare testes, tamen sufficit, quod pars fuerit admissa ad probandum in termino communi, quia dicta admissio continet etiam citationem ad videndum
5 iurare † testes, *vt in formulario, de qua Gonz. Suarez de Paz. in praxi Ecclesiastica tom. 1. par. 1. tempore octauo,* quem stylum approbauit *Rot. in pluribus causis relatis in causa Placentina decimarum de Truxillo 7. Februarij, & 21. Maij 1618. coram R.P.D. meo Buratto.*

Et quamuis vlteriùs etiam inculcaretur examen
6 testium fuisse nullum, † & attentatum, & per consequens, quod sententia de partibus sustineri non potest, cum Iudex processerit ad erectionem nouæ Pa-
7 rochialis pendente † appellatione super appositione Sanctiss. Sacramenti in Ecclesia erecta, attamen fuit responsum, quod cum Iudex fuerit interloquutus super appositione Sanctiss. Sacramenti cum præseruatione iurium, ab ea sententia non dabatur appel-
8 latio, & ideo non causat † nullitates, aut attentata, cum non fuerit inhibitus, & appellatio fuit admissa quatenus de Iure, & sine præiudicio status causæ, *cap. non solum de appellat. in 6. Guidopap. decis. 436. num. 9. verʃ. secundo quæro. Lancellott. de attent. 2. par. cap. 12. limit. 1. num. 2. & 6. cum plurib. seqq.* vltra quod non esset incongruum dicere istam nullitatem fuisse sanatam per dictam commissionem.

Quantum verò ad secundum, scilicet, ad releuantiam dd. testium, vt dicitur in alia decisione, testes, qui fuerunt dati *num. 6.* optimè probant iter à Vico Alzola ad Ecclesia matricem esse vnius leuiæ asperum, fragrosum, & difficillimum tempore hyemali propter inundationem fluminis nauigabilis, & qualitatẽ viæ, quæ est inter valles, & montes, & pro-
pter huiusmodi causam plures ex dicta villa Alzolæ
9 sine Sacramentis decesserunt, vnde fuit † locus erectioni nouæ Parochialis iuxta dispositionem Iuris, & Concilij Tridentini, ex allegatis in alia decisione, & propterea nihil ad rem facit *decisio in causa Valliso-*
10 *letana seruitij 21. Ianuarij 1619. coram bo. me. Andrea,* quia in illo casu non concurrebant ea, quæ testes in hoc casu deponunt; Et quamuis testes in contrarium examinati videantur deponere contra-
11 rium, tamen magis est standum dictis testibus, quia plures sunt numero, quia habent pro se iudiciũ Ordinarij, & quia alij testes sunt de vniuersitate, qui licet sint idonei, in hoc tamen casu cum testes,
12 qui non sunt de vniuersitate contrarium † deponãt efficitur, quod isti testes qui sunt de vniuersitate non sint integræ fidei, ex allegatis in alia decisione, maximè quia Concilium, & Regimen in Congregatione generali dederunt mandatum ad hanc causam, quod est dignum consideratione, quando agitur de concursu testium, & quamuis etiam pro parte Epi-
13 scopi adsint testes de alia † vniuersitate, tamen quia cum eis concordant testes, qui non sunt de vniuersitate, bene probant ex allegatis in alia decisione.

Neque obstat quod huiusmodi dismembratio fa-
14 cta sit † sine solemnitatibus, quia hic sumus in erectione facta ab Episcopo, tanquam Sedis Apostolicæ
15 delegato, † & sic non fuit opus alijs solemnitatibus, vt benè consideratur *in decis. D. mei Verospij 11. Ianuarij* 1619. Prout non refert, quod sit facta non vocato Rege, de cuius Iurepatronatus est Ecclesia, quia de hoc non constat, & si constaret, non releua-
16 ret; quia sententia † licet non afficiat non citatos *Salyc. in l. 1. num 4. C. si aduersus rem iudicat.* non
17 tamen † potest dici nulla quoad citatos, cum sufficiat pro validitate sententiæ citare illum contra
18 quem principaliter dirigitur petitio, † nec alij sunt citandi propter extensionem præiudicij, *Bald. in l. ab eo num. 17. C. quomod. & quand. Iud.*

Denique non obstat, quod sententia Rotalis sit
19 nulla, tanquam † lata contra Rectorem mortuum, quia cum in Diœcesi Calaguritana Episcopus sit Pa-
20 rochus † vniuersalis, & ponat Rectores ad nutum, *Rota decis. 17. sub num. 1. par. 2. Modern. ad regul. 8. & gloʃ. 6. num. 85. & seqq.* quatenus probaretur
21 obitus d. Rectoris, nihil facit, vnde † sufficit, quod causa fuerit agitata cum legitimo defensore.

Ad alia fuit abundè satisfactum in decisionibus factis coram R.P.D. meo Verospio, & vltimo loco coram me.

☞ * *Decisio ista in hac causa facta 20. Martij præsentis anni 1620. est supra in hoc Tomo decisio* 193.

EMI-

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Tullen. Sponsalium.

Lunæ 22. Iunij 1620.

ARGVMENTVM.

Sponsalia sub conditione contracta, licet euanescant, deficiente conditione, tamen si vir carnaliter cognouerit mulierem, cui talis promissio conditionata fuit facta, censetur recedere ab omni conditione, & sic sponsalia remanent pura, ac vir potest cogi ad contrahendum per verba de præsenti. Concilium Tridentinum, qualiter corrigat iura disponentia, vt sponsalia per copulam transeant in verum matrimonium, cum hodie non teneat matrimonium, nisi contrahatur coram Parocho, & testibus.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalibus stantibus intrat obligatio de contrahendo per verba de præsenti, etiamsi sponsalia non sint iurata.*

2 *Sponsalia, si sint contracta sub conditione, deficiente conditione, cessat obligatio contrahendi per verba de præsenti.*

3 *Confessio, quod sponsalia fuerunt contracta sub cõditione, ex quo præsumatur simulata.*

4 *Sententia, quando est suspensa per appellationem nihil probat.*

Sententia non releuat, dum ille, qui eam obtinuit, non curat amplius prosequi illud iudicium. nu. 4.

5 *Sponsalia, quis cum aliqua contrahendo sub conditione, si eam carnaliter agnoscat, videtur rescissise ab omni conditione.*

6 *Sponsalia per subsecutam copulam de iure antiquo transibant in matrimonium, idq. hodie est correctum per Conc. Trid. & n. 7. & vide n. 9. 10. & 11.*

8 *Matrimonia sunt irrita (secundum Concil. Trid.) quæ non sunt facta præsente Parocho, & testibus.*

9 *Concilium Tridentinum licet corrigat iura, quæ disponunt sponsalia per copulam transire in verũ matrimonium.*

10 *Non tamen videntur ea iura correcta, vt quis cognoscendo mulierem censeatur consentire simpliciter, quatenus sponsalia contraxerit sub conditione. num. 11.*

12 *Lex præsumit hominem bonum, & qualem esse debet.*

13 *Hominis boni non est, mulierem cognoscere carnaliter, & velle, vt sponsalia remaneant conditionata.*

14 *Quia non secuta conditione mulier remaneret in damno, quod non euenit, quando non est secuta copula.*

15 *Statutum vnum facere quando res est integra, & aliud, quando non est integra, non est nouum in iure.*

16 *Sponsalia prima præferuntur secundis.*

17 *de Iure tertij, quis dare nequit.*

18 *Sponsalia prima, si cessent, intrat obligatio seruandi secunda.*

19 *Testes deponentes de fama per verba de præsenti, quare non suffragentur.*

20 *Fama, dum potuit habere originem de tempore motæ litis, non releuat.*

21 *Probationes plenæ requiruntur, quando tractatur de includendo delictum.*

DECISIO CCXXXII.

FVIT dictum, sententiam quæ condemnat Michaelem ad contrahendum matrimonium per verba de præsenti cum Anna esse confirmandam, quia ex confessione Michaelis constat de sponsalibus
1 contractis cum ipsa Anna, quibus sponsalibus † stantibus intrat obligatio de contrahen. per verba de præsenti, etiam si sponsalia non fuissent iurata, *iuxta not. in cap. ex litteris il 2. vbi Abb. in 3. notab. nu. 3. vers. sed ego contrarium arbitror de sponsal. & in cap. requisiuit eodem tit. Felin. in cap. 1. num. 12. de pact. Couar. in epitom. lib. 9. par. 1. cap. 4. nu. 2. Surd. cons. 364. num. 8. Menoch. cons. 386. num. 2. Seraph. decis. 1112. num. 2.*

Non obstat quod Michael non confessus fuerit de simplicibus sponsalibus, sed conditionatis, nempe quod in euentum in quem adessent promissiones matrimoniales inter Annam, & quemdam iuuenem de Spinalo, tunc & eo casu sponsalia sint nulla, & sine effectu, modo autem ex quadam sententia lata in partibus contra Annam appareat de dictis spon-
2 salibus, atque † inde cessante conditione, nec teneatur Michael implere sponsalia *cap. de illis in princ. de cond. appos.* nam quidquid sit de eo, an ex sola confessione Michaelis probetur fuisse appositã con-
3 ditionem, † cum maxime ipse fateatur factam scripturam, in quâ non fuit apposita talis conditio, sed tantum oretenus dictum fuit, cessare difficultatem, quia non constat de prædictis sponsalibus antea cõtractis, nec prædicta sententia contra Annam lata
4 aliquid probat, † cum sit suspensa per appellationẽ, & ille qui obtinuit sententiam, non curet amplius prosequi illud Iudicium. Secundò fuit responsum, quod cum Michael, vt patet ex eius confessione,
5 carnaliter cognouerit † Annam, videtur recessisse ab omni conditione quam apposuisset in primis spõsalibus *cap. de illis, & cap. per tuas, de cond. appos.* Nec facit quod iura sint intelligenda in terminis Iu-
6 ris antiqui, secundum quod † sponsalia per subsecutam copulam transibant in matrimonium *iuxta tex. in cap. is qui sponsalia cum concord.* quæ Iuris
7 dispositio modo † est correcta per *Sac. Trid. Concil. sess. 24. de reform. matrim. cap. 1.* vbi irritantur ma-
8 trimonia, quæ non sunt facta præsente Parocho, & testibus, fuit namque responsum, quod licet per Sacr. Trident. Concil. sit correcta dispositio duorum
9 Iurium, ad hoc quod sponsalia † per copulam non transeant in verum matrimonium, non tamen videtur correcta, quoad illud, quod quis cognoscendo
10 mulierem † videtur consentire simpliciter, & sic recedere à conditione, vt explicat *glos. in dicto cap. per tuas verb. præsumendum circa med.* Ideoque sicut aliàs quis per copulam censebatur recedere à con-
11 ditione in quantum potest, hoc est † quoad hoc, vt velit sponsalia aliàs contracta sub conditione esse simplicia, & non conditionalia, quod fit clariùs ponderando intimam rationem prædictorum Iurium,
12 quæ non alia esse potest, quam quod lex † præsumit hominem bonum, & qualem esse debet, *ad l. merito cum sua materia, ff. pro soc.* non est autem homi-
13 nis † boni carnaliter cognoscere mulierem, & velle quod sponsalia remaneant conditionata, quia non
14 sequuta conditione mulier remaneret † in damno, quod non euenit, quando non est sequuta copula, quia tunc conditione minimè impleta vnusquisque rema-

remanet in suo primo esse, & non est nouum in Iure,
15 quod aliud statuatur, † quando res est integra, aliud verò quando non est integra, de quo *in l. emptione, ff. de pact. & in l. 1. C. quand. lic. ab empt. disced.*

Nec facit, quod admissis etiam prædictis adhuc sit expectandus finis litis super primis sponsalibus,
16 † quæ de Iure præferuntur secundis, quia hoc est dare de Iure tertij, hoc est illius primi, qui contraxit
17 cum Anna, † qui potest non prosequendo litem, & interuenien. consensu posse dissolui, *cap. 2. vbi glos. verb. in patientia, & Abb. num. 5. Felin. num. 16. de*
18 *spons.* cessantibus verò primis sponsalibus † intrat obligatio seruandi secunda, *iuxta Couar. relat. à Sanch. de matrim. lib. 1. disp. 4.* saltem secuta copula in vim secundorum sponsalium, vt ex prædictis.

Minus obstat quod Anna fornicata fuerit cum prædicto Iuuene de Spinalo, cum quo dicitur contraxisse sponsalia, quia testes, qui super hoc dantur
19 deponunt † de fama per verba de præsenti, quod propterea non suffragatur, cum potuerit habere origi-
20 nem post motam † litem, *Caputaq. decis. 4. par. 2. Seraph. decis. 1015. num. 4. Rota decis. 535. num. 5. par. 2. in recent.* vltra quod cum includat delictum,
21 non sufficit, quia requiruntur † plenæ probationes *iuxta not. in l. quoties, §. qui dolo, ff. de probat. &c.*

** Confirmata fuit hæc decisio coram eodem bo. me. Card. Sacrato sub die 2. Decembris præsentis anni 1620. est infra suo loco.*

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Romana Donationis.

Lunæ 22. Iunij 1620.

ARGVMENTVM.

Simulatio, quod in contractu donationis interuenerit, ex quibus probari possit, & an requiratur, vt donatarius sit particeps simulationis, & ex quo argui possit ipsum sciuisse d. simulationem. Simulatio licet non possit deduci, ab eo, qui eam commisit, maximèq. si appareat fraudolenta, tamen id limitatur quando allegatur contra participem, vel si ea iam detecta sit ex ipsis actis.

SVMMARIVM.

1 *Confessio plenè probat in præiudicium confitentis.*
2 *Simulatio, quando ex vno capite est plenè probata, non est opus probare aliam causam simulationis.*
3 *Ignorantiæ assertio excluditur, probata notitia.*
4 *Notarius si pro alio stipulauerit, ille poterit quandocumque acceptare.*
5 *Retrodonare, quis non censetur, si ipsam donationem non acceptauerit.*
6 *Confessio non potest vitiari, si clarè de eius veritate appareat.*
7 *Obliuio præsumitur stante spatio 20. annorum.*
8 *Obliuio circa vnum, non infert quod obliuiscens sibi falsum persuaserit circa aliud.*
9 *Donatio fieri nequit sine consensu donantis.*
10 *Donatarius, quod habuerit scientiam simulationis donationis, ex quo arguatur. & num. 11.*
12 *Simulatio allegari non potest ab eo, qui illam commisit, maximè quando est fraudolenta.*
13 *Simulatio allegari tunc potest ab auctore, si allegetur cōtra illum, qui fuit particeps simulationis.*
14 *Simulatio deduci potest ab eo, qui eam commisit, quando est iam detecta ex probationibus factis in iudicio.*

DECISIO CCXXXIII.

ROTA stetit in decisis coram me in hac causa sub die 14. Februarij proximi, * quod scilicet donatio facta per Ioannem Baptistam Hieronymæ suæ vxori, à qua causam habent RR. Patres S. Caroli fuerit nulla ex rationibus deductis in illa decisione.

Quibus visa fuerunt non obstare repetita, seu de nouo adducta in contrarium. Et primo quod benè probetur causa simulandi, quia imo benè visa fuit probata ex testibus, & ex confessione ipsius Hieronymæ in actu retrodonationis, nec subsistit, quod nō adsint duo testes deponentes de rixis tempore donationis, hoc est de anno 1579. ex quo secundus Testis videtur deponere de anno 1574. & 1575. quia fuit obseruatum prædictum testem deponere de principio rixarum de prædictis annis, & subiungere nunquam fuisse factam pacem, & quod Ioannes Baptista semper permansit in inimicitijs, quibus adminiculantur alij testes deponentes Ioannem Baptistam illis temporibus fuisse virum terribilem, & qui operam dabat rixis, & in omnem euentum sufficeret confessio mulieris donatariæ, de qua supra, dicta enim
1 † confessio plenè probat in præiudicium confitentis, *ex cumulatis per Farin. de falsit. & simulat. q. 162. num. 116. & 118. Rota diuers. decis. 806. num. 3. cum seq. par. 1.* & stante hac plena probatione ipsius si-
2 mulationis † non esset opus probare aliam causam simulationis, *Crau. cons. 491. num. 27. lib. 3.* & fuit deductum *in causa Romana domus 9. Iunij 1617. coram me.*

Non obstat quod Hieronyma in retrodonatione asserat nunquam ad sui notitiam peruenisse dictam
3 donationem, quæ † assertio est falsa, stante quod ex nouiter deductis apparet Hieronymam, vsque ab ab initio habuisse notitiam prædictæ donationis, & illam acceptasse, vnde resultat, & quod contractus retrodonationis propter falsitatem causæ, quæ fuit expressa, reddatur nullus, & quod Hieronyma fuerit decepta in sua confessione, nam quantum ad primū non posset dici, quod causa finalis retrouenditionis fuerit hæc, quod Hieronyma non acceptauerit stan-
4 te † stipulatione Notarij poterat quandocumque acceptare, *Purpurat. cons. 402. num. 108. lib. 2. Addentes ad Alex. cons. 204. vers. fateor tamen lib. 2. Seraph decis. 427. num. 2.* quinimò si non acceptauerat, multò minus erat necessaria retrodonatio, & hoc stante quod expressio non acceptationis nullatenus
5 fuit causa retrodonationis, sequitur † quod non habeat vitiare retrodonationem, *Dec. in l. si donatio, C. de collat. Castr. cons. 201. vers. breuiter lib. 1.* & fuit dictum *in causa Romana Census 1. Iunij 1616. coram R. P. D. meo Vbaldo.* Cæterum hoc omisso fuit responsum, quod etiam si vitiaretur contractus, non
6 exinde vitiatur † confessio ex allegatis in alia decisione concurrentibus, maximè validis adminiculis pro veritate contentorum in confessione, vt in eadem decisione. Quantum ad secundum, quod Hieronyma fuerit decepta in sua confessione hoc nullatenus visum fuit posse inferri ex hoc, quod ipsa falso expresserit se non acceptasse donationem ab initio, nam aut ipsa tempore, quo confitebatur, fuit recorda-

cordata se ab initio acceptasse donationem, & nulla cadit deceptio, aut non fuit recordata propter
7 lapsum † 20. annorum, quo tempore præsumitur obliuio, *glos in l licet verb.temp.iniur.*C. *de acq.possess. Seraph.decis.*1439.*Rota decis.*231. *num.*3. *& decis.* 224.*num* 4 *par.*2.*recent.* & minus possumus dicere, quod ista non recordatio fuerit causa eius confessio-
8 nis super simulatione, cum sint † res omninò separatæ,& obliuio circa vnum nullatenus inferat, quod obliuiscens sibi falsum persuaserit circa aliud.

Non obstat, quod ad hoc vt simulatio habeat effectum fuerit necessarium, quod etiam mulier fuerit particeps simulationis, nam quicquid sit de hoc, ex
9 quo † si esset verum sequeretur fieri donationem sine consensu donantis, cessat difficultas in hoc casu ex confessione mulieris asserentis donationem ab initio fuisse simulatam,& nullius roboris & momen-
10 ti,si enim scientia mulieris super simulatione † fuerit necessaria, illa includitur ex hac assertione inualiditatis donationis vsque ab initio, non enim esset
11 verum dicere,quod donatio fuit nulla, † & inualida ex capite simulationis,si mulier ignorasset simulationem ab initio.

Non obstat quod non possit allegari simulatio ab
12 eo, qui illam committit, maximè quando simulatio est fraudolenta, vt prætenditur fuisse in hoc casu ad fraudem fisci, quia hoc non habet locum,quando al-
13 legatur contra † illum, qui fuit particeps simulationis, *Dec.cons.*14.*circa fin. vers. non obstat, &c. Aretin.cons.*65. *num.*3. *vers. circa tertium. Soccin. cons.*264.*num.*1.*vers. quibus omnibus lib.* 2. *cum alijs per* Rim.*iun.cons.*62 *num.*22. *& seq. Honded. cons.*46. *num.* 31. *& seq.lib.* 1. Item non habet lo-
14 cum † quando simulatio est iam detecta ex probationibus factis in iudicio, *Alexan. in l. nemo potest num.*17.*& ibi Ias.num.*47. *de leg.* 1. *Paris. cons* 53. *num.*37.*lib.*6.*Rim.iun.d.cons.*62. *num.*31. *Honded. d.cons.*46. *num.*37. *circa med. Seraph. de priuil. iuram. priuil.* 59. *num.*12.

Et ita, &c.

☞ * *Decisio ista in hac eadem causa facta sub die* 14. *Februarij præsentis anni* 1620. *est supra in hoc Tomo decisio* 179.

R. P. D. PIROVANO.

Albanen. Confinium.

Lunæ 22. *Iunij* 1620.

ARGVMENTVM.

Manutentio, cui sit concedenda. Possessio posterior, licet præsumatur turbatiua, & improba, tamen quãdo hoc non procedat. Possidendi animus, quando censeatur dimissus.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur ei, qui docet de sua possessione de tempore litis motæ, & num.*6.
2 *Possessionis in fundo aliquo, veræ causæ sunt, pascere, lignare, serere, colligere fructus, &c.*
3 *Possessio posterior præsumitur clandestina, & improba.*
4 *Possessio semel acquisita per solum animum retineri potest.*
5 *Possidendi animus præsumitur depositus spatio decẽnij alio existẽte in possessione. declara n.*8. *&* 15.
7 *Couarr. in reg. possess.* 2. *part. §.* 1. *num.* 3. *& alij declarantur.*
9 *Decis. in causa Romana fructuum coram Cordub. & in Cosentina Pensionis coram bo.me. Vbaldo, declarantur.*
10 *Animus continuationis possessionis post decennium non durat.*
11 *Dictio, semper, & continuè, includunt omne tẽpus.*
12 *Affictuarius potest minimè quærere possessionem Domino absque mandato tacito, vel expresso.*
13 *Possessionis noua acquisitio non potest fieri per colonum, sed benè potest conseruari, & custodiri talis acquisito.*
14 *Manutenendus est ille, dum in vltimo tempore, solus possidet.*
16 *Actus turbatiui, & non pacifici non suffragantur ad acquirendam possessionem manutenibilem.*
17 *Lis super re, vt inducatur, quid sit necessè.*
18 *Certum & determinatum etiam illud est, quod per relationem certificatur, vel certificari potest.*
19 *Possessio quorumcumque bonorum testatorum, vel ab intestato decedentium vigore Stat. Vrb. lib.* .. *c.*147.*continuatur in suos hæredes.*

DECISIO CCXXXIV.

CENSVERVNT Domini dandum esse mandatum de manutenendo D. Duci Cæsarino, in quasi possessione Syluæ, & Pedicæ, de qua agitur,
1 quia † docet de sua possessione de tempore litis motæ. *§. retinendæ instit. de interd. Bart. in l.* 1. *§. quod ait prætor, num.* 14 *&* 18. *ff vti possidet. Menoch. de retinen. remed.* 3 *n.*556. *Seraph. decis.*2106.*n.*1.

De ea enim deponunt quatuor testes, Primus ab anno 1579. Secundus ab anno 1591. Tertius ab anno 1583. Quartus ab anno 1584 continuatè vsque ad tempus litis motæ, & omnes per concludentes rationes actus possessorios inferentes, nempè vt primus; quia possedit tamquam affictuarius nomine D. Ducis pascendo, lignando, fidando, serendo, & fructus colligendo absque impedimento. Secundus, quia Factor affictuarij prædicta vidit, & exercuit. Tertius, & quartus, quia viderunt, & de prædictis plenam notitiam habent, vnde & in dicto conclu-
2 dunt, & causæ possessionis sunt veræ, † quia pascere, lignare, serere, colligere fructus pertinent ad vsum rei. *Angel. in l. Celsus.* & ibidem *Balb.* 3. *par. quæst.* 1. *num.*2. & plenè comprobat *Menoch. post alios, de retinend. remed.*3.*num.*563.564.576.

Neque prædictis obstant testes examinati pro D. Marchione Capharello deponẽtes de anteriori eius possessione, scilicet supra annum 1579. vsque in tempus præsens, vt propterea illa sit manutenibilis, non
3 autem ista D. Ducis, quæ † posterior est, & præsumitur clandestina, & improba, *cap. licet causam, de probat. Faber. in § retinendæ, num.*18.*instit. de interd. Seraph. decis.*1038 *num.*1. *Caputaq. decis.*334. *par.*2. *Hier. de Mont. in tract. de finib. cap.*67.*num.*2. *&* 3. *Afflict. decis.*394.*num.*1.

Quia pro responsione ad releuantiam dictorum testium fuerunt distincta tria tempora, primum tempus supra annum 1579. secundum ab eodem anno 1579. vsque ad annum 1599. & seu 1602. tertium tempus à dicto anno 1602. vsque in præsentẽ diem.

In primo tempore deponunt duo testes primi examinis, & septem testes secundi examinis D. Capha-

relli, de secundo tempore deponunt quatuor testes D. Ducis, de tertio tempore deponunt nouem testes primi examinis D. Capharelli.

Hinc colligitur antiquiorem possessionem non releuare, quia D. Dux probat penes se naturalē spacio decennij, & vltra immediatè ante motam litem ab anno 1579 vsque ad annū 1602. animus verò D. Ca-
4 pharelli per quem solum possessio † semel acquisita potest retineri. *l. 1. & l. 3. ff. de acq. poss.* præsumitur
5 depositus † spatio eiusdem decennij alio existente in possessione. *Bald cons. 20. in fin. lib. 5. Matthes. sing. 116. nota mirabilem. Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina, nu. 23. de caus. poss. & propriet. Alc. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 21. nu. 11. Menoch. eod. tit. præs. 64.*
6 *nu. 42. lib. 6.* atque ita de tempore † litis motæ caret vtraque possessione, quod est præcipuum in hoc summarijssimo iudicio retinendæ.

7 Et quamuis *Couar.* † *in reg. possessor. 2. par. §. 1 num. 3. in fin. & Alciat. d. reg. 2. præsumpt. 22. vers. non obstat ratio Matthesil.* visi fuerint declarare su-
8 pradictam conclusionem, vt † scilicet amissio possessionis antiquæ non procedat, quando constat non solum de ciuili possessione antiqua, sed simul etiam de naturali, & vt in præsenti de vtraque D. Capharelli dicitur probatum.

Tamen illorum rationes examinat, & reijcit *Menoch. in præsumpt. 66. in prima declarat. num. 6. & 7. lib. 6.* & ipsemet *Couar*, transit cum opinion. *Matthesil.* & si arbitretur contrarium defendi posse, & eandem opinionem comprobauit *Rota in causa Romana Canonicatus S. Marci 25. Februarij 1611. coram R. P. D. meo Pamphilio*; neque contrarium videtur firmatum in *Romana fructuum 9. Aprilis 1601. coram Corduba, in Cusentina Pensionis 12. Februa-*
9 *rij 1618. coram R. P. D. meo Vbaldo*, quia † loquuntur de negligentia ad petendam pēsionem, quæ certo, & limitato tempore duennij non præscribitur, sed à die tantum denegatæ solutionis, vt per *Innoc. & Bald in c. quærelam, de elect.* quod non conuenit
10 in possessione, cuius naturalis † ab alio occupata fuit, & contenditur tantum de præsumptione continuationis ciuilis, quæ post decennium non durat, *l. furtum, §. fundi ff. de vsucap. l. peregre, ff. de acquir. possess. glos. in l. 1. C. de seru. fugitiu.*

Neque instari potest, quod ex dicto eorumdem testium constet de cōtinuatione etiam naturalis pro secundo, & vlteriori tempore, dum deponunt de annis 40. & 42. & 50. per verba semper & continuè, quæ
11 percutiunt tempus ante annum 1579. & † includūt medium, & vltimum, secundum *Bart. in l. Celsus nu. 20. & seq. ff. de vsucap. Balb. de præscrip. par. vlt. num. 10. Seraph. decis. 793. num. 1.*

Quia obiectum cessat ex facto, testes enim primi examinis nempe quintus deponit quidem de possessione D. Capharelli de tempore fel. rec. Greg. XIII. & ab eo tempore citra semper, & continuè, sed respectu tenutæ Carocetelli cum omnibus membris, & pertinentijs, & super hoc Casali cum membris, & pertinentijs nō est controuersia sed super eo, quod pedica, seu pars de qua controuertitur sit de pertinētijs Carocetelli, quod testis nō dicit, & quamuis iuxta 15. interrogatus enunciet confines illius tenutæ intra quos Pedica possit comprehendi, tamen respōdit non ex se scire confines, sed quia sibi dicebantur à factoribus, & super 31. & iuxta 99. respondit se nescire nomen illius Pedicæ, neque de actu possessorio super Pedica deponit, ex quibus colligi non potest testimonium releuans circa vsum particularis prędij controuersi, prout necessarium esse iam dictum est; Septimus verò testis eiusdem examinis, quoad tenutā Carocetelli deponit, & ipse de actibus possessorijs de diuersis tēporibus, scilicet Greg. XIII. & Sixti V. & postea aliorū Pontificum, super qua D. Dux non prætendit manuteneri, sed de actu pascendi super huiusmodi pedica se restringit ad tempus Greg. XIII. quod non excludit cursum decennij, neque est actus differens, dum iuxta 14. ignorat ex se, quod animalia essent D. Capharelli, sed scire respondit nunquā audiuisse pedicā nominatā *Il Colle del Contrasto.* Testes verò secundi examinis deponunt quidem pro maiori parte per verba semper, & continuè, sed strictè de tempore Ascanij patris D. Capharelli, qui decessit ante annum 1579. & non pertinet ad actus possessorios secundi temporis.

Non obstat, quod adhuc testes non probent possessionem naturalem penes D. Ducem in medio tē-
12 pore, † ex quo deponunt de possessione Affictuarij, qui non potuit quærere possessionem D. Duci absque mandato tacito, vel expresso. *l. 1. C. de acq. possess. §. ex his itaq. instit. per quas pers. nob. acquir.* quod sufficere dicebatur, vt inde cessaret impedimentū cōtinuationis possessionis ciuilis, & naturalis D. Capharelli secundum terminos præallegatæ conclusionis.

Nam etiam prædicta ex facto cessare videntur, quia omnes testes D. Ducis nō deponunt de propria possessione Affictuarij, sed de possessione D. Alexādri de Maximis tanquam affictuarij, & ipsemet D. Alexander dicit se possedisse vti affictuariū Pedicā, seu Syluā tamquā in Casali de bono reposo positam, vnde non
13 agitur de noua acquisitione, sed † de continuatione, & cōseruatione possessionis, quæ admittitur per Colonos, *Affl. dec. 325. n. 3. & Vrsil. ad eumd. n. 2. Pereg. de fideic. ar. 47. n. 35.* & idem fuit firmatum *in causa Imolen. Donationis 10. Aprilis 1592. coram bo. me. Card. Pamphilio.*

Demum non obstat, quod D. Capharellus ex eisdem iuris conclusionibus veniat manutenendus dū
14 in vltimo † tempore solus possederit, vt deponunt testes pro eo examinati in primo examine, nec testes D. Ducis contrarium probent, cum nullus deponat vltra tertium affictum D. Alexandri de Maxi-
15 mis, qui finem recepit de anno 1603. itaut † spatio decennij, iam occupata naturali per ipsum D. Dux similiter amiserit ciuilem.

Quia cum de anno 1599. & 1602. captæ fuerint turbationes, & molestiæ hinc inde super huiusmodi Pedica, seu Sylua, actus subsequentes possessorij tā-
16 quam turbatiui, † & non pacifici nō suffragantur ad acquirendam possessionem manutenibilem. *Mant. dec. 207. n. 10. & Rota in recent. dec. 643. par. 2.*

Neque dubitari potest super facto, quod scilicet de anno 1599. & de anno 1602. sequutæ fuerint turbationes, & molestiæ, quia dantur in summario mutuæ quarelæ, cum relationibus custodū de captis pignoribus, & successiuè de anno 1607. deuentum fuit ad electionem peritorum, & accessuum Consulum, & de anno 1609. dati fuerunt articuli, in quibus ponitur litem pendere super pedica cōtrouersa inter D. Ducem, & D. Capharellum, & de ea D. Ducem esse possessorem, & pertinere ad Casale de *Bono reposo*, & illius Casalis esse membrum, & pertinentiam, super quibus deinde fuerunt testes examinati.

Et

Et quamuis contendatur ex prædictis non constare de lite, dum neque citatio, neque quærela de huiusmodi Pedica loquatur, prout necessarium dicebatur, vt † super re lis inducatur, *Clem.2. vt lit. pen. Missing. centur. 4. obseru. 26. nu. 2. Lancellot. de attent. par. 2. cap. 4. in præfat. num. 29.*

17

Tamē ex quo testes super quærela examinati specificant damna fuisse data, & pro eis pignora ablata pro loco controuerso sufficere videtur, quia certum, & determinatum etiam illud est, † quod per relationem certificatur, vel certificari potest, *Bart. in l. qui liberis. §. hæc verba. nu. 8. ff. de vulg. & pupill. Ruin. cons. 29. num. 4. lib. 2. Paris. cons. 97. num. 96. lib. 1.* nec refert quod lis inchoata non fuerit cum D. Duce, vel si hoc firmari possit non transeat possessio de parte moderni Ducis, cui tunc poterat dici quæsita, in ipsum Ducem filium absque noua apprehensione, quia ad primum sufficit, quod lis fuerit mota cum Affictuario, qui ex instrumento affictus suscipit mandatum à locatore de conseruando fines rei locatæ. Ad secundum satisfacit Statutum Vrbis 147. per quod possessio quorumcumque † bonorum testatorum, vel ab intestato decedentium continuatur in suos hæredes, quæ qualitates suitatis, & hæredis hodie non controuertuntur in D. Duce moderno. Et ita fuit resolutum.

18

19

Confirmatur præsens decisio coram eodem Pirouano sub die 22. Aprilis 1622. est infra suo loco.

REVERENDISS. COCCINO.

Ariminen. Dotis.

Lunæ 22. Iunij 1620.

ARGVMENTVM.

Ex confessione aduersarij agendo cōtra partem, vti possessorem, optimè probatur illius possessio, itaque ex d. confessione, quamuis sit implicita, & non explicita pars manutenenda veniat. Ad subhastationem Iudex nulliter deuenire dicitur, si ad hunc actum deuenerit absque citatione partis, vel si formam statutorum in hac materia traditā nequaquam seruauerit.

SVMMARIVM.

1 *Agens contra aliquem, vti possessorem in necessariam consequentiam præsupponit illum possidere.*
2 *Possessionem partis probari ex confessione aduersarij certum est.*
3 *Confessio implicita, quod pars possideat, nocet, ac si esset explicita, & sufficit ad manutentionem.*
4 *in Subbastatione pars est citanda, aliàs nullitatis vitio laborat.*
Citationis negatiua probatur ex reuolutione actorum. num. 4.
5 *Verba sunt referenda ad ea, à quibus reguntur.*
6 *Notario non creditur, nisi in ijs, de quibus fuit rogatus.*
7 *Subbastatio corruit, si forma tradita à statuto, in ea nullatenus fuerit seruata.*
8 *pro Actorū integra transportatione stat præsūptio.*
9 *Præsumptio integræ transportationis actorum, ex quo plurimum augeatur.*

DECISIO CCXXXV.

PLACVIT Dominis decisio in hac causa facta 11. Maij huius anni. * Possessio enim Claræ cōtrouerti non potest, nam & si fuerit instrumentalis, satis constat habuisse effectum, ex quo Vigerius egit contra ipsam † tanquam posseditricem, in necessariā enim consequentiam præsupponit illam possidere, *l. decem. ff. de verb. oblig.* possessionem autem partis probari ex confessione † aduersarij est certum, *Gloss. in l. ab emptione in verb. constituantur. ff. de pact. & ibi Angel. num. 4. glos. in verb. tradita in l. 2. & ibi Bald. C. de acq. poss. Tiraquel. de iure constit. 2. par. ampl. 2. num. 1. & seqq.* & quod dicta confessio implicita noceat, ac † si esset explicita, & sufficiat ad manutentionem, *Aegid. decis. 683. num. 1. Rot. decis. 802. num. 1. par. 1. & fuit dictum in causa Ferrarien. parochialis 8. Nouemb. 1596. coram bo. me. Pacen.* & hoc est quod fuit dictum in dicta decisione.

1

2

3

Neque obstat, quod Clara fuerit spoliata de mādato Iudicis, quia vt dicitur in alia decisione ex duplici capite nulliter processit. Primo, quia in subhastatione † ipsa minime fuit citata, quæ negatiua probatur ex inspectione actorum, *Dec. in l. iustus nu. 3. C. de eden. Aym. cons. 1. nu. 8. & seq. Verall. dec. 192. par. 3.* neque contrarium dici potest apparere ex verbis illis, cumq. dicta domus fuerit per ad. exequutores posita ad Massarolum, & ter ser. iuxta formam statutorum Sauignani fuerit tribus vicibus subhastata, more & loco solitis, quia illa verba seruatis seruandis referuntur ad verba tribus vicibus subhastata † cum omnia regantur à verbo fuerint iuxta notata per *Bartol. in l. prætor la seconda. §. eritq. differentia in princ. vers. breuiter dic. ff. de vi bonor. raptorū.* vltra quod non est standum dictæ assertioni Notarij cum non credatur ei, nisi † in ijs, de quibus fuit rogatus, *Federic. de Senis cons. 288. nu. 1. vers. sed posito pro constanti, Fulgos. cons. 163. col. 2. nu. 1. vers. sed nec ex illa.*

4

5

6

Secundo principaliter Iudex nulliter processit ad subhastationem, cum capto pignore non fuerit præfixus terminus ad luendum 20 dierum mulieri, prout disponitur in statuto, † qua forma non seruata subhastatio corruit, vt fuit resolutum *in causa Auximana tutelæ 24. Nouembris 1595. coram bo. me. Gipsio.*

7

Quæ dicuntur de non integra transportatione actorum non videntur digna consideratione, cum † pro integra transportatione præsumatur, & pars fuit expectata vsque ad vltimas audientias, si vellet aliqua acta producere, † itaut ex hoc integra transportatio probaretur.

8

9

Decisio ista in hac causa facta coram eodem Coccino sub die 11. Maij præsentis anni 1620. est supra in hoc Tomo decisio 212.

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Parmeñ Parochialis.

Lunæ 22. Iunij 1620.

ARGVMENTVM.

Iudex nulliter procedens non priuat anteriorem possessorem sua possessione, & si non habet se pro spoliato, ratione ciuilis possessionis potest recuperare naturalem. Executor quando sit mixtus, & hoc casu, quid facere debeat, & an ab eius executione detur appellatio, & alia &c.

SVMMARIVM.

1 *Possessio benè probatur ex confessione aduersarij.*

2 *Iudex nulliter procedens non potest priuare posses-*
sorem sua anteriori possessione.
3 *Iudex, quando nulliter procedit, si possessor non*
habet se pro spoliato, potest ratione ciuilis possessio-
nis, intentare manutentionem respectu naturalis.
4 *Executor constitutus cum clausula, vocatis vo-*
candis, dicitur mixtus.
5 *Executor datus in forma dignum &c. est mixtus.*
6 *Executor mixtus tenetur assumere partes Iudicis.*
7 *Executor, quando est mixtus, tunc ab illius execu-*
tione datur appellatio.
8 *Appellatione pendente, non potest deueniri ad exe-*
cutionem.
9 *Clausula, contradictores &c. intelligitur de con-*
tradictoribus de facto, non autem de iure.
10 *Sententia suspensa per appellationem non meretur*
exequutionem.
11 *Excommunicatus non potest intentare remedium*
manutentionis.
12 *Excommunicato, qui obtinuit absolutionem, non*
denegatur audientia.
13 *Excommunicatus ob nonsolutionem pensionis, non*
absoluitur, nisi præuia satisfactione.
14 *Et hæc opinio procedit, quando censuræ essent latæ*
in Curia.
15 *à Censuris latis extra Curiam Rota indifferenter,*
& absque causæ cognitione dat absolutionem.
16 *Excommunicationis exceptio non impedit petitio-*
nem reuocationis attentatorum.
17 *Iudex procedens in materia attentatorum videtur*
potius procedere ad vindictam iudicij, quam ad
partis petitionem.
18 *Attentatorum remedium est magis priuilegiatum,*
quocumque alio remedio.
19 *Irregularis non amittit possessionem sui beneficij.*

DECISIO CCXXXVI.

DIXERVNT Domini Ioanni Mariæ dandam
esse manutentionem in Parochiali, de qua agi-
1 tur, quia de eius possessione †constat ex confessione
Angeli in suis litteris, *ad l. cum precum. C. de libe-*
ral. causa.
Et non obstat immissio data per Iudicem Angelo,
2 quia cum nulliter † processerit, non potuit priuare
Ioannem Mariam sua anteriori possessione, *Abb. in*
c. conquærente, num. 7. & 8. de restit. spoliat. Rip. in
l. naturaliter §. nihil commune. num. 61. ff. de acq.
poss. Rot. decis. 802. sub num. 7. vers. quia pro respon-
sione, par. 1. diuers. Ideoq. cum ipse Ioannes Maria
3 non habuerit se †pro spoliato, potest ratione ciuilis,
quam retinuit, animo intentare manutentionem re-
spectu naturalis, vt sæpissimè fuit decisum in Rota,
quod autem Iudex nulliter processerit, patet, quia
fuit datus exequutor litterarũ Apostolicarum mix-
4 tus, tum †quia cum clausula vocatis vocandis, quæ
importat mixturam, *Felin. in c. dudum nu. 23. vers.*
fallit primo, de præsumpt. Rot. decis. 12. de off. deleg.
in nou. Seraph. decis. 1056. num. 2. tum quia erat da-
5 tus † in forma dignum &c. nempè cũ clausula si per
diligentem examinationem &c. exequutor autem
taliter datus dicitur mixtus, iuxta *decis. 202. par. 1.*
diuers. in princip. ex hoc quod esset mixtus, dixerũt
6 sequi, quod teneretur † assumere partes Iudicis, &
7 quod ab illius †executione daretur appellatio, vt in
causa Panormitana Archidiaconatus die 15. Iunii
1590. coram bon. mem. Penia, quod si dabatur appel-
latio, non potuit post interpositam appellationem
8 † à Ioanne Maria deuenire ad executionem, prout
deuenit, *c. non solum de appellat. in 6. cum vulg.* Et
9 non obstat clausula contradictores &c. † appellatio-
ne postposita &c. quia illa clausula intelligitur de
contradictoribus de facto, non autem de contradicto-
ribus de iure, *vt in d. Panormitana Archidiacona-*
tus die 15. Iunij 1590. coram bon. me. Penia, in pro-
posito autem casu stante quod causa ex prædictis
erat appellabilis, Ioannes Maria non fuit contradi-
10 ctor de facto, sed de iure, quia sententia † erat suspen-
sa per appellationem, & sic non merebatur execu-
tionem.
11 Non obstat quod Ioannes Maria fuerit † excom-
municatus, ideoq. non possit intentare remedium
manutentionis, quia si hoc deducitur ad effectum,
12 vt ex hoc amiserit suam possessionem, hoc nullo † iu-
re cauetur, si vero ad effectum vt sibi denegetur au-
dientia, ipse iam obtinuit absolutionem ad effectum
agendi.
13 Nec facit quod ipse fuerit excommunicatus † ob
non solutionem pensionis, quo casu quis non absol-
uatur, nisi præuia satisfactione, *ex decis. 263. lib. 3.*
14 *diuers.* Quia illa conclusio procedit, † quando cen-
suræ fuerunt latæ in Curia, vt explicat *Tolomeus de-*
cis. 788. lib. 3. eadem par. 3. diuers. Et ratio differen-
tiæ est, quia à censuris latis extra Curiam, Rota in-
15 differenter, † & absque causæ cognitione, dat abso-
lutionem, ad effectum audientiæ, iuxta notorium
stylum Tribunalis.
Addebatur quod exceptio excommunicationis
16 †non impedit petitionem reuocationis attentato-
rum, *Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune, nu. 68.*
& 87. vers. 7. intellige. ff de acq. poss. Dec. in c. ex par-
te, il 2. num. 24. de rescript. & cons. 200. num. 3. Lan-
cellot. de attentat. par. 2. cap. 12. ampl. 13. & par. 3.
cap. 24. quæst 3. num. 10. Menoch. de recuperand. re-
med. 17. num. 31. vers. quæro tertio, Adden. ad decis.
2. num. 3. vers. tertia differentia est, de rest. spoliat. in
nou. & fuit decisum in causa Abulen cappellaniæ 5.
Iunii 1598. coram bon. mem. Gipsio, fortè quia Iudex
17 †videtur potius procedere ad vindictam læsæ maie-
statis iudicij, quam ad commodum partis petentis
18 reuocationem; remedium enim † attentatorum est
magis fauorabile quocumque alio remedio, *Dec. in*
d. cap. ex parte, il 2. num. 22. in fin. de rescript. & in
illis plerumq. attenditur potius æquitas iudicantis,
quam odium excommunicati, *c. cum inter de except.*
Quæ dicebantur de prætensa irregularitate ob ce-
lebrationem in excommunicatione visa fuerunt non
19 facere ad rem, quia non reperitur † iure cautum,
quod irregularis amittat possessionem sui beneficij.

R. P. D. VBALDO.

Romana diuisionis de Antolinis.

Veneris 26. Iunii 1620.

ARGVMENTVM.

Plura deducuntur circa quantitatem, & valorem fru-
menti, ad effectum illud diuidendi inter socios, &
quando dicta quantitas à peritis æstimata, à parte
non possit in dubium deduci, in casu scilicet quando
ipse fuit præsens, & non contradixit. Substantia,
quando est probata, tunc quantitas leuioribus pro-
bationibus docetur.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Actus, quando dicatur iudicialis.*
2 *Tacens in iudicio pro consentiente habetur.*
3 *in Summa maiori inest minor.*
4 *Testium contrarietas vt euitetur, facienda est interpretatio.*
5 *Probationis difficultas, quando procedit ex facto partis, tunc statur leuioribus probationibus.*
6 *Probationes minus concludentes sufficiant in iudicio manutentionis.*
7 *de Substantia rei, quando constat, tunc quantitas probatur leuioribus probationibus.*
8 *Frumentum intra triennium præsumitur consumptum.*
9 *Frumenti valoris æstimatio, secundum illud tempus, quo consumpti.*
10 *in Aestimatione rerum Rota solita est amplecti æquitatem.*
11 *Asserere aliquid non sufficit, nisi quoq; id probetur.*
12 *in Diuisionis iudicio, quando sit procedendum per cautionem indemnitatis, non autẽ via retentionis.*

DECISIO CCXXXVII.

FVIT ordinatum, vt D. Andreas iterum audiretur super decisione 4 Februarij præteriti, sed strictè quoad quantitatem frumenti, & eius pretium. Quo igitur ad quantitatem Domini censuerunt eam esse reducens ad rubr. 700. in totum, & sic mandatum esse exequen, pro rubr. 350. pro medietate pertinen. ad Alexandrum, nam dicta quantitas rubr. 700. circum circa fuit arbitrata per peritum dicti Alexandri, qui vna cum Notario destinato ex decreto A. C. accessit ad horreũ, in quo aderat magna quantitas frumenti, & reperit illud esse latitudinis palmorum 40. cum dimidio, longitudinis palmorũ 93. & altitudinis palmorum quatuor, & iuxta dictã mensurationem frumentum dixit ascendere ad quãtitatem prædictam, qui est modus solitus mensurandi frumentum, & alia similia in Vrbe, & procedit secundùm matematicas conclusiones, & hæc mensuratio fuit facta præsente, & non contradicente Andrea, qui tacendo videtur acquieuisse, & sibi præiu-
1 dicasse, cum † actus videatur iudicialis, ex quo fuit fa-
2 cta pro certa die & hora, & alias certum est † tacentem in iudicio pro consentiente haberi *glos. in clem. sæpè. §. quæ omnia in verb. non contradicentibus de verb. signific. Bart. in l. 1. C. de relat. Natt. cons. 252. num. 7. cum aliis per Surd. cons. 202. nu. 38. & seq. lib. 2. Doct. in l. quæ dotis, vbi Modern. Hispan. numer. 160 ff. sol. matr.*

Concurrit etiam pro adminiculanda probatione dictæ quantitatis dictum duorum testium, qui depo-
3 nunt in dictum horreũ fuisse de anno 1614. † asportatum frumentum 800. rubrorum in circa, & clara iuris regula in maiori summa inesse minorem, *l. 1. §. si stipulante. ff. de verb. oblig. l. in eo quod plus ff. de reg. iur. Surd. cons. 61. nu. 12.* & propter eandem rationem, secundus testis non est sibi contra-
4 rius, dum † primo dixit frumentum recollectum in Casali posse ascendere ad rubra 700. & postea *che non può passare da 800. rubbia in circa.*

Et demum accedit adnotatio facta in libris Portæ de Populo per officialem de frumento Alexandri, quæ ascendit ad dicta rubr. 700. eoque amplius.

Quæ probationes videntur sufficientes in propo-
5 sito, tum † quia facto Andreæ orta est difficultas probandi, *Doct. in l. in actionibus, vbi Dec. num. 13. ff. de in lit. iuran.* cum modo negauerit identitatem grani, & horrei modo quod fuerit recollectum in Casali Montis Oliuerij, vt constat ex alijs causæ propositionibus, & tamen illud alienauit lite pendente, & non obstan. manutentione ab A. C. Alexandro con-
6 cessa, tum quia † sumus in iudicio summarijssimo in quo sufficiunt leuiores probationes, *Menoch. de retinen. rem vltimo num. 34. Seraph. decis. 1154. nu. 3. & decis. 1411. num. 1.* & cum constet de substantia
7 grani ad proban. † quantitatem, debent admitti tales leuiores probationes, vt post *Rainer. de folin. in l. certi condictio. §. quoniam nu. 7. ff. si cert. pet.* & idem *Dec. cons. 536. num. 12. Menoch. cons. 81. n. 19. & fuit sæpè decisum.*

Quo vero ad pretium cum fuerit data fides publici officialis, quod de anno 1617. quo anno expirauit
8 triennium, quo frumentum † præsumitur consumptum *iuxta gloss. in l. 1. C. si aduers. vsucap.* quod
9 tempus videtur spectan. † quoad æstimationem, vt per *Bald. in l. 2. num. 13. C. de fruct. & lit. expens.* quem sequitur *Rota apud Card. Mantic. decis. 281. in fin.* frumentum fuit venditum scutis sex, septem, octo, nouem cum dimidio pro singulis rubris, Do-
10 mini amplecten. † æquitatem, & minorem summam dixerũt valorem esse reducen. ad scuta sex pro quolibet rubro citra præiudicium partium quoad maiorem, vel minorem æstimationem.

Et quia multa inculcabantur pro Andrea circa
11 expẽsas factas in recollectione dicti frumenti † quas tamen non probat, imò probantur potius factæ per Alexandrum ex publicis instrumentis, vt fuit firmatum in decisione. Tamen Dominis videbatur factis extraiudicialiter, & summariè inter partes computis esse proceden. per † cautionem indemnitatis non autem via retentionis, *iuxta doctr. Ias. in l. frater à fratre num. 21. ff de condit. indebit. Modern. de societ. cap. 39. num. 100.* prout etiam fuit seruatum in *causa Romana affictuum resoluta in præterita Rota coram R. P. D. meo Remboldo.*

Circa portionem super qua informauit solus Andræas, placebant deducta in alijs decisionibus, quæ hodie sunt supponendæ præterquam quoad ea super quibus Domini voluerunt Andream iterum audiri, vt supra dictũm est.

Et ita fuit decisum.

Decisio hæc in pæsenti causa extensa est supra in hoc Tomo decisio 76.

R. P. D. VBALDO.

Sancti Seuerini Dotis.

Mercurij 1. Iulij 1620.

ARGVMENTVM.

Mulier, quãdo dedit in dotem bona æstimata, certũ est, quod in casu restitutionis non illa, sed illorũ æstimatio persoluenda est ei ab hæredibus mariti, sed dato, quod ipsa recipiat eadem bona, an tali casu debeant interuenire solemnitates necessariæ in contractibus mulierum, & conclusio est negatiua, maximèq. in casu præsentis decisionis.

SVMMARIVM.

1 *Creditor inuitus nō cogitur aliud pro alio accipere.*
2 *Mulier dum recipit, quod suum est, non sunt necessariæ solemnitates statutariæ.*
3 *in Contractu mulieris, si interuenerit auctoritas Principis, valens est supplere omnem defectum solemnitatum.*
4 *Ignorantia cessat, probata scientia.*
5 *Retineri non possunt ea, quæ non extant.*
6 *Legatum est species alienationis.*
7 *in Legatis electio est legatarij.*
9 *Mulier si retineat bona mariti pro restitutione dotis, sibi non præiudicat, cum præsumatur ea retinere iure pignoris.*
10 *Creditor potest retinere bona sibi obligata, & nihilominus petere creditum.*

DECISIO CCXXXVIII.

IVXTA reseruationem factā in vltima decisione, dubitaui an D. Sulpitia sibi præiudicauerit in casu, & ad effectum, de quo agitur, & effectus est, quia iam fuit resolutum, Sulpitiæ deberi dotem in pecunia. Vnde si pro dote retinuit bona, videtur sibi præiudicasse quoad restitutionem in pecunia. Domini tamen resoluerunt, Sulpitiam sibi præiudicasse in bonis in dotem datis, & nūc existentibus, tum quia emanauit decretū A.C. quod retentis per Sulpitiam censibus, & bonis in dotem datis, & alijs sibi à testatore legatis pro restitutione cæterorū bonorum hæreditariorum Mauritij, mandatum relaxauit, quod decretum fuit à Sulpitia acceptatum, vt patet ex commissione pro eius parte porrecta Sanctissimo, in qua expresse declarat, quod licet esset creditrix ex causa dotis in pecunia numerata, &
1 non cogeretur † inuita aliud pro alio accipere; tamen vt à lite recederet, contenta erat accipere eadem bona, quæ per ipsum data fuerunt in dotem, & decreto A.C. acquiescendo.

Non obstat, quod in dicta acceptatione non interuenissent solemnitates, tū quia Sulpitia per hanc
2 electionem † consecuta est saltem in parte bonorum in dotem datorum, quę extant id quod sibi debebatur. Ideoq. non erant necessariæ solemnitates, vt in similibus terminis fuit dictum *in Romana saluiani 9. Decembris 1613. coram bon. mem. R.P.D. Buratto*, & prius *in Romana, siue Ciuitatis castelli census 26. Iunij 1595. coram bon. mem. Card. Mantic. quæ est decisio 344. num. 7 inter eius impress.* tum quia Sulpitia acceptauit decretum occasione rescripti, quod emanauit à Signatura Sanctissimi, cuius vigore renunciauit per procuratorem specialiter consti-
3 tutum appellationi à decreto interpositi: Vnde † authoritas Principis supplere videtur omnem defectū solemnitatum, vt fuit latè deductum *in Romana aperitionis oris 8. Martij 1613. coram Reuerendiss. Damasceno, quæ est decisio 451. num. 13. par. 1. in recent.* ex qua etiam renunciatione cessat prætensa
4 ignorantia † Sulpitiæ dictæ commissionis, & quod procurator, qui eam porrexit, non potuerit præiudicare Sulpitiæ.

Quo vero ad alia bona similiter in dotem data, quæ fuerunt per maritum, vel socerum alienata, vt sunt plures census, prout fuit firmatum in decisione 16. Decembris præteriti, Domini non existimabant Sulpitiam sibi præiudicasse consentiendo dicto decreto A.C. quia licet in eo dicatur retentis censibus,
5 & alijs in dotem datis, tamen illud venit † intelligendum quatenus dd. census, & bona extent, cum si non extant, retineri non possint, *arg. l. eius qui in prouinc. ff. si cert. pet.* & eodem modo accipienda sunt verba commissionis, in quibus Sulpitia dicit se fore contentam accipere eadem bona, quæ per ipsam data fuerunt in dotem.

Non obstant alia verba decreti, ibi, & alijs à testatore legatis, quia vel intelliguntur de bonis proprijs testatoris, quæ fuerunt per eū relicta vxori, & sic non faciunt ad punctum dotis, de qua quæritur, vel quatenus intelligantur de bonis etiam in dote datis quorum nonnulla sunt etiam legata mulieri recipiunt eandem interpretationem, quatenus extent, non extare autem videntur ex quo sunt legata,
6 & † legatum est species alienationis, & in omnem casum videtur recipere interpretationem à iure, se-
7 cundum quod in legatis † electio est legatarij, *Rota decis. 203. num. 3. par. 1. recent.* & tanto magis accedente dispositione testatoris, prout fuit ponderatum 16. Decembris præteriti circa finem.

In alijs vero bonis hæreditarijs, si quæ retinuit mulier, vel adhuc retinet post factam restitutionem Sanctuccio, non intrat mulieris pręiudicium, cum
8 † ea præsumatur retinere iure pignoris, donec sibi de dote satisfiat, *vt fuit firmatum in d. decisione 16. Decembris præteriti*, nec de his vllo modo loquitur decretum A.C. nisi ad fauorem Sanctuccij, qui potuit, vel adhuc potest super his facere executioné,
9 vt in dicta decisione, & alias † creditor potest retinere bona sibi obligata, & nihilominus creditum petere, *Castr. in l. qui legati num. 2. C. vt in poss. legat.* qui sequitur *Corn. cons. 108. nu. 5. lib. 4.* & idem *Corn. cons. 166. num. 5. eodem lib. cum alijs per Aldobr. cons. 138. num. 5. lib. 2. vbi de communi.*

Cætera, quæ hinc inde inculcabantur circa inuentarium, vel sunt sublata in decisionibus in causa factis, vel sunt extra punctum, de quo agitur &c.

Et ita fuit decisum.

Videlicet sub die 4. Maij 1620. est supra in hoc Tomo decisio 208. & pariter supra in eadem causa habes tres decisiones sub diebus 13. Martii 1618. 28. Nouembris eiusdem, & 16. Decembris 1619. sunt in ordine decisiones 14. 56. & 159. Infra [illegible] *adsunt duæ aliæ sub diebus 20. Februarii, & 1.* [illegible] *ulii 1630. coram bo. me. Pirouano in appendice.*

REVERENDISS. COCCINO.

Romana Census de Mutis, seu prætensæ solutionis dotis.

Mercurii 1. Iulij 1620.

ARGVMENTVM.

Dotis promissio, quando præcessit, ac deinde maritus fassus fuit se dotem recepisse, tunc talis confessio præsumitur vera, & maximè si fuerit facta in articulo mortis, ac in parte verificetur, necnon ei ipsi iure runt termini ad eam soluendam, & tandem, si ea confessio facta fuerit à persona nobili, quæ præsumptiones tamen licet valde vrgentes sint ad præsumendam dictam solutionem, nihilominus si aliæ vrgentiores concurrant, quæ contrarium suadeant, primis nequaquam standum est in præiudicium creditorum

rum, si quando maritus fecit dictam confessionem,
debitis erat grauatus.

SVMMARIVM.

1 *Dotis promissio, quando præcessit, & postmodum sequatur confessio receptionis, talis promissio probat etiam in præiudicium creditorum, & num. 15. & 16.*

2 *Et quid si maritus tempore confessionis erat debitis inuolutus, & num. 9.*

3 *Confessio si in parte verificetur, censetur quoque in totum vera. limita num. 17.*

4 *Confessioni factæ in articulo mortis multum deferendum videtur.*

5 *Confessio facta constante matrimonio morte confirmatur.*

6 *Dos præsumitur soluta, si termini facti ad eam soluendam, fuerint elapsi, vide num. 20.*

7 *Confessionem fictam vir nobilis non præsumitur voluisse facere, vide num. 21.*

8 *in Coniecturali materia, quando versamur, debent attendi coniecturæ fortiores, & validiores.*

9 *Maritus, quando fassus fuit, se recepisse dotem, & tempore confectionis erat debitis onustus, tunc ea præsumitur facta in fraudem creditorum.*

10 *Instrumenti negatiua probatur ex inspectione protbocolli.*

Confessio relatiua ad instrumentum nihil releuat, si de instrumento non constet, num. 10.

11 *Soluere pro alio, quis non præsumitur absque eo, quod voluerit reportare quietantias, & num. 20.*

12 *Confessio, quando redditur inuerisimilis, debet aliunde iustificari.*

13 *Argumentum à solito validum est.*

14 *Dotes, quando soluuntur, solent in tuto collocari, vt inseruiant oneribus matrimonii, & hoc maximè si maritus sit ære alieno grauatus.*

15 *Dotis promissio si præcesserit, & sequatur confessio eius receptionis, an ea præiudicet creditoribus, sunt tres opinione. & num. 16.*

17 *Confessio in parte vera, quod sit vera in totum, ista conclusio non procedit stāte inuerisimilitudine.*

18 *Confessio, si reddatur inuerisimilis, non est amplectenda.*

21 *Vir nobilis, quod non præsumatur voluisse facere confessionem fictam, ista præsumptio offuscatur, ex pluribus simul iunctis in contrarium.*

DECISIO CCXXXIX.

BON. mem. Pompeius de Mutis iacens in lecto infirmus, ex qua infirmitate obijt coram
Notario, & testibus confessus fuit se recepisse scut.
1600. in totum ad computum dotis suæ vxoris computatis ducatis 500. alias habitis, & de quibus apparere dixit in instrumento rogato per Baccolettum
Notarium A. C. videlicet, in pecunijs dicto Pompeio solutis, & alijs personis, & creditoribus suis de eius ordine, & commissione, & equis habitis à socero, & pro ista summa quietauit socerum. Vnde dubitaui, An constaret de solutione dd. scut. 1600. ad computum dotis.

Et pro affirmatiua deducebatur. Primo, quod
1 cum præcedat promissio dotis, & postmodum sequatur confessio, † talis confessio probat etiam in præiudicium creditorum, *Afflict. decis. 402. num. 12. cum seqq. & ibi Hieronymus de Martino in addit.*
Surd decis. 55. nu. 5. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 20 num. 12. & seqq. & fuit pluries resolutum, *Bald. Nouell. de dot. par. 10. priuil. 1. n. 18. Gabr. de iure dot. conclus. 4. num. 2. Facchin. controu. iur. lib. 8. cap. 87.* vbi hanc sententiam tenet etiam
2 quod maritus † de tempore confessionis esset debitis implicatus.

Secundo hoc videtur probari, quia pro scut. 500.
3 de solutione constat † ex partitis Banchi Ceuli, vnde confessio etiam in reliquis præsumitur vera, *Socc. sen. cons. 82. num. 2. lib. 3. Couar. var. resolut. lib. 1. cap. 7. num. 5. vers. sic ex confessione, Menoch. præsumpt. 12. num. 25. lib. 3. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 20. num. 14.*

Tertio, hoc suadetur ex tempore ipsius confessionis videlicet factæ in articulo mortis, nemo enim
4 † præsumitur immemor salutis æternæ, *l. vltima C. ad l. Iuliam repetend.* & hinc videmus in leuioribus terminis, quod confessio facta constante matri-
5 monio † morte confirmatur *l. quod suo, & ibi gloss. 2. C. de dot. caut. non numer. iuncta l. antepenult. C. de donat. caus. mort Gabr. loco supra allegato num. 5.*

Quarto prædicta comprobantur, quia erant elapsi termini dati ad soluendam dotem, vnde non est præ-
6 sumendum, † quod aliqua pars dotis non fuerit exacta, *Menoch. præsumpt. 135. num. 3. & seq. lib. 3.*

Quinto, Accedit ad hæc nobilitas Pompei, quem
7 non est præsumendum † voluisse facere fictam confessionem, *Crot. cons. 332. num. 13. vol. 3.*

Prædictis non obstantibus DD. contrarium censuerunt, dempta tamen partita scut. 500. de qua in
8 partitis Banchi Ceuli, moti ea ratione, quia † cum versemur in materia coniecturali, debent attendi coiecturæ fortiores, & validiores per ea quę notat *Abb. in cap 1. num. 13. in fin. & num. 14. de const.* prout sunt coniecturæ, quæ cōcurrūt pro ficta confessione.

Primo enim considerandum est, quod de tempo-
9 re confessionis † Pompeius erat debitis valde inuolutus, vnde confessio censetur facta ad excludendum creditores, *Socc. in l. 1. num. 108. ff. sol. matrim. Gozad. cons. 28. num. 26. Bald. Nouell. de dot. par. 1. priuil. 1. num. 18. prope fin. vers nam cum tempore* latè *Vrsill. in addit. ad Affl. d. decis. 402. num. 2. & 6.*

Secundo cōsideratum fuit quod respectu scut. 500. se refert ad instrumētum rogatum per Baccolettum Notarium A. C. & tamen non apparet de huiusmo-
10 di instrumento, & cum ex inspectione † prothocolli, probetur negatiua, constat de contrario relato, & ideo confessio nihil releuat *Bald. in l. 2. num 4 vers. vlterius nota. C. de error. Aduocat. Roman. cons. 294. num. 2. vers. paria enim sunt, Dec. cons. 118. num. 6. & cons. 463. num 13. Gramm. decis. 59. nu. 9. Decian. cons. 21. num. 38. lib. 2.* late *Surd. decis. 114. num. 14.*

Tertio non videtur verisimile, quod socer volue-
11 rit soluere debita generi † absq; eo quod reportauerit quietantias, vnde cum confessio propterea redda-
12 tur inuerisimilis, debet aliunde iustificari, *Bald. in l. si quis in hoc num. 3. C. de Episcop. & Cleric. Ancbar. cons. 24. præsertim num. 4. Dec. in l. cum te transegisse in 4. notab. C. de trans. Paris. cons. 131. nu. 23. lib. 1. Tiraq. in l. si vnquam in præfat. nu. 40. C. de reuocand donat. Surd. decis. 291. num. 28.*

Quarto nō est verisimile, quod socer voluerit soluere tantam summam, & non reportare quietantias
13 à Pompeio genero, maxime quia quoad partitam scut. 500. solutam mediante banco Ceuli cautelate
soluit

soluit, & ideo eliditur ex supra allegatis.

Quinto & vltimo fuit consideratum, quod cum Pompeius esset debitis implicatus, & hoc sciret socer, vt patet ex ipsamet confessione Pompei, non est verisimile quod vellet dotem soluere creditori-
14 bus, & †non collocare dotem in tuto, vt inseruiret oneribus matrimonij maxime cum Pompeius haberet satis numerosam familiam.

Non obstant in contrarium adducta. & Primo, quod si præcedit promissio dotis, confessio præiudicat etiam creditoribus, quia sunt tres opiniones.
15 † Vna quod non præiudicet creditoribus, altera quod nõ præiudicet, si est facta eo tempore quo maritus ære alieno præmebatur. Tertio quod præiudicet si non apparebat magnum æs alienum, quas opiniones refert *Facbin. in obiecto allegatus*, & fuit di-
16 ctum esse veras secundum contingentiam †casuum, in hoc autem casu procedere secundam, cum adminiculetur ex alijs coniecturis.

Non obstat secundum, quod confessio in parte verificatur nempe in summa scut. 500. & ideo debet
17 censeri vera in totũ, † quia vltra quod *Menoch. præsumpt. 12. num. 25. lib. 3.* dubiam hanc præsumptionem fatetur, non procedit in hoc casu, in quo confessio quoad reliquam summam redditur inuerisimilis, vt supra dictum est *Vrsill. ad Afflict. d. dec. 402. num 8. Dec. cons. 421. num. 14.*

Minus officit tertium de confessione facta in ar-
18 ticulo mortis, †quia cum agatur de præiudicio creditorum, non est de facili admittẽda hæc præsumptio, *Bald in tit. de Pace Constantiæ. §. vassalli il primo*
19 *verbo sicut in fine*, vltra quod † cum confessio reddatur inuerisimilis, non debemus amplecti istam confessionem.

Ad quartum fuit dictum quod licet essent lapsa tempora ad soluendam dotem, cessare tamen præ-
20 sumptionem, † cum non sit verisimile solutiones fuisse factas sine aliqua quietantia.

Ad quintum & vltimum fuit dictum præsumi quidem pro nobilitate, sed cum ista coniectura offuscetur †ex omnibus simul iunctis, propterea in ea non posse vim fieri.

Ex quibus conclusum non constare de solutione scut. 1100. de solutione vero scut. 500. constare.

R. P. D. REMBOLDO.

Romana Pecuniaria.

Mercur. 1. Iulii 1620.

ARGVMENTVM.

Mulier est priuilegiata à iure, vt possit etiam post didicita testificata idem ponere, & testes super antiquis articulis inducere. Testes, vt dicantur de nouo reperti, statur iuramento partis secundum Statutum Vrbis lib. 1. cap. 185. Probationibus vt sit locus, facienda est interpretatio.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum aduersus sententiam datur constito de iniustitia, & læsione.*
2 *Mulier habet à iure communi priuilegium, vt possit etiam post didicita testificata idem ponere, & testes super antiquis articulis inducere.*
3 *Testes nouos, si quis iurauerit reperijsse, locus erit Statuto Vrb. lib. 1. c. 185. & quid in eo disponatur.*
4 *Statutum, si disponat, quod in aliquo stetur iuramento alicuius non est aliud quærendum, maxime si contrarium non constet.*
5 *Testes, vt dicantur de nouo reperti, quid sufficiat.*
6 *Probationes cum sint fauorabiles non sunt coangustandæ.*
7 *in Instantia secunda habet locum non deducta deducam, & non probata probabo.*

DECISIO CCXL.

FVERVNT facta duo decreta à Capitaneo Appellationum contra D. Leonoram. In primo mandauerat testes examinari, demptis primo 2. 7. & 8. articulis. In secundo vero facto post cœptum examen decreuit vlteriorem depositionem non recipi, & cum dicta duo decreta transitum fecissent in iudicatum, ob desertam appellationem ab ijs interpositam, dubitari contigit, An dicta D. Leonora esset aduersus ea restituenda, quo dubio proposito DD. censuerunt illam esse restituendam, quia constat de in-
1 iustitia, † & læsione, qua stante passim solet restitutio concedi, *Abb. in cap. ex litteris num. 5. in fin. de in integr. rest. Rot decis. 1. eodem tit in nou. & Put. decis. 16. eodem tit. Cæs. de Graff. decis. 10. num. 11. & seq. de sent. & re iudic.*

De iniustitia verò, & læsione apparet, quia non potuit dictus Capitaneus sub prætextu quod alias fuissent super ijsdem articulis testes examinati, de-
2 nuo petitum examen impedire, non †solum quia sumus in muliere habente à iure communi priuilegium vt possit etiam post didicita testificata per viam restitutionis in integrum idem ponere, & testes super antiquis articulis inducere, *Afflict. decis. 216. nu. 2. Osasch. decis. Pedem. 87. num. 3.*

Verum etiam quia cum dicta Leonora iurauerit testes fuisse noniter per eam repertos, locus erat
3 Statuto Vrbis cap. 185. lib. 1. quo disponitur, †quod noui testes possint examinari tàm super articulis in prima instantia datis, quàm super alijs de nouo dandis, si pars, quæ illos induxit, iuret testes de nouo reperijsse.

Nec propterea obstat quod dicitur testes nõ fuis-
4 se verè de nouo repertos, quia ex forma dicti †statuti statur in hoc iuramento inducentis, & imò non probatur contrarium èx eo, quod vt supponitur, testis habuit colloquium cum D. Leonora super materia per dictam D. Leonoram articulatam ante secun-
5 dum examen, † quia sufficit quod fuit repertus post primum examen ad hoc vt dicatur testis noniter repertus, licèt fuisset longe ante secundum examen repertus.

Atque in hanc sententiam eo libentius DD. iue-
6 runt, quod probationes sunt fauorabiles, † & non coãgustandæ, *cap. litteris cap. 3. loco ext. de præsumpt. l. quoniam multi in fin. C. de hæretic & Manich. cum alijs per Surd. decis. 53. num. 24. & seq.* & quia petitio noui examinis facta fuit in secunda instantia in
7 qua †locus est regulæ non deducta deducam, non probata probabo, *l. per hanc. C. de temp. appell.* & materia per articulos in hac secunda instantia exhibitos melius specificata *Innoc. in c. auditis de præscript.*



REVE-

REVERENDISS. COCCINO.

Romana deuolutionis domus.

Mercur. 1. Iulij 1620.

ARGVMENTVM.

Bona Ecclesiæ, vt dicantur solita locari, ad hoc vt quãdo denuò locantur, non requirantur solemnitates necessariæ in primæua locatione, quid sit necessè probare, & inter alia etiam requiritur, vt solitum non alteretur, ac quando dictum solitum dicatur alteratum. In alienatione bonorum Ecclesiæ copulatiuè requiritur solemnitas, & causa itaque vnum sine alio nullatenus suffragatur. Alienatio bonorum Ecclesiæ, quando appareat, vt potius sit facta in euidens damnum, quàm in euidentem vtilitatem.

SVMMARIVM.

1 *Bona Ecclesiæ, si sint solita locari, ac adsit eadem causa concessionis, possunt absque alia solemnitate denuò locari.*
2 *Bona Ecclesiæ, vt dicantur solita locari, requiritur, vel vna locatio solemnis, vel duæ effectum sortitæ spatio 40. annorum.*
3 *Assertioni partium in probibitis non statur.*
4 *Locatio, quando suum effectum non fuit sortita non attenditur.*
5 *in Solito, si quis se fundet ad tuendum ius suum, debet illud deducere cum suis qualitatibus.*
6 *Locatione bonorum Ecclesiæ finita, an Ecclesia earetinendo, ac deinde ea iterum locando, possit id facere sine solemnitatibus.*
Ex eo, quia res erat solita locari.
7 *Bona Ecclesiæ, vt dicantur solita locari, ex duabus locationibus minus solemnibus est necessarius cursus 40. annorum.*
Liti ea, quæ causam dederunt, non sunt habenda in consideratione, num. 7.
8 *Locatio bonorum Ecclesiæ, si sit effectuata vltra 30. annos, an præsumatur solemnis.*
9 *Locatio, vt dicatur solemnis, non sufficit lapsus triginta annorum, sed & quoque obseruantia est necessaria.*
10 *in Transactione bonorum Ecclesiæ, an requiratur beneplacitum Apostolicum pro illius validitate.*
11 *Beneplacitum Apostolicum in alienatione bonorũ Ecclesiæ spatio triginta annorum iuncta obseruantia præsumitur.*
12 *Bona Ecclesiæ solita locari, tunc denuo possunt absque solemnitatibus locari, si nõ alteretur solitum.*
13 *Solitum in locatione bonorum Ecclesiæ quando, & ex quibus dicatur alteratum, nu. 14. 15. 16 & 17.*
18 *Vtile per inutile non solet vitiari.*
19 *Concessio bonorum Ecclesiæ si partim sit valida, & partim inualida, quando vitietur in totum, & quando non.*
20 *Nominatus ab illo, qui talem facultatem non habet, perinde est ac si non esset nominatus.*
21 *in Alienatione bonorum Ecclesiæ requiritur solemnitas, & causa, & vnum sine alio non sufficit.*
22 *in Alienatione bonorum Ecclesiæ, causa esse debet, vel necessitas, vel euidens vtilitas.*
23 *Alienatio rerum Ecclesiæ, ex quo appareat potius fuisse factum in euidens damnum, quam in euidentem vtilitatem, & num. 26.*
24 *Conductor bonorum Ecclesiæ, si in eis debeat facere plura melioramenta remansura, id quoque debet considerari, an locatio sit vtilis Ecclesiæ.*
25 *in Alienatione bonorum Ecclesiæ vtilitas debet esse clara, & aperta.*

DECISIO CCXLI.

FVIT resolutum procedendum esse ad executionem rei iudicatæ, quia de eius iustitia constat ex decisione facta 11. Martij præteriti, * quæ hodie etiam placuit Dominis, licet enim verũ sit, quod
1 res solita locari † si adest eadem causa concessionis, potest absque solemnitatibus denuo locari *Abb. in cap. vt super num. 11. vers. ego crederem de reb. Eccles. non alien. Curt. iun. de feudis par. 2. q. 1. nu. 10. Rebuff. de alien. rer. Eccles. num. 33.* tamen in hoc casu quicquid dicendum sit, an adesset eadem causa concessionis, non constat quod res esset solita locari,
2 † quia ad hunc effectum requiritur, quod præcedat vnica locatio solemnis, vel duæ effectum sortitæ spatio 40. annorum *Præpos. in cap. 1. num. 23. & seqq.* & præsertim *num. 25. in fine qui feud. dar. poss. Alex cons. 9. num. 6. lib. 3. vbi Adden. Ias. cons. 155. nu. 12. & 15. vers. non obstat secundum, vbi de communi. lib. 2. Ruin. cons. 35. num. 30. lib. 1. Curt. iun. de feudis par. 2. q 4. num. 8. & 9.* vbi de communi, *Barbus de præscript. par. 1. partis 5. principalis q. 20. Clar. in §. feudum q. 13. vers. nunc pro intelligentia, Dec. in auth. qui rem num. 20. C. de sacros. Eccles.* & fuit pluries in Rota resolutum, quæ quidem solemnis locatio hic non adest, neque prætenditur, neque duæ effectum sortitæ spatio quadraginta annorum, vt aliquibus ex Dominis videbatur.

Et quod hoc sit verum, satis probari dicebant, cum non possit fieri aliqua vis in locatione enunciata in instrumento de anno 1556. Tum quia illa est assertio
3 partium, † quæ in prohibitis non probat *Honded. cons. 31. num. 27. & seq. vol. 2.* & deducitur in alia decisione, tum quia non apparet per quantum tempus durauerit, nec minus dicebatur posse fieri vim in dicta locatione facta de anno 1556. Francisco Blasij de Cæsena, quia cum dictus Franciscus ob inobseruan-
4 tiam † pactorum ceciderit à locatione de anno 1567. cessit domum Monasterio, vt dicitur in locatione facta de anno 1570. Francisco Blasij, quæ assertio nocet Nicolao, cum enim se fundet in solito ad susti-
5 nendum ius † suum, debet illud acceptare cum omnibus suis qualitatibus, & propterea cum dictum monasterium retinuerit domum per annum, quicquid dicendum esset si iam res esset solita locari, de qua quæstione post alios *Menoch. in cons. 79. lib. 1.* cum res iam non esset solita locari, & locatio facta esset nulla, omnis ratio suadet quod monasterium domũ iterum incorporauerit, cum ad hoc credendum sufficiant coniecturæ, *Menoch. dicto loco num. 13.* Quare dicta locatio non est amplius habenda in consideratione, sed incipit nouus status, & bona non possunt
6 † amplius locari sine solemnitatibus, vt in fortioribus etiam quod per antea solita esset locari, *Card. in cap. 2 q. 12. de feud. Guidopap. q. 154. num. 2. in fine, Berretta cons. 111. num. 10. & seq. Redoan. de reb. Eccles. non alien. tit. qua, & quomod. res dicatur de mensa num. 4. fol. 363.*

Et quamuis de anno 1591. vel per viam cõtinuationis, vel per viam nouæ concessionis fuerit facta alia locatio Venturæ de Arlottis, tamen quatenus esset verum quod durauerit vsque ad annum 1608. de

de quo tempore fuit facta locatio Xenophonti, &
quod deberet computari pro alia locatione, nihilo-
minus ab anno 1570. vsque ad dictum tempus non
7 effluxit tempus 40. annorum, † quod est necessarium
ad effectum vt res dicatur solita locari ex supra de-
ductis, neque potest fieri vis in locatione facta dicto
Xenophonti, quia hæc est illa, de cuius validitate
agitur.

Neque dicatur quod dicta locatio facta de anno
8 1570. videatur effectuata † vltra 30. annos, & sic præ-
sumitur solemnis, *Felyn. in cap. Albericus nu. 4. vers.*
si autem in instrumento de testib. Put. decis. 365. nu-
mer. 3. & 7. lib. 2. Quia de anno 1599. fuit orta con-
trouersia, An nominatio Venturæ de Arlottis facta
per Matthæum defunctum sustineretur prætendenti-
bus fratribus negatiuam, ex quo non fuerat expe-
ditum beneplacitum Apostolicum, & ideo fuit de-
uentum ad confirmationem antiquæ concessionis,
vel facta noua concessio vigore transactionis, vnde
aut consideramus primam locationem, aut transa-
9 ctionem, si locationem, † non fuit obseruata spatio
30. annorum prout copulatiuè requiritur *Abb. in*
cap. Albericus num. 6. Felin. num. 3. de testib. Alex.
cons. 12. num. 7. & cons. 17. nu. 9. lib. 4. & fuit dictum
in causa Romana deuolutionis 10. Maij 1595. *coram*
Illustriss. Millino, & in terminis *Rota decis. 160. nu-*
mer. 6. par. 1. & ideo prodesse non potest: Aut con-
10 sideramus transactionem, nec † illa prodest, cum in
illa requiratur beneplacitum Apostolicum, *Feder.*
de Sen. cons. 94. Aym cons. 323. sub num. 1. vers. di-
co quod Prælatus, Rebuff. de alien. rer. Eccles. nu. 66.
Redoan. de reb. Eccles. non alienan. cap. 10. nu. 12. &
18. Bart. in l. nulli. ff. de transact. Abb. in cap. con-
tingit num. 3. eodem tit. Caputaq. decis. 106. par. 1. &
decis. 318. par. 3. & fuit dictum coram me in causa
11 *Romana Turris vergatæ 19. Iunij 1606.* nec † fuit
obseruata spatio 30. annorum, quod sufficit ad præ-
sumendum beneplacitum ex prædictis.

Et cessat omnis difficultas (& in hoc Domini cõ-
ueniebant,) quia licet res solita locari, locari denuò
12 possit † absq; solemnitatibus ex supra deductis, hoc
tamen est verum, dummodo solitum non alteretur,
Curt. iun. de feudis par. 2. q. 6. Dec. in auth. qui rem
num. 22. & ibi Cagnol. nu. 5. C. de sacros. Eccles. Alex.
cons. 9. num. 2. lib. 5. vbi de communi, & cons. 15.
num. 18. lib. 5. Dec. cons. 142. num. 5. vers. & in termi-
nis, Clar. in §. emphyteusis q. 6. vers. scias tamen, &
q. 28. vers. aut verò, & in §. feudum q. 13. vers. scias
tamen. Cæs. de Graß. decis. 4. de reb. Eccles. non alien.
& fuit resolutum in causa Imolen. bonorũ 21. Maij
1593. coram bo. me. Card. Pamphilio, in hoc autem
casu solitum fuit alteratum, cum domus soleret lo-
13 cari ad tertiam † generationem, prout fuit locata
Matthæo Bonfanti, & Iuliæ de Arlottis pacto appo-
sito quod vnus tantum ex dictis coniugibus possit
nominare personam pro tertia generatione, vnde
Matthæus nominauit Venturam de Arlottis, cuius
nominatio cum controuerteretur, ex quo concessio
14 † non esset valida, quia beneplacitum Apostolicum
non fuerit obtentum in concessione facta dicto Mat-
thæo, & Iuliæ de anno 1570. fuit transactum, vt no-
minaretur solus Victorius Palettus, & sic apparet
quod in defectum generationis fuit actum de vna
15 tantum nominatione, † concessio vero, de qua agi-
tur, fuit facta Xenophonti, & Nicolao nepoti ad ter-
tiam generationem ipsius Nicolai, & in euentum
16 quod Nicolaus non † haberet filios, posset nominare
vnam personam, & quæ sit loco secundæ generatio-
nis, & filij personæ nominatæ loco tertiæ, & quate-
nus non adesset dicta persona nominata, possit nomi-
17 nare aliam personam pro tertia generatione, † & sic
solitum fuit alteratum quoad nominationem huius
tertiæ personæ in euentum, quod nepotes Nicolai
non adessent.

Neque obstat quod in hoc casu vtile per inutile
18 non debet vitiari, † quia materia est brocardica, vt
patet ex deductis per *Clar. in §. emphyteusis q. 6. nu-*
mer. 2. vbi in fine concludit, quod concessio vitietur
19 in totum, si non potest † diuidi, alias secus, nam
quicquid sit de hac opinione, Nicolaus fatetur se
non venire ex propria vocatione facta in inuestitura,
20 sed ex nominatione facta per Xenophõtẽ, † qui ta-
men nullam habebat facultatem nominandi, vt pa-
tet ex ipsamet inuestitura supra relata.

Denique cessat omnis amaritudo, quia in aliena-
21 tione rerũ Ecclesiæ requiritur solemnitas, † & cau-
sa, nec vnum sine altero sufficit, *Doct. in cap. sine ex-*
ceptione 12. q. 2. vbi Laurentius de Rodulphis n. 17.
Dec. in auth. qui rem. nu. 21. C. de sacros. Eccles. cau-
22 sa † autem est necessitas vel euidens vtilitas *cap. 1.*
de reb. Eccles. non alien. in 6. Clem. 1. eodem tit. Re-
buff. de alienatione rerum Eccles. num. 9. Couar. va-
riar. resolut. lib. 2. cap. 17. num. 2. hic autem cum
alienatio fuerit facta propter euidentem vtilitatem
23 † Ecclesiæ, hic non adest, quia bona ex quibus de
tempore locationis percipiebantur scut. 9. fuerunt
concessa pro scut. 33. *Ias. in cons. 54. nu. 4. lib. 1. Dec.*
cons. 142. & fuit dictum in causa Anconitana bono-
rum 2. Maij 1584. coram Bubalo, & in causa Noua-
rien. bonorum 17. Ianuarij 1588. coram Robusterio,
& 8. Martij, & 17. Maij 1593 coram bo. me. Penia.

Et quamuis fuerint soluta scuta 100. pro iucundo
introitu, & actum quod in melioramentis expende-
rentur scut. 200. quæ deuoluebantur ad Ecclesiam,
24 de quibus † est habenda ratio cum sint pars pretij
ad text. in l. fundi partem. ff. de contrah. empt. Ti-
raq. de retract. lignag. §. 1. gloss. 18. num. 38. & 69.
Cæsar. de Graß. decis. 5. num. 3. de reb. Eccl. non alien.
& fuit dictum in causa Romana deuolutionis domo-
rum 26. Martij 1590. coram bo. me. Card. Pamphi-
lio, attamen non propter hoc resultat euidens vtili-
25 tas, † quæ debet esse clara, & indubitata, *Bald. cons.*
156. circa med. vers. præterea lib. 1. Rot. decis. 581. in
princ. par. 1. & decis. 65. nu. 19. par. 2. & decis. 178.
num. 10. eadem par. 2. & fuit dictum in causa Ro-
mana inualiditatis census 24. Maij 1591. coram bo.
mem. Card. Pamphilio, immo ad hunc effectum non
sufficit Ecclesiam non fuisse damnificatam, sed requi-
ritur quod lucrum, & vtilitatem percipiat *cap. sine*
exceptione 12. q. 2. vbi Bellam. num. 1. & Geminian.
num. 2. vers. in hac quæstione, Imol. in cap. ad aures.
num. 1. de reb. Eccles. non alien. & fuit resolutum in
causa Anconitana de Fardinis 2. Maij 1584. coram
Bubalo, & in causa Nouarien. bonorum 8. Martij
26 *1593. coram bo. me. Penia.* Vnde si † omnia perpen-
dantur, nullo pacto apparet de euidenti vtilitate Ec-
clesiæ, sed quod fuit in euidenti damno.

Et ita conclusum.

☞ *Infra in eadem causa habentur plures decisiones*
coram eodem bon. mem. Coccino, nempe sub diebus
9. Decemb. 1620. 29. Martij, 5. Iulij 1621. & 13.
Ianuarij 1623.

EMI-

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Asculana Iurispatronatus.

Mercur. 1. Iulij 1620.

ARGVMENTVM.

Executio prohibita est lite pendente, & maximè coram diuerso Iudice. Ius superuenturum coram quo Iudice iustificandum veniat. Lite pendente non licet Principi supplicare, & quid si sit obtenta gratia, cum narratiua litis, an executor datus possit eam exequi absque vitio attentatorum.

SVMMARIVM.

1 *Executio fieri nequit lite pendente corã alio Iudice.*
2 *Ius superuenturum est iustificandum coram Iudice, ad quem &c.*
3 *Gratia noua si sit facta lite pendente, cum narratiua litis, quid operetur.*
4 *Lite pendente non licet Principi supplicare.*
5 *Gratia si facta sit lite pendente, cum narratiua litis, non per hoc sequitur, quod executor datus possit procedere absque vitio attentatorum.*

DECISIO CCXLII.

FVIT tentum constare de attentatis, quia per Iudicem de partibus fuit facta exequutio super
1 parochiali, de qua agitur, quòd † fieri non poterat lite pendente in Rota *tot tit. vt lit. pend. nihil. innou. Rota decis.10.eodem tit: in nou.*

Non obstat quod fuerit processum vigore litterarum impetratarum lite pendente in Rota, in quibus fuerat datus certus executor, quia hoc non obstante non potuit ille executor præcedere in causa, cum hocius licet superuenturũ esset cognoscen per Au-
2 ditorem, † ad quem spectat purificare gratiam, lite pendente in Rota, impetratam, *Vitalin.in clem. Auditor num.49.de rescript. Aegid. decis.66. & fuit dictum in causa Salamãtina portionis 23. Iunij 1586. coram bon. mem. Bubalo, & in causa Aquilana beneficij 1. Iulij 1588. coram bon. mem. Orano, & in causa Pientina beneficij 26. Ianuarii 1609. coram R.P.D. meo Decano.* Nec releuat quod in hac noua
3 gratia fuerit facta mentio litis, † quia hoc operatur solum remotionem obstaculi pro validitate gratiæ,
4 quæ aliàs non valuisset, cum lite pendente non † licet Principi supplicare, *Franch. in cap. vt debitus num.34. de appellat. Aegid. decis.46. Cassad. decis.18. nu.6. de præb.* sed non propterea sequitur quod exe-
5 quutor datus † potuerit procedere sine vitio attentatorum, vt in prædictis decisionibus, & signanter in dicta Pientina *beneficij coram D. meo Decano, & fuit etiam dictum in causa Bononien. beneficii 8. Nouemb. 1619. coram me &c.*

EMINENTISS. CARD. VEROSPIO SEN.

Ariminen. Hæreditatis.

Veneris 1. Iulij 1620.

ARGVMENTVM.

Administratori hæreditatis, quando non debeatur immissio, & quando è contra. Clericus, quando possit esse administrator testamentarius. Fraudis præsumptio excluditur cessante interesse.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditatis administratori non est danda immissio, vbi hæres futurus est institutus.*
2 *Angel. in cons.135. & Menoch. de adipisc. poss. remed.4. num.71. declarantur.*
3 *Administratori hæreditatis saltim debetur immissio officio Iudicis.*
4 *Angel. in consil.135. num.1. explicatur.*
5 *Administrator à testatore deputatus valde interest substitutio, vt fideliter custodiat bona hæreditaria.*
6 *Casus mixtus fauore piæ causæ sub simplici continetur.*
7 *Clericus potest esse administrator testamentarius, quãdo administratio cõcernit fauorem piæ causæ.*
8 *Clericis cupiditatis negotia, non pietatis interdicuntur.*
9 *Clericus, tunc multo magis potest esse administrator testamentarius, quando ab Ordinario administrandi facultatem habuit.*
10 *Sigilli appositio, habet vim subscriptionis.*
11 *Dolus, aut fraus non præsumitur, quando nullum adest interesse.*
12 *Codicillorũ identitas quando non possit controuerti.*
13 *Fraudis suspicio cessat, stante modico interesse.*

DECISIO CCXLIII.

PROPOSITO ad instantiam agentium Dominæ Armellinæ iterum dubio super decisis coram me sub die 22. Maij præteriti, * in eadem sententia Domini perstiterunt: quòd nimirum administratori competat remedium, *l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll.* ex deductis in decisione.

1 Quibus non obstat, hæreditatis † administratori non esse dãdam immissionem, vbi hæres futurus est institutus, *ex Angel. cons.135. in princ. Menoch. de*
2 *adipisc. remed.4. num.71.* Nam † prædicti loquuntur in administratore dato monasterio construendo, vel alteri loco pio nondum existenti, non in administratore iacentis hæreditatis, cui danda venit immissio, etiam quod in rerum natura hæres non reperiatur, ex allegatis in decisione, quibus addi potest, *Iacob. de S. Georgio in l. fin. num.13. C. de edict. diu. Adr. toll. vers. quæro hic, Dec. cons.509. in fin.*
3 Vel saltim hæc immissio † Iudicis † officio competit, ex eodem *Angel. d. cons.135. num.1. ante finem.*
4 Nec obstat idem † *Angel.* qui *d. cons.135. num.1.* dicit immissionem Iudicis officio ad piæ causæ fauorem competere. Quia non negat etiam alterius fauore illam dari, concurrente (vt in casu nostro) æquitate, vt declarat *Roland. cons.54. & 55. lib.1.* cum alijs in decisione alleg.

Et nihilominus cum per substitutionem hic voca-
5 ta sit causa pia, cuius † maximè interest hæreditatem per administratorem à testatore deputatum fideliter custodiri, negari non potest, quin iste sit casus mixtus tàm secundogeniti, quàm piæ causæ substitutæ
6 fauorem includens, qui † sub simplici fauore piæ causæ comprehenditur, *Bart. in repet. l.1. num.70. cum duob. seqq. C. de sacros. Eccles.*

Non obstat, Morettum vti clericum se non posse in huiusmodi negotio immiscere, hæc enim administratio, cum piæ causæ fauorem concernat ob dictam substitutionem, & ob multa legata pia, de huiusmodi
7 bonis præstanda † clericus in ea se ingerere non prohibetur.

hibetur. *cap. Ioannes, de teſtam. Silueſter in verb. tutela, num. 3. par. 2. Surd. deciſ. 207. in fin.* Quia
8 Clericis † cupiditatis negotia non pietatis interdicuntur, *cap. 1. diſt. 88. & cap fin. diſt. 86.*
9 Et tanto magis in caſu noſtro, cum † ab Ordinario Morettus adminiſtrandi facultatem habuerit, *cap. Religioſus, de teſtam. in 6. Angel. Aretin. de teſtam. gloſ. 2. num. 5 & ſequen. Benedict. Capr. de execut. vltim. volunt. membr. 2. num. 6. Simon de Præt. de interpret. vltim. volunt. lib. 5. interpret. 1. dub. 2. num. 25.*

Nec releuant, quæ contra identitatem Codicillorum excipiuntur; Nam ceſſat obiectum, ex quo ſe Notarius de illorum conſignatione ſibi per codicillantem facta rogauit, quinque teſtibus adhibitis, qui
10 omnes de ipſius Codicillantis mandato, † & in eius præſentia eiuſdem ſignum in illis appoſuerunt, quod vim habet ſubſcriptionis, & propterea ſuſpicio reſpectu ſuppoſitionis dd. Codicillorum penitus tollitur. *Rom. conſ. 303. num. 2. Marſil. in repetit. rub C. de prob. num. 320.* Cum præſertim illi non ab eodem Notario, ſed à perſonis omni exceptione maiori-
11 bus, † nec vllum habentibus intereſſe fuerint ſcripti. *Decian. conſ. 57. num. 36. lib. 3. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 3 num. 18.*

Concurrentibus etiam alijs Codicillis poſtea ſubſecutis relationem ad priores habentibus, necnon ad eiuſdem Moretti adminiſtratoris perſonam. Vn-
12 de † nõ poteſt illorum identitas controuerti, *Natt. in auth. quod ſine, quæſt. 11. num. 24. C. de teſtam. Caball. conſ. 106. num. 17. lib. 2. Vaſq. de inueſt. creat. § 24. num. 15. & ſeq.*

Tantò minus conſtat cũ iſti Codicilli ſolũmodo contineant pro loco pio adminiſtrationem faciendã à Moretto, cuius modicum eſt intereſſe, quod propterea fraudis præſumptionem excludit, *Oldrad. conſ. 162. in fine, verſ. vnde modicitas, Crauet. conſ. 75. num. 16 Menoch. præſumpt. 3. num. 20. lib. 5.*

☞ * *Deciſio iſta in hac eadem cauſa facta ſub die 22. Maij præſentis anni 1620. facta, habetur ſupra in hoc Tomo deciſio 216.*

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Licien. Cantoriæ.

Mercurij 1. Iulij 1620.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſor quilibet eſt per executorem etiam merum citandus, quod procedit quoque ſi prima fronte appareat, ei nullum ius competere. Sententiã nullã parte opponente nullo modo Iudex poteſt confirmare. Sententia dicitur notoriè iniuſta, ſi non iuſtificetur ex actis.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſor quilibet eſt citandus, etiamſi in primo aſpectu appareat nullum ius ei competere.*
2 *Executor dicitur mixtus, ſi ſit conſtitutus cum clauſula vocatis vocandis.*
3 *Iudex parte opponente non poteſt confirmare ſententiam nullam, licet ſit iuſta.*
4 *Sententia dicitur notoriè iniuſta, ſi non iuſtificetur ex actis.*
5 *Supponens non diſponit in ſuppoſito.*
6 *Epiſcopo in præiudiciũ tertij non creditur.*
7 *Executor merus etiam tenetur citare poſſeſſorem, & adhibere cauſæ cognitionem ſuper veritate narratorum.*
8 *in Dignitatem non poteſt erigi beneficium ſine confirmatione Sedis Apoſtolicæ.*
9 *Prouiſiones Apoſtolicæ probant ſtatum beneficij, niſi de contrario doceatur.*
10 *Beneficium, quod ſit dignitas, id multò magis ceſſat, ſi illud non ſit ſitum in Collegiata.*

DECISIO CCXLIV.

TENVERVNT Domini ſententias de partibus fuiſſe nullas, & quantum ad ſententiam, ſiue decretum Ordinarij Licien. fuit dictum illud eſſe nullum, cum non fuerit citatus Angelus poſſeſſor Cantoriæ, de qua agebatur, & etiam nunc agitur, eſt enim certum in iure quemlibet poſſeſſorem eſſe ci-
1 tandum etiam ſi † in prima fronte appareret nullum Ius ſibi competere, *cap. licet Epiſcopus de præbend. in 6. vbi Gemin. nu. 4. verſ not. quod licet, & Franch. num. 3. verſ. 3. tene menti. Rota deciſ. 99. ſub nu. 6. par. 1. diuerſ.* & prædicta eo magis, quia Angelus vigore cuiuſdam litis pendentiæ fecerat inhiberi dicto Epiſcopo Licieñ, & Signatura eidem remittit cau-
2 ſam cum clauſula vocatis vocandis, quæ facit exequutorem mixtum, & ſic quod tenetur iudicialiter, & conſequenter parte citata procedere, *Felin. in cap dudum num. 23. in 1. fallent. de præſumpt. Abb. in cap. exhibita num. 6. de Iudic. Cardin. conſil. 63. in princip.*

Hæc autem nullitas influit in ſecundam ſententiam illius confirmatoriam, cum pro parte Angeli fuerit oppoſitum in primis pronunciari ſuper nulli-
3 tate, † non enim poteſt Iudex, parte opponente, cõfirmare ſententiam nullam, etiamſi aliàs appareret iuſta. *Cæſ. de Graſſ. deciſ. 9. num. 11. & 12. de cauſ. poſſeſſ. & propr. Seraph. deciſ. 192. Rota deciſ. 46. n. 1. par. 1. & deciſ. 139. num. 8. par. 2. in recent.*

Dixerunt etiam Domini prædictas ſententias, quæ declarant exequutionem Cantoratus, de quo agitur, pro nulla, & inualida, & huiuſmodi officium, ſeu dignitatem à Parrochiali amoueri, prout amouent, & Angelum illius poſſeſſorem ab illius exercitio deſiſtere mandant eſſe iniuſtas. Etenim ex actis non apparet de cauſa deueniẽdi ad annullationem dictæ Cãtoriæ, & à motione poſſeſſionis, quando autem ex
4 actis non iuſtificatur † ſententia, tunc dicitur notoriè iniuſta, ſecundum opinionem quam Rota ſequitur, & apud *Cæſ. de Graſſ deciſ. 3. in fin. de ſent. & re iudic. Seraph. deciſ. 684. num. 4. Rota deciſ. 659. num. 16. par. 2. in recent.*

Non obſtant litteræ Sacræ Congregationis ſuper negocijs Epiſcoporũ, inſertæ in primo decreto Epiſcopi, & directè D. Epiſcopo Licien, in quibus habetùr, *Che hauendo il Sig. Cardin. Lancellotto riferito nella Sacra Congregatione ciò, che V. S. ſcriue con la ſua delli 26. di Luglio proſſimo paſſato circa la dignità di Cantore, eretta da lei nella Chieſa Parrochiale di Lequile, luogo di coteſta Dioceſe, queſti Illuſtriſſimi Signori miei mi haano ordinato di riſpõderle, che eſſendo la ſudetta erettione nulla, è neceſſario dimandarne la confirmatione di queſta Santa Sede, &c.* quia viſum fuit Dominis ex huiuſmodi litteris non poſſe iuſtificari decretum Epiſcopi. Primò quia Sacra Congregatio non iudicauit ſuper nullita-
5 te Cantoriæ, de qua agitur, ſed ſolum hoc præſuppoſuit,

fuit, ibi, *Che essendo la sudetta erettione nulla*, vnde
5 intrat conclusio, † quod qui supponit nihil disponit in præsupposito, *Alex. conf. 17. num. 7. lib. 2. Crauet. conf. 966. num. 10. Rota in causa Romana artis Sutoriæ die 20. Martij 1620. coram me.*

Secundo quia non demandauit D. Episcopo, vt annullaret Cantoriam, prout ipse fecit, sed solum consuluit esse petendam confirmationem. Si enim Sacra Congregatio intellexisset deuenire ad annullationem, & sic ad rem magni præiudicij, forte voluisset maiorem probationem, quam assertionem ipsius Epi-
6 scopi, cui de iure non creditur in præiudicium tertij, *Bald. conf. 319. num. 2. lib 3. Rebuff. conf. 3. num. 3. in fin. Rot. decis. 17. de probat. in antiq.*

Tertio esto quod Sacra Congregatio simpliciter demandasset deueniri ad annullationem Cantoriæ, nihilominus cum D. Episcopus Licien. inuenerit possessorem in illa, debuit etiam si alias esset merus
7 executor, illum citare, & † adhibere causæ cognitionem super veritate narratorum in litteris, *Feder. de Senis conf. 230. col. 2. vers. quod autem. Oldrad. conf. 319. in princ. Zabarell. conf. 103. in fin.* stante maximè remissione facta à Signatura, cum clausula, vocatis vocandis, quod facit exequutorem mixtum ex supra allegatis.

Et prædicta eo magis, quia non deficiunt rationes pro validitate Cantoriæ, etenim tota prætensio est,
8 quod fuerit erecta in dignitatem † sine consensu, seu confirmatione Sedis Apostolicæ, quod de iure non potest fieri, *iuxt. not. in cap. primo distinct. 22. Felin. in cap. cum accessisset nu. 14. vers. tertia conclusio de Constit.* Verum ex actis non constat, quod Cantoria sit dignitas, cum tamen ex sui denominatione sonet potius in officium in specie *Put. decis. 89. lib. 3.*
9 & pro tali dicitur etiam fuisse pluries impetrata † à Sede Apostolica, quæ prouisiones probant statum beneficij, nisi de contrario doceatur, *iuxta not. in cap. cum de beneficio de præben. in 6.* latè *Rota decis. 315. num. 1. par 2. in rec* & satis innuit decretum ipsiusmet Episcopi Licien. in quo Cantoria non certo asseritur esse dignitas, ibi, *mandauit huiusmodi officium, seu dignitatem, &c.* Nec etiam probatur quod
10 Ecclesia, in qua est † sita, sit Collegiata, ex quo possit argui, quod sit Dignitas *Feder. de Sen. conf. 80. num. 1. &c.*

REVERENDISS. COCCINO.

Bononien. de Bentiuolis.

Mercurij 1. Iulij 1620.

ARGVMENTVM.

Aliqua habes in præsenti decisione, quando substitutio dicatur compendiosa, & circa verbum substituit, quod est commune, & quid importet.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio est compendiosa, quando sunt substituti filij, & descendentes in infinitum, etiamsi non adsit verbum quandocumque.*
2 *Verbum, substituit, est commune.*
3 *Verbum, substituit, continet nedum substitutionem vulgarem sed etiam fideicommissariam.*
4 *Verba, quando sunt clara, cessat omnis difficultas.*
5 *Vocatus, quando quis censeatur tam ad portionem patris, quam patruorum.*
6 *Testator, si indistinctè locutus est, indistinctè quoque intelligendus est.*
7 *Substitutio reciproca inter descendentes ipsius testatoris ex quibus verbis inducta dicatur.*
8 *Verba, salua gradus prærogatiua, quid importent.*

DECISIO CCXLV.

COMES Sebastianus de Bentiuolis instituit vniuersales hæredes Comites eius filios, eosq. in euentum quod decederent sine filijs inuicem substituit vulgariter, & per fideicommissum, ipsorumq. filios, & descendentes in infinitum in stirpes, & non in capita substituit salua semper gradus prærogatiua omni meliori modo, &c. & cum super hoc fideicommisso fuisset lata sententia in partibus ad fauorem Comitis Philippi Mariæ nepotis Testatoris ex Comite Iulio Cæsari filio, placuit Dominis pro nunc solum firmare in defectum omnium filiorum testatoris dictum Comitem Philippum Mariam esse vocatum ad fideicommissum, de quo agitur, vt sunt clara verba relata. Nam ista substitutio est compendio-
1 sa cum † substituerit filios, & descendentes in infinitum, etiam quod non sit addita dictio, *Quandocumq. gloss. in cap. si Pater in verb. absque deductione vers. compendiosa sit bis verbis de testam. in 6. Put. decis. 351. in princ. lib. 3. in nou.* & cum adsit verbum
2 † substituit, quod est commune *l. iam hoc iure §. Quod ius, vbi Castr. num. 4. ff. de vulg. & pupill.* con-
3 tinet nedum substitutionem vulgarem, † sed etiam fideicommissariam, *Ruin. conf. 171. num. 8. lib. 2.* Et hic cessat omnis difficultas ex verbis claris testato-
4 ris, † scilicet, vulgariter, & per fideicommissum substituit.

Et prædicta habent locum nedum respectu por-
5 tionis paternæ, sed etiam patruorum cum † illa verba, ipsorumq. filios, & descendentes in infinitum substituit, non magis applicari possunt ad portionem patris, quam patruorum, & cum testator indistinctè
6 loquatur, † indistinctè debet intelligi *Soccin. qui loquitur in terminis in conf. 77. nu. 5. vers. Nec dicat aliquis lib. 1. Peregr. de fideic. art. 13. sub num. 73. vers. contra vero,* & hæc conclusio de plano procedit
7 cum agatur de descendentibus testatoris, † quia eo casu per verba prædicta videtur facta reciproca vltimi deficientis, vt admittunt *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 7 tit. 5. num. 17. Menoch. conf. 376. nu. 29. cum seq. lib. 4.*

Neque obstant verba, salua gradus prærogatiua,
8 † quia essent consideranda, si ageretur de successione Comitis Philippi vna cum patruis, & tunc etiam esset consideranda alia clausula in stirpes, & non in capita, sed Domini firmarunt de vocatione dicti Comitis Philippi Mariæ post omnes patruos.

Et ita conclusum vna tantum parte informante, &c.

☞ *Infra in eadem causa adest altera decisio sub die 5. Maij 1621. coram eodem bo. me. Coccino.*



REVERENDISS. DUNOZETTO ARCHIEPISCOPO SELEUCIEN.

Firmana Hæreditatis.

Veneris 6. Nouembris 1620.

ARGUMENTUM.

Substitutionis vulgaris ea est natura, ac virtus, vt si primò institutus, vel substitutus non possit, vel nolit consequi hæreditatem, aperiatur via successori secundo loco vocato, & sic ille efficitur primo loco institutus. Substitutio vulgaris, quando dicatur à testatore facta, qua occasione plura habentur circa interpretationem verbi, recadat, an sit directum, vel obliquum, & item vtrum verbum, volo, importet fideicommissum, vel substitutionem vulgarem.

SUMMARIUM.

1 *Substitutio omnis vulgaris, dicitur institutio.*

2 *Substitutio, quando est vulgaris, tunc caducato primo gradu per mortem hæredis viuo testatore hæreditas defertur substituto.*

3 *Substitutio compendiosa, quando facta est per verbum commune, sub ea comprehenditur etiam vulgaris.*

4 *Verbum, recadat, est commune.*

5 *Verbum omne, quod alterius ministerium excludit æquè propriè potest stare in sensu diuerso, & in obliquo, semper est commune,*

Et hoc maximè si sit adiectum vniuersitati bonorũ.

6 *Substitutio vulgaris præsupponit modum immediatè ex testatore deferri ad hæredem.*

7 *Verbum, de facto, est merè executiuum, & excludit factum alterius.*

8 *inter Verbum, ipso facto, vel de facto, non adest differentia, sicut ipso iure, vel de iure.*

9 *Testator, quod voluerit facere substitutionem vulgarem, ex quibus appareat.*

10 *Argumentum enixæ voluntatis testatoris, vt substitutiones non caducentur ex quo sumatur.*

11 *de Voluntate testatoris, quando apparet benigna interpretatio sumi debet pro ea sustinenda.*

de Voluntate testatoris, quando constat, scrupulosè non est attendenda subtilitas verborum. nu. 11.

12 *Verba sunt interpretanda secundum mentem testatoris.*

13 *Verba in dubio potius debent accipi in sensu directo, quàm in obliquo.*

14 *Testatoris voluntas suprema lex esse debet, nec anxiè in verborum cortice est insistendum, quod est verum etiam ex antiquo iure, ff. quod requirebat certas verborum formulas.*

15 *Testator si scribat, Lucius hæres, licet non adijciat, esto, creditur plus nuncupatum, quam scriptum.*

16 *Idemque intellige, si dicat Lucius, esto, & non adiecerit, verbum, hæres.*

17 *Mortuorum suprema iudicia, vt irritentur propter inanem verborum formulam; id indignum iudicauit Constantinus Magnus.*

18 *Clausula codicillaris posita in fine testamenti, quid operetur.*

19 *Clausula omni meliori modo, posita in fine testamenti, aliquando habet vim institutionis.*

20 *Substitutio compendiosa facta per verba merè obliqua; hoc casu non continet vulgarem, sed solum fideicommissariam.*

21 *Verbum, recadat, est inflexum, & non commune. & num. 24. declara num. 21.*

22 *Verbum, recadat, est compositum ex dictione, ex, & verbo, cadat, & sic reiterationem videtur importare.*

23 *Verbum, recadat, si non dirigatur magis ad institutum, quam ad substitutum est commune.*

25 *Verbum, cadat, habet duplicem significationem vnam acquisitiuam, & alteram priuatiuam.*

26 *Ruin. in consil. 47. num. 4. lib. 2. & alij, dum dicunt, verbum, cadere, esse obliquum, quo casu loquantur.*

27 *Verbum, cadat, quando stat acquisitiuè, tunc semper est directum, vel saltem commune.*

28 *Verba composita, quod non possint esse directa, vel communia, est sententia, quæ repugnat communi DD. opinioni optimè in iure fundata. num. 29.*

30 *Verbum, cadat, & recadat, in eodem sensu recipi debet*

31 *Verbo, recadat, quando verbum de facto est adiunctum, est sine dubio directum.*

32 *Verbum, volo, est merè obliquum, & precarium.*

33 *Verbum, recadat, commune adiectum verbo, volo, de sui natura inflexum, non potest importare substitutionem vulgarem, sed fideicommissariam.*

34 *Constantinus Magnus sustulit antiquas formulas requisitas de iure, ff. in institutione hæredum.*

35 *Verbum, volo, à testatore prolatum, idem se habet, ac fideicommitto.*

36 *Verbum, volo, si semper induceret fideicommissum, esset contra textum in l. Imperatores, ff. de manumiss. & alios.*

37 *Verbum, volo, tunc inducit fideicommissum, quãdo verbum cui adijcitur est obliquum, & nõaliter.*

38 *L. quoniam C. de testam. licet loquatur in institutione facta verbis directis nihilominus habet etiã locum in vulgari.*

39 *Verbum, volo, vt non importet fideicommissum, sufficit esse iunctum verbo communi.*

Substitutio vulgaris habet eamdem vim, quam institutio. num. 39.

40 *inter Substitutionem vulgarem factam de per se, vel vulgarem factam comprehensam in fideicommissaria non adest differentia.*

41 *L. quoniam C de testam. dum dicitur, quod non loquitur de substitutionibus, intelligitur de fideicommissarijs substitutionibus inductis per verba merè precaria, & non communia.*

42 *Verbum, volo, ex sui proprietate est informe, & determinatur ratione verbi adiuncti.*

43 *Verbum, volo, non est directum, vel obliquum de se, nisi propter verbum adiunctum.*

44 *Verbum, volo, aptitudine potest esse directum.*

45 *Verbum, volo, nihil importat, nisi habita ratione adiuncti, vnde si iungatur verbis obliquis, importat fideicommissum, si verbis directis, aut communibus directam substitutionem.*

46 *Verbum, volo, si reperiatur adiectũ verbo, recadat, quod est commune, substitutio valet in vim directæ.*

47 *Ruin. in consil. 128. num. 16. lib. 3. declaratur, & quo casu loquatur. num. 48.*

49 *Substitutio compendiosa facta per verba communia reiterationem denotantia comprehendit tantum*

tum directam pupillarem, ac militarem, & an hoc sit verum.
in Substitutione pupillari, & militari non verificatur recasus. num.49.
50 *in Substitutione vulgari nullo modo verificari potest recasus.*
51 *in Substitutionibus fideicommissarijs continetur vulgaris, quam DD. anomalam vocant, & cuius sit virtutis. & num.52.*
53 *in Substitutione qualibet fideicommissaria inducta per verbum commune, potest habere locum vulgaris, nisi verba essent omnino, & semper obliqua.*

DECISIO CCXLVI.

ROTA sæpius auditis partibus, & causa maturè discussa omnibus Dominis votantibus, censuit Testamentum quondam Isidori non fuisse caducatum, & ità stetit in decisis coram me sub die 11. Decembris anni præteriti, * existimarunt Domini præcipuum decisionis fundamentum subsistere, nempe Alexandrum fuisse vocatum per vulgarem, & perinde esse, ac si primo loco fuisset institu-
1 tus, † quia omnis vulgaris substitutio dicitur institutio, *l. in ratione, §. quod vulgo, ff. ad l. falcid.* itaut
2 caducato primo gradu per mortem Alexandri † viuo Testatore hæreditas delata substituto per vulgarem, *l. vnica §. pro secundo. C. de caduc. tollen. l. 3. in fin. ff. de lib. & posthum. Bart. & alij in l. 1. ff. de vulg. & pupill.*
Vocatio autem Alexandri satis elicitur ex com-
3 pendiosa facta † per verbum commune, sub qua sẽper contineri vulgarem apud I.C. non controuertitur, & multis rationibus, & auctoritatibus fuit firmatum in supradicta decisione, in qua etiam com-
4 probatum fuit verbum illud, † recadat, quo vsus est testator, esse commune tàm ex vsu loquendi, quàm ex sensu, & proprietate verbi, iuxta regulam, quam tradit Bald. *in l. fin. C. de sacrosanct. Eccles. num.22.*
5 vbi dicit omne verbum, quod alterius † ministerium excludit, æquè propriè potest stare in sensu diuerso, ac in obliquo, præcipuè si sit adiunctum vniuersitati bonorum semper est commune. *But. in l. Centurio. num.22. ff. de vulg. & pupill. Honded. cons. 28. n. 20. & seq. vol. 2.* & sic importare acquisitionem domi-
6 nij recta via, cum vulgaris substitutio præsupponat † modum immediatè ex Testatore deferri ad hæredem. *l. 1. ff. de vulg. & pupill.* quam opinionem sequuta iam fuit Rota *in illa Romana successionis coram Pamphilio in decisione allegata, cum auctoritate Sim. de Præt. loco in d. decis. citato.*
7 Consideratum etiam fuit, verbo, Recadat, esse adiunctum verbum, *de facto*, quod vt † merè executiuum semper dirigitur, & importat vt per se, & non per manum alterius hæreditatem hæres substitutus capere possit, *Bart. & Alex. in l. 1. ff. de his, qui notantur infam. in d. l. Centurio, num.18. & ibi Rip. num.182. Soccin. iun. num.333. & 339. Ceph. cons.88. num.31. & cons.393. nu.29. Bero. cons.11. num.12. cum aliis auctoritatibus in decisione alle-*
8 *gatis*; nec vllam Domini existimarunt adesse differentiam inter verbum, † *ipso facto*, vel, *de facto*, sicut non differt, *ipso Iure*, &, *de Iure*, vt post *Ioan. Andr. Tiraq. in l. si vnquam, in verbo reuertatur num.140. & 143. Rip. in d. l. Centurio. num. 182. 183. & 184.* vbi notat, omnia ista verba merè ciuilia, & inclusiua, per quæ etiam verba alioquin obliqua diriguntur, *Ceph. cons. 88. num.3.*
Et quod maximè mouit Dominos illud est, quod ex tota serie testamenti apparet id voluisse testatorem, vt in familia sua omnia bona permanerent,
9 † nam ille expresse prohibuit alienationes, detractiones legitimæ, & Trebellianicæ exclusis perpetuo fœminis in fauorem lineæ masculinæ legitimæ Mandricardi, & Alexandri primo, & secundo loco hæredum scriptorum cum declaratione expressa, quatenus repetita, quod volebat, & mentis suæ erat quod omnia bona sua conseruarentur in familia, & agnatione dictorum hæredum, vnde elicitur argu-
10 mentum sufficiens enixæ voluntatis † testatoris, quæ sine dubio non concurreret, si præmortuo Mãdricardo testamentum caducaretur.
Dum igitur clarè constat de voluntate Testato-
11 ris, benigna † interpretatio sumi debet pro ea sustinenda, nec scrupulosè attendenda subtilitas verbo-
12 rum, maximè quia verba sunt interpretanda † secundum Testatoris mentem, optimè *Alberic. in l. precibus. num. 47. C. de impub. & alijs substit. Bart. & Bald. in l. cum proponebatur num.2. Ang. num.1. ff. de milit. test. Alex. in l. verbis ciuilibus, ff. de vulg. Rip. in d. l. Centurio ff. eod. num.100. cum cumulatis per Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 5. tit. 7. nu. 16. 17. & seq.* & in dubio verba debent accipi potius in
13 sensu † directo, quàm in obliquo, *cap. si pater. de test.*
Et quod testatoris voluntas suprema lex esse debeat, & verborum non sit habenda nimis scrupulo-
14 sa ratio, † etiam ex antiquo Iure. ff. quod requirebat certas verborum formulas, colligitur: Nam si
15 Testator scripsisset Lucius hæres, licet non adiecisset, *esto*, credebatur plus nuncupatum, quàm scriptum *l. 1. ff. de hæred. instit. l. errore. C. de test.* & si
16 solum ita Lucius *esto*, tantumdem erat, & † cum quidam portiones inter hæredes distribuisset ille ex parte ille ex tota, nec adiecisset, hæres esto à Diuo Pio rescriptum fuit valere substitutionem.
Quod ius tanto magis militat dum Constantinus Magnus indignum iudicans ob inanem verborum obseruationem irritas fieri tabulas, & iudicia mor-
17 tuorum, † sanxit institutioni hæredis non esse necessariam verborum obseruantiam. *l. quoniam. C. de test.* quam Constitutionem vt humano generi necessariam, & vtilem valde extollit laudibus *Euseb. Cæsar. lib. 4. de vita Constantini.*
Considerarunt denique aliqui ex Dominis in fine testamenti adesse aliam clausulam, *ita voluit, iussit,*
18 *& mandauit non solum prædicto, sed etiam* † *omni alio meliori modo*, ex qua eliciebant voluntatem testatoris vtroque modo substituere volentis. *Gabr. cons. 269. num. 10. lib. 1. Rip. in d. l. Centurio num.87.*
19 nam talis clausula, *omni meliori modo* † aliquando vim habeat institutionis. *Bart. in l. quoties num. 3. C. de hæredibus instituend. Alexand. consil. 112. num.3. lib.3.*
His positis non constat fuisse, & accuratè deducta per informantes ad ostenden. quod hæc substitu-
20 tio compendiosa † facta fuit per verba merè obliqua, quo casu non continet vulgarem, sed solum fideicommissariam, *iuxta doctr. Bart. in d. l. Centurio. num.3. cum allegatis*, quod probare nituntur ex
21 eo, quod asserunt verbum illud, *recadat*, esse † inflexum, & non commune, siue attendatur proprietas

tas ipsius verbi, *cadat*, à quo deriuatur, siue com-
22 positio, quia est compositum ex dictione, † *re*, &
verbo, *cadat*, & sic iterationem videtur importare,
itaut plures actus, & non vnum contineat, & non
immediatè à Testatore, sed mediatè persona primi
Instituti hæreditatem recipere debeat, *vt per Bald.*
conf. 495. *num.* 3. *lib.* 1. *& colligitur ex glos. in l. siue*
contra. §. *quia, ff. de lib. agnosc.* cum alijs susissimè
cumulatis per informantes pro Aenea.

Huic obiectioni patet responsio ex supradictis,
nempe non ideo sequi substitutum debere capere de
23 manu primi † hæredis cum verbum, *recadat*, non
dirigatur magis ad institutum, quam ad substitutum,
& ita est commune, *iuxta doct. Bald. in d. l. fin. C. de*
sacros. Eccl. Bart. conf. 70. *num.* 1. *vers. dum in pro-*
posito lib. 2. *cum cumulatis per Odd. de compend. par-*
te 3. *q.* 2. *art.* 1. *in princip.*

Nec subsistit verbum, *cadat*, à quo deriuatur ver-
24 bum, *recadat*, † sepiùs esse obliquum *ex doct. Ruin.*
conf. 47. *num.* 4. *lib.* 2. *Cephal. conf.* 274. *nu.* 29. *&* 30.
Honded. conf. 59. *num.* 74. *lib.* 1. *& conf.* 69. *num.* 3.
25 *lib.* 3. Nam istud verbum, † *cadat*, habet duplicem
significationem, vnam acquisitiuam, alteram priua-
tiuam, vt cum Testator vult, vt si hæres non adim-
pleat suam voluntatem, hæreditatem cadat, & eo
modo accipitur in contractibus feudalibus, & em-
26 phyteuticis, in illo sensu priuatiuo loquuntur † om-
nes supradicti DD. sed non ideo infertur, idem esse
dicendum cum est prolatum à Testatore acquisiti-
uè, vt in hac facti specie, tunc enim verior est opi-
27 nio † istud verbum, aut semper esse directum, aut
saltem commune. *Cald. conf.* 6. *de Iudicijs cum alle-*
gatis per Sim. de Præt. de interpret. vltimarum vo-
luntatum lib. 3. *interpret.* 2. *dub.* 1. *solut.* 4. *Tiraq. in*
d. l. si vnquam in verbo reuertatur nu. 186.

Et licet istud verbum, *recadat*, sit compositum,
non desinit habere sensum communem, aliàs seque-
28 retur † omnia verba composita qualia sunt, rema-
neat, reuertatur, regrediatur, redeat, deueniat, de-
uoluatur, & alia similia non posse esse aut directa,
aut communia, sed semper esse obliqua quod repu-
gnat communi DD. opinioni, *vt post Aret. in d. l.*
Centurio num. 20. *Rip. num.* 183. *Alexan. conf.* 139.
num. 2. *lib.* 7. *Tiraq. in d. verbo reuertatur num.* 6.
& 7 *& num.* 158. 159. *&* 160. *Sim. de Præt. loco præ-*
citato. Odd. de compend. par. 4. *q.* 2. *art.* 1. 35. *de subst.*
par. 4. *cap.* 4. *num.* 19. 25. *&* 28. *Rot. decis.* 1. *nu.* 3.
q. 2. *recent. & decis.* 231. *num.* 2. *dicta par.* ... Quæ
29 DD. † opinio comprobatur non solum ex *text. in*
l. siue contra, §. *quia ibi, ff. de lib. Agnosc. in decis. alleg.*
sed ex tit. Ius. Patr. persoluitur in principio, in quo
30 Imperator in eodem † sensu accepit verbum, *ca-*
dere, & *recadere*, ibi enim mortuo auo nepotes, ita
demum sui Iuris fiunt, si in potestate Patris sui re-
casuri non sunt, vt quia eorum Pater sit mortuus,
vel emancipati sint, & hoc casu præcipuè ponit ver-
bum recasuri, qui nepotes erant in potestate aui, &
eo mortuo recadunt in potestate Patris si viuat, si
verò sit mortuus, vel emancipatus, subdit textus,
tunc sic qui in potestatem Patris cadere non possunt
sui Iuris fiunt, & tamen illud non erat cadere, sed
31 recadere, tolliturque omnis † difficultas ex verbo
de facto adiuncto, stante voluntate enixa Testatoris,
vt sæpiùs firmatum fuit.

Nec etiam obstat præcipuum argumentum, quo
decisio impugnatur, desumptum ex natura, & pro-
32 prietate verbi, *volo*, † quod esse merè obliquum, &
precarium, probatur ex *l. fideicommissa* §. *si filio, ff.*
de leg. 3. *l. illud* §. *tractari, & ibi Cuiac. lib.* 19. *quæst.*
Papin. de iur. codic. l. hæredes mei, §. *cum ità ff. ad S.*
C. Trebell. l. 2. *C. comm. de leg* §. *fin. inst. de sing. reb.*
per fideic. vnde inferunt non potuisse verbum reca-
33 dat commune adiectum dicto verbo † volo de sui na-
tura precario, & inflexo importare vllam institutio-
nem per vulgarem, sed simplicem fideicommissariam
substitutionem, cum verba communia iuncta verbo
volo mutent naturam suam, & remaneant obliqua
semper, & necesse sit, vt *adsint verba merè impera-*
tiua, & directa, quæ non possunt inflecti, prout si
dictum fuisset, volo, vt Mandricardus sit hæres, qui
est casus, l. quoniam C. de testam. vt in terminis
Ruin. conf. 128. *num.* 16. *lib.* 3. cum allegatis pro
Aenea.

Huic enim obiectioni responsum fuit non esse
examinandas præcisas formulas de iure digesto-
34 rum † requisitas cum non intersit stante Constitu-
tione Constantini, quibus verbis fiat institutio, sed
si examinentur verba Imperatoris in *d.* §. *fin. instit.*
de sing. reb. per fid. & verba. l. 2. *C. comm. de leg.* vbi
Imperator ait verbum volo idem se habere, ac fi-
35 deicommitto † enumerando verba, per quæ indu-
cuntur fideicommissa, & apparebit, non ideo deter-
minasse semper hæc verba inducere fideicommis-
sum, itaut semper remaneant inflexa, & obliqua,
sed Imperatoris intentionem fuisse tollere formulas
iure antiquo requisitas ad facien. fideicommissa in
quibus requirebantur certa verba sæpius repetita
eundem sensum habentia, vt doctè aduertit *Ciriac.*
obseru. lib. 11. *cap.* 25. aliàs si verbum volo semper
36 induceret † fideicommissum esset directè cõtra tex-
tum *in l. Imperatores ff. de manumiss. l. quoniam in-*
dignum C. de testam. vt aduertit *Aret. in* §. *fin. inst.*
de sing. reb. vbi dicit ita intelligi hunc textum, tunc
37 demum verbum volo inducere † fideicommissum,
quando verbum, cui adijcitur, est obliquum, & non
aliter, quia non sunt consideranda disiunctim, sed
coniunctim hæc verba, &c.

Et licet *dicta l. quoniam*, loquatur in Institutione
38 facta † verbis directis nihilominus locum habet in
vulgari, *vt post Castr. ibi num.* 2. *Corn. nu.* 71. cum
39 sufficiat quod verbum volo, sit adiunctum † verbo
communi, vt in terminis *Alberic. in d. l. precibus*
num. 47. *Decian. conf.* 26. *num.* 25. *&* 27. *lib.* 2. cum
vulgaris substitutio habeat eamdem vim quam in-
stitutio, & nulla solida fieri possit differentia inter
40 vulgarem † factam de per se, vel vulgarem compre-
hensam in fideicommissaria, & ideo DD. allegati,
qui dicunt *d. l. quoniam*, non loqui de substitutioni-
41 bus † intelligendi sint de substitutionibus fideicom-
missarijs inductis per verba merè præcaria; & non
communia.

Existimarunt enim Domini verbum istud, volo,
42 ex sui proprietate esse informe, † & determinari
ratione verbi adiuncti secundum doctrinam *Bart. in*
l. apud Aufidium num. 2. *vers. respondeo verbum, ff.*
de opt. leg. & in l. cunctos populos num. 3. *C. de summ.*
Trinit. & in l. serui electione num. 4 *ff. de legat.* 1. &
clariùs *in l. verbis ciuilibus num.* 5. *vers. præterea*
43 *ff. de vulgar.* vbi ait † verbum, volo, non esse dire-
ctum, vel obliquum de se, nisi propter verbum adiun-
ctum, quam doctrinam *Bart. probat, & sequitur*
Alex. in d. l. quoniam indignum num. 1. *vers. ego au-*
tem

tem puto, vbi dicit *Bart.* optimè dicere verbum vo-
44 lo, aptitudine † posse esse directum *Alber. d. l. precibus, & ibi Caccial. in fin. in verb. volo. C. de impuber. Bero. d. cons. 11. n. 12. lib. 2. Ang. Aret. in d. § fin. instit. de sing. reb. Bald. in l. illud §. tractari, ff. de iur. Codic. Franc. in c. cum pater n. 62 de testam. in 6. vbi ex Bald.* concludit istud verbum nihil importare, nisi habita ratione adiuncti, vnde si iungitur verbis
45 obliquis importat † fideicommissum, si verbis directis aut communibus, directam substitutionem, & id tenuit *Rot. in vna Bononien. fideicommissi de Pratis 17. Iunij 1611. coram R. P. D. meo Vbaldo.*

Cum igitur istud verbum, volo, in proposita facti specie reperiatur adiunctum verbo, *recadat*, quod
46 est commune † substitutio valet in vim directæ tanquam concepta per verba communia, quæ occurrente in vim directæ operantur, *ex doctr. in terminis Alber. in d. l. præcib. Decian. cons. 26. nu. 25. lib. 2. & cons. 21. num. 3. lib. 3.* cum fusissimè cumulatis per *Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 5. tit. 1. num. 3.*

47 Et his patet responsio ad *d. cons. Ruin.* † 128. nam ex lectura totius consilij non figit pedem, quod verbum volo, adiunctum verbo communi illud faciat semper obliquum; sed id obiter, & incidenter dicit responden. Raphaeli, quem allegat, quinimo in sui casus contingentia substinet directam substituti o-
48 nem † factam per verbum commune in minus fortibus terminis, quam sunt verba Testamenti de quo agitur, verbo communi adiecta dictio de facto; aliter *Ruin.* cōtra cōmunem DD. opinionem loqueretur.

Nec placuit Dominis distinctio facta per informantes pro Aenea, quod clausula compendiosa fa-
49 cta per verba † communia reiterationem deno antia comprehendat tantum directa n pupillarem & militarem in quibus verificatur recasus, non autem
50 directam vulgarem, in qua recasus nullo modo † potest verificari, quia ista distinctio nullo iure probatur, & certi Iuris est in ipsis fideicommissarijs sub-
51 stitutionibus contineri vulgarem, † quam DD. anomalam vocant, cuius virtus est, si primò institutus vel substitutus non possit, vel nolit consequi
52 relictum, aperiatur † via successori secundo loco vocato; & sic ille efficitur primo loco institutus *Bar. ab omnibus receptus in l. quandiu ff. de acquirenda hæreditate. Molin de prim g. lib. 2. c. p. 11. num 39. cum ibi alleg. & fusè per informantes*, quinimo in qualibet fideicommissaria inducta per verbum
53 commune † potest habere locum vulgaris, nisi verba essent omnino, & semper obliqua, vt plenè per *Gabr. cons. 119. num. 11. cum pluribus sequentibus, Peregr. art. 15. num. 14.* & fusissimè per *Ioseph de Les. decis. 50. num. 4. & seq.*

Et ita decisum vtraque parte acerrimè informante, &c.

* *Decisio ista in hac causa facta sub die 11. Decemb. 1619. est supra in hoc Tomo decisio 157. & infra in Appēd. habetur altera sub die 7. Iunij 1619.*

REVERENDISS. COCCINO.

Cæsaraugustana Parochialis de Maella.

Veneris 13 Nouembris 1620.

ARGVMENTVM.

Alternatiua Episcoporum, cum non habeat locum, nisi in beneficijs liberæ collationis, ideoq. si in beneficio, de quo controuertitur, quis probet, se esse in quasi possessione præsentandi Rectorem, cum ille in ea sit manutenendus, & sic Episcopus non potest liberè conferre, cum requiratur præsentatio patroni, quare cessat dicta regula, ac alia circa hanc materiam.

SVMMARIVM.

1. *Mensis Octobris est vnus ex octo mensibus reseruatis, Episcopo non gaudente alternatiua.*
2. *Patronus, si sit in quasi possessione præsentandi, est in ea manutenendus.*
3. *Alternatiua non habet locum, nisi in beneficijs, quæ sunt liberæ collationis Episcopi.*
4. *Patroni, si sint in quasi possessione præsentandi, ex hoc sequitur, quod collatio non est libera Episcopi, cum ab ipso solo non possit fieri, sed requiratur præsentatio.*
5. *Persona vna, & eadem non debet diuerso iure censeri.*
6. *Quæ tamen regula non procedit respectu diuersarum personarum.*
7. *Decretum irritans inficit titulum, & possessionem.*
8. Cap. *consultationibus, de iurepatr. non suffragatur aduersus regulam octauam Cancellar.*
9. *Iurispatronatus titulus à quadraginta annis citra publicationem Concilij Tridentini concessus potest reuideri ab Episcopis.*
10. *Iuspatronatus, si constet esse ex priuilegio, comprehenditur sub regula octaua Cancell.*
11. *Iuspatronatus concessum à quadraginta annis, & vltra publicationem Concil. Trident. non potest ab Ordinarijs reuocari.*
12. Regula *octaua Cancellariæ tollit priuilegia, & indulta conferendi beneficia in mensibus reseruatis, ac etiam consuetudines immemorabiles.*
13. *Quod potest Papa facere absque dubio.*
14. *Regula octaua Cancellariæ non derogat priuilegijs conferendi beneficia, sed illorum effectum suspēdit, vt non suffragetur cōtra reseruationem d. regulæ.*
15. *Titulorum multiplicitas datur, & quando id sit verum. & num. 16.*

DECISIO CCXLVII.

DOMINI recesserunt à decisione facta sub die 31. Ianuarij 1618.* & steterunt in decisis sub die 14. Nouemb 1616.* cum huiusmodi Parochialis vacauerit in mense Octobris, qui est vnus de
1 octo † mensibus Papæ reseruatis, Episcopo nō gaudente alternatiua prout respectu istius Parochialis non gaudet, cum asserti Patroni sint in quasi posses-
2 sione præsentandi, † in qua debent manuteneri, *cap. consultationibus, de iurepatr.* Alternatiua enim non
3 habet locum, nisi in Beneficijs, quæ sunt liberæ † collationis Episcopi, vt disponitur in regula 8. quale non est ista Parochialis; cum Patroni sint in quasi possessione præsentandi, & ideò collatio non est li-
4 bera Episcopi, † cum ab ipso solo non possit fieri, sed requiratur præsentatio, *cap. 1. vbi glos. in verbo liberè, de rescript. cap. 2. de testam. in 6. Clem. 2. vbi glos. in verb. liberè de Iurepatr.* & fuit resolutum *in causa Tarraconen. Sacristiæ 9. Iulij 1600. coram bo. me. Iusto.*

Neque est verum, quod idem † erit dicendum respectu Papæ, cum vna, & eadem res non debeat diuerso iure censeri, *l. eum qui ædes. ff. de vsucap.* quia
6 regula non procedit respectu diuersarum † personarum, *l. si quis præferendum 35. in fine. ff. de furt.* & propterea, aut patroni volunt se iuuare sola quasi possessione præsentandi, & non possunt propter de-
7 cretum irritans † appositum in regula octaua, quod inficit titulum, & possessionem, itaut dispositio, *cap. consultationibus*, non suffragetur † aduersus regulā octauam, *Verall. decis. 29. & 326. & 312. lib. 1. in manuscript. & fuit resolutum in causa Valentina parochialis de Carlet. 4. Iunij 1601. coram Illustriss. Lancellotto*, quam refert & sequitur *Garz. de benef. par. 5. c. 9. num. 127.*

Aut prædicti patroni volunt vti titulo producto,
9 & tunc, aut iste titulus est considerandus † tanquam à quadraginta annis citrà publicationem Concilij Tridentini concessus, qui potest reuideri ab Episcopis, iuxta dispositionem *d. Concilij Tridentini sess. 25.*
10 *cap. 9. §. similiter quoque de reform.* & constat † esse ex priuilegio, & sic comprehenditur sub regula 8. vt abunde fuit deductum in decisione in hac causa facta 6. Nouembris 1617. & firmatum etiam in decisione facta 3 . Ianuarij 1618. Beneficium enim pingue fuit auctum in redditibus solùm pro scutis 10. Aut non potest reuideri, quasi sit concessus à quadragin-
11 ta annis vltrà, & hoc casu, † quamuis firmus maneat, & non possit reuocari, cum sit in statu validitatis, *Gabr. cons. 195. lib. 1.* & censuit Congregatio Illustrissimorum Interpretū, vt refert *Garz. de benefic. loco supra allegato num. 124.* non tamen cessat quod sit ex priuilegio, & quod propterea comprehendatur
12 sub regula 8. quæ tollit priuilegia, † & indulta conferendi beneficia in mensibus reseruatis, ac etiam consuetudines immemorabiles, vt per *Gonzalez su-*
13 *per reg. 8. glos. 35. num. 21. & 24.* Quod † potest facere Papa absque dubio, vt per *Gonzal dict loco numer. 31. & seq.* maximè quia ista reuocatio benè etiam se compatitur cum firmitate priuilegij inducta à Concilio, cum regula non deroget in totum priui-
14 legijs, † sed potius illorum effectum suspendat, vt non suffragetur cōtra reseruationem reg. 8. *Gonzal. loco proximè allegato nu. 34.* & latius *in gloss. 40. n. 2.*

Neque refert, quod patroni non produxerint hūc titulum, & ideo possunt iuuari possibilitate alterius,
15 † cum detur multiplicatio titulorum, quia hoc non est verum in hac facti specie, nam si nolunt se tueri titulo producto, sola quasi possessio non suffragatur, cum tollatur per regulam octauam, vt supra dictum
16 est, & propterea † non possunt se iuuare possibilitate alterius tituli, cum solus possessor ista possibilitate iuuetur, *Cassad. decis. vlt. nu. 7. de procur. Crescent. decis. 21. num. 4. de prob.*

Ex quibus fuit recessum à prædicta decisione.

☞ *Decisio ista sub die 31. Ianuarij 1618. à qua Rota recessit, impressa est apud Viuian. de iurepatron. lib. 4. cap. 10. num. 32.*

☞ *Decisio hæc in qua Rota stetit in decisis, scilicet sub die 14. Nouemb. 1616. est in præcedenti part. 4. recent. decis. 336. habetur etiam apud eundem Viuian. d. lib. 4. cap. 10. num. 30. Vbi quoque num. 31. adest altera decisio in eadem causa die 6. Nouemb. 1617. quæ pariter impressa est in d. par. 4. recent. decis. 568. ac infra vide aliam sub die 21. Iunii 1621. coram eodem Coccino.*

EMINENTISS. D. CARD. VEROSPIO SEN.

Nepesina Tutelæ.

Veneris 13. Nouembris 1620.

ARGVMENTVM.

In concursu testium, illi sunt præferendi alijs, qui magis specificè, ac ex certa scientia deponunt, & negatiuam coarctant. Valor verus rei, ex quibus probetur, & certa est illa regula, rem tanti valere, quanti vendi potest.

SVMMARIVM.

1 *Testes, qui magis explicitè, & ex certa scientia deponunt, cæteris in concursu sunt præferendi.*
2 *Testes negatiuam non coarctantes, non releuant, & num. 6. & 7.*
3 *Valor verus, ex quibus probetur.*
4 *Res tanti valet, quanti vendi potest, & nu. 5.*
6 *Testes deponentes de minori summa, vt præferantur deponentibus de maiori, necesse est, vt coarctent negatiuam.*
8 *Testes probant rem tanti valere, si asserant tam tanti fuisse venditam, maximèq. si sint practici in ea materia.*
9 *Testibus non concludentibus standum non est.*

DECISIO CCXLVIII.

☞ PROPOSVI denuo causam super decisis coram me sub die 11. Maij præteriti, * cum Sanctes de Plodijs dictæ decisioni non acquiesceret, in qua tamen cū aliqua moderatione Domini persititerunt. Nam respectu primæ partitæ de bobum aratoriorū quantitate visum fuit decisionem subsistere, cum in hæreditate vigintiquatuor existerent, vt plures testes pro Dominico examinati deponunt.

Nec releuant testes nuper in summ. dati de decem, & nouem, aut viginti bobus deponentes. Quia
1 cum alij pro Dominico examinati † magis explicitè, & ex certa scientia loquantur videntur cæteris in concursu præferendi, *Soccin. cons. 92. col. 3. in fin. lib. 3. Aym. cons. 94. num. 3. Gabr. de testib. conclus. 4. numer. 59. & 73. vers. vers. vigesimoprimo infertur.*

Cum præsertim testes pro Plodio negatiuam non
2 † coarctent, quod in hæreditate alij boues, vltra 20. non extiterint. Pretium verò dd. bobum in scut. 25. pro quolibet taxatum, reductum fuit ad scuta 20. cū ex partitis ex Dohanæ libris extractis, necnon ex venditionis instrumēto totidem fuisse venditos pro-
3 betur, † qui valor propterea dicitur verus, *Rol. cons. 92. nu. 17. lib. 2. Cæs. de Graß. decis. 10. in fin. de testam.*

Vnde non obstant Dominici testes asserentes dictum valorem ad scuta 25. pro quolibet ascendere. Nam contrarium apparet, & sufficit pro scutis 20.
4 boues fuisse venditos, cum † tanti res valeat, quanti potest vendi, *l. mortis causa capimus. §. fin. ff. de donat. caus. mort. vbi Imol. & Doctor. Abb. in cap. cum causa de testib.*

Quoad secundam partitam de 25. vacchis, & de illarum pretio scutorū quindecim pro qualibet placuit decisio non obstante, quod huiusmodi pretium ad scuta 12. pro qualibet, & animalium numerum ad 20. reducendus prætenderetur. Ex pluribus enim testibus in summ. in alia positione dato constat 25.
5 vaccas in hæreditate fuisse repertas, † & vnamquamque

que illarum pro scutis quindecim venditam, vltra quod testes pro dictis 20. animalibus non coarctant,
6 vt fuisset opus, negatiuam † in aliorum testium concursu de maiori summa deponentium, *Gabr. de testib. concl.4.*

Quoad tertiam partitam equarum 12. ad rationem scutor. 20. pro qualibet, placuit firmam remanere decisionem ex deductis in ea non obstantibus duobus testibus de octo, vel decem equis depo-
7 nentibus, cum † nec isti, pariter negatiuam concludant.

Ad quartam, & quintam partitam nihil ex aduerso opponitur.

Sextam partitam censuerunt Domini esse reducendam ad 40. sues, & illorum pretium esse duorum scut. pro quolibet, tot enim ex primo 2. & 3. teste
8 illos fuisse probatur, & tanti pariter † eosdem venditos constat præsertim ex tertio teste, qui in istorũ animalium negociatione Francisci socius extitit.

Septima partita fuit comprobata nõ obstantibus alijs hodie product. Nam quamuis nonnulli deponant Dominicum 20. aut 30 capras habuisse, alij ve-
9 ro solum 50. negatiuam non † concludunt, & standum videtur potius testibus pro Dominico examinatis, qui in causa scientiæ, & magis explicitè deponunt ex allegatis.

Vltima partita firma remanet, cum nec impugnetur &c.

☞ *Decisio hæc in ista causa edita sub die 11. Maij 1620. est supra in hoc Tomo decisio 211. Et vide ad decisionem 53. quæ est in eadem causa, vbi habes annotatas plures decisiones in hac causa emanatas.*

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Corduben. Præstimoniorum.

Veneris 13. Nouemb. 1620.

ARGVMENTVM.

Arbitrium cum relaxet aliquid de rigore iuris, ideo non intrat, quando in totum tolleret ius partis, & maximè si cum nullitate intrauit spolium. Rota licet sæpius declarauit pro arbitrio ad effectum sanãdi examen testium à nullitatibus, quando fuerunt data interrogatoria, aliàs eis non datis non intrat tale arbitrium.

SVMMARIVM.

1 *Clausula arbitrio, releuat aliquid de rigore iuris.*
2 *Arbitriũ non intrat, quando auferretur ius partis.*
3 *Testis dictum magis attenditur in interrogatorijs, quam in articulis.*
4 *Rota sæpius denegauit arbitrium pro sanatione examinis testium ex defectu interrogatoriorum.*
5 *Pars in examine testium dando interrogatoria facit id, quod potest facere.*
6 *Interrogatoria, si pars non dederit, sibi imputet, limita id, nisi sit legitimè citata, etiamsi haberet scientiam examinis, num.7.*
8 *Citatio ad videndum iurare testes est necessaria, & ideo hoc casu pars non dando interrogatoria sibi non præiudicat, cum sciat ius suum saluum fore.*
9 *Nullitates tunc difficilius sanantur, quando cum eis est admixtum spolium.*

DECISIO CCXLIX.

PRO informante fuit tentum, scilicet non esse locum arbitrio, de quo in commissione mihi di-
1 recta, † quia licet clausula arbitrio minuat aliquid de iuris rigore, *iuxta decis. Cresc. 4. num. 3. de testib.* attamen hoc procedit suadente aliqua æquitate, *Rota decis. 587. num. 1. & 633. num. 2. par. 2. in recentior.* In proposito autem casu visum fuit non concurrere æquitatem, quippe quia testes fuerunt exa-
2 minati sine interrogatorijs partis, ideoq. † si sanarentur, tolleretur ius partis, nam dictum testis attenditur magis in eo, quod dicit super interrogato-
3 rijs, quàm † in eo quod dicit super articulis, *Seraphin. decis. 1073. num. 9. & fuit dictum in causa Elnen. distributionum 4. Decembris 1619. coram R.P.D. meo Dunozetto,* propterea non sunt sanandi, quia potest esse quod si testes fuissent examinati super interrogatorijs, aliquid dixisset, quod tolleraret, seu declararet illud, quod dixerunt super articulis, ideoq.
4 stante defectu interrogatoriorum, Rota † sæpius denegauit arbitrium, *vt in decis. 284. nu. 1. & 716. numer 5. par. 2. in recent. & in causa Elnen. primitiarum 25. Februarij, & 29. Aprilis 1619. coram me,* è conuerso illud concessit, quando fuerunt exa-
5 minati super interrogatorijs allegãdo scilicet, † quod pars dando interrogatoria fecerat quod poterat, *vt in causa Toletana decimarum 6. Aprilis 1615. coram bon. mem. Andrea, & in causa Calaritana decimarum 7. Nouemb. 1614. corã R.P.D. meo Caualer.*

Non obstat si dicatur esse imputandũ parti, si non
6 † dedit interrogatoria, quia hoc posset habere locũ si pars fuisset legitimè citata, nihil est ei imputan-
7 dum, vel quia potest prætendere † ignorantiam, vel quia etiamsi haberet scientiã examinis, cum in proposito casu nõ fuerit citata ad videndum iurare, po-
8 tuit omittere rationem interrogatoriorũ, † cum sciret ius suum saluum fore, *iuxta notata in l. si quando, §. sed cum minimè. C. de testib. & in cap. 2. extra eodem tit.* Prædicta vero eo magis, quia hic non agitur de simplici sanatione examinis, sed de sanatione ad effectum substinendæ exequutionis factæ in vim probationis nullæ, quo casu difficilius sanantur nul-
9 litates, † in præiudicium restitutionis, quæ aliàs cõpeteret parti spoliatæ, *vt in causa Mantuana bonorum 16. Ianuarij 1611. coram R.P.D. meo Vbaldo.*

REVERENDISS. DVNOZETTO ARCHIEPISCOPO SELEVCIEN.

Pampilonẽ de Taffalla.

Veneris 13. Nouembris 1620.

ARGVMENTVM.

Iurispatronatus materia ad effectum cõcedendæ remissoriæ reputatur prophana. In materia prophana, ad hoc vt concedatur remissoria, quid sufficiat. Iuspatronatus in antiquissimis, quando probetur.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus materia ad effectum dandæ remissoriæ dicitur prophana.*
2 *Remissoria in materia prophana, vbi articuli sunt releuantes, passim datur remissoria absque fumo.*
3 *Iuspatronatus, ex quibus acquiratur.*
4 *Iuspatronatus in antiquissimis probatur fama iuncta*

iuncta quasi possessione 40. annorum.

5 *Iurispatronatus initium, quando constat ex concessione Ordinarij, tunc non potest prætendi ex fundatione.*

6 *Iurispatronatus concessio facta ab Ordinario, vt præiudicet patrono, qui acquisiuit iuspatronatus ex fundatione, requiritur acceptatio.*

7 *Productio scripturæ facta à procuratore nō habente speciale mandatum, ex tali productione non resultat confessio principalis.*

8 *Productio scripturæ facta in alio iudicio, & ad aliū effectum, non probat in diuerso iudicio.*

9 *Iurispatronatus concessio facta ab Ordinario non videtur incompatibilis, cum probatione fundationis, & dotationis.*

DECISIO CCL.

DOMINI recesserunt à decisis 21. Maij 1618. versamur enim in materia iurispatronatus, quæ
1 † ad effectum dandæ remissoriæ dicitur prophana, *Achil.decis.15.de iurepatr.* & in materia prophana,
2 vbi articuli sunt releuantes, passim † datur remissoria absque fumo, *Gassad.decis.2. de dilat. Cæs. de Grass. decis.1. num.10. eod.tit. Rot.in recentior. decis.348. num.1. par.1.* & fuit sæpissimè decisum.

3 Releuantia fuit visa clara, dum articulatur † fundatio Ecclesiæ, necnon augmentum dotis portionū ab immemorabili tempore, ex quibus acquiritur ius-
4 patronatus; & cum versemur in antiquissimis † sufficit ad illud probandum fama, iuncta quasi possessione quadraginta annorum stante declaratione Sacræ Congregationis Illustrissimorum Interpretum Sacri Concilij Tridentini cuius copia data fuit.

Non obstat, quod hic constet de initio ex concessione Ordinarij de anno 1496. & ex confirmatione
5 Alexandri VI. & ideo † non posse prætendi acquisitionem ex fundatione, & augmento dotis, dum constat de acquisitione ex priuilegio: Nam Bulla Alexandri non loquitur de concessione iurispatronatus, sed de modo præsentandi, ex quo tollitur fundamentum super obseruantia subsequuta, quia cum præsentationes dicantur factæ iuxta formam Bullæ, debent intelligi, quoad modum datum in dicta Bulla Alexandri VI.

Non obstat concessio Ordinarij, quia plures responsiones fuerunt datæ. Prima quod non constat
6 fuisse † per Vniuersitatem obtentam, seu acceptatā, prout requiritur, vt illi præiudicare potuisset, *Bald. cons.1. vers.in contrarium, lib.1. Calder.cons.1.de translat.Prælat.Oldrad.cons.304. nu.10. Couar.variar.resolut lib.3.cap.16.num.1.ante finem.*

Nec per productionem postea factam in lite potest dici acceptata per Vniuersitatem, tum quia pro-
7 ductio † fuit facta à procuratore non habente speciale mandatum, prout requiritur ad effectum, vt ex tali productione resultet confessio, & declaratio animi ipsius Vniuersitatis, quod non haberet alium titulum, vt tenuit Rota in *Pampilonen. decimarum 10. Iunij 1610. coram Illustriss. D.Cardinali Ludouisio, quæ est in recentiori decis.285.sub nu.4. par.2.*
8 Tum quia productio † fuit facta in alio iudicio, & ad alium effectum, nempè incidenter ad effectum reuocandi inhibitionem, cum causa principaliter ageretur super abusu præsentandi, vt fuit dictum in dicta *Pampilonen. decimarum*, in qua aliæ decisiones cumulantur sub num.4.

Secunda responsio, quæ tollit omnia deducta per
9 informantes pro Guglielmo, est, quod talis † concessio non videtur incompatibilis, cum probatione dotationis, & fundationis, & immemorabilis, cum potuerit obtinere priuilegium ad comprobationem præscriptionis, vel tituli fundationis, & augmenti dotis *glos.in c. nullus pluribus, vers. vnde verius dicas, de reg. iur. in 6. Bald. in l.1. num.28. C.de furt. & in Abb.in cap.Abbate, num.12. de verb.signific. & in cap.auditis, nu.12. de præscript.*idem *Abb. post glos. in cap. veniens, num.18. vers. item quod præscriptio,* & ibi *Imol. num.9. vers. sed si iustum esset, Alex.de Neuo, num.39. de præscript. Dec.cons.272. num.19.* & fuit dictum *in Constantien. iurisdictionis, Veneris 16. Nouembr. 1607. corā Reuerendiss. D. Attrebaten.*

Et ex his vtraque parte informante ita decisum.

☞ *Decisio ista sub die 21. Maij 1618. à qua Rota recessit, est supra in hoc Tomo decisio 27. vbi in fine annotaui alias decisiones in hac causa emanatas.*

R. P. D. VBALDO.

Nauellen. seu Melphien. pecuniaria.

Lunæ 16. Nouembris 1620.

ARGVMENTVM.

Carcerationem alicuius quando quis procurauit, & quidem nulliter, ad effectum extorquendi ab eo aliquam obligationem, qua obtenta, cum illa nulla, & inualida sit, ideoq. si Iudex vigore dictæ obligationis relaxet mādatum contra illum, qui sic se obligauit, iniustè procedit, & pars d. mandatum exequendo committit, nec est audiendus, si intendat bona capta retinere pro alio suo credito, nisi vsque ad obolum, purget d. spolium.

SVMMARIVM.

1 *Carceratus iniustè quis dicitur, si absque mandato, vel decreto Iudicis & nulla præcedente probatione in carcerem fuerit detrusus.*

2 *Carceratus iniustè, quando quis fuit, & se in carcere obligauit ad fauorem eius, qui carcerationem curauit, nulla est obligatio.*

3 *Creditor, si in vim sententiæ iniustæ aliquid exegerit à suo prætenso debitore, intrat spolium.*

4 *Spolium intrat non solum quoad res exactas, sed etiam quoad expensas.*

5 *Spolians super suo credito non est audiendus, nisi purgato spolio vsque ad obolum.*

6 *Spolium videtur violentum, si aliquid fuerit exactum, vigore obligationis per vim, & metum iniustæ carcerationis extortæ.*

7 *Arbitrium non intrat stante spolio, maximèque si constet de iniustitia, & num.8.*

9 *Administrator non potest dici an remaneat creditor, vel debitor ante redditam rationem administrationis.*

10 *Creditor, quando inordinatè, & minus solemniter immissus fuit in possessionem bonorum debitoris, tunc licitum est ei, retinere bona, donec fuerit satisfactus.*

Intellige tamen id verum, quando creditum est clarum, & liquidum, quia aliàs purgandum venit spolium.

11 *Probatio probationem non excludit.*

12 *Nul-*

12 *Nullitates illæ non possunt sanari, quæ Principi nequaquam fuerunt expositæ.*
Papa non solet sanare nullitates, quæ respiciunt defensionem partis, num. 12.
13 *Arbitrium non intrat ad effectum sanandi nullitates, quando sunt claræ, & non turbidæ.*
14 *Rescriptum subreptitium est ipso iure nullum.*
15 *in Iurisdictionem quando quis dicatur consensisse.*
16 *Sententia an sit diffinitiua, necne, id bene colligitur ex eius lectura.*
17 *Citationis ad sententiam defectus est insanabilis.*
18 *Nullitates sententiæ, vt sanentur, constito de eius iniustitia, id in Rota inauditum est.*

DECISIO CCLI.

VERITAS, est quod pars D.Episcopi contra
quam emanauerat decisio in hac causa 2. De-
cembris 1618. * pro nullitate, & iniustitia senten-
tiæ ad eius fauorem latæ per Vicarium Andrien.
adiuit Signaturam Sanctissimi, petens mihi commit-
ti, vt circumscriptis actis hinc inde in causa factis,
causam huiusmodi ex integro cognoscerem, & re-
scriptum emanauit de secunda parte in hæc verba.
Committatur eidem Vbaldo, qui ex integro causam
huiusmodi cognoscat, & prout iuris fuerit, terminet
omni, & quacumque appellatione remota præserua-
tis, vel refectis arbitrio Rotæ expensis, & pecunijs
per Oratorem exactis. Vnde dato dubio iuxta ter-
minos commissionis, An intraret arbitrium Domini
vnanimiter negatiuè responderunt. Quia ex traditis
1 in decisione constat Donatum iniustè † fuisse carce-
ratum nullo præuio mandato, vel decreto Iudicis, &
nulla probatione præcedente prætensi crediti, & si-
ne alijs requisitis, de quibus *Boer.decis.215. nu.34.
post Bald.* quem sequitur *Farin. q.27.nu.36.* ex qua
iniustitia carcerationis sequitur etiam nullitas obli-
2 gationis † per Donatum factæ, iuxta latè tradita in
*Foroliuien. nullitatis obligationis 20. Maij 1613.
coram Reuerendiss. Damasceno*, & in decisione, de
qua agitur, & consequenter resultat iniustitia senten-
tiæ Andrien. in qua Donatum condemnauit vigore
3 dictæ † obligationis, & si in vim dictæ sententiæ ali-
quid exegit, intrat spolium manifestè, *Capic.decis.
186. par.3. Aym.cons.140. num.2. & cons.302. n.2.*
cum alijs latè congestis *in Romana domus 14 Mar-
tij 1618. & in eadem causa 24. Maii 1609. coram
4 me*, non solum quoad pecunias exactas, † sed etiam
quoad expensas, *Aym. d.cons.140 num.3. Rip. in
l.naturaliter. §. nihil commune nu.50. ff.de acquir.
poss. Caputaq. decis.171. par.3. Cæsar. de Grass. de-
cis.5. num.18. de restit. spoliat.* & ideo non debet
Episcopus audiri super prætenso suo credito, nisi
5 † purgato spolio etiam vsque ad obolum, *Bald. in
cap. cum quærente num.1. de restit. spol. Rota decis.15.
eodem tit. in nou. Rolan. cons.53. num. 25. lib.1. &
cons.6. num.42. lib.2. Surd.cons.28.num.31. Gabr.
in tit. de restit. spoliat. conclus.1. num.11. Rota decis.
433. num.1. par.2. in recent. Pontan. de spolio lib.4.
cap.4 num.60 Honded.cons.23. num.16. lib.1.* Tan-
6 to magis cum spolium videatur violentum nomine
† obligationis per vim & metũ iniusti carceris ex-
tortæ, *Gabr.conclus.2.num.23.in 10.limit. de restit.
spoliat. Rota decis.718.num.1. & 2. & 721. num.1.
7 par.1.diuers.* Quo † spolio stante cessat arbitrium,
vt *in Mantuana bonorum coram me, quæ est deci-
sio 365. nũ.10. & seq. par.1. in recent.* & tanto ma-
8 gis cum fuerit resolutum † pro iniustitia sententiæ,
vt in decisione de qua supra.
Nec obstat, quod dicitur hodie apparere Dona-
tum esse debitorem Episcopi, cum constet ex eius
confessione ipsum administrasse bona Episcopatus
9 per aliquod tempus, non inde sequitur † eum esse
debitorem ante redditam rationem, vt fuit decisum
in illa Bonon. de Linis coram D.Dunozetto.
Nec facit quod Episcopus aliunde suum creditũ
probare possit, vt etiam narrauit in commissione,
10 quia † nihilominus spolium est purgan. necessario,
quando petens retentionem, non docet de credito
claro, & liquido, *Surd.decis.46.in fine, Rota d.decis.
433. num.2. par.2. in recent.* & fuit late dictum, &
distinctum *in d.Romana domus 20. Maii 1609. corã
me, & in alia Romana spolii domus 11.Iunii 1620.
coram R.P.D. Caualerio*, vltra quod probatio pro-
11 bationem † non excludit, *Aegid. decis.624. num.2.
cum allegatis.*
Quo vero ad nullitates in decisione firmatas non
12 esset tractan. de arbitrio cum nec fuerit † petita ea-
rum sanatio, nec etiamsi fuisset petita Sanctissimus
super ijs quicquam rescripserit, vt in simili dixit *Ro-
ta in d.decis.365. num.1. & 12. par.1. in rec.* sed
tam ex abundanti Domini existimabant, nec quoad
eas intrare arbitrium, cum nullitas ex defectu iuris-
13 dictionis, & citationis ad sententiam † videatur cla-
ra, & non turbida iurisdictionis quidem, quia stan.
commissione auocatoria subreptitia nulla fuit tri-
14 buta iurisdictio Vicario Andrien. † cum rescriptum
esset ipso iure nullum, *Cassad. decis.1. de rescript. &
decis.2. num.6. de appell. Seraph. decis.763. num.6.*
cum alijs de quibus *in decisione, & fuit dictum in
Senen. bonorum 4. Iulii 1614. coram R.P.D. meo
Buratto, quæ est decisio 655. num.3. par.1. in recen.*
quod autem fuerit subreptitia deducitur in decisio-
ne, quia constat quod pars Episcopi consenserat in
15 iurisdictionem ex pluribus actibus, & † comparitio-
nibus in iudicio factis, nec dubitatur de mandato
comparentis, & faciũt notata per *Modern.de claus.
par.1. claus.35.* vbi allegat decisionem *Rotæ in
Carthaginen. decimarum 17. Maii 1593. coram
Orano.*
Alia etiam nullitas ex defectu citationis ad sen-
tentiam videtur clara ex allegatis in decisione, nec
subsistit, quod sententia fuerit interloquutoria, quia
16 vel fuit diffinitiua, vel habens vim diffinitiuæ, † vt
ex eius lectura apparet ad tradita per *Bald. in l.3.
num.1. C.de calumniatoribus, Rota in Pacen. cano-
nicatus 17.Iunii 1615. coram me, quæ est decis.731.
num.3. par.2. in recent.* & aliás certum est quod isti
17 defectus sunt † insanabiles etiam stante commissio-
ne sanatoria, quæ hic tamen non adest, *Caputaq.de-
cis.162. par.2. Vestr.in prax.lib.5.cap.13 num 4. &*
de citatione late *Rota decis.365. nu.2. & seqq. par.
1.in rec.* & accedit prædictis iniustitia sententiæ, qua
18 stante est inauditum † in Rota tractari de sanatione
nullitatum. Et ita decisum &c.

Decisionem hanc in ista causa prius factam, vide infra in Appendice post decisiones anni 1626. prout in Indice ibi in principio posito.



REVE-

REVERENDISS. PIROVANO.

Regien. Penſionis.

Veneris 20. Nouembris 1620.

ARGVMENTVM.

Papa, ſi Motu proprio concedat alicui facultatem transferendi penſiones, cum de eius poteſtate non veniat dubitandum, ideoq. conſtito de validitate translationis nullatenus de ea hæſitandum eſt, cum contra talem gratiam non poſſit opponi defectus ſubreptionis, vel obreptionis, ſtante conceſſione facta Motu proprio, & quid ſi quoad facultatem transferendi d. penſionem fuerit exceſſum, ſed cum clauſula præſeruatiua, quod intenditur diſponere, niſi iuxta formam Breuis.

SVMMARIVM.

1 *de Papæ poteſtate concedentis facultatem transferendi penſiones, nefas eſt dubitare.*

2 *Inſtrumentum publicum facit probationem probatam.*

3 *Penſiones transferendi facultas obtenta à Papa, dicitur ſubreptitia, ſi facta nō fuerit mentio aliarum facultatum trāsferendi ſuper fructibus eiuſdem beneficij.*

4 *Gratia, quando legitur facta Motu proprio non poteſt dari de obreptione, vel ſubreptione.*

5 *in Gratia facta Motu proprio, tunc multò magis non poteſt dari de ſubreptione, quando in ea, cautum eſt.*

6 *Decretum irritans claudit os parti, & adimit facultatem Iudici aliter iudicandi.*

7 *de Voluntate Papæ quando conſtat, ceſſat obiectum ſubreptionis.*

8 *Gratia prima per ſecundam tollitur.*

9 *Gratiæ plures, quando ſunt inter ſe compatibiles, tunc omnes ſtare poſſunt.*

10 *Gratiæ forma, ſi ſeruata non fuerit, ea corruit.*

11 *Facultatem habens transferendi penſionem, vſque ad certam ſummam, quando ea in totum reperitur translata, id fieri non potuit citra nullitatē actus.*

12 *Limita, ſi id fuerit factum cum clauſula, vt omne intelligatur factum iuxta formam facultatis trāſferendi, ac non aliàs, & num. 13.*

14 *Exceſſus, quando ſemper vitietur, & non vitiet.*

15 *Clauſulæ præſeruatiuæ, quid operentur.*

16 *Clauſulæ, dummodo remaneant 100. pro Rectore, iuſtificatio, non pertinet ad validitatem translationis, ſed executionis.*

DECISIO CCLII.

DVBITATVM fuit An translatio penſionis ad fauorem D. Franciſci Tuſci ſuſtineatur, quod affirmatiuè fuit reſolutum, quia de facultate transferendi conſtat ex Indulto per S. D. N. eidem Cardinali transferenti conceſſo, de † cuius poteſtate non eſt dubitan. *cap. cum ita per mundum, cap. per principalem 9. q. 3. Gig. de penſ. q. 12. num. 2.* & de translatione cum ſuis requiſitis apparet ex instrumento quod datum † fuit, & ſufficit pro plena probatione, *Seraph. deciſ. 1292. num. 3.*

Non obſtat, quæ dicuntur de ſubreptione ex eo, quod in facultate conceſſa Cardinali de transferenda penſione non fuerit facta † mentio aliarum facultatum transferendi ſuper fructibus eiuſdem Eccleſiæ vſque ad ſummam ducatorum 200. de Camera.

Quia cum gratia facta legatur Motu proprio, nō poteſt dari † de obreptione, vel ſubreptione, ex quo Papa intendit gratiam valere etiamſi non fuerint expreſſa exprimenda, *cap. ſi motu proprio de præben. in 6. Gabr. conſ. 151. num. 2. lib. 2.* quod etiam clarius fuit declaratum per ſequentes clauſulas, † quod non poſſit dari de ſubreptione, vel obreptione, & cum decreto irritanti, quo caſu clauditur os parti, † & adimitur facultas Iudici aliter iudicandi, *Rot. deciſ. 180. num. 1. & deciſ. 602. nu. 1. par. 2. in recentior.* Neque etiam defectus intentionis poteſt allegari, quia ex eiſdem facultatibus anni 1608. manifeſtè apparet Papam intellexiſſe, quod ſuper eiſdem fructibus data fuerat eidem Cardinali facultas transferendi ducatos 200. de Camera, & nihilominus conceſſit facultatem † ſuper reſiduo trāſferen. aliam penſionem ſcut. 300. monetæ quo caſu ceſſat obiectum voluntatis, *Verall. deciſ. 217. par. 3.*

Non obſtat, quod Breue anni 1608. fuerit ſublatum per aliud obtentum ab eodem Cardinali de anno 1617. † in quo dicitur facultatem transferendi penſionem fuiſſe reſtrictam ad ducatos 200. de Camera ſcut. 300. monetæ, qui alias fuerunt tranſacti in perſonam Bartholomæi Tuſci.

Quia hæc vltima conceſſio pertinet ad reintegrādam facultatem transferendi ducatos 200. de Camera, quæ data fuerat in Breue anni 1596. etiam conſumpta fuerat per tranſactionem ab eodem Cardinali factam in perſonam Bartholomæi Tuſci, nec in † aliquo cōtrariatur facultati obtentæ de anno 1608. quare non prohibetur, quin vtraque ſtare poſſit vti inter ſe compatibiles, *Gabr. conſ. 170. num. 5. vol. 2. Surd. deciſ. 51. nu. 9.* Prout nec etiam obſtare viſum fuit quod forma data † in Breui ſeruata non fuerit, dum dicebatur non eſſe datam facultatem transferendi vſque ad quamcumque ſummam, ſed tantum ad ſummam ſcut. 300. monetæ, & tamen Cardinalis tranſtulit indefinitè reſiduum, quod poterat excedere dictam ſummam quod † fieri non potuit citra nullitatem actus, *Pariſ. de reſign. lib. 6. q. 4. num. 46. cum alijs allegatis.*

Quia placuit reſponſio, quamuis translatio dicat totum reſiduum, tamen additum fuit, quod ſi aliquid in præſenti, ſeu præſentibus translationibus ſit dictū quod † non ſit conforme facultatibus & transferendi in omnibus, & per omnia quæ non ſunt conformia, vel ſunt cōtraria dictis facultatibus & tranſlationibus conceſſis, cenſeantur penitus omiſſa, ac † pro in omnibus, & per omnia dictæ translationes ſint factæ ratis reſpectiuè, & vt ſupra cenſeantur, & ſint facta iuxta formam litterarum Apoſtolicarum, ad quas ſemper habeatur relatio, ex quibus verbis patet transferentem nihil plus transferre voluiſſe quam illi ex conceſſionibus indultum fuerat, ita vt † exceſſus ſemper vitietur, & non vitiet, prout de pactis dicitur, quæ poſſunt contrariari diſpoſitioni Bullarum, & leguntur cum eadem † præſeruatiua appoſita, *Gabr. conſ. 47. num. 6. vol. 2. Mantic. deciſ. 302. num. 11. Rota in recent. deciſ. 219 num. 4. par. 2.*

Demum non releuat quod non ſit iuſtificatum remanere quinquaginta, quia hoc non pertinet ad validitatem translationis, ſed ad exequutionem, quin & ipſa translatio † legitur facta cum iſta præſeruatiua, ſeu conditione, dummodo remaneant ſcuta 50. auri in auro titulari. Et ita &c.

In hac causa plures aliæ emanarunt decisiones, quas posui infra suo loco, nempe sub diebus 25. Maij 26. Nouembris, 9. Decembris 1622. 17. Iunij 1624. & 5. Maij 1625. coram eodem bo. me. Pirouano.

REVERENDISS. DVNOZZETTO. ARCHIEPISCOPO SELEVCIEN.

Bononien. Affrancationis.

Veneris 20 Nouembris 1620.

ARGVMENTVM.

Venditionis contractus, vt arguatur fuisse fictum, seu simulatum, & habere maculam prauitatis vsurariæ tria simul concurrere debent, & primò reconductio illico facta, ita vt venditor in possessione remanserit, secundò redimendi facultas, & tertiò vilitas pretij, circa quod vltimum requisitum plura deducuntur ad probandum, quando in venditione adfuit modicitas pretij, necne, & quidnam in his terminis perpendi, ac considerari debeat. Simulatio de persona ad personam, quando vtraque persona potest contrahere à iure expresè est permissa.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum publicum facit probationem probatam.*
2 *Contractus si sit approbatus per transactionem perinde est, ac si per rem iudicatam esset confirmatus.*
3 *ad Contractum annullandum, requiruntur probationes concludentes.*
4 *in Venditione, vt arguatur adfuisse prauitatem vsurariam, necesse sunt perfectæ probationes.*
5 *Contractus venditionis, vt arguatur esse fœneratius, tria copulatiuè requiruntur.*
6 *Venditio præsumitur simulata, quando statim facta emptor non permanserit in venditione.*
Et hoc est maximum argumentum simulatæ venditionis.
Alienare nemo præsumitur id, quod possidere non desinit. num. 6.
7 *Venditio præsumitur simulata, ex pacto de retrouendendo, quæ coniectura tamen non sufficit, nisi aliæ concurrant.*
8 *Pretij vilitas in venditione arguit simulationem in ea.*
9 *Contrahentibus licitum est inuicem sese decipere, dummodo tamen ea, quæ à iure constituta sunt non excedantur.*
10 *in Venditione modica pretij vilitas, quid arguat.*
11 *Vilitas pretij in venditione, ex quo probari possit.*
12 *Læsio vltra dimidiam est valens ad rescindendum contractum venditionis.*
13 *Venditio, vt ex modicitate pretij euanescat, requiritur, vt sit vltra dimidiam iusti pretij.*
14 *in Venditione, vt constituatur verum pretium, plura sunt consideranda,*
15 *Facti de retrouendendo valorem Rota extendit ad sextam partem.*
16 *in Venditione, si nõ sit præstita cautio de euictione, id minuit valorem rei, & maximè, quando venditio sit à muliere.*
17 *Mulieres facilè restituuntur in integrum.*
18 *Contractus, vt rescindantur, non sufficit probatio per possibile, sed per necesse.*
19 *Periti per inspectionem rei de præsenti non possunt arguere qualitatem eius de tempore præterito.*
20 *ad Peritorum electionem deuenitur in subsidium, & quando aliæ probationes haberi non possunt.*
21 *Periti, licet ex statu præsenti, possint etiam arguere in præteritum, tamen facilè possunt decipi.*
22 *Terræ, quando sunt paludosæ, & incultæ, id minuunt eorum valorem.*
23 *Peritus, si asserat se habere cognitionem rei, cuius valorem æstimat, à multis annis citra, id potest intelligi de quatuor, vel sex annis.*
24 *Periti æstimatio, si fundata sit super aliorum relatione, quid id indicet.*
25 *Rem non fuisse magni valoris argui potest, si ea posita sub hasta modica oblatio fuerit reperta.*
26 *ex Quantitate pretij arguitur, quid veniat in venditione.*
ex Quantitate affictus perpenditur, quid veniat in locatione.
27 *Emptor fatuus esset, si rem magni valoris, & magno pretio ab eo emptam, postea modica pensione illam locasset.*
Iactare suum nemo in dubio præsumitur. nu. 27.
28 *Simulatio de persona ad personam, quando vtraque persona potest contrahere, à iure expressè permittitur.*
29 *Administrator vniuersalis bonorum, & hæreditatis, an possit emere ea bona. & num. 30.*
31 *Simulatio tollitur ex transactione, & maximè, si prætendatur solum super nomine.*
32 *Simulationis contractus non potest opponi, sine causa simulandi.*

DECISIO CCLIII.

DVBITAVI vtrum contractus venditionis factæ per D. Ernestum D. Cap. Paulo Zambeccario sustineretur, quo proposito DD. affirmatiuè responderunt, ea moti ratione, quia de illo contractu
1 constat per Instrumentum publicum, quod † facit probationem probatam, *l. fin. vbi glos. in verb. manifestum, C. de reb. credit.* & fuit millies decisum, tantoq. magis quia fuit approbatus per transactio-
2 nem inter partes initam, † quæ eumdem effectũ sortitur, ac si esset per rem iudicatam cõfirmatus. *l. non minorem C. de transact. Mantic. de contract. lib. lib. 26. tit. 7. num. 1. & seqq. & num 21.*

Ex quo sequitur quod ad annullan. huiusmodi
3 contractum, † requiruntur probationes concludentes præcipuè cum filiæ, & hæredes d. Emiliæ præ-
4 tendant dictam venditionem crimine vsurariæ † prauitatis redarguere, & ex illo capite rescindere, quasi medietas possessionis fuit in pignus simulata venditione tradita, & sic in effectu mutuum palliatur.

Ad proban. id, tria debent simul in hoc contra-
5 ctu † concurrere, quæ sufficiunt, vt censeatur pignoratitius. Et primo reconductio illico facta, ita ut venditor in possessione remanserit, quod est maxi-
6 mum argumentum simulatæ † venditionis, quia nemo velle alienare præsumitur, qui possidere non desinit. *l. sicut §. super vacuum, ff. quib. mod pig. vel hypot. l. cum manu sata §. fin. ff. de contrahen. empt.*
7 Secundo redimendi facultas, † quæ sola non sufficit. *l. 2. C. de pact. int. empt. & vend. l. 2. ff. de in diem adiect.* iuncta tamen cũ alijs præsumptionibus mul-
8 tum facit, præcipuè cum adest † vilitas pretij, quãuis enim in emptione, & venditione contrahentibus liceat

9 liceat inuicem se se † circumuenire, non tamen ea
facultas modum à lege definitum excedere debet,
10 nam immodica pretij † vilitas verisimiliter indicat
contrahentes, non tam de vendendo, quam de pecu-
nia credenda, & prædio in causam securitatis obli-
gando cogitasse.

Et quoad vilitatem pretij in quo consistit funda-
mentum annullandi contractus, quia ea deficiente,
reliquæ præsumptiones tolluntur per informantes
11 pro dd. filijs prætendunt † eam satis sufficiẽter pro-
batam ex relatione tertij periti concorditer electi,
qui æstimauit valorem domus, & possessionis vendi-
tæ ad libr. 26285. cuius medietas est libr. 13392. &
in hac relatione electo pro parte dd. filiorum con-
12 cordat. Nam stante dicto valore, etiam † deducta
sexta parte pro pacto affrancandi remaneret læsio
vltra dimidiam.

Verum DD. existimarunt vilitatem hanc pretij
non satis ad hunc effectum probatam esse, ex rela-
tione dicti tertij periti, & supradictum computum
factum per Informantes pro dd. filijs non subsistere;
13 Requiritur enim probatio † modicitatis vsque ad
dimidiam iusti pretij. *Ias. cons. 151. & cons. 153.
num. 13* *Corn. cons. 347. lib. 1. Cephal.* qui dicit om-
nes ita tenent *cons. 189. n. 5. Honded. qui de commu-
ni cons 33. num. 62. cum alleg. in vna Bononien. de
Bollis 8. Iunij 1607. coram Reuerendiss. D. meo Lug-
dunen.* & postea *in vna Romana fideicommissi 13.
Martij 1617. coram bo. me. Andrea.*

Et pro constituen. hac dimidia habenda est ratio
14 pacti de retrouendendo, & diminutionis, quæ † pro-
pter illud facienda est, vt ex pluribus firmatur in
dicta decis. Bonon. de Bollis, vbi in specie reproba-
tur *Gabr. cons. 74. lib. 1.* quem valorem pacti de re-
15 trouenden. Rota † etiam extendit vltra sextam
partem, vt *decis. 446. nu. 5. par. 1. in recent. Surd.
cons 226. nu. 21. Honded. d. cons. 33. nu. 62. & seqq.
lib. 2. & Rolan. cons. 96. ad rationem 30. pro quolibet
centenario num. 39. & seqq. lib. 2. Maluas. cons. 106.
nu. 11. & seqq. vol. 1. Ioseph Ludouic. dec. Perus. 97.
cum allegatis.*

Considerandum etiam in æstimatione pretij non
16 fuisse præstitam † cautionem de euictione, & con-
17 tractum factum à muliere, quæ de facili † restitui
poterat. *Bart. in l. 1. §. si hæres num. 2. ff. ad Trebell.
Pinell in l 2. cap. 4. num. 18. & seqq. C. de rescind.
vend. cum allegat. in dicta* Romana *fideicommissi co-
ram bo. me Andrea.*

His stantibus visum fuit non probari vilitatem
pretij duabus præcipuè rationibus. Et primò, quia
18 ad † effectum rescindendi contractus requiritur
concludens probatio, & non per possibile, nec ad-
mittitur probatio per æstimationem peritorũ, quia
19 æstimatores ex inspectione † rei, non possunt iudi-
care qualitatem eius de tempore præterito, & qua-
tenus etiam appareret, quod possent habere noti-
tiam rei de tempore præsenti, debent examinari tã-
quam testes, non autem induccn. eorum probatio,
& iudicium tanquam peritorum, maximè cum ad
20 istam deputationem † non soleat deueniri, nisi in
subsidium, & quando non possunt haberi aliæ proba-
tiones, *iuxta decis. Verall. 65. incipit ad electionem
lib. 1. in manuscript. allegata in* Romana *rescriptio-
nis contractus 26. Martij 1593. coram bo. me. Penia.*

Licet enim periti forsan ex præsẽti possint etiam
21 arguere † in præteritum ex communi valore eorũ,
etiam de tempore præterito, tamen possunt decipi in
qualitate rei, cum possit esse, quod fortasse de tem-
22 pore prædicto terræ † essent paludosæ, incultæ, &
similes, quæ minuunt valorem, vt post *Alex. Cagnol.
& alios firmatur in d. decis. coram Penia.*

Immo nec ex relatione exhibita in actis constat,
quod tertius peritus habuerit notitiam huius præ-
dij de anno 1598. sed solum dicit, quod habet lõgam
23 cognitionẽ à multis annis retro, quod potest † in-
telligi de quatuor, vel sex annis, non autem con-
cludit de 20. prout esset necesse, vt percutiat tempus
contractus, & ex eadem relatione colligitur d. peri-
tum de illo tempore non habuisse cognitionem,
quia dum exprimit tempus contractus, dicit se
cepisse informationem ab alijs ibi habitantibus.
Vnde sequitur illam relationem, seu æstimatio-
24 nem † esse fundatam super dicto aliorum, daturque
magnus fumus istas terras æstimatas non esse tanti
valoris relati à peritis, quia dum fuerunt positæ
25 sub hasta, non † fuit reperta alia oblatio, quam scut.
centum pro tornatura.

Secundò, excluserunt DD. probationem vilitatis
pretij prætensam, quia ex Instrumento venditionis
apparet medietatem solum possessionis tornatura-
rum 80. vel circiter vna cum medietate domus fuisse
venditam pro pretio lib. 480. & tamen periti retu-
lerunt adesse tornaturas 172. in dicta possessione, ex
quo sequitur non compræhendi in d. venditione
tornaturas 40. vel circiter, nec posse hodie extendi
ad maiorem numerum tornaturarum, sub prætextu,
quod claudantur in certis firmis designatis, nihilq.
mirum est si pretium auxerit tertius peritus vsque
26 ad lib. dd. 26282. cum † ex quantitate pretij argua-
tur qui veniat in venditione, prout etiam ex quan-
titate affictus, quid deueniat in locatione vulg. lu-
ribus, alias etiam si fuisset comprehensa in vendi-
tione medietas tornaturarum 172. cuius medietatis
27 valor erat, vt referunt periti 13382. fatuus † fuisset
emptor eas posteà locare pro tam modica pensione,
quæ vix ascenderet ad rationem duorum pro cente-
nario, quia nemo in dubio præsumitur iactare suum.

Nec obstat d. Paulum Zambeccarium nomen
suum accomodasse simulatè D. Co. Maluasiæ, nam
simulatio † de persona ad personam, quando vtraq.
persona potest contrahere à Iure expressè permitti-
tur, *l. si filij tui C. de donat. int. Iur. & ibi
Bald. C. plus val. quod agatur.*

Prout non obstat, quod dicitur non potuisse d.
29 Co. qui erat † administrator vniuersalis bonorum,
& hæreditatis emere à d. Emilia, *l. si in emptore, §.
fin. ff. de contrahen. empt.* cum cumulatis fusissimè
per *Menoch. cons. 479. per tot.* Quia tollitur obiectio
ex facto cum Co. Maluasia nunquam fuerit admini-
30 strator, † sed fideiussor pro Rugerio administrato-
re, & vti talis conuentus in Rota, & condemnatus ad
soluen. pro d. Rugerio, vt apparet ex multis deci-
sionibus in hac causa factis tam coram bo. me. Pe-
nia quam coram me. Vltra quod transactio subse-
31 quens † tollit omnem simulationem nominis, præ-
cipuè cum nulla esset causa simulandi, sine qua non
potest opponi simulatio contractus, vt ex multis de-
32 cidit *Rota in vna † Bonon. de Monterentijs tàm
coram bon. mem. Penia, quam coram me 2. Decem-
bris 1613.*

Reliquis alijs coniecturis ad inducen. simulatio-
nem d. contractus satis respondent informantes, fa-
cilè

cilè enim tolluntur, quando non est satis sufficienter probata, prout in hoc casu vilitatis pretij.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

In eadem causa habes infra alteram decisionem magistralem sub die 26. Ianuarij sequentis anni 1622. coram bo. me. Reuerendiss. Coccino.

REVERENDISS. COCCINO.

Vrbeuetana Fideicommissi.

Veneris 27. Nouembris 1620.

ARGVMENTVM.

Rectus sermo in dispositionibus testamentarijs attendi debet, & non scriptorum imperitia, & vt vera expositio extrahatur; quid attentè considerandum veniat, maximèq. quando verba sunt obscura, & testamentum est antiquissimum, & præsertim ea sumenda est interpretatio, per quam euitatur contrarietas. Testator, quod fuerit Dominus totius tenutæ, ex quo probetur, quamuis eius assertio in aliquo videatur contraria. Nonnulla etiam habes circa probationem identitatis.

SVMMARIVM.

1 *Assertio testatoris probat contragrauatos, & habentes causam ab eis.*
2 *Dispositionum rectus sermo attendi debet.*
3 *Mens disponentis, non autem scriptoris imperitia consideranda est.*
4 *Nomen possessiuum, ipsius, denotat dominium, & proprietatem.*
5 *Appellatione rei certæ tota continetur.*
6 *Tenuta, seu tenimentum est vocabulum Iurisconsultorum.*
Ager dicitur ille, qui tenetur cum mensura. num. 7 & 8.
7 *Genitiuum quando continet locum, exponitur in ablatiuo.*
9 *Hospitale S. Andreæ, ista denotant ius Hospitalis esse Ecclesiæ S. Andreæ, & sic Ecclesia est caput, membrum verò Hospitale. num. 10.*
11 *Dictio, videlicet, est declaratiua præcedentium.*
12 *Dispositionum sensus, vt habeatur, coniungenda sunt præcedentia cum sequentibus.*
13 *Verbum, bona, etiam pro vtilitate accipi potest.*
14 *Nomina debitorum veniunt etiam appellatione bonorum.*
15 *Relatiua ad quid sint referenda.*
16 *Fructus non solent esse vniformes singulis annis. Fructus pauciores, vel plures percipiuntur vno anno, quam alio. num. 16.*
17 *Nomina possessiua denotant tempus præsens. & num. 18.*
19 *Interpretatio diuinatiua non est admittenda. & num. 21.*
20 *Copula, &, stat ampliatiuè.*
22 *Probatio, si sit æquiuoca attendenda non est.*
23 *Consortis nomen est æquiuocum, cum significet nō solum habentem rem communem, quam eos, qui sunt de eadem parentela.*
24 *Vsus loquendi testatoris attendi debet. & vide num. 25. & 26.*
in Tuscia illi de parentela vocātur consortes. n. 24.
27 *Testator, quod non erat dominus totius vnius tenutæ, ex quo appareat, & declara, vt num. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 36. & 37.*
35 *Appellatione vnius rei, non venit altera.*
37 *Bona inculta, an veniant appellatione possessionū.*
38 *Qualitas vniuersalis rei, realiter inest cuilibet parti, sub toto contentæ.*
39 *Tenuta tota simul stare potest, quod sit vnius, & quod nouas possessiones in ea possit habere, scilicet reducendo loca inculta, ad culturam. & nu. 41.*
40 *Castrorum tenutæ regulariter habent diuersa bona inculta, ac zerbica.*
42 *in Dispositione qualibet sumenda est omnis interpretatio pro conciliatione ad euitandas contrarietates.*
43 *Interpretatio ea sumenda est in omni materia, per quam non inducitur contrarietas.*
44 *Dispositionis vna pars, si sit clara, & altera sit obscura, tunc claritas illuminat obscuritatem.*
45 *Hæredes possibile est, quod alienauerint bona hæreditaria, & postea tractu temporis ea recuperauerint.*
46 *Testatoris assertio, vt non remaneat offuscata, sufficit omnis possibilitas.*
47 *Non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse.*
48 *Probationes leuiores sine dubio in antiquissimis admittuntur.*
49 *Idētitatis materia est de sui natura difficilis probationis, maximeq. si simus in antiquissimis.*
50 *Bona, quæ erant testatoris, præsumuntur possessa ab eius hærede, & an id sufficiat ad probandam identitatem bonorum fideicommisso subiectorum.*
51 *Et quamuis Doctores nonnulli hanc præsumptionem admittant, tamen Rota eam respuit, quando est sola, &c.*
53 *in Antiquis publica vox, & fama probat.*
54 *Probatio per famam sufficit in his, quæ memoriam hominum excedunt.*
55 *Identitas bonorum fideicommisso subiectorum facilius probatur, quando non agitur contra tertium, sed contra illum, qui habet causam ab hærede grauato. & quare.*

DECISIO CCLIV.

QVAESITVM fuit tertio, An tota tenuta Salicis demptis acquisitionibus, quæ ostenduntur sit ex bonis suppositis fideicommisso Testatoris, & quod bis placuerat Dominis, præuia matura cōsideratione, eodem proposito articulo 5. Iunij præteriti, & die suprad cta tertio approbarunt. Hoc
1 enim demonstratur ex assertione testatoris, † quæ probat contra grauatos, & habentes causam ab eis, *vt fuit dictum in vltima decis.* qualis est D. Liuia, quæ habet mediatè causam à Mamphilia, *vt fuit firmatum in hac causa 20. Februarij præteriti.* Nam dictus testator postquam diuersa legata scripsit, & ordinauit, ex quibus illa solui deberentur per hæc verba. *Ad quæ iudicia, & legata, & pro quibus iudicijs, & legatis soluendis deputauit, & deputatos esse voluit omnes & singulos fructus, introitus, & prouentus de Castro Ciuitellarum Salicis, & Castri Vrbeuetani ipsius de Valle Clanis, & eius tenuta, & de tenuta Castri Ficbini.* Quæ quidem verba satis obscura (de quo tamen mirandum non est, cum testamentum fuerit confectum fere ante ann. 300.) ita intelligebant Domini, vt sensus esset: Deputauit, &c. omnes fructus, &c. de Castro, & tenuta Ciui-

Ciuitellarum Salicis, & Castri Vrbeuetani ipsius
(scilicet testatoris) de Valle Clanis (hoc est de re-
gione Vallis Clanis) & tenuta Castri Fichini, & ex-
2 positio ita debet fieri, & attendi, † cum rectus ser-
mo debeat attendi, *vt bene per Bald. in cons. 209.*
num. 5. per tot. & præsertim in vers. sed ista pars pro-
3 *babilior est lib. 3.* & mens disponentis, non † autem
scriptoris imperitia, vt colligitur *ex textu in l. quo-*
niam indignum C. de testam. Bald. cons. 33. num. 2.
vers. respondeo lib. 1. Rolan. à Vall. cons. 61. num. 35.
& seq. lib. 2.

Attenta igitur ista lectura indubitatum est pro-
bari tenutam Salicis ex assertione testatoris fuisse
in illius bonis, quia cum obligauerit fructus tenu-
tæ Salicis (ipsius) significauit nedum tenutam esse
4 in illius dominio, quia nomen † possessiuum (ipsius)
denotat dominium, & proprietatem testatoris, *l. 2.*
in princ. vers. Nam cũ dicat, ff. de religios. & sumpt.
funer. l. Stichus qui meus erit, ff. de leg. 1. Bald. cons.
331. num. 2. & 3. vers. tertio videtur lib. 2. Roland.
qui loquitur in proprijs terminis in *cons. 71. nu. 28.*
lib. 2. Roman. cons. 509. nu. 6. vers. Et quod iste Ma-
nottus, sed etiam totam tenutam cum appellatione
5 tenutæ Salicis, & sic rei † certæ tota tenuta veniat,
Soccin. in l. si quis cum totum num. 4. vers. sed aduer-
te diligenter, ff. de except. rei iudic. Corn. cons. 203.
num. 14. lib. 3. Aretin. cons. 103. num. 3. vers. circa se-
cundum. Aym. cons. 400. nu. 45 lib. 3. Surd. decis. 263.
num. 3. Cæs. de Graff. decis. 8. num. 4. de caus. poss. &
propr. & in terminis tenutæ *Afflict. super Constit.*
Regni lib. 1. rubr. 66. num. 3. dicit, quod tenuta, seu
6 tenimentum † est vocabulum Iuris Consultorum,
sed vulgare Italicum dicitur ager, qui tenetur cum
mensura; Quare cum Testator loquutus fuerit de
tenuta Salicis, cum istud genitiuum contineat lo-
7 cum, † exponitur in ablatiuo, vt sensus sit, quod ob-
ligauit tenutam de Castro Salicis, *Cardin. in cons.*
30. num. 7. in fine. & sic totam tenutam, quia cum
8 vt dictum est, tenuta sit ager, qui tenetur † cum
mensura, vtique compræhendit totam tenutam de
Castro Salicis cum ab ipso Salice mensuretur, *Bald.*
in cons. 205. num. 2. vers. præmitto lib. 3. Vbi quod
9 verba Hospitale S. Andreæ † denotant Ius esse San-
cti Andreæ, & ex hoc infert, quod Monasterium
10 S. Andreæ est caput, Hospitale † est membrum, sic
in proposito Castrum Salicis est caput, Tenuta ve-
rò membrum, & comprehendit totam Tenutam,
cum ab ipso Salice mensuretur, cum vt dictum est,
verba sunt intelligenda de Tenuta Castri Salicis.

Neque obstat quod Testator post dicta verba sub-
iunxerit, videlicet, *partes*, vel secundum aliam le-
cturam *(partem suam) & fructus omnium bonorũ,*
quos nunc habet, & habebit in futurum in dictis
locis &c. quia in hoc casu dictio (videlicet) declarat
11 quos fructus voluerit † obligare, & restringit ad il-
los fructus, cum supra generaliter loquutus fuerit
de omnibus fructibus *Ias. in l. tempus num. 1. de re*
iud. & in l filio quem pater num. 19. ff. de liber. &
posthum. Aym. cons. 310. num. 2. Dec. in l. cum pro-
priorem num. 2. ad fin. C. vnde legitim. Rebuff. in con-
cord. rubr. de collat. §. præfatique Ordinarij, vers.
videlicet in primo mense, non autem quod voluerit
obligare partem suam bonorum, quasi non omnia
bona haberet, sed sensus dictorum verborum est,
12 vt † coniungatur cum præcedentibus, in quibus de-
putauit pro legatis omnes, & singulos fructus, in-
troitus, & prouentus, quod deputauit (partes) vel
(partem suam) secundum aliam lecturam bona, &
fructus omnium bonorum prædictorum, hoc est si
attendamus lecturam (partes) vt scilicet obliget par-
tes fructuum pro concurrenti quãtitate legatorum.
Si verò attendamus aliam lecturam (partem suam)
verba erunt intelligenda ad distinctionem portionis
colonicæ, vt abundè fuit dictum in alia decisione.
13 Verbum verò † sequens (bona) quod etiam pro vti-
litate accipi dictum est in *decis. 7. Februarij præteri-*
ti, vt in l. 1. §. hæc actio, ff. si quis testam. lib. ex iuss.
fuer. potest intelligi non de stabilibus, de quibus ni-
hil locutus fuerat in ordine ad obligationem pro le-
gatis, sed de nominibus debitorum occasione dicto-
14 rum fructuum, † quæ veniunt appellatione bonorũ
l. bonorum 49 ff. de verb. signific. ibi æquè bonis ad-
numerabitur, etiamsi quid est in actionibus, petitio-
nibus, persecutionibus, nam hæc omnia in bonis es-
se videntur, & postremo verba sequentia, & fructus
omnium bonorum prædictorum ipsius, quos nunc
habet, & habebit in dictis locis, vt non discordent à
verbis præcedentibus (partes) seu (partem suam)
sunt intelligenda, quod obliget omnes fructus pro
quantitate tamen legatorum, videlicet, partem
suam, non autem colonicam pro eadem quantitate
legatorum, & nedum fructus quos modo habet, sed
15 etiam habebit in infuturum, quia relatiuum † (quos)
pernecessè ad fructus secundum grammaticam est
referendum non ad bona, ex quibus fructus perci-
piuntur, & ideo obligauit, quos nunc habet, & habe-
16 bit in futurum, quia fructus non † solent esse vni-
formes singulis annis cum pauciores, vel plures
fructus percipiantur vno anno, quam alio. *Bald. in*
l. si fundum num. 5. C. de rei vendic. Et hoc etiam
forte dixit Testator, quia si fructus creuissent, potuis-
set dubitari, An propter pronomina possessiua (suam
& ipsius) apposita in dispositione, venirent fructus
17 postea crescentes, quia † nomina possessiua deno-
tant tempus præsens, *Bart. cons. 116. num. 6. vers. ex*
his, lib. 1. Bellon. cons. 5 num. 3. vers. 2. magis, & ideo
18 ad tollen. omnes † dubietates, fuerunt addita verba
(& habebit in futurum) *Bellon. dicto loco num. 16.*
vers. Non obstat quod pronomina.

Neque est verum, quod testator dixit (partem
suam) ex quo ista bona erant communia cum Phan-
dulpho fratre, quia hoc non probatur, nam dum de-
ducitur primo, ex eo quod testator legatum fecit
per hæc verba. *Item reliquit cuilibet Ecclesiæ de Ca-*
stris, & Villis ipsius testatoris, & hæredum Phan-
19 *dulphi fratris vnum Cereum, &c.* † diuinatiua est
interpretatio, quod bona essent communia, cum
verba possint importare sensum simplicem, & non
20 compositum ex natura copulæ, &, quæ stat amplia-
tiuè, *l. ea tamen adiectio, ff. de leg. 3.* & verificatur in
quolibet copulatorum de per se. *Bart. in l gallus §.*
quidam rectè num. 5. ff. de liber. & posth. Dum verò
deducitur secundum communem, ex quo Testator
legauit certas pecunias neptibus ex Oddone fratre
vltra dotem, quam ipsum Testatorem, & Phanul-
21 phum fratrem illis dedisse asseruit, pariter † est diui-
natiua, cum illa dotatio potuerit fieri ex charitate,
vel dispositione ascendentium, vel ex alia causa, &
22 sufficit, † quod ista prætensio sit æquiuoca, ad hoc,
vt attendi non debeat. *l. 1. §. hoc interdicto vers.*
Viuianus rectè, ff. de itinere, actuq. priuat. An-
char. in reg. sine possessione num. 8. vers. quidam
verò

verò sunt actus indifferentes, de reg. Iur. in 6. Aretin. *conf.* 23. *num.* 11. Dum verò etiam tertio deducitur communio, ex quo Vgolinus nepos Testatoris vocat in suo testamento filios Phandulphi cōsortes,
23 nihil releuans deducitur, cum † consortis nomen æquiuocum sit, & ex proprietate sermonis non minus habentem rem communem, quam eos qui sūt de eadem parentela comprehendat. *Salyc. in l. dudum in princ, C. de contrah. empt. Gozadin. conf.* 79. *num.* 4. *Menoch. de præsumpt. præsumpt.* 88. *num.* 17. *vers. tertio modo lib.* 4. prout verè in hoc sensu consortes filios Phandulphi Vgolinus appellauit, vt patet ex lectura testamenti, & hoc maximè attendi de-
24 bet † in hoc casu, cum testamentum fuerit conditum in Tuscia, in qua illi de parentela consortes appellantur. *Felin. in rubr. de treg. & pac. nu.* 11. *vers. tamen in Tuscia.*

Neque etiam faciunt sequentia verba testamenti, *Et prædicta omnia, & singula voluit, & manda-*
25 *uit solui, † & expendi post mortem ipsius testatoris intra tempus duorum annorum de fructibus, prouentibus, & introitibus Castri, & possessionum Castri prædicti Ciuitellarum, & Fichini, & Salicis, & Castri Vrbeuetani, & tenuta earum, quas in eis habet, & habebit, donec prædicta omnia, & singula iudicia, & legata fuerint plenariè satisfacta, vel de alijs bonis ipsius Testatoris, quod si prædicto temporis interuallo non fuerint infra dictum tempus duorum annorum de fructibus dictarum rerum, vel de alijs bonis ipsius Testatoris, licet fierent postea, vo-*
26 *luit, & mandauit, & deputauit fructus, † introitus, & prouentus dd. rerum, & possessionum positarum in Castro Ciuitellarum, & in eius tenuta, & in tenuta, & dicti Castri Fichini, Salicis, & Castri Vrbeuetani, &c.* Ex quibus verbis infertur, quod testa-
27 tor non erat Dominus totius tenutæ, † cum obliget possessiones, nedum quas habet, sed etiam quas habebit, quod maximè procedit in hoc casu, cum ostendatur etiam Instrumenta acquisitionum postea factarum.

Pro resolutione huius difficultatis (vltra respon-
28 siones † datas in alia decisione) placuit Dominis deuenire ad grammaticalem constructionem huius dispositionis, quam sic construendam esse censuerūt, prædicta omnia, & singula voluit, & mandauit solui, & expendi post mortem ipsius testatoris infra tempus duorum annorum de fructibus, prouentibus, & introitibus Castri Ciuitellarum, & Fichini, & Salicis, & Castri Vrbeuetani, & de fructibus, prouenti-
29 bus, † & introitibus possessionum Castri prædicti Ciuitellarum, & Fichini, & Salicis, & Castri Vrbeuetani, & tenuta earum (videlicet possessionem Castrorum prædictorum) quas (videlicet possessiones) in eis (scilicet Castris) ipse Testator habet, & habebit, donec prædicta omnia, & singula iudicia, & legata fuerit plenariè satisfacta, vel de alijs bonis ipsius
30 Testatoris, † ita videlicet, vt prædicta omnia, & singula potuerint etiam solui, & expendi de alijs bonis ipsius testatoris, quam de modo enumeratis. Quod si prædicto temporis interuallo non fuerint infra dictum tempus duorum annorum, de fructibus dictarum rerum, vel de alijs bonis ipsius testatoris (sup-
31 ple satisfactum) licet † fierent postea voluit, & mādauit, & deputauit fructus, introitus, & prouentus dictarum rerum, & possessionū positarum in Castro Ciuitellarum, & in eius tenuta, & in tenuta Castri Fichini Salicis, & Castri Vrbeuetani.

Hoc posito apparet manifestissime, quod Testator primo loco locutus fuit de tenutis Castrorum,
32 & sic de † tota tenuta Salicis, vt in principio ostensum fuit, secundo verò loco, vt in hac dispositione de possessionibus Castrorum, & de tenuta possessionum, non autem de tenuta generaliter, scilicet Castrorum, intellexit tamen de possessionibus positis
33 in tenutis, quod clarè patet ex vltimis verbis † supra enunciatis, in quibus mandauit, & deputauit, fructus, introitus, & prouentus dictarū Terrarū positarum in Castro Ciuitellarum, & in eius tenuta, & in tenuta dicti Castri Fichini, Salicis, & Castri Vrbe-
34 uetani. Vnde † non resultat correctio primæ confessionis testatoris, quod tota tenuta ad ipsum spectaret, ex quo obligauit possessiones quas habet, & habebit in dd. tenutis Castrorum, cum tenutæ nedū habeant possessiones, sed etiam loca erema, aut zerbica, videlicet, inculta, & inter se hæc bona diffe-
35 runt, † itaut appellatione vnius non veniat aliud, vt considerat *Ias. in l. si quis leguauerit num.* 3. *ff. de leg.* 1. *Bald. in l. si nulla num.* 1. *ff. de acquir. & retin. possess. Auendan. de mandatis Principum par.* 1. *c.* 12. *num.* 23. *Iacobus de Collantes in pragmaticam rei frumentariæ lib.* 1. *cap.* 4. *in fin.* Vnde ex eo quod
36 obligauerit possessiones, † quæ habet, & habebit in tenutis prædictis, non inde sequitur, quod integræ tenutæ ad Testatorem non spectarent, quia dum locutus fuit de possessionibus, quas habebit, verba possunt intelligi de bonis incultis, quæ reducerentur
37 ad † culturam, & iste videtur germanus intellectus horum verborum quæ quidem bona inculta, licet non compræhendantur sub nomine possessionum, spectabant tamen ad Dominum, *vt per Ias. in l. rem quæ nobis num.* 32 *ff. de acquir. possess.* vbi quod ita seruatur in practica *Cassan. in consuetud. Burgundiæ rubr.* 9. §. 4. *num.* 4 *vers. Aliquando, & secundo. Ioannes Koppen. decis.* 3. *num.* 8. *vers. Secundo facit par.* 2. Verbum enim, seu qualitas vniuersalis tenu-
38 tæ † realiter inest cuilibet parti sub toto contentæ. *l. qui vsumfructum in princ. ff. de verb. oblig. l. si vnus, §. penult. de pactis l. quæ de tota, ff. de rei vendic.* & in puncto dicit *Koppen. loco prædicto nu.* 10. & propterea cum Testator in principio loquutus fuit de tota tenuta, vt supra probatum est, non probatur contrarium ex alijs verbis de possessionibus,
39 quas habebit cum stent simul, † quod tota tenuta esset ipsius Testatoris, & quod nouas possessiones in ea posset habere, ex quo loca inculta ad cultu-
40 ram reducerentur, quod est † nedum possibile, sed etiam valdè verisimile, cum regulariter tenutæ Castrorum habeant diuersa bona inculta, & zerbica, & ideo cum ista duo simul stare possint, ista verba (possessiones quas habebit in futurum) non probant
41 quod † tota tenuta non esset Testatoris. *Alex. conf.* 112. *num.* 8. *& seq. vers. Nec prædictis obstat lib* 6. *Castr. conf.* 274. *in princ. vers. secundo admitto lib.* 1. *Idem Alex. conf.* 24. *num.* 24. *lib.* 2. Quare cum ista assertio Testatoris bene se possit compati cum alia assertione de tota tenuta, ita debet interpræatari ad
42 tollendas contrarietates, † quæ sunt in omni dispositione euitandæ, & sumenda omnis interpræatio pro conciliatione, *Aym. conf.* 70. *num.* 5. vbi dicit,
43 quod ea interpretatio sumenda est in omni † materia, per quam non inducatur contrarietas, *Alexan. conf.* 141. *num.* 4. *&* 5. *vers. aut oportet lib.* 2. *Decia. conf.*

cons.3.num.29.& seq.lib.2. vbi num.33.plures alle-
44 *gat*, quod si in vna parte dispositio † est clara, in alia obscura declaratur secundum claram.

Et hac responsione tollitur, quod probatur plures acquisitiones fuisse factas in hac tenuta, quia cum Testator concesserit hæredi, & suis descendentibus
45 facultatem alienandi † nõ releuat, cum spatio 156. annorum à die conditi testamenti bona potuerint ad diuersas manus transire, & postea recuperari, &
46 sufficit huiusmodi possibilitas, vt † non dicatur offuscata assertio Testatoris, quod sit de tota tenuta per rationes supradictas, dictum enim est vulgare.
47 Non probat hoc esse, † quod ab hoc contingit abesse. *l.non hoc. C.vnde legitimi*.

Vlterius pro corroboratione præmissorum fuit consideratum, quod etiamsi admitteretur assertionem Testatoris non esse de tota tenuta, nihilominus verificaretur in parte possessa à D. Liuia demptis acquisitionibus; fideicommissum enim de quo agi-
38 tur, fuit factumde anno 1321. & sic † versamur in antiquissimis, vnde absque dubio sunt admittendæ leuiores probationes, *Bald,cons.267.vers.si verò ex probatis lib.2.Soccin.sen.cons.187. num.3.lib.2.Paris.cons.104.num.23. & 24. & seqq. lib.1.* Eoque magis, quia hæc conclusio procedit in hac materia
49 probationis identitatis, † cum sit difficilis probationis, & ideo ex sui natura admittat leuiores probationes, *gloss.in cap.si Papa in verb. probata de priuileg.in 6.Soccin sen.cons.80.num.2. lib.1.* maximè quando agitur de re antiqua, *Menoch. cons.21. nu.33.& cons.202 num.* 100. Hic autem constat ab anno 1365. bona fuisse possessa donec peruenerunt ad Mamphiliam, vt latè dicitur in *decis.in hac causa*
50 *facta 10.Aprilis 1617. & 7. Februarij præteriti*, † quam solam probationem sufficere voluit *Peregr. in cons.48.num.8. & seqq. lib.1.* quod tamen non admittit Rota, vt fuit dictum in *in causa Bononien. de Rubeis 28.Maij 1606.coram Illustriss.Lancellotto,* licet in hac facti specie censuerint esse admitten-
51 dam, ex quo ipsa sola non affertur, † sed cum ea concurrit declaratio Mamphiliæ cum Iuramento, quod ista bona erant supposita fideicommisso, quæ declaratio coadiuuatur ex duobus testibus hoc idem de-
52 ponentibus de auditu, auditus † à maioribus, & de publica voce, & fama, quæ probat in antiquis *Bald. cons.89.num.5.lib.1.* In his enim quæ memoriam
53 hominum excedunt † probatio per famam sufficit *Innoc.in cap.veniens num.7. de verb.signific. Bald. in auth.quas actiones num. 15. & 16. C. de Sacrosanct.Eccles.* & in terminis dicit Peregr. *d.cons.48. nu. 5. lib. 1.* Quæ probatio eo magis est admitten-
54 da, † quia non agitur contra tertium, sed contra illum, qui habet causam ab hærede grauato, quem
55 verisimile est, quod si † aliunde bona prouenirent posse se scripturis adiuuari, vt considerat *Peregrin. d.cons.48.num.14.lib.1.* maximè, quia pro parte D. Liuiæ fuerunt datæ aliquæ acquisitiones, vt supra dictum est. Vnde valde verisimile est, quod si aliæ adessent, possent ostendi.

Ex quibus, & alijs deductis in primis decisionibus, fuit conclusum totam tenutam Salicis demptis acquisitionibus, quæ ostenduntur fuisse in bonis Petri Testatoris, &c.

Infra in Appendice habes plures decisiones in hac causa factas, & supra adest altera sub 13. *Nouembris 1619.coram eodem Coccino, est decisio* 138.

REVERENDISS. COCCINO.

Cæsaraugustana officij Notariatus.

Veneris 27. *Nouembris* 1620.

ARGVMENTVM.

Notarius, quando semel est electus, sine iusta causa reuocari non potest, & quid si simus in successore officij. Notarij electio facta à Capitulo, quando per successores Capituli non possit reuocari, & an in his terminis intret dispositio extrauagan. ambitiosæ, de reb. Eccles. non alienan.

SVMMARIVM.

1 *Notarius, quando semel est electus, non potest amplius sine causa reuocari.*
2 *Notarium semel electum, quia quidam Magnatus reuocauit, fuit condemnatus ad illum reassumendum.*
3 *Notarij electio licet à principio sit valida, non tamen tenet in præiudicium successorum.*
Successores non sunt supplantandi per antecessores circa electiones officialium. num.3.
4 *Capitulum, si elegerit Notarium ob eius benemerita erga illud, non potest per successores Capituli ea electione reuocari.*
5 *Concessio officij ob benemerita, & seruitia præstita transit in vim contractus.*
6 *Reuocari non possunt ea, quæ concessa sunt in vim contractus, absque iusta causa, nec per successores.*
7 *Nominationi Notarij factæ per Capitulum, quando obstet extrauag. ambitiosæ, de rebus Eccles. non alien.*
8 *Satutum habet Capitulum Cæsaraugustanum, vt officiales Capituli sint ad nutum amouibiles, & an habeat quoque locum in Notario. & num. 10. & 11.*
9 *Extrauag. ambitiosæ, de reb. Eccles. non alien. non habet locum in prouisionibus officiorum, quæ quotidie vacant, & de eis debet prouideri, & custodes eis dari.*
12 *Capitulum, quando est regulare, tunc vigore obedientiæ, & professionis sunt amouibiles omnes officiales, licet alias de sui natura essent perpetui.*

DECISIO CCLV.

CVM antecessores Sebastiani Moles inseruierint Capitulo Cæsaraugustano in officio Notariatus, dum actualiter ipse Sebastianus inseruiret agnoscens Capitulum familiam Sebastiani vna cum ipso Sebastiano esse benemeritam, deputauit in Notarium Ludouicum Moles dicti Sebastiani filium cũ pacto, quod si Pater prædecederet antequam Ludouicus esset effectus Notarius de numero Ciuitatis, Capitulum posset alium substituere, donec Ludouicus efficeretur Notarius, quod tamen tenebatur adimplere ante 28. annum. Prædecessit Sebastianus dicti Ludouici Pater, & per Capitulum fuit datus substitutus. Deinde dictus Ludouicus effectus est Notarius, & cum peteret substitutum amoueri, recusabat Capitulum, quod lite mota in partibus contra se sententiam reportauit. Causa ad Rotam deuoluta, Dubitaui, An sententia esset confirmanda, & visum fuit DD. sententiam esse confirmãdam, & sic contra Capitulum, quod solum informabat.
1 Ratio decisionis fuit, quia cum iste † Notarius semel electus fuerit à Capitulo, non potuit amplius

absque

absque causa reuocari, *Rebuff. de nominat. q.12. numer.36. Franc.* Marc. *decis.19. num.1. in fine, lib.2. Capic. decis.121. nu.4. & 5. Tiraquel. de nobilit. cap. 37. num.58. Gabed. decis. Lusitan. 20. num.1. par.2. Bouadill. in politic. lib.1. cap.16. nu.28. Carolus Tapia in l. fin. cap.9. num.77. 86. & 88. ff. de constit. Princip.* & in terminis Regnorum Hispaniæ *Molin. de primogen. Hispan. lib.1. cap. 25. nu. 7.* vbi quod
2 fuit condemnatus quidam magnates, qui † reuocauerat Tabellionatus officium, *Gregor. Lopez partit. 2. lib.2. tit.10. verb. mantenerle en el, & eadem partit. tit.15. lib.2. verbo syno el fyo mayor col.5. notab. 2 vers. & nota quod successor, Guttier. lib.3. pract. qq. ciuil. q.1. num.5.*

Neque obstat, quod prædicta procederent si ele-
3 ctio ab initio fuisset † valida, sed non tenuit in præiudicium successorum, qui alias sic potuissent supplantari, *cap.1. qui successores teneantur, c.1. §. moribus si de feudo defuncti &c. Capic. decis.162. nu.5. & 6. Schrader. de feudis par.3. cap.2. num.25. Rosentall. de feudis cap.6. conclus.16. in princ. & nu.13.* nam fuit responsum conclusionem esse veram, sed in hac facti specie non applicari, cum Capitulum hanc cōcessionem viuente adhuc dicto Sebastiano patre di-
4 cti Ludouici ob familiæ benemerita † fecerit, quare successores Capituli hanc electionem tenentur ratam habere, *Afflict. in cap.1. num.52. qui success. tenean. Soccin. iun. cons.91. num.18. lib.2. Buratt. cons. 30. nu.50. vol.1. Schrader. de feud. par.3. cap.2. nu-*
5 *mer.38.* eoq. magis, † quia concessio officij ob benemerita, & seruitia præstita transit in vim contractus.
6 Vnde absque causa non potest † reuocari, *Afflict. post Bald. & Isern. & alios in decis.128. num.10.* etiam per successores *cap. Abbate sanè de re iudic. in 6. Bald. cons.159. num.4. vol.3. Ias. cons.9. n.13. & 14. volum.3.*

Minus etiam obstat quod nominatio Notarij nō
7 † sustinetur obstante *Extrauag. ambitiosæ de reb. Eccles. non alienan.* & quia ex statuto Ecclesiæ de-
8 bet esse ad † nutum amouibilis, quia dispositio illius Constitutionis nō habet locum in prouisionibus of-
9 ficiorum, quæ quotidie † vacant, & de eis debet prouideri, & custodes eis dari, *cap. relatum cum gloss. de præbend. Rota decis.622. num.9. & per tot. lib.3. par.3. quæ est in causa Barchinonen Castellaniæ coram bo. me. Paleotto.* Ad secundum fuit dictum disponere quidem statutum, quod Capitulum debeat
10 habere † suum Notarium, qui eligatur per Capitulum, & non per Archidiaconum, non tamen dici-
11 tur, quod debeat esse ad nutum, † prout dicitur de officialibus Capituli, & meritò quia loquitur de Capitulo, quod olim erat regulare, & ideo vigore obe-
12 dientiæ, & professionis † sunt amouibiles, licet alias de sui natura essent perpetui, *Gambar. de offic. legat. lib.4. tit. de potestate legati in reseruat. benefic. numer.14. & seqq.*

Et ita conclusum &c.

EMINENTISS. D. CARD. VEROSPIO SEN.

Asculana Alimentorum.

Veneris 27. Nouemb. 1620.

ARGVMENTVM.

Maritus, si reliquerit vxori alimenta, sub conditione non petendæ dotis, constito de restitutione dotis, alimenta amplius non debentur. Scientia, & certioratio præsumitur ex arcta consanguinitate, iuncta etiam cohabitatione.

SVMMARIVM.

1 *Materia, quando est releuans, passim absque fumo conceditur remissoria in prophanis.*
2 *Alimentorum legatum cessat, cessante conditione sub qua fuit relictum.*
3 *Certioratio præsumitur ex arcta cōsanguinitate.*
4 *Scientia præsumitur inter coniunctos, maximè stante cohabitatione.*
5 *Probatio quando non est coarctata ad scripturas, tunc ea potest fieri etiam per testes, & sic locus est remissoriæ.*
6 *inter Coniunctos res satis solet agi bona fide, maximè stante consuetudine.*
7 *Alimenta in Ciuitate valde vberi non sunt ad summum taxanda.*
8 *ad Remissoriam obtinendam sufficit vnicus articulus releuans.*

DECISIO CCLVI.

POST decisionem coram me sub die 21. Februarij præteriti factam pro confirmatione sententiæ Rotæ Maceratensis tanquam ab illa congruè taxata fuissent alimenta per Innocentium Antoninum socerum Elisabethæ Saladinæ relicta, dicti Antonini hæredes cum ex nouis probationibus vellent decisionem impugnare, dubio per me proposito, Domini remissoriam illis concesserunt.

Hæc enim vbi materia est releuans, passim etiam
1 absque fumo † non denegatur, cum simus in prophanis, *l. Iudices, & auth.* apud eloquentissimum *C. de fid. instrum. Card. in clem.1. num.10. de offic. deleg. Cassad. decis.2. de dilat. Put. decis.334. in fin. lib.2. Cæs. de Grass. decis.1. de dilat. Caputaq. decis. 68. par.2.*

Hic autem releuantia probatur, cum articuletur Elisabethæ scientia de ipsius dote florenorum sexcētorum illius fratri restituta, necnon de eiusdem Elisabethæ ratificatione, annuum censum exigendo de
2 dictis pecunijs dotalibus emptum, quo † stante cessaret legatum alimentorum, & ei sub conditione dotis non petendæ factum *l. cum ita legatum. ff. de condit. & demonstrat. Soccin. cons.21. nu.25. lib.3.* Et hoc etiam admittit decisio in ista causa facta, vbi solum respondetur prædicta non probari.

De qua dotis restitutione satis verisimile redditur Elisabetham habuisse notitiam tanquam de negotio
3 cum fratre gesto, & ad ipsam pertinente; nam † ex arcta consanguinitate certioratio præsumitur, *Rota decis.711. nu.4. par.2. in recent.* Tanto magis quia dictæ restitutionis tempore Elisabetha cum fratre
4 degebat, ex qua † cohabitatione scientia restitutionis arguitur *Bald. cons.392. col.2. lib.1. & cons.296. lib.3. Abb. cons.19. lib.2. Socc. cons.264. nu.10. lib.2. Crauett. cons.123. num.1. Corn. cons.165. num.34. lib.2.*

Et quamuis excipiatur huiusmodi scientiā, & ratificationē ex nonnullis actibus iudicialib. deduci, qui
5 probari valent † per scripturas; cum tamen articuli se ad istos actus iudiciales non coarctent, non venit facultas probandi per testes deneganda; vltra quod super huiusmodi scientia, & ratificatione non infertur necessario scripturas fuisse confectas in partibus, vbi

6 vbi † satis bona fide res inter coniunctos geruntur.

Articulatur etiam in Ciuitate Asculana tanquam valde vberi † parum importare alimenta, & per con-
7 sequẽs excessiuam fuisse illorum taxationem factam à Rota Maceratensi, vnde videtur concedenda remissoria, tanto magis, quia sufficeret ad eam obtinen-
8 dam primus articulus, cum † vno dato releuanti illorum irreleuantia non attendatur, *Cassad. decis. 5. num. 6. de sequestr. possess. & fruct. & fuit dictum in Adrien. seu nullius iurisdictionis 1. Februarij 1616. coram me.*

R. P. D. REMBOLDO.

Lucana Canonicatus.

Mercur. 2. Decemb. 1620.

ARGVMENTVM.

Consuetudini immemorabili non censetur derogatum per verba generalia, sed specialis mentio est necessaria. Regula 3. Cancellariæ non derogat consuetudini immemorabili. Immemorabilis, vt probetur per enunciatiuas antiquissimas, quid requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Apostolicæ postquam sunt iustificatæ habent executionem paratam.*
2 *Consuetudini immemorabili non censetur derogatum, nisi specialis fiat mentio.*
3 *Regula 3. Cancellar. non derogat consuetudini immemorabili.*
4 *Immemorabilis non probatur per enunciatiuas emanatas ab illis, qui interesse habent.*
5 *Enunciatiuæ antiquissimæ probant immemorabilẽ.*
6 *Enunciatiuæ admittuntur in antiquis tanquam habentes vim famæ.*
7 *Fama, si habuit originem ab vna tantum persona non probat, & maximè si illa sit suspecta.*
8 *Enunciatiuæ antiquissimæ plenè probant, etiam quod emanauerint à persona suspecta, & ab vno, quando concurrunt adminicula.*
9 *Quod tamẽ intellige verum, quando vnà cum enunciatiuis concurrit antiquissima possessio, secus vero si ea non currat, num. 10. & 15.*
Verbis enunciatiuis est dandum amplum priuilegium, num. 10.
11 *Collationum effectuatio ex quo excludatur.*
12 *in Reseruationibus vltimus status attenditur, & num. 14.*
13 *Prouisio Apostolica si fuerit obtenta ad maiorem cautelam, non immutat statum beneficij.*

DECISIO CCLVII.

DOMINI dixerunt sententiam A. C. qua fuit Iulianus in possessionem Canonicatus, de quo agitur, immissus, esse confirmandam, quia gratia dicti Iuliani est in omnibus iustificata, ideoq. recte
1 fuit ei concessa dicta immissio, † quia litteræ Apostolicæ postquam sunt iustificatæ habent executionem paratam, *Mohed. decis. 13. vt lit. pend. cum alijs adduct. in Pacen. parochialis 27. Iunij 1603. coram bo. me. Card. Pamphilio.*

Nec obstat vnicum fundamẽtum ex aduerso scribentium, quod cum Capitulum, vt prætenditur, sit in quasi possessione immemorabili conferendi Canonicatus, nõ cadit dicti Canonicatus collatio sub reseruatione regulæ 3. Cancellariæ, in qua fundatur dicta
2 gratia, quia in ea † non fuit derogatum consuetudini immemorabili, quæ tamen requirit specialem de-
3 rogationẽ, vt in terminis dictæ † regulæ fuit firmatũ *in Placen. canonicatus 15. Februar. 1614. coram Reuerendiss. D. meo Decano, quæ est decis. 614. par. 2. in recent.*

Nam dicta prætensa immemorabilis possessio nõ
4 probatur, quia † enunciatiuæ, quæ ad eam probandam adducuntur emanarunt ab ipsomet Capitulo, & sic à parte interesse habente, & ab vno etiam Notario tantum. Vnde quicquid dicendum esset, quando illæ emanassent à pluribus, & personis non interessatis, quo casu sufficerent fortassis ad proban. di-
5 ctam † immemorabilem cum sint antiquissimæ, vt per *Caputaq. decis. 347. num. 2. & seqq. par. 3. Rota decis. 91. sub num. 2. par. 1. in recen. & fuit dictum in Burgen. quindenniorum 8. Martii 1599. coram bon. me. Litta* non probant dictam immemorabilem, *Aret. in cap. cum causam sub num. 21. de probat. Ac-*
6 *chill. decis. 8. de iurep.* vbi quod † enunciatiuæ admittuntur in antiquis tanquam habentes vim famæ, & ideo quando procedunt à persona suspecta, & ab vno, non debent admitti, sicuti non admitteretur
7 probatio famæ, quæ haberet originem † ab vna tantum persona, & maximè si illa esset suspecta, *Dec. cons. 37. num. 10. Osasch. decis. 101. num. 17.*

Nec obstat, quod enunciatiuæ antiquissimæ plenè
8 † probant etiam quod emanauerint à persona suspecta, & ab vno, quando alia adminicula concurrunt, quia hoc potest procedere, vbi vna cum enunciati-
9 uis antiquissimis † concurrit longissima possessio, *Rota decis. 792. par. 1. diuers.* secus si huiusmodi pos-
10 sessio seu obseruantia † non concurrat, quia esset dare nimis magnum priuilegium verbis enunciatiuis, vt notat *Acchill. d. decis. 8. de iurepatr. sub num. 1.* & in casu isto non probatur dicta longissima possessio Capituli, quia non constat quod collationes, quæ dantur fuerint sortitæ effectum, & immo omnis prætensa effectuatio dictarum collationum videtur ex-
11 cludi ex eo, quod non apparet, † quod collationes quæ dantur, factæ fuerint per obitum prouisi à Capitulo, qui est verus modus probandi effectuationem *ad cons. Oldrad. 229.* & dantur etiam plures prouisiones factæ ab Ordinario in mẽsibus à Capitulo prætensis, & in specie constat Canonicatum, de quo agitur fuisse collatum ab Episcopo gaudente, Alternatiua in mense Februarij Horatio, per cuius mortem vltimo vacauit, vnde non solum apparet de cõtraria obseruantia dictarum enunciatiuarum, sed etiam de vltimo statu contrario huius Canonicatus
12 in specie, qui vltimus status † potissimum in reseruationibus attenditur *Cassad. decis. 23. de probat. Simonett. de reseruat. q. 70.* cum alijs adductis *in Teruisana parochialis 27. Nouembr. 1602. quæ est decis. 71. in fin. par. 2. in recent.*

Nec obstat quod Horatius per cuius obitum vltimo, vacauit Canonicatus, de quo agitur, obtinuit ad maiorem cautelam etiã prouisionem Apostolicam,
13 † quia non propterea tollitur, quod prouisio Episcopi non habuerit suum effectum, & præsertim cum fuerit ab ipsomet Capitulo admissa, vt fuit dictum *in Maioricen. Sacristiæ 26. Iunii 1602. coram bon. mem. Card. Pamphilio.*

Et in omnem euentum iste vltimus status non esset pro Capitulo, quod sufficit ad effectum sustinendi

præ-

præsentem collationem factam ad fauorem Iuliani,
14 cum, vt dictum est, †in reseruationibus attendatur vltimus status, nec dicta immemorabilis consuetu-
15 do dici possit probata ex dd. enunciatiuis, †nisi vna cum illis concurrat longissima possessio, seu obseruantia ex supra allegatis &c.

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Tulleñ Sponsalium.

Veneris 2. Decembris 1620.

ARGVMENTVM.

Ad matrimonium contrahendum per verba de præsenti quis cogi potest, si constet de sponsalibus cum aliqua contractis, & hoc non obstante, quod sponsalia sint contracta sub conditione, quando tamen secuta est copula, quia per eam censetur recessum à conditione. Sponsalia secunda quando valeant non obstantibus primis.

SVMMARIVM.

1 *Promissa, quis tenetur adimplere.*
2 *Sponsalia sunt plenè probanda.*
3 *Sententiæ effectus suspenditur per appellationem.*
4 *Res inter alios acta non iuuat tertium.*
5 *Sponsalia si quis cum aliqua contraxit sub conditione, si sequatur copula, censetur recessum à conditione.*
6 *Sponsalia secunda an sint nulla propter existētiam priorum sponsalium, vel potius irritentur, instante illo, cui prius est data fides.*
7 *cum Sponsalibus secundis quando concurrit copula, cum muliere aliàs honesta, tunc cessant prima sponsalia.*
8 *Sponsalibus dissolutis per matrimonium adhuc soluto matrimonio sunt implenda, si secuta sit copula cum sponsa.*

DECISIO CCLVIII.

VT visum fuit in propositione huius causæ sub die 22. Iunij 1620. Michael in iudicio confessus fuit se contraxisse sponsalia cum Anna, ea tamen conditione nisi prius ipsa contraxisset sponsalia, cum quoda Spinalo, vt habet dicta confessio, & idem Michael carnaliter cognouerit Annã, fuit dubitatum in partibus, An Michael esset cogendus contrahere per verba de præsenti cum Anna, & pro affirmatiua lata sententia, quam DD. in dicta propositione confirmandam censuerunt, & modo steterũt
1 in decisis, quia regula est contra Michaelem, †qui tenetur implere quod promisit *cap. 1. & cap. qualiter de pact. cap. ex litteris il 2. vbi Abb. in 3. notabil. de sponsalib.*

2 Non obstant prætensa anteriora sponsalia, cum Spinalo, quia dictum fuit illa in primis non probari, quia de eis non constat, nisi per quamdam sententiam latam contra Annam, quæ ab illa appellauit causamq. in Rota commisit R.P.D. Buratto. Ideo-
3 que est suspensus †omnis dictæ sententiæ effectus *cap. pastoralis, §. præterea de offic. deleg. cap. venien-*
4 *tes de iurepatr.* vltra quod potest dici†res inter alios acta, quæ non iuuat Michaelem *toto tit. C. res inter alios acta.* Ideoq. si aliquid prætendit in illo iudicio, debet curare, vt in illo admittatur pro suo interesse, vel facere suas probationes in hoc iudicio.

Secundo etiamsi probarentur dicta priora sponsalia cum Spinalo, adhuc visum fuit DD. illa non posse suffragari Michaeli, nam aut illa deducit ad probandum defectum sui consensus, quasi quod cõtraxerit sub conditione negatiua, cuius affirmatiua
5 docetur impleta, & placuit respõsio, quod †per copulam habitam cum Anna videtur ab omni conditione recessum, *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 1. num. 80. & 81.* Aut vero adducit priora sponsalia ad hoc quod propter illa non valuerint secũ-
6 da, & omisso, †An ipso iure secunda sponsalia sint nulla propter existentiam priorum sponsalium, vel potius irritentur instante illo, cui prius est data fides, de quo per *Sanch. de matrim. lib. 1. disput. 50. per totum*, dictum fuit cessare difficultatem, quando
7 cum secundis sponsalibus concurrit copula, †cum muliere alias honesta, tunc enim ex quadam æquitate, & ne mulier remaneat in nimio damno, dixerunt DD. illum qui contraxit secunda sponsalia esse cogendum ad contrahendum per verba de præsenti cum hac secunda *ex Sanch. d. disput. 50. nu. 6. in fine, & disput. 48. num. 5.* vbi ponit casum de sponsalibus dissolutis per matrimonium, quæ adhuc
8 †soluto matrimonio sunt implenda, si secuta fuit copula cum sponsa, quia tamen esset præiudicium illi de Spinalo, si Anna contraheret cũ hoc secũdo quatenus scilicet ipse haberet prosequendo priora sponsalia, nec esset nimium damnum Annæ desistere à secundis quatenus prius sponsus vellet illam ducere, ordinarũt DD. quod interpellaretur dictus Spinalo, vel aliàs doceatur ipsum contraxisse matrimonium cum alia, vt fuit allegatum in Rota &c.

☞ * *Decisio ista in hac causa facta sub 22. Iunij præsentis anni 1620. est supra in hoc Tomo decis. 252.*

R. P. D. VBALDO.

Romana Grani.

Veneris 4. Decemb. 1620.

ARGVMENTVM.

Solutio licet in dubio non præsumatur, tamen ex pluribus coniecturis, & præsumptionibus simul iunctis, de quibus hic in decisione, bene probari potest solutionem fuisse factam. Et in hoc multum verisimilitudo est attendenda.

SVMMARIVM.

1 *Solutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio.*
2 *Solutio, seu satisfactio ex præsumptionibus, & coniecturis probari potest.*
3 *Creditorem suum, quis aliquem non declarasset, si is ei aliquid debebat, nam proprium debitum, cum debito illius excomputasset.*
4 *Solutionis sola præsumptio non sufficit, vt soluens non sit creditor eius, cui soluit.*
5 *Concurrentibus tamen alijs præsumptionibus est sufficiens, & num. 16.*
6 *Et pro coniectura adduci potest diuturnitas temporis, & sæpè calculata ratio, & maximè si creditum sit certum.*
7 *Item si creditum vtriusq; partis sit ex eadem causa*
8 *Debitoris assertio se soluisse, quando faciat aliquam præsumptionem circa solutionem, & nu. 10.*

9 Taci-

9 *Taciturnitas in extraiudicialibus non habetur pro consensu .*

10 *Solutio præsumitur facta in computum debiti præcedentis, & ex causa præambula .*

11 *Solutio licet debeat fieri in pecunia tamen de partium consensu vnum pro alio solui potest.*

13 *Liber priuatus, licet sit de actis, non tamen probat contra tertium .*

14 *Verisimilitudo maximè est attendenda in probationibus .*

15 *Argui potest à solitis.*

DECISIO CCLIX.

FRANCISCVS Caluus de anno 1592. vendidit Fratribus S. Ioan. Colauitæ de Vrbe, rubra 110. frumenti, & ab ijs habuit mandatum consignandi frumentum Dominico Pistori ad Pontem quatuor capitum, ad effectum tradendi panem Fratribus, prout fuit consignatum; & cum Fratres vigore mãdati Rotalis coacti fuissent soluere pretium frumenti, præuia decisione 23. Iunij 1614. coram me, obtinuerunt committi causam in Rota contra Dominicum super redditione rationis dicti frumenti à se habiti, & quia pro eius parte prætendebatur intrare contra Fratres, præscriptionem Statuti Vrbis sexdecim annorum quo tempore præsumitur solutio, & satisfactio, vt in cap. 158. lib. 1. Ideo dedi dubium, An obstaret dictum Statutum, quo sæpiùs proposito, non potuit propter varias difficultates, & dissidentes Dominorum sententias capi resolutio, sed nouissimè die 30. Martij præteriti, fuit ordinatum, vt informaretur etiam super bono iure Fratrum, & tandem hodie 4. Decembris 1620. Domini concluserunt, non constare de bono iure Fratrum. Nam licet Fratres fundent intentionem suam super traditione, & consignatione frumenti facta per Caluum venditorem Dominico sub diebus 18. & 19. Februarij 1592. vt constat ex cõfessione Dominici in quietantia, & non controuertitur, tamen si Dominicus probet, se dedisse panem Fratribus ad computum dicti frumenti, remanebit elisa intentio Fratrum, cũ
1 solutione† eius quod debetur, omnis tollatur obligatio, *Instit. quib. mod. toll. oblig in princ.* & consequenter non constabit de bono iure Fratrum; & quidẽ vera est conclusio firmata per informantes, quod
2 solutio, †seu satisfactio ex præsumptionibus, & coniecturis probatur, *ad glos. in l. si chirographum. ff. de probat.* quam sequitur post relatos *Bertazol. cons. ciuil* 118. *in princ. lib.* 1. *Menoch. præsump.* 135. *numer.* 2. *lib.* 3. *Surd. decis.* 105. *num.* 10. In proposito autem adducebatur vehemens coniectura ex publico instrumento inter partes celebrato die 13. Iulij 1592. in quo Fratres confessi fuerunt se debitores Dominici in scutis 102. ex causa pretij panis habiti à Dominico: nam Fratres nõ declarassent Dominicum creditorem in dicta summa, si verè eorum
3 debitor tunc fuisset ex causa frumenti recepti, † sed proprium creditum cum credito Dominici excomputassent, vel compensassent, *ad not. per Paris. cons.* 83. *sub num.* 28. *vers. eo etiam, lib.* 1. *Aym. cons.* 129. *num.* 9. *in fin. vers. immo, Bertazol. d. cons.* 118. *numer.* 16. *vers.* 4. *est Honded. cons.* 47. *nu.* 34. *lib.* 1. Et
4 licet † præsumptio solutionis sola non sufficiat, vt soluens non sit creditor eius, cui soluit, *ex doctr. Bart. in l. si quidem. C. de transact.* tamen alijs cõ
5 currentibus †est sufficiens, *vt per Bald. Fulgos. Salic. & Curt. in d. l. si quidem, Aym. d. cons.* 129. *numer.* 9. *vers. faciunt, & cons.* 550. *sub num.* 5. *Bertaz. vbi supra num.* 18. *Honded. d. cons.* 47. *num.* 34. Inter cæteras autem coniecturas consideratur diu-
6 turnitas temporis, † & sæpè calculata ratio, vt ibidem *per Curt num.* 8. quæ hic concurrunt, vt infra dicetur, & quando creditum debitoris erat certum, *Natt. cons.* 358. *sub num.* 13. *vers. respondeo,* prout hic erat certum creditum Fratrum ex causa grani consignati Dominico. Et tanto magis prædicta pro-
7 cedunt, †quia creditum Fratrum erat ex causa grani dati pro habendo pane, & creditum Dominici pro pane dato, & sic ex eadem causa, *Bertaz.* post allegatos *d. cons.* 118. *num.* 17. Et accedit clausula in eodem instrumento die 13. Iulij 1592. ibi, vltra tamen granum per dictum Dominicum asserentem
8 habitum † à dictis Fratribus ad effectum tradendi panem, prout dedisse asseruit; & licet ista sit assertio
9 Dominici, & in extraiudicialibus †taciturnitas non habeatur pro consensu, *iux. not. in l. quæ dotis. ff. sol. matr.* Tamen negari non potest, quin præbeat adminiculum, prout etiam fuit consideratum *in d. decis.* 23. *Iunij* 1614. in causa inter Fratres, & Caluum, *vers. quibus omnibus, &c.* & quin sit verisimilis, ex supradictis maximè subsecuta solutione dictorum scutorum 102. de qua constat per confessionem Dominici in summ Fratrum num. 8.

Multum etiam releuare videbatur alia coniectura, quod de anno præcedenti 1591. Dominicus consignauerat maximam panis quantitatem eisdem Fratribus à die 1. Aprilis, vsque ad diem vltimam Septembris dicti anni, & in calculo finali Fratres confessi sunt se debitores Dominici in scutis 1958 vt in publico instrumento celebrato, die 9. Octobris eiusdem anni 1591. vnde cum de anno 1592. mense Februarij fuerint consignata rubra 110. eidem Dominico, non absurdum videtur, prout considerabat vnus
10 ex Dominis, quod fuerint consignata † in computũ debiti præcedentis, & ex causa præambula, *ad not. in l. quædam mulier. ff. de rei vendic.* & licet debitũ Fratrum esset in pecunia, tamen de partium consen-
11 su vnum† pro alio solui potest, *l.* 2. *§.* 1. *cum ibi not. ff. si cert. pet. instit. quib. mod. toll. oblig. in princ.* nec obstant quietantiæ 10. Aprilis, & 8. Maij 1592. factæ à Dominico de toto credito dictæ summæ scut. 1958. sibi debitorum ex dicto instrumento 9. Octobris 1591. Quia illæ non cantant in pecunia numerata, vel incontanti, sed per viam simplicis confessionis de recepto, & in omnem euentum, cum à die prima Octobris 1591. & sic post factam liquidationem, de qua proximè dictum est, Dominicus dederit panem Fratribus vsque ad diem 4. Iunij, à quo tempore incipit secunda solidatio, in qua Fratres vocarunt se debitores in scut. 102. vt supra dictum est, & hoc medio tempore fuerint consignata rubra 110. Dominico, videlicet, de mense Februarij 1592.
12 † Nec per Fratres doceatur habuisse hoc tempore aliunde panem, immo ex lista data pro eorum parte appareat de contrario, plusquam verisimile est, illa esse consumpta in dicta quantitate panis à mense Octobris ad mensem Iunij sequentis.

Nec obstat, quod in dicta lista supponitur, quod post diem 18. Februarij 1592. qua die fuit consignatum granum, de quo agitur, vsque ad diem 19. Maij eiusdem anni Fratres emerint panem singulis ferè diebus in pecunia numerata, quia vltra quod dicta

lista

13 lista est desumpta ex libris Fratrum, † qui libri non sunt de actis, nec etiam si essent producti pro illis probarent contra tertium, *Seraphin. decis. 889. nu. 2. & decis. 1073. num. 7.* dicebatur etiam, videri satis inuerisimile, quod dicti Fratres, qui sunt Mendicantes, anno 1592. satis penurioso fuissent emptu-
14 ri panem pecunia numerata singulis diebus, † si habuissent Rubra 110. grani penes Furnarium illi data ad effectum recipiendi panem, & sic istæ prætensæ partitæ retorquebantur contra ipsos Fratres.

Nō obstat inuerisimilitudo ex aduerso considerata, quod impossibile ferè sit, quod Fratres à die 4. Iunij vsque ad diem 13. Iulij sequentis consumpserint dicta rubra 110. frumenti, præsertim cum Fratres dicta die se constituerint debitores Dominici in scut. 102. vltra quantitatem frumenti, vt supra diximus, quia à die consignationis dicti frumenti pro quo Dominicus asseruit, se dedisse panem vsque ad diem solidationis intercesserunt fere quatuor menses, quo temporis spatio non est inuerisimile, fuisse consumptam quantitatem panis correspondentem dictæ quantitati frumenti, & vlterius Fratres remāsisse debitores in summa expressa, præsertim cum anno antecedenti 1591. à die 1. Aprilis vsque, & per totum mensem Septembris, & sic spatio 6. mensiū ostendatur fuisse per eosdem Fratres consumpta rubra 166. & eos remansisse debitores in scutis 1958.
15 vt supra est ostensum, † vnde arguen. à solitis, *iux. l. vel vniuersorum. ff. de pign. act. l. Titianus. ff. quod cum eo, Bald. cons. 70. num. 2. lib. 1.* verisimile est, minori spatio quatuor mensium eos cōsumpsisse etiā minorem summā frumenti; vltra quod intrant præsumptiones supra adductæ.

Quibus accedit diuturnitas temporis, quo Fratres tacuerunt, eorum qualitas, & indigentia, sæpè calculatæ rationes, qualitas anni, quo fuit consignatum frumentum; Et demum conditio pistoris,
16 quoad probitatem, & facultates; † Quibus omnibus simul iunctis, quorum etiam nonnulla fuere firmata *in decis. 23. Iunij 1614. coram me*, Domini existimarunt non constare de bono iure Fratrum. Et ita fuit decisum.

R. P. D. PIROVANO.

Hierosolymitana, seu Hieraceñ. Baiuliuatus.

Mercurij 9. Decemb. 1620.

ARGVMENTVM.

Papa si non per viam confirmationis, sed principalis erectionis procedat erigendo aliquam dignitatem, tunc non est opus iustificatione narratorum, & quādo etiam dicantur iustificata. Gratia emanata cum clausula sine alicuius præiudicio, quando dicatur conditionalis, & quando secus.

SVMMARIVM.

1 *De potestate Papæ aliquid confirmantis quādo minus dubitari possit.*
2 *Totum à parte multum differt.*
3 *In Alternatiuis sufficit alterum verificare.*
4 *Narratiua sufficit, vt verificetur quo ad factum, & non quo ad iustitiam ipsius facti.*
5 *Papa aliud est, quod confirmet, & aliud quod principaliter aliquid faciat.*
6 *Dignitatum erectiones si fiant per Ordinarios auctoritate Apostolica, sine consensu Capituli valent,*
7 *Subreptio, vt euitetur, capienda est omnis interpretatio.*
8 *Clausula, quorum tenores, quid operetur.*
9 *Clausulæ quod non possit dari de subscriptione, vel obreptione, vna cum decreto irritanti, claudunt os parti, & manus Iudicis ligant aliter iudicandi.*
10 *Per clausulam sine tamen alicuius præiudicio, positam in noua aliqua erectione §. quando erectio nō dicatur conditionalis. vide nu. 11. 12. & 13.*
13 *Gratia facta cum clausula sine præiudicio tamen alicuius, non reddit gratiam conditionalem, sed puram, resolubilem tamen in ea parte, quatenus concernit præiudicium alterius.*
14 *Put. decis. 32. num. 4. lib. 2. & decis. 320. num. 2. part. 1. quo casu loquantur.*
15 *Possessio à Iudice tradita, parte non citata, cum clausula sine præiudicio tertij, ea non iustificata, possessio resoluitur n. 16. & quid si præiudicium esset separabile nu. 17.*

DECISIO CCLX.

Censuerunt Domini in casu proposito erectionem sustineri sine tamen alicuius præiudicio.

Constat enim sub die 2. Decembris 1613. initas fuisse conuentiones inter linguam Italiæ, & D. Fabricium Carafam Principem Roccellæ super erigēdo Baiuliuatu, & magna Cruce, cum dote vltra erectionem Ecclesiæ sumptibus eiusdem Principis ducatorum 40. mill. pro redditu ducatorum bismilliū, cum reseruatione patronatus eiusdem Baiuliuatus eidem Principi, eiusq; descendentibus per rectam lineam masculinam descendentibus, sub expressa reseruatione beneplaciti Sedis Apostolicæ; exinde sub die 16. Decembris eiusdem anni ad instantiam procuratorum linguæ Italiæ perlecto instrumento prædictarum conuentionum de licentia supremi Magistri stipulato ab eodem cum Ven. Consilio toto tenore contractus considerato, cū omnibus suis clausulis, & obligationibus, & cum scrutinio ballottarum nemine discrepante dicti Baiuliuatus fundationem, iuxta formam dicti contractus admissam, & receptam fuisse sub expressa pariter reseruatione beneplaciti Sedis Apostolicæ, Postmodum cum narratiua prædictarum conuentionum, & assensu Magni Magistri, & Consilij emanarunt litteræ erectionis à Sanctiss. D. N.

Vnde sicuti dubitari non potest de veritate narratorum, quæ habentur in ea parte, iuxta tractatus, & conuentiones desuper inter eundem Fabriciū Principem, nec non Commissarios Fratrum Militum eiusdem Linguæ, & Nationis initas, & per dilectū filium modernum Magnum Magistrum approbatos quarū etiam tenores Papa pro expressis haberi voluit, & ita multo † minus dubitari potest de pote-
1 state eiusdem Papæ concedentis, *cap. 2. de præb. in 6. Clem. 1. in fin. vt lit. pend. Paris. cons. 5. nu. 71. & sequentib. lib. 4. Seraph. decis. 1043. nu. 1. par. 2.*

Neque huiusmodi erectio videtur posse impugnari de subreptione ex verbis earundem litterarum in proemio ex eo quod iustificatum non fuerit, tractatū fuisse initum cum Lingua, & conuentu, qui Conuē-
2 tus dicebatur † multum differre ab ipsa lingua Italię, tamquam totum à parte, & ex cuius Conuentus cōsensu Papa potuit intelligere, quod nemini inferebatur iniuria.

Quia

Quia vltra verba prædicta addita fuerunt, & alia, seu eius Procuratore generali, Ministris, vel personis, vt infra, ex quibus duo consequuntur,

Primum, quod narratiua fuit alternatiue cõcepta,
3 ad cuius veritatem sufficit † alterum verificari *per regulam in alternatiuis, de regul. iur. in 6.* & dum tractatus legitur factus cum Commissarijs, & Magni Magistri approbatione, negari non poterit, quin illæ sint personæ, & Ministri Conuentus, nec ad effectum veritatis huius narratiuæ releuat, quod lingua Italiæ, aut Magnus Magister, cum Consilio nõ possint erigere Baiuliuatum, tamquam quid concernẽs vniuersale, & totius Conuentus interesse absque ipsius Conuentus approbatione. Quia † sufficit iusti-
4 ficare veritatem facti narrati absque eo, quod probetur iustitia illius, *Caputaq. decis. 161. num 2 par. 1. & decis. 407. par. 2. AEgid. decis. 116. Cassad. dec. 2. num. 2. de Constit. Cresc. decis. 9. de prob.* & eo
5 minus est necessaria, † dum versamur in erectione, quæ non processit per viam confirmationis, sed principalis erectionis, *vt propterea dixerit Bald. in c. cũ olim, num. 9.* de Consuetud. quod erectiones digni-
6 tatum, quæ fiunt per Ordinarios † cum Auctoritate Apostolica sine consensu Capituli, valent, & tenent, quia auctoritas Sedis Apostolicæ supplet defectum consensus Capituli, *sequitur Surd. cons. 249. num. 9. Paris. cons. 24. num. 3. lib. 4. ponderans derogationem stabilimentorum Religionis, Rol. cons. 15. n. 5. lib. 1. & latè fuit firmatum in Senagolien. Silu. apud Rotam decis. 407. par. 4. diuersor.*

Secundum principale consequitur, quod dictio, vt infra, est remissiua narratiuæ ad pleniorem lecturam, quæ cum sit clara ibi, iuxta tractatus, & conuentiones desuper inter eumdem Fabricium Principem, nec non Commissarios Fratrum Militum eiusdem Linguæ, & Nationis initas, ac per dilectum filium modernum Magnum Magistrum approbatas, de per se sufficit ad tollendam omnem narratiuæ obscu-
7 ritatem, & multo magis ad euitandam † subreptionem, contra quam omnis interpretatio semper est amplectenda. *Cassad. decis. 10. de præb. Gabr. cons. 200. num. 13. & 14. lib. 1.* & ad eundem effectum propter clausulam quorum tenores, quæ legitur in
8 litteris, possunt illæ capitulationes inseri de † verbo ad verbum, prout iacent, & erit confirmatus, *Cassad. decis. 10. super regul. Butr. cons. 2. Caputaq. decis. 204. par. 1.* Quibus omnibus accedunt clausulæ, quod non possit dari de subreptione, aut inten-
9 tionis defectu, † & cum decreto irritanti, itaut clausum sit parti, & iudici aliter iudicandi, *Rota decis. 180. num. 1. & dec. 602. num. 1. p. 2. in recent.*

Non obstat clausula, sine tamen alicuius præiudi-
10 cio, quæ in eisdem litteris erectionis legitur, † quia si ad limitandam gratiam prætendatur iura esse præseruata in casibus præiudicialibus Conuentui, vel particularibus, & super hoc non est controuersia, quia cum eadem præseruatiua iam firmatum fuit erectionem sustineri, si vero contendatur, quod per illã clausulam gratia remaneat conditionalis, & hoc non obstat.

Quia quando præiudicia possunt separari ab ipsa
11 substantia gratiæ, itaut vtrumque locum † habere possit, tunc per illam clausulam non vulneratur erectio, *tex. est in cap. cum olim, de consuetud.* à quo *textu secundum Mandos. de Signat. Grat. in verb. erectiones,* sumitur stylus Curiæ apponendi clausulã istam in nouis erectionibus, vbi Canonistæ distin-
12 guunt commodum † iurisdictionale, vel bursale ab antelationibus, & præeminentijs, ac cæteris prærogatiuis dignitatem concomitantibus, in quibus gratia erectionis sustineri potest, *Butr. in d. c. num. 8. Imol. num. 5. & 6. Abb. num. 6. Oldrad. cons. 330. in fin. & Rota ipsa apud Mantic. decis. 131. in fin. Seraph. decis. 847. num. 3. Put. in terminis erectionis dec. 183. lib. 3.* non enim ista clausula reddit gratiã
13 conditionalem, sed puram, resolubilem tamen † in ea parte, quatenus concernit præiudicium tertij, *Gomes. super reg. de non tollen. q. 1. in fin. Achill. dec. 18. de probat. Card. Zabar. cons. 92. num. 3. & 4. Rota dec. 614. num. 16. par. 1.*
14 Propterea non obstat *Put. decis.* † *32. num. 4. lib. 2. & decis. 320. num. 2. par. 1. diuers.* quia in illis casibus agebatur de possessione à Iudice tradita parte non citata, cum clausula sine præiudicio tertij, per
15 quam noluit Iudex † ille absorbere ius possessoris, quatenus de ea cõstaret, *vt ponderat idem Card. d. cons. 92. num. 3. & idem dicitur in tex. in l. qui absenti. §. 1. ff de acq. possess. & in cap. olim, iuncta gloss.*
16 *in verb. traditum. de restit. spol.* ideo ea † iustificata à resoluitur actus possessionis tamquam inseparabilis
17 † à præiudicio anterioris possessoris, quod si posset diuersis respectibus separari, nihilominus in parte non præiudiciali teneret possessio capta, *Capic. dec. 96. num. 9.*

Et ita fuit resolutum.

REVERENDISS. COCCINO.

Romana Domus.

Mercurij 9. Decembris 1620.

ARGVMENTVM.

In Alienatione bonorum Ecclesiæ copulatiuè requiritur, & solemnitas, & causa, itaut vnum siue alio non suffragetur. In locatione rerum Ecclesiæ, quãdo clarè appareat potiùs interuenisse indubitatum damnum, quam euidentem vtilitatem, itaque subsistentiam aliquam nullatenus habeat, & quando in iterata locatione, dicatur solitum alteratum. Domum, ex quibus rationibus testes minimè probent, minare ruinam. Vtile per inutile, quando vitiatur, & quando non, & quid in correspectiuis.

SVMMARIVM.

1 *In alienatione rerũ Ecclesiæ & solemnitas, & causa requiritur, nec vnum sine alio est sufficiens.*
2 *In locatione rerum Ecclesiæ non sunt necessariæ solemnitates, quando res est solita locari, non tamen debet deficere causa. nu. 3.*
4 *Locatio rerum Ecclesiæ non substinetur, etiam concesso solito eas locandi, si deficiat causa, & solitum fuerit alteratum.*
5 *In locatione bonorum Ecclesiæ causa, est necessaria, vel euidens necessitas.*
6 *Vtilitas, quod adsit in alienatione bonorum Ecclesiæ non debet stari assertioni alienantis. Prout non statur, quando allegatur necessitas, sed requiritur plena probatio num. 6.*
7 *De vtilitate in alienatione bonorum Ecclesiæ non poterit doceri, si clarè constet de contrario.*
8 *Ecclesia non dicitur vtiliter bona locasse, quando plus percipisset, si ipsa ea bona retinuisset.*

9 Locatio

7 *Locatio rerum Ecclesiæ, quando fit in perpetuum, fit diminutio sextæ partis pensionis.*
10 *Quæ conclusio procedit, etiam quando conductor suscepit in se casus fortuitos.*
11 *In locatione bonorum Ecclesiæ, an sit vtilis, habenda est quoque ratio, ad melioramenta facienda, reuersura ad Ecclesiam.*
12 *Pactum si respiciat commodum alienantis, est pars pretij.*
13 *In alienatione bonorum Ecclesiæ, id quod soluitur ab accipiente, est imputandum ad considerandam vtilitatem.*
14 *Alienatio bonorum Ecclesiæ, vt dicatur vtilis, vtilitas debet esse clara, euidens, & indubitata.*
15 *Ideoque non sufficit, Ecclesiam non fuisse damnificatam, sed requiritur quod lucrum, & vtilitatem percipiat.*
16 *Testis inimicus partis contra quam deponit, non probat.*
17 *Requiritur tamen, vt inimicitia sit consideratione digna.*
18 *Testis vnius fides, coadiuuatur ex fide aliorum.*
19 *Domus, quod minetur ruinam, non probatur ex assertione testium, deponentium eam esse, vt vulgo dicitur,* rouinata, guasta, difforme, vecchia, e in alcuni luoghi senza mattoni.
20 *Testes non probant domum aliquam minari ruinam, si referant se ad rationes, quæ id non concludunt.*
21 *Domus ad vsum furni, regulariter solent esse in malo statu.*
22 *Causa alienandi bona Ecclesiæ debet esse sufficiens, vt substineatur alienatio.*
23 *In locatione bonorum Ecclesiæ, quando absque controuersia cognoscatur solitum fuisse alteratum. & num 24.*
25 *Vtile pro inutile an vitietur.*
26 *Vtile per inutile, tunc non vitiatur quando materia est diuidua, secus verò, si sit indiuidua.*
27 *Locatio, cum sit materia indiuidua, ideo si corruat in parte, corruit quoque in totum.*
28 *Indiuiduum consideratur nedum ex natura rei, sed ex partium conuentione, & voluntate, quando quis aliàs non fuisset contracturus.*
29 *Contrahentium voluntas, & intentio colligitur ex coniecturis, & verisimilitudine.*
30 *Pacta præsumuntur correspectiua, quando sunt in eodem instrumento.*
31 *Nullitatis contractus, si ad fauorem vnius fuerit ducta, in eius potestate manet, an velit eam allegare.*
32 *Contractus nullitas, si respiciat fauorem alicuius, non potest cogi, vt stet contractui nullo.*
33 *Ecclesia potest dare de nullitate contractus super alienatione eius bonorum, si in parte non substineatur.*

DECISIO CCLXI.

1 EXPLORATI iuris est in alienatione rei Ecclesiæ solemnitatem, † & causam requiri, nec vnum sine altero sufficere *DD. in cap. sine exceptione 12. q. 2. Rot. decis. 178. num. 1. lib. 1.* & quamuis
2 verum sit † non requiri solemnitatem, quando res est solita locari. *Imol. in l. quod dicitur 130. in fine vers. item videtur ff. de verbor. oblig. Cæsar. de Graff. decis. 3. num. 14. de reb. Eccles. non alien.* non tamen
3 debet † deficere causa *Gemin. cons. 48. num. 9. Dec. cons. 142. num. 5. vers. non obstat, quod cum auctoritate Papæ Couar. var. resol. lib. 2. cap. 17. Rota dicta decis. 178. num. 3. p. 2.* neque solitum debet alterari, *Curt. Iun. de feud. p. 2. q. 6. Dec. in auth. qui rem nu. 22. & ibi Cagnol. num. 58. C. de Sacros. Eccles. Alex. cons. 9. num. 2. lib. 3.* At in casu de quo agitur (etiam admisso sine veri præiudicio, quod bona essent soli-
4 ta locari) deficit causa, † & solitum fuit alteratum. vnde locatio vltima non sustinetur, & sic Domini in decisis perstiterunt *.

☞ Et quantum attinet ad primum, scilicet causam, dicebant Domini hic non adesse. Causa † enim
5 est necessaria, vel euidens vtilitas *cap. 1. de reb. Eccl. non alien. in 6. Clem. 1. eodem tit. Rebuff. de alien. rer. Eccl. num. 9. Couarr. var. res. lib. 2. cap. 17. nu. 2. Redoan de reb. Eccl. non alien. rubr. de caus. propter quas &c. Rot. dec. 473. num. 1. part. 1.* & cum in
6 hoc casu allegetur vtilitas, non debet † stari assertioni alienantis, prout non statur, quando allegatur necessitas, sed requiritur plena probatio. *Bart. in l. si forte ff. de Castren. pecul. Feder. de Sen. cons. 143. circa fin. Alex. cons. 160. nu. 5. lib. 6. Rebuff. de alien. rer. Eccles. num. 75. Rol. cons. 15. num. 19 lib. 1. Rota decis. 181. num. 3. p. 1. & 473. num. 1. eadem p. 1.* hic autem tantum abest, quod probetur vtilitas, vt po-
7 tius expresè constet de contrario, † nam omnes testes conueniunt, quod ex furno, & alijs stantijs, quot annis percipiebantur scuta 120. in circa, & datur vnica locatio, quod ex solo furno percipiebantur scuta 90. Vnde nullo pacto dici potest adesse Ecclesiæ
8 vtilitatem, cum de tempore locationis Ecclesia † retinendo bona plus esset perceptura *Ias. in cons. 54. num. 4. lib. 1. Dec. cons. 142. num. 6. & fuit resolutũ in causa Anconitana bonorum 2. Maij 1584. coram Bubalo, & in alia Nouarien. Bonorum 17. Ianuarij 1588. coram Robusterio, & in eadem 8. Martij, & 17. Maij 1593. coram bo. me. Penia.*

Et quamuis verum sit, quod in locatione rei Ec-
9 clesiæ in perpetuum facta fiat diminutio † sextæ partis pensionis *auth. perpetua vbi Doct. C. de Sacros. Eccles. Ias. cons. 54. num. 5. vers. corroborantur prædicta lib. 1. Rota dec. 78. num. 5. par. 2* quæ conclusio
10 procedit etiam, quando Conductor suscipit † in se casus fortuitos, prout fuit factum in hoc casu *Rota decis. 720. p. 1.* & habenda etiam sit ratio ad cognoscendam vtilitatem pacti, quod melioramenta, fini-
11 ta † linea, deuoluantur, prout fuit actum in hoc casu; Nam cum hoc pactum respiciat commodum
12 † alienantis est pars pretij *l. fundi partẽ ff. de cõtrah. empt. Cæsar de Graff. decis. 5. num. 3. de reb. Eccles. non alien.* prout est etiam habenda ratio solutionis
13 scut. 100. pro iucundo introitu; quæ † etiã est pars pretij *Anchar. cons. vltimo num. 9. vers. modo veniemus Valasc. de iur. emphit. quæst. 10. num. 6.* Nam fuit responsum, quod melioramenta solum erant facienda vsque ad summam scutorum 150. vnde etiam considerata solutione scutorum 100. & susceptione periculi casuum fortuitorum, non inde resultabat vtilitas Ecclesiæ, cum pro Canone solum fuisset actũ, quod soluerentur scuta 33. ad effectum enim
14 quod contractus dicatur vtilis, vtilitas debet esse euidens. clara, & indubitata *Baldus cons. 156. circa med. vers. præterea lib. 1. Corn. cons. 244 num. 3. lib. 2. Barbat. cons. 40. in princ. lib. 1. Rota dec. 582. p. 1. & 65. num. 19. p. 2. & 178. num. 10. ead. p. 2.* & ideo nõ suffi-

15 sufficit, quod Ecclesia non fuerit damnificata, † sed requiritur quod lucrum, & vtilitatem percipiat *cap. sine exceptione 12.quæst. 2. vbi Bellam.nu.1.& Gemin.num.2. vers. in hac quæstione. Imol. in cap. ad aures num.1.de reb.Eccles.non alien.* & fuit resolutum *in causa Anconitana de Sardinis 2.Maij 1584. coram Bubalo,& in dicta causa Nouarien.bonorum 8.Martij 1593.coram bo.me.Penia.*

Non obstat, quod testes erant inimici Xenophon-
16 tis, qui † conduxit,& conuincuntur ex instrumento locationis pro scut.90. & duobus Instrumentis, in quibus hæc bona duabus personis fuerunt locata pro scut.66. & quod domus minabatur ruinam, vt deponunt testes, nam fuit responsum, cum inimicitia deducatur, ex quo Xenophon tanquam Procurator fratrum mediante iustitia expulit è domo dictos
17 testes, si hæc inimicitia † esset consideratione digna nihil faceret, quia tanto magis essent inimici fratrũ, quorum nomine Xenophon egit,& cessat omnis difficultas ex depositione tertij testis, qui fuit Inqui-
18 linus, † vnde ex illius fide coadiuuatur fides aliorũ duorum testium. *Gerard.singul.24.num.2. Gabr. de testib.conclus.1.num.1.Rolan.cons.19.num.9. lib.3.* Ad locationes vero fuit dictũ quod illa scuta 90. loquũtur de furno tantum, aliæ verò factæ duabus personis pro scut.66. loquuntur pro certa parte furni, non autem de toto furno, vt patet ex lectura. Quod
19 verò domus † minaretur ruinam non probatur, cum testes dicant, quod domus erat *rouinata, guasta, vecchia, in alcuni luoghi senza mattonato, difforme, non ci era scala formata, senza colla in molti luoghi, & era quasi inhabitabile, perche non ci era scala bona, ne apparenza per vn galanthuomo, e minacciaua ruina.* Nam testes dum dicunt quod minabatur rui-
20 nam, referunt se ad dictas rationes, † quæ non concludunt, quod verè domus minaretur ruinam, sed
21 quod domus erat in malo statu, † prout sunt domus ad vsum furni, & satis est quod dum domus existeret in isto statu, pensio prædicta perciperetur, & quod
22 propterea non probetur † vtilitas euidens clara, & indubitata, prout debet probari, vt supra dictum est, ad effectum quod causa alienandi dicatur sufficiens.

Quantum verò attinet ad secundum, quod solitũ non fuit alteratum, hoc negari non potest, cum loca-
23 tiones antiquæ † fuerint factæ, vt in defectum generationis fieri posset vna tantum nominatio, concessio autem, de qua agitur, fuit facta Xenophonti, & Nicolao nepoti ad tertiam generationem ipsius Nicolai, & in euentum, quod Nicolaus non haberet filios, posset nominare vnam personam, quæ sit loco secundæ generationis, & quatenus Nicolaus, & filij decederent viuente dicto Xenophonte sine filijs, tunc idem Xenophon possit nominare aliam personam, quæ sit loco secundæ generationis, & filij loco tertiæ, & in euentum in quem illa persona nominata non haberet filios, possit nominare aliam personã, quæ sit loco tertiæ generationis, ex quibus clarum
24 est quod solitum in eo fuit alteratum, † quod tertia persona possit nominari. Vnde & si quæstio sit, An
25 vtile per inutile † vitietur, & *Clar.in §.emphyteusis quæst.6* distinguo, quod aut materia est diuidua, aut
26 indiuidua; Si est diuidua † non vitiatur, si indiuidua vitiatur, itaut locatio in totum corruat, attamen quicquid sit de hac opinione, cum materia videatur
27 brocardica, adhuc retenta ista distinctione, † locatio corruit in totum cum materia sit indiuidua.

Et ad hunc effectum animaduertebatur, quod indiuiduum consideratur, nedum ex natura rei, sed
28 ex † partium intentione, & voluntate, quando quis alias non fuisset contracturus, *l.1. §. sed & si mihi, & ibi Alciat.in 3.Indiuiduo num.20 ff de verb. obligat.Bart.in l.græce §.illud num.4. ff. de fideiussor.* Ruin.*cons.109.num.27.vol.4.*Natt.*cons.479. nu.3. Aym.cons.170.num.6. Tiraq. de retr. lignag. §.23. gloss.1.num.23.* Caputaq. *decis. 206. num. 6. par. 1. Rot. decis. 709. num. 8. par.1.& 318. num. 3 par.2.*
29 quæ quidem † voluntas,& intentio contrahentium colligitur ex coniecturis, & verisimilitudine. *Dec.in auth.si quis rem in fine,& cons.421.num.3. Couar. lib.2.variar.cap.16.num.5.vers.sed præmissa.Surd. decis.248.in fine.* Ruin. *cons.109. num.27.vers.fuit etiam lib.4.* Quare cum Xenophon plura promiserit in Instrumento, & in eodem Instrumento adsit etiã pactum terriæ nominationis, præsumuntur ista pa-
30 cta † correspectiua. *Mohed. decis. 5. in fine de Simon.& decis.20.de re iudic.*Caputaq.*dec.206.par.1.* & propterea præsumitur, quod Xenophon alias non fuisset contracturus. *Ruin. cons.109. num. 27. vers. nam vt dictis locis lib.4.*

Neque obstat, quod huiusmodi indiuiduitas re-
31 spiciat fauorem emphyteutæ, qui † illam non allegat, & qui potest modò declarare, quod absque dictis pactis contraxisset. Nam fuit responsum, quod Nicolaus fatetur se non venire ex persona propria, sed ex persona Xenophontis, à quo fuit nominatus, qui iam obijt. Vnde talis declaratio haberi non potest, & in omnem euentum cum ex prædictis appareat, quod Xenophon alias nõ erat contracturus, &
32 propterea cum ista † nullitas respiciat etiam fauorem Ecclesiæ, non potest cogi, vt stet contractui nullo, qui non potest sustineri absque nouo consensu
33 etiam in eo, quod erat solitum, vnde † Ecclesia de hac nullitate potest opponere, *vt fuit resolutum in causa Mediolanen. rescissionis contractus 28. Maij 1599.& 2. Febr.1600 coram bo.me. Card.Pamphilio,& in causa Lucana locationis 18. Maij, & 29. Aprilis 1611. coram bo. me. Card. Lancellotto,* qui hodie de mane diem suum clausit extremum.

Et ita conclusum, &c.

☞ * *Idest sub diebus 11. Martij 1620.& 1. Iulij pariter 1620. prima est infra in * Appendice post annum 1626. Altera verò est supra in hoc Tomo decisio 241. vbi annotaui alias decisiones in hac causa emanatas.*

REVERENDISS. PIROVANO.

Lucana Pensionis.

Mercur. 9. Decembris 1620.

ARGVMENTVM.

Distributiones quotidianæ, in quo distinguantur ab alijs fructibus beneficiorum, ac in quo consistat eius particularis natura,& an desinant esse tales. Si quilibet Cappellanus colligat fructus in re sibi assignata, & quid casu quo ipsi diuidant inter se certis tantum temporibus interessendi diuinis.

SVMMARIVM.

1 *Pensio reseruata super fructibus, redditibus, & prouentibus nulla facta mentione de distributionibus*

nibus quotidianis, an ea comprehendantur, quæ distribuuntur in fine anni.

2 *Distributiones quotidianæ distinguuntur ab alijs, quia illæ dantur tantummodo interessentibus verè, & vide num. 5. & 6.*

3 *Absentes nullo modo lucrantur distributiones quotidianas, sed potius amittunt, & interessentibus diuinis accrescunt.*

6 *Distributionum quotidianarum natura ex quo verificetur.*

7 *Distributiones quotidianæ, an ex hoc desinant esse, quoniam quilibet Cappellanus colligit fructus in re sibi assignata.*

8 *Distributionum quotidianarum substantia pendet à seruitio.*

9 *Beneficiati, si diuidant inter se certum tempus interessendi diuinis, tunc ob mutuum seruitium numquam dicuntur absentes, sed præsentes.*

DECISIO CCLXII.

CVM in hac causa sub die 29. Nouemb. 1619.* disputatum fuisset, an valor beneficij, de quo agitur, esset iustificatus, & subsequenter per Dominos negatiuè resolutum, magis determinando quæstionem, cui incumberet onus probandi valorem, quàm veritatem valoris. Ideò denuò suscepi eādem disputationem, quæ pendebat à duobus inspectionibus. Prima an in pensione reseruata super fructibus,
1 redditibus, & prouentibus † nulla facta mentione de distributionibus quotidianis comprehendantur distributiones, quæ in fine anni distribuuntur inter Cappellanos, vt inde saluetur expressio maioris valoris beneficij, quæ alijs forsan saluari non posset, nec per consequens valor beneficij iustificari per pensionarium, prout de intentione illius esse necessarium, iam fuit firmatum ad effectum sustinendi validitatem pensionis. Secunda verò erat, an versaremur in distributionibus quotidianis, vel fructibus. Et sanè postremam Domini determinauerunt affirmatiuè; nempe versari in distributionibus quotidianis reseruando de prima quæstione videre in separata disputatione.

Visum enim fuit ex testibus, & fide quorundam Capellanorum, quæ data fuit, distributiones, de
2 quibus agitur, esse quotidianas, † ex quo illæ distinguuntur ab alijs, quia dantur tantummodo interes-
3 sentibus verè, itaut absentes illas non lucrentur, sed potius amittant, & † interessentes diuinis illas lucrentur, aut per modum accrescendi vel per ius nō decrescendi. *Couar. var. lib. 3. cap. 13. num. 2 Veral. decis. 29. par. 2. Seraphin. decis. 1140 num. 2. Acchill. decis. 12. de præb. Rebuff. cons. 134. num. 3. & 4. Put. decis. 365. num. 2. lib. 2. secundum nouam editionem.*

In præsenti autem tales sunt, quia proueniunt ex
4 massa fructuum mensæ Capellanorum, quæ diuiduntur in tot membra, † quot sunt beneficiati, & cuilibet illorum applicatur vnum membrum, fructus talis membri quilibet lucratur pro rata tēporis dierum, & horarum quibus interfuit diuinis ad eumque officium extant duo partitores, qui distribuunt
5 † habendo rationem horarum, quibus quilibet interfuit, & cum pars amissa per absentes accrescat il-
6 lis qui interfuerunt diuinis, vt deponunt testes, & fides datæ, necessario consequitur, quod † istæ sint distributiones quotidianæ attento modo lucrandi, & amittendi per quem illorum natura verificatur.

Non obstat quod quilibet administret membrum
7 sibi assignatum, & colligat fructus illius, † hoc enim fit pro maiori commoditate colligendi fructus, & redditus Ecclesiæ, itaut non sibi ipsis, sed Ecclesiæ colligant, & nihilominus non consistit esse, vel non esse distributiones quotidianas, sed in modo lucrandi, vel amittendi vt iam dictum fuit.

Minus obstat, quod quilibet interessendo per quindecim dies lucretur totum mensem, vt inde arguatur discontinua, non autem quotidiana distributio, secundum rationes *Cæsar. de Graff. decis. 5. num. 4. vers. & tamen aliquos Dominos de præb.* magisque ad fructus præbendæ, quàm ad distributiones accedat, secundum *Gemin. in cap. 1. num. 5. in fin. de Cler. non resid.* ac cesset seruitium dictum, à quo
8 pendet † ius distributionum. *Put. decis. 375. nu. 4. lib. 2.* Quia obiectum euitatur ex stylo illius Ecclesiæ, dum dicitur, quod beneficiati diuidantur in duas partes, & vna pars residet per 15. dies, & lucratur illas distributiones integras, & alia pars per alios 15.
9 dies † per quos etiam lucratur integram partem, atque ita ob mutuum seruitium nunquam dicuntur absentes, sed præsentes, neque dissentit hora, quoad continuationem temporis, & ea supposita modus lucrandi, vel amittendi distinguat quotidianas distributiones ab alijs, vt iam dictum fuit.

Et ita, &c.

☞ * *Decisio hæc in ista causa facta sub die 20. Nouembris 1619. est supra in hoc Tomo decisio 144. vbi annotaui alias decisiones in hac causa emanatas.*

REVERENDISS. COCCINO.

Romana Testamenti.

Mercur. 9. Decembris 1620.

ARGVMENTVM.

Testamenta plura, quando quis confecit, tunc vltimū absque controuersia attendendum venit, constito tamen de illius validitate, qua occasione multa deducuntur, circa consuetum modum illum testandi per relationem ad cedulam scriptam, vel subscriptam manu ipsius testatoris; quale testamentum dicitur nuncupatiuum nuncupatione implicita. Ac reijciuntur nonnullæ oppositiones perperam obiectæ testamento, de quo hic in decisione agitur.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum vltimum est attendendum.*

2 *in Testamento vltimo subintelligitur clausula, irritans, & cassans, &c. etiam si in eo non legatur.*

3 *de Testamenti validitate non est dubitandum, quando habet hæredis institutionem.*

4 *Hæredis institutio est caput, & fundamentum testamenti.*

5 *ad Testamenti validitatem requisita habentur in l. hac consultissima C. de testam.*

6 *Testamentum illud, quod per relationem ad cedulam fit, est de iure validus. & num. 36.*

7 *Testamentum, quod fit per relationem ad cedulam, habet vim testamenti nuncupatiui nuncupatione implicita.*

8 *in Testamento per relationem ad cedulam, non est necesse, vt testes legerint, viderint, aut aliàs certiores sint de dispositis in cedula.*

9 *Sed sufficit testatorem asserere, se velle disponere iuxta contenta in ea.*

10 *Testamentum per relationem ad cedulam, tunc tenet, si ea per testatorem fuerit scripta. declara num. 11.*

11 *Testamentum per relationem ad cedulam, vt valeat, sufficit, quod ea sit indubitata.*

12 *Idque certè erit, si testator cedulam subscripserit, & duo testes fuerunt præsentes subscriptioni.*

13 *Subscribens omnia contenta in scriptura confirmat.*

14 *Subscribens scripturam ad effectum eam approbãdi, sufficit generalis subscriptio.*

15 *Subscriptio tunc suffragatur, quando subscribens sciuit contenta in scriptura.*

16 *Subscribens scripturam, censetur informatus de contentis in ea.*

17 *Scripturam non censetur, quis subscripsisse absq. eo, quod contenta in ea subscripsisset.*

18 *Subscribens cedulam, si constet eam non legisse, nec apud se eam retinuisse, an valeat d. subscriptio, quid veniat attendendum.*

19 *Subscribens, si sit persona diligens, qui diligenter solet videre facta sua, tunc præsumitur habuisse notitiam contentorum in scriptura.*

20 *Testator, an statim subscripserit cedulam testamenti, itaque illud non legerit, est ista materia tota coniecturalis. & num. 21.*

22 *Testator, quod non legerit cedulam testamenti confectam à Notario, non arguitur ex eo, quia illam statim subscripsit, nam vno ictu oculorum poterat legi substantiam.*

23 *Testis vnicus, & maximè quando est suspectus, non attenditur.*

24 *Testis, si turpitudinem suam alleget, non est audiendus.*

25 *Testis in testamento, quis inuitus adhiberi non potest.*

26 *Testis eo ipso, quod patitur se describi testamento, videtur fateri, se audiuisse, & audiuisse omnia dicta, & gesta in eo.*

27 *Testis subscribens se testamento, videtur pro eo testificare.*

28 *Testis, qui æquiuocat, in facto super quo deponit, non probat.*

29 *Legatum an sit pingue, & amplum, est respiciendum ad facultates testatoris.*

30 *Notarius, non est præsumendum ex suo capite conscripsisse testamentum, maxime, si plura in eo fuerunt disposita.*

31 *Et hoc maximè stante bona fama, ac legalitate ipsius Notarij.*

32 *Testis vnius depositio, non est valens operari, vt testamento non adhibeatur fides.*

33 *Notarius, quod noluerit supplantare testatorem ex quo bene arguatur.*

34 *Testamentum non est annullandum eo, quia testator fecit vnicum hæredem, & asserat infrascriptos hæredes, cum id potius vitietur, quam vitiet.*

35 *Notarius, quando confecit cedulam testamenti de ordine testatoris, debet illum interrogare, an ea sit eius voluntas, & testator respondere, quod sic.*

36 *Id tamen intellige verum, quando sumus in testamento nuncupatiuo, secus vero si tractetur de testamento per relationem ad cedulam à testatore subscriptam.*

37 *Testator, proprio ore debet nominare hæredem.*

38 *Testamentum factum ad interrogationem non tollit primum testamentum solemne.*

39 *Testamentum, quando fit per relationem ad cedulam, non dicitur fieri ad interrogationem, sed solum interrogatio cadit super stipulatione ipsius testamenti.*

DECISIO CCLXIII.

FRANCISCVS Penna Iurisconsultus quinque condidit testamenta, In primo instituit q. Petrum eius famulum. In secundo duos nepotes consobrinos. In tertio Patres Iesuitas. In quarto Patres S. Honuphrij. In quinto, quod sub die 22. Maij superioris anni condidit, Petrum Falconettum, cui in tribus proximis testamentis officium antea sub periculo eius vitæ emptum valorum scut. 2600. legauerat. In hoc vltimo elogio seruata fuit hæc forma. Conscripsit Notarius cedulam, in qua asseruit testatorem nominasse hæredem ore proprio, & illam postea Testator per hæc verba subscripsit, *Io Francesco Penna mano propria*, præsentibus duobus testibus, qui se subscripserunt, affirmantes dictæ subscriptioni Testatoris fuisse præsentes, & postea Notarius consutis folijs, interrogato prius dicto Testatore, An illa esset eius voluntas dictum testamentũ coram septem testibus fuit stipulatus.

Vnde dubitaui, quod testamentum esset atten-
1 dendum, & fuit resolutum † vltimum esse atten-
dendum, quia pro eo stat regula posterius, scilicet,
testamentum rumpere primum, *§. posteriora instit. quib. mod. testam. infir. l. si iure 19. ff. de leg. 3. l. sancimus 27. C. de testam. l. si cum priore 29. ff. ad Tre-*
2 *bell.* & in † secundo testamento intelligitur clausula cassans, & irritans, etiam quod in eo non legatur,
3 *Dec. cons. 475. num. 1.* De validitate enim huius † testamenti dubitari non potest, nam habet hæredis institutionem, quæ testamenti caput, & fundamen-
4 tum † dicitur *l. 1. ff. de hæred. Instit. §. ante hæredis instit. de legat. l. fin. ff. de iur. Codicill. Codic.* & ad-
5 sunt alia † omnia pro testamenti solemnitate, de quibus in *l. hac consultissima C. de testam. §. 1. instit. de testamen. ordin. Craß. in §. testamentum quæst. 10.*

Et modus testandi, quo vsus est Testator per re-
6 lationem † ad cedulam per Notarium prius scriptã, & ab ipso Testatore, præsentibus duobus testibus subscriptam, vt supra relatum est, de iure est vali-
7 dus, & habet vim † testamenti nuncupatiui, nuncu-
8 patione implicita, tam quoad legata, quàm † quoad institutionem, & perinde est, ac si ore proprio hæredem nominasset, nec opus est, quod testes legerint, viderint, aut alias certiores facti fuerint de dispositis
9 in d. cedula, sed sufficit, † quod dixerit se velle disponere, iuxta contenta in dicta cedula, prout in hac facti specie factum fuit, *Bart. in l. si ita scripsero, ff. de condit. & demonst. Ias. in l. vbi autem, §. illud num. 2. ff. de verb. oblig. Ferdinand. Vasquez de succeß. creat. lib. 2. §. 17. requisito 24. num. 53. vbi de communi Paris. cons. 19. num. 12. & 13. vol. 3. vbi de magis communi latè Clar. in §. testamentum q. 36. num. 2. Card. Mantic. de coniect. vltim. volun. lib. 1. tit. 7. nu. 7. Magdalenus de num. testium par. 1. cap. 27. num. 1. vbi de communi Guttier. pract. quæst. ciuil, lib. 2. q. 41. num. 4. & seq. Gabr. de testam. conc. clus.*

clauſ. 11. & fuit in terminis reſolutum in cauſa *Ro-
mana teſtamenti* 28. Maij 1582. *coram Aldobran-
dino. Soccin.ſen.conſ.*142.*num.*2. *verſ.principaliter
lib.*1. *Alciat.conſ.*661.*num.*2.*clauſ.*126.*lib* 9.*tom.*3.
10 Neque obſtat, † quod concluſio procederet, ſi
ſcriptura fuiſſet conſcripta manu Teſtatoris *Bart.in
d.l.ſi ita ſcripſero, verſ.ego dico hoc eſſe verum.
Corn.in l.hac conſultiſſima, §.per nuncupationem
num.*3.*C.de teſtam.* Nam fuit reſponſum ſufficere,
11 quod † ſcriptura ad quam ſe refert Teſtator ſit cer-
ta, vt dicit *Pariſ.conſ* 19.*num.*26.*vol* 3. ſed vtrum-
que ſit cum Teſtator ſcripturam ſubſcripſerit, &
12 duo † teſtes fuerint præſentes ſubſcriptioni, prout
ipſi in ſubſcriptione aſſerunt, & ſic indubitata eſt
ſubſcriptio Teſtatoris, perinde eſt, ac ſi tota ſcri-
13 ptura eſſet ſcripta manu teſtatoris, quia † ſubſcri-
bens omnia contenta in ſcriptura confirmat. *Natta
in auth.quod ſine num.*44.*& ſeq.C. de teſtam. An-
gel.in l.ſi ita ſtipulatus* 126.*§. Chriſogonus num.* 1.
*verſ.& ſic nota. Imol.num.*10.*verſ.item nota.Alex.
num.*8.*verſ.in textu ff.de verb.oblig.cum alijs alle-
gatis per Menoch.præſumpt.*66.*num.*7.*lib.*3. & ſuffi-
14 cit † dicta ſubſcriptio generalis *Io Franceſco Pen-
na mano propria*, & eſt communis opinio, *de qua
Dec. in cap. quoniam contra num.* 207. *de probat.
Roland.conſ* 44.*num.*38.*lib.*1.*Menoch.qui etiam de
communi loco præcitato num.*10.*&* 11.

Neque etiam obſtat, quod ſubſcriptio ſuffragare-
15 tur, ſi conſtaret † Teſtatori fuiſſe lecta contenta in
ſcriptura. *Bald.in l.fin.num.*1.*Salic.in princ.C.plus
valere quod agit.Angel. in l.ſi ita ſtipulatus* 126. *§.
Chriſogonus num.*2.*in princ.ff.de verb. obligat. vbi
Imol.num.*10.*verſ Item nota. Alex.num.*2. *verſ. in
textu. Angel.conſ.*409.*num.*1.*verſ.Sed eorum quæ.
Menoch.d præſumpt.*66.*num.*21. *lib.*3. *Caball. conſ.
deciſiuo* 11.*num* 7.*lib.*2. Nam fuit reſponſum præ-
16 ſumi Teſtatorem † ſciuiſſe, & legiſſe contenta in
cedula. *Alex.conſ.*147.*num.*3.*lib.*2. *Iaſ. in l.ſi ita
ſtipulatus, §.Chriſogonus nu.*14.*ff de verbor. oblig.
Caſtr.conſ.*12.*de caſu præſenti num* 10 *lib.*3. *Felin.
in cap.quoniam contra num.* 48. *verſ. limita* 2. *ad
fin.de probat. Ruin.conſ.*193.*nu.*1. *&* 6.*lib.*2. *Pur-
pur.in l.admonendi num.*179.*de iur.iur.Pariſ.conſ.*
77.*num.*26.*& conſ.*88. *num.*34. *lib* 3. *Menoch. vbi
ſupra num.* 3. Quæ concluſio procedit de plano in
hac facti ſpecie, nam cum teſtator eſſet Iuriſconſul-
tus. & vocaſſet Notarium, vt conficeret nouum te-
ſtamentum, & omnia contenta in ſcriptura vno ocu-
17 lorum ictu, quoad ſubſtantiam videre potuiſſet, † nõ
eſt veriſimile, quod ſcripturam ſimpliciter ſubſcrip-
ſiſſet abſque eo quod contenta in dicta ſchedula in-
ſpiceret. *Imol.in d.§.Chriſogonus num.* 10. *circa
med. verſ. Si vero non conſtat quod legerit*, vbi ſi
non conſtat quod ſubſcribens legerit, neque quod
18 penes ſe habuerit † ſcripturam per interuallum,
hoc caſu eſt attendenda qualitas perſonæ, vt ſi ſit
perſona diligens, quæ conſueuit diligenter videre fa-
19 cta ſua, † & tunc præſumitur habuiſse notitiam cõ-
tentorum in dicta ſcriptura. *Iaſ.ibidem num.* 14.
*Alciat.num.*11. qui de communi teſtatur, eoque
magis procedunt, quia licet Teſtator eſset valde in-
firmus, tamen ſuper lecto ſedit; & ſcripturam ſub-
ſcripſit, vt teſtes deponunt.

Non obſtat quod *Imol.* requirit etiam, quod nec
20 conſtet † ſtatim ſcripturam fuiſse ſubſcriptam, hic
autem conſtat ſcripturam ſtatim fuiſse ſubſcriptam
abſque eo, quod Teſtator illam viderit, vt deponit
vnicus teſtis, qui ſe ſubſcripſit dictæ cedulæ, & teſta-
21 mento, nam fuit reſponſum iſtam materiam † to-
tam eſse coniecturalem, vt in his terminis dicit *Al-
ciat.loco citato.* Vnde cum materia exigeret, vt ſta-
tim ſcriptura videretur, non refert, quod hic conſtet
22 ſtatim ſcripturam fuiſse ſubſcriptam, † quia ex eo
non probatur, quod non fuerit viſa, ſtante ſubiecta
materia, & quod, vt dictum eſt, vno ictu oculorum
ſubſtantiam ſcripturæ legere poterat. Vltra quod
23 iſte teſtis eſt vnicus, † & inſuper deponit Notariũ
dixiſse Teſtatori, quod melius erat inſtituere Petrũ,
& fratribus relinquere ſcut. 500. quod tamen nihil
facit, & quod Teſtator ad verba Notarij, quod me-
lius erat inſtituere Petrũ, reſpondit vh, vh, & quod
erat ſtomacatus de iſto modo procedendi, & quod
fecit congratulationes cum Petro, putans Notariũ
ſcripſiſse ipſum hæredem, & tamen iſte teſtis ſe ſub-
ſcripſit & cedulæ, & teſtamento. Vnde ſi ſciuit fieri
fraudem, dum ſe ſubſcripſit, allegat turpitudinem
24 ſuam, † & ſic non eſt audiendus, *Boſſ.in tit de falſis
25 num* 10.*verſ.poteſt dici*, inuitus enim † adhiberi nõ
poterat vti teſtis. *l.qui teſtamenta, §.vlt. vbi DD. ff.
de teſtam. Mantic.de coniect.vlt volun. lib.*2. *tit.*11.
*num.*14.*in fine*, & eo ipſo quo paſsus eſt ſe deſcribi
26 in teſtamento, videtur † fateri, quod viderit, & audi-
uerit quæcumque dicta, & geſta fuere, & tacitè pro
teſtamento teſtificari. *Bald.in l.fin.num.*3. *C.ſi cert.
27 pet.* vbi quod teſtis † ſubſcribens teſtamento vide-
tur pro eo teſtificari, *idem Bald.in l.fin. num.*20.*C.
de edict.Diu. Adr.tollen.* & latè exornat *Surd. in
conſ.*414.*nu.*77.*& ſeqq vol.*3.

Et prædicta eo magis placuerunt Dominis, quia
iſte teſtis interrogatus, quid in ſtipulatione teſta-
menti, reſponderit Teſtator, dixit, *Non abbadai
che coſa il Penna ſi riſpondeſſe, perche ſtauo vn poco
ſtomacato di queſto modo di procedere*, & ratio erat,
quia etiam ipſe ſperabat ſe aliquid poſse habere, cũ
vt ipſe deponit, *li diſſi, hauete tanti amici, che pre-
garanno Dio per voi, laſciateli qualche memoria
per galantaria, volendo intendere per la verità anco
di me: ma detto Sig. Franceſco, non diede riſpoſta
alcuna* Vnde redditur multum veriſimile, quod iſte
28 teſtis † æquiuocet in ſua depoſitione, nam ſi non
aduertit, quid reſponderit Teſtator ſtomachatus,
potuit etiam non animaduertere, vel æquiuocare,
quod ſcilicet reſpondit, vh, vh. Quia vt deponunt
alij quinque teſtes hæc verba Teſtator protulit, dũ
Notarius vtens verbis Curialibus, quaſi optans il-
li ſanitatem dixit, & aliud teſtamentum faciemus,
tunc enim aiunt ipſum reſpondiſse, vh, vh.

Et videbatur Dominis ceſsare omnis difficultas,
quia perſona inſtituta erat valde cara teſtatori, &
cui in alijs teſtamentis, vt ſupra dictum eſt, lega-
29 tum † ſatis amplum, & pingue habito reſpectu ad
facultates Teſtatoris reliquerat, nec eſt veriſimile,
30 quod ex capite Notarij teſtamentum † fuerit ſcri-
ptum, cũ plura legata pia, & prophana diuerſis per-
ſonis reliquerit, elegerit ſepulturam, aliaque diſpo-
31 ſuerit, quæ ſatis arguunt omnia ritè, & † rectè facta
fuiſse, quibus accedat legalitas ipſius Notarij, de
quo ſemper bene fuit auditum. Vnde nullo pacto
32 depoſitio iſtius teſtis poteſt operari, vt † teſtamen-
to non ſit adhibenda fides, nec eſt habendum in
conſideratione, quod Petro vna cum alijs familiari-
bus lugubria reliquerit indumenta, quia conue-
niunt

niunt testes, quod hæc scripsit ad interrogationem Notarij. An scilicet intelligeret, etiam de Petro, prout etiam non refert quod fuerit loquutus in plurali numero, videlicet, *l'Infrascritti suoi heredi*, quia ista magis augent fidem Notarij, quia si vo-
33 luisset † supplantare Testatorem ad quid opus erat quærere, An vellet relinquere Petro indumenta lugubria, & ad quid scribere, *l'Infrascritti suoi heredi*, & non *l'Infrascritto suo herede*, & si retorqueatur argumentum ad quid fecerit prædicta Testator, si voluit instituere Petrum, responde-
34 ri potest † satis esse, quod ista non vitient, & quod forte adhuc esset dubius de institutione hæredis.

Neque est verum, quod Notarius debuisset de mandato Testatoris scribere testamentum, & postea interrogare, An illud esset eius voluntas, & Testator respondisset, quod sic. *Soccin. iun. consil. 183. num. 3. lib. 2. Bellon. consil. 73. num.* 14. *Clar. num.* 14. *Clar. in §. testamentum quæst. 37. num. 7. vers. tertio scias. Castr. consil.* 155. *num.* 2. *versic. Item Bald. lib.* 1. Quia hæc conclusio procederet si essemus in testamento ad interrogationem, sed ver-
35 samur in testamento † facto relatiuè ad cedulam manu Testatoris subscriptam, & quamuis Notarius interrogauerit Testatorem, si disponebat iuxta contenta in dicta cedula, & ille respondit, quod sic, non ideò sequitur, quod testamentum sit ad in-
36 terrogationem, quia † iste modus testandi est validus, & est testamentum nuncupatiuum nuncupatione implicita, vt supra dictum est, cum alias hæ-
37 res proprio ore † Testatoris debeat nominari. *l. hæredes palam de testam. Couarr. in cap. cum tibi num.* 4. *de testamen.* Vnde cessat quod dicebatur te-
38 stamentum ad interrogationem † non tollere primum testamentum solemne. *Castr. consil.* 155. *num.* 2. *lib.* 1. *Clar. in §. testamentum quæst.* 37. *num.* 8. Quia istud non est testamentum ad interrogationem, cum scriptura subscripta à Testatore, quæ habet implicitam nuncupationem, non sit ad
39 interrogationem † Notarij, sed interrogatio cadit solum super stipulatione testamenti, iuxta contenta in cedula à Testatore subscripta.

Et ita conclusum, &c.

R. P. D. REMBOLDO.

Ragusina Iurisdictionis.

Veneris 11. *Decembris* 1620.

ARGVMENTVM.

Sententiæ, & decreta, quando sint nulla, & iniusta, ac maximè ex insanabili illo defectu citationis. Iudices ex abrupto non debent deuenire ad aliqua decreta, sed seruatis seruandis, maximèq. si res sit magni præiudicij, nam Iudices non fulminare, sed iudicare debent.

SVMMARIVM.

1 *Citatio de Iure Diuino est requisita.*
2 *Citatio facta Capitulo non legitimè congregato inualida est.*
3 *Actus sine citatione gestus non potest conualidari cum intimatione.*
4 *Gesta ab Ordinario in actu visitationis, non probantur per eius assertionem.*
5 *Iudex non potest deuenire ad aliqua decreta ex abrupto, sed ad ea procedere ser. ser. & maximè si sint magni præiudicij.*
6 *Possessor non est priuandus sua possessione.*
7 *Consuetudo maximè attenditur in materia iuris eligendi.*
8 *Præbendæ quando non sunt distinctæ, nec Ordinarius eas distinguere potest.*
9 *Fructuum restitutionem bona fide perceptorum, quis condemnari non debet.*

DECISIO CCLXIV.

DICTVM fuit sententiam, & decreta D. Archiepiscopi esse vti nulla, & iniusta reuocanda: nullitas enim videbatur clara, quia fuit deuentum ad priuationem Capituli iuris eligendi, & aliorum iurium, de quibus in dicta sententia, &
1 decretis, nullo iuris ordine seruato, & sine † citatione etiam de Iure Diuino requisita, *gloss. in Clem. sæpè in versic. defensiones, de verbor. signific. Bar. in extrauag. ad reprimen. in vers. & figura, nu.* 6. *Dec. consil.* 603 *num.* 11. *& seq. cum alijs per Vant. de nullit. ex defectu citationis, num* 9.

Nec obstat intimatio postea Capitulo facta,
2 quia præterquamquod non fuit facta † Capitulo legitimè congregato, *gloss. & DD. in l. non potest, ff. de reg. iur. Cardin. Seraphin. decis.* 857. *num.* 7. *in* omnem † etiam euentum non potuisset per eam
3 actus sine citatione gestus conualidari. *Rot. decis.* 492. *num.* 7. *par.* 1. *in recent.*

Minus aliquid facit quod prædicta fuerint ab Ar-
4 chiepiscopo in actu † visitationis gesta, non solum quia de hoc non constat, neque id probatur ex solius Archiepiscopi assertione, vt fuit dictum in Vicen. *Iuris ordinandi* 24. *Ianuarij* 1611. *coram bon. mem. Litta*, sed etiam quia non potuisset D. Archiepiscopus ad dicta decreta sub prætextu visi-
5 tationis † ex abrupto deuenire, sed cum sint magni præiudicij, tenebatur ad ea seruatis seruandis procedere, vt fuit in hac eadem causa die 15. Iunij præteriti firmatum, iniustitia etiam redditur
6 manifesta, tum quia Capitulum non † poterat priuari sua quasi possessione eligendi, in qua reperiebatur, vt constat ex actibus, *qui dantur Summario dicti Capituli numero tertio*, non constito, quod
7 dictum ius eligendi ad alium pertineret, † cum maximè in hoc attendatur consuetudo, *Rota decis. in nouis. Cassador. quarta, de concess. præbend. in nouis. Cassador. decis.* 22. *de præbend.* tum etiam quia cum Præ-
8 bendæ antea non essent † distinctæ, non poterat dictus Archiepiscopus eas distinguere, *Abbas in cap. maioribus, numer.* 4 *de præbend.* eoque magis, quia in actis non constabat, quod adessent redditus sufficientes.

Et multò minus dictos Canonicos condemnare
9 ad † restitutionem fructuum, iuxta consuetudinem Capituli bona fide perceptorum, *Oldrad. consil.* 56. *Put. decis.* 175. *lib.* 1.



R. P. D.

R. P. D. REMBOLDO.

Ariminen. Domus.

Veneris 11. *Decembris* 1620.

ARGVMENTVM.

Bona minorum si ex causa necessaria vrgentis, & imminentis æris alieni sint vendita, & cum debitis solemnitatibus, & decreto Iudicis, tunc causæ expressæ in instrumento præsumuntur veræ, quodq. Iudex non interposuerit decretum, nisi omnibus sibi narratis plenè cognitis & iustificatis &c.

SVMMARIVM.

1 *Bona minorum non possunt alienari, aut vendi, nisi ex causa necessaria.*

2 *Venditio bonorum minorum facta cum debitis solemnitatibus, & Iudicis decreto, præsumuntur narrata in instrumento esse vera, & nu.3. & 8.*

4 *Contractus minorum non attenditur, quamuis gestus cum debitis solemnitatibus, quando constat de falsitate causæ.*

5 *Actio omnis remanet præscripta spatio 30. annorum, & amplius non potest dari de nullitate.*

6 *Census non est respectu emptoris redimibilis.*

7 *Interpretatio omnis est facienda pro validitate actus.*

DECISIO CCLXV.

DOMINI dixerunt venditionem domus, de qua agitur, fuisse validam, quia licet res mi-
1 norum vendi, aut †alienari non possit, nisi ex causa necessaria vrgentis, & imminentis æris alieni, *l. ob æs C. de præd. minor. Gabr. cons.* 36. *num.* 44. *lib.* 1. *Rolan. cons.* 33. *num.* 1. & 2. *lib.* 1. satis tamen in præsenti constat ex lectura instrumenti vēditionis, quod ista venditio facta fuit ex causa necessaria, quia videlicet minores obligati erant varijs, & diuersis personis, tum ex causa annui census ab eorum patre impositi, tum ex alijs causis in eodem instrumento expressis, nec aderant alia bona ex quibus dicta debita cum minori dispendio dictorum minorum solui
2 potuissent, & cum dicta venditio facta fuerit † adhibitis solemnitatibus, & Iudicis decreto, præsumitur quod causæ sic in dicto instrumento expressæ sint veræ, quodq. Iudex dictum decretum non interposue-
3 rit, †nisi omnibus sibi narratis plenè cognitis, & iustificatis, *Alex. cons* 80. *num.* 5. *lib.* 5. *Put. decis.* 205. *num.* 2. *lib.* 3. cum alijs plenè deductis *in Amerina domus* 13. *Februarij* 1615. & 26. *Nouembris* 1616. *coram R.P.D. meo Pamphilio.*

4 Non obstat quod ista præsumptio cessat, quando probatur falsitas dictarum causarum, & quod,† tunc non obstante dicto decreto super alienatione rerum minoris cum interposito, alienatio non sustinetur, *l. tutor, & l. fin. §. fin. ff. de tut. & cur. Rom. cons.* 454. *nu.* 12. *Dec. cons.* 403. *num.* 20. quia præterquam quod aliqui ex DD. sentiebant, quod cum venditio, de qua agi-
5 tur, facta fuerit ab hinc 44 annis sit per tanti temporis cursum omnis † actio præscripta, itaut amplius de nullitate dictæ venditionis dari non possit, *l. sicut & l. vltima. C. de præscript.* 30. *annor. Rolan. cons.* 72. *num.* 19. & *seq. lib.* 2. *Aym. cons.* 124. *nu.* 14. *Card. Seraph. decis.* 1360. *num.* 3. non probatur etiam dictarum causarum falsitas.

Neque enim facit quod dicitur causam dictæ alienationis quoad debitum census nō esse veram, cum nō potuisset dici census debitor ad restitutionem sortis
6 compelli, eo quod † census non est respectu emptoris redimibilis, vt in his terminis fuit dictum in *Foroliuien. rescissionis contractus* 19. *Decembris* 1603. *coram bon. mem. Cardin Pamphilio*, quia venditio non legitur facta pro extinctione, seu restitutione dictæ sortis principalis census, sed in ea tantum dicitur, quod minores erant obligati diuersis personis pro satis magnis pecuniarum quantitatibus ex causa census, quod intelligi debet de fructibus ex causa dicti census debitis, non solum, quia verba id
7 significare videntur, †sed etiam quia omnis interpretatio capienda est pro validitate actus ad *l. quoties. ff de condit. & demonstr. Crau. cons.* 245 *num.* 5.

Minus facit quod dicta debita erant soluenda ex fructibus hæreditatis etiam vigore capitulorum matrimonialium, quia non constat quod de tempore venditionis, quæ fuit facta anno 1576 adessent fructus sufficientes pro soluendis dd. debitis, & donec contrarium plenè probetur præsumitur, quod non adessent, quia in instrumento asseritur, quod non aderant pecuniæ, nec nomina debitorum, nec mobilia, aut alia bona, ex quibus potuissent dicta debita
8 † solui, & ista assertio propter Iudicis decretum præsumitur vera, vt dictum est præsertim per lapsum plusquam 40. annorum.

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Romana Domus.

Veneris 18. *Decembris* 1620.

ARGVMENTVM.

Res empta pro se, & persona nominanda, donec non sequatur nominatio, res est ementis. Geminatio actuum quid importet. Socius regulariter loquendo non potest implicare pecunias sociales extra materiam societatis. Pro scripturarum concordia semper facienda est interpretatio.

SVMMARIVM.

1 *Emptio facta pro se, & persona nominanda, interim enim & donec non sit secuta talis nominatio, res est ementis.*

2 *Geminatio actuum magis denotat enixam voluntatem, & certam deliberationem circa actum, qui geritur.*

3 *Ius, quod quis non habet, cedere non potest.*

4 *Socius de iure communi non potest implicare pecunias sociales extra materiam societatis.*

5 *Interpretatio semper est facienda, vt scripturæ concordentur.*

6 *Probatio debet concludere per necesse.*

DECISIO CCLXVI.

SÆPIUS vtraque parte informante, proposui dubium, An esset recedendum à decisis in hac causa, sub die 9. Iunij 1617. quod demum sub hac die 18. Decembris Dominis de Donis pluries citatis, non informantibus, fuit affirmatiuè resolutum, hoc est domum, de qua agitur, non fuisse ab initio emptam pro ratione bancharia, sed pro ipsomet D. Pyrrho, ipse enim habet fundatam intentionem super
1 instrumento emptionis, quod cantat † pro se, & persona nominanda, interim enim, & donec, non sit secuta

cuta talis nominatio, res fuit acquisita soli Pyrrho ementi, *Bald. in l. 1. num. 10. in fin. ff. de pact. Alex. cons. 232. num. 3 lib. 6. Dec. cons. 543. num. 3. Cephal. cons. 325. num. 14 & Surd. decis. 325 num. 1. Cardin. Mantic. decis. 336. num. 1.* cum alijs deductis in decisione coram me in hac causa facta sub die 27. Ianuarij præteriti.

Et pro argumento quod domus fuerit ab initio quæsita Pyrrho, fuit ponderatum, quod Pyrrhus in libris rationis banchariæ fuit creatus debitor pretij, quod ratio bancharia soluerat venditoribus domus, ideoq. apparet Pyrrhum cum consensu rationis banchariæ pro se acquisiuisse, quia alias debitum pretij, non fuisset dandum Pyrrho, sed ipsimet rationi, augetur vis argumenti, quia non semel, sed pluries, nempe in solidationibus cõputorum factis de libro in librum, & in renouatione rationis Pyrrhus fuit
2 constitutus debitor dicti pretij, Geminatio † enim actuum magis denotat enixam voluntatem, & certam deliberationem circa actum, qui geritur, *l. balista. ff. ad Trebell. l. 1. C. de plus petit. l. cum scimus,* vbi *Bart. C. de agric. & censit. lib. 11.* Item fuit obseruatum quod domus nunquam fuit descripta inter bona rationis banchariæ, prout describi debuit, si pro illa fuisset empta; Item fuit ponderatum Pyrrhũ
3 vendidisse, & cessisse † hanc domum Donis, quod fieri non poterat, nisi prius fuisset acquisita ipsi Pyrrho, *iuxta reg. l. traditio. ff. de acquir. rer. domin. & l. nemo plus ff. de reg. iur.*

Fuit etiam ponderata quædam epistola data in summario impresso Donorum nu. 7. In qua fit mentio de mandato dato in Bandino, *perche concluda la compra à fauor del Sig. Pirro*, Item aliæ partitæ solutionum factarum creditoribus Lippomani, quæ fuerunt adnotatæ super libris rationis banchariæ, ad debitum Pyrrhi, pro liberanda domo à molestijs super ea illatis in remedio saluiani, & fuerunt etiam datæ aliæ litteræ scriptæ per rationem banchariam, nempè sub die 28. Augusti 1610. & alia 27. Nouembris eiusdem anni, in quibus ratio bancharia præsupponit Pyrrhum pro emptore, fuit etiam consideratum nullibi apparere de voluntate Marij, qui erat maior socius, & cuius consensus requirebatur, tam
4 de iure communi, cum † de iure non possit socius implicare pecunias sociales extra materiam societatis, *Bart. in l. nemo ex socijs, vers. in alijs vero. ff. pro soc. Alex. cons. 186. num. 3. lib. 2. Dec. cons. 556. num. 1. Card. Mantic. decis. 45. num. 7.* quam ex forma capitulorum in quibus hoc expressè cauetur.

Ad deducta in prædicta decisione sub die 9. Iunij circa antecedentia emptionis, nempe duas epistolas scriptas per Montautum, fuit responsum, verba de quib. in illis epistolis, posse verificari in eo, quod Pyrrhus quidem emerit de consensu rationis bãchariæ, & communicato cum illa consilio, sed non exinde sequitur, quod non emerit nomine proprio, vt cantat instrumentum, animo suis loco & tempore nominandi rationem banchariam, & sic lato modo verificantur verba, de quibus in prædictis epistolis, *di far la compra sotto nome del nostro Pirro per nostro commodo*, hoc est quia dominium quæreretur Pyrrho ad commodum rationis banchariæ, præcedente scilicet nominatione, quæ habet vim cessionis in nominato, & quicquid dicendum esset cum dictis solis epistolis, cessare difficultatem stantibus contrarijs, de quibus supra, quia semper
5 † faciẽda est interpretatio, vt scripturæ concordétur.

Quantum ad deducta à posteriori, nempe de epistolis scriptis ad Marium Donum, fuit dictum, prædictas epistolas posse verificari in emptione facta realiter in persona Pyrrhi, cum animo transferendi in societatem mediante nominatione, fuit enim ponderatum epistolas non dicere, quod emptio fuerit facta pro ratione bancharia, sed indefinitè, ibi, *la compra della casa fu stabilita*, & verba subsequétia, *se ne restasse poi libera*, quia scilicet venditores non retroemerent iuxta pactum, possunt verificari, si & posteaquam secuta fuisset nominatio, & hanc interpretationem esse assumendam pro concordia multorum, de quibus supra in principio, quæ vrgét in contrarium, & mouit etiam DD. quod istæ sunt litteræ minorum sociorum scriptæ ad Marium principalem socium, cuius responsiones non exhibentur, & sine cuius consensu non poterat fieri emptio, vt supra ponderatum est. Quo vero ad ponderata in decisione circa illud, quod ratio bancharia fuerit in possessione domus, nec appareat de locatione, & solutione pensionis, visum fuit DD. quod hoc non posset præponderare tot alijs supra in contrarium adductis, & posse esse, quod Pyrrhus permiserit rationem banchariam frui domo, stante quod ipse erat consocius, & nullum soluebat in esse de pecunijs habitis à ratione bãcharia pro solutione pretij domus, & dicitur etiam nondum fuisse inter partes solidata computa super hoc.

Circa ponderationem, de qua in decisione, de quodam folio manu Pyrrhi conscripto in quo ipse posuerit inter effectus rationis bancharię hanc domum fuit dictum folium nõ fuisse datum integrum; Item potuit poni propter animum quem habebat Pyrrhus illam cedendi rationi banchariæ, vel etiam potest esse quod tale folium fuerit factum post cessionem, cum enim folium minimè habeat diem, & annum admittit prædictam possibilitatem; fuit etiam
6 allegatum verba † folij non importare pernecessi- quod domus esset inter effectus rationis banchariæ, vt latius per informantes pro D. Pyrrho.

☞ *Decisio ista in hac eadem causa facta sub die 9. Iunij 1617. coram eodem bo. me. Remboluo erit, infra in Appendice post decisiones anni 1626. prout in Indice ibi in principio posito.*

R. P. D. V B A L D O.

Thianen. Beneficij.

Lunæ 11. Ianuarii 1621.

A R G V M E N T V M.

Possessio certiori signo probari nequit, quàm ex fructuum perceptione. Possessio per Monachum quæsita, acquiritur monasterio, sicuti acquiritur patri vel Domino, per filium, vel seruum. Procurator generalis Religionis, licet non possit comparere pro particulari conuentu, limita tamen id ex priuilegio Apostolico in Procuratore generali Mendicantium.

S V M M A R I V M.

1 *Fructuum perceptio est verus modus probandi possessionem.*
2 *Ecclesiæ vera possessio consistit in administratione spiritualium.*
3. ex

3 ex Confessione partis optimè probatur possessio.
4 Possessio per Fratres retenta absq; dubio fuit quæsita Religioni.
5 Possessio habita per filium, vel seruum, acquiritur patri, vel domino.
6 Possessor, si se non habuit pro spoliato, manutenendus venit.
7 Ecclesiæ status vltimus est attendendus, quando non constat de contrario.
8 Fides etiam rogata per Notarium non probat.
9 Possessio capta propria auctoritate, & absque auctoritate Iudicis competentis non releuat.
10 Ecclesiæ possessio capta sola licentia Iudicis laici, perperam capta est.
11 Possessio posterior præsumitur clandestina, & turbatiua.
12 Citandus est possessor, quando alius est immittendus, ad hoc vt priuetur sua possessione, & nu. 13.
14 Guardianus cum duobus Fratribus non possunt præiudicare conuentui, & multo minus Religioni.
15 Procurator generalis Religionis non potest nomine alicuius particularis conuentus comparere.
16 Religiones Mendicantium ex priuilegio Apostolico habent, vt eorum Procurator generalis possit comparere pro Monasterio particulari.

DECISIO CCLXVII.

DIXERVNT Domini mandatum de manutenendo esse dandum Fratribus Sancti Francisci in possessione Ecclesiæ, de qua agitur, quia de eorũ anteriori possessione cõstat ex pluribus testibus optimè deponentibus in dicta Ecclesia semper vidisse
1 Fratres, & quod ipsi perceperunt fructus, † qui est verus modus probandi possessionem, *l. Titia. ff. de solut. Bald. in l. inditia. num. 6. C. de rei vendic.* cum alijs, de quibus *in Ferentina Bubularum 30. Octobris 1617. coram R.P.D meo Buratto, Menoch. de retinend. remed. 3. num. 564.* & in eadem Ecclesia celebrarunt Missas, & alia Diuina officia, & sic ad-
2 ministrarunt † spiritualia, in quo etiam consistit vera possessio, *glos. & Doct. in cap. commissa. de election. Abb. in cap. in Genesi num. 5. eod. tit. Paris. cons. 39. num. 24. lib. 4.* fuit dictum in *Mutinen. Canonicatus 13. Iunij 1614. coram me,* & accedit confessio Ioannis Matthæi in instrumento captæ per eum possessionis, quatenus fidem faciat, vt infra, in quo fatetur reperisse in dicta Ecclesia Guardianum, & alios Fra-
3 tres, † & ex confessione partis probatur possessio, *Rota decis. 802. num. 1. & seqq. par. 1. diuers. & fuit sæpè decisum,* & dicta possessio per Fratres retenta
4 absq; dubio fuit † quæsita Religioni, quæ nunc est in causa sicut dicitur de possessione filij, vel serui,
5 quæ acquiritur † patri, & domino, *l. 1. §. item acquirimus, vbi Castr. l. quod seruus, cum ibi notatis. ff. de acquir. poss. §. item vobis inst. per quas personob. acquir. Alex. in l. 1. §. per seruum, num. 14. in fine. ff. de acquir. possess.* Vltra quod testes explicitè etiam deponunt de possessione Religionis, quæ
6 cum non se habuerit † pro spoliato, non videtur illi deneganda manutentio, *§. retinendæ. instit. de interdict. Caputaq. decis. 198. par. 2.* & tanto magis,
7 quia † vltimus status est regularitatis, & non constat quod sit beneficium collatiuum, *vt fuit dictum in vna Clusina beneficij 20. Nouembris præteriti coram R.P.D. Buratto,* in qua aderat similis prouisio Capituli Lateranen.

Non obstat prætensa possessio Ioannis Matthæi, quia vltra quod pro ea probanda non deducitur nisi
8 fides Notarij, qui de ea † prætenditur rogatus, quæ fidem non facit, vt in his terminis fuit dictum in *causa Aquileien. beneficij 13. Nouembris præteriti coram D. Buratto.* Respondebatur etiam Ioannem Matthæum accepisse possessionem propria auctori-
9 tate, † & absque auctoritate Iudicis competentis, & sine vllo mandato de immittendo, sed cum sola licẽ-
10 tia Iudicis † laici. Vnde nullo modo potuit priuare Conuentum seu Religionem sua possessione anterio-
11 ri, cum posterior præsumatur clandestina, & † turbatiua, *cap. licet causam. de probat. Rota decis. 19. num. 1. par. 2. diuers. cum alijs in Augusten. Hospitalis 21. Februarij 1611. coram me, quæ est decis. 293. num 8. par. 1. in recent.* & quatenus etiam in-
12 teruenisset mandatum Iudicis † nõ potuisset priuare Fratres eorum possessione, cum non fuerint citati *l. de vnoquoque. ff. de re iud. Rota d. decis. 802. nu. 7. & 8. par. 1. diuers.* qua etiam ratione nõ obstat præ-
13 tensum † mandatum de manutenendo postea Ioanni Matthæo concessum.

Non obstat quod prædicti Guardianus, & Fratres consenserint apprehensioni possessionis factæ per Ioannem Matthæum, vt latius in dicta fide, de qua
14 supra, † quia dictus Guardianus cum duobus Fratribus non potuit præiudicare Conuentui, & multo minus Religioni, *cap. 1. & per tot. tit. de his quæ fiunt à maiori parte Capituli, Cassad. decis. 8. de caus. poss. & propr. cum allegatis.*

Tandem non obstat, quod Procurator generalis
15 Religionis non † possit nomine alicuius particularis Conuentus comparere, *Felin. in cap. eam te num. 14. vers. per istam differentiam. de rescr. Fastol. dubit. 23.* quia quicquid sit de iure communi, Religiones
16 Mendicantium habent hoc † ex priuilegio Apostolico, vt Procurator generalis possit comparere pro Monasterio particulari, *vt fuit dictum in causa Agrigentina Sancti Angeli 30. Aprilis 1604. coram R.P.D. meo Decano apud Marchesan. impress. in tract. de commiss. fol. mihi 952. num. 5.*

Et ita fuit decisum &c.

REVERENDISS. COCCINO.

Bononien. Vsusfructus.

Veneris 15. Ianuarij 1611.

ARGVMENTVM.

Debitor in præiudicium creditorum, an possit repudiare hæreditatem, vel legatum sibi delatum, & licet verior opinio sit, id in eius arbitrio esse, tamen ea opinio ab aliquibus limitatur, quando creditores habent hypothecata omnia bona, tam præsentia, quam futura, vt tunc non possit repudiare, & quid si iã repudiauerit, vt possint creditores contra hæreditatem exequi mandata, quid nam sit peragendum.

SVMMARIVM.

1 *Legitima, cui est debita, ipse non potest repudiare hæreditatem, & tantum legitimam acceptare.*
2 *Mandatum non potest exequi contra iam hæreditatem, quam debitor repudiauit.*
3 *Debitor, iuxta veriorem, & communiorem sententiam potest non acquirere, ac repudiare legatum, aut hæreditatẽ sibi delatã in præiudiciũ creditorũ.*

4 De-

4 *Debitor non potest repudiare legatum, seu hæreditatem sibi delatam in præiudicium illius creditoris, ad cuius fauorem bona, & iura præsentia, & futura debitoris sunt hypothecata.*
5 *Anchar. concil. 101. num. 8. quando procedat.*
6 *Debitor, quando in præiudicium creditorum non potuit repudiare hæreditatem, tunc vt contra eã possint exequi mandata, quid requiratur.*
7 *Iudicium ordinarium requiritur, quando creditores cogere possunt debitorem ad reuocandam repudiationem hæreditatis ab ipso factam in eorum præiudicium.*
8 *Et sic requiritur citatio eorum, quibus per talem repudiationem fuit ius quæsitum.*

DECISIO CCLXVIII.

FVIT relaxatum mandatum ad instantiam D. Com. Blanchini contra D. Antonium de Linis, & cum postea obierit Georgius nepos ex filio dicti Antonij, quæsitum fuit, an mandatum posset exequi super legitima debita Antonio in bonis aduentitijs dicti Georgij, & negatiuè fuit resolutum, quia si Antonius potuit renuntiare hæreditati dicti Georgij; nec legitima ipsi Antonio est debita; Ille
1 enim cui est debita legitima non potest repudiare hæreditatem, & tantum legitimam acceptare *Dec. in l. hæres instituta num. 5. C. de impub. & alijs substit. Trentac. de substit. par. 1. cap. 9. à num. 12. vers. prima est. cum seq. præsertim nu. 24. Fachin. controu. iuris lib. 4. cap. 65. & lib. 6. cap. 57. latè Tiraq. de iure primog. q. 35 num. 10. & latè etiam Bero. qu. 87. num. 10. & fuit resolutum in causa Bononien. indemnitatis 23. Martij 1618. corã R.P.D. Dunezetto.*

Sed quatenus bona Georgij ad alium ex dispositione matris Testatricis pertinerent, de quo tamen non fuit doctum, itaut sola legitima ad D. Antoniũ auum spectaret, vel ageretur de exequendo manda-
2 tum † contra hæreditatem, quem in rei veritate D. Antonius repudiuauit, adhuc visum fuit Dominis mandatum non esse exequendum. Est enim quæstio, an debitor possit non acquirere, vel repudiare
3 legatum, † aut hæreditatem in præiudicium creditorum, & affirmatiua sententia videtur verior, & communior contra *Anchar. in cons. 101. numer. 8. Franc. dec 101. num. 2. & seq. Peregr. de iure Fisc. lib. 6. tit. 7. num. 38. & hanc sententiam sequitur Rota in causa Romana de Fabijs 30. Maij 1580. coram bo. me. Card. Blanchetto.*
4 Et quamuis † huic fundamento replicaretur illud non procedere, quando creditor habet bona, & iura præsentia, & futura debitoris hipothecata, prout Comes Blanchinus creditor habet, quo casu pro-
5 cedere † consilium Ancharani tuetur *Peregr. de iur. fisci dicto lib. 6. & tit. 7. num. 39. et in cons. 71. nu. 3. lib. 1. & de fideicomm. art. 3. numer. 130. & 131. Menoch. cons. 77. per tot.* tamen quicquid sic de hac limitatione, quam hodie noluerunt Domini resoluere, licet aliquibus non displiceret, fuit responsũ,
6 quod quatenus † esset vera, adhuc non posset exequi mandatum, nisi reuocata prius repudiatione, & coa-
7 cto D. Antonio ad † adeundum, quia interim repudiatio habet implicitum statum validitatis, & propterea reuocatio requirit iudicium ordinarium, &
8 citatione † aliorum nepotum, quibus ex dicta repudiatione ius quæsitum fuit.

Ex quibus conclusum fuit mandatũ non esse exequendum.

In hac eadem causa infra habes pleniorem decisionem sub die 24. Ianuarij sequentis anni 1622.

REVERENDISS. P. D. MANZANEDO.
Patriarcha Hierosolymitano.
Romana Alimentorum.
Lunæ 11. Ianuarij 1621.

ARGVMENTVM.

An Hebræis carceratis pauperibus ad instantiam creditorum Christianorum debeantur alimenta per dictos creditores.

SVMMARIVM.

1 *Christianis carceratis pauperibus debentur alimenta ex dispositione iuris communis per eorum creditores.*
2 *Christianis, quæ ex dispositione iuris communis debentur, debent etiam habere locum in Iudæis.*
3 *Iudæi vtuntur iure communi, & secundum ius Romanorum ciuile iudicari debent numer. 2. 35. & num. 45.*
Iura inter Iudæos, & Christianos sunt communia.
4 *Cum Iudæis, quo ad ius reddendum nulla est facienda differentia, nisi in casibus aliter expressis.*
5 *Iudæos ob iustas causas Sancta Mater Ecclesia tolerat.*
6 *Iudæi respectu fori temporalis propter tollerantiam Ecclesiæ non sunt personæ odiosæ.*
7 *Iudæi in humanis actibus cum Christianis participant.*
8 *Aequalitas in iudicio seruanda est nu. 9.*
10 *Iudæis contumeliæ, & iniuriæ fieri de iure non possunt.*
11 *Alimenta denegare est hominem necare.*
12 *Alimenta pauperi carcerato denegare, est summa iniuria.*
13 *Alimenta etiam Iudæo pauperi carcerato sunt præstanda.*
14 *Iudæorum caro non est permittendum, vt per indirectum in commercium ad instantiam creditoris deducatur, & fame necentur.*
15 *Iudæi debent ad beneficium cessionis admitti, & quare.*
16 *Alimenta in curia de consuetudine per creditorem præstantur pauperi Christiano carcerato.*
17 *Consuetudo, quæ inter Christianos seruatur, extenditur etiam ad Iudæos.*
18 *Iudæi in quibus dicantur esse de populo, & corpore ciuitatis. num. 19.*
20 *Iudæi gaudent statuto, & consuetudinibus Ciuitatum, siue illa sint fauorabilia, siue odiosa.*
21 *Iudæi gaudent omnibus immunitatibus concessis Ciuibus.*
22 *Alimentorum materia est proportionabilis, & æqualiter conuenit Iudæis sicut Christianis.*
23 *In proportionabilibus disposita in Christianis debent etiam habere locum in Iudæis.*
24 *Creditor ex qua ratione teneatur alere debitorem pauperem carceratum.*
25 *Vbi*

25 *Vbi militat eadem ratio, idem ius est statuendum.*
26 *Princeps tenetur Iudæorum necessitatibus subuenire, & in illis charitatem exercere.*
27 *In præstatione alimentorum attenditur vsus.*
28 *Iudæi non sunt de gremio Ecclesiæ.*
29 *c. gaudemus de diuort. quomodo intelligatur.*
30 *Subministratio alimentorum fuit de æquitate introducta.*
31 *Iudæis est seruandus rigor, non autem æquitas.*
32 *c. de Iudæis, quo casu procedat. num. 33.*
34 *AEquitas scripta habetur pro iure communi.*
35 *Iudæi vtuntur iure communi.*
36 *Iudæi admittuntur ad purgationem moræ.*
37 *Purgatio moræ fuit introducta ex æquitate.*
38 *Restitutio in integrum cōpetit minoribus ex æquitate.*
39 *Restitutio in integrum datur etiam Iudæis minoribus.*
40 *Christiani pauperes si à creditoribus non alimententur sunt excarcerandi.*
41 *Dispositio Constitutionum Pij V. 68. §. 3. & Pauli V. in reform. trib. vrb. §. 24. num. 8. non comprehendit hebræos.*
42 *Dispositio supradictorum Constitut. est restricta ad facultates vint. carcerum.*
43 *Rubrica denotat, & declarat disposita in nigro.*
44 *Declaratio facta per Visit. carc. super dictis Constitutionibus quomodo sit intelligenda.*
45 *Confirmatio Pontificis non extendit actum, nec quodquam de nouo tribuit, sed tantum approbat illam in suis terminis.*

DECISIO CCLXIX.

DVBITAVI An Hebræis car ceratis pau-
peribus ad instantiam Creditorum Christia-
norum debeantur alimenta per dictos Creditores;
Et Domini affirmatiuè responderunt, cum enim
1 hoc reperiatur ex iuris communis dispositione cau-
tum in Christianis, *vt testatur gloss. in l. fin. verb.*
agnoscere C. de erogat. milit. an non lib. 12. *Specul.*
in tit. qui fil. sint legit. §. fin. num. 20. Aretin. in §.
fin. in fin. instit. de action. Afflict. decis. 71. num.
1. & 2. Guidopap. *decis.* 211. *num.* 2. *Pontan. de*
alim. cap. 11. num. 7. Surd. eod. tract. tit. 1. q. 71. &
seqq. Farin. in prax. q. 27. num. 149. Debet etiam
habere locum in Iudæis, quia ipsi vtuntur iure cō-
2 muni † & secundum Ius Romanorum Ciuile iudi-
cari debent, *l. Iudæi communi Iure Romanorum*
viuentes C. de Iudæis Alex. cons. 75. num. 6. lib. 5. &
cons. 99. num. 3. lib. 6. Felin. in cap. 2. num. 5. de Iu-
dæis Henric. Boic. in cap gaudemus nu. 4. de diuort.
Corn. cons. 180. num. 5. lib. 2. Becc. cons. 84 num. 7.
Rolan. cons. 35. num. 22. lib. 2 Natta cons. 620. nu.
9. Surd. cons. 622. num. 24. & decis. 133. num. 2. Rim.
Iun. cons. 653. num. 64 Bermun. de public. concub.
tit. de adulter. num. 34. Marquard. *de Iudic. par. 2.*
cap. 1. num. 1. & seqq. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.*
21. tit. 8. num. 6.
3 Iura enim inter Iudæos, † & Christianos sunt cō-
munia, nec cum ipsis, quoad tramites legum Ro-
manorum, & ius reddendum facienda est differen-
4 tia, † nisi in casibus aliter expressis *Felin. vbi supra*
num. 5. Becc. num. 7. Surd. dicta decis. 133 num. 3.
Ripa in l. Insulam num. 10. ff. de verb. oblig. quia ob
5 † iustas causas Sancta Mater Ecclesia illos tollerat.
Felin. in cap. consulait num. 5. de Iudæis Rolan. cons.
25. *num. 2. lib. 3. Natt. vbi supra num. 9.* & respectu
6 fori temporalis † propter dictam tollerantiam non
sunt personæ odiosæ. *Alex. dicto cons. 99. num. 14.*
Becc. d. cons. 84. num. 11. Natt. num. 21. Sed in
7 humanis actibus † nobiscum participant *l. Spadonē*
§. eam autem ff. de excusat. tutor. vbi not. Bald. Alex.
dicto cons. 99. num. 14. Rim. *Iun. cons. 275. num. 25.*
Roland. d. cons. 35. nu. 32. Bermund. vbi supra num.
35.
8 Quod facilius debet procedere † ratione æquali-
tatis seruādæ in Iudicio, alias enim si Iudæis hoc casu
non seruaretur ius commune; sequeretur, quod
Christiani debitores pauperes ad eorum instantiam
carcerati contra illos vterentur, hoc iure commu-
ni, petēdo alimenta, ipsi verò non possent vti contra
9 Christianos, & sic non seruaretur † dicta æqualitas
contra *l. final. C. de fruct. & lit. expens. vt notat Ri-*
min. d. cons. 653. num. 64. et Natta dicto cons. 620.
num. 11.
10 Quibus accedit, † quod reperitur expresè prohi-
bitum fieri Iudæis contumelias, & iniurias *cap. sicut*
§. fin. de Iudæ. l. Christianis C. *de Paganis Anchar.*
cons. 271. num. 2. vers. potest; ergo Iudæis Natta di-
cto cons. 620. nu. 9. Marquard. *vbi supra dicto cap.*
11 2. *num.* 2. Vnde † cum denegare alimenta sit homi-
nem necare, & illa pauperi carcerato denegare sit
12 † summa iniuria, *vt inquit Surd. d. tit. 1. q. 71. nu 4.*
13 sequitur illa etiam Iudæo carcerato † esse præstanda,
& ipsis non esse faciendam hanc iniuriam, nec per-
14 mittendum, † vt per indirectum eorum caro dedu-
catur in commercium ad instantiam Creditorum, &
fame necentur, *vt considerat Natt. dicto cons. 620.*
15 *in fine*, & propterea ne in carceribus marcescant
debent etiam ad beneficium cessionis admitti, *vt la-*
tè consuluit Natta dicto cons. 620. per tot. Vlterius
16 cum hoc in Curia passim de consuetudine seruetur,
vt pauperi Christiano carcerato per Creditorem
præstentur alimenta, sequitur talem consuetudinē
17 extendi etiam ad Iudæos, quia, & ipsi dicuntur esse
18 de populo, & corpore Ciuitatis, quoad temporalia,
19 licet secus sit, quoad spiritualia *cap. Iudæi, siue Sara-*
ceni de Iudæis dicta l. Christianis C. de Pagan. auth.
de quæstor. in princ. in illis verbis Ciuitas nostra
populosa turbis diuersorum hominum *Becc. d. cons.*
84. *num. 6. Alex. d. cons. 75. num. 9. in fin. Natt. di-*
cto cons. 621. num. 10. *Rimin. Iun. cons 275. num.*
23. *Surd. de alim. tit. 2. q. 15. num. 72. Bermund. vbi*
supra num. 33. Marquard. d. cap. 2. num. 1. Et pro-
20 pterea gaudent statutis, siue consuetudinibus Ciui-
tatum, vt dicunt suprascripti Doctores, siue illa sint
fauorabilia, siue odiosa. *Surd. d. decis. 133. num. 2.*
Rimin. d. cons. 653. num. 58. Natt. dicto cons. 620.
21 *nu.* 8. Imo gaudent † omnibus Immunitatibus con-
cessis Ciuibus *Felin. in cap. Iudæi il primo num. 4.*
de Iudæis Alex. dicto cons. 75. n. 6. lib. 5. Marquard.
dicto cap. 1. nu. 4. Bermund. vbi supra nu. 35. Natt.
dicto num. 8. Rimin. *d. cons. 653. nu. 59.*
22 Prædicta eo magis admittebant † Domini, quia
materia alimentorum est proportionabilis, & æquè
conuenit Iudæis, sicut Christianis, quo casu dispo-
23 situm † in Christianis debet etiam habere locum
in Iudæis *Felin. in cap. quia vers. vnde sufficit de Iu-*
dæ. Alex. dicto cons. 75. num. 8. lib. 5. Rimin. Iun. di-
cto cons. 275. num. 28. & 36. Rolan. dicto cons. 35. n.
43. lib. 2. Marquard. vbi supra cap. 5. num. 7.
24 Cum præsertim ratio † ex qua disponitur, quod
Credi-

Creditor teneatur alere debitorem sit ex charitate, ne fame contrabescat, quæ ratio æque militat in Iu-
25 dæis, † ac in Christianis, ideo idem ius est statuendum in illis *Felin. in cap.2. num. 5. vers. sed in contrarium de Iudæ. Rolan. dicto cons. 35. num. 43. Rimin d.cons. 653. num. 63.* Quia etiam Iudæorum ne-
26 cessitatibus tenetur Princeps subuenire, & in illis charitatem exercere *Natta ibidem num. 22. Bermund. vbi supra num. 36.*

Vltimo cum eueniente casu plures Hebræi pau-
27 peres obtinuerint † à Christianis per Iudices, sibi decerni alimenta, opinio prædicta, quod dispositum in Christianis, circa alimenta debeat habere locum etiam in Hebræis procedit sine difficultate, ex quo etiam vsus comprobauit, vt considerant, *Riminal. d.cons. 275. num. 47. & Surd. d. decis. 133 nu. 14.*

Quibus non obstat, quod Iudæi non sint de gre-
28 mio Ecclesiæ, & nihil ad nos de his, quæ foris sunt, *cap. gaudemus de diuor.* Quia hoc intelligitur in
29 spiritualibus, † & in his, quæ respiciunt salutem animæ, non autem in temporalibus, *vt declarat gl. fin. in cap. sæpe 28 q 1. Alex d.cons. 99. nu. 11. & seqq. lib. 6 & cons. 13. num. 21. lib. 7. Natt. d.cons. 620. n. 22. Mantic. de tacit. & ambig lib. 8. tit. 2. num. 83.*
30 Minus obstat, † quod talis subministratio alimentorum videatur de æquitate introducta, & Iudæis sit
31 seruandus rigor, † non autem æquitas, *iuxta glos. in cap. 2. de Iudæis per illũ text.* Quia rigor *de quo in d. text.* vt coloni, siue originarij præstent Iudæis so-
32 lita seruitia in prædio. Si autem Iudæi ad alium transferre locum, vel ad aliud obsequium, retinere voluerint, ius colonarium ammittant, procedit in illo casu speciali, ne Iudæus abutatur colono Christiano, & videatur super illo habere ius dominij, sed in alijs materijs, in quibus dicta ratio cessat, ipsis nõ
33 est seruandus rigor, † sed æquitas, *vt declarat Felin. in dicto cap. 2. num 5. Rim. dicto cons. 653. num. 52. & sequen. & cons 275. num. 41. Roland. dicto cons. 35. num. 54. Natt. dicto cons. 620. num. 6.* Quando
34 præsertim † æquitas, quoad Christianos est scripta, quia tunc habetur pro iure communi, quo Iudæi
35 vtuntur, † *vt dicunt prædicti Doctores, nempè Rolan. num. 52. Rim. d. cons. 653. num. 53. & cons 478. num. 31. Surd. de alim. d. tit. 2. q. 15 num. 75. Marquard. vbi supra cap 5. num. 7.* qui omnes id comprobant multis exemplis, & præsertim more, ad cu-
36 ius purgationem† Iudæi admittuntur, etiam quod
37 sit introducta ex æquitate, quod etiam latè comprobat *Rip. in l. Insulam n. 10. & seqq. & ibi Bolognett. num. 66. ff. de verb. oblig.* prout restitutio, quæ cõ-
38 petit ex æquitate Christianis† minoribus, datur etiã Hebræis minoribus *Natt. d cons. 620. nu. 14. Corn. cons. 620. in fin. lib. 3. Marquard. vbi supra cap. 5. num. 7.*
39 Minus obstat, † quod Christianis carceratis debeantur alimenta, alias possint exarcerari per Constitutionem sanct. mem. Pij V. 68. in ordine §. 3. & S. D. N. in reformatione Tribunal. Vrbis §. 24. n. 8. iuxta modern. impress. Et tamen dispositio dictarum Constitutionum non comprehendit Hebræ-
40 os, † iuxta declarationem factam per Visitatores Carcerum, quam Sanctissimus D. N. confirmauit, & obseruari mandauit in omnibus Tribunalibus Vrbis.
41 Quia dictæ Constitutiones † sunt restrictæ ad facultates Visitatorum Carcerum, quibus dant facultatem suprascriptam. vt patet ex rubrica ad Consti-
42 tutionum, quæ cũ † intitulentur de facultatibus, & iurisdictione Visitatorum Carcerum denotat ibi, disposita esse restricta ad eosdem Visitatores, *Alciat. in l. 1. num. 7 ff si cert. pet. Alex cons. 101. num. 4. vol. 3. Surd. cons 163. num. 12.* Vnde dicta declaratio est in-
43 telligenda † quando alimenta petũtur per Hebræos à prædictis Visitatoribus in vim dd. Constitutionum, tunc enim ipsis sunt deneganda, secus verò est, quãdo Hebræi illa petãt ab alijs Iudicibus, ex dispositione iuris communis, vt in casu nostro, quia in his terminis non loquitur dicta declaratio, nec conse-
44 quenter illius confirmatio facta † per Sanctissimum cum confirmatio nõ extendat actum, nec quicquam de nouo tribuat, sed tantum approbet in suis terminis *cap. 1. & 2. de confirmat. vtil. vel inutil. Menoch. de recup. possess. remed. 7 nu. 73. Surd. cons 349 n. 7.* Maximè quia non est præsumendum Sanctissimum
45 per dictam declarationẽ voluisse priuare † Hebræos beneficio iuris communis, quo gaudent iuxta superius deducta.

Ex quibus omnibus Domini censuerunt Leonem Iudæum pauperem & in carceribus ad instantiam Christianorum pro debitis detentum esse ab ipsis Christianis alendum, aut à carceribus liberandum.

☞ * *Aduerte quod præsens hæc decisio reformata fuit per Constitutionem fe. re. Vrbani VIII. stante contraria resolutione super hac materia facta a Cõgregatione Visitationis Carcerum Almæ Vrbis, in qua Constitutione determinatum fuit, vt onus soluendi alimenta, siue victualia pauperibus Hebræis ad instantiam creditorum Christianorum carceratis, ad Communitatem Hebræorum de Vrbe, Apostolica auctoritate fuit translatum, vt latius habetur in d. Constitutione, quam vt prestò omnibus sit, infra posui, maximèque cum adhuc in Bullario non reperiatur, Tenor autem est sequens.*

VRBANVS PAPA OCTAVVS.

Ad futuram rei memoriam.

CVM, sicut accepimus, licèt aliàs Congregatio Visitationis Carcerum Almæ Vrbis nostræ tempore fel. rec. Pauli Papæ V. prædecessoris nostri, visis literis reformationis tam ab eodem Paulo prædecessore, quàm rec. me. Pio Papa V. similiter prædecessore nostro emanatis, decreuerit, alimenta, siue victualia Hebræis pauperibus ad instantiam creditorum Christianorum carceratis, per eosdem creditores Christianos non esse subministranda; decretumq; huiusmodi idem Paulus prædecessor approbauerit, & ab omnibus eiusdem Vrbis Tribunalibus seruari mandauerit.

Quoniam tamen in Rotæ Auditorio, proponente bo. me. Alphonso Patriarcha Hierosolymitano eiusdem Rotæ Locumtenente, decisum fuit & iudicatum, Hebræis pauperibus carceratis alimenta, siue victualia, attenta iuris communis dispositione, esse à creditoribus etiam Christianis præstanda; Decretũ verò Visitatorum prædictorum locum dumtaxat habere, quando alimenta prædicta coram Visitatoribus carcerum huiusmodi petuntur.

Idcirco ad cõtentiones inter diuersa eiusdem Vrbis Tribunalia euitandas, vtq; pauperibus Hebræis huiusmodi aliquo modo ne pereãt, subueniatur, prouidere

Hebræi à Christianis, carcerati, fame pereant.

uidere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, onus soluendi prędicta alimenta pauperibus Hebræis ad Christianorum instantiam carceratis, Communitati eorumdem Hebræorum de Vrbe, Apostolica auctoritate tenore præsentium imponimus, ipsamque Communitatem ad præstanda realiter & cum effectu alimenta, siue victualia pauperibus Hebræis carceratis huiusmodi per eosdem Visitatores, siue aliorũ quorumcumq; ipsius Vrbis Tribunalium Iudices, via executiua, & manu regia cogi posse volumus: reseruato tamen iure eidem Communitati Hebræorum pro alimentorum, siue victualium prædictorum recuperatione, contra eorundem Hebræorum carceratorum bona, res, & iura agendi.

Reseruat facultatẽ Cõmmunitati Hebræorum vt possit agere pro alimẽtis præstitis.

Decernentes, sic & non aliter per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, etiam S.R.E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere; ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Ita iudicari decernit.

Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit, regula nostra de iure quæsito non tollendo, alijsque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Contrariorum derogatio.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorẽ sub Annulo Piscatoris, die xviij. Octobris 1635. Pontificatus Nostri Anno Tertiodecimo.

Dat. Põt. Ann. 13. die 18. Octobris 1635.

M. A. Maraldus.

EMINENTISSIMO, ET REVERENDISSIMO D. CARD. PAMPHILIO.

Taruisina Feudi.

Sabbato 23. Ianuarij 1621.

In Rota Martiniana.

ARGVMENTVM.

Fratres duo, si fuerint inuestiti de feudo, pro se, & suis hæredibus, & descendentibus masculis, & fœminis ita vt masculis extantibus fœminæ non succedant, alterius vero prole legitima deficiente totum feudũ, ad alterum tantum deferatur, ex qua serie inuestituræ rectè deciditur, vt donec extant fœminæ descendentes ab alterutro ex dictis fratribus, ipsæ succedere debent, non autem masculi descendentes ex altero.

SVMMARIVM.

1 *Doctores nonnulli celebres, qui super casu præsentis decisionis scripserunt, referuntur.*
2 *Prolis appellatione veniunt tam masculi, quàm fœminæ.*
3 *Dictio, prorsus, denotat totalem, & omnimodam rei extinctionem.*
4 *Inuestitura simpliciter facta duobus fratribus pro se, eorumque filijs masculis, & ipsis descendentibus pro fœminis.*
Tunc deficientibus masculis vnius lineæ admittatur fœminæ eiusdem, non autem fœminæ alterius.
5 *Prouidere vnisquisque censetur sibi, suisque descẽdentibus.*
6 *Talem, si quis se esse prætendat, non sufficit, vt id asserat, sed probare tenetur & num. 7.*
8 *Actoris probatio debet esse certa, & concludens non autem dubia, & incerta.*
9 *Nepotum appellatione, de iure veniunt regulariter filij filiorum.*
10 *Filij fratrum possunt etiam venire appellatione nepotum, & hoc de iure Canonico est indubitatum.*
11 *Filij fratrum attento communi vsu loquendi, dicuntur nepotes, & num. 12.*
13 *Verba, quæ leguntur in narratiua concessionis feudi, non sufficiunt ad mutandam naturam ipsius feudi, scilicet, vt feudum nouũ dicatur antiquũ.*
14 *Dictio, tamquam, denotat improprietatem.*
15 *Dispositum, id quod verè est, non tollitur per verba impropria, & præsertim posita in inuestitura.*

DECISIO CCLXX.

POST obitum Francisci Trapolini de Vicoageris vltimi masculi descendentium ex linea Vberti, qui reliquit tantum tres filias fœminas, orta fuit in partibus lis inter dd. filias fœminas, & inter masculos descendentes ex linea Guertij, in qua per duas sententias declaratum fuit, masculos inuestiendos esse de tota portione feudi Castri Rusticæ, de quo agitur, per dictum Franciscum possessa, & dictas filias compellendas ad eiusdem portionis possessionem admittendam. Verum cum introducta causa in Rota dubitatum fuerit, an huiusmodi sententiæ sint confirmandæ, vel reuocandæ; Domini censuerunt illas esse reuocandas, quia huiusmodi feudum anno 1297. per Dominum, tunc Episcopum Taruisinum legitur expresè concessum Vberto, & Guertio fratribus pro se suisque hæredibus, ex se descendentibus masculis, & fœminis (his verbis adiecta) Itaut extantibus masculis fœminæ non succedant. Deficientibus vero quandocũq; sine prole legitima masculis fœminæ succedere debeant. Alterius verò prole prorsus legitima deficiente, totum feudum ad alterum deuoluatur. Ex quibus verbis remanet satis clare constitutus ordo succedendi in omnibus descendentibus ab vtroque inuestito, itaut donec extant fœminæ descẽdentes ab alterutro eorum ipsæ succedere debeant non autẽ masculi descẽdẽtes
1 ex altero, † vt in terminis huius feudi, & inuestituræ tradit *Fulgos. cons. 229. per tot. Ruin. qui sequitur Fulgos. cons. 9. num. 3. vers secundo ista opinio lib. 1. Decian. cons. 26. nu. 60. lib. 1. & in hac causa respondit Peregr. cons. 24. lib. 2. & cons. 13. per tot. lib. 5.*

Maxime quia extantibus fœminis descẽdentibus, ex linea vnius, eius proles defecisse dici non potest,
2 cum prolis appellatione † tam masculi, quam fœminæ compræhẽdãtur *auth. licet C. de natur. liber. Dec. cons. 495. num. 6. Peregr. d cons. 24. sub nu. 6. lib. 2.*
3 Et dictio prorsus totalem, & † omnimodam prolis extinctionem ad sui verificationem desiderat, vt in *l. derogatur ff. de verb. signif. & tradit Alber. in dictionar. verb. prorsus.*

Et comprobantur suprascripta, quia etiam in In-
4 uestitura simpliciter † facta duobus fratribus pro se, eorumque filijs masculis, & ipsis deficientibus pro fœminis, deficientibus masculis vnius lineæ admittuntur

5 tuntur fœminæ eiusdem, † non autem masculi alterius, quia vnusquisque censetur primo sibi suisque descendentibus prospexisse *cap. vnic. de duob. fratr. à capit. in vest. Bald. cons. 249. sub num. 1. vers. porro vnusquisque lib. 2. Alex. cons. 119. sub num. 1. vers. nec dicatur lib. 5. Ruin. dicto cons. 9. num. 3. lib. 1. Pedemon. decis. 23. num. 30. Cephal. cons. 30. num. 34. Peregr. de fid. art. 27. num. 13.*

Nec obstat quod ex præcedenti Inuestitura anni 1259. facta de eodem feudo ad fauorem Guertij Senioris pro se suisque hæredibus legitimis vtriusque sexus extantibus masculis non debeant succedere fœminæ; sed ipsi masculi ex eodem Guertio descen-
6 dentes, quia placuit responsio, quod scilicet † non constat in casu isto filias Francisci, & minus masculos esse descendentes Guertij Senioris, & tamen si masculi velint in dicta inuestitura eorum intentionē fundare, & ad exclusionem fœminarum tanquam
7 descendentes eiusdem Guertij † agere, probare debent, se esse tales *Bart. in l. non ignorat C. qui accus. non poss. cum alijs adductis per Decian. d. cons. 24. num. 13. & seq. lib. 1.*

Neque obstat, quod fœminæ descendant ex Vberto, & masculi ex Guertio fratre, & isti Vbertus, & Guertij in Inuestituram anni 1297. dicantur nepotes Guertij Senioris, & filij Henrici, quia pro responsione fuit ponderatum, quod Henricus potuit esse frater Guertij, & sic probatio non concludit ipsos esse
8 descendentes eiusdem Guertij, prout requiritur, † cū probatio actoris debeat esse certa, & concludens, non autem dubia, & incerta *l. non hoc C. vnde leg. cap. in præsentia de prob. cum alijs adductis per Dec. d. cons. 24. num. 61. lib. 1.* licet enim appellatione
9 Nepotum † de iure regulariter veniant filij filiorum *l. 1. ff. de grad. l. liberorum ff. de verb. sign. l. nepotes C. de suis & legit. cum simil.*

Sufficit tamen, quod possunt venire etiam filij
10 † fratrum, vt in iure Canonico est *tex. in cap. 2. de arbitr. cap. per tuas de probat. cap. dilecto de præben. cum alijs adductis per Peregr. d. cons. 13. sub nu. 1. vers. & quamuis lib. 5. & in feudalib. in cap. 5. §. similiter quib. mod. feud. amitt.* Et quod attento cō-
11 muni vsu † loquendi filij fratrum dicantur nepotes *trad. Apostill. ad Bart. in l. si Instituta §. de inoffic. num. 1. littera E. ff. de inoffic. testam. Ias. in l. si auia sub nu. 11. vers. 3. limita C. de success. edict. Cremen. singul. 92. & fuit dictum in causa Maceratensis hæreditatis 13. Febr. 1609. coram R. P. D. meo Manzanedo.*

Quinimò, quod Henricus fuerit frater non autem
12 † filius d. Guertij senioris, supponitur etiam *per Fulgos. d. cons. 229. post princ. sub vers. post hæc, & per Decian. d. cons. 24. sub num. 74. lib.* & suadetur ex pluribus coniecturis ponderatis *per Peregr. d. cons. 13. num. 3. & seqq. lib. 5. & per informan. pro fœminis.*

Minus obstat, quod Inuestitura anni 1297. fuerit facta de feudo huiusmodi tanquam antiquo. Quia
13 fuit † responsum, quod dicta verba leguntur solum in narratiua, nec sufficiunt ad mutandam veritatem rei, vt scilicet feudum nouum dicatur antiquū pro-
14 pter illam dictionem tanquam, † quæ denotat improprietatem, *vt per gloss. in cap. solitæ verb. tanquam de maior. & obed. cū alijs alleg. tradit Colleg. Bonon. inter cons. Curt. Senior cons. 50. num. 7.* Et
15 tanto minus quoad ea, quæ † in ipsa Inuestitura sunt de nouo expressè disposita, seu adhibita, *vt per Intrigl. de feud. q. 24. nu. 66. & seq.*

Et ita &c.

☞ * *Infra in hac eadem causa adsunt aliæ decisiones, nempe sub diebus 24. Maij præsentis anni 1621. coram bo. me. Francisco Vbaldo, & sub die 24. Maij 1624. & 9. Decembris eiusdem, ac 18. Aprilis 1625. coram bo. me. Remboldo. In sequenti verò part. 5. recent. tom. 2. habetur, altera decisio sub die 24. Ianuarij 1628. coram R. P. D. meo Ghislerio, est in ordine decisio 482. Nec non in eadem causa in part. 6. recent. adsunt res aliæ, nempe sub diebus 14. Febr. 1631. 13. Iunij eiusdem anni, & 5. Martij 1632. coram R. P. D. Queipo, sunt decisiones 18. 50. & 105.*

EMINENTISS. D. CARD. VEROSPIO.

Elboren. Fructuum.

Sabbato 23. Ianuarij 1621.

In Rota Martiniana.

ARGVMENTVM.

Liquidationis fructuum materia, cum sit difficilis probationis, ideo ad eos probandos leuiores probationes admittuntur. Testes quando bene probent in materia liquidationis fructuum.

SVMMARIVM.

1 *Testis de facto proprio deponens plusquam semiplenè deponit, & num. 9.*
2 *In liquidatione fructuū* Rota *sæpius censuit sufficere vnicum testem deponentem de facto proprio.*
3 *Fructuum liquidationis materia est difficilis probationis.*
4 *Probationes leuiores solent admitti in materia liquidationis fructuum.*
5 *in* Liquidandis *fructibus sunt admittendi testes informati de qualitate rei, num. 5.*
6 *Testes in genere deponentes recipiunt interpretationem a deponentibus in specie.*
Probatio a consuetis admittitur in materia liquidationis fructuum num. 6.
7 *Testes de auditu adminiculantur ex alijs testibus de facto proprio deponentibus.*

DECISIO CCLXXI.

CVM in ista causa fuissem in locum Reuerendissimi Damasceni subrogatus, dubitaui, ad quam summam fructus prædiorum de Soneral Viseu, Alcoruisca, & Pudiellas ascendant; Et quoad prædium de Soueral illius fructus constat singulis annis ad tres modios tritici, & vnum hordei cum quarta parte omnium fructuum fuisse arrendatos, prout testes in summario num. 1. deponunt, nimirum septuagesimus, septuagesimus primus, septuagesimus secundus, & nonagesimus, qui bonam reddunt rationem, præsertim septuagesimus primus asserens id se scire, cum à triginta annis citra dicti prædij notitiam habuerit, ex quo semper illud vna cum Francisco Lopez ipsius Viro exceptis quatuor annis ex-
1 coluit, qui testis vti de facto † proprio loquens plusquam semiplenè probat. *Achil. decis. 3. de testibus Cæs. de Grassis decis. 2. num. vlt. de empt. & vend.*

Et sæpius Rota in hac materia censuit, vnicum
2 sufficere testem, † qui de facto proprio deponat, vt in

in causa Romana liquidationis fructuum 29. Octobris 1592. coram Orano, & in Zamoren. fructuum 7. Aprilis 1606. coram Reuerendiss. Lugdunen. & in Camerinen. spolij 4. Februarij 1608. coram Isto.

3 Cum materia † liquidationis fructuum sit difficilis probationis, *Natt. cons.* 510. *nu.* 1. *lib.* 3. Vnde
4 leuiores solent † probationes admitti, *Bald. in l.* 1. *num.* 22. *C. de fruct. & lit. expens. Corn. cons.* 301. *in fin. lib.* 2. *Angel. in l.* 2. *num.* 1. *C. de nauic. lib.* 11. *Alex. in l. pretia rerum num.* 9. *ff. ad leg. falcid* latè *Surd. cons.* 293. *num. vlt.* & fuit dictum in *Cusentina Parochialis* 12. *Decembris coram Card. Pamph*

Adest verò nonagesimus testis, qui de toto tempore concludit, & tanquam cultoris filius præsumi-
5 tur † informatus, cui accedunt septuagesimus primus, & septuagesimus secundus eiusdem Cultoris
6 filij, qui licet de pluribus tantum annis † deponant illorum tamen dictam declarationem ab alijs testi-
7 bus recipiunt, & in hac materia satis est † à consuetis probatio *Bald. in l.* 1. *num.* 22. *C. de fruct. & lit. expens.* Et fuit in hac *eadem causa dictum coram Reuerendiss. D. meo Damasceno.*

Quoad prædium Viseu tres dantur testes, quorum duo sunt arrendatarij nimirum vigesimus secundus, & vigesimus tertius deponentes, illud à duodecim
8 † annis citra fuisse annua præstatione arrendatum in quinque frumenti modijs, cum tertia parte hordei, & quinquaginta alcheiris tritici; nec non de præsenti in sex modijs, & viginti alcheiris tritici locari, *vt in Summ. num.* 2.

Circa prædium de Alcoruisca, quatuor sunt testes, nimirum trigesimus quintus, trigesimus septimus, quinquagesimus septimus, & octuagesimus nonus. *Summ. num.* 3. quorum primus tanquam
9 de † facto proprio deponit, sibi fuisse dictum prædium à septem annis citra pro duobus tritici modijs cum dimidio, & totidem hordei locatum.

Quoad vltimum prædium de Pardiellas quatuor fuerunt testes examinati, vigesimus tertius, quadragesimus, quadragesimus secundus, & octuagesimus nonus, quorum primus deponit ipsius Patrem quolibet anno tritici modium cum dimidio, & quartam partem reliquorum fructuum pro arrendamento soluisse, nec non ipsum, Patre mortuo, in eadem successiuè arrendatione, & à sex annis citra nouam ipsi factam fuisse locationem, cum pacto de soluendo tres modios, & decem arguaces tritici anaphali, & vnum hordei modium, & licet horum testium ali-
10 qui † sint de auditu, nihilominus ex dicto vigesimi tertij testis de facto proprio deponentis adminiculantur, quod sufficit ex alleg.

Valor verò dictorum fructuum firmatus reperitur in decisione in ista causa facta, à qua Domini non recesserunt, &c.

REVERENDISS. D. VNOZETTO ARCHIEPISCOPO SELEVCIEN.

Firmana Hæreditatis.

Mercurij 27. Ianuarij 1621.

ARGVMENTVM.

Institutio mutua, regulariter non dicitur prohibita, quando fit tamen ex mutua, & simplici affectione, secus si conditionaliter facta sit, scilicet ad aucupandam alienam hæreditatem. Et reijcitur Sarmien. opinio, dum non benè sentit, vt institutiones captatoriæ dicantur, sufficiat esse correspectiuas, licet dispositiones non sint conditionales, quia nihilominus iudicandum est, à conuentione processisse, &c. ac recipitur opinio Cuiaci, qui non ex proprio capite, sed cum textibus locutus est in hac materia.

SVMMARIVM.

1 *Institutio mutua, non damnatur, nisi per adiectionem conditionis excludatur mutuæ affectionis ratio.*
2 *Institutio captatoria à iure reprobata, vt intret, non est necessè, vt dispositio sit conditionalis, sed sufficit, vt sit correspectiua ad aliam.*
3 *Correspectiuitas sola ex eo, quia duo ad inuicem hæredes se instituant, non excludit, quin institutio possit à sola mutua affectione procedere.*
4 *Fratres ratione sanguinis, & ad perpetuanda bona in agnatione præsumuntur moueri ad inuicem se instituendum ex mutua affectione.*
5 *Institutiones, vt tamquam captatoriæ irritentur, oportet vt sint factæ sub specie vicissitudinariæ institutionis.*
6 *Captatoriæ voluntates dicuntur illæ, quæ fiunt repræsentandi futuri nondum accepti beneficij.*
7 *Captatoriæ voluntates non illæ dicuntur, quæ repræsentant iam receptum beneficium.*
8 *Hæreditas, quotiescumque alicui obuenit ob aliquod eius meritum, tunc non potest dici institutionem esse captatoriam.*
9 *Sarmient. select. interpret. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 2. *dum sentit solam correspectiuitatem absque conditione sufficere ad inducendam captatoriam institutionem, reijcitur cum loquatur ex proprio capite.*
10 *Cuiac. in l. captatorias. ff. de hæred. instit. opinio recipitur, cum fundet eius opinionem in l. ille autem. ff. eodem.*
11 *Captatoria non dicitur illa institutio, quæ in præteritum, & non in futurum est collata.*
12 *contra Sarmient. select. interpret. lib.* 2. *cao.* 4. *nu.* 2. *est communis opinio,*
13 *Decis. Seraph.* 359 *in quibus terminis loquatur.*
14 *Institutiones quando sunt correspectiuæ vna ad aliam, tunc vna reuocata dicitur quoque altera reuocata.*

DECISIO CCLXXII.

SVB die 7. Iunij 1619. * fuit resolutum institutionem Mandricardi factam ab Isidoro eius germano fratre non esse captatoriam, cui resolutioni cum Aeneas non acquiesceret, hodie causa re proposita, Domini resolutionem confirmarunt, moti ex eo, quod licet Isidorus, & Mandricardus eadem die coram eodem Notario, & testibus se vicissim hæredes instituerint, id tamen purè fecerunt nulla addita conditione, ex qua intelligi possit, quod non mutua affectione, sed animo aucupandi, siue corripiendi fraternam hæreditatem ad ita disponendum processerint; Non damnatur verò mutua insti-
1 tutio, neque captatoria censetur, nisi per † adiectionem conditionis excludatur mutuæ affectionis ratio. *l. captatorias* 70. *l. illæ autem institutiones. ff. de hæred. instit. Cuiac. ad lib.* 6. *resp. Papin. in eadem l. captatorias. Suar. in l. quoniam in prioribus in declaratione, l. Regn. limit.* 5. *num.* 11. *& seqq. C. de inoff. testam. Anton. August. Alciat. Coras. Vasq. &* alij

alij quos plenè cum alijs referunt Menoch. consil. 408. num. 2. Peregr. de fideicom. art. 33. sub num. 62. & Surd. decis. 98. sub num. 4.

Neque ab hac receptissima traditione censuerũt Domini esse recedendum ob solius. *Sarmien. opinionem, qui selectarum interpret. lib. 2. cap. 4. num. 2.* substinere conatus fuit non esse necessè, vt disposi-
2 tio sit conditionalis, † sed sufficere, vt sit correspe-
ctiua ad aliam, cum exinde iudicandum sit à conuen-
3 tione processisse: nam † sola correspectiuitas à Sar-
mien. deducta, eo quia duo ad inuicem hæredes se
instituant, non excludit, quin institutio possit à sola
mutua affectione procedere, præsertim verò inter
4 fratres, qui ratione sanguinis, † & ad perpetuanda
bona in agnatione, præsumuntur moueri ad se inuicem instituendum ex mutua affectione. *Dec. consil. 561. num. 4. Ruin. cons. 20. num. 11. lib. 2.* plenè *Peregr. cons. 34. num. 1. lib. 5.*

Sed, & quinimo ad tollendam mutuæ affectionis
5 præsumptionem, & inducendam † contrariam, vt
dispositiones processerint à præuia conuentione, & sic tãquam captatoriæ irritentur, nec sufficit si vnus alium instituat eo, quia iam fuit ab eo vicissim institutus, sed oportet, vt sit facta institutio sub spe futuræ vicissitudinariæ institutionis, illæ enim tan-
6 tummodo dicuntur † captatoriæ voluntates, quæ
fiunt repræsentandi futuri non dum accepti benefi-
7 cij, † quæ verò repræsentant iam receptum, non im-
probantur, vt benè deducit *Cuiac. ad prædictam l. captatorias*, qui sic animaduertit quotiescumque hæreditates, & legata nobis non sine causa obuenire
8 ob meritum aliquod nostri, & hinc † non esse dam-
natam institutionem sub ea forma factam. Qua ex parte me Lutius Titius hæredem scripsit, ex ea parte mihi Lutius Titius hæres esto.

9 Quod si vera esset *Sarmien.* † *opinio*, vt sola co-
respectiuitas sufficeret, non alias adiecta conditione in futurum concepta institutio sub prædicta forma facta non substineretur, quia correspectiuitas, quam solam exigit *Sarmien.* in illa videtur expressa, & ta-
10 maen *Cuiac.* non † ex proprio capite fuit loquutus
cum dictam formulam, ponat *Papin. in l. illæ autem 71. ff. de hæred. instit.* qui *Papin.* explicitè subdit
11 ideo institutionem † ita conceptam non esse capta-
toriam, quia in præteritum non in futurum collata est.

Sed & contra tradita à *Sarmien.* communis est
12 opinio, † quam tenet *Oldr. ad cons. 174. Bald. cons.*
276. lib. 1. Suar. in d. l. quoniam in prioribus in declarat. l. Regn. limit. 5. nu. 11. Petr. Pecch. de testam. coniu. lib. 1. cap. 17. num. 1. & cap. 18. num. 1. & alij alleg. per Tiraquel. de primog. quæst. 68. & latiùs per *Peregr. cons. 31 num. 29. in fin. & cons. 32. num. 9. & cons. 34. num. 1. lib. 5.*

Neque huic casui censuerunt Domini applicari
13 posse, *decis. Seraphin. 359.* † quia ibi dispositio erat
conditionalis, non autem simpliciter facta, & quæ ideo posset dici prouenisse à mutua affectione.

Quia verò prætenditur ab Aenea institutionem Isidori esse correspectiuam ad institutionem de illo
14 factam † per Mandricardum, & ideo ea reuocata
censeri debere, & istam reuocatam, fuit dictum, vt super hoc particulariter audiatur, * antequam causa expediatur.

Et ita decisum vtraque parte informante.

** Decisio in hac causa facta sub die 7. Iunij 1619. est supra in hoc Tomo decisio 122.*

** Super hoc dubio pars fuit audita, & die 15. Martij huius anni 1621. pro non reuocatione testamenti fuit responsum, quia non semper correspectiuitas operatur, vt dispositione vna deficiente, cesset quoque altera, prout latè habes in dicta decisione, quæ est infra 278.*

R. P. D. PIROVANO.

Narnieñ Societatis.

Lunæ 1. Martii 1621.

ARGVMENTVM.

Socius, si reddiderit rationes, & obtenta fuit liberatio, & insuper sub ea inita fuerit transactio, tunc agi non potest ad exhibitionem librorum pro impugnanda transactione, sed aliunde errores sunt iustificandi, & ex quibus dicti errores nullatenus dicantur iustificati, ita vt transactio in suo robore permaneat.

SVMMARIVM.

1 *ad Transactionem impugnandam.*
2 *Error non præsumitur.*
3 *Errorem alleganti incumbit onus probandi.*
4 *Probationis necessitas semper deficit, vbi contrarium probari potest.*
5 *in Solidatione computorum inter socios, modicæ expensæ, veniunt in generali computatione.*
6 *Socius non tenetur referre proprium debitum victus inter partitas exactas.*
7 *Socius de exactis debet dare computum vti socius, & de debitis contractis vti priuatus, remanet condebitor societatis.*
8 *Socius, quis potest esse in eodem negotio, & priuatus contrahens cum societate.*
9 *Personas duas in eodem negotio, quis repræsentare potest.*
10 *Socius inter partitas introitus tenetur describere partitas exactas.*
11 *Dicto socij standum est, vt de partitis exactis non teneatur reddere rationem.*
12 *Rationes societatis reddendæ sunt Domino totius societatis.*
13 *Scriptura informis, & ad memoriam domi conscripta, & retenta non potest causare obligationem, liberationem, nouationem, &c. ad fauorem alterius personæ.*
14 *Scriptura informis deseruit pro adminiculo.* Probatio *sufficit adminiculata, dum agitur de incidenti. num. 14.*
15 *Adminicula, vt releuent, debent esse in sua specie perfecta.*
16 *Adminiculum non potest percipi ex scriptura informi, quæ penitus informis est.*

DECISIO CCLXXIII.

IN decisione in hac causa facta sub die 22 Maij 1620. * fuit firmatum non constare de mala administratione, neque Sirum posse agere ad ex-
1 hibitionem librorum † pro impugnanda transactione, sed aliundè errores esse iustificandos iuxta decisiones *Seraphin. 157. & 158. par. 1. diuers.* Vnde modo emersit præsens disputatio, An constet de erroribus aliundè, quàm ex Instrumento transactionis, &

seu

seu cessionis: Quam Domini negatiuè resoluendum
censuerunt.
2 Regula enim est pro Maximo, quod † error non
præsumitur, *l. si post diuisionem C. de Iur. & fact.
ignor. Bald. in l. Imperator la 1. num. 1. ff. de sent.
hom Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 21. Vital.
in tract. clauf. clauf. non errore ductus.* Et allegant
3 errorem † incumbit onus probandi. *Ang. in l. non
fatetur num. 1. de confess. & ibidem Bart. num. 10. in
l. Creditor §. Titius num. 3. ff. de solut. Mascard. de
probat. concl. 637. num. 1.*

Neque videntur releuare errores deducti per
Sirum.

Et quantum ad primum, qui est scutorum 53.
quæ fuerunt mutuo accepta communi nomine, &
Sirus suscepit onus in se integram summam soluen-
di; Nam non inde consequitur erronea partis obli-
gatio, & solutio, quia potuit illa pars breui manu
peruenisse ad Sirum, vel aliter sequuta inter eos cō-
pensatio, vel excomputatio, propter quam volunta-
riam susceperit obligationem, & vbi possibile con-
4 trarium † allegari potest, deficit semper necessitas
probationis *cap. in præsentia de probat. l. non hoc C,
vnde legit.*

Secundus verò deducitur error ex eo, quod Ma-
ximus in vltimo anno societatis recuperet panem
à Furnaris Narniæ pro summa scut. 10. & b. 36. quæ
in folio introitus posita non leguntur.

Verum iste error vti in summa modica consistens,
& socijs non incognita vti patens ex ipsis libris so-
5 cialibus dici potest † in generali quietatione com-
præhensa, & sublata, vel verius error non est. Quia
Maximus non tenebatur referre proprium debitum
6 panis inter † partitas exactas, prout erant illæ om-
nes, quæ leguntur in folio introitus. Nam de exactis
7 dabat † computū vti socius, & de debitis vti priua-
tus remanebat condebitor societatis; à quo etiam
in præsenti potest Sirus tale creditum exigere, & vti
cessionarius commodi, & incommodi totius socie-
tatis. Neque est nouum quod quis possit in eodem
8 negocio † esse socius, & priuatus contrahens cum
ea. *Rota Ianuen. decis. 31. num. 11. & decis. 75. nu. 3.*
9 Et de repræsentatione duarum † personarum sunt
*text. aperti in l. cū quidam C. de admin. tutor. l. duo-
rum, ff. de oper. libert. cum alijs relatis per Lap. al-
legat. 99. num. 2.*

Tertius error dicebatur apparere ex eo, quod
Maximus in suo constituto confessus fuit recepisse
à Thoma Furnario in vna vice scuta 32. & in alia
10 scut. 28. & in alia scut. 31. Quæ † inter partitas in-
troitus descriptæ non reperiuntur.

Sed & iste error benè declaratur, vel ex eo quod
pecuniæ ad alium finem fuerint receptæ per Maxi-
mum, nempe vt breui manu consignarentur credi-
toribus societatis, vt in eodem constituto Maximus
11 asseruit, & in † hoc eius dicto sit standum, vt de eis
non teneatur reddere rationem, *per l. qui sic soluit,
ff. de solut.* quia huiusmodi occultatio Siri non est
præiudicialis, dum de illis in computis Thomæ ha-
benda erat ratio, quæ ipsi Siro erat reddenda vti ces-
12 sionario, & Domino † totius societatis, & tunc po-
terat easdem partitas non admittere vti non com-
præhensas in folio introitus.

Demum non obstant alij errores deducti, & scri-
ptura euidens Maximi, quæ data fuit in *Summ. Siri
num. 6. 7. 8. 9.*

Quia super ea nullum potest constitui fundamen-
tum, dum à Maximo non fuit producta, neque
aliunde constet, quod cum ea, vel super ea fuerit tra-
13 ctatum. Ideo tanquam informis scriptura † ad sui
memoriam domi conscripta, & retenta, non po-
test causare obligationem, nouationem, liberationē,
aut promissionem ad fauorem alterius personæ. *Soc-
cin. sen. cons. 267. ad fin. lib. 2. Rot. Ian. decis. 1. num.
19. Menoch. cons. 296. num. 26.* neque obstat quod
14 saltem pro adminiculo deseruire debeat, † & suffi-
ciat probatio adminiculata, dum agitur de inciden-
ti. Quia & ipsa adminicula in sua specie debent esse
15 † perfecta. *Bald. in l. Spadonem, §. si Ciuitatis nu. 1.
ff. de excus. tutor. Gabr. de probat. concl. 1. num. 31.*
Et talis perfectio colligi non potest ex scriptura
16 adminiculante, † dum penitus informis est, & quod
imperfectius est, caret præexistēti cui iungi debeat.
Et ita &c.

☞ * *Decisio ista in hac eadem causa facta sub die
22. Maij 1620. est supra in hoc Tomo decis. 218.*

R. P. D. V B A L D O.

Romana Legati de Vrsinis.

Lunæ 1. Martij 1621.

ARGVMENTVM.

Inuentarium bonorum hæreditariorum, vt legitimè
dicatur factum, quo ad interuentum eorum, quorum
interest, quid sufficiat, & an in his terminis sufficiat
scientia, quæ deducitur ex intimatione, cum simus
in actu extraiudiciali. Certus non est amplius cer-
tiorandus. Et reijciuntur plures exceptiones oppo-
sitæ contra testes deponentes, quem fuisse præsen-
tem confectioni inuentarij.

SVMMARIVM.

1 *Intimatio habet vim citationis.*
2 *Intimatio habet vim citationis, præsertim in ex-
traiudicialibus.*
3 *Inuentarij confectio est actus extraiudicialis.*
4 *Citatio, vel intimatio, quando conficitur inuen-
tarium, ad aliud non fit, nisi, vt ad notitiam cita-
ti, vel intimati deducatur confectio inuentarij.*
5 *Scientia, quæ deducitur ex intimatione dicitur
certa.*
Scientia supplet defectuosam citationem. nu. 5.
6 *Certioratus quando is est, de cuius præiudicio agi-
tur, non videtur attendendus modus citationis,
quo fuit certioratus.*
7 *Præsentia supplet omnem, & quemcumque defe-
ctum citationis.*
8 *Confectioni inuentarij, quod quis interuenerit, ex
quibus rationibus probetur à testibus. & nu. 10.*
9 *Inuentarium, quando est notorium, esse conficien-
dum, tunc non requiritur alia citatio.*
11 *Testis dictum sufficit substineri circa factum prin-
cipale, quid quid sit circa accessoria.*
12 *Familiaritatis exceptio, vt obstet testi, ea debet
probari de tempore examinis.*
13 *Paupertatis exceptio, non sufficit ad repellendum
testem, nisi aliunde constet eum esse suspectum.*
14 *Testis non est præsumendum post 16 annum, se re-
cordare de aliquibus diebus præcisis. Limita
vt hic.*
15 *Testis, si dicat nunquam vidisse aliquem, & po-
stea*

stea in certo actu illum vidisse, id saluari potest, vt præterquam in illo actu, eum non vidisse.

16 *Testium dicta potius sunt adiuuanda, quam cauillanda.*

DECISIO CCLXXIV.

LICET in hac causa die 10. Februarij anni præteriti * fuerit decisum Inuentarium hęreditatis paternæ confectum per Marchionem Bertoldum Vrsinum non afficere Dominum Cosmum, ob defectum citationis, tamen hodie DD. ex nouiter deductis putarunt esse recedendum à resolutis. Nam quamuis non legatur aliqua formalis citatio saltem legitime facta D. Cosmo ad viden. fieri inuentarium, nec aliquod decretum Iudicis, cum eo ex allegatis in decisione, tamen intimatio facta D. Cosmo die 24. Martij, qualiter D. mandauit confici Inuentarium, & inchoabitur die Sabathi 27. eiusdem mensis hora 13. & continuabitur cum quinque diebus sequentibus vsque ad illius perfectionem, ideo, &c. alias, &c. vel habuit vim saltem implicitæ, & virtualis citationis, cum illa verba cæterata alium sensum non videantur habere posse, nisi quod D. Cosmus, ideo citetur, vel moneatur ad interessendum diebus destinatis confectioni Inuentarij, alias quod ad eam procedetur etiam ipso non interessente, & est regu-
1 lare, † quod intimatio habet vim citationis. *Cæs. de Grass. decis. 15. num. 4. de testib. Seraphin. decis. 583. num. 3. & decis. 1057. nu. 4. Mantic. decis. 84. nu. 5. Rota in Lauretana bonorum 16. Iunij 1614. coram Reuerendiss. Damasceno*, vbi aliæ decisiones alle-
2 gantur, † præsertim in extraiudicialibus, *vt per Surd. cons. 86. nu. 31. in fine, & admittitur in decis.*
3 qualis videtur esse confectio † Inuentarij. *Put. decis. 266. sub num. 6. vers. & pro ista parte lib. 3. in nou.* bene facit *Bart. cons. 154. num. 5. & 6. lib. 1. Bald. in l. fin. §. cum igitur num. 13. C. de iur. delib.*

Nec obstat quod dicta Intimatio cōtineret, quod Iudex mandauit confici Inuentarium die 24. Martij, quod tamen erat falsum, cum dicta die nullum emanasset decretum, quia continebat etiam quod Inuentarium inchoabitur die Sabathi, quæ erit 27. eiusdem mensis, vt supra dictum est, prout re vera fuit dicta die inchoatum, & sic intimatio fuit non solius decreti, sed etiam inchoationis Inuentarij, & tanto magis cum citatio, vel Intimatio ad alium effe-
4 ctum † non videatur requiri, nisi vt ad notitiam citati, vel intimati deducatur confectio Inuentarij. *l. fin. §. sin autem dubius, & ibi glos. & DD. C. de iur. delib. Phanuc. de Inuent. par. 3. sub num. 3. & sub num. 9.* & vtique satis videtur per dictam intimationem deductum ad notitiam D. Cosmi, quod Inuen-
5 tarium esse tali die inchoandum, quæ scientia † ex intimatione dicitur certa *Mantic. d. decis. 84. num. 3. in fine*, & scientia supplet defectuosam citationem *Rota decis. 422. num. 5. par. 1. diuers. & decis. 151. num. 6. par. 2. Seraph. decis. 1094. nu. 4.* fuit dictum *in Aurien. Parochialis 16. Martij 1615. coram me.*
6 Vltra quod vbi is, de cuius præiudicio agitur, † certioratus est, non videtur attendendus modus citationis quo fuit certioratus, *Decian. cons. 18. nu. 10. & seq lib. 1.*

Accedunt Testes vltimo loco examinati pro D. Marchione, qui deponunt de præsentia D. Cosmi cō-
7 fectioni Inuentarij, quæ præsentia † suppleret quemcumque citationis defectum quatenus adesset. *Vāl. de nullit. cap. vlt. num. 115. & seq. Alex. in l. 1. nu. 4. ff. de fer. & cons. 123 sub num. 3. vers. & posito lib. 2. Felin. in cap. illud num. 8. de præscr. Cassad. decis. 2. num. 3. de Iudic.* fuit dictum *in Ianuen. pecuniaria 16. Martij 1612. & in Meleuitana emphiteusis 18. Maij 1618. coram me, & alias sæpe.* Quicquid enim esset dicendum de primo teste, qui licet dicat se nescire, An D. Cosmus fuerit præsens confectioni Inuentarij, nisi quando fuerunt ponderata argenta, tamen iuxta 27. Interrogatorium deponit eum sci-
8 uisse † confectionem Inuentarij, & reddit bonas rationes, tùm quia fuerat citatus, & intimatus, tum quia erat domi notorium, ad quam ipse sæpè veniebat. Quia stante notorietate potuisset deueniri ad
9 confectionem † Inuentarij, absque alia citatione, ex adductis per *Bero. cons. 145. num. 14. lib. 3.* Certè alij duo Testes melius concludunt dictam præsentiam, nam secundus iuxta 26. & 30. deponit de dicta
10 præsentia quando † conficiebatur Inuentarium die 27. 30. & 31. Martij, & super 12. & 24. articulo idem repetit referens se ad dicta interrogatoria. Tertius verò adhuc magis explicitè idem deponit iuxta secundum in illis verbis, *Et ci era presente alla confettione dell'Inuentario il Sig. Bertoldo Orsino, & il Sig. Cosimo suo fratello, quale staua lì lui ancora, & vedeua scriuere il Notario.*

Exceptiones verò, quæ dabantur contra hos testes, Dominis videbantur læues, & benè fuisse sublatę per informantes, non enim releuat, quod vnus ex dictis testibus videatur conuinci de mendacio
11 circa D. Cosmi habitationem, † nam sufficit illius dictum subsistere circa factum principale dictæ sciétiæ, & præsentiæ. *Natt. cons. 96. num. 1. Rolan. cons. 33. num. 5. lib. 2.* fuit dictum *in Cusentina pensionis 12. Februarij 1618 coram me.*

Non obstat exceptio familiaritatis, quia non
12 † constat, quod fuerint familiares de tempore examinis. *Bald. in l. etiam num. 4. vbi Salic. nu. 4. C. de testib. Felin. in cap. in litteris num. 10. in fin. eodem*
13 *tit.* Paupertatis † exceptio non sufficit ad repellendum testem, nisi aliunde constet eum esse suspectum. *Farin. post alios de testib. q. 57. num. 8.*

Nec obstat quod sit inuerisimile, quod secundus testis recordetur de diebus præcisis confectionis In-
14 uentarij post 16. annos, quia † cum de illis constet per publicum instrumentum Inuentarij illis diebus confecti, facilè ex eo potuit testis illos dies sibi ad memoriam reducere.

Nec demum obstat contrarietas considerata in tertio Teste, dum dicit se non vidisse D. Cosmum in domo ad Babuinum, post 12. dies sui reditus ad Vr-
15 bem de mense Februarij, & † tamen deponit se vidisse eundem præsentē confectioni Inuentarij, quod fuit de mense Martij in dicta domo, quia debet intelligi, præterquam in illa die confectionis Inuentarij, quo dicit se illum vidisse præsentem, *Bald. in l. data opera num. 33. vers. item intelligitur. C. de his qui accus. non poss. cum alijs per Rotam dec. 141.*
16 *num. 10. par. 2. diuers.* & alias dicta † testium sunt adiuuanda potiùs quàm cauillanda. *Bald. in cap. preterea nu. 10. de testib. Paris. cons. 138. n. 18. lib. 3. Seraph. decis. 241. nu. 3.* fuit dictum in *dicta Cusentina pensionis, & in Romana diuisionis 4. Februarij 1619. coram me.*

Ex quibus Domini quoad defectum citationis de quo

quo loquitur decisio, de qua agitur, putarunt esse recedendum à decisis.

Decisio hæc sub die 10. Februarij 1620. à qua Rota recessit, est supra in hoc Tomo, decisio 176. Et præsens hæc decisio fuit deinde confirmata coram eodem Vbaldo die 18. Martij 1622. quam decisionem habes infra suo loco.

REVERENDISS. COCCINO.

Lucana Iurispatronatus de Podijs.

Veneris 5. Martij 1621.

ARGVMENTVM.

Sacrosanctum Concil. Trident. nihil innouauit in probatione iurispatronatus familiæ non potentis, sed secus, quando sumus in familia potenti. Referuntur nonnulli casus, in quibus remissoria denegatur.

SVMMARIVM.

1 *In Iurispatronatus probatione, quando versamur in familia non potenti, Sacrosanct. Cõcil. Trident. nihil innouauit, vltra dispositionem iuris communis.*
2 *Probatio iurispatronatus personæ potẽtis, vel aliàs, in qua cadat præsumptio vsurpationis, iuxta formam Concil. Trid. qualiter sit facienda, num. 3.*
4 *Remissoria conceditur data releuantia articulorũ.*
5 *Iurispatronatus vsurpationis præsumptio cadit in Domino Castri, vel alio habente iurisdictionem temporalem in loco beneficij.*
6 *Præsumptio vsurpationis iurispatronatus cadit etiam in familia potenti, & magnati.*
7 *Remissoria stante calumnia denegatur.*
8 *Remissoria denegatur, quando articuli sunt valdè inuerisimiles.*
9 *Remissoria non conceditur, quando articuli sunt irreleuantes, & num. 12. & 13.*
10 *Remissoria non datur ad probandum per testes id, quod per scripturam fuit iam probatum.*
11 *Scripturis semper maior fides est adhibenda, quam testibus.*
14 *Probari non potest per testes res aliqua valde antiqua.*
15 *Probatio est irreleuans, quæ non concludit per necesse.*
16 *Principes Magnos, nedum à Nobilibus, sed etiam ab infimis personis occisos fuisse, notum est.*
17 *Præsumptio vsurpationis iurispatronatus in aliqua familia si sit nobilissima, an intret.*

DECISIO CCLXXV.

POST factas resolutiones quod iuspatronatus satis erat probatum probationibus sufficientibus de iure communi, ex quo non versabamur in fa-
1 milia potenti, quo casu † Sacrosanctum Concilium Tridentinum *sess. 25. cap. 9. de reform.* vltra dispositionem iuris communis nihil innouauit, *Gabr. cons. 192. num. 1. lib. 2. Menoch. cons. 241. num. 7. lib. 3. & præsumpt. lib. 3. præsumpt. 90. num. 9. & seq. Acchill. decis. 4. nu. 10. de iurepatr. Rot. decis. 331. nu. 1. par. 2.* & alias pluries fuit in eadem Rota firmatum, licet
2 secus esset si † versaremur in persona potenti, vel aliàs tali, in qua cadat præsumptio vsurpationis, quo casu iuxta formam dicti Cõcilij si verus titulus fundationis, vel dotationis non ostenditur, requiritur
3 † immemorabilis, & præsentationes effectum sortitæ spatio 50. annorum, quæ probentur per authenticas scripturas vt sæpè resoluit Sacra Congregatio, & Rota ipsa, & signanter *in Sabinen. beneficij 15. Decembris 1581. coram fel. record. Clem. VIII. vt in decis. 199. num. 1. par. 2.* Propterea ad euitan. decisiones, & ad proban. hic agi de iurepatronatus familiæ potentis, datis articulis petebatur remissoria ad probandum quod ab immemorabili tempore citra, fuit semper in Ciuitate Lucensi familia Dominorũ de Podijs, & reddidit se semper cæteris familijs d. Ciuitatis, ac etiam toti Reipublicæ formidabilem, in tantum, vt nemo auderet ipsis de Podio in aliquo contradicere, ortumq. fuerit vulgare illud, *quando Poggio vuol poggiare tutta Lucca fa tremare*, quodque fuerunt semper in dicta Ciuitate factiosi, bellicosi, & soliti bannitos, & sicarios, aliosq. huiusmodi receptare, & in proprijs domibus retinere, per quos modo hunc fustibus, & verberibus cedebant, modo illum interficiebant, & alias diuersimodè malè tractabant, quod auxilium etiam præstiterint Vguccioni, & Castruccio, qui per Tyrannidem Ciuitatem occuparunt, & quod dd. de Podijs constituebant plusquam vigintiquinque familias, quæ omnes habitabant in dicto loco de Podio circum circa d. Ecclesiam, sicq. faciebant maiorem conuenticulam hominum, & militum quam fuerit vnquam visum
4 in aliqua alia Ciuitate Italiæ. Ex istis † inquam articulis prætenditur resultare releuantia remissoriæ, propter quam solet concedi, *Verall. decis. 59. num. 1. & 68. num. 1. par. 3.*

Et licet indubitatum sit quando agitur de Domi-
5 no Castri, vel alio habente iurisdictionem † temporalem in loco beneficij, agi de persona in qua cadit præsumptio vsurpationis, *Put. decis. 55.* & ibi additio, *& add. ad decis. 56. & seq. lib. 1. in nou. Chissan. decis. 67. Caputaq. decis. 128. par. 2. idem Put. decis. 3. & 8. de iurepatronatus, Mohed. decis. 10, num. 2. eod. tit. Cott. decis. 356.* & fuit sæpissimè resolutum, tamen idem
6 est, † in iurepatronatus competente familiæ potenti, & magnati, *Affl. dec. 104. lib. 2. aliàs 1273. lib. 3. par. 3. Acchill. decis. 4. num. 10 de iur. patr. Crescen. decis. 1. eod. tit. Chissan. decis. 67. Io. Paul. decis. 8. aliàs decis. 842. lib. 3. par. 3.* Vbi de familia Vrsina *Cotta decis. 356. Peregr. decis. 5. lib. 2. & fuit resolutum in causa Neapolitana cappellaniæ 29. Ianuarij 1571. coram Cardinale Lancellotto seniore*, vbi de familia Carracciolis, *& in causa Sabinen. beneficij 15. Nouembris 1582. coram fel. record. Clem. VIII. vt in decis. 199. num. 1. par. 2.* vbi de familia Vrsina, *Seraphin. decis. 952. num. 6.* vbi de Nobilibus Venetis in Statu Venetorum, *& in Sabinen. iurispatronatus 26. Octobris 1594. coram Litta, & 6. Martij 1596. coram Penia*, vbi de familia de Sabellis.

Istis tamen non obstantibus Domini censuerunt denegandam esse remissoriam, quia & si ista familia nobilissima sit, per maximam nihilominus calumniã,
7 vt mox probabitur, articulatur potentia talis, † in qua cadat præsumptio vsurpationis, quo casu remissoria denegatur, vt fuit resolutum *in causa Caurien. iurisdictionis 26. Februarij 1587. coram Robusterio*, eoq. magis quia vt etiam ex statim dicendis appa-
8 rebit, † articuli sunt valdè inuerisimiles, quo etiam casu remissoria denegatur *Rot. decis. 23. de test. lib. in antiq. Imol. in cap. quia verisimile, nu. 1. de præsumpt. Ti-*

pt. Tiraquel. in l. si vnquam in præfat. num. 38. in fin. C. de reuoc. donat. & fuit dictum in causa Toletana prioratus 10. *Maij* 1595. *coram bo. me. Pacen.*
9 & aliqui † sunt irreleuantes, ex quo etiam capite remissoria denegatur, *Verall. decis. 66. & 68. par. 3.* Nam primo, quatenus articulatur numerositas istius familiæ de tempore antiquo, ista numerositas etiam probata nihil releuat ad probandam assertam potétiam, immo per scripturas probatur contrarium, scilicet ex instrumento anni 1370. in quo in electione Consulis Contradæ Sancti Laurentij de Podio, solum conuenerunt quatuor personæ de Domo Podia, & ex alio instrumēto præsentationis anni 1426. In quo tantum quinque totam familiam constituentes conuenerunt ad præsentandum, & deinde anno 1390. solummodo nouem conuenerunt, quorum plures erant patres, & filij, vnde cum ista numero-
10 sitas excludatur per probationem † factam per scripturas, non est danda remissoria ad probandum cōtrarium per testes, *Aegid. decis. 9. Aret. cons. 65. n. 2. Mandell. cons. 6. num. 10. Seraph. decis.* 1460. semper
11 † enim maior fides adhibetur scripturis quam testibus, *l. census. ff. de probat. glos. in cap. tertio loco, ver. testium, eod. tit. Seraphin. decis.* 1460. & quamuis opponi possit, quod instrumenta, & articuli non sūt contraria, cum stent simul, quod prædicti solū præsentauerint, & quod nihilominus familia esset nu-
12 merosa, tamen cum hoc articuletur † ad effectum vsurpationis, ad hunc effectum consideranda est numerositas, quæ tamen ex dd. præsentationibus excluditur.

Dum verò articulatur quod fuerunt facinorosi,
13 † & bellicosi, non inde resultat quod familia esset ita potens, vt in ea cadat suspicio vsurpationis, præsertim cum delinquentes fuerint puniti, ac etiam vltimo supplicio damnati, ex qua re resultat inuerisimilitudo, & vehemens calumnia alterius articuli, quod ita se reddiderint formidabiles Reipublicæ, & Ciuitati, vt nemo contradicere auderet, quia si delinquentes fuerunt puniti, signum est euidens, quod articulus non continet veritatem. Et ex quantitate familiarum, & ex prædictis cessat articulus, qui continet quod ipsi facerent conuenticulam maiorem, quam in quacumque alia Ciuitate; illud vero dictum mutuatum à Ciuitate Firmi, scilicet, *quando Fermo vuol fermare tutta la Marca fa tremare*, fuit visum satis ridiculum, & cōtrarium ex prædictis apparet, ex quibus etiam cessat, id quod dicitur Dominos de Podijs auxilium præstitisse Tyrannis, & quod dd. Tyranni, vt se in Tyrannide conseruarent tolerabant omnia malè facta DD. de Podio, vt eos fauorabiles haberent, & eorum delictis oculos claudebant, quia de hoc historici nullam faciunt mentionem, quamuis illorum Tyrannorum gesta satis prolixè recitent, & inuerisimile est, quod hodie per
14 testes posset probari † in re tam antiqua id, de quo historici qui Tyrannorum vitam ex professo scripserunt, nullam fecerint mentionem, & fuit consideratus vltimus articulus, in quo articulatur quod Domini de Podio tentarūt vsurpare iuspatronatus Ecclesiæ S. Iuliæ, qui retorquetur, nam si non potuerunt vsurpare d. Ecclesiam, nec credendum est aliā
15 potuisse vsurpare, & est irreleuans, † quia hoc probato non infertur per necesse, quod vsurpauerint Ecclesiam Sancti Laurentij, de qua agitur.

Et mouit etiam Dominos, quia non controuertitur, quod ab anno 1522. citra, & sic à centum circiter annis ista familia fuerit exauthorata, & pro maiori parte expulsa à Ciuitate propter homicidiū commissum in personam Vexilliferi illius Reipublicæ, quare visum fuit satis inuerisimile aliquid posse probari, quod releuet, quia probationes in omnem euentum non possent fieri nisi per famam, quæ satis elideretur ab omnibus supra ponderatis, ac ex multis visitationibus, in quibus DD. de Podio non solum receperunt Episcopos visitantes, & eorum Vicarios, sed etiam eorum præceptis, & mandatis paruerunt, prout conuenti ad præstanda legata condemnati fuerunt ab Ordinario, & mandata contra ipsos fuerunt relaxata, sententiaq. contra præsentatum ab eis lata fuit de anno 1513. & ex alijs actibus ponderatis in alijs decisionibus, qui clarè probant absque vllo timore Ordinarium exercuisse suam iurisdictionem in eosdem, & ipsos obedientiam præstitisse, nec retorqueatur, potentia ex occisione d. Ve-
16 xilliferi, quia notum † est magnos Principes nedum à Nobilibus, sed etiam ab infimis personis occisos fuisse; vnde pernecesse concludi non potest, quod familia sit ex illa potentia, vt maiores probationes fieri debeant in probatione iurispatronatus, quam illæ quæ de iure communi requiruntur, licet negari
17 non possit, † quod familia sit nobilissima, ita tamen, vt in ea non cadat timor vsurpationis per supradicta.

Et sic resolutum non esse dandam remissoriá, &c.

☞ *Plures aliæ decisiones in hac causa emanata habetur post tractatum de iurepatr. Viuiani.*

REVERENDISS. COCCINO.

Calaguritana puritatis sanguinis.

Lunæ 8. Martij 1621.

ARGVMENTVM.

Statutum, si disponat, vt admittēdi ad Collegium &c. carere debeant omni macula, & suspicione impuritatis sanguinis prorsus, & omnino; an macula, seu suspicio dicatur ex oppositione (non tamen probata) contracta, itaut inculpatus admittendus non veniat, & quid si ea suspicio per contrariam probationem fuerit sublata, & qualirer supradictum statutum intelligendum veniat. Dictiones, quantumuis geminatæ, & præcisæ limitantur, & restringuntur secundum subiectam materiam. Testes, quando non probent impuritatem sanguinis alicuius.

SVMMARIVM.

1 *Macula omnis, & suspicio cessat ex contrariis probationibus.*
2 *de Furto condemnatus ex sententia, licet efficiatur infamis, attamen si postea probet, se furtum non commisisse, tollitur infamia.*
3 *Infamia facti tollitur contraria probatione.*
4 *Facti diffamatio purgatur contrario facto.*
5 *Statutum Meleuitanum disponens, vt non recipiantur in milites, qui originem aliquam ab impuris, nedum probabilem, sed nedum auditam ex aliqua fama trahant, qualiter id intelligatur.*
6 *Dictio, aliqua, intelligi debet secundum subiectam materiam.*
7 *Macula videtur minor, quam infamia facti.*
8 *Patris improperium non infamat, ladit tamen opinionem filiorum apud bonos viros.*

9 Suspi-

9 *Suspicio procedit ex leuibus indiciis.*
10 *Suspicio est actus per quem in dubitationem trahimur.*
11 *Suspicio, vel macula satis tollitur per contrarias probationes.*
12 *Probationes, quæ sunt sufficientes ad tollendam contrariam probationem per famam, multo magis sufficientes erunt ad tollendam suspicionem, & maculam.*
13 *Fama vna tollitur alia fama contraria.*
14 *per Probationem veram dicitur sublata omnis macula, & allegata suspicio.*
15 *Fama mala quando eliditur per contrariam famam bonam, non dicitur constare de mala.*
16 *Fama mala, si tollatur per probationem contrariam, quanto magis dicendum est tolli suspicionē?*
17 *Macula omnis, & suspicio tollitur per contrariam probationem.*
18 *Statuto, si caueatur, quod admittendi ad Collegiū carere debeant omni macula & suspicione, prorsus, & omnino, qualiter veniat intelligendum, num. 23.*
19 *Statutorum confirmatio facta per Papam, ea dat robur statuto quoad ius, non autem quoad factū.*
20 *Dictio, omnino, habet naturam præcisam.*
21 *Dictio, omnino, licet habeat naturam præcisam, recipit tamen congruam interpretationem.*
22 *Dictio, omnimodo, congruam, recipit determinationem à iure communi.*
24 *Impuritatis suspicio, & macula cessat, quando puritas fuit plenè probata.*
25 *Dictiones, prorsus, & omnino, positæ in dispositione videntur excludere omnem interpretationem.*
26 *Lex, si vtatur verbis geminatis excludit omnem interpretationem.*
27 *Geminatio verborum sapit præcisam coarctationem.*
28 *Dictiones quantumuis præcisæ, & geminatæ, limitantur, & restringuntur secundum subiectam materiam, & quatenus ratio permittit.*
29 *Dictiones geminatæ aliquid prohibentes intelligēdæ sunt, quando exceptiones oppositæ sunt friuolæ, secus vero si releuantes.*
30 *Statuta, cum recipiant interpretationem à iure communi, ideoq. non obstant dictiones præcisæ, & geminatæ in eo appositæ, & num. 31.*
32 *Testis inimicus, & odiosus parti, non probat.*
33 *Testes, quando retractauerunt eorum primum dictum, illud remanet debilitatum, itaque super eo sententia ferri nequit.*
34 *Testes errantes non releuant.*
35 *Testes non bene informati, non sunt attendendi.*
36 *Ratio magis attenditur in teste, quam dictum.*
37 *Testis ratio, si non concludat, eius dictum infringitur.*
38 *Suspicio quæ non est verisimilis, neque violenta, sed temeraria, nō attenditur, cum non habeat subsistentiam.*
39 *Suspicio vana multos supplantauit.*
40 *Puritatem suam, si quis plenè probauerit, vt ea tollatur, & præsumatur impurus, opus est contraria, & plena quidem, & concludenter probatione.*

DECISIO CCLXXVI.

IN decisione coram Reuerendiss. D. meo Archiepiscopo Damasceno sub die 13. Nouembris 1629.* fuit resolutum non probari Franciscum esse impurum, sed quia in Ecclesia adest statutum disponens, quod nemo habere possit in Ecclesia Collegiata de Victoria dignitatem, vel præbendam, vel aliquem Canonicatū si non sit Christianus antiquus ex quatuor lateribus purus sine macula, & suspicione hominis, qui descendat ex Hebræis, Hæreticis, & Mauris, & personis reconciliatis, & publicè punitis per Sanctam Inquisitionem, ideo in prædicta decisione fuit reseruatum videre, an probetur talis suspicio impuritatis propter quam Francisco obstet dictum statutum, & hodie per me proposito dubio in locum dicti Reuerendiss. Damasceni, ex quo fuit assumptus in Datarium D.N. Gregorij XV. suffectū, negotio benè discusso, negatiuè fuit resolutum, quia cum puritas Francisci sit plenè probata, vt in præ-
1 dicta decisione fuit resolutum, cessat †omnis macula, & suspicio, quæ posset opponi contra Franciscū ex probationibus factis per Capitulum, *Castrens. in l. si furti nu. 2. C. ex quibus causis infam. irrogetur,*
2 vbi quod condemnatus de furto † per sententiam, licet efficiatur infamis, attamen si postea probet, se furtum non commisisse tollitur infamia; & quod in-
3 famia † facti contraria probatione tollatur est textus *in cap. cum in tua. de sponsal. cap. presbyter. cap. si mala fama 2. q. 5. Gloss. in cap. 11. qui fidem. vers. contra præsumptionem. de sponsal.* purgatur enim
4 diffamatio † facti contrario facto, *Innocent. in cap. inquisitionis. de accusat.* & in terminis similium statutorum, *Bald. in l. Diuus num. 1. vers. quartum est argumentum. ff. de militar. testament. vbi Angel. num. 3. vers. similiter si statutum, idem Bald. in l. qui accusare, num. 4. vers. 2. C. de edend. & in l. si tutor. petitus. in fin. vers. item si statutum. C. de pericul. tutor. & fuit latè deductum coram me in causa Burgen. admissionis ad habitum 20. Decembris* 1604. vbi respondendo ad Statutum Meleuitanum,
5 in quo disponitur, †quod non recipiantur in Milites qui originem aliquam ab impuris nedū probabilem, sed nedum auditam ex aliqua fama trahant, fuit dictum, quod illud statutum erat intelligendum quatenus puritas non esset in contrarium probata, quia
6 dictio aliqua, in qua vis consistebat, erat intelligenda secundum subiectam materiam *per cons. Dec. 581. num. 2.* vt scilicet fama esset talis, quæ non tolleretur per contrariam famam probatam.

Neque obstat, quod statutum requirit, quod ad-
7 mittendus sit sine macula, & suspicione, † quæ quidem macula videtur minor, quam infamia facti *Gloss. in l. fratres 27. in vers. infamiæ. C. de inoff. testam. per tex. in l. ea quæ. C. ex ex quib. caus. infam. irro-*
8 *get,* vbi quod improperium †patris non infamat, lædit tamen opinionem filiorum apud bonos viros, &
9 & suspicio quā excludit statutum † procedit ex leuibus indicijs secundum *S. Thom. 2. 2. q. 60. art. 3. in*
10 *corp.* & est †actus per quem in dubitationem trahimur, *Bald. in rubr. num 12. C. de probat. & in l ea quidem num. 3. C. de accusat.* Nam huic obiecto fuit responsum quod ex probationibus Capituli non cōstat de aliqua mala fama impuritatis Francisci, vt etiam infra demonstrabitur, vnde etiamsi admittamus, quod ex illis probationibus per se sumptis aliqua ma-

macula, vel suspicio resultaret in hoc casu, satis illa
11 per † contrarias tollitur probationes, quæ cum sint
sufficientes ad tollendam contrariam probationem
per famam, multo magis sufficiunt ad tollendam su-
12 spicionem, † & maculam, si qua fuit irrogata ex di-
cta probatione Capituli, *vt in puncto dicit Paris. in
cons. 64. num. 24. lib. 3.* vbi quod sicuti vna fama tol
13 litur alia fama contraria, ita infamia † facti causata fa-
cto, potest tolli alia bona fama causata veritate fa-
cti, & subdit cum per plures testes formiter proba-
tum fuerit de bona fama, vita, & conuersatione,
14 merito per istam veram probationem † fuit sublata
omnis macula allegatæ infamiæ, quod prius in sub-
stantia dixit *Baldus in l. sacrosanctæ in fin. C de
Episc. & Cleric.* vbi quod quando mala fama elidi-
15 tur per † contrariam bonam, de mala non constat
& subdit quod ista est veritas, *& in l. fin. nu. 15 ff.
de feriis* dicit quod ita seruatur in practica, vnde si tol-
16 litur † ex probatione contraria mala fama, quanto
magis dicendum est tolli suspicionem, si quæ orta
fuit ex probationibus Capituli, cum probationes
17 Francisci sint sufficientes ad tollendas † probationes
contrarias ex fama, itaut aliqua macula, vel suspicio
non remaneat, *vt per Castren. Baldum, Paris. &
alios supra citatos.*

Neque etiam obstat quod in hoc statuto adsint
18 verba quod admittendi carere debeant omni † ma-
cula, & suspicione &c. prorsus & omnino, quia ista
verba sunt in narratiua statuti facta in confirmatione
19 Papæ, quæ dat † robur statuto quoad ius, non quoad
factum, non autem in ipso statuto, quod continet so-
lum verba prædicta, & in omnem casum illa dictio
20 omnino † non obstat, quia etiamsi habeat præcisam
naturam *cap qualiter. in fin. de iudic.* recipit tamen
21 † congruam determinationem, vt probatur *ex tex-
tu in l. si quis in conscribendo. C. de pactis*, vbi habe-
tur, quod pacta omnino obseruanda sunt, & tamen
ibi notant Doctores quod illa dictio omnino seu om-
22 nimodo † congruā recipit determinationem à iure
communi, *Dec. num. 12 Ias. num. 6. Gozzad num. 4.
Bald. in l. fin. num. 6. C de contrah. empt. vbi alle
gat tex. in l. si stipulatus sum damam ff. de verb.
oblig. Roland. cons. 61. num. 55. vol 2. & cons. 75.
num. 21. vol. 3. Dec. cons. 356. num. 4. vers similiter,*
& propter statutum esset intelligendum, quando nō
23 † adesset plena probatio in contrarium, quia tunc
admittendus omnino carere deberet omni macula,
itaut si adesset sola suspicio, non esset admittendus,
24 quæ suspicio & macula cessant, quando † puritas fuit
plenè probata ex supra dictis.

Neque potest vis fieri in dicta geminatione ver-
25 † borum prorsus, & omnino, † quæ videntur exclu-
dere omnem interpretationem, *Dec. in l. fin. num. 1.
C. qui testam. facere possunt*, vbi quod ille textus ex-
26 cludit omnem interpretationem, † cum vtatur ver-
bis geminatis, prorsus & omnino, *Bald in tit. de pace
Constantiæ. in verb. cassetis, & irritetis*, vbi quod
27 geminatio † verborum sapit præcisam coarctationē,
quam refert *Præpos. in cap. quoniam num. 2. 18. di-
stinct. Corsettus de verbis geminatis num. 31.* nam
28 fuit responsum quod † istæ dictiones nihilominus li-
mitantur, & restringūtur secundum subiectam ma-
teriam, & quatenus ratio prohibitionis, siue exclu-
sionis permittit *Præpos. loco cit. in fin.* sed nulla ra-
tio suadet quod ista suspicio sit attendenda, cum sit
probata plenè, & concludenter puritas, ergo dictio-
nes prædictæ non obstant, maximè quia istæ dictio-
29 nes † geminatæ reijciunt tantum oppositiones fri-
uolas, secus autem releuātes, qualis est ista, quæ cō-
tinet probationem puritatis, *Gloss. in d. cap. quoniā.
in verb. excusatione, & ibi Gemin. vers. in Gloss. su-
per verb. excusatione, & Præpositus num. 2. Archi-
diac. in cap. lator. num. 4. 2. q. 7.* & cum istud statu-
30 tum recipiat interpretationem † à iure, non videntur
obstare istæ dictiones geminatæ, & ideo non tollunt
exceptiones, quæ competunt ex interpretatione sta-
31 tuti iuxta † dispositionem iuris, *Gemin. in d. cap. quo-
niam in prin.* quem refert *Præpos. num. 2. Bartol. in
l. 1. §. parui num. 7. ff. quod vi, aut clam. Bald. in l.
ita nobis. num. 2. & ibi Salyc. C. ad l. Iul. de adult.
Abb. in cap. ex parte. il 2. num. 1. de offic. deleg.*

Et quod prędictum statutum non obstet, eo magis
placuit Dominis, quia etiamsi Franciscus nihil pro-
basset, nihilominus secundum dictum statutum Ca-
pitulum non probaret intentionem suam, nititur
enim depositionibus tresdecim testium, ad quos in-
formantes pro Capitulo in hac positione se restrin-
xerunt, qui nullius sunt considerationis, quintus
32 enim est inimicus, † & odiosus ex causa colaphi sibi
illati ab auunculo Francisci, pro quo fuit condem-
natus, & exiliatus, vt deponit vigesimusprimus
testis, & notatur in decisione D. mei Archiepiscopi,
quatuor ex dictis testibus videlicet 69. 71. 84. & 94.
33 retractauerunt suam dispositionem, ex qua ita † pri-
mum dictum est debilitatum, vt super eo sententia
fieri minimè possit, *Abb. in cap. cum in tua. num. 9.
vers. aut ex interuallo de testib. Dec. cons. 189. nu-
mer 12. Cæsar. de Grass. dec. 8. de testib. & fuit di-
ctum in causa Firmana Altaris 30. Octobris 1600.
coram bo me. Francisco Penia.* Alij vero octo testes,
quicquid deponant, errant in nomine proauiæ Frā-
34 cisci quam Mariam appellant, † cum tamen vocare-
tur Catharina, vt probant 15. testes Francisci, vnde
35 vel non sunt attendendi, quia non sunt † benè infor-
mati, *Bald. in l. 3. num. 41. C. de edict. Diu. Adrian.
toll.* vel dum dicunt Franciscum impurum ex vno
latere, ex quo Maria erat eius proauia, deficiunt in
36 ratione, † quæ magis attenditur, quam dictum *Ab-
37 bas cons. 105. num. 2. lib. 1.* itaut si ratio non † con-
cludit, dictum infringitur *Aymon. cons. 2. num. 4. &
fuit dictum in causa Toletana decimarum 20 Iunii
1608. coram bon. mem. Card. Lancellotto iuniore,*
quare suspicio, quæ oritur ex dictis testibus, neq. est
verisimilis, neque violenta, de quibus est intelligen-
dum statutum, non autem de temeraria, prout vide-
38 tur esse ista, † cum non habeat subsistentiam ex de-
positionibus testium, vt supra relatum est, *Ripa in
l. admonendi. num. 89. vers. adde. ff. si cert. petat.*
Ioannes Montolon in promptuario diuini iuris, &
vtriusque humani Pontificij, & Cæsaræi in verb. sus-
picari, de qua Ecclesiastici. Tertio dicitur multos
39 supplantauit suspicio † illorum, & in vanitate deti-
nuit sensus illorum, igitur merito dicendū est, quod
etiamsi Franciscus non probasset suam puritatem,
(quam tamen plenè & concludenter probauit) ad-
40 huc intentio † Capituli ex depositionibus dictorum
testium non esset probata.

Ex quibus conclusum Francisco non obstare sta-
tutum &c.

☞ *Decisionem hanc in præsenti causa factam sub die
13. Nouembris 1619. coram bo. me. Card. Sacrato,
est*

est supra in hoc Tomo decisio 137. altera vero adest infra coram eodem Coccino sub die 18. Iunii 1621.

REVERENDISS. DVNOZETTO ARCHIEPISCOPO SELEVCIEN.

Treuereñ Bonorum.

Lunæ 15. Martij 1621.

ARGVMENTVM.

In alienatione bonorum Ecclesiæ copulatiuè requiritur causa, & solemnitas. Beneplacitum Apostolicum in alienatione bonorum Ecclesiæ, hodie vigore Paulinæ est necessarium sub pœna nullitatis alienationis. Alienatio bonorum Ecclesiæ, licet fiat in aliam Ecclesiam, nihilominus requiruntur solemnitates.

SVMMARIVM.

1 *Bona Ecclesiæ, quando alienantur, duo copulatiuè requiruntur causa scilicet, & solemnitas.*

2 *Beneplacitum Apostolicum hodie requiritur in alienatione bonorum Ecclesiæ.*

3 *Alienatio bonorum Ecclesiæ facta sine beneplacito Apostolico est nulla.*

4 *in Alienatione bonorum Ecclesiæ, si interuenerint solemnitates de iure requisitæ, non requiritur beneplacitum Apostolicum, sed ista fuit opinio Beroi semper à Rota reprobata, & in quo d. Berous fallatur num.5.*

6 *Constitutiones frustratoriæ essent, si se non extenderentur vltra terminos iuris communis.*

7 *Ecclesia, quando alienat in aliam Ecclesiam an sint necessariæ solemnitates requisitæ in alienationibus bonorum Ecclesiæ, & num.8.*

9 *Cultus diuinus potest esse maior in vna, quam in alia.*

10 *Ecclesiæ vni non est danda occasio, alterā spoliandi.*

11 *Alienatio bonorum Ecclesiæ, si fiat in alteram Ecclesiam etiam de iure communi sunt necessariæ solemnitates.*

12 *Beneplacitum Apostolicum, si in alienatione bonorum Ecclesiæ de consensu partium requiratur, & sub hac conditione fuerit conclusum. Tūc illo deficiente contractus dupliciter est nullus.*

13 *Gratia Papæ quando est in forma simplicis commissionis, & non est præsentata, expirat per mortem Papæ.*

14 *Iudicandum non est iuxta formam supplicationis.*

15 *Gratiæ forma, si non seruetur, irrita redditur ipsa gratia.*

DECISIO CCLXXVII.

DOMINI vnanimiter vēditionem fuisse nullam, & inualidam responderunt, est enim clara iuris conclusio in alienatione rei Ecclesiæ duo copula-
1 tiuè requiri causam, † & solemnitatem, *cap. sine exceptione 12.q.2. cap.1. & 2. de reb. Eccles. non alien. in 6. Card. Mantic. decis. 41. nu.1. & fuit sæpissimè decisum*, quicquid enim sit, vtrum adsit causa, tamen
2 cum deficiat beneplacitū Apostolicum, † quod hodie requiritur vigore Constitutionis Pauli Secundi, *Cæs. de Graff. decis.4. in fine de reb. Eccles. num.14. vers. at in casu nostro, Card. Mant. d. decis.41. Ricc. in prax. resol.383. num.1. & fuit sæpissimè resolutum*, sequi-
3 tur pernecesse istam venditionem † fuisse ex defectu beneplaciti nullam, præcipuè cum agatur de bonis bonis iurisdictionalibus, & magnæ considerationis.

Non obstat quod vbi interuenerunt solemnitates
4 de iure requisitæ, † non requiritur beneplacitum, vt dicit *Berq. cons.91. num.18. lib.1.* (vltra quod de hoc multum Domini dubitabant) eius opinio semper fuit à Rota reprobata, fallit enim Berous, dum ponderat verba constitutionis ibi præterquam in casibus à iu-
5 re expressis, nam † illa important limitationem, quando debet seruari solemnitas Paulinæ, vt patet ex lectura Constitutionis, & declarat *Caiet. in summ. vers. excommunicatio cap.75. Steph. Quarant. in compendio Bullarij. in ver. alienationes Eccles. nu.5. & 39.* qui casus connumerantur à *Barthol. Peret. in d. extrauag. ambitiosæ in ver. præterquam in casibus*
6 *à iure expressis num.1. & seq.* frustratoria † enim esset Constitutio Paulina, si non extenderetur vltra terminos iuris communis.

Minus etiam visum fuit obstare, quod Paulina nō habeat locum, quando vna Ecclesia alienat ad fauorem alterius, vt latè deducebant informantes pro Collegio, ponderando verba illa Paulinæ, prophanis vsibus applicare, quæ non possunt conuenire, quan-
7 do vna † Ecclesia alienat in aliam Ecclesiam: nam fuit responsum Constitutionem non niti hac sola ratione, sed vlterius progredi, ibi, aut cum maximo
8 illarum ac diuini cultus detrimento † exquisitis modis vsurpare præsument, quæ verba possunt conuenire, vbi fit alienatio in aliam Ecclesiam, quia cultus
9 diuinus † potest esse maior in vna, quam in alia Ec-
10 clesia, & daretur occasio vni Ecclesiæ † aliam spoliandi, vt notat *Hostiens. in cap.1. de reb. Eccles. non alien. & ibi Ioan. Andr. num.2.* & in terminis alienationis inter duas Ecclesias respondit *Rota in Neapolitana spolij, Mercurij 3. Iunij 1601. coram bon. mem. Cardinali Lancellotto*, & optima ratione, quia etiam de iure communi requiritur solemnitas,
11 vbi fit alienatio in aliam † Ecclesiam *cap.1. de reb. Eccles. non alien. in 6. Abb. in cap. tua nu.4. & ibi Dec. de his quæ fiunt à maiori part. cap Dec. cons.174. numer.1. Rota decis.1. de reb. Eccles. non alienan in nou. cum alleg.*

Et quod omnem sustulit scrupulum, illud est quod ex partium conuentione illud beneplacitum fuit requisitum. Nam Capitulum dedit mandatum procuratoribus ad vendendum sub beneplacito Apostolico, & Patres illud obtinere proprijs sumptibus promiserunt, ex quo sequitur contractū fuisse inualidum
12 non solum ex defectu solemnitatum, † sed etiam cōsensus, qui censetur deficere eo ipso, quod deficit beneplacitum cōsensui correspectiuum, *Aym. cons.461. num.29. in fin. Rota in recent. decis.428 num.6. & 7. tom.1.*

Nec visa fuit suffragari supplicatio à fel. rec. Cle-
13 mētis Octaui signata, quia illa est † in forma simplicis commissionis, neque fuit præsentata, & ideo per eius mortem expirauit, *Bocc. in cap. relatum nu.22. vers. & ista conclusio de offic. deleg.* & in terminis *Card. Mantic. d. decis.41. nu.2.* & postea *fuit dictum in vna Ferrarien. bonorum 19. Ianuarij 1615. coram me.* Quod multo magis hoc casu Domini dixerunt esse recipien. quia fuit apposita clausula in litteris latissimè extenden. quæ operatur vt fuerit necessaria litterarum expeditio, vnde illis non expedi-
14 tis † obstat regula de non iudican. iuxta formam supplicationis, vt respondit *Rota in d. decis. Cardin. Mantic.41. num.3.*

Nec

Nec etiam supplicatio signata in actis exhibita vllo modo potest inseruire pro confirmatione venditionis, nam in ea expressè Papa mandauerat, vt vnico contextu inuestiretur pretium in rebus stabilibus
15 vtilioribus mensæ capitulari, quæ forma † cum non doceatur adimpleta redditur irrita gratia beneplaciti, *cap. cum dilecta. de rescript.* & in terminis fuit *decisum in vna Valentina Baroniæ* 10. *Mart.* 1613. *coram Reuerendiss. Attrebaten.*

Et ita decisum vtraque parte informante &c.

R. P. D. REMBOLDO.

Albaneñ Bonorum.

Lunæ 15. *Martii* 1621.

ARGVMENTVM.

Remedium l. rem maioris 2. C. de rescindend. vendit. vt intret, quid necessario sit probandum. Periti, vt validè probent valorem rei, qualiter debeant referre, & maximè si æstimatio sit facienda de tempore præterito.

SVMMARIVM.

1 *Remedium l.2. C. de rescindend. vendit. vt intret debet ex actis constare de læsione, vltra dimidiam.*
2 *Periti, vt probent æstimationem seu valorem rei debent referre secundum cōmunem æstimationem.*
3 *Periti æstimando domum, debent habere rationem ad onus super ea impositum.*
Euictionis cautio si super re vendita non fuerit præstita, id diminuit eius valorem. num.3.
4 *Valor ad effectum læsionis debet considerari de tempore contractus.*
5 *Periti non possunt probare valorem de certo tempore, de quo est controuersia, mediante inspectione præsenti, & num.6.*
6 *Periti debent esse informati de statu rei antiquo.*
7 *ad Peritorum iudicium non recurritur nisi in subsidium.*

DECISIO CCLXXVIII.

DOMINI responderunt pro informante, quod sententia, qua fuit pronunciatū, emptionem seu deliberationem domus, de qua agitur, fore ex *remed. l.2. C. de rescind. vendit.* rescindendam, esse in-
1 firmandam, quia † in actis non constat de læsione, vltra dimidiam, quæ ad effectum, vt dicto remedio locus esse possit requiritur. *Gabr. de empt. & vend. conclus.1. num.1. cum ibi alleg.* & in terminis subhastationis fuit *dictum in vna Spoletana prædij* 27. *Iunii* 1614. *coram* R. P. D. *meo Pamphilio, quæ est decis.648. num.5. par.1. in rec.*

Neque enim dicta læsio dici potest probata ex relatione duorum peritorum electorum in aliorum di-
2 scordia, tum quia dicti periti † non retulerunt secundum communem æstimationem, prout erat necesse, *Bart. in l. pretia rerum. §.1. sub nu.2. & ibi Alex. num.11. ff. ad l. falcid. Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib.4. tit.20. nu.4. Card. Seraph. decis.1020. num.1. & seq. & decis 1377. num.7. & fuit dictum in Tiburtina Castri S. Poli coram bo. mem. Litta, quæ est decis. 20. par.2. sub num.5. in rec.* nec habuerunt rationem in æstimatione oneris annuæ re-
3 sponsionis, & quod dicta domus † fuerit empta sine cautione de euictione, quæ vtique dictæ domus valorem diminuunt, *Surd. cons.451. num.36. Cardin. Mantic. loco cit. num.38. cum alijs adduct. in vna Romana fideiussionis* 13. *Martij* 1617. *coram bon. mem. Andrea, & in Bononien. affrancationis* 20. *Nouemb.* 1620. *coram* R. P. D. *meo Dunozet.*

Tum & multo magis, quia cum subhastatio facta
4 sit de anno 1608. atque ita valor † dictæ domus de dicto tempore probari debuisset *l. si voluntate, & ibi DD. C. de rescindend. vendit. Cephal. cons.563. num.48. Aym. cons.114. num.16. Menoch. cons.358. num.13. Caputaq. decis.264. num.4. par.3.* non poterat dicta probatio fieri à peritis anno 1615. per
5 dictæ domus † inspectionem, quia mediante dicta inspectione poterat quidem colligi valor domus, qui erat tempore inspectionis, non autem ille qui erat tempore subhastationis, vt fuit in puncto firmatum *in dicta Bononien. affrancationis coram* R. P. D. *meo Dunozet* in qua etiam dictum fuit, quod quatenus prætenderetur, quod periti fuerint informati de sta-
6 tu antiquo † rei, quodq. iuxta illum statum rem ipsam æstimauerint, non esset tamen in hoc relationi dd. peritorum standum, sed quod eo casu dicti periti inducendi erant tanquam testes ad probandum formiter dictum statum antiquum, quia ad iudicium
7 peritorum † non recurritur nisi in subsidium, & vbi aliæ probationes haberi non possunt, *Verall. decis. 65. incip. ad electionem lib.1. in manuscript. &c.*

REVERENDISS. DVNOZZETTO. ARCHIEPISCOPO SELEVCIEN.

Firmana Hæreditatis.

Lunæ 15. *Martij* 1621.

ARGVMENTVM.

Correspectiuæ licet quando sunt duæ dispositiones, si vna deficiat, altera quoque necessè est, vt corruat, tamen regula ista non est perpetua, ideoque potissimum cessat, quando subiecta materia id non patitur, veluti si simus in duobus testamentis correspectiuis, cum ambulatoria sit humana voluntas, vsque ad supremum vitæ spiritum, vnde si vnus reuocet testamentum, alius non censetur quoque mutare suum, dum aliud non disponit.

SVMMARIVM.

1 *Correspectiuitas tunc operatur, vt vna ex dispositionibus reuocata, censeatur quoque altera reuocata, quando materia subiecta id patitur.*
2 *Vltimarum voluntatum natura est, vt sit ambulatoria vsque ad supremum vitæ spiritum.*
3 *Testator vsque ad mortem habet liberam disponendi voluntatem.*
4 *Hæredes, qui inuicem se instituerunt, non debent coarctari, vt si alter reuocet dispositionem, non possit alius, vel propriam reuocare, vel cum illa decedere.*
5 *Contractum aliquem celebrans, censetur se accommodare ad naturam ipsius contractus.*
6 *Hæredes, qui inuicem se instituerunt, consequens est, voluisse sic se inuicem instituere, vt cuilibet ipsorum remaneret libera reuocandi facultas.*
7 *Testamenti reuocatio pendet ab ipsa voluntate Testatoris.*
8 *Fratres, quando inuicem se instituerunt heredes, cen-*

censendum est id fecisse ratione mutuæ affectionis, & vt bona permaneant in familia.
9 *Quæ affectio erga fratrem, & agnationem, cui non pendeat ab interesse vicissitudinariæ institutionis, sic reuocata vna, non potest dici sublata altera.*
10 *Institutiones, vt dicantur correspectiuæ, ita vt sublata vna, censeatur altera quoque sublata, quid sit necessarium.*
11 *Argumentum deductum à correspectiuitate, remanet æquiuocum, si causarum diuersitas considerari possit.*
12 *Hæredes, qui inuicem se instituerunt, tunc ab vno reuocato testamento, censetur, & aliud reuocatũ, si probetur absque ista vicissitudine non fuisse eos sic dispostituros.*
13 *Hæredes, si duo inuicem se instituerint, & vnus moriatur prius reuocato testamento, tunc si superstes propriam voluntatem noluerit mutare, signum est euidens, voluisse cum ea decedere.*

DECISIO CCLXXIX.

DOMINI inhærendo resolutioni captæ sub die 7. Iunij 1619.* censuerunt correspectiuitatem resultantem ex Institutione facta eadem die, & coram eodem Notario ab Isidoro de Mandricardo fratre, & vicissim à Mandricardo de Isidoro non potuisse efficere, vt reuocato pro Mandricardo Testamento dispositio Isidori reuocata pronuncianda sit.

Nam tum demum correspectiuitas facit, vt vna ex dispositionibus reuocata alia tollatur, si materia
1 subiecta id † patitur, *vt per tex. in l. cum eiusdem, ff. de edilit. edict.* vt post *Bald. & Castr. in l petens, C. de pact. trad. Mandel. cons. 45. num. 3.*

2 Materia autem vltimarum voluntatum † non est talis, quia de sui primordiali natura est, vt sit ambulatoria, itaut semper testanti vsque ad mortem libe-
3 ra disponen. ac † mutan. dispositionem facultas manere debeat, quo fit, vt qui vicissim se hæredes instituerunt, non debeant arctari, vt si alter reuocet dispositionem, non possit alius, vel propriam reuoca-
4 re, vel cum illa decedere, † sed quinimo cum ad testandum accesserunt, censendi sunt accommodasse propriam intentionem ad naturam actus omnino,
5 & semper reuocabilis, † & qui ab alterius voluntate
6 pendere non potest, ac in consequens voluisse sic se vicissim † instituere, vt cuilibet ipsorũ maneret libera reuocandi facultas, & reuocatio ipsa penderet à
7 propria † voluntate, ex quo nulla deceptio contingere potest; quia ita fert natura actus quem gesserũt, vt benè ponderat *Corn. cons. 159. num. 1. vers. quibus tamen non obstantibus lib. 4.* ac post illum *Vasq. de success. resol. lib. 1. §. 1. num. 10.*

Idque faciliùs dixerunt Domini procedere debe-
8 re in dispositione duorum fratrum, qui censendi sũt se instituisse vicissim † ratione mutuæ affectionis, & vt bona perpetuarent in agnatione, *vt per Dec. cons. 561. num. 4. alias fuit in præterita decisione firma-*
9 *tum*, quæ ratio affectionis erga fratrem, & agnationem vti non † pendet ab interesse vicissitudinariæ institutionis, ità reuocata vna non potest dici sublata altera.

Et hinc sequitur, vt coniectura à correspectiuitate desumpta concludat, opus esset constare quem-
10 libet ex fratribus † motum fuisse ad disponendum, ea sola ratione, quia vicissim ab alio fratre instituebatur, itaut possibilitas, quod ratione affectionis esset motus, excluderetur, vti in proposito iudicandi voluntatem captatoriam, *fuit in alia decisione ponderatum, & benè comprobat Alciat. in l. licet n. 6. C. de pact.* Dum ponderat quod potest concurrere, mutua affectio, ac etiam consideratio mutui præmij,
11 & ita data diuersitate † causarum argumentum deductum à correspectiuitate remanet æquiuocum, & id etiam est, quod voluit *Alex. in l. cum donationis num. 2. vers. tamen potest responderi C. de transact.*
12 dum firmat quod ita demum defectus † causæ facit cessare vltimam dispositionem, si probetur Testatorem aliàs sine illa dispositutum non fuisse.

Demumque ponderarunt Domini, quod Man-
13 dricardus † prædecessit, neque Isidorus per quinque annos, quibus superuixit, propriam voluntatem curauit reuocare, signum euidens, quod voluit cum illa decedere, quamuis Mandricardus propriam voluntatem mutasset.

Ex quibus, & alijs susim deductis per informantes pro D. Cap. Alexandro Roberto, Domini vnanimi voto vtraque parte informante responderũt testamentum Isidori per mutationem vltimæ voluntatis Mandricardi non fuisse reuocatum, prout in decisionibus in hac causa factis fuerat resolutum, &c.

* *Decisio ista sub die 7. Iunij 1619. quæ hic allegatur in hac eadem causa emanata est supra in hoc Tomo decisio 122. habetur quoque altera pariter supra sub die 27. Ianuarij 1621. in qua dubium hic disputatum, reseruatum fuit, est decisio 272.*

REVERENDISS. COCCINO.

Ariminen. Bonorum.

Lunæ 15. Martij 1621.

ARGVMENTVM.

Maritus, si obligauerit in forma Cameræ omnia sua bona, pro restitutione dotis, tunc eueniente casu restitutionis, possunt capi bona, quæ eius fuerunt. Possidens vigore Saluiani, non potest operari, vt deueniatur ad subhastationem absque præcisa commissione, sed hoc fallit stante consensu partium. Creditor non solum in pignore iudiciali in subsidiũ admittitur ad licitandum, sed etiam in conuentionali, cessante tamen fraude, & metu.

SVMMARIVM.

1 *Maritus, si se obligauerit ad restitutionem dotis, obligando omnia bona sua in forma Cameræ, tũc eueniente casus restitutionis dotis, agi potest contra prædia, quæ fuerunt in eius bonis.*
2 *Possidens rem vigore Saluiani, non potest deueniri ad eius subhastationem absque speciali commissione.*
3 *Saluiani vigore, quando sine dubio dicatur actum.*
4 *Saluiani vigore si res possideatur, ea rectè potest subhastari, stante consensu partium.*
5 *Subhastatio non tenet, dum deliberatio præsente pecunia facta non fuerit.*
6 *Limita id, nisi creditor vocauerit se satisfactus. Verbum, pecunia, est latum.*
7 *in Subbastatione emens an dicatur persona supposita, si rem sibi deliberatam cesserit creditori*

8 Cre-

8 *Creditor in pignore iudiciali admittitur ad licitandum alio emptore non existente, vel dignum pretium non offerente.*

9 *Creditor in pignore conuentionali non admittitur ad licitandum.*

10 *Debitor, cessante fraude, & metu vendere potest res suas creditori.*

Vnde etiam hoc facere potest Iudex cessante omni fraude, quando subhastatur pignus conuentionale.

11 *Transactio an aliquid comprehendat, id bene colligi potest ex eius lectura.*

DECISIO CCLXXX.

FVIT resolutum constare de bono iure DD. de Ricciardellis, & sic standum esse in decisis 11. Martij superioris anni coram Reuerendiss. D. meo Archiepiscopo Damasceno. * Nam ex Instrumento celebrato de anno 1579. constat dotem Lucretiæ fuisse scutorum 4500. auri in auro, pro cuius restitutione maritus obligauit omnia sua bona in forma Cameræ, vnde merito cum venerit casus restitu-
1 tionis dotis, potuit agi † contra prædium S. Paterniani, quod fuit in bonis mariti, *l. creditoris. ff. de distract. pignor. l. quis generaliter. ff. qui potior. in pignor. habeantur. Surd. decis. 44. num. 6.*

Non obstat quod Lucretia fuerit immissa vigore
2 Saluiani, & ideo † non potuit deueniri ad subhastationem absque speciali commissione, vt est notum, & dicit *Seraph. decis.* 1100. Quia licet hodie contro-
3 uerti non possit, actum fuisse vigore Saluiani, † cum sit productus libellus, tamē cum ante immissionem Lucretiæ, vigore Saluiani, Paulus, & Pompeus de Tingolis possiderent prædium, de quo agitur, & illud cesserint Lucretiæ ad effectum subhastandi pro
4 suo credito, † & vigore dicti consensus per Gubernatorem Ariminen. fuerit deuentum ad subhastationem, & deliberatum Mattheo plus offerenti, cessat omnis amaritudo.

5 Neque etiam obstat, quod deliberatio † non fuerit facta præsente pecunia, prout de iure requiritur. *l. à Diuo Pio. §. sed si emptor. ff. de re iudic.* Quia
6 cum Lucretia creditrix vocauerit † se satisfactam, hoc sufficit, quia verbum, *pecunia*, est latum, vt fuit consideratū *in causa Romana vineæ 18. Maij 1601. coram Sanctiss. D. Nostro*, & fuit resolutum in alijs *decisionibus, quæ referuntur in vltima decisione*.

7 Neque probatur quod † Mattheus fuerit persona supposita, hoc enim pernecesse non sequitur, ex quo
8 cessit ad fauorem Lucretiæ, vltra quod creditor † in pignore iudiciali admittitur ad licitandum, alio emptore non existente, vel dignum pretium non offerente. *l. 2. C. si in causa iudiciali, vbi Odofr. & Bald. in fin.* Et si diceretur, quod stante prædicto consen-
9 su † istud erat potius pignus conuentionale, in quo non admittitur creditor. *l. & qui sub imagine. C. de distract. pig.* tamen quicquid sit de hoc, fuit dictum quod in eodem textu habetur *in vers. sanè si debitore, &c.* quod debitor cessante fraude, & metu po-
10 test vendere † creditori, vnde etiam hoc potest facere Iudex cessante omni fraude, *ad text. in l. ob causam. C. de euiction.*

Et cessat omnis difficultas ex transactione postea facta, in qua fuerunt remissa scuta 100. D. Hortentiæ, & marito, qui promisit residuum soluere Ric-
11 ciardellis, & quicquid dicatur, † transactio comprehendit istam causam, vt patet ex ipsius lectura, & ex alijs adductis pro iustificatione.

Ex quibus Domini steterunt in decisis, &c.

** Decisio ista in hac causa facta coram bo. me. Card. Sacrato, sub die 11. Martij 1620. est supra in hoc Tomo decisio 188.*

EMINENTISS. CARD. VEROSPIO SEN.

Romana Deuolutionis.

Mercurij 17. Martij 1621.

ARGVMENTVM.

Ad effectum deuolutionis, vel caducitatis dominium plenis, & concludentibus probationibus est docendum. Idem intellige de identitate. Caducitas, vt excusetur, sufficit quælibet bestialis causa.

SVMMARIVM.

1 *Dominium ad effectum caducitatis, vel deuolutionis debet plenè, & concludenter probari.*

2 *Dominium ad effectum deuolutionis non probatur per instrumentum concessionis iunctis etiam Canonum, & Laudemij solutionibus, vna cum alijs adminiculis.*

3 *Identitas ad effectum deuolutionis est plenè iustificanda.*

4 *ad Deuolutionem agens, prius debet iustificare se habere causam ab eo, qui rem concessit.*

5 *Caducitas, vt excusetur, sufficit qualibet causa etiam fatua, & irrationabilis.*

6 *ad* Caducitatis *effectus nemo Dominus agere potest ante plenas, & concludentes dominij probationes.*

DECISIO CCLXXXI.

PROPOSVI de partium consensu dubium, An factus esset locus deuolutioni domus, quæ prætendebatur fuisse olim sub directo dominio, & proprietate Hieronymi Zambotti ex persona Liciniæ Aligeræ vxoris, cui pro dotis restitutione illi data fuerat in solutum ab hæredibus Pauli Lilij primi viri, qui Paulus dicebatur, situm, super quo est domus ædificata, concessisse, eamque primo dedisse in emphiteosim Christino de Sanctulis, tum Gulielmo, & Magdalenæ coniugibus, cuius Gulielmi cum Hortensia Grandina tamquam hæres istam domum possideret, & negaret in directas dominas recognoscere Marsilij Cagnati hæredes, quæ se cessionarias dicebant Lauræ filiæ, & hæredis dictorum Liciniæ, & Hieronymi coniugum de Zambottis; Ideò pro Cagnati hæredibus excipiebatur Hortensiam incurrisse caducitatem, quam hodie Rota censuit non adesse.

Nam ad effectum caducitatis, vel deuolutionis,
1 vt in casu † nostro, debet plenè dominium, & concludenter probari *l. officium ff. de reiuendicat. Speculat. in tit. de locato. §. nunc aliqua. Alex. cons. 43. num. 8. lib. 4, Caputaq. decis. 280. par. 1.* Et fuit dictum *in causa* Romana *deuolutionis Vinea 17. Martij 1603. coram bo. me.* Penia, *& alibi sæpè.*

Quæ probatio hic non adest, licet enim pro Pauli Lilij dominio, qui domum ab initio dedit in emphiteosim allegetur concessio per ipsum primò facta cuidam Christino de Sanctolis, & deinde Gulielmo, & Mag-

& Magdalenæ coniugibus, ex hoc tamen sufficienter non dicitur probatum dominium, cum Instru-
2 mentum concessionis regulariter illud non probet, iunctis etiam canonum, & laudemij solutionibus, vna cum alijs adminiculis, vbi ad deuolutionem agitur. *Alex. cons. 12. num. 4. & cons. 43 num. 7. lib. 4. Ruin. cons. 161, num. 17. & seq. lib. 1. Velasc. de Iur. emphyt. q. 9. num. 3 & 6. Caputaq. dicta decis. 280. num. 5. in fin. par. 1.*

Additur nec sufficienter constare de situ eiusdem
3 domus identitate alias in emphiteusim à Lilio † concessi, quod tamen esset probandum *Aym. cons. 112. num. 3. Rota decis. 104 par. 2. diuers.*

Prout nec similiter apparet mulieres de Cagnatis causam a dicto Lilio, vel à Zambottis habuisse,
4 quæ omnia † prius firmanda veniebant, quam ad deuolutionem ageretur. *l. si res C. de ordin. cognit. Bar. in l. 2. in fin. C. de edict. diu. Adr. toll.*

Et proinde satis in casu nostro turbidum redditur negotium, & in omnem euentum intraret excusa-
5 tio, † cum ad effectum euitandi caducitatem, quælibet causa etiam fatua, & irrationabilis excuset, *Dec. in l. quod num. 23 vbi Doct. ff. si cert. pet. Cassad. decis. 6. num. 8. de caus. possess. & propr. Put. decis. 433. in fin. lib. 2.* Et fuit dictum *in Bracharen. Parochialis 13. Iunij 1605. coram Reuerendiss. Attrebaten. & in Leodien. fideicommissi 2. Decemb. 1609. coram R.P.D meo Caualerio.*

Quod autem excipiebatur agi hic etiam pro deuolutione ob alienationem de hac domo irrequisito domino factam, ex iisdem responsionibus tollitur,
6 cum ante † plenas, & concludentes dominij probationes nemo dominus ad effectum caducitatis habeatur ex supradictis.

R. P. D. REMBOLDO.

Asculana Spolij.

Lunæ 29. Martij 1621.

ARGVMENTVM.

Aegidiana cessat constito de nullitate, vel notoria iniustitia sententiæ. Sententia est nulla ex defectu citationis, non obstante quod ea fuerit facta, sed non legitimo procuratori. Procurator litis Dominus effectus quibus concurrentibus possit reuocari.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana non intrat, quādo sententia est nulla, vel notoriè iniusta.*
2 *Sententia est nulla, si deficiat ad sententiam citatio.*
3 *Citatio, quod non sit facta, vel minus legitimè, paria sunt.*
4 *Procurator patris, quando post eius obitum dicatur reuocatus per filium, ita ut nō dicatur amplius legitimus procurator num. 5. & 6.*
7 *Procurator, quando est effectus dominus litis, non potest reuocari.*
8 *Limita id, si ipse procurator, & aduersarius consentiat.*
9 *Procuratoris contradictio non impedit effectum eius reuocationis.*
10 *Pars aduersa vt dicatur cōsensisse reuocationi procuratoris, sufficit consensus tacitus.*

DECISIO CCLXXXII.

1 FVIT dictum non esse locum ægidianæ, quia illa non intrat † quando sententia est nulla, vel notoriè iniusta. *Contard. in l. vnic. num. 4. C. si de moment. possess. Natt. cons. 172. num. 4. Put. decis. 4. de Aegid. cum alijs adductis in vna Bononien. domus 4. Maij 1612. coram R.P.D. meo Pamphilio.*

Et in casu isto sententia apparet nulla, quia deficit ci-
2 tatio ad sententiam, † cum fuerit citatus Zeccadorus, qui tamen nullum habebat mandatum à Petro Paulo, contra quem fuit lata dicta sententia, & pa-
3 ria sunt, quod nulla † citatio vel minus legitima processerit *Gabr. cons. 40. sub num. 4. & seq. lib. 1. Roland. cons. 32. num. 23. lib. 1. Cephal. cons. 304. num. 17. & cons. 661. num. 24. & seq lib. 5.*

Nec obstat quod dictus Zeccadorus fuit Procu-
4 rator Ioannis Pacifici Patris Petri Pauli cum † quo lis fuit cœpta, quia præterquam quod post mortem Ioannis comparuit in iudicio dictus Petrus Paulus
5 vti filius, & hæres dicti Ioannis, & per hanc † comparitionem fuit mandatum dicti Zeccadori extinctum *cap. penult. de procur. in 6. Card. Seraph. dec. 800. num. 3.* Cessat etiam difficultas ex eo, quod vsq;
6 de anno 1595. fuit ab eodem Ioanne † dictum mandatum Zeccadori reuocatum, vt in summario dicti Petri Pauli num. 1.

Nec obstat quod non potuisset post litem conte-
7 statam reuocari, quia licet regula sit † quod Procurator Dominus litis effectus non possit reuocari *cap 2. de procur. in 6* id tamen fallit, si ipse Procu-
8 rator, & † etiam Aduersarius consentiat. *Paul. de Castr. in l. quæ omnia num. 2. ff. de procur. Card. Seraph. decis. 195. num 1.*

Et quoad Procuratorem quidem, vt in dicta decisione Card. Seraphini dicitur non multum cura-
9 tur de ipsius consensu, quia † eius contradictio non impedit effectum reuocationis in præiudicium reuocantis, sed id facit tantum, vt pro conseruatione suę famæ cognoscatur, an sit iustè reuocatus.

Quo vero ad partem, cuius interest, non habere
10 litigare cū noua persona non instructa sufficit. † quod etiam tacitè consenserit *Paul. de Castr. in dicta l. quæ omnia num. 2. ff. de procur.* & in casu isto constat nedum de consensu tacito, sed etiam expresso, quia Petrus Paulus Procurator à dicto Ioanne constitutus non solum elegit domicilium, & post mortem eius patris non contradiciente Aduersario causam reassumpsit, & protestatus fuit non citari Zeccadorum, sed fuit etiam ab ipso Aduersario pro principali agnitus, vt patet ex datis in summario à num. 3. vsque ad septimum, vnde negari non potest quin dictæ reuocationi consenserit, & quod per consequens dictus Petrus Paulus, non autem Zeccadorus erat citandus &c.

R. P. D. VBALDO.

Astoricen̄. Præstimoniorum

Lunæ 29. Martij 1621.

ARGVMENTVM.

Præstimoniorum possessio ex quibus remaneat probata, ita vt concedenda veniat manutentio. Possessio anterior quando remaneat in suo robore, quamuis denuò ea fuerit capta, & hoc ad effectum anteriori-

tatis possessionis. In beneficialibus sicuti datur multiplicatio titulorum, ita quoque necessè est, vt detur multiplicatio possessionum.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum adeptæ possessionis probat possessionem alio non existente in possessione.*
2 *Fructuum perceptio est indubitatum signum possessionis.*
3 *Possessio posterior præsumitur clandestina, & turbatiua, ideoq; non manutenibilis.*
4 *Possessio in specie, prævalet captæ in genere.*
5 *Possessio anterior non dicitur amissa, per alteram possessionem deinde captam, si cum protestationibus, & clausulis præseruatiuis anterioris possessionis fuerit capta.*
6 *In beneficialibus datur multiplicatio titulorum.*
7 *In Beneficialibus sicuti datur multiplicatio titulorum, ita datur multiplicatio possessionum.*
8 *Beneficij reseruati possessio capta vigore collationis factæ ab Ordinario, non est manutenibilis.*
9 *Mensis Nouembris est reseruatus Papæ per regulã octauam, hodie nonam Cancellariæ.*
Decretum irritans inficit titulum, & possessionem num. 9.
10 *Beneficium, quod vacauerit in mense reseruato, non sufficit id asserere, sed probandum venit, ad impediendam immissionem prouiso ab Ordinario.*
11 *Amplia id multò magis procedere videtur, si in collatione Ordinarij, asseratur ad eum pertinere collationem.*

DECISIO CCLXXXIII.

FVIT dictum dandum esse mandatum de manutenendo Ferdinando in possessione duorum præstimoniorum possessionis die 30. Nouembris 1604. per eius Procuratorem habentem ad hoc spe-
1 ciale mandatum, † quod Instrumentum sufficit, alio non existente in possessione *ad l. Prædia cum ibi notatis ff. de acq. possess. Rota decis. 62. num. 1. part. 2. diuers. in Augustana Hospitalis 21. Februarij 1611 & in Auersana beneficij 4. Iulij 1614. coram me, quæ sunt decis. 295. num. 4. & decis. 660. num. 1. part. 1. in recent. & in Legionen. Parochialis 6. Aprilis præteriti etiam coram me*, & alias sæpissimè, & hic
2 cõcurrit † etiam perceptio fructuum, de qua in summario Ferdinandi num. 6. quæ est signum euidens effectuatæ possessionis *l. Titia ff. de solut. Menoch. de retinen. rem. 3. num. 564.*

Non obstat possessio Michaelis. Quia cum fit
3 posterior † possessione Ferdinandi nempe capta die 4. Decembris eiusdem anni 1604. præsumitur clãdestina, & turbatiua, & non manutenibilis *cap. licet causam vbi Doct. de probat. Menoch. vbi supra nu. 726.* Rota dicta *decis. 293. num. 8. fuit dictum in Turritana Bonorum 22. Aprilis 1613. coram me, quæ est decis. 476. num. 4. part. 1. in recent. in Romana de Arronijs 15. Ianuarij 1614. etiã corã me, quæ est decis. 555. nu. 1. in fine eadem par. 1. & in Aquilana beneficiorum coram R.P.D. Manzanedo, quæ est decis. 147. num. 2. part. 2. in recent. & in alijs*
4 *causis sæpissimè*, vltra quod possessio † Michaelis fuit capta de solo præstimonio Sancti Stephani, vt apparet ex lectura.

Non obstat secunda possessio capta à Ferdinando 28. Maij 1605. & sic post possessionem captam a
5 Michaele, quia cum fuerit capta † cum protestationibus, & clausulis præseruatiuis anterioris possessionis admissis etiam per Archidiaconum Collatorem non censetur amissa, prima possessio *Doctores in l. 1. vbi Bart. num. 17. C. de lit. contest. Rip. in cap. cum M. Ferrarien. num. 71. de Constit. Rota in Bononien. manutentionis coram Reuerẽdiss. Damasceno, quæ est decis. 366. num. 4. part. 1. recent.* Maximè
6 † in Beneficialibus sicut datur multiplicatio titulorũ *Cassad. decis. 21. num. 5. super regul. Felin. in cap. in*
7 *nostra num. 2. de rescript.* ita etiam † multiplicatio possessionum *Rota decis. 205. num. 1. & 2. p. 1. diuers.*

Non obstat, quod possessio Ferdinandi prior non
8 videatur manutenibilis, † tanquam capta de mense Nouembris vigore collationis sibi factæ ab Ordina-
9 rio eodem mense, qui mensis est † reseruatus Papæ per regulam octauam, cuius decretum irritans inficit titulum, & possessionem *Gonzal. ad dictam regulã octauam glos. 31. n. 7.* Quia non constat, quod
10 Didacus vltimus possessor † præstimoniorum obierit in mense reseruato. Neque id in collatione Ordinarij facta per obitum enunciatur, immo potius
11 dicitur, quod collatio † pertinebat ad Ordinarium, vt in summario Ferdinandi num. 1. Et ideo interim non videtur posse denegari ex prædictis manutentio Ferdinandi. Et ita fuit decisum &c.

☞ *Confirmata fuit hæc decisio coram eodem sub die 5. Iunij 1621. est infra decisio 306.*

REVERENDISS. COCCINO.

Romana deuolutionis Domus.

Lunæ 29. Martij 1621.

ARGVMENTVM.

Euidens, & clara debet esse vtilitas alienationis bonorum Ecclesiæ, itaque si patens nullatenus sit sed dubia, seu obscura, necesse est, vt corruat, & quando de prædicta euidenti vtilitate nullatenus appareat, sed potius de contrario. Bona Ecclesiæ solita locari, tunc absque alia solẽmnitate possunt iterum locari, quando solitum non fuit alteratum, secus verò si adsit alteratio, quæ conclusio procedit, quidquid dixerit Calderin. siue dicta alteratio sit circa substantialia, siue circa accessoria.

SVMMARIVM.

1 *In alienationi bonorum Ecclesiæ non sufficit vtilitas, sed debet esse euidens.*
2 *Alienatio bonorum Ecclesiæ quando est dubium an sit vtilis, non substinetur.*
3 *Vtilitas in alienatione bonorum Ecclesiæ, quando sine dubio absit.*
4 *Domus, quod esset ruinosa, vt testes probent, qualiter deponere debeant & num. 5.*
6 *Ecclesiæ domus ruinosa, si alicui locaretur ad effectum eam reparandi, de hoc in instrumento locationis certè facta esset mentio.*
7 *Vtilitas euidens vlla, quando non possit considerari in alienatione bonorum Ecclesiæ, etiamsi fuerit promissum illa meliorare. amplia nu. 3.*
9 *Bona Ecclesiæ, quando locantur in perpetuum, retrabitur sexta pars.*
10 *Bona Ecclesiæ solita locari, tunc absque alia solemnitate possunt iterum locari, quando solitum non est alteratum.*

11 In

11 *In relocatione bonorum Ecclesiæ solitum sine dubio dicitur alteratum, si nouæ nominationes personarum fuerunt concessæ.*
12 *In relocatione rerum Ecclesiæ, tunc solitum dicitur alteratum, quando mutantur substantialia, alias secus.*
13 *Opinio tamen contraria est verior.*
14 *Concessio bonorum Ecclesiæ si fiat præter solitum, sine debitis requisitis non valet.*
15 *Concessio bonorum Ecclesiæ, nisi secũdum tenorem antiquæ inuestituræ fieri debet, alias alteratur solitum.*
16 *Calderin. opinio in consil. 2. circa medium de feud. reijcitur.*
17 *Vtile inutile non vitiat, sed vitiatur.*
18 *Vtile per inutile tunc non vitiatur, quando materia est diuidua, secus verè si indiuidua.*
19 *Indiuiduum an aliquid sit, inspici etiam debet voluntas contrahentium.*
20 *Locatio bonorum Ecclesiæ, si non substineatur, quia non constat de euidenti vtilitate Ecclesiæ, tunc corruit in totum.*

DECISIO CCLXXXIV.

DOMINI etiam admisso quòd ex domo, de qua agitur, perciperentur annuatim solum scuta 90. adhuc censuerunt locationem non cedere in euidentem vtilitatem Ecclesiæ, & sic non sustineri, ex deductis in vltima decisione * Ad hunc enim effectum non sufficit vtilitas, † sed debet esse eui-
1 dens, *vt in extrauag. ambitiosæ de reb. Eccles. non alien. ibi tunc in euidenti vtilitate &c. clara & indubitata. Barbat. cons. 40. in princ. lib. . Corn. cons. 244. num. 3. lib. 2. Bald. cons. 156. circa med. vers. præterea lib. 1. Rotæ decis. 582. in princ. part. 1. &*
2 *decis. 65. num. 19. part. 2.* vbi quod in dubio † non sustinetur *& decis. 178. num. 10. ead. par. & fuit dictum in causa Romana inualiditatis census 24. Maij 1591. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, & meminit Honded. cons. 31. num. 20. lib. 2.* quæ euidens vtilitas non adest in hoc casu, cum soluantur scuta 33. pro
3 canone, † & sic longè plus percipitur ex domo, quã ex canone, etiam habita ratione ad diminutionem sextæ partis, quæ fit ex locatione perpetua, nec non ad melioramenta ad solutionem pro iucundo introitu, & ad alia pacta, & etiam ad id, quod domus esset ruinosa, vt latè fuit consideratum in alia decisione.

Quamuis enim dentur testes ad probandum domum fuisse ruinosam, attamen contrarium probatur
4 ex testibus Ecclesiæ, † nec testes conductoris deponunt de impensa necessaria pro reparatione, nec de
5 tali ruina, quod esset vtile Ecclesiæ † illam locare, quod etiam deberet probari per punctum rationis, &
6 supradicta corroborantur, quia nec ista causa fuit expressa in Instrumento locationis, † prout verisimile est, quod fuisset expressa, si verè domus fuisset ruinosa. *Cæsar. de Graß. decis. 5. nu. 1. de reb. Eccles. non alien.* & in omnem euentum, quoad vtilitatem Ecclesiæ testes conuincuntur, vt patebit ex mox dicendis.

Quo verò ad scuta centum soluta pro iucundo introitu, & ad alia scuta 150. impendenda infra quinquennium pro melioramentis, fuit dictum, prout in alia decisione, quod ista non præponderant maximè cum meliorationes deberent fieri intra quinquennium, & sic pensiones nedum sufficiebant pro solu-
7 tione canonis, sed † etiam pro ipsis meliorationibus faciendis, vnde nulla videtur euidens vtilitas cõsiderabilis, vt in simili fuit cõsideratum apud *Card. Seraphinum in decisione 413.* & in hoc conuincuntur testes; Quod aliæ meliorationes deberent cedere in vtilitatem Ecclesiæ, non est consideratione
8 dignum, quia erat † in arbitrio Xenophontis illas facere, nec erat homo tam diues, itaut posset operari, nec alia onera, quæ suscepit in se Xenophon
9 sunt consideratione digna, † quia ex eis retrahitur sexta pars, *vt in auth. perpetua. vbi doctores C. de Sacrosanc. Eccles.* de qua sexta parte etiam habita ratione Ecclesiæ vtilitas non probatur.

Non displicuit dominis etiam aliud motiuum, quod licet res solita sit locari, tamen hoc est verum
10 dummodo solitum † non alteretur, prout factum fuit in hoc casu, quia prima locatio de anno 1556. fuit facta soli Francisco ad tertiam ipsius generationem, in secunda vero de anno 1570. fuerunt positæ duæ personæ in prima generatione, & fuit conuentum, quod vnus tantum ex conductoribus posset nominare, hic autem concessio fuit facta Xenophonti,
11 & Nicolao, & conceditur † facultas nominandi Nicolao, & casu quo ipse Nicolaus, & filij decederent viuente Xenophonte, ipse Xenophon posset nominare aliam personam, quæ esset loco secundæ generationis, & in hoc casu fuit alteratum solitum, vnde concessio non tenet ex allegatis in alia decisione.
12 Neque obstat, quod † conclusio videatur procedere, quando mutantur substantialia, alias secus *Caldenin. cons. 11. circa med. vers. ad cuius declarationem de feud. dec. in Auth. Qui rem, num. 22. vers. & hoc intelligitur C. de Sacros. Eccles. Rimin. iun. cõs. 32. num. 24. & seq. lib. 1. vbi latè.* Nam fuit respon-
13 sum † contrarium esse verius *Bald. in cons. 475. nu. 5. vers. sequitur videre lib. 1.* vbi quod si concessio
14 fiat † præter solitum non valet *Cuman. cons. 100. num. 2.* vbi quod non potest fieri concessio, nisi se-
15 cundum † tenorem antiquæ Inuestituræ. *Alex. cons. 9. num. 2. lib. 3.* Qui de communi testatur, & pariter de communi testatur. *Clar. in §. feudum conclus. 13. num. 8. vers. scias tamen.* & contra opinionem Cal-
16 derini, qui voluit † concessionem posse fieri, vt etiã transeat ad hæredes extraneos, est consilium *Gozzadini 39. num. 12. & dixit Rota in causa Imolen. bonorum. 21. Maij 1593. coram bo. me. Cardinali Pãphilio.*

Neque etiam obstat, quòd vtile per inutile non
17 † vitiatur, & sic alteratio vitiatur, & non vitiat in casu isto. *Alex. dicto cons. 9. in princ.* Quia vt fuit responsum in alia decisione ista opinio est Broccar-
18 dica, & quatenus sit vera † habet locum in materia diuidua, secus in indiuidua, qualis visa fuit ista ex
19 voluntate † contrahentium, *vt fuit consideratum in alia decisione*, & quatenus materia esset diuidua,
20 & vera esset opinio, quod vtile † per inutile non vitiatur, adhuc subsistit primum motiuum, quod non constat de euidenti vtilitate Ecclesiæ.

Et ita conclusum &c.

☞ *Idest sub die 9. Decembris præcedentis anni 1620. est supra in hoc Tomo decisio 261. & vide ad decisionem 241. quæ est pariter in eadem causa. vbi annotaui alias decisiones in hac causa emanatas.*

REVERENDISS. D. COCCINO.

Ferrarien. Pecuniaria.

Lunæ 26. Aprilis 1621.

ARGVMENTVM.

Instrumenti vim habet scriptura priuata trino teste subscripta; & data eius recognitione obligatus in ea, cogi potest ad obseruandum quidquid in ea promiserit. Error cum non præsumatur ideo plenè probandus est. Testis de auditu alieno non releuat, sicuti etiam si remaneat conuictus, vel si iudicet, & non deponat, vel si interesse habeat in causa.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura priuata, si sit recognita, & trino teste subscripta, habet vim instrumenti.*
2 *Scriptura priuata recognita, & trino teste munita, absque dubio probat contra illum, qui in ea se obligauit.*
3 *Error non præsumitur, nisi probetur.*
4 *Error bene excluditur, constito de veritate. & num. 6. & 7.*
5 *Probatio, quæ non concludit per necesse, non releuat.*
8 *Testes, qui deponunt de auditu alieno, non releuãt.*
9 *Testis, vt probet, debet deponere de eo, quod nouit, & præsens fuit, & sic per proprium sensum, non autem per sensum alterius.*
10 *Testis, qui remanet conuictus, non est attendendus.*
11 *Testis non debet iudicare, sed deponere.*
12 *Putare, & ignorare paria sunt.*
13 *Testis interessatus in causa non probat.*
14 *Tenuta aliqua an sit de pertinentijs alicuius loci, ex quo comprehendi possit. & num. 15. & 16.*

DECISIO CCLXXXV.

COMPARVIT Ioannes Franciscus Ferrariēsis coram Vicario Abbatiæ Vangaditiæ, & exposuit se possidere possessionem in Valghirana in Villa Bagnoli compræhensam in prima Inuestitura facta Dominis de Bonleis, & alijs, quæ erat deuoluta, & petijt se de ea denuo inuestiri, prouit fuit factum cum assertione, quod soluerat compositionem per scripturam priuatam, in qua continetur, quod ipse Io. Franciscus promittit se soluturum scuta 600. pro dicta Inuestitura. Vnde dubitaui an teneretur ad huiusmodi solutionem, & affirmatiuè fuit resolutum, Quia constat de eius promissione ex dicta apoca priuata ab ipsomet Ioanne Francisco subscripta,
1 & † recognita pro sua, & cum sit trino teste munita habet vim Instrumenti. *l. scripturas C. qui potior.*
2 *in pignore habeantur.* & absque dubio † contra ipsum Ioannem Franciscum probat. *l. publica. §. fin. ff. deposit. Auth. contra qui propriam. C. de non numer. pecun.*

Non obstat quod in partibus fuit allegatus er-
3 ror, quia † non præsumitur nisi probetur. *l. si post diuisionem. C. de Iur. & facti ignor.* hic autem non probatur. Nam dũ allegatur Bonleis mansos quin-
4 que terræ fuisse concessos † nihil releuans deducitur. Primo quia non excluditur, quod possessio quã habet D. Franciscus non possit compræhendi in illo numero. Secundo quia Bonlei fuerunt inuestiti de Valle prædicta Valghirana, & ideo Vallis ab anno 1416. quo fuit facta inuestitura potuit ad culturam reduci. Tertio quia in confessione se restrinxit ad primam inuestituram factam Bonleis, non autem constat hanc esse primam inuestituram factam Bonleis, cum possit esse, quod alia prius fuerit facta. Quarto quia confessio Io. Francisci non est restricta ad concessionem factam Bonleis, sed etiam alijs, &
5 ideo cum ista probatio † non concludat per necesse non releuat. *cap. in præsentia. de probat. l. non hoc. C. vnde legitim. & ibi gloss. verb quærendum.*

Et prædicta eo magis Dominis placuerunt; quia
6 vt testes deponũt Valghirana † magnum habet circuitum, & quartus testis deponit de decem milliaribus, & septimus testis optimè deponit ad rem nostram dicens, *Al lago di Bagnolo confinano le Castare di esso con la possessione della Mirandola, cioè con li popoli più bassi di essa, che ogni cosa era valli*
7 *auanti la bonificatione*, † signum euidens quod valles debebant bonificari, & quod quatenus hæc possessio non contineretur in termino concesso, quod tamen non probatur, vt dictum est, poterat contineri in bonificationibus postea factis.

Vlterius non probatur error ex testibus, tertius enim primæ instantiæ super primo deponit de auditu, à quodam Iacobo, quod possessio Mirandulæ non erat supposita liuello Abbatiæ, & pariter tertius
8 secundæ instantiæ idem † deponit de auditu à quodam Oliuerio, qui cum deponant de auditu alieno non probant; Nam ad effectum quod testis probet, deponere debet de eo, quod nouit, & præsens fuit,
9 & sic per propositum † sensum, non autem per sensum alterius. *cap. testes 3. q. 9. vbi gloss. verb. præsentes, & verb. viderunt. cap. licet ex quadam. de testib. vbi Io. Andr. num. 2. ver. communem formam.*

Primus vero testis secundæ instantiæ deponit de publica voce, & fama, quod possessio, de qua agitur,
10 fuit libera Dominorum de Bonleis, † sed conuincitur, vt statim dicetur, & dum dicit quod possessio Mirandulæ non est in Valghirana, sed in Bagnolo distans à Valghirana per vnum milliare, apertè conuincitur ex confessione Io. Francisci, qui fatetur quidem possessionem esse in villa Bagnoli, sed in Valghirana, quæ vt dictum est habet amplum circuitum. Quartus vero testis secundæ instantiæ iudi-
11 cat, † dum dicit se vidisse scripturas, & quod possessio fuit libera Dominorum de Bonleis, & ideo nõ
12 probat cum paria sint putare, & ignorare. *Verall. decis. 264. num. 3. par. 3.* & est interessatus, dum dicit matrem suam fuisse hæredem pro quarta parte Io. Baptistæ de Panno, qui emit partem huius pos-
13 sessionis à DD. de Bonleis, † & ideo pariter non probat. *l. omnibus, vbi Odofr. num 1. vers & dicitur res propria. C. de testib. l. nullus ff. eod. tit.*

Et veritas negotij apparet ex venditione tertiæ partis huius possessionis facta per Bonleos de an-
14 no 1592. & † ex venditione residui facta de anno 1595. illis del Panno, in quarum vltima retinuerunt in manibus scuta 600. ex quo non erat clarum, quod possessio esset, vel non esset de pertinentijs Abbatiæ, & hoc donec fuerit declaratum, an possessio esset de pertinentijs Abbatiæ, & idem fuit actum
15 dum de anno 1605. hæc possessio † per illos del Panno fuit vendita Gaspari de Vecchiattis pro persona nominanda, & idem deponunt testes pro parte Abbatiæ examinati, qui etiam subdunt, quod Bonlei soluebant Canonem Abbatiæ, & datur etiam quietantia Abbatis de anno 1591. facta dictis Bonleis pro

16 pro canone, ex quibus, omisso, † an plenè probarent intentionem Illustrissimi Cardinalis Abbatis circumscripta confessione Io. Francisci, certum est taliter conquassare probationes factas contra confessionem, vt ipsa remaneat illæsa.

Ex quibus conclusum solo Illustrissimo Abbate informante Io. Franciscum teneri soluere scut. 600.

Infra habes alteram decisionem in hac causa sub titulo Ferrarien. Bonorum 4. Martij sequentis anni 1622. coram eodem bo. me. Coccino.

REVERENDISS. PIROVANO.

Romana Salarij.

Lunæ 30. Aprilis 1621.

ARGVMENTVM.

Salarium non conuentum, licet regulariter loquendo, nullatenus debeatur, tamen etiam non conuentum debetur, si probetur solitum locandi, & conducendi operas, & ex quo probetur dictum solitum. Salarium non censetur remissum ex sola amicitia, immo nec ex consanguinitate, quæ arctius ligat. Seruitia præstita a cōductore, locatori operas suas, possunt quidem deseruire in arbitranda mercede, non autem ad totalem mercedis remissionem præsumēdam.

SVMMARIVM.

1 *Salarium non conuentum regulariter nō debetur.*
2 *Salarium non conuentum, vt debeatur, duo concurrere debent.*
Primo, quod ex consuetudine Ciuitatis solito locare operas suas debeatur, & secundo, quod petens sit solitus locare.
3 *Solitum alicuius soluendi salarium eis, quos conducit, ex quibus probetur.*
4 *Mercedis conuentio præsumitur omissa, dum inter locantes, & conducentes operas, mutuæ responsiones negotiorum vtilium intercesserunt.*
5 *Consanguinitas magis stringit, quam amicitia.*
Amicitia, & consanguinitas non sunt sufficiētes ad præsumendam laborum remissionem absque mercede. num. 5.
6 *Negotia vtilia transmissa ei, cuius operas quis conduxit, ex eis bene argui potest ad compensationē partis salarij, non autem quod non debeatur.*
7 *Temporis lapsus non est modus tollēdi obligationes, nisi adsit legitima præscriptio.*
8 *Salarium ex lapsu temporis non cēsetur remissum, nisi sit legitimè præscriptum.*

DECISIO CCLXXXVI.

IN dubio, de quo agitur, quæsitum fuit. An salarium debeatur D. Spinosæ, & quod, & pro quo tempore. Et Domini ad primam tantummodo partem respondendo, dixerūt salarium deberi pro negotijs R. P. D. Leyuæ captis ante reformationem, de alijs verò voluerunt particulariter videre.

1 Nam, & si salarium non † conuentum regulariter non debeatur, tamen ex regula duobus concurrentibus receditur, nempè quod ex consuetudine
2 Ciuitatis † solito locare operas suas debeatur, & quod petens sit solitus locare. *Put. decis 44. num. 2. lib. 2. & sæpius fuit firmatum in Rota in Oueten. mercedis inter recent. decis. 157. sub num. 2. p. 2. & in Oscen. Salarij inter easdem decis. 238. p. 1. & in Valentina Salarii decis. 291. ead. par. 1* In quibus Vrbis consuetudo admittitur, & solitum D. Spinosæ probāt illius etiam respectu eiusdē personæ R. P. D.
3 Leyuæ, qui soluebat mercedem eidem D. Spinosæ, vti Procuratori suo in causa Hispalen. Archidiaconatus ad rationem scutorum quinque cum dimidio.

Non obstant seruitia, & mutuæ responsiones ne-
4 gotiorum vtilium † inter ipsos litigantes, ex quibus præsumatur omissa conuentio laborum, dum haberent suam causam, in qua possunt compensari, quia
5 neque † amicitia, neque consanguinitas, quæ arctius stringit, sufficiunt ad præsumendam laborum remissionem absque mercede, & negotia transmissa, quatenus probarentur, & ad hunc effectum possent quidem deseruire in arbitranda mercede, non autem
6 † ad totalem mercedis remissionem præsumendam, prout hæc omnia fuerunt ponderata, & sublata *in Burgen. Salarii 27. Maii 1616. coram R. P. D. meo Caual.*

7 Non obstat lapsus temporis, quia † non est modus tollendæ obligationis *l. obligationum fere §. pla-*
8 *cet autem ff. de act. & obligat.* nisi concurrat † legitima præscriptio, quæ in præsenti non præsupponitur. *Rota coram Seraph. decis. 1322. nu. 4. & idem fuit dictum in allegata Burgen. coram* R. P. D. *meo Caualerio.*

Infra in eadē causa habetur altera decisio sub die 18 Februarii sequentis anni 1622. coram eodem bo. me. Reuerendiss. Pirouano.

REVERENDISS. COCCINO.

Bononien. Fideicommissi de Bentiuolis.

Mercurii 5. Maii 1621.

ARGVMENTVM.

Substitutio reciproca facta ad fauorem filiorum, non est subaudienda, vt quoque censeatur facta ad fauorem aliorum substitutorum, nisi clarè appareat de voluntate testatoris, & in dubio verba prolata a testatore si possint parere aliquem effectum citra multiplicationem nouorum fideicommissorum pro eis inducendis nullatenus sumēda est interpretatio, &c.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio, quod sit reciproca inter substitutos, quo casu non sit dubitandum.*
2 *Nepos quando dicatur tantum substitutus ad portionem sui patris, non autem patruorum, siue filiis defunctorum.*
3 *Substitutio plurium descendentium, semper intelligitur facta discretiuè de propriis filiis, & descendentibus vnius cuiusque instituti, non autem de aliis.*
4 *Substituti plures, si censeantur vocati ad portionem parentum tantum, cessat ratio, quod fuerint reciprocè substituti Patruis.*
5 *Dictio, vt supra, est relatiua dispositionis præcedentis, & sic refert verè, & propriè omnia disposita in præcedenti dispositione.*
6 *Clausula in stirpes, & non in capita, operatur, vt*

vt substitutio censeatur facta de vna linea ad aliã lineam.

7 *Nepotes quando nõ dicantur substituti inter se reciprocè, sed solum vt succedant ad portionem parẽtum, ad quam sunt vocati, non autem ad portionem patruorum.*

8 *Clausula in stirpes, & non in capita, est intelligenda, vt operetur in eadem linea.*

Successio in stirpes consideratur in linea descendẽti respectu ascendentis, non autem in linea transuersali num.8.

9 *Inter Filios duorum fratrum datur successio patrui in capita secundum Azonem, & quid secundum Accursium.*

10 *Nepos, vt possit concurrere cum patruo ad successionem alterius patrui, id est contrarium clausulæ in stirpes, & non in capita.*

11 *Filii duorum fratrum succedunt in stirpes patruo & non in capita & num. 12.*

13 *Substitutio secunda non debet trahi ad primam.*

14 *Substitutio reciproca potest etiam ex coniecturis induci.*

15 *Nepotes ex omnibus filiis si fuerint reciprocè instituti inter se, quid ex hoc arguendum veniat, & an hoc sit lucrum num. 16. 17. & 19.*

18 *Dispositiones, quando possunt parere effectum citra multiplicationem nouorum fideicommissorum numquam censetur inductum nouum fideicommissum.*

20 *Substitutio reciproca facta primis institutis, non est subaudienda ad fauorem nepotum.*

Quod est intelligendum etiamsi scriptura sit coniuncta, & continuata, quia hoc operatur, vt facilius admittatur reciproca in secundo gradu, non autẽ quod necessè sit admittenda.

21 *Testator si indistinctè locutus sit, indistinctè quoque intelligi debet.*

22 *Verba prolata a testatore, quando aliquid possunt operari propter noua fideicommissa, non est facienda interpretatio pro eis.*

DECISIO CCLXXXVII.

VERBA institutionis, & substitutionis sunt hæc. *Hæredes vniuersales instituit DD. Iacobum, Petrum, Antonium, Iulium Cæsarem, Andream, Alexandrum, & Herculem eius filios masculos æqualiter, eosque inuicem substituit vulgariter, & per fideicommissum descendentibus sine filijs masculis*, &
1 hanc substitutionem esse reciprocam inter † fratres filios testatoris non est ambigendi locus, *vt per DD. in l. cohæredi §. qui discretas ff. de vulg. & pupill. subst.* & subditur *ipsorumque filios, & descendentes in infinitũ in stirpes, & non in capita substituit,* vt supra, salua semper graduum prærogatiua omni meliori modo, vt supra, *quorum verborum sensus est. Quod ad inuicem substituit filijs descendentibus sine filijs masculis filios superstites, atque substituit ipsorum filios & descendentes in infinitum in stirpes, & non in capita, vt supra salua semper graduum prærogatiua omni meliori modo vt supra. Hoc stante, cum solus superstes sit Comes Philippus nepos testatoris ex Comite Iulio Cæsare, quæsitum fuit An ipse Philippus sit substitutus ad portionem Patruorum sine filijs defunctorum.*

Et negatiuè fuit resolutum, ex quo in prima sub-
2 stitutione † reciproca non sunt substituti, nisi filij testatoris, non autem substitutorum liberi *l. hæredes mei 57. §. cum ita ff. de Trebellian.* & ita distinguendo dicit *Faber in suo Codice lib.6.tit.22. de fin. 24. quem refert & sequitur. Franciscus de Barry. de success. lib.7.tit.3.num.7. Socc. Sen. cons. 116. num.7. vers. præterea lib.3. & cons.62.num.4. vers. & in primis lib.3. Aym. cons. 162. num. 16. & cons.208. num.3. & cons. 130. num.7. in fin. Gozad. cons. 21. num.8. Peregr. cons.33. num.22. lib.3. Paris. cons.31. num.6. lib.2. Soccin. Iun. cons. 101. num.3. & cons.64. num. 14. lib. 3.*

Et prædicta confirmantur ex alia conclusione plu-
3 ries à Rota firmata, quod substitutio † plurium descendentium semper intelligitur facta discretiuè de proprijs filijs, & descendentibus vniuscuiusque Instituti, non autem de alijs. *Rimin. cons. 121. num.8. lib.2. & cons.115. num.12. & cons. 141. nu. 13. vers. postremo & cons. 142. num. 5. lib. 3. Paris. cons.18. num.61. lib.2. Rim. Sen. cons.28. num.5. Alciat. respõs. 82. num.12. lib.9. Gabr. cons.140. num.3. lib.1. Mantic. de coniect. vltim. volunt lib.7. tit. 5. nu. 17. Menoch. cons.327. num.33. & 34. & cons.376. num. 29. & 33. cum seqq. Sfortia Odd. cons.46. nu. 23. Aym. cons. 130. sub num.6. vers. & si dicatur Peregr. de fideic. art.13. num.72. & cons.30. num.2. & seq. lib.3. Seraph. decis. 1023. num.3. & seq. Rota in recent. par. 1. decis. 145. num. 5. & decis. 316. num. 4.* Et sic in
4 proposito si † nepotes censentur vocati ad portionẽ parentum tantum, cessat ratio, quod fuerunt reciprocè substituti Patruis.

Non obstat, quod nepotes substituit per supracitata verba; *ipsorumque filios, & descendentes in infinitum in stirpes, & non in capita substituit, vt supra, salua semper graduum prærogatiua, vt su-*
5 *pra*, quæ dictio (vt supra) † cum sit relatiua dispositionis præcedentis, refert verè, & propriè omnia disposita in dispositione præcedenti, vt in terminis dicunt *Gabr. cons. 130. num.28. lib.2. Menoch. pariter in terminis cons.124. num.58. in fine, & seqq.* quod eo magis procedit stante clausula in stirpes, & non
6 in capita, † quæ importat, quod substitutio censeatur facta de vna linea ad aliam lineam. *Paris. cons. 87. num.24. & 25. vol.2. Menoch. cons.327. numer.31. & seqq. Surd. cons.434. num.8. vol.3.* Nam fuit responsum quicquid dicendum sit, An per hæc verba testator voluerit adesse reciprocum fideicommissum inter vocatos vnius lineæ ad portionem sui parentis, non ideo inferri posse, quod voluerit nepotes reciprocè
7 † substituere ad portionem patruorum, sed solum cum ad portionem parentum, ad quam sunt vocati cum supra tantum reciprocè substituerit filios, *vt in his terminis videtur sentire Dec. cons.287. nu.9. & cons. 291. nu. 6. vers. his præmissis, & bene Decian. resp. 86. num.22. in fin. & nu.23. lib.3.* nec aliquid in con-
8 trarium faciunt verba, in stirpes, † & non in capita, quia illa clausula est intelligenda in eadem linea Patris, quia successio in stirpes consideratur in linea descendenti, respectu ascendentis, non in linea transuersali, nam descendentes succedunt ascendentibus per stirpes *§. cum filius instit. de hæred. quæ ab Intest. deferunt.* Transuersales autem succedunt per capita, *l. 1. §. 1. ff. si pars hæredit. pet. l. 2. §. hæc hæreditas ff. de suis & legit. hæred. Alciat. cons. 87. num.4. vers. non obstat lib. 9 & cons.36. num.6. vers. nec obstat eodem lib.9. Soccin. sen. cons. 104. num. 2. in fin. vers.*

vers. confirmatur etiam lib.2. Paris.cons. 87.nu.25. lib.2. Menoch.cons.376.num. 33. & cons 328. num. 31.lib.4. Peregr.cons.35.num.3.lib. 4. & ista Clausula fuit apposita ad tollendam quæstionem inter Azo-
9 nem, & Accursium, quorum primus tenet † inter filios duorum fratrum dari successionem in capita, alter vero in stirpes,& hoc manifestissimè deprǽhenditur ex sequentibus verbis. Salua semper graduũ prærogatiua omni meliori modo,vt supra,quæ exclu-
10 dit, † vt nepos concurrere possit cum Patruo, cum sit contraria alteri clausulæ. In stirpes; & non in capita Fulgos. in auth. defuncto in 3.notab.C.ad Tertul.& ibi Corn.num.2. & 7. Paris cons. 38. nu. 28. & seq. & cons.91.nu.24.vol.2. Vnde germanus sensus est quod in linea paterna filij duorum fratrum
11 succedant in stirpes, & non † in capita, recedendo in hoc ab opinione Azonis, salua gradus prærogatiua vt supra, vt scilicet Patruus excludat nepotem,
12 prout excludit in primo gradu, quia † nepotes, vt dictum est non sunt reciprocè substituti. Curt. Iun. cons.22.num.16.& cons. 126.num. 3. Marzar. in epitom. de fideic. q.34.& in cons.3. num.2.qui intellectus quicquid aliqui dicant,in hac facti specie non videtur habere difficultatem, & sic manifestissimè apparet, quod in hac substitutione disponit in alio casu, quam disposuerit in prima substitutione, ergo
13 † secunda substitutio non debet trahi ad primum casum, vt bene ad rem nostram Alciat. d. cons. 96. num.6. lib.9.

14 Neque etiam obstat, † quod reciproca potest ex coniecturis induci Card.Mantic.de coniect.vlt. vol. lib.7.tit.5.num.15. quare cum nepotes ex omnibus filijs fuerint reciprocè instituti inter se, signum est
15 euidens, quod reciproca respectu † filiorum testatoris operatur etiam ad fauorem suum ex adductis per eundem Mantic. ibidem, quia vt supra dictum
16 est, regula est in contrarium, † neque ab ea potest recedi, ex quo agatur de descendentibus testatoris, vt videtur voluisse idem Cardin. Mantic. loco prædicto num.17.vers.sed multum refert,nam plures ex Doctoribus supra allegatis loquuntur etiam in casu isto descendentium, & si bene aduertatur ad Cardin. Mantic. loquitur per verbum, multum refert,& per
17 verba, potest videri, vnde potius videtur † inclinare, quod ex quo agitur de descendentibus possit eliciconiectura, non autem hoc posse pernecesse inferri,& ita sunt intelligendi DD. per ipsum allegati,
18 & hoc maxima ratione, quia quando † dispositio potest parere effectum citra multiplicationem nouorum fideicommissorum, numquam per eam censetur inductum nouum fideicommissum l. Pater §. filium, ff.de leg.3. & fuit resolutum in causa Vrbeuetana fideicommissi 28. Aprilis 1586. coram bo.me. Card. Pamphilio. Seraphin. decis. 1023. num.5. &
19 pro coniectura, non autem pro concludenti probatione † hanc conclusionem reassumũt omnes DD. & decisiones, quæ in contrarium allegantur sic. Aym.cons.130.sub num.6.vers.tertio considero.Socin. iun. cons.110. num. 39. vers. quia etiam lib.3. Rim.iun.cons.676.num.11.Peregrin. cons. 151. nu. 21.lib.5 Rota decis.51.num.2.vers.tertia est, & decis.698.num.7.vers.3.cum nulla par.1.& dec. 266. par.1.in recent. ista autem coniectura per se non sufficit quia si hoc admitteremus quoad descendẽtes deberetur illa communis conclusio à Rota
20 sæpius approbata, quod † substitutio reciproca facta primis Institutis nõ est subaudienda ad fauorem nepotum, de qua supra dictum est, quod est admitten. etiam quod scriptura sit coniuncta, & continuata,quia hoc operatur, vt facilius admittatur reciproca in secundo gradu, non autem quod pernecesse sit admittenda & ita colligitur ex iuribus adductis per Peregr.in d.cons.51.num.21.vers. vltra autem addo lib.5.

Neque placuit quod verba illa, ipsorumq. filios, & descendentes in infinitum substituit, non magis possint applicari portioni Patris, quam Patruorum,
21 & cum † testator indistinctè loquatur, indistinctè debet intelligi, ex Socc.sen. cons. 77. num. 5. vers. nec dicat lib.1.Peregr.de fideic. art.13.sub num.73. vers.contra vero, quia vt supra relatum est in themate facti prædicta verba non possunt applicari, nisi ad portionem parentum, ad quam de Iure censentur
22 substituti, quod de plano debet admitti, † quia cum illa verba possint operari pro substitutione in portione paterna,non debent operari in multiplicationem ad inducendum nouum fideicommissum, vt supra dictum est d.l.Pater §.filium, ff. de leg. 3. & bene facit Dec. cons. 465.num. 10. Alba cons. 29. num.12.Odd.cons.46.num.23.& cons. 68. num.5. Torniell.in repet.l.gallus §. quidam rectè num. 77. & seqq.de liber.& posthum. Peregr.cons.30.num.4. lib.3.& cons.56.num.9.lib.2.

Ex quibus fuit recessum à decisione facta 1. Iulij superioris anni*.

☞ * Decisio ista in hac eadem causa emanata est supra in hoc Tomo decisio 245.

R. P. D. REMBOLDO.

Ciuitatis Castelli Pecuniaria.

Mercur. 5.Maij 1621.

ARGVMENTVM.

Insinuatio in omnibus contractibus minorum est necessaria,vt disponit Constitutio March.lib.1.c.125. quod procedit etiam in fideiussione,quamuis id in d.cap. non sit expressum. Et quid si adsint statuta particularia in locis, quæ disponunt super solemnitatibus adhibendis in contractibus Minorum.

SVMMARIVM.

1 *Intimatio in omnibus contractibus minorum est necessaria vigore Constitut. March. lib. 5. cap. 125.& num.10.*
2 *Minor quando fideiubet, est necessaria insinuatio, vigore Constit.March.*
3 *Statutum Ciuitatis Castelli circa contractus Minorum, quid disponat.*
4 *Statutum,si disponat, vt contractus sine certis solemnitatibus non valeat, à contrario sensu disponit,vt eis adhibitis valeat.*
5 *Statutum particulare potius est attendendum, quam generale.*
6 *Insinuatio potest fieri ex interuallo,& manu etiam alterius Notarij.*
7 *Constitut.March.de insinuatione facien in contractibus Minorum, cessat ex statuto particulari locorum.*
8 *Aliàs verò secus est, si nihil in statutis de ea disponatur.*

9 in

9 *in Contractibus Minorum, quod seruentur solemnitates statutorum, & deinde adhibeatur insinuatio vigore Constitut. Marcb. ista simul stare possunt.*

11 *Constitut. Marcb. de insinuatione, habet etiam locum in contractibus minorum filiorum familias.*

12 *Constitutio Aegidiana extensa fuit ad totum Statum Ecclesiasticum per Paulum III.*

13 *Contractus celebratus coram Iudice, an habeat vim insinuationis.*

14 *Constitutio March. de insinuatione cum in contractibus minorum requirat vltra decretum Iudicis insinuationem, ea non suppletur per præsentiam Iudicis.*

15 *Contractus minorum, vt sint validi secundum Cõstitut. Marcb. hæc duo copulatiuè debent interuenire, scilicet,*
Præsentia Iudicis in ipsa celebratione contractus, & insinuatio post dicti contractus celebrationem.

DECISIO CCLXXXVIII.

FVIT dubitatum, An mandatum A.C. contra Raphaelem relaxatum esset exequutioni demandandum, & DD. negatiuè responderunt, quia constat dictum mandatum fuisse iniustum cum fuerit relaxatum, vigore obligationis dicti Raphaelis
1 nullæ, ex defectu potissimum † insinuationis per Constitutionem Marchiæ lib.5.cap.125.in omnibus contractibus minorum requisitæ, vt in puncto con-
2 tractus † fideiussionis factæ à minore qualis est iste, de quo agitur, fuit dictum in *Perusina fideiussionis 26. Nouembris 1611. coram R.P.D. meo Pamphilio, confirmata 2. Aprilis 1612. coram eod. quæ est decisio 385 par. 2. recent. licet ibi sit impressa sub nomine R.P.D. mei Manzanedi.*

Non obstat quod videatur sufficere, quod in dicto contractu fuerunt seruatæ solemnitates Statuti Ciuitatis Castelli, & maxime, quia cum in dicto Sta-
3 tuto disponatur, quod nullus † minor 20. annis possit se in aliquo contractu obligare sine præsentia, & consensu duorum suorum consanguineorum, & præsentia Iudicis, & si contrafecerit contractus non valeat, nec obligatio, vt in particula Statuti, quæ datur *Summ. Alberici num. 2.* videtur à contrario sen-
4 su † dictum statutum disponere, quod contractus cum dd. solemnitatibus factus sit validus, sicque dictum statutum non se compatiatur cum dicta Constitutione Marchiæ requirente insinuationem, quo
5 casu potius † statutum particulare, quam Constitutio generalis attendi debet, *iuxta decis. Card. Seraph. 343 cum alijs per Gratian. discept. forens. lib. 3. cap. 374. num. 2. & seqq.*

Quia fuit responsum, quod dictum statutum loquitur de solemnitatibus requisitis in ipsa celebratione contractus, de solemnitatibus autem requisitis post dictam celebrationem nihil disponit, ac propterea etiamsi admittatur, quod dictum statutum disponat, quod contractus cum dd. solemnitatibus celebratus valeat, inde non sequitur quod non requiratur etiam insinuatio, quia dicta dispositio intelligi debet, quoad solemnitates intrinsecas, & in ipsa celebratione adhibendas, non autem quoad solemnitates adhibendas post celebrationem, qualis
6 est insinuatio, quæ † potest fieri ex interuallo, & manu etiam alterius Notarij, vt in puncto simili obiectioni respondit *Rota in dicta decis. Perusina fideiussionis coram R.P.D. meo Pamphilio.*

Nec obstat allegata *decisio Card. Seraphin. 343.*
7 quia illa loquitur in statuto Recanateñ, † quo præscribitur certa forma, etiam quoad insinuationes faciendas. & propterea mirum non est, quod non se compatiatur cum dicta Constitutione disponente super eadem solemnitate adhibenda, at in casu isto statutũ Ciuitatis Castelli nihil, vt dictum est, dispo-
8 nit † de insinuatione facienda, ideoque benè se compatitur cum dicta Constitutione, quia potest stare insimul, quod seruentur solemnitates requisitæ à dicto statuto, & quod contractus cum dd. solemnita-
9 tibus celebrati † insinuentur, iuxta Constitutionem Marchiæ, vt de statuto Perusino fuit dictum in dicta *Perusina fideiussionis coram R.P.D meo Pamphilio,* vbi etiam dicitur, quod dicta Constitutio habet locũ
10 in quocumque † contractu minorum etiam fideiussionis, licet inter contractus in dicta Constitutione
11 expressos † non fuerit connumeratus contractus fideiussionis, quodque procedit etiam in contractu
12 minoris filij familias, & quod dicta † Constitutio fuit extensa per Paulum Tertium ad totum Statum Ecclesiasticum.

Nec dici potest quod Instrumentum celebratum coram Iudice, iuxta dictum statutum Ciuitatis Ca-
13 stelli satis † videatur insinuatum propter Iudicis præsentiam interponentis decretum super cõtractu, quia Constitutio Marchiæ in dicto cap 25. lib. 5. vl-
14 tra Iudicis decretum † requirit insinuationem, & expresse disponit, quod contractus aliter factus sit nullus, vnde ad effectum vt sit validus, debent hæc duo copulatiuè interuenire, videlicet, Præsentia Iudicis in ipsa celebratione contractus, & insinuatio post dicti contractus celebrationem, vt latè per *Boccacc. super dicto cap. 25 glos. 5. num. 11.*

EMINENTISS. D. CARD. VEROSPIO SEN.

Foroliuieñ Societatis.

Mercurij 5. Maij 1621.

ARGVMENTVM.

Societas si sit inita super officio non vacabili, cum cesset periculum amissionis pecuniarum ex parte imponentis, ideo pecunia data remanet purum mutuum, quo stante omnes fructus restituendi veniunt, cum id sit vsura. Quod procedit etiamsi in instrumento non sit, quod tale officium non erat vacabile quamquam pars id ignorauerit, & adsit bona fides.

SVMMARIVM.

1 *Societatis contractus, quando est iniustus, tunc in ea parte iniusta solummodo fructus veniunt restituendi.*

2 *Societas officij, si sit fœneratitia, tunc omnes fructus veniunt restituendi.*

3 *Vsura cadit solum in mutuo vero, vel palliato.*

4 *Societas officij si sit inita super officio non vacabili, qualiter dicatur fœneratitia.*

5 *in Societate officij non debet esse inæqualitas inter partes, quo ad periculum amissionis pecuniarum.*

6 *ad Societatis validitatem requiritur, quod periculum sit commune inter socios.*

7 *in Societate officij, si cesset periculum vacationis officij*

officij, pecunia remanet purum mutuum.

8 *Fructus percepti ex contractu mutui restituendi veniunt.*

9 *Contractus, vt arguatur tamquam vsurarius in foro contentioso, debet inspici forma contractus.*

10 *Societas officij inita super officio non vacabili, non saluatur ex eo, quod pars ignorauerit dictam non vacabilitatem.*

11 *Bona fides, & consumptio fructuum non suffragatur in materia suspecta prauitatis vsurariæ.*

DECISIO CCLXXXIX.

FVIT per sententiam Rotalem firmatum, societates, de quibus agitur, tanquam initas super officio Cancellariæ Ciuitatis Forliuij non vocabili, nullas existere, & ob id fructus inde perceptos esse restituendos. Verum causa per viam appellationis coram me introducta, & dubio proposito visum fuit dictam sententiam esse confirmandam,

Difficultas enim ad id reducebatur, si videlicet contractus dici deberet fæneratitius, † vel iniustus.
1 Quia si esset † Iniustus in ea solummodo parte, quæ iniustitiam efficit, fructus venirent restituendi, *Siluester in summ. verb. restitutio 3. num. 11.* Eo autem
2 existente † fæneratitio in totum illi restitui debuissent, *l. iubemus §. 1. C. de sacros. Eccles cap. si quis presbyterorum, vbi Baro num. 14. de reb Eccles. non alien. Felin. in cap. cum causa num. 25. de re iudic. Gram. decis. 79. num. 8. Menoch. de recuper. poss. remed. 15. num. 64.* Et Domini censuerunt contra-
3 ctum esse fæneratitium, Quia licèt † regulariter vsura cadat solum in mutuo vero, vel palliato, *Abb. cons. 162. in fin. par. 1. Dec. in l. 2. §. creditum in 3. notab. in fin. ff. si cert. pet at. Aym. cons. 145. num. 6. Surd. cons. 306. num. 7. lib. 3. Rota decis. 197. nu. 7. par. 2. diuers. & decis. 490. num. 3. par. 2. in recent.* Cum tamen dictum Cancellariæ officium non esset vacabile ex deductis pro debitoris societatum, & *fuit in hac eadem causa coram Illustrissimo Sacrato resolutum decis. 552. num. 1. par. 1. in recent.* sequitur alterum de duobus, vel quod vsura cadere
4 possit † in hac societate, ratione inæqualitatis, & admittit eadem *decisio 197. num. 5. par. 2. diuers.* Quæ inæqualitas hic apparet, cum officialis, cum
5 quo societas contrahitur, amissionis officij † periculum, eo non existente vacabili, non subeat. E contra verò Dominus pecuniarum per ipsius obitum, vel alterius sub cuius vitæ periculo dedit pecunias
6 eas amittit; Vnde non est inter socios periculum commune, † vt ad societatis validitatem requiritur, *l. si non fuerit in princ. ff. pro socio. Ancbar. cons. 103. num. 2. Surd. cons. 150. num. 40. Couar. var. resol. lib. 3. cap. 2. num. 3.* Et fuit dictum *in Romana societatis officij 14. Ianuarij 1613. coram R. P. D. meo Pamphilio, impress. per Modern. de societ. offic. decis. 61. num. 8. & 10. & in dicta decis. 552. num. 5. coram Illustriss. Sacrato.*

Vel secundò cessante officij vacabilitate, contra-
7 ctus in purum mutuum † resoluitur, tanquam vno ex substantialibus societatis officij deficiente, quod nimirum vacet officium per eius obitum, in cuius vita illud residet, vt in *decis. 44. impressa per eosdem Modern. de societ. & decis. 214. num. 6. apud Pacific. de Saluiano secundum nouam impressionem;* Vnde
8 sequitur fructus perceptos † tanquam ex mutuo esse restituendos, *vt dictum fuit in Romana societatis 10. Maij 1578. coram bo. me. Cardinali Blanchetto, & in causa Romana societatis 18. Aprilis 1570. coram bo. me. Card. Lancellotto.*

Nec releuat in societatis Instrumento non legi dictum officium esse non vacabile, & in foro conten-
9 tioso inspiciendam † esse formam contractus, ad illud redarguendum vsurarium; Quia nec ex dicto Instrumento constat huiusmodi officium esse vacabile, cuius contrarium ex supradictis fuit probatum; Allegata vero ignorantia circa non vacabilitatem
10 officij † non suffragatur ad sustinendam societatem vti non fæneratitiam, *vt in Romana societatis coram Illustriss Millino, quæ est quarta apud dictos Moder. de societ.* Et similiter loquitur ad effectum restitutionis fructuum.

Prout nec etiam allegata bona fides, & consum-
11 ptio fructuum in hac materia suspecta aliquid operantur, vt per *Rotam d. decis. 214. num. 7. & seqq. apud Pacificum de Saluiano.*

REVERENDISS. COCCINO.

Theatina Iurisdictionis Sancti Ioannis in Venere.

Lunæ 10. Maij 1621.

ARGVMENTVM.

Mandatum aliquod Communitati dicitur legitimè intimatum, si talis intimatio facta fuerit ei in certo loco congregatæ, quamuis ad istum effectum minimè fuerit congregata. Contumacia quid sit, & eius vigore conceditur declaratoria. Possessio bonorum Ecclesiæ, & præsertim ciuilis est sine dubio nō apud Prælatum, sed penes ipsam Ecclesiam. Transactio, quæ euanuit ex defectu conditionis in ea appositæ, non attenditur, nec quidquam in ea dispositum, aut confessum.

SVMMARIVM.

1 *Communitas congregari debet ad sonum campanæ, vel tubæ, quando aliquid est ei intimandum.*

2 *Intimatio facta Communitati in aliquo loco congregata dicitur legitimè facta etiamsi ad hunc effectum non fuerit congregata.*

3 *Declaratoria conceditur, seruatis quatuor terminis substantialibus ad docendum de paritione.*

4 *Contumacia nihil aliud est, quam voluntaria inobedientia, qua quis monitionem Iudicis implere contemnit.*

5 *ob Contumaciam potest dari declaratoria censurarum in mandato.*

6 *in Declaratoria decernenda Rota benignè solet procedere.*

7 *in Prælato successore continuatur absque alia apprehensione possessio antecessoris.*

8 *in Possessione continuanda metitur ius à possessore non autem ab eo, contra quem possidetur.*

9 *Mandatum relaxatum contra cedentem, potest exequi contra cessionarium.*

10 *Mandatum potest exequi contra successorem, dum conuenitur ex eisdem actis, & causa in eodem statu manente, quo actum fuit cum antecessore.*

11 *Possessio dicitur amissa, si vigore transactionis ei fuerit renunciatum.*

12 *Tran-*

12 *Transactio, seu concordia inita sub certo pacto, vt ea nullatenus valeat, nisi à die euentus certæ conditionis, tunc si conditio non verificetur, euanescit transactio.*

13 *Clausula. non aliàs aliter, nec alio modo, est resolutiua, ac operatur, perin de ac si nihil fuisset actũ, non data purificatione.*

14 *Possessio bonorum Ecclesiæ est penes Ecclesiam, & non penes Prælatum.*

15 *Et respectu Ciuilis possessionis conclusio est sine contradictore.*

16 *Ecclesiæ possessio semper dicitur plena, & numquam vacat.*

17 *Ecclesia ex contractu inutili inito per eius Prælatum non transfert possessionem.*

18 *Ideoque competit manutentio nomine Ecclesiæ.*

19 *Confessio emanata in transactione, quæ non habuit effectum, non nocet.*

20 *Confessiones extraiudiciales, & voluntariæ prælatorum non nocent Ecclesiæ.*

DECISIO CCXC.

REVERENDISSIMVS D. Vulpianus, tunc Archiepiscopus Theatinus obtinuit mandatũ de manutenendo contra Patres Iesuitas possessores Abbatiæ S. Ioannis in Venere, super exercitio Iurisdictionis à Sacro Concilio Tridentino præscriptæ, qui postea resignauit dictam Ecclesiam, & interim etiam Patres Iesuitæ resignarunt dictam Abbatiam ad fauorem Patrum Oratorij, contra quos fuit dictum mandatum legitimè intimatum; nam
1 & si Communitas congregari † debeat ad sonum campanæ, vel tubæ. *gloss. in l. sed ex dolo, §. 1. vers. facere possunt ff. de dolo*, tamen cum Cursor repererit Patres in Refectorio congregatos, & illis inti-
2 mauerit, hoc mandatum sufficit † etiam, quod non fuerint ad hunc effectum congregati, *gloss. in cap. si Capitulo vers. factam de concess. præben. in 6.* ibi in dictis citationibus, & denunciationibus vniuersitati faciendis, sufficit, quod in loco congruo coram maioribus, & alijs ibidem inuentis publicè proponatur *Calder. cons.* 11. *de Iurepatr.* latè *Iacob. Anton. de*
3 *Mauro alleg. 1. num. 7.* Vnde cum fuerint † seruati quatuor termini substantiales ad docendum de paritione, iuxta stylum Rotæ, de quibus *Felin. in cap. Rodulphus num. 41. de rescript. Vestr. in prax. cap. vlt. lib. 8. num. 19. Peregr. decis. 15. num. 3. lib. 1.* Cum constet de contumacia, quia recusatur obe-
4 dientia dicto mandato, † quæ nihil est aliud, quam voluntaria inobedientia, qua quis monitionem Iudicis implere contemnit, *l. contumacia vers. Contumaces non videntur ff. de iudic.* sequitur quod ob d. contumaciam possit dari declaratoria censura-
5 rum † in mandato comminatarum, *cap. certum 43. 11. q. 3. gloss. in cap. duo sunt 10. vers. videbatur 96. dist. Marian. Soccin. in cap. nulli num. 7. de sent. excomm. Abb. in cap. 1. num. 10. de Iudic. Cassad. decis. 5. num. 7. de constit.* quam tamen declaratoriam
6 Domini benigne agentes † voluerunt dari, nisi Patres intra quindecim paruerint.

Neque obstat quod mandatum fuerit relaxatum ad fauorem Reuerendiss. Vulpij, quia possessio an-
7 tecessoris in Prælato successore absque alia † appræhensione continuatur, *Guidopap. decis. 355. Pontanus de spol. lib. 3. num. 149.* & fuit dictum in *causa Montis Regalis Iurisdictionis 6. Aprilis 1601. corã me*, & prodest etiam contra Patres Oratorij cum
8 in continuanda † possessione metiamur ius à possessore, non autem ab eo, contra quem possidetur, *Guidopap. decis. 629. num. 3. Rota decis. 99. num. 14. par. 1. Aegid. cons. 21. num. 7. & 8. Gig. de pens. q. 47. num. 10. vers. quinto sciendum. Put. decis. 151. lib. 3.* & fuit dictum *in causa* Romana *census 6. Nouembris 1606. coram bo. me. Penia. & in causa Cæsaraugustana Præbeminentiarum 13. Martij 1609. corã*
9 *me & alias sæpius*, & propterea mandatum † relaxatum contra Patres Iesuitas potest exequi contra Patres Oratorij, *l. si superatus §. per iniuriam, ff. de pignor. l. mater, § si ergo, ff. de except. rei iud. Butr. in cap. quia sub num. 13. vers. primus quando ius exequendi &c. de Iudic.* Patres enim Oratorij suc-
10 cessores conueniuntur † ex eisdem actis, & causa in eodem statu manente. *Rota decis. 1. vt lit. pend. in antiq. Felyn. in cap. quia in fine de Iudic. Lancellott. de attentat. post inhib. par. 2. cap. 20. limit. 24. num. 18.*

Non obstat transactio inita post dictum mandatũ inter bo. me. Archiepiscopum Tholosan. & Patres
11 Oratorij, ex qua † prætenditur amissa possessio, *Io. Andr. Bellam. in cap. veniens num. 4. de transact. Monachi in cap. significauit num. 3. vers. si autem de censib.* Nam fuit responsum, quod expressè fuit actum, quod concordia non haberet effectum, nisi à
12 die concessionis beneplaciti † Apostolici, quod cũ non fuerit obtentum, nihil fuit actum, maximè stan-
13 te clausula, Nec alias, aliter, nec alio † modo, quæ est resolutiua, & operatur perinde, ac si nihil fuisset actum, *Bald. in l. si quidem nu. 3. C. de except. Alex. cons. 3. nu. 4. lib. 1. Clar. in §. emphiteusis q. 13. nu. 11. Caputaq. decis. 82. num. par. 3.*

Et vlterius fuit consideratum, quod possessio est
14 penes † Ecclesiam, & non penes Prælatum. *Doct. in l. 1. in fin. de acquir. poss.* & de communi, & veriori *Alex. cons. 81. num. 17. vol. 3. Paris. cons. 24. nu. 5.*
15 *vol. 1.* & respectu ciuilis possessionis conclusio † est sine contradictore, *Bolognet. in d. l. 1. num. 324. vers. in Prælato. Matthesil. singul. 66. & ibi Apostill.* &
16 quod possessio semper dicatur plena, † & nũquam vacare. *Rip. in cap. sæpe num. 57. de restit. spol. Pontanus de spol. lib. 3. num. 149.* & propterea ex con-
17 tractu † inutili possessio per Prælatum non transfertur. *Bart. in l. 1. §. si vir vxori num. 3. Ias. num. 28. Bologn. num. 64. ff. de acq. poss. Verall. 182. num. 8.*
18 *par. 2.* & ideo competit † manutentio nomine Ecclesiæ *Seraph. decis. 1417. num. 3. Verall. vbi supra.*

Non obstant confessiones factæ per bo. me. To-
19 losan. in dicta transactione, quia † vltra quod adest pactum annullatiuum in casu quod non sequatur beneplacitum Apostolicum, cum sint confessiones
20 extraiudiciales, & voluntariæ non nocent Ecclesiæ *Ang. cons. 145. num. 8. vers. & tunc cum ista confessio. Castr. cons. 338. num. 3. lib. 1.*

Et ita, &c.

Infra in eadem causa adest altera decisio sub die 5. Iulij 1621. coram eodem bo. me. Coccin.



R. P.D.

R. P. D. VBALDO.

Tarvisina Feudi.

Lunæ 24. Maij 1621.

ARGVMENTVM.

Feudum, si sit concessum alicui pro se, & eius hæredibus, tunc si quis prætendat in eo tanquam vocatus succedere, debet concludenter probare, se esse descendentibus inuestiti, cum apertum sit appellatione hæredum in feudalibus venire tantum descendentes. Nepotum appellatione secundum communem vsum loquendi, qui veniant. Feudum quando concessum est duobus pro masculis, & fœminis, tūc donec extant fœminæ vnius lineæ, non intrant masculi alterius lineæ.

SVMMARIVM.

1 *Feudum, quando vnus tantum ab initio acquisiuit tunc fœminæ vnius lineæ, excluduntur à masculis alterius lineæ, & num. 32.*
Secus tamen est, quando ab initio facta est duobus pro masculis, & fœminis, num. 1. & 33.
2 *Feudi inuestitura, quando facta est vni tantum, tamen post factam diuisionem feudum non transeat ad masculos alterius lineæ, donec extent fœminæ venientes ab eo cui in diuisione obuenit feudum.*
3 *Quidquid tamen sit de ista opinione, ea tamen sine dubio non procedit, stante pacto, quod masculis extantibus fœminæ non succedant.*
4 *in Feudo concesso alicui pro se, & eius hæredibus, si quis intendat succedere, debet docere, se esse de descendentibus eiusdem inuestiti, & num. 7.*
5 *in Feudali materia hæredum appellatione non veniunt extranei, sed tantum descendentes.*
6 *in Feudalibus, vt appellatione hæredum veniant etiam extranei, opus est, vt inuestitura loquatur de quibuscumque hæredibus.*
7 *Actor debet plenè fundare suam intentionem.*
8 *Nepotes secundum communem vsum loquendi, dicuntur fratrum filij.*
9 *Fulgos. Decian & alij DD. scripserunt super præsenti inuestitura, de qua hic in decisione.*
10 *Nepotes ex filio, quis certè relinquere non potuit, si sine filijs mortuus sit.*
11 *Hæredum appellatione in feudalibus comprehenduntur omnes descendentes.*
12 *in Feudum cōcessum hæredibus, admittuntur omnes descendētes masculi in infinitum eius, qui primo fuit inuestitus.*
13 *Inuestitura, quod fuerit necessaria, & non gratiosa, ac voluntaria ex quibus appareat.*
14 *Nepotes ex filio, quando nominantur, solet dici nepotes ex tali filio.*
15 *Nepotum appellatione, vt veniant filij fratrum, attendi debet communis vsus loquendi, & coniectura mens disponentis.*
16 *Nepotum appellatione, possunt venire fratrum filii in materia feudali.*
17 *in Feudo Ecclesiastico videtur spectandum ius Canonicum,*
Nepotum appellatione inspecto iure Canonico, possunt venire etiam filii fratrum, num. 17.
18 *Feudi inuestitura, si facta sit duobus pro masculis, & fœminis, tunc masculi vnius lineæ non excludunt fœminas alterius lineæ.*
19 *Quod multo magis procedit, si inuestitura dictum vt alterutrius prole prorsus deficiente, totum feudum deuoluatur ad alterum.*
20 *Dictio, prorsus, desiderat totalem extinctionem.*
21 *Legitimitas prolis non recipit plus, vel minus.*
Prolis deficientia recipit plus & minus cum possit deficere, vel in masculis, vel in fœminis, num. 21.
22 *Prolis legitimæ appellatione, quando veniant masculi tantum, & non fœminæ, & num. 23.*
24 *Verbum, prorsus, si addatur verbis, prole legitima deficiente, ampliat verbū, prolis, & quid operetur.*
25 *Verbum, prorsus, habet præcisam naturam.*
26 *Verbum, prorsus, nullam recipit modificationem.*
Dictio, penitus, excludit omnem interpretationem, num. 20.
27 *Feudi concessio, si sit facta duobus, & cum conditione, vt extantibus masculis fœminæ non succedant, verba ista sunt intelligenda secundum naturam feudi.*
28 *Scilicet, vt extantibus masculis vnius lineæ fœminæ eiusdem lineæ non succedant, non autem in concursu cum masculis alterius lineæ.*
29 *Feudi noua inuestitura tanquam de feudo antiquo, debet iudicari tanquam antiquum.*
30 *in Feudo antiquo masculi vnius lineæ excludunt fœminas alterius lineæ.*
31 *Inuestitura feudi noua est consideranda respectu antiquæ retentis eisdem terminis, & num. 34.*
35 *Feudum nouum, si sit concessum vti antiquum, debet intelligi, præter nouas conuentiones in inuestitura expressas.*
36 *Inuestituræ primæ præualet secunda, quando adest potestas, & voluntas partium, quæ colligitur ex nouitate pactorum &c.*

DECISIO CCXCI.

PLACVIT Dominis decisio in hac causa facta die 23. Ianuarij præteriti coram R. P. D. meo Pamphilio, * in qua fuit resolutum pro reuocatione sententiarum de partibus, quæ declarabant fratres, & consortes de Rustica inuestien. esse de tota portione feudi. Nam in hoc feudo emanarunt duæ inuestituræ principales, altera de anno 1259. facta Guercio seniori pro se, & eius hæredibus legitimis vtriusque sexus sed cum expressa conditione, quod masculis extantibus fœminæ non succedant. Altera de anno 1297. in qua ad instantiam eiusdem Guercij senioris fuerunt inuestiti de eodem feudo Vbertus, & Guercius iunior fratres prædicti Guercij senioris nepotes filij q Henrici de Vicoagerijs pro se suisq. hæredibus ex se descendentibus masculis, & fœminis, ita quod existentibus masculis, fœminæ non succedant, deficientibus vero quandocumque sine prole legitima masculis: fœminæ succedere debeant, alterutrius vero prole prorsus legitima deficiente, totum feudum ad alterum deuoluatur, prout hæc vltima inuestitura refertur in decisione, & vtraq; refertur per *Fulgos. cōs. 2 9. in princ.* & nouissimè per *Peregr. cons. 24. in princ. lib. 2.* Vnde si D. Io. Baptista, & litis consortes actores probarent se esse descendentes Guercij senioris primi inuestiti, & venirent ex prima inuestitura, tunc possent excludere fœminas, quia † quando vnus tantum ab initio acquisiuit, fœminæ vnius lineæ excluduntur à
1 masculis alterius lineæ, licet secus sit, quando ab initio

initio est facta duobus masculis & fœminis, *cap. 1. de natur. success. feud. cap. 1. de duob. fratrib. à Capit. inuest. Bart. in l. si mihi. et Titio num. 6. ff. de verb. oblig. et cons. 58. lib. 1. Ruin. cons. 9. nu. 3. & 4. lib. 1. Alex. cons. 119. col. 1. lib. 5. Corn. cons. 263. col. pen. & vlt. lib. 1. & cons. 24. num. 16. & 26. lib. 2. Bero. cons. 108. num. 4. & 5. et cons. 111. num. 1. et cons. 152. num. 35. lib. 2. Natt. cons. 22. Decian. cons. 24. num. 60 lib. 1. et cons. 98. num. 13. lib. Card. Mantic. de tacit. et ambig. lib. 22. tit. 18 num. 36. Peregr. de fideic. art. 27. num. 13. et dicto cons. 24. num. 12. 13. et 14. lib. 2.* & quamuis nonnulli senserunt, quod li-
2 cet sit facta inuestitura † non vni tantum, tamen post factam diuisionem, feudum non transeat ad masculos alteriùs lineæ, donec extent fœminæ venientes ab eo, cui in diuisione obuenit feudum, *vt per Ruin. dicto cons. 9. sub num. 5. vers. quinimo videtur lib. 1.* Tamen quicquid sit de ista opinione illa non proce-
3 deret stante pacto, prout in casu nostro, quod † masculis extantibus, fœminæ non succedant ex cumulatis per *Surd. cons. 577. num. 18. lib. 4.* Si igitur isti actores volunt se fundare in dicta prima inuestitura de anno 1259. quæ est facta Guercio pro se, &
4 eius hæredibus legitimis, debent † probare se esse de descendentibus eiusdem Guercij, cum in materia feudali appellatione hæredum non veniant extranei,
5 nec † sed tantum descendentes, *Ferrett. cons. 395. num. 10. & seq. Clar. in § feudum q. 79. sub num. 4. & q. 83. in fine, vbi de communi, & est text. in cap. 1. §. etsi clientulus in tit. de alien. feud. Peregr. cons. 13. num. 4. lib. 5.* & ad effectum, vt possint venire
6 extranei, opus esset, vt inuestitura † loqueretur de quibuscumque hæredibus *Clar. in d. § feudum q. 9. num. 2* vbi de magis communi *Menoch. cons. 129. num. 10. & seq. lib. 2.* Ista autem descendentia videbatur Dominis non probari, quia isti actores descendunt ex Guercio iuniore inuestito vna cũ Vberto fratre de anno 1297. sed quod dicti fratres essent descendentes à Guercio seniore, vt puta nepotes ex
7 filio, hoc efficaciter non probatur, † prout probari debet, si velint actores se fundare in dicta inuestitura anni 1259. ex pluribus congestis per *Decian. consil. 24. num. 53. lib. 1.* & benè firmatur in decisione, de qua agitur.

Nec obstat, quod in inuestitura anni 1297. appel-
8 lentur nepotes Guercij ex Henrico fratre, cum † secundum communem vsum loquẽdi fratrum filij dicuntur nepotes, de quo communi vsu testatur *Cremens. singul. 92.* cum alijs adductis *in decis. Doct. in l. vltima, vbi Dec. num. 11. & seq. C. de success. edict.* & latè *per Peregr. d. cons. 13. num. 1. & 3. Rota decis. 176. nu. 6. par. 1. in rec.* quibus addi potest *Rebuff. in l. iusta col. 2. vers. secundum. ff. de verb. signific.* & quod Henricus esset frater Guercij senioris apertè supponit *Fulgos. cons. 229. vers. post hæc,*
9 qui † in terminis harum inuestiturarum scripsit, qui super hoc de illis temporibus, potuit verisimiliter esse informatus, & idem supponit *Decian. d. cons. 24. sub num. 74. lib. 1.* & latius per plura deducit *Peregrin. d. cons. 13. num. 3. 4. & 5. lib. 1.* Quæ Dominis placuerunt, nam in primis secunda inuestitura fuit
10 facta post obitum Guercij † sine filijs, signum euidẽs quod isti non erant nepotes ex filio, alias fuisset facta concessio vna cum filijs nascituris. Præterea si isti inuestiti fuissent descendẽtes ex Guercio primo
11 inuestito, † superflua fuisset hæc secunda, cum illa prior esset pro hæredibus legitimis quorum appellatione comprehendebantur omnes descendentes, vt supra dictum est de natura feudi, vt ad illud admittantur omnes descendẽtes masculi in infinitum eius,
12 qui † primo fuit inuestitus, & est *text. in cap. 1. §. hoc quoque in fine de his qui feud. dar. poss. et in cap. 1. de success. feud. Zas. in epitom. feud. par. 8. num 5.* vbi dicit esse conclusionem ab omnibus receptam *Clar. in §. feudum q. 79. in princ. Mozz. de feud. in tit. de substan. feud. num. 68. et in titulo de natura feud. num. 93.*

Accedit, quod si fuissent nepotes ex filio, & voluissent de nouo inuestiri, inuestitura fuisset necessaria ex parte Episcopi, stante prima inuestitura continente omnes descendentes, & tamen apparet fuis-
13 se gratiosam, † & voluntariam, vt apparet ex illis verbis gratiosè, & liberaliter complacere, & ex alijs benè ponderatis in *d. cons. Peregr. 13. num. 4.* & facit
14 etiam, quia communiter nepotes ex filio † solent nominari ex tali filio, quod non est factum in casu isto. Attento igitur communi vsu loquendi, & conjectu-
15 rata mente disponentis, quæ duo considerantur † ad hoc vt appellatione nepotum veniant fratrum filij, vt per *Dec. in d. l. vltima num. 11. C. de succ. ff. edict.*
16 & quod sumus in materia feudali in qua venire possunt *ex tex. in cap. 1. §. item si frater quib. mod. feud. amitt. et per Peregr. d. cons. 12. num. 1. et 4.* & in
17 feudo ecclesiastico, in quo videtur spectan. ius † Canonicum, quo inspecto etiam contineri possunt, vt in decisione vers. sufficit &c. dicen. videtur, quod isti inuestiti essent potius filij fratris Guercij senioris, quam nepotes ex filio, & sic quod non probent descendentiam à dicto Guercio, & consequenter non possint venire ex prima inuestitura, si v ro nitantur secunda inuestitura anni 1297. adhuc clarius repel-
18 luntur † cũ inuestitura sit facta duobus pro masculis, & fœminis, quia tunc fœminæ vnius lineæ non excluduntur à masculis alterius lineæ, ex allegatis supra in principio. Quibus accedit *Rosental. de feud. cap. 2. conclus. 15. num 10. et cap. 7. conclus. 39. n. 5.* & latè deducunt *Bero. cons. 108. num. 4. et 5. lib. 1. et cons. 152. num. 35. lib. 2. Corn. cons. 263. col. vlt. lib. 1. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 18. num. 36. Peregr. d. cons. 24. n. 12. et seqq. lib. 2* quod etiã denotãt illa verba istius inuestituræ, alterutrius vero prole
19 † prorsus legitima deficien. totum feudum ad alterum deuoluatur, & certum est prolis appellatione secũdum propriam significationem venire tàm masculos, quàm fœminas, *auth. licet. C. de natur. liber.* cum alijs de quibus in decisione, & per *Peregrin. d. cons. 24. num. 6. et num. 30* Quibus accedunt *Alex. cons. 188. num. 25. lib. 5. iuncto cons. 80. nu. 14. lib. 1.* cum verbũ prolis æquipolleat verbum liberis, *Boer. decis. 356. in princ. Paul. de Montepic. cons. 85. numer. 65. Honded. cons. 15. num. 16 et 17 lib. 2.* & cessat hoc casu difficultas propter illam dictionem
20 prorsus, † quæ desiderat totalem extinctionem prolis vnius lineæ, vt feudum ad alteram lineam deuoluatur ex alleg. in decisione.

Nec dicatur, dictionem, prorsus, referri ad verbum legitima, non autem ad verbum deficien. quia
21 legitimitas † prolis non recipit plus, & minus, sed benè deficientia prolis, cum possit deficere, vel in masculis, vel in fœminis, & ideo ad significan. omnimodum defectum, fuit addita illa dictio, prorsus.

Non obstat, quod ex consuetudine saltem inue-
stientis

22 stientis appellatione † prolis legitimæ veniant ma-
sculi, cum in præcedentibus verbis dixerit, ita quod
existen. masculis, fœminæ non succedant, deficien-
tibus verò, quandocumque sine prole legitima ma-
sculis, fœminæ succedere debeant, quo casu certum
23 est sub illis verbis, † prole legitima, contineri tan-
tum masculos, cum extantibus masculis fœminæ nõ
succedant, vt supra proximè dixerat; namq; responde-
batur in primo casu non adesse dictionem prorsus,
24 prout in secundo in vers. alterutrius † quo censetur
apposita ad amplian. significationem illius verbi
25 prolis legitimæ, & † habet præcisam naturam, *cap.
statutum, cap. prouisurus, ibi., nihil prorsus exigat,
de rescr. in 6. cum alijs per* Dec. *cons.* 113. *num.* 5.
26 itaut † nullam recipiat modificationem, vt, de dictio-
ne, penitus *dixit Rota decis.* 526. *nu.* 4. *par.* 1. *diuers.*
27 Ad illa vero verba, ita quod extantibus masculis,
fœminæ non succedant, dicendum est illa esse intel-
ligen. secundum naturam feudi, de quo agitur, vt
28 scilicet extantibus † masculis vnius lineæ, fœminæ
eiusdem lineæ non succedant, non autem in concur-
su cũ masculis alterius lineæ ex latè supra deductis.
Non obstat demum quod hæc secunda inuestitu-
29 ra † fuerit facta tanquam de feudo antiquo, & ideo
debeat iudicari tanquam antiquum *Clar. in d. §. feu-
dum q.* 8. *num.* 2. *Alex. cons.* 30. *num.* 7. *lib.* 1. *Gaill.
obseru.* 50. *num.* 1. *lib.* 2. *Surd. cons.* 474. *nu.* 5. *et* 6.
lib. 4. *Schrader. de feud. par.* 2. *cap.* 3. *num.* 64. *q.* 10.
Rosentall de feud. cap. 2. *conclus.* 13. *in princ. cum
alijs allegatis,* & ideo sicuti in feudo antiquo mascu-
30 li vnius † lineæ excludebant fœminas alterius lineæ,
vt firmaui supra in principio decisionis, ita in hoc
feudo nouo idem dicendum sit. Quia placuit respõ-
31 sio, quod noua † inuestitura sit consideranda respectu
antiquæ retentis tamen suis terminis, & ideo cum
prima esset facta vni tantum, merito masculi vnius
32 † lineæ excludebant fœminas alterius lineæ, vt su-
pra deductum est, sed cum secunda inuestitura sit fa-
cta duobus, feudum retinet naturam suam, etiamsi
33 fœminæ † vnius lineæ excludant masculos alterius
lineæ, & satis est quod respectu cuiusque lineæ ser-
uetur forma inuestituræ antiquæ, itaut fœminæ nun-
quam admittantur in concursu cum masculis, & sic
34 verba illa tanquam de feudo antiquo † veniunt in-
telligen. vt deficientibus masculis vnius lineæ, pos-
sint succedere fœminæ eiusdem lineæ etiam exclusis
masculis alterius, prout antea in concessione facta
vni tantum, deficientibus masculis illius ascenden-
tis poterant succedere fœminæ. Et tanto magis hæc
35 procedunt, stante nouitate pactorum, cum † inue-
stitura sit facta duobus, & cum expressa conuentio-
ne vt alterutrius prole prorsus legitima deficien.
feudum ad alterum deuoluatur, & ideo hæc secunda
inuestitura præualere debet, salua tamen natura pri-
mæ inuestituræ secundum subiectam materiam, & in
suis terminis, vt dixi, & benè ad propositum *Alex.
Raudens. cons.* 60. *n.* 94. *lib.* 1. vbi quod secunda inue-
36 stitura præualet, † quando adest potestas, & volun-
tas partium, quæ colligitur ex nouitate pactorum
ex ibi per eum allegatis, & bene deducitur *in dicto
cons. Peregrin.* 13. *num.* 7. *et seqq. lib.* 5. & in decis.
in fine, à qua Domini ex prædictis non putarunt es-
se receden. Et ita conclusum &c.

¶ *Decisio ista emanata in hac eadem causa coram Eminentiss. et Reuerendiss.* D. *Card. Pamphil. Iuu. sub die* 23. *Ianuarij præsentis anni* 1621. *est supra in hoc Tomo decisio* 270. *vbi quoque adduxi quamplures alias decisiones in hac causa factas.*

R. P. D. REMBOLDO.

Cremonen. Præpositurae.

Vener. 24. Maij 1621.

ARGVMENTVM.

Ecclesia, quod fuerit collegiata, qualiter probetur, & præcipua signa sunt habere arcam, & sigillum commune, ac ad effectum, vt Ecclesia dicatur collegiata nõ est necesse, vt concurrant omnia signa, sed sufficit adesse aliqua, ex quibus verisimiliter id colligatur.

SVMMARIVM.

1 *in Beneficii qualitate iudicanda recurrendum est ad erectionem.*
2 *Enunciatiuæ emanatæ à diuersis, et non suspectis personis, habent vim famæ, & plenè probant in antiquis.*
3 *Signa præcipua ex quibus probetur, quod aliqua Ecclesia fuerit parochialis, quæ sint.*
4 *Fama sola in antiquis sufficit ad aliquid probandũ.*
5 *Beneficiorum prouisiones, quando dicantur habuisse effectum.*
6 *Consil. Oldrad.* 229. *num.* 2. *non habet locum, quando beneficium vacat per cessionem, vel resignationem.*
7 *Ius cedi, et resignari potest.*
8 *Canonici in Ecclesia adsunt tanquam membra, et non vti singulares, sed vti Collegium.*
9 *Capitulum, vt citetur, sufficit, quod citatio sit executa contra Præpositum, et Canonicos, etiam per affixionem ad valuas.*
10 *Testes deponentes de publica voce, et fama, sufficiunt in antiquis.*
11 *Ecclesiæ Collegiatæ signa sunt habere arcam, et sigillum commune.*
12 *Ecclesia, vt probetur, quod sit collegiata non est necesse, vt concurrant omnia signa, sed sufficit adesse aliqua, ex quibus verisimiliter id colligatur.*
13 *de Gratiæ canonizatione, quando non agatur, sufficit sola supplicatio, etiam litteris non exhibitis.*

DECISIO CCXCII.

DOMINI resoluerunt constare Ecclesiam Sancti Siri antiquitus fuisse Collegiatam, & Præposituram primam dignitatem in ea, vtrum autem talis status fuerit postea mutatus, mandarunt particulariter videri.

Nam quantum ad dictum priorem statum attinet, licet non appareat de dictæ Ecclesiæ erectione,
1 ad quam potissimum in † iudicanda qualitate benefi-
cij recurritur *c. porro, et ibi DD. de priuileg.* Satis
tamen probatur, quod dicta Ecclesia esset antiqui-
tus Collegiata, & Præpositura prima dignitas in ea,
non solum ex enunciatiuis, vt ex infra dicendis ap-
parebit, antiquissimis vltra centum annos, quæ cum
2 † emanauerint à diuersis, & non suspectis personis,
sicq. habeant vim famæ plenè probant in antiquis,
Glos. in cap. cum olim de censibus, Ias. in l. cum aliquis sub num. 4. *C. de iure delib.* Rot. *dec.* 684. *nu.* 1, *par.* 1. *diu.* & in terminis ad probandum, quod Ecclesia sit colle-

collegiata *Alex.cons.75.num.3.et 4.l.4. Decian.consil.6.num 6.et 7.vol.1. Card Seraph. dec.1021. nu.1.*

Sed etiam ex eo quod constat, quod antiquitus fuit in dicta Ecclesia Præpositus, & sic dignitas tā-
3 quam caput, & Canonici vti membra, quæ † præcipua signa sunt ex quibus probatur Ecclesia collegiata *ad trad.per Innoc.in cap.postulasti in princ.de iur.patr. Alex.dicto cons.75.nu.2.l.4. Mantic. decis.175.num.1.& fuit resol.in causa Brixien.S.Nazarii 13. Iunij 1605. coram bo.me. Penia cum ibi allegatis.*

Et quoad id quidem, quod in dicta Ecclesia adesset Præpositus, probatur ex supplicatione signata à Martino V. de anno 1420. in qua fit mentio de ista Præpositura, & dicitur quod est dignitas, & etiam ex alia supplicatione signata de anno 1451. in qua hæc eadem Præpositura vocatur prima dignitas in Collegiata, & Parrochiali Ecclesia, item ex alia supplicatione Bernardini Pallauicini, & Francisci Ariani porrecta anno 1605. in qua dicta Præpositura pariter denominatur dignitas principalis; nec non, & ex alijs duabus supplicationibus signatis de anno 1508. tempore Iulij II. Ex quibus apparet dictam Præpositurā fuisse primo resignatam ad fauorem Francisci Ariani, & deinde per eumdem Franciscum ad fauorem Iustiniani Pallauicini, & in vtraque supplicatione dicta Præpositura fuit nominata principalis dignitas in dicta Ecclesia, & super vltima gratia fuerunt expeditæ litteræ per Iulium II. vt in summario dato in vltima positione num. 11. & denique multis prætermissis, ex supplicatione de qua in dicto summario num 3. in qua dicitur, quod ista præpositura est principalis dignitas, itaut minimè dubitari possit, quin ex omnibus saltem simul iunctis sufficiēter probetur, quod antiquitus, vt dictum est, adesset in dicta Ecclesia Præpositus, vti caput.

Nec obstat quod non probatur, quod prouisiones, de quibus in dictis supplicationibus habuerint effectum, quia præterquam quod hoc non requiri-
4 tur in casu de quo agitur, cum etiam† sola fama quę ex dictis enunciatiuis resultat, sufficiat in antiquis, *Alex. Decian. & alii supra alleg.* Probatur etiam plures ex dictis prouisionibus habuisse effectum, & præsertim illa, quæ fuit facta ad fauorem Iustiniani
5 Pallauicini, quia † per mortem dicti Iustiniani fuit prouisus Sixtus Zucchellus, prout apparet ex litteris Clementis VII. de anno 1528. quod sufficit ad probandam effectuationem *Oldr. cons.229.num.2.* & etiam quæ fuit facta Georgio Andreatio, nam dictus Georgius resignauit de anno 1538. dictam Præposituram ad fauorem Io. Baptistæ Grossi, qui Io. Baptista resignauit de anno 1565. ad fauorem Liuij de Grossis, qui Liuius postea sub fel.record.Greg.XIII. resignauit ad fauorem Ioannis Anselmi Carminiati; à quo fuit postea sub Clementis VIII. resignata ad fauorem Francisci Carminiati.

6 Nec obstat quod *cons.*† *Oldr.* non habet locum, quando beneficiū vacat per cessionem, vel resigna-
7 tionem, cum etiam ius † cedi, & resignari possit, vt sæpè dixit Rot. quia hoc non procedit, quando cessio, vel resignatio fuit post tempus considerabile, vt fuit dictum in causa *Reatina prædij 2. Maii 1603. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

8 Quod autem in dicta Ecclesia adessent † Canonici tanquam membra, & non vti singulares, sed vti Collegium, *iux.not.in c.ne pro defectu de elect. Hostiens. in cap.nobis de iur patronatus cum aliis per Lambert. de iu. patr. l.2.p.1. quæst. 5. nu.2 & seq.* patet, tam ex prouisione Alexandri VI. de anno 1497. in qua mandauit dari stallum in Choro, & locum in Capitulo, cui mandato volens Præpositus parere, tradidit possessionem, assignando stallum in Choro, & locum in Capitulo, vt in nouissimo nu.4. 5. & 6.

Quam etiam ex pluribus dispensationibus obtentis à diuersis super Canonicatibus dictæ Ecclesiæ, de quibus in summ.num.15.16.17.18 19. Et ex prouisione facta de anno 1541. quæ habuit effectum, & fuit commissa Episcopo, & Capitulo dictæ Ecclesiæ dicto summ.num.11.

Et denique ex gratia si in euidentem facta per Leonem X. cum clausula (vocato Capitulo Ecclesiæ, & alijs qui fuerint vocandi) cuius gratiæ vigore fuit actum contra Præpositum, & Capitulum summario num.9. & Capitulum fuit etiam citatum summario num.22. & seqq.

Nec obstat quod non constat de executione citationis contra Capitulum legitimè congregatum, quia hodie non tractatur de validitate dictæ citationis, sed solum dicta citatio adducitur pro coniectura,
9 quod adessent Canonici, & Capitulum, ad† quem effectum sufficit, quod fuerit executa contra Præpositum & Canonicos, etiam per affixionem ad valuas.

His accedunt testes quod aderant Canonici, &
10 congregabantur, qui testes deponunt † de publica voce, & fama, quod, vt dictum est, in antiquis sufficit.

Nec obstat, quod non probatur dictam Ecclesiam
11 habere Arcam † & sigillum commune, quæ sunt signa Collegiatæ Ecclesiæ, quia non est necesse, quod
12 concurrant omnia † signa, sed sufficit adesse aliqua, ex quibus verisimiliter colligatur Ecclesiam esse Collegiatam *Zabarell. in clement.2. quæst.4.nu.10. vers.non tamen putes de ætat.& qualit. Decian.consil.6.num.9. vers.non obst. lib.3. & fuit dictum in dicta Brixien. S. Nazarii coram bo.me. Penia.*

Non obstat quod dantur tantummodo supplicationes, non autem prouisiones, quia vltra quod constat etiam de prouisionibus effectuatis, (vt dictum est) obiectum procedret si ageretur de canonizatione gratiæ, quo casu essent exhibendæ litteræ prouisionis, secus vbi, prout in casu isto, non agitur
13 † de canonizatione gratiæ, sed ad effectum iustificandi prouisiones Papæ tanquam de prima dignitate in collegiata, quo casu solæ supplicationes sufficiunt, vt fuit dictum *in Burgen. Abbatiæ de Salas coram R.P.D. meo Vbaldo, quæ est decisio 407.num.3. par.1.in recentioribus, & decis.503.nu.4.ead.par.1.*

REVERENDISS. MANZANEDO.
Patriarcha Hierosolymitano.

Fulginaten. Pecuniaria.

Lunæ 30. Maij 1621.

ARGVMENTVM.

Donatio facta contra formam à statuto præscriptā, necesse est, vt corruat, & hoc procedit, quamuis donatio fuerit facta à sorore fratri, & sit quoque renunciatum solemnitatibus statutarijs. Statutum, si annullet donationem factam absque solemnitatibus ab eo requisitis, tanquam simulatè factam, tunc nihil

hil operatur iuramentum, & quid si simus in Statutis Laicorum.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta non seruata forma statuti, est nulla, & si eius vigore relaxatum sit mandatum, est reuocandum.*
2 *Soror quamuis aliquid donauerit fratri, nihilominus est seruanda forma requisita à statuto in donationibus.*
3 *Statuto circa solemnitatem requisitam in donationibus non potest renunciari, si eas requirat pro forma.*
4 *Statuto confirmato auctoritate Apostolica non potest renunciari.*
5 *Donatio iurata non tenet, quando statutum præsumit donationem factam, non seruatis solemnitatibus, esse fictitiè factam.*
6 *Veritatis fundamentum quando deficit, non potest id, quod factum est, aliquid operare.*
7 *Statutū, quando est conditum à Laicis, tunc nullatenus potest infringere vires iuramenti.*
8 *Laicorum statuta per indirectum possunt tollere vires iuramenti, annullando contractum, in quo desunt solemnitates ab ipso inductas, pro fictis, & simulatis illos habendo.*
9 *Ius Canonicum aufert vires iuramenti, vbicumq. adest dolus, verus, vel præsumptus.*
10 *Insinuationis defectus in donatione non suppletur per iuramentum, quando in specie d. insinuationi non fuit renunciatum per iuramentum.*
11 *Statutum, si quis asserat non esse in vsu, id probare grauatur, cum contrarium præsumatur.*

DECISIO CCXCIII.

FVIT resolutum mandatum A.C. esse reuocandum, quia fuit relaxatum pro summa contenta in donatione, de qua agitur, in qua cum non fuerit seruata forma præscripta per Statutum Fulginaten. auctoritate Apostolica confirmatum, & seruanda in
1 donationibus, talis donatio est nulla, † vnde retardatur illius exequutio, nec illi locus est, *iuxta Bald. in l. si absentis num. 21. vers. Vnde scias C. si cert pet. Bart. in l. 1. §. si quæsita in fine, vbi Ias. num. 31. de verb. oblig. Idem Ias. cons. 70. num. 32. vers. & si diceretur lib. 2. Galles. qui alios citat de form. Cam. oblig. par. 1. q. 5. num. 3. 4. 5. & seq.*
2 Non obstat quod soror donauit † fratri, quia nihilominus habet locum statutum, *ad not. per Bald. in dicta l. de tutel. num. 5. C. de in integr. restit. & per Castr. cons. 432.* vbi respondet Iuribus contrarijs, nempe *text. in l. voluntas C. de fideicom. & cap. ex insinuatione, de Iurepatr. cum alijs*, & illum refert, & sequitur *Lamberteng. de contract. glos. fin. num. 115.*

Minus obstat quod in dicta donatione fuerit expressè renunciatum huic Statuto cum solemnitati-
3 bus à Statuto introductis pro forma, † non possint contrahentes renunciare, *vt per Bart. in l. Ius publicum in princip. ff. de pact. & in l. de his nu. 3. & 4. ff. de transact. Alex. cons 49. num. 3. lib. 4. Natt. cons. 453. num. 3. Lambert. vbi supra in 1. quæst. num. 1. & 2.* & in simili Statuto Mediolan. tradit *Mandell. cons. 601. num. 28.* & fuit dictum in *Toletana donationis 13. Maij 1594. coram Illustriss. D. Arigonio, tunc Rotæ Auditore*, & maximè † cum istud statu-
4 tum, vt dixi, sit confirmatum auctoritate Apostolica.

Nec etiam obstat quod donatio sit iurata, cum sta-
5 tutum præsumat donationem † factam non seruatis solemnitatibus esse fictitiè factam, cum deficiat veri-
6 tatis fundamentum, non potest † fundamentum aliquod operari *Abb. in cap. cum contingat num. 10. de iur iuran. Corn. cons. 135. num. 2. & seq. lib. 1. Ancbar. cons. 334. num. 3. Rol. cons. 99. num. 19. lib. 3. Socc. iun. cons. 3. num. 3. & seq. lib. 2. Gabr. cons. 13. num. 6. vers. 3. lib. 2. Seraph. de priuil. Iuram. priuil. 25. num. 55.*
7 Ex quibus infertur responsio ad † obiectum, quod statutum sit factum à laicis, cum ipsi per indirectum possint tollere vires iuramenti annullando cōtractū,
8 † in quo desunt solemnitates ab ipso inductas pro fictis, & simulatis illos habendo *Corn. & Abb. vbi*
9 *supra*, & sic intrat in hoc casu Ius † Canonicum, auferens vires iuramenti, vbicumque adest dolus verus, vel præsumptus, *vt notat Gabr. dicto cons. 13. num. 6. & 7.*

Vlterius deficit etiam istius donationis insinua-
10 tio, quem defectum nec iuramentum supplet, † tum quia tunc illa suppleret quando fuisset in specie renunciatum insinuationi cum iuramento, quod non fuit factum in nostro casu, *Corn. cons. 69. num. 16. lib. 2. Gabr. de donat. conclus. 1. num. 4. & seq. Cephal. cons. 208. num. 16. vol. 2. Gozad. cons. 87. num. 13. Thob. Non. cons. 208. num. 8. & 6.* & fuit dictum in *dicta Toletana donationis*. Tùm quia iuramentum non supplet tot defectus, cumulat *Ias. cons. 118. n. 8. vers. & si contra prædicta apposit. lib. 4. Cassan. consil. 7. num. 26. Ruin. cons. 78. num. 7. lib. 1. Bellon. cons. 4. num. 4. Menoch. cons. 29. nu. 59. & seq. Surd. decis. 154. num. 12.*

Tandem non obstat quod contra statutum dicatur
11 non esse † in vsu, cum de hoc non constet, & contrarium præsumatur *Gabr. cons. 84. num. 60. lib. 2. Curt. iun. cons. 129. num. 12. Gozad. cons. 16. n. 16.*

Ex quibus sic fuit resolutum, &c.

R. P. D. REMBOLDO.

Narnien. Bonorum.

Veneris 28. Maij 1621.

ARGVMENTVM.

De nullitate donationis dans ex defectu insinuationis, debet probare eam non interuenisse, quæ probatio eo difficilior erit, quia insinuatio non est necesse, vt in ipso contractu donationis interueniat, cum post possit fieri. Insinuationis defectus an tollatur iuramento, & aliqua circa donationem factam absenti, vel infanti.

SVMMARIVM.

1 *Insinuatio potest adhiberi etiam post contractum.*
2 *de Contractus nullitate dans ex defectu insinuationis, debet probare insinuationem non interuenisse.*
3 *Insinuationis defectus tollitur iuramento.*
4 *Donatio non potest dici, quod sit acceptata, si facta sit absenti.*
5 *Infantibus, si sit facta donatio, ex stipulatione Notarij eis acquiritur dominium.*
6 *Stipulatio Notarij sufficit, vt valida dicatur donatio filijs nascituris.*

DECISIO CCXCIV.

DOMINI in disputatione dubij, An sententia ad fauorem hæredum q. Thomæ Lombardi lata sit confirmanda, vel infirmanda, mandarunt, quod stricte videretur, An donatio, de qua agitur, suffragetur dictis hæredibus, quo dubio dicta die 28. Maij proposito, resoluerunt dictam donationem fuisse validam, quia de ea constat per publicum Instrumentum, stipulatione Notarij, & iuramento vallatum, *vt in copia, quæ datur Sum. nu.* 1.

Nec obstat quod dicta donatio non fuerit insinua-
1 ta, † quia, præterquamquod insinuatio potuit adhiberi, etiam post contractum, ideoque dans de nullitate
2 contractus ex defectu insinuationis, tenetur probare insinuationem non interuenisse, *vt fuit dictum in Viterbien. Terræ Vetrallæ coram R. P. D. meo Pirouano, quæ est decis. 671. par. 1. in recent.* tollitur
3 † etiam dictus defectus ex iuramento *Dec. cons. 432. num. 18 & seqq Card. Seraphin. decis. 1184. nu. 14. & seq. & latè fuit deductum in hac causa 26. Febr. 1616. coram Illustriss. Card. Sacrato.**

Non obstat quod dicta donatio non fuit accepta-
4 ta, prout videtur fuisse necessarium † cum fuerit facta filijs Romuli absentibus. *Rota decis. 683. nu. 4. par. 1. diu.* quia quid quid sit de absentia, vel præsentia, placuit DD. responsio, quod cum dicti filij tunc essent infantes, vt constat, ex quo donatio facta fuit de anno 1550. & vt apparet ex fide Baptismi, vnus ex dictis filijs natus est de anno 1544. & alter de anno 1548. *vt in Summ. num. 5. & 6.* sufficit sola
5 stipulatio † Notarij, nam ex ea fuit dd. filijs infantibus acquisitum dominium. *Paris. cons. 69. nu. 148. lib. 3. Alciat. cons. 14. num. 24. lib. 8. Gabr. cons. 177. num. 42. lib. 2. Thesaur. decis. 70. num. 15. Rota diu. decis. 683. num. 6. cum alijs late congestis per Tiraq. de iur. constit. possess. limit. 30. num. 30. & seq.*
6 idemque dicitur de filijs nascituris, † pro quibus sufficit eadem ratione stipulatio Notarij. *Purpur. cons. 402. num. 108. lib. 2. Dec. cons. 245. num. 2. & seq. Vrsill. ad Afflict. decis. 393. nu. 7. cum alijs alleg.*

* *Decisio hæc sub die 26. Februarij 1616. coram bo. me. Cardin. Sacrato in ista causa emanata, habetur infra in Appendice post decisiones anni 1626. pro vt in Indice ibi in principio posito. Et in præcedenti par. 4. recent. in hac pariter causa adest altera decisio coram eodem Sacrato, sub die 4. Maij 1618. est in ordine decisio 653. vbi allegatur etiam alia decisio in hac causa sub die 19. Iunij 1617. quā quoque ponam infra in d. Appendice.*

REVERENDISS. MANZANEDO.

Patriarcha Hierosolymitano.

Romana Domus ad Turrim sanguineam.

ARGVMENTVM.

Bona quædam, quod non fuerint in bonis fideicōmittētis ex quibus probetur, quāuis ea fuerint apud hæredes, sed ex alia causa. A transactione, quando quis licitè possit recedere, & aliqua habes circa probationē mandati, quando scilicet ex coniecturis præsumatur.

SVMMARIVM.

1 *à Transactione, quis licitè potest recedere, si ei promissa non obseruentur, & stante pacto, vt tali casu possit redire ad sua iura primæua.*
2 *Sententia operatur retrotractionē vsque ab initio.*
3 *Sententia cum retrohatur, ideo condemnatio fingitur facta retro à die contestatæ litis.*
4 *ad Transactionem rescindendam requiritur, vt agens habeat speciale mandatum.*
5 *Mandatum probatur etiam indicijs, & coniecturis.*
6 *de Mandato dicitur constare ex productione scripturarum.*
7 *Mandatum præsumitur ex diuturna litis agitatione, vbi pars est præsens.*
Mandatum præsumitur ex impensa.
8 *ad Iura primæua quis partim non debet redire, & partim non.*
9 *ad Iura primæua, quod quis voluerit in totum redire, ex quibus probetur. & num. 10. & 12.*
11 *Subsequentia declarant præcedentia.*
13 *Vidua ad hoc, vt consequatur fructus dotis sibi non solutæ, requiritur interpellatio.*
14 *Vidua curare debet, ne careat re sibi assignata pro dote, & simul etiam iuribus dotalibus.*

DECISIO CCXCV.

DOMINI steterunt in decisis* coram Illustriss. D. Card. Sacrato, tunc Rotæ Auditore, nempe non constare domum, de qua agitur, fuisse in bonis Lucretiæ senioris, ex deductis in duabus decisionibus coram ipso in huiusmodi causa factis, licet enim de anno 1554. in transactione fuerit assi-
1 gnata † Lucretiæ domus, de qua agitur, tamen cum iam illa recesserit à dicta transactione mouendo iudicium in vim pacti, quod sibi liceret in euentum molestiarum ad sua primæua iura redire; & interim obierit, ac Gaspar illius hæres prosequendo iudicium obtinuerit de dote dictæ Lucretiæ satisfieri ex pretio eiusdem Casalis venditi Mattheo Massæ, nullum videtur posse fieri fundamentum in dicta assignatione, quia sententia obtenta per Gasparem retrotrahi-
2 tur ad tempus moti iudicij, & stante dicta † retrotractione perinde est, ac si Lucretia non possedisset de tempore obitus, qui successit longe post motum iudicium, *glos. in cap. cum quis verb. incurriss. de*
3 *sent. excom. in 6.* quia fingitur † retro condemnatio à die litis contestatæ, *l. si post acceptum, ff. de rei vindic. Bald. cons. 374. num. 2. lib 3.*

Non obstat quod non constet de mandato Lucre-
4 tiæ † in personam illius, qui obtinuit committi causam super rescissione dictæ transactionis, quia cum
5 mandatum probetur etiam † indicijs, & coniecturis *Gozad. cons. 11. num 13. Cæs. de Grass. decis 2. nu. 5. de reb. Eccles. non alien. Rota decis. 187. nu. 1. par. 1. diuers. & decis. 32. num. 2. par. 2. & fuit dictum in vna Elboren. Iuris conferendi 18. Martij 1613. coram me.* satis dicitur de illo constare, ex quo in casu nostro concurrunt plures coniecturæ, nempe pro-
6 ductio † scripturarum, *Bald. in l. vulg. in fin. ff. de ad-*
7 *min. tut.* & diuturna agitatio dictæ † litis in Curia, vbi illa erat præsens, impensa, & prosequutio iudicij facta per Gasparem filium, & hæredem dictæ Lucretiæ, *l. Paulus ff. de rem. rat. hab. Rota decis. 123. num. 3. & decis. 440. num. 2. par. 2. recent & fuit dictum in vna Malaspina Iuris vocandi 9. Maij 1616. coram Illustriss. D. Card. Sacrato.*

Minus obstat quod fuerit recessum à transactione,

ne, respectu census assignati pro dote, de qua Gaspar fuit satisfactus super dicto Casali, non autem respectu iurium dotalium pro quibus fuit facta assignatio domus, quia placuit DD. responsio data in vltima decisione 7. Februarij 1618. nempe Lucretiam
8 non † potuisse pro parte redire ad primæua Iura, & pro parte non ex ibi deductis.

Nec id sustinere in facto cum causa fuerit commis-
9 sa non solum super dote, sed etiam † super donatione propter nuptias, & argenteis, in quibus consistebat residuum, & supplementum dotis, pro quo fuit facta assignatio domus, quod clarius patet ex sententia graduatoria Senatoris, in qua expresse reseruantur Iura Gaspari respectu boccalis, & bacilis argentei, & aliorum sibi competeñ, pro quibus dicta
10 reseruatio non † fuisset necessaria, si in illo iudicio non fuisset actum, etiam ratione assignationis domus factæ pro dicto bocali, & bacili, ac alijs iuribus, quia attenta dicta assignatione iam esset de illis plene satisfactus.

11 Et hoc etiam declaratur † ex postea subsequutis cum Gaspar non descripserit hanc domum in Inuē-
12 tario bonorum Lucretiæ, signum euidens † illam non remansisse in illis bonis, sed fuisse compræhensam in dicto iudicio reuersionis ad primæua iura.

Non obstat quod domus fuerit assignata etiam pro alimentis, & fructibus dotis, quia non constat,
13 quod Lucretia † interpellauerit hæredes mariti, vt requiritur ad effectum, vt illi debeantur viduæ, iuxta *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 137.*

Nec etiam obstat quod constet dictam Lucretiam ad primæua iura non redijsse, ex quo postquam dedit de inobseruantia transactionis domum locauit ad nouennium, quia postquam non fuisset effectuatus reditus ad primæua iura, & dos in pecunia resti-
14 tuta, bene † potuit locare domum, ne interim careret re assignata, & suis dotalibus, nec propterea dicta locatio esset contraria iudicio reditus ad primæua iura intentato.

Ex quibus & alijs deductis in decisionibus, in quibus optimè respondetur omnibus, quæ hodie ex aduerso repetuntur, DD. steterunt in decisis, &c.

* *Videlicet sub diebus 28. Iunij 1617. & 7. Februarij 1618. prima est infra in Appendice post decisiones anni 1626. prout in Indice ibi in principio posito, altera vero est supra in hoc Tomo decisio 7. Et infra adest altera coram eodem Manzanedo sub die 10. Iunij 1624. satis prolixa in facto.*

REVERENDISS. MANZANEDO
Patriarcha Hierosolymitano.

Romana Mercedis.

Veneris 9. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Discutitur in præsenti decisione, vtrum filius cogi possit ad soluendam mercedem, à patre promissam eius præceptori, & conclusio est affirmatiua, cum omnis æquitas suadeat, vt stante vtilitate filij, ipse remaneat obligatus, & licet in hoc requiritur prius consensus ipsius filij, tamen quando est impubes (quidquid nonnulli senserint) talis consensus non est necessarius.

SVMMARIVM.

1 *Filius impubes vt remaneat obligatus ad mercedem promissam per patrem perceptori, stante eius vtilitate, id omnis æquitas suadet.*

2 *Id tamen intellige, quando interuenit consensus ipsius filij.*

3 *Filij impuberis consensus non est necessarius, quādo obligatio facta à patre, ei fuerit ex omni parte vtilis.*

4 *Pater id quod prudenter, & prouidè fecit pro filio, id filius obseruare tenetur.*

5 *Filij consensus, dum pater eum obligat, non est necessarius, si sit in ætate octo annorum.*

6 *Aetas prima, intelligitur de minori septennio.*

7 *L. fin. §. vbi autem C. de bon. quæ lib. dum disponit ad hoc, vt pater obliget filium, requiritur eius consensus, nisi sit in prima ætate constitutus, id intelligi debet non de infantili ætate tantum, sed etiam de pupillari.*

8 *in Tutore consensus pupilli non exigitur, nec in iudicijs, nec in bonorum administratione.*

9 *Filius dicitur ferè infantilis ætatis, si sit in octauo suæ ætatis anno constitutus.*

10 *in Fauorabili materia strictè, ac mordicè non est agendum.*
de Patre, lex multum confidit, vt bonum consilium capiat pro filio. num. 10.

11 *Approbare id, quis videtur, dum non contradicit, & adimplet adimplenda.*

12 *Factis plus est consentire, quàm verbis.*

13 *Operas liberi hominis quis locare nequit.*
Operas in libero homine possunt cadere, & venire in obligatione. num. 13.

14 *Filius familias in legitima ætate constitutus pro arte addiscenda se valet obligare ad inseruiendū per tot annos magistro.*

15 *Et quando non est legitimæ ætatis, potest per patrem obligari, & hoc maximè stante paupertate.*

16 *Mater non habet tantam potestatem in filium, sicuti pater.*
Mater ex necessitate potest obligare filium ad aliquam artem pro mercede. num. 16.

DECISIO CCXCVI.

IOANNES Baptista Riua Neapolitanus Musicus assumpsit in se onus edocendi musicā Thomam filium Constantini Cabrini, tunc ætatis annorum octo, & è contra D. Constantinus se obligauit in euentum, quod eius filius durante voce suprani diuerteret à dicto Riua, ei soluere scuta tria menstrua pro mercede à die prima Ianuarij 1619. citra vsque ad diem discessus, & quod totum lucrū, quod dictus filius extraordinariè faceret absque diligentia, & interuentu dicti Riuæ pro medietate ad ipsum Riuam spectaret. Postquam autem d. Thomas musicam didicit, cum negaret promissa per eius patrem adimplere, orta fuit inter Magistrum, & Discipulum lis coram Locumtenente Illustrisimi Vrbis Vicarij, qui de ordine Sanctissimi, ex quo materia hic in in Vrbe est exemplaris, consuluit Rotam super eo, An filius possit cogi pro mercede promissa Præceptori per patrem, & Domini affirmatiuè hodiè responderunt, quia dicta obligatio facta per patrem fuit vtilis ipsi Thomæ, cum ea mediante euaserit musicus, & sic quodam modo factus fuit locuple-

tior, nec aliàs musicam addiscere potuisset propter patris paupertatem, qui alio modo mercedem magistro soluere nequibat, nisi obligando filium ad præstandum dictas operas Præceptori pro certo tem-
1 pore; Stante autem vtilitate, † omnis æquitas suadeat, vt filius impubes remaneat obligatus ad mercedem promissam per patrem *Angel. Aret. in §. pupillus alias incipien. item inutilis num. 4. instit. de inutil. stipulat. & ibi Portius num. 10. & Oser. num. 12. circa fin. Bart. in l. fin. §. 1. num. 1. vers. quando tractatur de actu, ff. de verb. oblig. vbi etiam Imol. in glos. super verb potestate.*

Nec obstat illud procedere, quando interuenisset
2 consensus filij, & DD. supra alleg. † præsupponere dictum consensum, & solum firmare filium cum auctoritate patris obligari. Vndè cum hic filij consensus non interuenerit, videatur prædicta non applicari.

Respondetur enim in casu nostro, dictum consensum filij non fuisse necessarium, cum dicta obligatio facta à patre fuerit ex omni parte ipsi filio impuberi vtilis iuxta superius dicta, & cum nulla allegetur, nec allegari possit causa per filium, ex qua sibi fuerit præiudicatum, vel propter quam posset dictæ obliga-
3 tioni contradicere, † meritò obligatio auctoritate patris facta absque ipsius consensu sustinetur *l. si cum dotem §. eo autem, ibi, quod si is pater sit cui omni modo consentire filiam decet, hoc est vitæ probatæ filia leuis mulier, vel admodum iuuenis dicendum patri potius acquiescere Prætorem oportere, dareq. ei actionem, ff. solut. matr. l. dotem voluntate filiæ videri patrem recepisse cum causas contradicendi ei filia non haberet,* & ibi *glos. verb. filiæ ff. eod. tit. & notat Ang. in l. fin. §. vbi autem in vnum. Castr. num. 5. & Fulgos. num. 3. C. de bon. quæ liber. Pinell. in l. 1. num. 66. vers. illud autem C. de bon.*
4 *mat. par. 2.* & id † quod prudenter, & prouidè per patrem factum est obseruari debet.

Quod maximè procedit, quia Thomas de tempore obligationis erat octo annorum tantum, cuius consensus in ætate adeò tenera frustatorius fuisset,
5 † & de nihilo deseruisset, ac propterea non erat necessarius, vt est *text. in d. l. fin. §. vbi autem in vnum*, ibi, *adhibeatur etiam filiorum consensus, nisi adhuc in prima ætate sint constituti, C. de bon. quæ liber.* & licet dicta verba in prima ætate ibi communiter per
6 DD. intelligantur de filio minori † septennio *Innoc. in cap. accedens, num. 2. ne procur. Roman. cons. 241. num. 10. Cappell. Tolos. quæst. 105.* Tamen contraria opinio videtur verisimilior, & æquior, scilicet Impe-
7 ratorem ibi non de infantili ætate tantum, † sed etiã de pupillari vsque ad 14. annos intellexisse, vt testatur *Pinel vbi sup. vers.* ego autem cum ante pubertatem nullum consilium filij impuberis esse videatur, & non sic verisimile ibi Imperatorem exigere consilium filij impuberis, cum in tutore consensus
8 pupilli † non exigatur, nec in iudicijs, nec in bonorũ administratione *l. 1. §. sufficit, vbi Bart. ff. de admin. tutor. Pinell. vbi sup. vers. videturq. ridiculum, &c.* & maior sit potestas patris legitimi administratoris, quàm tutoris. *Ias. in l. filiusfamilias num. 9. ff. qui satisdar. cogant. Ascan. Clem. de patr. potest. effect. 12. num. 7.* Quæ opinio *Pinell.* in casu nostro vide-
9 tur † de facili admittenda, cum de illo tempore Thomas esset ferè infantilis ætatis, ex quo illam vix excesserat, cum esset in octauo suæ ætatis anno, in quo nullo modo intelligere potuisset quid ageret ad
10 instar infantium, nec tam strictè in re adeò vtili ipsi pupillo agendum videtur cum patre, de quo lex adeo confidit.

Demum tolli videbatur omnis difficultas ex eo, quod ipse Thomas contractum factum per patrem approbauit, dum in vim illius incepit, & continuauit musicam adhiscere vsquequo musicus perfectus eua-
11 sit permanendo † semper sub disciplina d. Riuæ sui magistri, eique soluendo mercedem prædictam per eius patrem promissam, iuxtà formam dictæ obligationis factæ per patrem, & sic non adest illius consensus expressus, adest saltim tacitus resultans per
12 dictos actus positiuos, qui sufficit † cum plus sit factis, quàm verbis consentire *l. Paulus, ff. de rat. habit. Surd. cons. 28. nu. 19. & seqq. Menoch. cons. 496. nu. 102. Rimin. iun. cons. 23. nu. 205.*
13 Minus facit, quod pater non potuerit locare † operas liberi hominis, quia teste *Surd. de alimen. tit. 4 quæst. 29. num. 8.* passim Doct. admittunt operas etiam in libero homine cadere, & posse in obliga-
14 tionem venire, & sicut † filiusfamilias in ætate legitima constitutus pro arte discenda se valet obligare ad inseruiendum per aliquot annos magistro, *Iason in l. 1. §. huiusmodi num. 16. ff. de iust. & iur. Vrsill. ad Afflict. decis. 307. num. 4.* ita quando non est legitimæ ætatis videtur ad prædictum effectum
15 potuisse † obligari per patrem, iuxta superius deducta, cum præsertim ipse pater propter paupertatem alio modo filio consulere nequiret, & sic ex necessitate fecerit dictam obligationem, quo casu sustinetur, vt in fortioribus terminis nempè in matre,
16 cuius non est tanta potestas in filium, † quod ex necessitate possit obligare filium ad aliquam artem pro mercede, tenet *Luc. de penn. in l. quicunque vers. in 1. glos. C. de fugit. Colon. lib. 11. Vrsill. ad Afflict. vbi sup. dicto num. 4.*

Et ita conclusum, &c.

R. P. D. VBALDO.

Ferrarien. de Tassonis.

Lunæ 14. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Gratiæ Principis cum Iura abhorreant, vt sint frustratoriæ, ideoque non facilè, sed difficulter, & ex magna causa, conceditur oris aperitio aduersus dictas gratias. Et diluuntur plures exceptiones oppositæ contra gratiam Papæ, quoad confirmationem legitimationis obtentæ ab aliquo Principe seculari, & præsertim si quoque sit facta quo ad bona Ecclesiastica. Nec non plura habentur circa confirmationem factam ex certa scientia, scilicet quidnam operetur.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium regulatur à Iure.*
2 *Gratiæ Principis de Iure est, vt non remaneant inanes.*
3 *Oris aperitio non nisi ex magna causa, & nisi constet de bono iure petentis aduersus gratiam Principis conceditur.*
4 *Principis gratia, vt reducatur ad viam iuris, id non nisi difficulter obtinetur.*
5 *Bona emphyteutica Ecclesiastica in ditione Ferrarien. redacta sũt ad instar bonorum allodialium.*

6 *Sub.*

6 *Subreptio vt cesset, sufficit, quod Papa aliquid in genere potuerit cogitare.*
7 *Clausula, quorum tenores, posita in gratia, operatur, vt possit dari de subreptione.*
8 *Papæ potestas in beneficialibus est suprema.*
9 *Taciturnitas illa non reddit gratiam subreptitiã, quæ non retraxisset Papam à concessione gratiæ.*
10 *Taciturnitas non omnis vitiat gratiam, sed illa tantum, quæ potuisset retrahere Papam à concessione, vel eum reddidisset difficiliorem.*
11 *Papa quando non dicatur simpliciter adhæsisse narratis, sed voluisse nouam gratiam concedere.*
12 *Gratia secunda, quando non sit dependens à prima, sed reputentur duæ gratiæ distinctæ.*
13 *Confirmatio, quando sit facta ex certa scientia, & non in forma communi.*
14 *Confirmatio, quando est facta in forma communi, parum aut nihil operatur.*
15 *Legitimatio à Principe confirmata remanet in eo statu, in quo erat de tempore legitimationis.*
16 *Confirmatio, vt dicatur facta ex certa scientia, requiritur vt totum factum sit narratum Principi, nec sufficit narratio generalis.*
17 *Confirmatio etiam dicitur facta ex certa scientia, licet totus tenor rei confirmatæ nõ fuerit insertus, si tamen tenor, & substantia rei fuerit narrata.*
18 *Quæ conclusio de plano procedit, quãdo adest clausula, quorum tenores.*
19 *Confirmatio in dubio præsumitur facta ex certa scientia.*
20 *Partis citatio requiritur, vt confirmatio dicatur facta ex certa scientia, & an hoc sit perpetuò verum.*
21 *Confirmatio potest esse fuisse factam ex certa sciẽtia, etiamsi non adsit citatio.*
22 *Papa quando aliquid confirmat ex certa scientia, per viam gratiæ, & non iustitiæ, nullatenus est necessaria partis citatio.*
23 *Legitimatio ex quibus dicatur perfecta.*
24 *Statut. Ferrar. 142. lib. 2. legitimatum non posse succedere patri, vel agnato, nisi legitimatus fuerit de consensu patris, vel agnati, de cuius hæreditate agitur.*
25 *Clausula, quorum tenores, operatur, ac si facta esset mentio specialis de omnibus, & quibuscunque contrarijs.*
26 *Statutum si requirat, vt legitimatus possit succedere agnatis, sit necessaria in legitimatione citatio eorum, est intelligendum de consensu eorum, qui viuunt de tempore legitimationis.*
27 *Consensum præstare non possunt illi, qui adhuc nati non sunt de tempore quo consensus est necessarius.*
28 *Consensus in legitimatione ex quibus præsumuntur præstitus. & num. 29.*
30 *Legitimationem obtinens à Principe Laico, etiam quo ad bona Ecclesiastica, est excommunicatus.*
31 *Clausula, Et cum absolutione, &c. solita apponi in gratia Papæ, non comprehendit insordescentes.*
32 *Pater si sit insordescens, id non debet nocere filio.*
33 *Clausula, Et cum absolutione, &c. comprehendit etiam insordescentes, quando Papa non ignorauit insordescentiam eius, cui concedit gratiam.*
34 *Legitimatio Principis secularis quo ad Ecclesiastica bona est intelligenda iuxta terminos à iure permissos.*

DECISIO CCXCVII.

IN hac causa fuit die 4. Iunij 1619. propositum dubium, An, & cui danda sit ab intestato immissio in bonis Ferrariæ, & DD. dixerunt, vt restringeretur, & primo videretur, An fœminæ essent exclusæ propter statutum Ferrarieñ, quo proposito sub die 15. Martij 1620. DD. ordinarunt, vt strictè informaretur, An fuerit sufficienter derogatum statuto Ferrariæ 142. lib. 2. in legitimationibus per D. Com. Camillum obtentis. Interim pro parte mulierum adita Signatura Sanctiss. quæ cum opponerent contra Breue legitimationis Com. Camilli fel. rec. Gregorij XIII. dubitabat ne sibi obstaret clausula sublata, & decretum irritans, & aliæ clausulæ in dicto Breui appositæ, & emanauit rescriptum arbitrio Rotæ. Vnde dato, & proposito dubio, An intraret arbitrium Rotæ, DD. vnanimiter negatiuè re-
1 sponderunt, † arbitrium enim regulatur à Iure. *Bart. in extrauag. ad reprimen. in verb. videbitur num. 8. Cæs. de Graff. decis. 7. num. 7. & decis. 8. nu. 2. & 4. de sent. & re iudic. cum alijs allegatis per Rot. in Mantuana bonorum 16. Decembris 1611. coram me, quæ est decis. 363. num. 1. par. 1. rec.* De iure au-
2 tem est, † vt gratiæ Principis non remaneant inanes, *cap. de reg. iur. in 6. cap. si cui nulla de præb. eod. lib.* & idcirco non nisi ex magna causa, & nisi constet
3 de † bono iure petentis apertio oris aduersus gratiam Principis conceditur *Rota decis. 461. num. 5.*
4 *par. 1. rec.* & multo magis reductio † ad viam iuris, *Rota decis. 8. par. 2. rec.* in isto autem casu non videbatur sufficiens subesse causa, nam subreptiones, & obreptiones facilè euitabantur, & primo subreptio ex eo deducta, quod in legitimatione Apostolica non fuerit expressum, quod Comes Camillus antea fuerat legitimatus à Duce Ferrariæ, & habilitatus ad succeden. etiam in bonis Ecclesiasticis in ditio-
5 ne † Ferrarien. bona Ecclesiastica data in emphyteusim redacta esse ad instar allodialium vigore Bullæ Bonifacianæ, *Anchar. cons. 171. num. 2. & seq. & 427. num. 4. Bertazol. cons. ciuil. 77. num. 1. & nu. 6. Rimin. iun. cons. 138. num. 12. Laderch cons. 19. nu. 2. & 4.* Ideo isto respectu posset sustineri facultas Ducis.

Secundo dicebatur fuisse narratum Papæ, quod Comes fuerat legitimatus ad successionem bonorũ emphyteuticorum, & liuellariorum, & sic Papa po-
6 tuit saltem † in genere cogitare illum esse legitimatum ad bona Ecclesiastica, in quibus laici succedunt iure emphyteusis vel liuelli, & hæc cogitatio in genere sufficit ad sustinendam gratiam, & saluan. à vitio subreptionis. *Aym. cons. 79. nu 8. Rota decis. 622. num 13. lib. 3. par. 3. diuers.* Et tanto magis, quia in
7 gratia Apostolica adest clausula quorum † tenores, quæ tollit vitium subreptionis, & continet expressionem omnium contentorum in gratia confirmata. *Butr. cons. 2. num. 5. Felin. in cap. nonnulli sub nu. 6. de rescript. cum alijs per Modern. claus. 119. num. 1. & num. 8. Card. Mantic. decis. 76. num 3. & decis. 222. sub num. 3 Rota decis. 169 num. 8. par. 1. in rec. & decis. 506. num. 5 & dec. 606. sub nu. 2. par. 2.*

Tertio fuit responsum, & hoc videbatur tollere omnem difficultatem, quicquid esset dicendum de legitimatione Ducis, tamen certum est, quod Papa in sua legitimatione concessit eidem legitimato facultatem succedendi etiam in bonis Ecclesiasticis

cum

cum expressa derogatione Constitutionis fel. recor. Pij Quinti, & aliorum Pontificum contra illegitimos, & eorum succedendi facultates, vt apparet ex lectura Breuis, vnde tantum abest, vt Papa retrahi potuisset à conceden. gratiam, si sciuisset concessio-
8 nem Ducis Ferrariæ circa † eiusmodi successionem, quod imo facilius forte concessisset, dum eandem gratiam eodem modo concessit eo efficaciorem propter supremam suam potestatem in bonis Ec-
9 clesiæ, vnde prætensa † taciturnitas nullo modo vitiat iuxta tradita per *Felin. in cap. super litteris sub num.8. in 1. reg. de rescript.* & alias certum est non quamlibet taciturnitatem, & subreptionem vitiare
10 gratiam, sed illam † demum, quæ potuisset retrahere Papam, vel difficiliorem eum reddere ad conceden. *vt per eumdem Felin. in cap. in nostra num. 9. vers. Theorica mentionum de rescript.*

Postremo fuit à Dominis consideratum gratiam Pontificis continere duo. Primum est, confirmatio legitimationis Ducalis. Secundum est, quod idem Pontifex sine præiudicio filiorum Ferrantis, si quos habere contingeret, dispensat, & legitimat Com. Camillum de speciali dono gratiæ habilitan. illum ad quascumque successiones genitoris consanguineorum, & affinium suorum, in quibuscumque rebus, & bonis etiam feudalibus, & emphiteuticis, etsi ab Ecclesiasticis, & pijs locis fuerint profecta cum clausulis amplissimis, & cum restitutione ad primæua iure naturæ, & verum ingenuitatem perinde, ac si de legitimo matrimonio procreatus esset verè, & omni fictione remota quoad omnes Iuris communis, & municipalis, & alios quoscumque effectus, cum alijs de quibus latius in dicta gratia.
11 Ex quibus patet, quod Gregorius non † adhæsit simpliciter narratis, & expositis in legitimatione Ducali eam confirman. sed ad aliam, & secundam gratiam deuenit. Vnde non est dependens à prima,
12 sed duæ iudicantur gratiæ † distinctæ. *Rota decis. 265. num. 3 lib. 2. par. 3. diuers. & facit decisio 650. par. 1. diuers.* fuit dictum *in Romana Census seu Indulti 20. Nouembris præteriti coram me*. Vnde quicquid dicendum de prima gratia Ducali, sat est, quod Comes Camillus nitatur legitimatione Pontificia, in qua concurrunt plura concessa, quæ non fuerunt expressa in legitimatione Ducis, nempe pleniores derogationes tam generales, quam speciales Bullarum Summorum Pontificum, vt supra dictum est, & amplior dispositio respectu restitutionis natalium, ex supra allegatis.

Et addebat vnus ex DD. quod ista confirmatio legitimationis videbatur potius ex certa scientia,
13 quam in forma communi, quo casu † noua concessio dicitur *cap. si Apostolicæ, & ibi glos. in verb. confirmamus de præbend. in 6. cap. quia diuersitatem, vbi etiam gloss. in verb. in forma communi de concess. præb. cap. 1. vbi Abb. & alij, præsertim Dec. num. 46. & seq. de confirm. vtil. vel inutil. Ruin. cons. 31. n. 5. lib. 1. Gozadin. cons. 62. num. 15.* Licet si esset in for-
14 ma communi parum † aut nihil operaretur, *dicto cap. 1. & cap. examinata de confirmat. vtil. vel inutil.* & vtrobique *glos. & Doct. glos. in dicto cap. quia diuersitatem*, & legitimatio Ducis confirmata re-
15 maneret † in eo statu, in quo erat de tempore confirmationis, *dicto cap. quia diuersitatem, vbi Abb. num 9 Bald. cons. 130. num. 1. vers. præterea lib. 1. Anchar. cons. 389. num. 6. Castr. cons. 84. num. 2. vers. & quod dixi lib. 2.* & hæc distinctio colligitur ex *Cassad. decis. vnic. de confirm. vtil. vel inutil.* & eam expresse fecit *Rota in causa Toletana admissionis 17. Iunij 1609. coram R P. D. meo Pamphil.*

Quod autem confirmatio, de qua agitur, fuerit ex
16 certa † scientia deducebatur; quia licet *Abb. in dicto cap. quia diuersitatem num. 9. in fine de concess. præbend.* voluerit ad istum effectum requiri, vt totum factum sit narratum Principi, nec sufficiat narratio generalis, vt etiam voluit *Cardin. cons. 44 num. 6. Aretin. cons. 8 sub num. 3. vers. 2. pro decisione. Paris. cons. 3 num. 48. & seq. lib. 4.* Tamen in hoc casu cum fuerit insertus tenor, & substantia legiti-
17 mationis factæ † per Ducem satis dici potest confirmatio ex certa scientia *glos. in cap. Pastoralis, §. præterea in verb. ex certa scientia, de offic. delegat. Felin. in cap. cum inter col. 1. & 2. de except. Dec. in rubr. num. 9 & dicto cap. 1. num. 47. & in cap. porrecta num. 15. de confirmat. vtil. vel inutil.* & fuit dictum in *causa Abulen. Iurisdictionis 25. Ianuarij 1588. coram Orano, & in dicta Toletana admissionis 17. Iunij 1609. coram bo. me. D. Pamphilio*, quæ
18 conclusio de plano procedit, quando adest † clausula quorum tenores, prout hic adest. *Ruin. cons. 31. num. 5. ad fin. lib. 1. fuit dictum in dicta causa*
19 *Toletana*. Vltra quod talis in dubio † præsumitur secundum communem opinionem, de qua per *Dec. in dicta rubrica extra de confirm. vtil. vel inutil. num. 11. Mandos. ad reg. 22. Cancell quæst. 10. n. 10.* vbi licet subdat *num. 11.* in confirmatione ex certa
20 scientia requiri partis † citationem. Tamen id non est simpliciter verum, licet enim confirmatio dicatur ex certa scientia, quando præcedit citatio partis, vt per *Afflict. post alios in tit. de Iure suo Curiæ obseruan num. 5. rubr. 4. lib. 3.* Tamen non propterea sequitur, vt aliunde constet, confirmationem fuisse factam ex certa scientia, prout constat in isto
21 casu, ex supra deductis, † non sit talis etiam si non adsit citatio, & cessat difficultas, ex quo Papa proce-
22 dit per viam gratiæ, † non autem per viam iustitiæ. Vnde non requirebatur partis citatio, vt benè declarat *Emanuel à Cost. in l. gallus §. & quid si tantum, num. 158. ff. de liber. & posthum. Bellam. in cap. inter quatuor num. 3. de maior. & obed. Dec. cons. 498. num 31. & seq.* Cum igitur confirmatio fuerit ex certa scientia, certum est in eo, qui addit, addere nouam dispositionem, & per se continere
23 legitimationem † perfectam, quæ derogat omnibus statutis, & consuetudinibus, Bullis Pontificijs, & alijs, vt patet ex lectura legitimationis, vt supra dictum est, & ideo non obstat, quod non fuerit dero-
24 gatum statuto Ferrariæ 142. lib. 2. † disponenti legitimatum non posse succedere patri, vel agnato, nisi legitimatus fuerit de consensu patris, vel agnati, de cuius hæreditate agitur, quia suffragatur legitimatio Papæ, in qua adest expressa derogatio omnibus statutis cum clausula, etiamsi pro illorum derogatione de illis, eorumque tenore specialis, specifica, & expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum men-
25 tio, seu quæuis alia expressio habenda esset † cum clausula, & quorum tenores, quæ operatur, vt satis dicatur facta mētio specialis de statuto, & de clausula illius derogatoria. *Aym. cons. 126. sub num. 6. vers. sed tamen in casu isto. Rota decis. 137. num. 6. par. 1. diu.* & in terminis illius statuti *Bonacurs. inter cons. Rim. sen. cons. 775. num. 94.*

Pla-

Placebat etiam alia responsio, quod statutum non
26 intelligatur nisi de consensu eorum, † qui viuerent tempore legitimationis, qui ideo poterant præstare consensum ex alleg. per Bald. cons. 488. num. 1. lib. 1. Aym. cons. 12. num. 4. non autem de non natis, vt in terminis legitimationis tradit Socc. Iun. cons. 142. num. 43 lib. 1. cum tempore legitimationis non esset
27 natus Hercules † pater istarum mulierum, quæ sunt in causa, sed Ferrantes Pater Herculis eius tantum consensus videbatur necessarius, qui non defuit, & colligitur tum ex litteris missiuis ipsius in summario Camilli num. 9. Tum ex eo; quod admisit post legi-
28 timationem Comitis ad succeden. æqualiter † in bonis Camilli senioris Procuratoris eiusdem Ferrantis vt in Instrumēto diuisionis dato in dicto Summario num. 4. Vltra quod allegabatur etiam consensus ipsius, Herculis iunioris, qui alias adhibuit Comitem
29 Camillum in quodam Instrumento vti † proximiorem ad authorizan. actum, vt in eodem Summario num. 5. & nihilominus si Dominis necessarium videbitur, poterit iterū disputari * super hac derogatione statuti, ad quā alias fuit restricta difficultas.

Tandem non obstat, quod Comes Camillus esset
30 † excommunicatus insordescens cum obtinuerit legitimationem à Principe laico etiam quoad bona Ecclesiastica. Vnde illi non suffragetur gratia Papæ cū
31 clausula, † & cum absolutione &c. non comprehēdat insordescentes. Put. decis. 128. in correctis cum alijs allegatis, quia in primis Comes Camillus non
32 obtinuit legitimationem à Duce, sed eius Pater, † & in omnem euentum Papa non ignorauit hanc præ-
33 tensam † insordescentiā cū in sua gratia dicatur, quod Dux quantum in se fuit, legitimauit &c. vltra quod dicta legitimatio D. Ducis, quoad bona Ecclesiasti-
34 ca recipit interpretationem iuxta terminos † à Iure permissos, de qua supra circa principium decisionis vers. nam prima subreptio. Ex quibus fuit conclusum non intrare arbitrium, &c.

Id enim fuit disputatū sub 18. Feb. 1622. quæ decis. fuit postea confirmata sub 2. Iun. 1623. sūt infra suo loco.

R. P. D. VBALDO.

Romana Domorum de Zacconibus.

Veneris 18. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Possessio optimè probatur ex confessione partis aduersæ, agendo scilicet adipiscendæ. Possessio titulata est proferenda. Statutum Vrbis lib. 1. cap. 147. de continuanda possessione in suum hæredem, vt intret, quid requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Possessio probatur ex inhabitatione.*
2 *Sententiam de immittendo, si quis obtinuit, ex hoc probatur, quod antea non possidebat.*
3 *Interdicto adipiscendæ, si quis contra aduersarium agat, ex hoc fatetur aduersarium possidere.*
4 *Possessio titulata præfertur.*
5 *Possidere cum titulo si quis probet, & altera pars doceat quoque de possessione, tunc ea præsumitur iure familiaritatis.*
6 *Statutum Vrb. lib. 1. cap. 147. continuat possessionem defuncti in suum hæredem.*
7 *Sed hoc intellige, si in primis probetur possessio defuncti.*
8 *Statutum Vrb. lib. 1. cap. 147. non procedit in bonis forensium.*
9 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 147. non procedit quando ante aditam hæreditatem, tertius apprehendit possessionem amplia num. 10. sed opinio ista est dubitabilis num. 11.*
12 *Possessio capta pendente termino ad appellendum, est attentata, & non manutenibilis.*
13 *Possessio, quando est nulliter capta & aduersarius non habet se pro spoliato, venit manutenendus.*
14 *Verbum, spectat, denotat dominium.*

DECISIO CCXCVIII.

IN Decisione in hac causa facta die 16. Martij 1620. coram R.P.D. meo Dunozzetto * nunc Archiepiscopo Seleucieñ fuit dictum Petro, & fratribus de Zacconibus non esse dandum mandatum de manutenendo, & reseruarunt, vt videretur, an esset dandum Io: Baptistæ etiam de Zacconibus, quod dubium hodie à me propositum in locum Domini Dunozzetti subrogato fuit affirmatiuè resolutum; quia eius possessio de tempore litis optimè probatur ex depositione plurium testium deponen. de continua eius possessione non solum viuente Ioanne Paulo eius fratre, sed etiam post eius mortem, quod domos possedit, & inhabitauit solus Ioannes Baptista, qui medietatem domorum emit à filijs, & hęredibus Io: Pauli, & sic excludunt possessionem Pompei pa-
1 tris, & auctoris Petri, ex qua inhabitatione benè probatur possessio. Dec. cons. 400. num. 3. cum alijs per Menoch. de retinend. remed. 3. num. 562. fuit dictum in Perusina dotis 16. Martij 1601. coram bon. me. Penia, quæ est decis. 254. num. 2. part. 4. diuers.

Secundo probatur possessio Io: Baptistæ ex eo,
2 quod altera pars egit † interdicto quorum bonorum quod est adipiscendæ possessionis, & obtinuit sententiam de immittendo, & sic fassa est se non possedisse, §. adipiscendæ vers. ideo autem Instit. de interd. l. 1. in fine. ff. quorum bonorum, & consequenter fassa
3 † est possidere Io: Baptistam aduersarium Rota in Romana de Pinis 10. Iunij 1613. coram Illustriss. D. Cardinali Sacrato, quæ est decis. 561. num. 1. p. 1. in recent. & in Romana de Ronconibus 4. Martij 1616. coram R.P.D. meo Buratto, quæ est decis. 101. n. 4. post tract. de Saluian. secundū vlt. impress.

Non obstant testes pro Petro examinati super possessione Pompei, quia Primus deposuit de auditu, Secundus non deponit de possessione continuata Pompei, Tertius nihil probat in concursu cum testibus Ioannis Baptistæ numero pluribus, præser-
4 tim cum possessio Ioannis Baptistæ † sit titulata vigore emptionis bonorum, de quibus agitur, & ideo præferen. Bart. in l. si duo num. 4. vers. si vero testes ff. vti possid. Rota decis. 595. nu. 2. p. 1. diuers. Menoch. de retin. remed. 3. num. 733. & potius præsumitur
5 † Pompeum actus illos possessorios fecisse Iure familiaritatis Bart. & Castr. in l. qui iure ff. de acquir. poss. Menoch. de arbitr. cas. 160. num. 15. latè Tiraq. in retract. le mort. saisit. p. 3. declar. 6. nu. 1. & 2.
6 Nec prædicti fratres † possunt se iuuare statuto Vrbis lib. 1. cap. 147. de continuatione possessionis
7 defuncti, in suum hæredem, quia † in primis si non probatur possessio defuncti vana est prætensio continuationis in hærede, secundo dicebatur statutum
8 † non procedere in bonis forensium, vt pluries censuit Rota & signanter in Maceraten. hæreditatis secunda

cunda Iunij 1599. *coram bo. me. Penia*, isti autem de Zacconibus sunt forenses, videlicet de loco Goriani extra districtum Vrbis. Tertio nec statutum
9 † intrat, quando possessio ante aditam hæreditatem ab hærede fuit apprehensa à tertio. *Tiraquell. de retract. le mort saisit p. 5. declarat. 3. num. 1. & seqq. latè Gabr. in tit. de acq. poss. conclus. 9. num. 18.* præ-
10 sertim † si talis possessio per plures annos durauerit *Rota dec. 27. num. 14. & seqq. p. 1. diuers.* Possessio autem Io: Baptistæ probatur continuata per plures annos etiam post mortem Pompei, vt supra dictum
11 est. Quamuis dicta doctrina † sit dubitabilis in suo hærede, *vt per Gabr. cons. 36. num. 13. lib. 1. Rota decis. 263. num. 12. p. 2. in recent.*

Non obstat, quod fratres de Zacconis fuerint immissi in possessionem per sententiam Iudicis, qui potuit priuare Ioãnem Baptistam sua possessione, quia cum a tali Sententia fuerit per signaturam admissa
12 appellatio, prætensa possessio tanquam capta † pendente termino ad appellandũ remanet attentata, & non manutenibilis *cap. nõ solum. de appell. in 6. clem.*
13 *2. vt lit. pend.* & cum Io: Baptista non se † habuerit pro spoliato, venit manutenendus. *Rota apud Seraph. decis. 1045. num. 4. et decis. 1056. et in recent. decis. 135. num. 3. et decis. 225. num. 4. p. 1.*

Non obstant enunciatiuæ Instrumentorum quorundam censuum impositorum super dictis domibus cum narratiua, quod domus spectabāt ad Io: Bapti-
14 stam, & fratres pro indiuiso, quia illud † verbum, spectabāt potest referri ad dominium *l. verbum illud pertinere ff. de verb. signif.* quod nihil habet commune cum possessione de, qua nunc agitur, *l. realiter §. nihil commune ff. de acq. possess.*

Demum nec obstat declaratio Io: Baptistæ, quod emptio fiebat pro communi matre, cui successiuè dicuntur omnes filij æqualiter, quia præterquam, quod declaratio non est de ambobus domibus à Io: Baptista emptis, sed de vna tantum dicebatur hoc etiam prospicere dominium, & petitiorium non autem summarijssimum possessorium manutentionis. In qua versamur.

Et ita fuit decisum.

☞ *Decisio ista sub 20. Martij 1620. emanata in hac causa coram bo. me. Dunozetto, est infra in Appendice post decisiones anni 1626. pro vt in Indice ibi in principio posito.*

REVERENDISS. COCCINO.

Calaguritana puritatis sanguinis.

Veneris 18. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Sanguine purus, cum quilibet præsumatur, ideo si quis asserat contrarium, id ipse probare tenetur, quod si ipse probauerit, tunc ille, se purgare teretur, & ex quibus dicatur optime probasse suam sanguinis puritatem. Impuritatem alicuius, quando quis probauit, & ipse imputatus perfectè docuerit de eius puritate, tunc hæc probatio præualet, tollitque omnem suspicionem, & maculam impuritatis.

SVMMARIVM.

1 *Sanguine purus, quilibet præsumitur, et quod non descendit a sanguine infecto. et num. 5.*
2 *Sanguine impurus, quando probatum reperitur, quod aliquis est, tunc ipse eius puritatem probare tenetur.*
3 *Fama noo releuat, dum ea conquassata reperitur per contrariam probationem.*
4 *Testibus deponentibus super puritatem sanguinis magis creditur, quam deponentibus super impuritatem.*
6 *Puritatem suam, quando quis plenè probauit, d. probatio præualet, et tollit omnem suspicionem, et maculam impuritatis.*
7 *Condemnatus de furto, si probet se furtum non commisisse, purgat omnem infamiam facti.*
8 *Macula impuritatis prorsus censetur purgata ex probatione contraria famæ.*
9 *Verba prorsus, et omnino, non tollunt legitimas exceptiones.*
10 *Verba posita in narratiua non alterant dispositionem.*
Confirmatio Papæ dat robur dispositioni, quo ad ius, et non quo ad factum nu. 10.
11 *Confirmatio nihil de nouo addit, solum rem confirmando in eisdem terminis.*
12 *Testes non informati, et errantes non releuant, et num. 13.*

DECISIO CCXCIX.

☞ VT aliàs dictum fuit, * in Ecclesia Collegiata de victoria adest statutum, quod nemo possit habere dignitatem, vel præbendam, vel Canonicatũ, si non sit Christianus antiquus ex quatuor lateribus purus sine macula, & suspicione hominis, qui descendat ex hæbreis, hæreticis & Mauris, & personis reconciliatis, & publicè punitis per Sãctam Inquisitionem, quare cum Franciscus obtinuerit Canonicatum in dicta Ecclesia, non habet pro-
1 bare requisita à dicto statuto, quia † præsumitur, quid sit purus, & quod non descendat à sanguine infecto, *l. ab ea parte ff. de probat. cap. vltim. de præsumpt. & in terminis Mantic. decis. 274 num. 1. Rota in recent. decis. 204 num. 2. & 3. part. 1. & dec. 335. num. 1. & seq. par. 2. pariter in recent.* vbi aliæ decisiones allegantur, & fuit dictum *in causa Legionen. Canonicatus 30 Iunij 1602. coram me.*

Non obstat quod ex Informationibus per Capitulum factis probetur impuritas ex testibus deponentibus de publica voce, & fama, & ideo onus pro-
2 bandi incumbit Francisco, cum sufficiat † Capitulo probasse Franciscum esse infectum aliqua macula, *Mantic. d. decis. 274. numer. 1.* & stante hoc statuto probare debet se esse purum sine macula & suspicione hominis. Nam fuit responsum, quod testes Capituli nihil probant, vt fuit dictum in decisione facta in hac causa 8. Martij præteriti, & infra dice-
3 tur, & admisso etiam, quod probarent famam, † illa non releuat, cum Franciscus per longè plures testes probauerit contrariam famam, & sic fama per Capitulum probata non liquet, cum magis credatur
4 testibus deponentibus super puritate, † quam testibus super impuritate deponentibus, vt fuit sæpissimè firmatum, vt in decisionibus supra allegatis.

Et ista probatio Francisci nedum tollit probationem famæ per Capitulum probatæ, sed etiam operatur, quod probata sit puritas sine macula, & homi-
5 nis suspicione, quia cum Franciscus † habeat pro se iuris

iuris præsumptionem, probatio Capituli contraria probatione taliter eliditur, vt remaneat simplex dispositio iuris, qua Franciscus purus præsumitur, vt supra dictum est, & ideo licet Capitulum probasset
6 impuritatem, † cum Franciscus perfectè probauerit puritatem, hæc probatio præualet, & omnis impuritatis macula, & suspicio tollitur, *vt benè per Castrensem allegatum in alia decisione in l. si furti num.*
7 *2. C. ex quib. caus. infam. irrogetur.* Vbi si † condemnatus de furto probat se furtum non commisisse, purgat omnem infamiam facti, *& bene etiam facit Bald. plurib. locis, in dicta decisione allegatus, & optimè Paris. cons. 64. num. 24. lib. 3.* vbi quod ex probatio-
8 ne † cōtraria famæ censetur purgata omnis macula.

Et prædicta procedunt etiamsi statutum legendū esset cum verbis, quod carere debeat omni macula,
9 & suspicione prorsus & omnino, quia ista † verba non tollunt exceptiones, quæ competunt ex interpretatione statuti, iuxta dispositionem iuris, vt fuit ostensum in alia decisione, licet in veritate verba illa non sint apposita, neque in statuto, neque in confirmatione, sed in narratiua statuti facta in con-
10 firmatione Papæ, & ideo † non alterant dispositionem, quia confirmatio Apostolica dat robur statuto, quoad Ius, non quoad factum, & ideo confirmatio
11 non operatur, quod illa verba, censeantur † apposita in statuto, si verba in statuto non legūntur cum hoc Papa non exeresit *cap. 1. & 2. de confirm. vtil. vel inutil. l. Aurelius 28. §. 1. & §. testamento ff. de libert. legat. Surd. cons. 349. nu. 7.*

Et cessat omnis difficultas, quia Capitulum ex depositionibus 13. testium nihil probauit, quod releuet, vt fuit ponderatum in alia decisione, nam in depositionibus quinque testium nullum potest fieri fundamentum, vt dictum est in alia decisione, nec
12 minus † in alijs octo testibus, cum sint minus informati, cum errent in nomine Proauiæ Francisci, quam Mariam appellant, & ex qua deducunt impuritatem, cum tamen ipsa vocaretur Catherina; Et licet hodie replicaretur Mariam esse tritauiam, vt patet ex testamento, & sic parum referre, quod testes errauerint in eo, quod tritauiam vocauerint proauiam, tamē certum est, testes non loqui de Maria testatrice, quia ipsa appellabatur Maria de Angelo loci de Naro, vt probant etiam testes, illa verò Maria de qua deponunt testes Capituli, & ex qua deducunt impuritatem, vocabatur Maria de Medina Incola de Brinas, & vlterius cum testes dicant se cognouisse Mariam à 50. annis, & dicti testes fuerint examinati de anno 1614. & dicta Maria condiderit
13 † testamentum de anno 1530. videtur impossibile, quod testes Capituli cognouerint tanto tempore citra, & hæc ex suprabundanti; cum sufficiat prima responsio.

Alia tolluntur ex decisione facta coram me 8. Martij huius anni, à qua Domini non putarunt esse recedendum.

¶ *Scilicet primò sub 13. Nouemb. 1619. coram bo. me. Card. Sacrat. quæ est decisio 137. supra in hoc Tomo, & secundò coram eodem Coccino die 8. Martij huius anni 1621. est, pariter supra in hoc Tomo decisio 275.*

EMINENTISS. D. CARD. VEROSPIO SEN.

Bononien. Molendini.

Veneris 18. Iunii 1621.

ARGVMENTVM.

Attentata ex quibus satis dicantur purgata, quæ attentata tamen cessant, quando aliquid fit ex mandato Iudicis. Tertius in causa non existens non dicitur attentare.

SVMMARIVM.

1 *Attentata satis dicuntur purgata, si appareat partem eis cessisse, cum obligatione reficiendi damna, si quæ passus est aduersarius.*
2 *Attentata cessant, quando aliquid de mandato Iudicis fuit factum.*
3 *Attentata sunt probāda, ad hoc vt releuent & n. 4.*
5 *Attentare non dicitur tertius, & in causa non existens.*

DECISIO CCC.

POST plures in ista Causa decisiones coram me * prius, deindè coram Reuerendiss. D. Dunozet emanatas, ne ad expeditionem deueniretur excepit Parata de attentatis ab Equite Bonfiolo cōmissis, tanquam ille nouum excauando Canale, veteris Canalis ripas inciderit, nec non reseratoria molendinorum ipsius Paratæ repleuerit; Vnde sub die 21. Ianuarij præteriti Ponente Reuerendiss. D. Dunozet fuit iniunctum Equiti, quod pro sufficienti attentatorum purgatione deberet iudicialiter istis duobus actibus cedere, nec non se ad refectionem damnorum, quatenus aliqua probarentur, obligare, fuit insuper noua in partibus decreta visitatio, qua subsecuta, in locum Reuerendiss. D. Dunozet absentis, dubitaui super prætensis attentatis, quæ Domini cēsuerunt non extare; nam ex relatione Visitatoris a Rota subdelegati constat, omnia fuisse in pristinum
1 restituta, † prout apparet innouatis Bonfiolum cessisse cum obligatione reficiendi, si quid Paratæ interesset; Vnde satis purgata videntur attentata *Lancell. de attent. q. 1. cap. 29. num. 24. Rota decis. 715. num. 2. p. 1. in recent. & fuit dictum in Tusculana Siluarum 15. Martii 1619. & 1. Iulii 1620. corā R. P. D. meo Caualerio.*

Non obstat lite pendente foueas reseratoriorum Molendini fuisse per Bonfiolum repletas, quia dictæ foueæ antea fuerant per Paratam ad diuertendam aquam vsque ad flumen excauatæ, non autem erant reseratoriorum foueæ, vt videntur etiam deponere testes pro eodem Parata examinati; Vnde Rota per hoc censuit fuisse attentatum, nec non foueas esse
2 replendas, † quo de mandato Rotæ subsecuto, cessant innouata *Lancell. de attent. 2. par. cap. 4. declarat 1. Rota decis. 500. num. 5. par. 1. diuers. Et fuit dictum, in allegata Tusculana.*

3 Quo vero ad ripæ, & Canalis incisionem † ex relatione Visitatoris eam probatur non adesse.

Nec valet dicere, Bonfiolum attentasse, tanquam is fecerit in flumine clusam, qua Terræ ipsius Paratæ inundentur, nec non idem in suismet agris nouum Canale cum viæ publicæ detrimento excauauerit. Hoc enim attentata non efficere firmatum fuit sub die 11. Ianuarij præteriti coram Reuerendiss. Dunozet rationibus in decisione deductis, quæ

Do-

4 Dominis placuerunt, vltra quod non † fuit doctum de vlla viæ publicæ existentia, nec eius impedimēto.

Minus releuat alia clusa in Canali reperta, nam hæc in Bonsioli solo facta non fuit, sed in Ecclesiæ fundo per eius Rectorem ad quas in propria Maceratoria ducendas, vt testes vtriusq; partis deponūt; Vnde si per hoc Parata se grauatum sentit, experiri debet contra eundem Rectorem, qui vti tertius, &
5 in Causa hodie non † existens non dicitur attentasse. *Put.decis. 74. lib. 2. Mohed. dec. 10. vt lit. pend. & dec. 21. de caus. poss. & propr. Rot. decis. 3. vt lit. pend. in nou.*

Plures decisiones in præsenti causa emanatas annotaui supra ad decisiones 32. 58. & 75. quæ sunt in eadem causa.

EMINENTISS. D. CARD. VEROSPIO SEN.

Romana Pecuniaria, seu fideiussionis.

Luna 21. Iunii 1621.

ARGVMENTVM.

Administrator, ad hoc vt dicatur liberatus, debet constare reddidisse rationes, ac restituisse reliquatum. Obligatio redditionis rationis quid contineat. Fideiussio facta pro eo, qui administrat, qualiter interpretanda veniat.

SVMMARIVM.

1 *Administrator non dicitur liberatus, non reddita ratione ac reliquatu.*
2 *Obligatio redditionis rationis continet etiam residui restitutionem.*
3 *Solutio cadit in duriorem causam.*
4 *Obligatio reddendi rationem, cum sit conditionalis, ideo non potest dici expirasse, nisi ea reddita, ac reliquatu soluto.*
5 *Decis. in Romana fideissionis 21. Maii 1604. coram Card. Lancellott. quo casu non militet.*
6 *Fideiussio facta pro eo, qui administrat, interpretanda est, vt dicatur facta pro reliquatus restitutione.*

DECISIO CCCI.

GEORGIVS Piscator promisit Ecclesiæ B. Mariæ de Anima, Ioannem Pierez Procuratorem ab ipsa constituendum, ei bonum, fidele, ac legale computum de pecunijs exigendis vsque ad sūmam scutorum mille, redditurum, alias pro dicta summa voluit ipse Georgius de proprio teneri, quo subsecuto, fuit ab huius Ecclesiæ Prouisoribus dictus Ioannes constitutus ad exigen. Procurator, & successiuè diuersas ille pecuniarum summas exegit, nec non Ecclesiæ scuta 11. millia persoluit, sed eo postmodum defuncto, cum dicta Ecclesia prætenderet eundem in scutis tribus millibus remansisse debitorē coram Illustriss. Vicario, seu ipsius locumtenente Iudicium contra Georgium fideiussorem intentauit pro redditione rationis, nec non pro rata scutorum mille, iuxta ipsius obligationem residui restitutione. Verum cum Piscator fuisset absolutus, ad instātiam Ecclesiæ, & Hospitalis commissa mihi appellationis causa, nec non dubio per me proposito, fuit hodie responsum pro istius sententiæ reuocatione;
1 non enim videtur † Georgius liberatus non reddita per Ioannem ratione, nec reliquatu, prout erat opus restituto cum ipsius Georgij obligatio, quod esset Ioannes redditurus rationem pro summa scu-
2 torum mille † contineat etiam residui restitutionē, *l. quamuis, & l. cum seruus ff. de cond. & demonstr. Afflict. decis. 157. num. 2. Soccin. cons. 149. num. 3. lib. 1. Aym. cons. 231. num. 2. Rota decis. 370. num. 1. per tot. in recent. part. 2.*

Vnde non releuat exacta per Ioannem fuisse scuta
3 11. millia, † eaque soluta Hospitali, & tanquam dicta solutio cadat in duriorem causam Georgium fuisse liberatum *l. 3. ff. de solut. Et fuit dictum in Romana fideiussionis 21. Maii 1604. coram Cardinali Lancellotto.*

Respondetur enim fideiussionis obligationem puram, & simplicem non extitisse, sed conditionalem,
4 & à redditione † rationis dependentem, itaut ea nō reddita nec reliquatu soluto dici non possit, illam expirasse, *l. fideiussores magistratuum §. pro Aurelio ff. de fideiuss. Aym. cons. 231. nu. 2. in fin. & cons. 275. num. 13. Rota dicta decis. 370. sub nu. vltimo respondens decisioni Lancellotti in contrarium allegatæ,*
5 † quæ in casu nostro non militat, vbi respicit obligatio redditionem rationis, & solutionem residui, alias ea esset contra mentem partium, & frustratoria.

Quia cum deberet Ioannes per plures annos exigere, non verisimile redditur hospitalis administratores sensisse fideiussorem eo ipso liberari, quod Ioannes prædictus exigeret, & hospitali solueret scuta mille, quod intra octo dies euenire poterat; Vnde
6 facienda videtur † interpretatio fideiussionem pro reliquatus restitutione emanasse *Mantic. de coniect. lib. 5. tit. 14. num. 37. & de tacit. & ambig. lib. 16. tit. 14. num. 30. Rota dicta decis. 370. sub num. vlt. in recent.*

Cum præsertim Testes in isto iudicio examinati deponant hoc sensisse partes, vt in fideiussionis obligatione solutio reliquatus includeretur, &c.

REVERENDISS. COCCINO.

Cæsaraugustana Parochialis de Maella.

Luna 21. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Immissio gratiosa quibus probatis detur. Litteræ plures diuersis formis conceptæ possunt expediri super vna, eademq. supplicatione, intellige tamen dummodo non sint diuersæ. Sententia quando non egeat iustificatione.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatio gratiosa, vt detur immissio, quid grauetur probare.*
2 *Subrogatio gratiosa idem operatur, si deducatur ex corpore, vel ex clausulis generalibus gratiæ.*
3 *Clericatus probatur ex litteris patentibus.*
4 *Beneficiatus, quod obierit in possessione beneficii ex quo probetur.*
5 *Gratiæ plures expediri an possint super eadem supplicatione, quæ conclusio recepta est in Rota, numer. 10. & 13.*

6 Paris.

6 *Parif.conf.77.lib.4. quo casu loquatur.*
7 *Titulus excludit vnionem.*
8 *Gratias contrarias qui vult expedire sub eadem supplicatione, est repellendus.*
9 *Doctores sunt intelligendi, iuxta ea, quæ allegant.*
11 *Litteræ plures diuersis formis conceptæ possunt expediri super eadem supplicatione.*
12 *Gratiis diuersis quis vti potest, si ei fuerunt concessæ.*
Diuersum aliud est, & aliud contrarium, num.12.
14 *Subrogatio gratiosa non dicitur stante clausula vocatis vocandis, declara num.16.*
16 *Subrogatio gratiosa dicitur, quando Papa vtitur verbo subrogamus, rigorosa vero, quando mandat subrogari.*
17 *Clausula vocatis vocandis, habet tantum locum, quando executor debet iudicialiter procedere.*
18 *Contradictor legitimus ad immissionem impediendam non dicitur, qui non habet titulum.*
19 *Possidens si non alleget suum titulum, sed alienum, non dicitur legitimus contradictor.*
20 *Prouisus ab Ordinario si possideat, an dicatur legitimus contradictor contra prouisum Apostolicum.*
21 *Mandatum aliquod, si de verbo ad verbum fuerit insertum in sententia, ex dicta insertione illud probatur.*
22 *Sententia non eget iustificatione per acta publica, si causa fuerit commissa conscientiæ Iudicis.*
23 *Iudex si potest se extraiudicialiter informare non requiritur processus.*
24 *Sententia præsumitur iustificata ex lapsu 30. annorum.*
25 *Beneficia parochialia etiam veniunt sub clausulis generalibus.*
26 *Dispensatus si quis sit, vt plura beneficia recipere, & dummodo plura non essent, retinere &c. quid ex hoc inferatur, & num.27.*
28 *Confessio, quando est alternatiuè facta, tunc est in electione confitentis accipere quam partem vult.*
29 *in Iudicio executiuo subrogationis gratiosæ non est iustificanda gratia principalis.*
30 *Exceptio turbida non est attendenda in iudicio executiuo.*

DECISIO CCCII.

FVIT resolutum D. Ludouico Torres gratiosè subrogato ad ius, & possessionem Thomæ de Berbegal vltimi possessoris Parochialis, de qua agitur, esse dandam immissionem; docet enim de suo Clericatu, de obitu in possessione illius, in cuius loco petitur subrogatio, & de reseruatione, †quæ re-
1 seruatio, seu lis vna cum dicto Clericatu, & obitu in possessione, sunt ad hunc effectum necessaria, *Put. decis.484. lib.2. in nou. Rota coram me in decis.715. num.3. par.1. in recent.* & fuit latè deductum *in causa Miranden. parochialis 17.Maii 1600.coram bo.me.Penia,* vbi fuit dictum, eandem esse rationem,
2 † si subrogatio deducatur ex corpore, vel ex clausulis generalibus gratiæ.

Reseruatio probatur ex decisionibus in hac causa
3 factis. Clericatus †probatur ex litteris patentibus *Gram.decis.81. in princip.* Obitus Thomæ in possessione probatur, quia ex vacatione per obitum eiusdem Thomæ Basilius fuit præsentatus,& institutus, & hæc hodie ipse Basilius magnificat. Et cum illis
4 pro defensione sui iuris vtatur, † fatetur Thomam obiisse in possessione, ex quo resultat euidens probatio, *Aegid.decis.268.* & fuit resolutum *in causa Auersana beneficiorũ 3. Iulii 1606. coram Illustriss. D.meo Card.Sacrato.*

Non obstat, quod cum fuerint expeditæ litteræ principales, non potuit denuo expediri subrogatio
5 gratiosa ex clausulis generalibus, † cum super eadem supplicatione plures gratiæ expediri non possint *Paris.cons.77. lib.4.* per quod ita resoluit *Rota in causa Hispalen. pensionis 23. Ianuarii 1572. coram bo.me.Card.Lancellotto seniore, & in Giennen. præstimonii 15.Februarii 1593. coram bo.me. Car-*
6 *dinale Blanchetto*; quia Parisius loquitur †in gratijs contrarijs, quæ se ad inuicem non compatiuntur, nõ autem in gratijs diuersis, & loquitur in casu, quo prima expeditio fuerat facta per viam vnionis, secũda vero expeditio petebatur in titulum, quod fieri
7 non poterat, † cum titulus contradicat vnioni, *cap. dudum, el secondo, paulo ante fin. vbi gloss. verb. intitulatam, & Doct.de elect.* quare ille, qui vult ex-
8 pedire contraria sub eadem † supplicatione, est repellendus *l.1. C.de furt.* & ita sunt intelligẽdæ prædictæ decisiones, cum allegent Parisium, secundum
9 quem †sunt intelligendæ, *Bart.in l.non solum.7. §. si liberationis. num.7. ff.de liberat.legat.*

Et hæc conclusio nunquam in Rota habuit difficultatem, nam cum de anno 1602. 17.*Iunii coram bo.me.Cardinale Lancellotto iuniore* fuisset resolu-
10 tum† non esse dandam immissionem, ex quo non fuerat iustificata tota gratia, pars postea expediuit ad partes subrogationem gratiosam, & quia in propositione dubij principalis, Domini non habuerant difficultatem circa probationem reseruationis, clericatus, & obitus in possessione post productionem dictæ subrogationis die 5 Iulij eiusdem anni 1602. dictus bo.me.Cardinalis fecit verbum super concedenda immissione, & Rota tenuit ea ratione, quia super eadem supplicatione possunt plures litteræ ex-
11 pediri † diuersis formis conceptæ, & fuit allegata *decisio in causa Corduben. Cantoriæ 17.Maii 1557. coram Quiroga,* quam sequitur *Paleott.decis 59.* quæ est inter *impress. decis.514. num.4. par.3. lib 3. diuers.* & optimè faciunt *decisiones 59. & 63. de rescr. in antiq.* & facto per partes tunc verbo in Parco maiori, Domini Abbreuiatores ita de stylo seruari attestati fuerunt, & tunc retulit D. Ponens de ordine Regentis, qui erat D. Ferratinus vir doctus, postea à Paulo V. in Cardinalium numerum cooptatus.

Huius quoq. sententiæ est *Parisius d.cons.77. numer.8. lib 4.* dum enim respondet ad dictam *decis. 59.& 63. de rescript. in antiq.* quod quis potest vti
12 diuersis gratijs, †quæ sibi fuerant concessæ, inquit, quod aliud est diuersum, aliud contrarium, & quod Rota loquitur in diuersis, non autem in contrarijs, prout erat in casu suo, quia titulus, & vnio erant contraria, & propterea variatio non erat permissa, & hanc Rotæ sententiam ego scripsi in annotationibus meis, *annotatione 15.* & citata in causa *Auersana beneficiorum 3. Iulij 1606. coram Illustrissimo Sacrato,* dum ibi hoc motiuum fuisset appositum, Rota illud reiecit, & respondit sufficere litteras ita fuisse expeditas, & distinctionem prædictam factam *coram bo. mem. Cardinale Lancellotto iunio-*
13 *re* †nunquam vidi controuersam, & pluries illam Rota sequuta fuit, & ferè semper in relationibus causarum, quia visa fuit res indubitata.

14 Neque est verum, quod hic † non agatur de subrogatione gratiosa, stante clausula *vocatis vocandis, &c.* iuxta notata per *Caßad. decis. 1. in princ. vt lit. pend.* vbi quod rigorosa subrogatio est, quando Pa-
15 pa mandat subrogari, gratiosa† vero, quando Papa vtitur verbo, *subrogamus*, *Mohed. decis. 11. vt lit. pend.* nam Papa vtitur verbo, *subrogamus*, & clausula *vocatis*, est posita in gratia principali, & repugnat, quod censeatur repetita in subrogatione gra-
16 tiosa, †cum Papa vtatur verbo *subrogamus*, nec in dictis litteris subrogationis gratiosæ datur executor, sed litteræ diriguntur ipsimet Ludouico, vnde vllo pacto huic subrogationi applicatur clausula, *vocatis, &c.* cum habeat locum tantummodo, quando exe-
17 cutor debet iudicialiter procedere†ad aliquem actũ, vel ad subrogationem *Felin. in c. fin. num. 24. de præsumpt. Rot. decis. 2. in fin. de offic. deleg. in nou.* & ita in puncto fuit resolutum *in causa Senen. Canonicatus 14. Maii 1588. coram bon. mem. Bubalo, in vers. vltimo non obstat.*

Minus obstat, quod Basilius sit in possessione cum titulo, quia cum ex decisionibus in hac causa factis
18 † constet de reseruatione, non est amplius legitimus contradictor *Bart. in l. final. num. 21. vers. aut comparet aliquis. C. de edict. Diu. Adrian. tollen.* dum vult
19 quod qui possidet, & allegat alium titulum, † non impedit immissionem, sed in iudicio immissionis est audiendus super titulo suo, ad effectũ, quod si ostendat titulum considerabilem, sit procedendum ordinariè, hinc si prouisus ab Ordinario possideat, est legitimus contradictor, non ad impediendam immissionem, si probabitur reseruatio, aut quod Papa voluerit concurrere, aut præuenire, sed ad effectum quod suus titulus debeat considerari in iudicio im-
20 missionis, †qui si erit releuans, erit procedendum ordinariè, non executiuè, aliàs secus, vt colligitur, *ex tex. in cap. si à sede, de præb. in 6. Put. decis. 120. lib. 1. in nou. & decis. 4. de præb. Sarnen. decis. 32. Modern. glossat. reg. 8. §. 3. proœmiali. num. 69. & seq.* & fuit latè deductum in *causa Dertusen. canonicatus 2. Maij 1616. coram me*, hic autem pro parte Basilij nullus affertur titulus, qui obstet reseruationi.

Non obstat allegata illegitimitas, quia Ludouicus satis docet de dispensatione ex sententia lata de mense Iulij 1580. per executorem Apostolicum Cæsaraugustanum, cuius instrumentum rogatum per publicum Notarium cum litteris legalitatis fuit exhibitum, & fuit lata in vim mandati de dispensan-
21 do sanctæ mem. Gregorij XIII. †quod mandatum in ea sententia de verbo ad verbum inseritur, & ideo probatur dictum mandatum ex dicta insertione facta *Felin. in c. cum in iure, num. 8. de offic. deleg. Boer. decis. 281. num. 6.* & prædicta sententia non eget alia
22 iustificatione per acta publica, † ex quo mandatum fuit commissum conscientiæ Iudicis, *Bald. in l. certum num. 7. in fin. C. vnde legit. Felin. in c. 1. nu. 51. vers. & si dicatur conscientiæ suæ. de constit. Mandos. in addit. ad Lapum alleg. 15. in fin.* & propte-
23 rea cum se posset extraiudicialiter† informare, non requirebatur processus, *Put. decis. 140. lib. 2. in nou. Rot. decis. 406. num. 1. & 434. num. 2. & 440. num. 2. par. 1. in recent.* tum quia ex lapsu tanti temporis
24 sententia† præsumitur iustificata, cum ad hunc effectum sufficiant 30. anni, *Caßad. decis. 3. de procur. Rot. decis. 406. num. 3. & decis. 434. num. 2. par. 1. in recent.* & huiusmodi dispensatio suffragatur, etiã
25 ad effectum obtinendi, † & retinendi parochialem, tum propter clausulam, *necnon quæcumque & qualiacumque beneficia, Crescen. decis 1. num. 5. de priuileg. Rota coram D. meo Pamphilio decis. 528. nu. 3. par. 1. in recent.* tum etiam, quia in ea legitur expressa dispensatio.

Neque etiam obstat, quòd Ludouicus fuit dispé-
26 satus, vt plura recipere, & dummodo † plura non essent, retinere &c. quo casu datur quidem acquisitio, sed non retentio, *c. non potest in fin. de præben. in 6. Clem. si plures, eodem tit. Rot. decis. 528. n. 1. par. 1. in recent.* quia non probatur, quod plura Ludouicus retinuerit, nam & si in gratia obtenta super parochiali narrauerit plura beneficia, non tamen narrauit simpliciter obtinere, sed alternatiuè, seu ius
27 ad illa habere, & ideo †onus probandi incumbit alteri parti, quod ius habuerit, & retinuerit, cum Ludouicus non se restrinxerit ad id, quod obtineret, nõ enim agitur, vt prætenditur, de confessione qualificata, quo casu potest reijci qualitas, sed de confes-
28 sione alternatiuè facta, † quo casu est in electione Ludouici capere, quam voluerit, *cap. in alternatiuis de reg. iur. in sexto, l. si hæredi plures. ff. de condit. & demonstr.* & fuit in his terminis resolutum in *causa Pampilonen. de Ianzì 1. Decemb. 1603. coram me*, vbi aliæ decisiones allegantur. Et quoad parochialem, de qua agitur, cessat etiam omnis difficultas, quia Ludouicus habet etiam peculiarem dispensationem retinendi in prouisione dictæ parochialis, quæ licet non legatur in litteris subrogationis, non
29 refert, quia sat, quod sit in gratia principali, † & in hoc iudicio executiuo non habet opus iustificare gratiam principalem, *Rot. decis. 214. n. 4. & 5. par. 1.* Quod si in iudicio ordinario non iustificabit gratiam principalem, & propterea dicendum sit, hanc secundam dispensationem ei non suffragari, non est præsentis inspectionis, sed in iudicio ordinario de hoc cognoscetur.

Et cessat omnis difficultas, quia cum non agatur principaliter de retentione, sed de dispensatione, satis est, quod ex prædictis illegitimitas valde turbida
30 reddatur propter dispensationem, † itaut ista exceptio non sit admittenda in hoc iudicio executiuo, *Vrall. decis. 342. nu. 6. par. 2. Rota coram D. meo Manzanedo in recent. decis. 387. num. 5. & 6. par. 1. Contard. de moment. possess. limit. 12. in fin. num. 19. Bursatt. cons. 129. num. 53. & 57. vers. secundo respondetur lib. 2.* licet verè constet de sufficienti dispensatione, vt patet ex prædictis. Et ita &c.

REVERENDISS. COCCINO.

Leodien̄ Canonicatus S. Pauli.

Vener. 25. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Resignatario non est danda immissio, quamuis litteræ Apostolicæ ad eius fauorem sint expeditæ, nisi resignans expresè consenserit resignationi ante expeditionem dictarum litterarum prout clare disponit, regul. 44. Cancel. de præstand. consens quæ operatur, vt resignatio aliter facta, vel saltem expeditio sit nulla. Procurator constitutus ad consentiendum resignationi, quando possit dictum consensum præstare post mortem resignantis, & quando non. *SVM-*

SVMMARIVM.

1 *Immissio non datur prouiso Apostolico, nisi ostendatur titulum talem, ex quo illi ea debeatur.*

2 *Resignatario, vt suffragetur resignatio, requiritur, vt constet de consensu resignantis in Camera, vel Cancellaria.*

3 *ad Resignatarij fauorem non valent litteræ Apostolicæ, nisi resignans expresse consenserit resignationi.*

4 *Supplicatio porrecta Papæ à resignatario censetur habere tacitam conditionem, quatenus resignans in eadem voluntate permaneat, vsque ad consensum præstandum ante expeditionem litterarum.*

5 *Conditio, quæ inest ex qualitate negotij, ea semper est præsupponenda.*

6 *Consensus præstitus à legitimo procuratore resignationi, tenet, qui etiam post mortem resignantis præstari potest.*

7 *Resignationi, tunc procurator ad hoc constitutus, potest præstare consensum post mortem resignantis, quando dedit supplicationem vigore mandati,*

8 *Vel quando procurator fecit aliquem actum, vel acceptauit mandatum viuo resignante.*

9 *Mandatum ad consentiendum resignationi, quando expiret per obitum resignãtis, & nu. 10. & 11.*

12 *Procurator dum nõ habuit mandatum in vita resignantis ad consensum præstandum resignationi, parum iuuat porrectio supplicationis.*

13 *Mandati acceptatio ad consentiendum resignationi, quando dicatur impossibilis, quod fuerit facta d. acceptatio ante mortem resignantis.*

14 *de Veritate, quando clarè apparet, non est vlterius quærendum.*

DECISIO CCCIII.

FVIT resolutũ Vualtero prætenso prouiso Apostolico non esse dandam immissionem, non
1 enim ostendit † titulum talem, ex quo illi talis immissio debeatur, nam etsi iactet se habere resignationem, illa non suffragatur, quia requirit præstatio-
2 nem consensus resignantis in Camera, † vel Cancellaria per regulam 44. de consensibus, quæ propter illa verba (*Apostolicæ litteræ nullatenus expedian-*
3 *tur nisi resignans &c. expresè consenserit*) operantur, vt resignatio aliter facta vel saltem † expeditio non valeat, vt dicit Glossator antiquus super dicta
4 regula, & propterea supplicatio censetur habere tacitam conditionem quatenus † resignans in eadem voluntate permanserit vsque ad consensum præstandum ante expeditionem litterarum, quæ quidem
5 conditio oritur ex † qualitate negotij, *Gabr. cons. 186. num. 4. & 20. & 194. num. 3. & 4. lib. 1.*

6 Non obstat, quod consensus fuit præstitus à legitimo procuratore, † quod etiam post mortem facere potuit, *Cassador. decis. 1. num. 4. de renunc. Rota decis. 728. par. 3. lib. 3. diuers. Boer. decis. 348. nu. 7. Verall. decis. 396. par. 2. Cresc. decis. 9. aliàs 209 de procur. latè Paris. de resign. lib. 9. q. 24. nu. 22.* nam fuit responsum, hanc conclusionem veram si procu-
7 rator in vita resignantis legitime præstiterit consensum, vel † si procurator, qui dedit supplicationem vigore mandati, tunc habiti præstet consensum post
8 obitum, vel quando ipse procurator † fecit aliquem actum, vel acceptasset mandatum viuo resignante,
9 aliàs mandatum per obitum resignantis † expirat, *Acchilt. decis. 1. de renunc. AA. decis. 694. in princ. Peregr. lib. 3. Gabr. cons. 194. num. 8. lib. 1.* latè *Paris. de resign. lib. 9. q. 24. num. 28.*

Hic autem aut est considerandus consensus præstitus per D. Aegidium, & nihil valet, etiam si appareat fuisse præstitum in vita, quia impossibile est, vt tunc haberet mãdatum vt mox probabitur, nec ho-
10 die est amplius locus præstationi, † cum non constet in hac resignatione aliquid fecisse vel mandatum in vita resignantis acceptasse, tum etiam quia cum resignans obierit 2. Augusti 1619. & ideo sit longe
11 annus † elapsus à die obitus resignantis, non potest amplius consensum præstare, ad notata per *Sarnens. de infirm. resignat. q. 31. num. 3. Paris. loco cit.* vbi quod ita communiter practicatur. Aut vero est considerandus consensus præstitus per Titum, & nihil pariter facit, tum quia fuit præstitus de mense Maij
12 huius anni, & sic † longe post annum ab obitu resignantis, tum quia non habuit mandatum in vita, vnde parum refert, quod porrexerit supplicationem *Ant. Aug. d. decis. 694. lib. 3. Paris. de resign. loco alleg. num. 43. cum alleg. sup.*

Et quod prædicta vera sint, satis patet, nam cum resignans obierit 2. Augusti 1619. de mandato ad præstandum consensum Notarius fuit rogatus die 23. Iulij 1629. & consensus apparet præstitus per D. Aegidium die 1. Augusti eiusdem anni, vnde impos-
13 sibile est, quod † mandatum potuerit peruenire ad Curiam spatio octo dierum, & quod etiam per Titum fuerit acceptatum ante obitum, & quamuis dicatur, quod Tabellarij expeditis equis spatio octo dierum possunt ad Curiam peruenire, tamen Tabellarij ordinarij exigunt ad minus tempus 55. dierum, & quintus testis concludit se recepisse mandatum cum Tabellario ordinario, & alij testes videntur concludere mãdatum fuisse receptum circa me-
14 dietatem mensis Augusti, & huiusmodi † veritas detegitur ex fide Notarij, qui fuit de mãdato rogatus, in qua asserit se non dedisse illius exemplum, nisi die 2. Augusti post obitum resignantis.

Ex quibus merito absque difficultate conclusum contra immissionem &c.

REVERENDISS. MANZANEDO
Patriarcha Hierosolymitano.

Fulginaten. Pecuniaria.
Veneris 25. Iunii 1621.

ARGVMENTVM.

Mater, licet regulariter prohibeatur se obligare pro filio, tamen id non procedit de iure Canonico stante iuramento, vel quando se obligat pro eo excarcerando, quod etiam procedit, quando filius metu mandatorum contra eum relaxatorum aufugit, vel latitat, & quamuis id limitetur, quando mater penitus remaneret indotata, tamen id plenè debet probari, & quod dicta probatio percutiat tempus ipsius obligationis.

SVMMARIVM.

1 *Mater regulariter loquendo prohibetur se obligare pro filio.*

2 *Matris obligatio de iure Canonico valida est, quãdo interuenit iuramentum.*

3 *Mulieris obligatio pro filio, vel marito excarcerando valet, & tenet.*
4 *Matris obligatio pro liberandis filijs, qui metu mãdatorum contra ipsos relaxatorum aufugiunt, & latitant, tenet.*
5 *Mulier, quando se obligat pro filio, vel marito excarcerando, non tenet talis obligatio, casu quo, ipsa remaneat penitus indotata, nec obligatur iuramento.*
6 *Mulieris obligatio pro excarcerando filio, vt non valeat, quia remanet indotata, plenè probari debet, quod non remanet ei dimidia dotis suæ.*
7 *Et dicta probatio debet percutere tempus, quo fecit dictam obligationem.*
8 *in Mulierum obligationibus debent interuenire solemnitates à Statuto requisitæ.*
9 *in Ciuitate Fulginaten. non habet locum Constitutio Marchiæ lib.5.cap.25. in ea parte, in qua fuit extensa, etiam ad mulieres per Cardin. Carpens.*
10 *Quia dicta extensio Cardinalis non obligat extra Prouinciã Marchiæ, cum solum in ea erat legatus.*

DECISIO CCCIV.

FVIT resolutum informante tantum Equite Petro Aloysio sententiam R. P. D. Astalli condemnantem Victoriam ad solutionem summæ per ipsam
1 promissam esse confirmandam. Quia licet † regulariter mater prohibeatur se obligare pro filio, *l.3. C. ad Velleian.* id tamen non procedit de iure Canoni-
2 co, quando † se obligat cum iuramento, vt fecit in casu nostro Victoria, *Castr.cons.8.per tot. lib.2.Thes. decis.223.num.8. Surd.cons.367.nu.13. Afflict. decis. 311.n.4.* & fuit pluries resolutum in Rota præsertim *in illa Interamnen. mercium 4.Iunij 1597. coram bon.mem.Penia, & in Romana saluiani 11.Ianuarij 1616. coram me.*

Prout nec minus procedit, quando mulier se obli-
3 gat † pro filio, seu alio vt puta marito pro illum liberando à carceribus, vel imminenti periculo carcerationis sicut fecit Victoria, quæ se obligauit
4 pro liberandis filijs, † qui metu mandatorum contra ipsos relaxatorũ aufugerant, & latitabant, *Surd. d. cons.363. num.18. Rim. sen. cons.772. num.16. & seq. & fuit dictum in alleg. Romana saluiani.*

Nec obstat, prædicta non procedere quando mu-
5 lier remaneret † penitus indotata, quo casu non tenet, nec obligatur iuramento, *Abb.cons.8. num.6. par.2. Thes. vbi supra num.13. & fuit resolutum in causa Romana fideiussionis 5. Iulij 1595. coram bon.mem Card. Arigonio.* Quia de hoc deberet con-
6 stare concludenter probando, quod non † remanet Victoriæ dimidia dotis suæ, *Thes. vbi supra num.13. & fuit dictum in dicta Interamnen. mercium,* quod nullo modo probatum fuit per dictam Victoriam, nam fides quod valor bonorum stabilium ipsius adnotatorum in Catasto ascendant ad summam, & quantitatem florenorum 7656. non percutit tem-
7 pus † suæ obligationis anni 1606. quod in hac materia attenditur *Rota in d. Interamnen. mercium.* Neque ex dicta fide excluduntur census mobilia, & alia bona extra territorium quæ posset habere.

Non obstat defectus consanguineorum, & aliarũ
8 † solemnitatum in dicta obligatione, quia non constat in Ciuitate Fulginaten. adesse aliquod statutum,
9 quod illas requirat, nec † in dicta Ciuitate habet locum Constitutio Marchiæ lib.5. cap.25. in ea parte in qua fuit extensa ad mulieres per Cardinalem Carpensem, quia dicta extensio Cardinalis non obligat extra Prouinciam Marchiæ, cum solum in illa
10 † esset Legatus, & iurisdictionem haberet, vt apparet ex secunda approbatione Pauli III. & fuit dictũ *in Aesina de Giorginis 14. Maij 1604. coram bon. mem. Penia, & in alia Viterbien. Terræ Vetrallæ 14. Martij 1614. coram D. meo Pirouano.*

R. P. D. VBALDO.

Astoricen Præstimoniorum.

Veneris 25. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Possessio posterior in concursu anterioris, licet non attendatur, quia Ius præsumit eam esse clandestinam, & turbatiuam, ideoque non intendit talem possessorem manutenere, nihilominus id non procedit, quando quis priùs cœpit possessionem, & deinde secundò eandem capiat, & quamuis alius medio tempore eam quoque cœperit, tamen ille primus non dicitur posterior, si secundam possessionem obtinuerit cum præseruatiua primæ. Decretum irritans ad hoc vt operetur effectus suos, debet priùs constare, quod intrat dispositio principalis.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum adeptæ possessionis valet, vt contedatur manutentio, alio non existente in possessione.*
2 *Possessio posterior, in concursu anterioris non est attendenda, cum præsumatur clandestina, & turbatiua.*
3 *in Beneficialibus sicuti datur multiplicatio titulorum, ita etiam datur multiplicatio possessionum.*
4 *Possessionem secundam, quando quis apprehendit, primam non dimittendo, tunc non dicitur denuo possidere, sed potius accumulare, & num.6.*
5 *ex Causis pluribus, quod quis possideat, id non est insolitum.*
7 *Possessionem suam, quando quis capit, non præsumitur habere animum amittendi primam, si eam capiat cum præseruatione anterioris possessionis.*
8 *Confessio nocet tantum confitenti.*
9 *Ordinarius non præsumitur voluisse aliquem prouidere de beneficio, nisi sibi plenariè constitisset de obitu illius possessoris.*
10 *Testis de auditu non probat.*
11 *Beneficium non potest dici, quod sit reseruatum licet vacet in mense reseruato, si sit de iurepatronatus.*
12 *Decretum irritans positum in regula octaua Cancellariæ, vt non operetur effectum suum, sufficit reseruationem non esse claram.*
13 *Decretum irritans non impedit manutentionem dum disputatur an dispositio intret necne.*
14 *Decretum irritans donec non est iustificatum, non tollit insistentiam facti, ex qua datur manutentio.*
15 *Exceptio recursus ad Iudices laicos non obstat constito de supplicatione signata manu Papæ pro absolutione.*

DECISIO CCCV.

PLACVIT Dominis decisio in hac causa facta 29. Martij præteriti * in qua fuit resolutum dandum

dum esse mandatum de manutenendo Ferdinando in possessione duorum præstimoniorum, de quibus agitur, ea ratione. Quia constabat de illius anteriori possessione capta die 30. Nouembris 1604. per pu-
1 blicum instrumentum, quod alio † non existente in possessione suffragatur *ad l. prædia cum ibi not. ff. de acquir. poss.* cum alijs in dicta decisione deductis. Cui non obstat quod idem Ferdinandus cœperit postea de nouo possessionem die 28. Maij 1605. de quo tẽpore iam Michael cœperat possessionem 4. Decembris 1614. & sic ista possessio Ferdinandi tanquam
2 posterior † hac possessione Michaelis non sit attenden. cum præsumatur clandestina & turbatiua, *cap. licet causam, vbi Doct. de probat. Rot. decis. 555. num. 1. in fin. par. 1. in recent.* quia Ferdinandus vtitur dicta possessione capta 30. Nouembris, cui non
3 nocet ista secunda cum † in beneficialibus sicuti datur multiplicatio titulorum, ita datur etiam multiplicatio possessionum, *Cassad. decis. 4. num. 12. de rest. spol.* vbi quod si quis dum secundam possessio-
4 nem apprehendit, primam non dimittat, † & sic nõ desinit possidere, non dicitur denuò possidere, sed potius accumulare.

Et hoc multo magis videtur procedere in casu nostro, cum dictus Ferdinandus habuerit duplicem prouisionem Ordinarij, scilicet, & Archidiaconi del Pa-
5 ramo, & sic † non repugnat quod possideat ex pluribus causis *l. 3. §. si ex pluribus de acq. poss.* adeout
6 prima possessio non censeatur amissa per secundam † sed potius veniat ad cumulationem, & augumentũ primæ. *Crescent. decis. 5. num. 3. vers. maximè quando de restit. spoliat. Rot. decis. 120. nu. 2. & 3. par. 2. recent.*

Quod vero in casu nostro mens etiam, & intentio Ferdinandi fuerit retinendi, primam possessionem, non autem illam dimittendi colligitur ex eo, quod
7 secunda † possessio fuit capta cum protestationibus, & clausulis præseruatiuis anterioris possessionis, vt fuit deductum in decisione in hac causa facta.

Non obstat, quod Ferdinandus post captam per eum possessionem, postea fassus fuerit die 2. Decembris, quod Didacus per cuius obitũ fuit ei facta collatio, viueret, quia quicquid sit dicen. An ista con-
8 fessio sit † alterius Ferdinandi non autem istius Ferdinandi, de quo agitur, non videtur facienda vis in eius dicto super vita Didaci in concursu prouisionis factæ ab Ordinario, qui non est præsumendum, quod
9 fuerit prouisus de † beneficio nisi plenariè sibi constitisset de vacatione, quam etiam magnificauit pars aduersa, dum dat de reseruatione per obitum Didaci in mense Nouembris, vt mox dicitur, & in omnem
10 euentum iste Ferdinandus non deponit nisi de † auditu, & quod Didaco remanebat congrua, & nihil dicit de vita, *vt in Sum. Michaelis num. 8.*

Non obstat quod præstimonium vacauerit in mẽse Nouembris reseruato, quia cũ idemmet Michael prætendat esse de iurepatronatus, non potest dici,
11 † quod sit reseruatum *iux. glos. in verb. collato in cap. 2. vbi Franch. num. 8. Gemin. num. 11. de præb. in 6. cum alijs per Gonz. ad reg. 8. gloss. 18. num. 2. & seqq.* vnde parum obstat quod dicitur de decreto ir-
12 ritanti apposito in regula, nam † vt illud non operetur effectum suum, sufficit quod reseruatio non sit
13 clara, nam donec dubium est, An intret, † interim possessor est manutenen. *Seraph. decis. 1471. nu. 5. & 6.* & fuit dictum in *Salernitana Præbendæ 10. Nouembris 1617. coram me*, & donec decretum non est
14 iustificatum, interim nõ tollit insistentiam facti, † ex qua datur manutentio, *vt in causa Parmen. Prioratus 16. Ianuarij & 16. Februarij 1598. coram Orano, in Cusentina Cappellaniæ 16. Octobris 1601. coram Illustriss. D. Card. Millino, in causa Eugubina Iurisdictionis 28. Maij 1604. coram bo. me. Litta, in causa Licien. beneficiorum 6. Februarij 1615. coram me.*

Quoad recursus habitos per dictum Ferdinandũ
15 fuit ostensa supplicatio signata manu † Sanctissimi pro absolutione, & antequam expediatur mandatum producetur in actis.

Et ita fuit decisum &c.

☞ * *Decisio ista in hoc eadem causa emanata sub die 29. Martij præsentis 1621. est supra in hoc Tomo decisio 284. Infra verò habetur altera sub die 13. Iunij 1622. coram eodem bo. me. Vbaldo.*

REVERENDISS. COCCINO.

Romana deuolutionis domus.

Lunæ 5. Iulij 1621.

ARGVMENTVM.

De melioramentis, quando constat in genere, tunc præfigitur terminus ad ea liquidanda quo elapso, & non constito de illorum valore, proceditur ad causæ expeditionem, data cautione de illis reficiendis, casu quo &c. In melioramentis reficiendis semper attenditur, quod minus est. De melioramentorum valore per necesse non constat ex quietantia Operariorum, quia ex affectione, vel mala negotiatione pluris potuit solui. In æstimando valore melioramentorum in ædificijs factorum attenditur tempus restitutionis, siue valor sit auctus, siue diminutus.

SVMMARIVM.

1 *ad Melioramenta liquidanda præfigitur terminus.*
2 *Melioramenta, si non liquidentur intra terminum præfixum, proceditur ad expeditionem causæ, data cautione de eis reficiendis, & num. 6.*
3 *de Melioramentis non dicitur constare, licet dicatur in domo fuisse fabricatum, si non constet de valore.*
4 *in Melioramentis reficiendis, attenditur quod minus est.*
5 *Nam si centum sint impensum, & sit melioratum pro 200. & è contra si 200 sint impensa, & melioratum pro 100. id quod minus est reficitur, & num. 7.*
6 *de Melioramentorum valore non dicitur constare per necesse ex quietantijs operariorum, quia ex affectione, vel ex mala negotiatione pluris potuit solui.*
8 *in Melioramentorum æstimando valore in ædificijs factorũ attenditur valor de tempore restitutionis.*
9 *Quod procedit, siue valor sit auctus siue diminutus, habita ratione ad id quod minus est.*

DECISIO CCCVI.

IN hac causa cum melioramenta fuissent probata in genere, placuit Rotæ sub die 11. Martij supe-
1 ris anni ordinare, quod præfigeretur terminus † ad liquidandum iuxta decisionem, *Putei 461. lib. 2. in nou.*

2 *nou.* prout fuit factum, quo elapso, & non † liquidatis melioramentis procederetur ad expeditionem causæ data cautione de reficiendis melioramentis, quare cum dictus terminus fuerit præfixus, & interim pluries proposita causa super negotio principali ex probationibus factis, hodie dubitaui an constaret de aliquibus iuramentis, quæ sint reficienda, & ad
3 quam summam, & Domini dixerunt constare † in domo fuisse fabricatum, sed hoc non releuare, tum quia non constat de valore, tum etiam quia melio-
4 ramentu sunt † reficienea in eo quod minus est, videlicet, si centum sunt impensa, & melioratum pro 200. & è contra si 200. sunt impensa, & melioratū pro centum, id quod minus est reficitur *l. in fundo. 39. ff. de rei vendic. vbi gloss. in vers. plus pretio, & ibi Odofred. Bartol. num. 1. vers. 2. oppono*, vbi reddit rationem, *Put. d. decis. 461. lib. 2.* & de hac liqui-
5 datione, cum † nullo pacto constet, data cautione procedendum est ad vlteriora.

Non obstat, quod in actis constet de valore ex quietantijs operariorum, quia quicquid fit de istis
6 quietantijs † pernecesse non probant, quod res tanti valeat, prout in quietantia, quia ex affectione, & ex mala negotiatione pluris potuit solui, sed quatenus probarent, non releuarent, quia ex hoc pernecesse non resultat probatum fuisse id, quod refici debet
7 † scilicet quod minus est, quod de plano procedit in hoc casu, quia in æstimando valore melioramento-
8 rum in ædificijs † factorū valor de tempore restitutionis attenditur, *Menoch. de recuper. remed. 15. numer. 557.* vbi dicit esse regulam *in l. domos. ff. de legat. 1. Rot. decis. 186. par. 2 Roland. à Valle. cons. 28. num. 14. lib. 1* vbi alios allegat, & concludit hoc
9 procedere † siue valor sit auctus, siue diminutus habita semper ratione ad id, quod minus est, *Gabr. consil. 168. q. 8. num. 111. lib. 1. Petrus à Pedera de fideicomm. q. 15. num. 271. & seqq.* vbi de magis communi.

REVERENDISS. COCCINO.

Romana Palatij.
Lunæ 5. Iulii 1621.

ARGVMENTVM.

Venditio dicitur perfecta, quamuis in ea fuerit reseruatum, vt apponerentur pacta, conditiones, cautelæ, &c. prout concordatum erit inter partes, quia verba ista non respiciunt substantiam venditionis, sed illius accidentalia, nam, & in casu discordiæ in his terminis recurrendam erit ad arbitrium boni viri, & regulariter, quæ pacta, & conditiones soleant apponi in contractibus venditionum. Venditor debet dare fideiussores idoneos de euictione, vel saltem pro assecuratione pretij, & hoc multo magis si in limine venditionis immineat euictio.

SVMMARIVM.

1 *Venditio dicitur perfecta, quamuis fuerit dictum, vt ea censeatur facta cum pactis, conditionibus, cauteiis, &c. partibus beneuisis.*

2 *in Venditionis contractu, si fuerit reseruatum apponere pacta, venditiones, &c. tunc illæ sunt apponendæ, quæ de iure, & consuetudine solent apponi.*

3 *Et circa hoc arbitrium boni viri solet multum operari.*

4 *Venditor de iure, & consuetudine debet tradere rem liberam, & dare fideiussores idoneos de euictione, vel saltem pro assecuratione pretij. & n. 5.*

6 *Venditor tunc multo magis tenetur dare fideiussores de euictione, vel saltem pro assecuratione pretij, quando a principio imminet periculum euictionis.*

7 *Fideicommisso, quando res erat supposita, & fuerit obtenta derogatio a Papa, an ex hoc emptor illius dicatur tutus a creditoribus venditoris. & nu. 8.*

8 *Bona subiecta fideicommisso licet non possint per creditores hæredis grauari, tamen durante eius vita possunt agere ad fructus.*

9 *in Venditionis limine, quando imminent creditores, certum est, dandam esse cautionem de euictione, saltem pro rata, pro qua sunt creditores.*

10 *Quod multò magis procedit, quando emptor non vult retinere pretium apud se, sed generosè offert cedulam banchariam de soluendo pretium, dummodo ei detur idonea cautio de euictione.*

DECISIO CCCVII.

ROTA bis * resoluit venditionem, de qua agitur, fuisse † perfectam quia verba illa, Con
1 *li patti, conditioni, cautele, e sicurezze, che saremo d'accordo frà di noi*, non respiciunt substantiam venditionis, sed illius accidentalia, quæ propter illa verba, *che saremo d'accordo*, censentur remissa arbitrio boni viri, quare supradicta die quæsitum fuit apud me, quæ pacta, conditiones, & cau-
2 telæ sint appone, & Domini † censuerunt illas, quæ de iure, & consuetudine solent apponi. *l. fin. vbi Bald. in princ. C. de fideiuss. & mandat.* latè *Gabr. de consuetud. conclus. 3. in princ. & per tot.* & circa
3 † hoc arbitrium boni viri debet operari, *Menoch. de arbitr. Iudic. quæst. 13. num. 15. vsque ad fin. lib. 1.*

De iure autem, & consuetudine venditor debet
4 rem liberam † tradere, & dare fideiussores idoneos de euictione; vel saltem pro assecuratione pretij, vt de primo dicit *Bald. in l. ex ijs prædijs in princ. C. de euict. per l. ex venditione 42. ff. de act. empt. Dec. cons. 119. num. 1. in princ. Surd. cons. 35. num. 9. & decis. 265. in princ.* & de secundo quando in ipso li-
5 mine contractus imminet † periculum euictionis, *est text. in l. ex ijs prædijs, & l. si post perfectam, C. de euict.* & fuit latè deductum *coram me in causa Tudertina Tenutæ Montis nigri 20. Febr. 1619.*

In proposito autem cum immineant creditores DD. de Ferratinis quorum Ius etiam fuit discussum in hac causa 26. Nouembris 1611. coram Illustriss.
6 Sacrato, negari † non potest, quin sit danda prædicta cautio de euictione, neque replicetur, quod sit cautum D. emptori, ex quo Palatium est suppositum
7 fideicommisso, † & fuit obtenta derogatio, quia contra derogationem plura opponuntur, quæ egerent
8 particulari discussione, † sed vtcumque sit, sola derogatio non reddit cautum emptorem, quia non impedit quominus sit saluum ius creditoribus, quod
9 habebant ante derogationem, qui sine † difficultate durante vita eorum, qui bona obligarunt, poterant agere ad fructus, si non ad distractionē Palatij.

Vlterius fuit cōsideratum fuisse actū quod DD. de Ferratinis creditores possent habere scuta 7000. pro
10 vsibus suis, vnde, cum illorum creditores † immineant, certum est dandam esse cautionem de euictione

ne pro illa summa, *vt in dicta l. si post perfectam cum alijs allegatis*.

Et hæc sententia de plano placuit DD. quia emptor non vult retinere pretium apud se, sed generosè offert cedulam banchariam D. Puteobonelli de soluendo pretium Palatij data idonea cautione de euictione. Et ita &c.

Videlicet coram bo. me. Card. Sacrato sub diebus 15. Decembris 1614. & 6. Iunij 1618. Prima decisio est infra in Appendice post decisiones anni 1626. prout in Indice ibi in principio posito, vbi quoque posui aliam decisionem in hac causa emanatā die 23. Iunij 1617. Altera verò est supra in hoc Tomo decisio 37. Infra etiam in eadem causa habentur aliæ decisiones sub diebus 30. Maij 1622. 14. Nouembris eiusdem anni, & 13. Ianuarij 1623. coram eodem bo. me. Coccino.

R. P. D. REMBOLDO.

Tiburtina Iuris Molendi.

Lunæ 5. Iulij 1621.

ARGVMENTVM.

Habens iurisdictionem ac merum, & mixtum imperium, recognoscens superiorem, non potest statuere, vt subditi non accedant ad alia molendina, quàm sua, nisi doceat de aliquo priuilegio, conuentione, vel præscriptione.

SVMMARIVM.

1 *Princeps vt possit statuere, ne eius subditi accedant ad alia molendina ad molendum, quàm sua, quid requiratur.*

2 *Princeps recognoscens superiorem, quid docere debeat, ad hoc vt cogat vassallos ad molendum ad sua molendina.*

3 *Actus molendi in vno, vel alio molendino, est meræ facultatis, nisi accedat prohibitio, & acquiescentia. & num. 4.*

4 *Actus aliqui si potentes non fuerunt ad obtinendū in possessorio, multò minus deseruiunt ad obtinendum in petitorio.*

DECISIO CCCVIII.

DOMINI responderunt pro informante, quod scilicet non constet de aliquo iure D. Ducis cogendi Communitatem, & Homines Terræ Montis Celij ire ad molendum ad eius molendina sita in Ciuitate Tiburtina, quia certi iuris est, quod habens iurisdictionem, ac merum, & mixtum Imperium recognoscens superiorem, non potest statuere, vt subditi † non accedant ad alia molendina ad molendū, quam sua, *vt per Bald. cons. 409. lib. 5. Alex. consil. 211. num. 10. lib. 2. Rol. qui de communi testatur consil. 22. num. 19. lib. 2. Boer. decis. 125. num. 4.* cum alijs plenè cumulatis per *Modern. discept. forens. cap. 564. num. 45.*

1

Vnde cum dictus D. Dux non doceat de aliquo priuilegio, conuentione, vel præscriptione, non potest dici constare † de aliquo ipsius iure cogendi dictos homines adeundi sua molendina sita etiam extra districtum suæ Iurisdictionis.

2

Nec obstat quatenus prætenderetur dictos homines adiuisse per longum spatium temporis dicta eius molendina, quia cum actus accedendi † ad hoc, vel illud molendinum sint meræ facultatis, non potuit D. Duci acquiri ius cogendi dictos homines, nisi probetur dictos homines fuisse prohibitos adire alia molendina, quodq; huiusmodi prohibitioni acquieuerunt per longissimum tempus, vt latè per *Thesaur. decis. 16. num. 8. Afflict. dec. 388. nu. 5. & seqq. cum alijs deductis in decisionibus in hac causa factis,* in quibus cum fuerit firmatum dictos actus non suffragari D. Duci, ad effectum, vt possit dici fuisse per eum acquisitam quasi possessionem cogendi dictos homines adire sua molendina, ideoque fuerit † ei denegatum mandatum de manutenendo, neque hodie aliquid amplius ab eo deducatur, meritò non poterunt ijdem met actus suffragari ad obtinendum † in petitorio, in quo nunc versamur.

3

4

5

Et ita fuit resolutum dicta Communitate tantum informante, &c.

REVERENDISS. COCCINO.

Mutinen. prætensæ deuolutionis.

Lunæ 5. Iulij 1621.

ARGVMENTVM.

Fœminæ, cum secundum communem opinionem non sint incapaces emphyteusis Ecclesiasticæ, ideo sub concessione facta alicui de ea, pro se, & hæredibus, comprehenduntur etiam fœminæ, quia verbum, hæredibus, de se positum est aptum includere etiam fœminas, & si addatur dictio, quibuscumque, comprehendit etiam extraneos. Quando tamen talis concessio est facta pro se, filijs, & hæredibus, tūnc veniunt tātum masculi, & non fœminæ, nec extranei.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis Ecclesiastica concessa pro se, & hæredibus, etiam fœminas comprehendit.*

2 *Verbum, hæres, per se positum est aptum comprehendere etiam fœminas.*

3 *Fœminæ sunt capaces etiam emphyteusis Ecclesiasticæ.*

4 *Emphyteusis Ecclesiastica concessa pro se, & hæredibus quibuscumque, comprehendit non solum fœminas, sed etiam hæredes extraneos.*

5 *Emphyteusis Ecclesiastica concessa pro se, filijs, & hæredibus, tunc fœminæ non veniunt sub nomine hæredum.*

6 *Filiorum nomine in contractibus non veniunt fœminæ.*

7 *Verbum, hæredibus, quando non stat de per se, sed est coniunctum cum verbo, filijs, tunc non opitulatur fœminis.*

8 *Quod procedit etiamsi adsit copula, &.*

9 *Possibilia omnia sunt.*

10 *Emphyteusis concessio numquam, aut saltem rarò concedi solet pro se tantum.*

11 *Probatio releuans dum non adducitur, opposita non nocent.*

DECISIO CCCIX.

FVIT resolutum fœminas esse compræhensas in Inuestitura, de qua agitur, cum illa facta de anno 1552, ad quam aliæ habent relationem, immo & illa facta de anno 1614. fuerunt factæ pro se, & hære-

1 hæredibus quibuſcumque; nam certum † eſt in emphyteuſi Eccleſiaſtica conceſſa pro ſe, & hæredibus, etiam fœminas compræhendi, quia verbum
2 hæredibus per ſe poſitum, eſt aptum † compræhendere etiam fœminas. *Dec.conſ.32.nu.1.& ſeq.Bero. quæſt.18.& conſ.93.num.16.lib.1.Rimin. iun. conſ. 44.num.20.Soccin.iun.conſ.79.num.6.lib.4. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit.14. num. 22. qui alios refert.*

Et prædicta probantur euidenti ratione, quia cum terminus, hæredibus, ſit communis, non repugnat,
3 quod veniant fœminæ, † cum ſint capaces etiam emphyteuſis Eccleſiaſticæ, vt eſt communis opinio, *de qua Bero.in cap.in præſentia num. 401. & ſeqq. de probation. Clar.in §.emphyteoſis quæſt.52. nu.1. Surd. deciſ. 95. num. 14.* & fuit dictum *in cauſa Romana menſæ nummulariæ 30. Iulij 1614. coram me.*

Et eo magis iſta procedunt ſtante dictione, qui-
4 buſcumque, quæ operatur, vt emphyteuſis Eccleſiaſtica ſit tranſitoria etiam ad hæredes extraneos. *Mantic. de tacit. & ambig. conuent.lib.22. tit.19. num.22.Roland. conſ. 96. num. 28.lib. 1. Clarus §. emphyteoſis quæſt.28.num.9.Seraph.deciſ.188.nu.3.* vnde multo magis dicendum eſt compræhendi fœminas deſcendentes à primo acquirente.

Neque prædictis repugnat, quod in emphyteuſi
5 conceſſa pro ſe, filijs, hæredibus, † non veniant fœminæ ſub nomine hæredum. *Seraph. deciſ.604.* quia hoc prouenit, quia conceſſio facta fuit pro filijs, &
6 certum † eſt in contractibus nomine filiorum non venire fœminas, & quamuis addatur verbum, & hæredibus, non tamen opitulatur; quia non ſtat de per
7 ſe, prout in caſu noſtro, † ſed eſt coniunctum cum verbo, filijs, prout cenſetur coniunctum, etiam
8 quod † adſit copula, &, iuxta communem, de qua per *Couar.lib.2.cap.18. num. 3.Pariſ.conſ.48.n.10. lib.4.Dec.conſ.194. num. 4.* & benè declaratur in prædicta deciſione Seraphini.

Neque obſtat, quod prætendatur dicta verba:
9 pro hæredibus, &c. fuiſſe addita, † quia omnia poſſibilia ſunt, ſed videtur repugnare, quod fuerint ad-
10 dita; nunquam † enim, aut ſaltem raro concedi ſolet emphyteuſis pro ſe tantum, & propterea cum habeamus proceſſum, neque detur aliqua releuans
11 † probatio, iſta obſtare non debet.

Et ita reſolutum &c.

REVERENDISS. COCCINO.

Theatina Iuriſdictionis Sancti Ioannis in Venere.

Lunæ 5. Iulij 1621.

ARGVMENTVM.

Abbas dum controuertitur, an habeat, nec ne iuriſdictionem omnimodam ſpiritualem, & tẽporalem in ſuos, itaque ſilere debeat iuriſdictio Epiſcopi, tunc ipſe Epiſcopus eſt manutenendus, & multò magis ſi conſtet de eius actuali poſſeſſione, Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 20. de reformat. quando non habeat locum.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius, multò magis venit manutenendus in quaſi poſſeſſione exercendi iuriſdictionem, quando cum aſſiſtentia iuris concurrit actualis poſſeſſio.*
2 *Concilium Tridentinum ſeſſ.24.cap.20.de reform. non habet locum in Eccleſijs contra Abbates habentes in ſuos plenam iuriſdictionem.*
3 *Deciſio in cauſa Salamantina Iuriſdictionis 1.Iulij 1565. coram Ioanne Aldobrand. quo caſu loquatur.*
4 *Abbas dum cognoſcitur, an habeat plenariam iuriſdictionem in ſuos, interim Epiſcopus eſt manutenendus in ſua iuriſdictione. & num.5.*
6 *Abbas an habeat plenariam iuriſdictionem ſpiritualem, & temporalem in ſuos, id reſpicit petitorium, & dum id non canonizatur per tres conformes, Ordinarius eſt ſemper manutenendus in ſua iuriſdictione.*
7 *Abbatia quando non poſſit dici nullius Diœceſis.*

DECISIO CCCX.

ROTA cenſuit mandatum de manutenendo cõceſſum * Reuerendiſs. Archiepiſcopo Theatino non eſſe reuocandum, cum iuſtificetur nedum
1 ex aſſiſtentia Iuris, quam habet, † verum etiam ex actuali poſſeſſione, *vt fuit reſolutum 20. Decembris 1613.coram me, quæ eſt deciſ 501. par. 2. in recent. & rurſus 14.Maij anni ſequentis.*

Neque obſtat quod Concilium Tridentinum
2 *ſeſſ.24.cap.* † *20.in §. ad hæc de reform.* non habeat locum in Eccleſijs contra Abbates, habentes in ſuos plenam Iuriſdictionem, *vt dixit Rota ex ſententia Illuſtriſſimorum Interpretum coram bo.me. Ioanne Aldobrandino, in cauſa* Salamantin *Iuriſdictionis*
3 *1.Iulij 1565.vt in copia quæ data fuit,* quia † deciſio loquitur, quando Abbas habet plenam Iuriſdictionem, de qua dum cognoſcitur, Ordinarius non
4 eſt ſua poſſeſſione † priuandus, pro qua ſtat mens, & ratio Concilij vt eadem Congr. cenſuit.

Et quod plus eſt, moderna declaratio continet, quod Abbas habeat Iuriſdictionem Epiſcopalem, ac temporalem in Parochos, & Parochianos, & quod illam exerceat, & inſuper præſeruat Ordinarijs, ſi maiorem in locis, vel illorum perſonis auctorita-
5 tem † exerceant de quibus eſt cognoſcendum & interim Reuerendiſs. Theatinus poteſt cognoſcere, donec per tres conformes hoc terminetur, vt in puncto eadem Congregatio reſoluit, & ſanct. mem. Paulus V. confirmauit, vt in Breui ſub die 27. Februarij 1615.

Et propterea non obſtant ea, quæ deducuntur ad oſtendendum, quod Abbas habeat Iuriſdictionem
6 ſpiritualem, & temporalem, † quia hæc reſpiciunt petitorum, & per tres conformes ſunt canonizanda, & interim non impediunt quominus Reuerendiſs. Theatinus manuteneatur per ſupradicta.

Denique non obſtat quod Abbatia ſit nullius, † in
7 quia pluries in hac cauſa fuit firmatum eſſe in Diœceſi Theatina, & ideo ſuper hoc non eſt inſiſtendum.

Ex quibus concluſum mandatum de manutenendo non eſſe reuocandum, &c.

**Vt patet ex deciſione in hac cauſa emanata ſub die 10.Maij præteriti, eſt ſupra in hoc Tomo deciſio 290.*

R.P.D.

R. P. D. REMBOLDO.

Tulleñ. Scolastriæ

Lunæ 5. Iulij 1621.

ARGVMENTVM.

Gesta post inhibitionem sunt attentata, inhibitionis vis & efficacia quæ sit. Attentata, vt probentur, quid sufficiat transportare.

SVMMARIVM.

1 *Post inhibitionem gesta, non possunt fieri sine vitio attentatorum.*
2 *Inhibitio ad hoc, vt causet attentata, sufficit, quod sit præsentata parti, licet non sit præsentata Iudici.*
3 *Inhibitionis, vis, & efficacia est, vt multoties, ea quæ regulariter non essent attentata subijciātur vitio attentatorum.*
4 *Inhibitioni dicitur inesse implicitum decretum irritans.*
5 *Possessio capta vigore subrogationis gratiosæ post inhibitionem Rotalem est attentata.*
6 *Acta, quando non sunt transportanda.*
7 *Attentata, vt probentur, sufficit producere partem processus attentati.*
8 *Inhibitio, siue iusta, siue iniusta semper est timēda.*

DECISIO CCCXI.

DICTVM fuit constare de attentatis, quia post Inhibitionem Rotalem personaliter in partibus Ioannis intimatam, die 9. Iulij 1619. obtinuit idem
1 Ioannes die 17. Nouembris 1620. sibi † adiudicari ab Officiali Tulleñ. scholastriam de quo agitur, quod facere non potuit sine vitio attentatorum, *Put. decis. 395. lib. 2. Achill. decis. 29. de appell. Caputaq. decis. 93. par. 2.*
2 Non obstat, quod Inhibitio non fuit † præsentata Iudici, quia sufficit illam fuisse præsentatam parti, *Ant. August. decis. 373. lib. 3.* & fuit dictum *in vna Roman. Salu. interdicti 14. Decembris 1598. coram bon. me. Cardinali Lancellotto.*

Minus facit, quod dictus Officialis processit vigore litterarum Apostolicarum, quia cum inhibitio sit posterior gratia Apostolica, Ioannes tenebatur dictæ inhibitioni parere, nec poterat amplius dictum Officialem pro dictarum litterarum executione contra vitium attentatorum adire, quia vis, & efficacia
3 Inhibitionis ea est, vt multoties ea, † quæ regulariter non essent attentata, subijciantur vitio attentatorum, vt per plura exempla demonstrat *Lancellot. de attent. post inhibitionem, c. 20. ampliat. 1.* dicitur
4 enim inhibitioni † inesse implicitum decretum irritans, *Cassad. decis. 2. num. 6. de restit. spoliat.* & quod
5 possessio capta † vigore gratiosæ subrogationis post inhibitionem Rotalem sit attentata, fuit dictum *in Ispalen. Coadiutoriæ 14. Nouembris 1614. coram R.P.D. Vbaldo,* & sæpè alias.

Non obstat, quod acta sententiæ attentatæ, non fuerunt transportata, quia Antonius venit vigore
6 Commissionis super molestationibus; † prout in prima, non autem in gradu appellationis à dicta sententia, ac propterea sufficit, quod produxerit sententiam, quæ apparet lata post inhibitionem emanatā vigore dictæ Commissionis, vt fuit dictum *in Bracharen. Iuspatronatus de Ladronillo prima Martij 1601. coram Illustriss. Card. Sacrato,* in qua etiam
7 in fortioribus firmatum fuit, quod † sufficit partem processus attentati producere ad effectum docendi de attentatis.

Non obstat quod dicta Commissio super molestationibus fuit signata cum solita clausula, non tamē iudicialiter illatarum, quia non constat, quod Antonio fuerint prius aliquæ molestiæ Iudiciales illatæ,
8 & in omnem euentum † Inhibitio, siue iusta, siue iniusta erat timenda, *Lancellott. de attent. par. 2. cap. 20. ampliat. 11. num. 2.* Rot. *decis. 201. num. 1. par. 2. diuers.*

REVERENDISS. COCCINO.

Meteñ. Monasterij.

Lunæ 5. Iulij 1621.

ARGVMENTVM.

Abbatis electio dicitur inualida, si ad eam fuerit deuentum per viam scrutinij, in qua de necessitate forma tradita in cap. quia propter de elect. seruanda est cuius textus dispositio non solum sibi locum vsurpat in electionibus Prælatorum Ecclesiarum Collegiatarum, sed etiam in electione Prælatorum Regularium, & si forma tradita in d. cap. non seruetur, electio est ipso iure nulla, absque alia sententia. Electio per viam Spiritus sancti duplex est, nam alia dicitur per inspirationem, altera per quasi inspirationem, & quæ sint declarantur, quas tamen electiones per viam inspirationis authore DEO immediatè, certum est (peccatis nostris exigentibus) rarò contingere.

SVMMARIVM.

1 *In electione Abbatis de necessitate est seruanda forma cap. quia propter. de elect.*
2 *Abbatis electio facta, non seruata forma cap. quia propter de elect. non substinetur.*
3 *Electio Abbatis facta non seruata forma cap. quia propter de elect. est ipso iure, absque alia sententia.*
4 *Et sic tenent omnes Doctores, & est opinio verior, quidquid dixerit Hostiens.*
5 *In electione, si detur certa forma eligendi cum decreto irritanti, ea non seruata electio est ipso iure nulla.*
6 *Electio ex duobus canonizatur, scilicet ex substantia consensus, & ex substantia formæ, a quibus non est recedendum.*
7 *Itaut si recedatur, electio est ipso iure nulla.*
8 *In Abbatis electione non est seruanda forma cap. quia propter de elect. quia d. verbum Abbas, est nomen sollicitudinis non tamen est pater, sed hæc est opinio Rebuff. quæ refutatur.*
9 *In Abbatis electione, quod sit seruanda forma tradita a cap. quia propter de elect. tenent omnes I.C. & ita seruatur.*
10 *In electionibus Episcoporum, & aliorum Prælatorum Ecclesiarum Collegiatarum non tantum habet locum cap. quia propter de elect. sed etiam in electione Regularium Prælatorum.*
11 *Cap. quia propter de elect. intendit prouidere solum Ecclesijs viduatis.*
12 *Ad Abbatis electionem, quod fuerit processum per viam scrutinii, ex quibus satis appareat & n. 13. Cap. quia propter. de elect. quid disponat, vt seruetur*

tur in electione Prælatorum.

15 *Electio, quando fuit facta per viam electionis Spiritus Sancti, non est opus seruare formam cap. quia propter de elect.*

16 *Electio per viam Spiritus Sancti duplex est; altera per inspirationem, & alia per quasi inspiratione. Electio per inspirationem Spiritus Sancti est, quādo nullo inter eligentes ordine seruato, ipsi quasi inebriati, & super se, quasi facti, eligunt. nu. 16.*

17 *Electio per quasi inspirationem Spiritus Sancti est quando subito, & repente, quando vnum post alium absque aliquo interuallo eligunt.*

18 *Per Spiritus Sancti inspirationem, vt non dicatur electio, sufficit vnum tantum discordare.*

19 *Electio, quod non fuerit facta omnibus concordantibus, satis patet, si dicatur, eam fuisse factam à maiori, & saniori parte.*

20 *Electio per inspirationis viam, authore DEO, immediatè, peccatis nostris exigētibus rarò occurrit. In electionis instrumento, si dicatur, quod omnes cōsenserint, & addatur illa verba maior, & sanior pars, qualiter sint intelligenda num. 20.*

21 *In toto pars consistit.*

22 *Electio, si fuerit facta per viam inspirationis, vel quasi, dictum non fuerit, quod fuerit facta à maiori parte.*

23 *Cap. quia propter. de elect. disponit, vt publicato scrutinio, & facta collatione sequatur electio &c. & num. 52.*

24 *Consensus omnium in electionibus post publicatum non operatur, quod electio antea facta a maiori parte, censeatur quasi per inspirationem.*

25 *Electio per scrutinium non irritatur, etiam quod duo scrutatores tantum, & non tres, & non de collegio interuenerint.*

26 *Scrutatores tres de Collegio, licet iuxta cap. quia propter. de elect. debeant esse de Collegio, tamen non irritatur electio, si aliter fiat.*

27 *Contraria tamen opinio, quod ad validitatem electionis, scrutatores de Collegio esse debeant, est verior, & receptior opinio & num. 28. 29. & 30.*

31 *Ex gratia ea, quæ fiunt, nō sunt trahenda in exemplum.*

32 *Forma vtilis, per informem non debet vitiari,*

33 *In electione forma tradita in cap. quia propter de elect. ex consuetudine potest tolli, maximè circa scrutatores.*

34 *Bald. in cons. 318. num. 1. lib. 3. loquitur in terminis electionis Scholarium, in qua non est seruanda forma cap. quia propter de elect.*

35 *Rota decis. 65. nu. 1. part. 1. recent. loquitur de pertinentia collationis ex consuetudine.*

36 *In electione melius est, vt scrutatores eligantur ex Collegio, quam ex his, qui interueniunt electioni.*

37 *Consuetudo in contrarium induci nequit contra formam traditam in electionibus à cap. quia propter de elect.*

38 *In electionibus Ecclesiarum viduatarum seruanda est forma tradita à cap quia propter de elect. alias electio est ipso iure nulla, cum d. cap. habeat decretum irritans.*

39 *Decretum irritans inficit titulum, & possessionem.*

40 *Decretum irritans operatur nullitatem vsque ab initio.*

41 *De consuetudine inducenda contra ius; quando non dicatur, & quando secus nu. 42.*

43 *Leges humanæ admittunt doctrinalem interpretationem.*

44 *Doctrinales interpretationes non inducunt obligationem, quia non habent potestatem inducendi legem.*

45 *Doctorum interpretationes, tunc inducunt obligationem, quando eorum communis opinio non uenit in interpretatione, quia tunc facit humanam certitudinem.*

46 *Interpretatio communis non est relinquenda, licet aliqui DD. discordent, & hoc maximè, si sit conformis literæ textus.*

47 *In legum interpretatione, semper est attendenda verborum proprietas, idest verborum significatio.*

48 *Electio dicitur mixta, si fiat ex scrutinio, & compromisso.*

49 *Tacens, videtur habere gratum id, quod dicitur, vel fit.*

50 *Electio communis potest fieri, etiam per extraneū.*

51 *Electio communis facienda per vnum est pars electionis per scrutinium.*

53 *Electio mixta, scrutinio scilicet, & compromisso dari potest.*

54 *In electionibus, quando compromissum concurrat cum scrutinio & num. 55.*

56 *In electionibus regularium, licet Concil. Trident. disponat, vt vota sint secreta, non tamen censetur tollere formam cap. quia propter de elect. & n. 57.*

DECISIO CCCXII.

DVBITAVI de ordine Sāctiss. D. N. An electio de qua agitur, sit valida, & Domini negatiuè resoluerunt. Ratio resolutionis fuit, quia cum fuerit processum ad electionē Abbatis per viam scru-
1 tinij, in qua de necessitate seruanda † erat forma *cap. quia propter de elect.* debebant iuxta dispositionem illius text. eligi tres Scrutatores de Collegio, ibi, *assumantur tres de Collegio fide digni, qui secrete, & sigillatim vota cunctorum diligēter exqui-*
2 *rant &c.* quod cum † non fuerit factum, sed electi fuerint duo Notarij extra Collegium, electio non sustinetur, *vt habetur in eodem tex. ibi* aliter electio facta non valeat, quæ verba habent vim decreti irritantis. *Roman. cons. 322. num. 12.* & important an-
3 nullationem † ipso iure absque aliqua sententia, *gloss. in d. cap. quia propter in verb. vice omnium, & ibi Compostellan. num. 20. vers. nunquid de ista, & clarè Io. Andr. num. 37. in vers. non valeat, & prius Innoc. num. 6. in eod. verb. non valeat per text. in cap. genesi eodem tit. de elect. Gulielm. Mandagott. de elect. c. 22. & ibi Nicol. Boer. in littera B. vbi dicit*
4 hanc opinionem veriorem, & omnes Doctores † excepto Hostiensi ita tenere, & est bona *gloss. in clem. 1. in verb. inhibentes de Iurepatr.* vbi si detur certa
5 forma habenti facultatem eligendi † cum decreto irritanti, si non seruetur illa forma electio ipso iure est nulla. Duo enim sunt, quæ canonizant electio-
6 nem, substantia † consensus, & substantia formæ, à quibus recedere non possumus. *Bald. in cap. quia propter num. 20. & seq. de elect. Buer. decis. 17. n. 70.*
7 itaut si † recedatur, electio ipso iure, est nulla idem *Bald. in cons. 318. ponitur, quod electio Rectoris nu. 2. vers. sed iste lib. 3.*

Quod autem in electione huius Abbatis esset seruanda forma *cap. quia propter, videtur clarum, nam & si*

& si Roffred. de libellis tom. 2. super iure Pontificio par. 3. tit. quid sonet hoc nomen Abbatis &c. num. 8. littera G. fol. mihi 633. dicat de mandato Papæ iudi-
8 catum fuisse formam d. cap. quia propter † non esse seruandam in electione Abbatis, quia hoc est nomen sollicitudinis, non tamen est Pater, Attamen contrarium probat. *Io: Andreas in d. cap. quia propter num. 59.* & subdit omnes tenere, quod in electione
9 Abbatis † seruanda sit forma *cap. quia propter*, & ita seruari, prout etiam ita seruari dicit. *Bellam. ibidem in princ. num. 3. Abb. num. 7. in fine, & nu. 8. Butr. num. 20. gloss. in cap. sicut ante figurationem casus, de elect. in 6. Franciscus Marcus decis. 992. num. 1. lib. 1. Petrus de Baisio in Director. elect. par. 3. c. 39. nu. 1. Greg. Lopez. partit. 1. tit. 5. lib. 19. gloss. obispo Rota decis. 5. in princ. iuncto num. 2. de elect. in nou. Seraph. decis. 617. num. 4.* Et quod forma cap. quia propter habeat locum, nedum in electionibus Episcoporum, & aliorum Prælatorum Ecclesiarum Col-
10 legiatarum † qui habent Iurisdictionem generalem in dictis Ecclesijs Collegiatis, sed etiam in electione Regularium Prælatorum dicit *gloss. 1. in d. c. quia propter vbi Abb. num. 7. vers. circa istam partem*
11 *primam*, vbi ait quod iste † text. intendit prouidere solum Ecclesijs viduatis per illa verba, Ecclesiæ viduatæ &c. *& vers. & in hanc partem*, vbi testatur de communi, *& num. 8. vers. & placet gloss. in cap. sicut verb. formam de elect. in 6. Franc. Marcus d. decis. 992. per tot. & bene Rot. d. decis. 5. in princ. de elect. in nou.*

Quod verò fuerit processum ad electionem per
12 scrutinium, † satis patet, quia eodem die obitus Abbatis Monachi se congregarunt, & duo Notarij, qui de Instrumento fuerunt rogati, ita loquuntur, *Omni meliori modo, via, iure, & forma, quibus melius, validius, & efficacius potuerunt, & debuerunt tam via Spiritus Sancti, quam scrutinij ad nouam electionem Abbatis procedentes &c. vnus, & eorum quilibet super Altari maiori in prædictorum Notariorum præsentia sua vota atque suffragia sono (vt moris est) campanæ scripsit, & subsignauit super nouo Abbate eligendo, quibus a nobis diligenter, & fideliter collectis dictorum suffragiorum pars maior, & numero potior Fratri Desiderio Gerardo &c. obuenit &c.* & postea dicti duo Notarij prublicarunt electionem, quam ratam habuerunt omnes Religiosi cantantes de more Hymnum, Te Deum laudamus &c. quare negari non potest, qnin Monachi proce-
13 dere voluerint † ad electionem per scrutinium, licet non seruando bene formam *cap. quia propter* vt colligitur ex eodem text. vbi disponitur, quod post legitimam Congregationem Capituli eligantur tres de
14 eodem Capitulo fide digni, qui † sigillatim, & secretè vota omnium eligentium exquirant, & in scriptis redigant, quo facto incōtinenti antequam ad alia diuertant, vota illa publicent in communi, vt is, collatione habita, eligatur, in quem omnes, vel maior, & sanior pars Capituli consenserit, vt bene *Henric. Canisius in comped. Iuris Canonici in tit. de elect. §. hic igitur ordo scrutinij.*

Neque ex eo potest dici electionem fuisse per inspirationem, vel quasi, ex quo in dicto Instrumento dicatur, tam via Spiritus Sancti, quam scrutinij, &
15 si electio fuit facta † per viam Spiritus Sancti non fuit opus seruare formam *cap. quia propter, vt notat Innoc. ibidem num. 6. Hostien. num. 50. Abb. ibidem in §. nisi num. 1. in fine Siluest. in summ. verb. electio 2. num. 27.* nam pro resolutione huius articuli fuit
16 animaduersum, quod duplex est electio per † viam Spiritus Sancti. Altera per inspirationem, & est, quando nullo inter eligētes ordine seruato ipsi quasi inebriati, & super se quasi facti eligunt. Altera per
17 quasi inspirationem, quando subito, † & repente vnum post alium sine aliquo interuallo eligunt. *Host. in dicto cap. quia propter num. 50. Oldr. cons. 155. num. 1. & 2. Abb. in dicto cap quia propter num. 3. Greg. Lopez. par. 1. tit. 5. l. 21. Gloss. Alguno. & ibidem Alphonsus Diez de Montaluo in gloss. vnic.* & propter verba textus (ab omnibus) dicant Doctores
18 sufficere, quod vnus dissentiat † ad effectum, quod electio non dicatur per viam Spiritus Sancti, *Ioan. Andr. in d. cap. quia propter num. 39. Bellam. ibidem in §. nisi forte num. 1 & 3. Compostell. num. 32. Vitalin. in clem. ne Romani num 22 de elect.* in proposito autem, vt patet ex lectura Instrumenti, manifestissimè apparet, quod electio sic non fuit facta, imò in eodem Instrumento dicitur, quod pars maior, & numero potior fratri Desiderio obuenit, & sic apparet, quod nedum non interuenerint prædicta,
19 † sed quod neque ab omnibus fuit electus, prout requiritur, sed à maiori, & saniori parte comparatiuè ad minorem partem omnium congregatorum pro electione, prout intelligi debent illa verba, *vt in cap. Ecclesia vestra il primo, vbi Abbas num. 4 de elect. idem Abbas cons. 25. numer. 4. lib. 2. & in d. cap. quia propter numer. 5. vers. quod ego Franc. Marc. decis. 924. Didacus Perez gloss. 2. post princ. in l. 3. tit 3. lib. 1. ordin.* Vltra quod certum est
20 electionem per viam inspirationis authore Deo † immediatè peccatis nostris exigentibus raro occurrere *vt not. Io. Andr. in d. cap. quia propter nu. 40. Petrus de Bais. in director. elect. par. 3. cap. 16. num 2.*

Neque opitulatur, quod in Instrumento dicatur, quod omnes consenserint electioni, & propterea verba illa maior & sanior pars &c. reducenda sunt ad concordiam, itaut sensus sit, quod maior, & sanior pars consensit, ex quo omnes consenserunt,
21 † cum in toto pars insit *l. si quis cum totum ff. de except. Surd. decis. 188. num. 3.* Nam fuit responsum, quod vltra quod non interuenerunt alia requisita, vt
22 electio possit dici per inspirationem, vel quasi † de quibus supra, ideo fuerunt posita verba illa in Instrumento, quia in electione iuxta terminos *cap. quia propter* requiritur, quod publicato scrutinio, & facta
23 collatione † sequatur electio scilicet, quod fiat per vnum nomine Capituli per verba singularis numeri, *cap. sicut de elect. in 6. cap. cum ab vno de re iudic. in 6. Abb. in d. cap. quia propter ante num. 11. vers. electio autem si est per vnum. Franc. Marc. q. 922. num. 2. lib. 1.* in hoc autem casu publicato scrutinio, & facta collatione, ex qua apparuit, vt refertur in Instrumento, quod maior, & sanior pars fecerit electionem, fuit publicatum scrutinium, ibi, *Quibus scilicet votis à nobis diligenter, & fideliter collectis dictorum votorum, ac suffragiorum pars maior, & numero potior Fratre Desiderio Gerardo &c. obuenit* postea fuit publicatum scrutinium, & ab omnibus approbata electio, dum in eodem Instrumento subditur. Quod nos, nostra omnibus, & capitulariter alta, & intelligibili voce pronunciantes prædictum Fratrem Desiderium pro legitimè, atque canonice electo prædicti omnes Religiosi habuerunt, atquè vnani-

24 vnanimiter tenuerunt, qui † consensus omnium
post publicationem scrutinij non operatur, quod
electio per antea facta à maiori, & saniori parte cen-
seatur quasi per inspirationem *Host. in summ. tit. de
elect. §. qualiter vers. tertia forma in princ. Petrus
de Bais. in direct. elect. par. 3. c. 16. num. 4. & expres-
sè sentit Abb. antiq. in dicto cap. quia propter num.
17. in fine verb. consensit.*

Neque est verum quod electio per scrutinium nõ
25 irritatur † etiam quod duo scrutatores tantum, &
non tres, & non de Collegio internenerint *gloss. in
d. cap. quia propter in verb. sanior in fin. de elect.*
& ista fuit opinio Vincentij, & Tancredi. *Abb. an-
tiq. ibidem num. 17.* vbi quod hoc est præter formam
illius text. *Mandagor de elect. cap. 23.* vbi quod licet
debeant eligi tres scrutatores de Collegio, tamen si
26 secus fiat † electio non irritatur, ex cuius sententia
in eodem capite dicit *Card. in d. cap. quia propter q.
12.* quod Abbas Tullen. electus cum sex scrutatori-
bus, tribus de Collegio, & tribus extra Collegium
fuit per Sedem Apostolicam confirmatus, quod di-
cit etiam *Boer. ibidem ad Mandagot. litera S. Me-
noch. cons. 63. num. 37.* Nam huic motiuo fuit res-
27 ponsum † contrariam opinionem esse communiorẽ
& secundum literam text. ibi *assumantur tres de
Collegio*, quam tenet *Goffred. in summ. tit. de elect.
num. 7. & in cap. quia propter Hostien. num. 17. &
seq. & num. 25. Butr. nu. 2. & 22. vers. dicitur sex-
to, & vers. dicitur septimo Bald. num. 31. Io: Andr.
num. 10. & 11. & sensit Innoc. num 3. & 4.* & tutius
28 esse, quod interueniant † tres scrutatores de Capi-
tulo, dicunt *Aanchar. num. 1. vers. secundum sub-
stantiale Compostell num. 5. Abb. antiq. nu. 7 vers.
tres Card q. 11. & 12. & 45.* & quod sit communis
29 opinio, quod debeant interuenire tres † scrutatores
de Collegio, dicit *Abb in d. cap. quia propter num.
13. Imol num. 7. et 8. Roman cons. 332. nu. 6. et 11.*
30 *et 12.* dicit, quod electio † aliter facta corruit *Frãc.
Marc. decis 1201. Petrus Bais. in direct. elect. part.
3. c 24 num. 1. et seq. Rebuff. super concord. tit. de
Regia ad Prælatur. nomin §. per præmissa verb. pos-
sint vers. 3. quod tres scrutatores Rodriq. in summ.
par. 1. cap. 102. num. 3. vers. dize mas la ordenacion.
Siluest. in summ. verb. electio 2. num. 12. Angel. eo-
dem verb num. 26. Tabiena pariter eodem verb. 1.
num. 20. et vlterius hanc sententiam tenet Boer. ad
Mandagot. de elect. c. 22. littera C. & c 23. littera Q.*
vbi quod istud est tenendum *Pisanella in verb. elect.
1. col. 5. vers. quando proceditur per formam scrutinij
Io: Bapt. de Salis in summ. eod. ver. col. 5. vers. quod
sunt formæ electionis Azor. instit moral. tom. 2. lib.
6. c. 14. col. 7. q. 11. vers. per scrutinium.*

Neque est curandum, quod alia fuerit confirmata
electio, in qua sex interuenerunt scrutatores de
Collegio, & tres extra Collegium, vt referunt Card.
31 & Boer. locis prædictis, quia † hoc potuit fieri, vel
ex gratia, vel quia cum interuenerint tres scrutato-
32 res de Collegio vtilis forma per inutile † non debuit
vitiari *l. 3. ff. de testam. milit. et notat Bald. in dicto c.
quia propter num. 2. de elect.*

Neque obstat, quod ex consuetudine possit tolli
33 forma † tradita *in d. cap. quia propter*, maximè cir-
ca scrutatores *Bald. in cons. 318. nu. 1. circa fin. par.
3. Rot. decis. 65. num. 11. par. 1. in recent. Bertachin.
de Episc. in 1. par. lib. 3. quæst. 1. num. 1.* quem refert,
& sequitur *Boer. ad Mandagor. de elect. c. 23. litera
R. vers. adde quando* Fuit enim responsum, quod
nulla consuetudo probatur, nec DD. prædicti dicunt,
34 quod induci possit. Bald. † enim loquitur in termi-
nis electionis scholarium, in qua non erat seruanda
35 forma *cap. quia propter* Rota vero loquitur † de per-
tinentia collationis ex consuetudine, Bertacchinus
autem, & Boer solum dicunt, quod tres possunt eli-
gi extra Collegium, qui tamen de consuetudine pos-
sunt electioni interesse, qui non est casus noster, quod
prius dixit *Speculat. de elect. §. 1. num. 12.* & subdit
36 melius † esse, quod eligantur ex Collegio non ex
illis, qui ex consuetudine interueniunt electioni, &
prius etiam dixit *Cardin. in d. cap. quia propter q. 12.
et in terminis, quod forma de qua in c. quia propter,*
37 tollat consuetudinem † in contrarium, dicit *Boer.
decis. 1. num. 49. et 50.* & probatur euidenti ratione,
quia vt supra dictum est, electio non seruata forma
38 illius text. ipso iure est nulla, † quia verba illa, ele-
ctio aliter facta non valeat, habent vim decreti irri-
tantis *Roman. d. cons. 322. n. 12.* & certum est, quod
39 decretum irritans † inficit titulum, & possessionem
*cap. si eo tempore de elect in 6. Cassad. decis. 1. sub n.
7. de restit. spoliat. Sarnen. in reg. de trienn. q. 49. nu.
3. Put. decis. 48. num. 3. et vltimo, et decis. 386. lib. 1.
in nou. Gabr. de claus. conclus. 3. num. 56. Rota decis.
24. num. 5. et decis. 149. num. 2. par. 2.* & habet ocu-
40 los † retro, & operatur nullitatem ab initio *Cassad.
decis 12. num. 5. super reg. Sarn. in reg. de annal. q.
5. num. 1. et 4. Rota d. decis. 24 num. 5. et decis. 149.
num. 2. par. 2.*

Neque dicatur, quod hic non agatur de consue-
41 tudine inducenda † contra ius, sed contra commu-
nem opinionem Doctorum, quia cum scrutatores de-
beant esse tres, & de Collegio *ex text. in cap. quia
propter* quem ita communiter interpretantur DD.
42 non agitur † de inducenda consuetudine contra cõ-
munem sententiam Doctorum, sed contra dispositionem
tionem ipsius textus, qui ita communiter intelligi-
43 tur à Doctoribus, nam † leges humanæ admittunt
doctrinalem interpretationem, quæ licet per se non
44 inducat obligationem, quia non † habet potestatẽ
inducendi legem *Suarez de legib. lib. 6. cap. 1. num. 5.*
tamen secus est quando communis opinio non venit
45 in interpretatione, quia † tunc facit humanam cer-
titudinem, & inducit obligationem seruandi legem,
& vtendi illa in praxi iuxta communem interpreta-
tionem. *Suarez dicto loco vers de hac igitur inter-
pretatione*, & quamuis ab ista communi interpreta-
46 tione aliqui DD. dissentiant, non est † relinquenda
communis, quia est conformis litteræ text. ibi Assu-
mantur tres de Collegio, vt aduertunt omnes DD.
qui hanc communem tenent, nam in interpretatio-
47 ne legis semper † est attendenda verborum proprie-
tas, idest verborum significatio *l. 1. §. si is qui nauem
ff. de exercit. act. l. prospexit ff. qui & à quibus cap.
2. §. sed neque de transl. Episc. eleganter Suarez loco
præcit. nu. 7. vbi exornat.*

Neque sustinetur, quod hic in communem euen-
48 tum agitur de electione † mixta ex scrutinio & com-
promisso *ex speculat. in tit. de elect. §. 1. num. 20. vers.
si autem, vbi Io. Andr. in verb. pro consensu Compo-
postell. in d. cap. quia propter num. 14. vers. sed & si
Capitulum.* Nam fuit responsum, quod isti DD. so-
lum dicunt, quod post collationem sufficit, quod fiat
communis electio per vnum sine mandato Capituli,
49 quia Capitulum † tacendo videtur hoc habere gra-
tum,

tum, quod etiam dixit *gloss. in cap. sicut in verb. per vnum de elect. in 6. A. b. in d. cap. quia propter ante num. 11. Franc. Marc. decis. 922. numer. 2. lib. 1.* & si
50 omnes tacitè consentiant ista communis † electio potest etiam fieri per extraneum, vt voluit *Petr. de Baisio in direct. elect. par. 3. cap. 33. num. 4. & seq.* sed ista non est electio per compromissum mixtum,
51 sed per scrutinium. quia communis † electio facienda per vnum est pars electionis per scrutinium, vt habetur *in d. cap. quia propter.* publicato namque
52 scrutinio, † & facta collatione debet fieri per vnum communis electio nomine Capituli, vt supra dictum est,

Et quamuis verum sit posse dari electionem mix-
53 tam † scrutinio, & compromisso, *vt dicit Henric. Canisius in Compendio Decretalium, tit. de elect. §. ac in primis ante fin.* tamen hoc in isto casu non fuit factum, quia, *vt dicit idem Canisius ibidem in*
54 *§. interdum*, tunc compromissum † concurrit cum scrutinio, si ita compromissum sit, vt compromissarij siue vnus, siue plures secreto, & sigillatim vota singulorum exquirant, illumq. eligant, in quem maior, & sanior pars Capituli consenserit, *cap. cum expediat 29. de elect. in 6. iuncto cap. cum dilectus 32.*
55 *de elect.* Vnde quæ in electione per seruitium † seruanda sunt, eadem in hac specie adhibenda erunt, *cap. si cui de elect. in 6.* & in hac electione nihil minus fuit actum, quam facere electionem per compromissum mixtum cum scrutinio, vt patet ex lectura Instrumenti electionis supra relata.

Denique nõ obstat quod videatur sufficere, quod
56 vota † fuerint secreta absque alia forma ex dispositione *Concilij Trid. sess. 25. cap. 6. de regul.* quia licet ibi disponatur, quod omnes electiones Regularium
57 debeant † fieri per vota secreta, non tamen censetur sublata forma *cap. quia propter de elect.* vt prudenter aduertit *Emanuel Rodriq. in summa casuum par. 1. tit. de elect. cap. 102. num. 2.* sed adhuc in suo robore perseuerat *Zerola in prax. Episcopal. in verbo Abbatissa vers. ad sextum, Azor. institut. moral. lib. 13. cap. 10. quæst. 2.*

Et ita conclusum electionem esse nullam, itaut non debeat confirmari.

REVERENDISS. COCCINO.

Hildeimeñ Optionis.

Veneris 15. Octobris 1621.

ARGVMENTVM.

Appellatio, licet regulariter debeat in scriptis interponi, tamen id non habet locum, quando statim prolata sententia pars grauata, viua voce dicit, appello, quę conclusio de plano procedit, si fuerit appellatum ad Sedem Apostolicam. Text. in cap. 1. de his quæ fiunt à maior part. Capit. quando, & in quibus terminis loquatur. Iudicialiter procul dubio, quando dicatur processum.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione pendente, si capta fuerit possessio, est attentata.*
2 *Appellatio est valida, licet sit interposita viua voce, si tamen incontinenti fuerit interposita.*
3 *Appellatio sine scriptis tunc valet, si statim prolata contra se sententia pars viua voce dixerit, appello. Quia subintelligitur, appello à te à sentntitea quam statim protulisti inter me, & aduersarium meũ.*
4 *Appellatio statim viua voce facta, sine dubio valida est, quando fuit appellatum ad Sedem Apostolicam.*
5 *Appellatio non datur ab ordinationibus Capituli, saltem ad effectum suspensiuum.*
6 *Cap. cũ in cunctis 1. de his, quæ fiunt à maior. part. Cap. loquitur, quãdo maior pars Cap. aliquid fecit, tũc minor nõ potest appellare ad effectũ suspensiuũ.*
7 *Capitulum, quando iudicialiter procedit contra tertium, promulgando sententiam, tunc ille tertius omni iure potest appellare ad superiorem.*
8 *Cap. cum in cunctis 1. de his, quæ fiunt à maior. part. Capit. loquitur de actu extraiudiciali, non autem iudiciali.*
9 *Extraiudicialiter non potest dici actum, quando interuenit Iudex, Actor, & Reus.*
10 *Iudex, sine dubio dicitur interuenisse in aliquo actu, ex libello porrecto, & sententia lata. Iudicialiter dicitur processum, quando constat de actis iudicialibus. num. 10.*
11 *Sententia dicitur condemnatoria, quamuis in ea non adsit verbum, condemno, cum ad hoc sufficiant verba æquipollentia.*
12 *Sententia lata ad fauorem vnius partis, implicitè continet in se condemnationem contra aduersarium.*
13 *Auditores Rotæ designati de partibus venientes, antequam publicam habeant disputationem, Rota solet eis iniungere onus informandi in aliqua causa.*

DECISIO CCCXIII.

FVIT resolutum prout & alias fuit decisum sub die 25. Iunij præteriti * constare de attentatis; quia appellatione pendente † fuit capta pos-
1 sessio. *cap. non solum de appellat. in 6. toto titul. nil nouari appellat. pend.* quæ quidem appellatio fuit
2 valida, licet viua voce fuerit appellatum, † ex quo in continenti tempore sententiæ fuit interposita, & iste est casus specialis, in quo viua voce, & non in scri-
3 ptis potest allegari, & † sufficit dicere appello, quia subintelligitur, appello à te à sententia, quam statim protulisti inter me, & aduersarium meum. *Specul. in titul. de appellat. §. qualiter autem, in princip. num. 7 par. 4. Bart. in l. 1. §. fin in princ. & num. 2. ibi circa appellationem. ff. de appellat. Papien. in forma appellationis à sententia diffinitiua, in gloss. coram vobis, num. 17. vers. amplius etiam, & in glos. in his scriptis sub num. 1. Franch. in cap. vt debitus, 59. num. 15. quæst. 7. de appellat. Guidopap. de appellat. conclus. 8. num. 6. Nicel. de concordantia gloss. rũ concordant. 6. Fallent. 69. nu. 110.* & sentit *Acchilles decis. 2. de appellat. Caputaq. dec. 5. 36. nu. 3. par. 1.*
4 & hæc conclusio † de plano procedit, quia fuit appellatum ad Sedem Apostolicam. *Rota decis. 54. in princ. iuncto num. 1. de appellat. in nouis.*

5 Non obstat quod ab ordinationibus † Capituli non detur appellatio, saltem ad effectum suspensiuũ *cap. 1. de his quæ fiunt à maior. par. Capituli.* Quia ille textus non procedit in istis terminis, sed quando maior pars Capituli aliquid fecit, tunc minor pars
6 non potest † appellare ad effectum suspensiuum, qui non est casus noster, sed agitur quando Capitulum procedit contra tertium iudicialiter promulgando

7 gando sententiam, à qua ille tertius omni iure † potest appellare à dicta sententia ad maiorem Iudicē. *l.1.§.si quis in appellatione, ff. de appellat. Goffred. & Hostiens. in summa tit. de appellat. glos. in cap.2. in verb. officiali, de consuetud. in 6. Abb. in rubr. de appellat sub num.3. vers. circa principale*, vltra quod
8 *textus in d.cap.1.* † loquitur de actu extraiudiciali. *Imol. in d.cap.1.num.2.* & latè *Areuedus ad Curiam Pisanam lib.2.cap.14.num.12.*

Neque est verum, quod Capitulum extraiudicialiter processerit; quia contrarium apparet, ex quo
9 interuenerunt † Iudex, Actor, & Reus, *cap. forus, de verb. signif.* & cum clarum sit quoad Actorem, & Reum, difficultas remanet circa Iudicem, quem in-
10 teruenisse patet ex libello, & † ex ipsa sententia lata, quæ satis ostendunt iudicialiter fuisse processum, cum sint acta iudicij. *Bald. cons.137. Ad officium Iudicis lib.3. nu.3. Guidopap. decis.616. in fin. Bart. in l. cum iste. ff. Iudicat. solui. vbi Alex. & idem Alex. cons.58. lib.2.*

Minus releuat quod in sententia non adsit verbū,
11 condemno, quia † vltra quod sufficiunt verba æquipollentia. *Alex. in l.1. num.7. ff. de sent. & re iudic.* hic non fuit opus hoc verbo, sufficit enim quod Capitulum pronunciauerit ius optandi cōpetere Romberto, & sic quod fuerit lata super eo, quod litigaba-
12 tur, quia † implicitè continet in se condemnationem contra aduersarium, vt benè per *Corn. consil. 302. lib.3. & cons.220. lib.2. Aym. cons.79. num.4.*

Et ita fuit resolutum R. P. D. Balthassare Nauarro de Arroysta Auditore Rotæ designato pro hac parte informante, Auditoribus enim nouis de par-
13 tibus † venientibus, antequam publicam habeant disputationem, Rota solet iniungere hoc onus informandi in aliqua causa, &c.

☞ * *Decisio ista in hac causa facta adest infra in Appendice post decisiones anni 1626. Et pariter infra de anno 1622. habes duas alias decisiones sub diebus 20. Maij, & 28. Nouembris.*

REVERENDISS. COCCINO.

Bononien. Cumuli Misericordiæ.

Veneris 20. Octobris 1621.

ARGVMENTVM.

Testator, si fecerit aliquam dispositionem ad fauorem piæ causæ, & pro exoneratione suæ conscientiæ, & huius operis executores aliquos reliquerit, cum cōditione, quod si ipsi non obseruarent, quicquid fuerit per eum dispositum, omnia deuoluerentur ad aliquos alios, vt sit locus huic deuolutioni, quid requiratur, & dato, quod sit locus, qualiter sit facienda.

SVMMARIVM.

1 *Testatoris voluntas est seruanda.*
2 *Substitutioni non est locus, si casus vocationis non venerit.*
3 *Conditione non purificata, dispositio conditionalis ita deficit, perindè, ac si scripta non esset.*
4 *Relatum est in referente.*
5 *Scriptura, si sit contraria primæ, censetur in ea recessum in ea parte, in qua sunt contrariæ. & n.6.*
7 *Scripturæ, vt ad concordiam reuocentur, sumenda est omnis interpretatio.*
8 *Deficientia supponit aliquid præexistens, quod incœperit.*
9 *Negligentia in curando opere non datur, nisi acceptatio supponatur.*
10 *Verbum, semper, habet tractum successiuum, absque temporis distinctione.*
11 *Dispositio vulgaris non habet locum, nisi ante acceptationem.*
12 *Dies, neque pœna, quando non est apposita ei, qui aliquid adimplere debet, vt constituatur in mora requiritur interpellatio. & num.18.*
13 *Sed hoc non procedit, vbi de minorum causa agitur in iudicijs bonæ fidei. Et eadem ratione hoc habet locum in Ecclesia & in fisco. num.14.*
15 *Casus quando non reperitur priuilegiatus, standum est regulis generalibus.*
16 *Ignorantia præsumitur in successoribus.*
17 *Mora non potest considerari sine culpa.*
19 *Alex. in consil. 135. num.4. lib.7. in quo casu loquatur.*
20 *Mora, quæ non fuit declarata in vita illius, qui illam commisit, non potest deinde declarari contra successorem.*
21 *Mora, vt contrahatur in actu negatiuo, an requiratur monitio.*
22 *De pœna tractatur, quando agitur de mutandis executoribus.*
23 *Restitutio in integrū competit propter ignorantiā.*
24 *Restitutio in integrum competit, quando errauit in negotio valde implicito.*
25 *Interpellatus, quando habet iustam causam ignorandi debitum, puta si sit intricatum, vel antiquum non incurrit moram, si offerat se paratum, quando constabit.*
26 *Mora in non liquidis numquam committitur.*
27 *Paris. in consil.19 num.247. lib.2. declaratur.*
28 *Excusatio, vel restitutio in integrum facilè admittitur in negotio satis implicito. & num.29.*
30 *Mora ante litem contestatam purgari potest.*
31 *Deuolutioni non fit locus propter solam moram, sed requiritur etiam, quod pars hoc opponat.*
32 *Gratia non vitiatur propter modicum præiudicium.*
33 *Hæredes, quando sunt substituti in dispositione facta ad piam causam, censentur solum substituti in executione, non autem in proprietate. & nu.34.*
35 *Absurda sunt euitanda.*
36 *Moræ purgationi est locus, siue obligatio proueniat ex contractu, siue ex vltima voluntate. amplia num.37.*
38 *Mora regulariter potest purgari.*
39 *Relictum purè ex alterius facto saltim sine iusta causa non potest adimi.*
40 *Altari purè relictum, cum hoc, quod non impetraretur, alias bona deuoluantur ad alium, facta impetratione non intrat deuolutio, ex facto tertij impetrantis Altare.*
41 *Bart. in l. si insulam, ff. de verb. obligat. declaratur, & refutatur. num.42.*
43 *Stipulatio, si non dederis, non operatur, quod irreuocabiliter sit ius quæsitum, sed cum modificatione, si mora non purgetur.*

DECISIO CCCXIV.

COMES Ioannes de Pepulis mandauit emi certam tritici quantitatem in anno fertili, & eam vendi in alio anno sterili, & sic deinceps, donec ite-
rec

ret certus cumulus, cuius partem ad publicam vti-
litatem, & pro exoneratione suæ conscientiæ in pau-
peres erogari mandauit, & huius operis executores
in prima scriptura reliquit procuratores pauperum
verecundorum, atque inter alia disposuit: *Et quan-
do si deuiasse, ò vero accadesse deuiare dalle sopradet-
te ordinationi, & institutioni, ò vero conuertir in
altro vso li grani, & altre cose predette; Voglio che
ogni cosa con li moltiplichi, & accrescimenti, recada
alli detti Vgo, e Fratelli, e loro descendenti, & hære-
di*; In vltima vero scriptura. Postquam subrogauit in
locum Procuratorum pauperum Congregationem
vitæ vsus fuit his verbis. *Et quando mancasse que-
sta Congregatione della vita di curar quest'opera cõ
li sudetti ordini, & che si negligesse, il che non si cre-
de, subentri altra Congregatione, ad arbitrio del Re-
uerendiss. Monsig. Arciuescouo, & Regimento, ma
volendone ella hauer cura, ella sempre ne sia admini-
stratrice*. Cum autem Domini de Pepulis præten-
derent non fuisse præcisè adimpleta, quæ per Comi-
tem Ioannem sunt ordinata, & propterea intrare
vocationem ad eorum fauorem, ideò fuit consulta
Rota super eo, An constaret de tali vocatione, & in
obseruantia, quæ hæredibus prædicti Comitis suffra-
getur.

Et dubio per me proposito fuit resolutum nega-
tiuè, quia (quicquid de inobseruantia sit dicendum)
deuolutio non intrat, sed Dominus Archiepiscopus,
& Regimen debent aliam Congregationem depu-
tare, iuxta ordinationem factam per Comitem Ioã-
1 nem, † quæ est seruanda *l. legem x. C. de pact. l. qui
Romæ, §. Flauius Hermes 122. ff. de verb. oblig.* nec
est locus substitutioni ad fauorem hæredum, quia
2 non venit casus, † in quem sunt vocati, cum in defe-
ctum primæ Congregationis alia subrogari deberet
*l. ex facto §. si quis autem ff. ad Trebell. l. vnic. §. sin
autem sub condit. C. de caduc. tollen. l. in testamento
31. vbi gloss. vers. conditione in fin. ff de condit. & de-
monstr. & ibi etiam Bart. num. 2. Imol. nu. 1. Cuman.
vers. conclude ergo. Castr. num. 6. Soccin num. 4. Pe-
regr. de fideicomm. art. 16. num. 116. & art. 51. num.
3 19. & 20* & conditione non purificata, † dispositio
adeò deficit. vt habeatur pro non scripta *l. pecuniam
ff. si cert. pet.*

Non obstat quod in vltima scriptura dicatur, *so-
stituendo, come nella prima ordinatione*, & ideo cum
4 † relatum sit in referente, debet attendi prima ordi-
natio, in qua nihil disponitur quo ad subrogationem
alterius Congregationis. Nam fuit responsum, quod
5 cum in hac parte vltima scriptura † sit contraria
primæ, censetur à prima recessum in ea parte, in
qua sunt contrariæ *l. si quis antea ff. de acquir. possess.
cap. vt si quis duas, de elect. in 6. cap. veniens, de præsc.
Abb. cons. 94. num. 3. in fin. & num. 4. lib. 2.* & ideo
verba illa, in vltima scriptura, *sostituendo quando si
manchi come nella prima ordinatione, &c.* intelli-
6 genda sunt præterquam quod ad ea, de quibus in vl-
tima scriptura † particulariter est dispositum *l. doli
clausula; ff. de verbor. oblig. Curt. sen. cons. 48. nu. 9.
7 Osasch. decis. 23. num. 46.* eoque magis quia omnis
interpretatio sumenda † est ad hoc, vt scripturæ ad
concordiam reuocentur *Dec. cons. 500. num. 6. Alex.
cons. 117. nu. 3. vers. item quia posito lib. 6.*

Neque etiam obstat quod ista facultas subrogan-
di aliam Congregationem intelligitur per vulgarem,
scilicet, si Congregatio vitæ nollet onus acceptare,
in hoc autem casu acceptauit; Nam fuit responsum
huic intellectui repugnare dispositionem, in illis ver-
bis ibi, *quando mancasse di curar quest'opera, e che
8 si negligesse*, deficientia enim † supponit aliquid pre-
existens, quod incœperit, *l. non videtur 84. l. qui po-
test facere 135. & l. non potest videri desiisse 209. ff.
de regul. iur.* & confirmauit ex verbo (*negligere*) *l.
fin. ff. vbi pupil. educ. deb. ibi, Si quidem negligentia
& nimia cessatio Tutori in administratione obijcia-
9 tur*, nec datur † negligentia in curando opere, nisi
acceptatio supponatur *Bart. cons. 102. num. 2. lib. 1.
Soccin. cons. 2. num. 8. & seqq. vers. quia imputatur
lib. 1.* & cessat omnis difficultas ex verbis ibi, *Ma
volendone hauer cura, essa sempre ne sia administra-
10 trice &c.* quod verbum † (semper) habet tractum
successiuum, absque temporis distinctione *§. serui.
vero instit. de libertin. l. 1. in princ. ff. solut. matr. &
sine distinctione alicuius casus Cæsar. de Grass. de-
cis. 5. num. 5. Qui fil sint legitim.* & sic compræhen-
dit omne tempus post administrationem susceptam,
11 vnde excluditur quod dispositio † loquatur de sola
vulgari, quæ non habet locum, nisi ante acceptatio-
nem *l. post aditam ff. de impub. & alijs substit.*

Minus releuat quod D. Archiepiscopus, & Regi-
men fuerunt in mora deputandi aliam Congregatio-
12 nem, quia quicquid sit de hoc, cum neque † dies,
neque pœna essent apposita dictis Archiepiscopo,
& Regimini, requirebatur interpellatio *l. si ex legati
23. ff. de verbor. obligat. l. mora 32. vbi Bald. in 2.
lect. in princip. ff. de vsur.* Et quamuis conclusio non
13 procedat, vbi † de minorum causa agitur in iudicijs
bonæ fidei, in legatis, & fideicommissis *l. in mino-
rum, C. in quib. caus. in integr. restitut. necess. non
sit l. 3. §. 1. ff. de adim. leg. ibi, vtpote mora subsecuta*,
14 & propter eandem rationem † idem dicitur in Ec-
clesia, & fisco, *vt per Ferret. de mora num.* 18. &
propterea idem videtur dicendum in causa paupe-
rum, tamen hoc non applicatur, quia pauperes non
opponunt de mora ad effectum consequendi relictũ,
sed Domini hæredes de Pepulis ad effectum deuolu-
tionis opponunt de mora D. Archiepiscopi, & Regi-
minis in deputando aliam Congregationem, non au-
tem in adimplendo relicta à Testatore, & sic iste ca-
15 sus † non reperitur priuilegiatus*, vnde standum est
regulæ, quod requiritur interpellatio.

Secundo principaliter fuit consideratum, hic non
agi contra primos officiales Congregationis de vi-
16 ta, qui onus acceptarunt, sed contra † successores,
in quibus cum præsupponatur ignorantia *l. qui in
alterius ff. de reg. iur. cap. si vasallus feudum; si de
feudo defuncti fuerit controu.* ideo nulla mora po-
17 test considerari, † quæ non datur sine culpa *l. pecu-
niæ funebris 9 §. fin. l. si quis 24. l. paratum 47. ff. de
vsur. l. qui sine dolo 64. ff. de regul. iur. l. si seruum 91.
in princ. ff. de verb. oblig.* & propterea ad constituen-
18 dos † illos in mora requirebatur interpellatio, cum
exhibitione ordinationis Comitis Ioannis *l. si quis
inficiatus ff. depositi d. l. qui in alterius 43. ff. de reg.
iur. l. quod te 5. ff. si cert. pet. l. nomẽ 4. l. quæ res pign.
oblig. poss. Alex. in puncto cons. 135. num. 4. lib. 7.*
19 qui loquitur de intimatione † facienda successori-
bus Priorum, non autem illis cum quibus contra-
ctus fuerat celebratus, ita in puncto etiam resol-
uit *Rota in causa Calaguritana de Alberite 2. Iu-
nij 1610. coram Reuerendiss. Attrebaten.* neque hic
est agendum de mora eorum, qui primo onus acce-
pta-

ptarunt, tum quia de illa non constat, tùm etiam quia si de illa constaret, cum declaratio contra illos
20 facta non fuerit, † & ideo quo ad illos remissa videatur, contra successores declarari non potest. *Cuman.cons.164.num.2.vers ex hoc ergo quod non esset. Cassad.dec.2.num.2.& dec. 3.num.2. de locat.* & fuit dictum in *d.causa Calaguritana.* Neque contrarium dicit *Aym.in cons.193.num.4.* quia solum
21 dicit,quod in actu negatiuo † non requiritur monitio,& quicquid sit de hac conclusione,cui respondetur in *d.causa Calaguritana*, iste non est casus noster, non enim agitur de actu negatiuo prohibito.

Insuper fuit principaliter consideratum, in hoc
22 casu agi de pœna, cum agatur saltim de † mutandis executoribus, vt in puncto dicit *Gregorius Lopez par.6.tit.10.l.8. gloss. Per Iuyzio in fin.* non autem agi de simplici substitutione, cum caducitas sit apposita post acquisitum executoris officium, *Molin. de primog.Hispan.lib.2.cap.14. num.22. & seqq.* & propterea si ex actu antecessorum prætendatur deuolutio, officialibus successoribus Congregationis
23 vitæ † competit restitutio in integrum ex eorum persona propter ignorantiam *Ias. in l. ad diem 77. num.5.vers.tertio, limita vbi de communi,ff.de verbor.obligat.Corbul de causa priuat. ob non solutum Canonem limit.20.num.6* & fuit dictum in *allegata causa* Calaguritana; si vero prætendatur deuolutio ex persona propria, & tunc data etiam scientia ordinationis competit restitutio, vel excusatio, cum ne-
24 gotium † sit valde implicitum,vt patet ex lectura ordinationum factarum per Comitem Ioannem disponentem,de qua re Domini non dubitarunt. *Ias.* qui loquitur in fortioribus terminis in *l. quod te. num.8.& sequentib. ff.si cert. pet.* vbi quod vbicunque interpellatus habet iustam causam ignorandi de-
25 bitum,putà quia intricatum, † vel antiquum non incurrit moram, si offert se paratum quando constabit,quæ quidem oblatio in hoc casu non fuit necessaria, cum interpellatio non præcesserit benè *Bald.*
26 *in l acceptam nu 11.C. de vsur.* vbi quod mora † in non liquidis numquam committitur, nisi per Iudicem declaratum sit debitum, neque in his in aliquo
27 contrariatur. † *Paris.cons.19. num. 247. lib.2.* quia in suo casu non aderat iusta causa, vt ipsemet dicit. Et hæc de plano procedunt, quia vna cum officialibus Congregationis vitæ deputatus fuit executor vnus ex hæredibus Comitis Ioannis, qui semper tacuit, vnde in negotio satis intricato, etiam quod
28 Congregatio habuerit scientiam † dispositionis, de facili admittenda est excusatio, vel restitutio in integrum concedenda, & stante dicta taciturnitate hæredis,& difficultate negotij legitimè dubitare potuit Congregatio an teneatur adimplere.

Vlterius fuit consideratũ quod fel. rec. Paulus V. commutauit dispositionem Comitis Ioannis cum derogatione regulæ de iure quæsito non tollendo, vnde hodie non possunt Domini hæredes acceptare deuolutionem, quia res non est amplius integra; quare etsi prædicta non intrarent, prout optimè intrant, non est locus deuolutioni, quia etiam data
29 mora Congregationis vitæ,& dato quod D.Archiepiscopus,& Regimen deberent deputare aliam Cõgregationem (quod tamen non est verum,vt supra probatum est) non est locus deuolutioni, quia ante
30 litem contestatam, † & sic antequam fideicommissum fuerit agnitum mora potest purgari *l.si insulam* 84.*ff de verbor. oblig. Antonius Piccardus de mora num.93. Bald.consil.64. circa med. versic. an fuerit dies apposita lib.1.*

31 Non erat enim factus † locus deuolutioni nisi ipsis DD.de Pepulis volentibus *l.1. § sed quoties vbi, Soccin.num.7.ff.ad Trebell. Ripa in l.1.num.50.ff. de legat. primo. Peregrin. de fideicommiss. art.41. num.10.vers.quadam vero. Osasch.decis.94.nu.23. & seqq.Rota decis.28.num.1 par.2.*

Neque obstat,quod non fuerit facta mentio de deuolutione ad fauorem Dominorum de Pepulis, quia deuolutio verè non intrat, vt bona acquirerentur Dominis hæredibus, sed ad ipsos deuoluebatur sola executio,quæ non retraxisset Papam à commu-
32 tatione voluntatis propter modicum † præiudicium, & ideo non vitiat gratiam *Alex. cons.216. num.14. vers.subdit etiam lib.2.*

Quod autem sola executio deuolueretur ad Dominos hæredes, patet quia sumus in dispositione
33 facta † ad piam causam, & pro exoneratione conscientiæ Comitis Ioannis, vt pluries ipse repetit, & in prima dispositione,in euentum in quem Regimen nollet operis protectionem acceptare,substituit hæredes conditione adiecta, quod dictum opus exequerentur. Iuxta notulam relictam per ipsum Comitem Ioannem,& residuum in proprium vsum cõuerterent, & in vltima scriptura explicitis verbis, dixit, *Ma non volendo quello che già vna volta era applicato per il seruitio,& publico de' Poueri, alieno in intentione si conuerta in altro che in seruitio publico,e de Poueri*, & subdit quod propterea curauit requiri officiales Hospitalis vitæ, vt hoc munus acceptarent, ex quibus clarissimè patet, hæredes
34 in † sola executione fuisse substitutos non autem in proprietate,cum hoc fortè procederet, si simplex substitutio facta fuisset. *Oldrad. cons.108. vers. circa primum*, quod de plano procedit, cum vt dictum, dispositio facta sit pro exoneratione conscientiæ *Aym.*
35 *consil.113.nu.3.* quia aliàs daretur absurdũ † quod voluerit exonerare conscientiam,quando relictum esset apud Congregationem vitæ,secus autem quando esset apud suos hæredes.*Curt.sen.cons.75.nu.13. Aym.d.cons.113.num.3.& cons.536.num.5.*

Vltimo loco fuit consideratum, quod cum Domini hæredes prætendant nedum deuolutionem executionis,sed etiam deuolutionem ad effectum lucri, nulla intrat deuolutio,ea ratione, quia res principalis, hoc est triticum præstari debet pauperibus; pœna autem, scilicet deuolutio multiplici, spectat ad hæredes,& sic ad tertium. Vnde est admittenda purgatio moræ, quia verba illa, *& quando si negligesse, &c.* sunt intelligenda, quando Congregatio hoc sit omnino certum, quod Comes Ioannes voluerit auferre primis scilicet pauperibus propter moram
36 Congregationis vitæ, ideò locus † est purgationi moræ,siue obligatio proueniat ex contractu, siue ex vltima voluntate *Bart.in l.si insulam 84. nu.23. ff.de verbor.oblig.Ias.num.38. Claudius de Seyssellio num.57.Crot.num.74.Alex.num.41. Rip.num.100. vbi de communi, & acuissimè Bolognett. num.250. vbi num.254. ait conclusionem hanc procedere siue deuolutio ipsius rei sit loco pœnæ, siue alia res debeatur loco pœnæ*, imò quod dicta conclusio facilius
37 procedat, † quando deuolutio ipsius rei est loco pœnæ *dicit Ant.Piccard.de mora num.315. vers. sunt tamen hac in re*, & ratio huius dicti fundatur in *l.si quis*

l. si quis ita legauerit 3. §. 1. in fin. ff. de adim. l. ibi, si quis ita legasset hæres meus Titio dato, si non dederit, Sempronio dato, ita demum Sempronio debetur, si die, in personam Titij non cesserit; quare cum
38 mora † regulariter possit purgari iuxta text. in d. l. si insulam, ff. de verb. oblig. hoc quoque casu moræ purgatio admittitur, ita Bart. & omnes alij Doct. supra allegati. Quibus aliqui ex Dominis aliam addebant
39 rationem, videlicet, quod relictum † purè ex alterius facto saltim sine iusta causa non potest adimi. l. pater familias. ff. de hæred. instit. vbi Bart. in prin. & num. 3. Angel. num. 1. Soccin. cons. 21. nu. 3. lib. 1. Ruin. cons. 122. num. 9. lib. 2. Gabr. cons. 105. nu. 11. & seqq. lib. 1. & per istam rationem in causa Lucana bonorum 13. Martij 1609. coram Reuerendiss. Lugdunen. fuit dictum, quod purè relictum altari cum hoc, quod non impetretur, aliàs bona deuoluerentur ad † alium facta impetratione non intrabat
40 deuolutio ex facto tertij impetrantis altare, & respondetur omnibus contrarijs.

41 Et quamuis † Bartol. in d. l. si insulam, loco citato, teneat prædictam conclusionem non habere locum quando constat Testatorem, vel contrahentem velle auferre à primo propter moram adimplere debentis, itaut non detur purgatio, tamen dictũ Bart. non officit, tum quia non constat quod Comes Ioannes voluerit propter solam moram bona deuolui vt patet ex verbis supra relatis, in quibus terminis dicunt Bart. & alij supra relati, non esse certũ in omnino, disponentem velle propter moram bona deuolui, & propterea esse locum purgationi moræ,
42 tum etiam † quia contra Bartol. expresse tenet post Bald. Imol. & Cuman. in dicta l. si insulam, Castr. num. 5. Alex. num. 41. Ias. num. 38. vers. sed quod imò indistinctè. Bolognett. num 251. & seq. vbi latè qui mouetur ea ratione, quia stipulatio si non dederis non operatur, quod irreuocabiliter sit ius quæsitũ, sed cum modificatione, si mora non purgetur, & hoc sit dictum ex abundanti, quia satis est, quod constet de clara voluntate Comitis Ioannis.

Et ita conclusum, siue Domini hæredes prætendant solam executionem ad ipsos deuolutam, siue omni iure relictum ad ipsos delatum per rationes supradictas.

REVERENDISS. D. COCCINO.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 25. Octobris 1621.

ARGVMENTVM.

Fructus rei venditæ ante pretij solutionem decursi, quamuis secundum nonnullos Doctores, soluto pretio, peti nequeant, quia illi actione ex vendito consequi non possunt, cũ debeantur officio Iudicis mercenario, vnde extincta actione principali per solutionem pretij, extincta quoque remanet dicta fructuum petitio. Tamen quicquid sit de ista opinione, relinquẽdo eam in suo robore, contrarium magistraliter in præsenti decisione resoluit Rota, vt scilicet dicti fructus peti possint etiam soluta sorte principali, cum illi non debeantur venditori tanquam fructus, sed tanquam res propria ex æquitate legis commutatiuæ, & iure naturali, scilicet ne quis locupletetur, cum aliena iactura, vnde quandocumque peti possunt, implorando etiam officium Iudicis nobile, quæ conclusio defenditur hic à Rota alijs rationibus irrefragabilibus.

SVMMARIVM.

1 *Fructus rei venditæ ante pretij solutionem decursi soluta sorte, peti nequeunt, & num. 5. 7.*
2 *Fructus rei venditæ ante pretij solutionem decursi soluta sorte, ideo peti nequeunt, quia illi non sunt in obligatione, cum officio Iudicis debeantur.*
3 *Vsuræ rei venditæ ante pretium solutum peti non possunt iure actionis ex vendito, & ideo extincta actione principali per solutionem, d. vsuræ peti non possunt.*
4 *Fructus rei venditæ decursi ante pretij solutionem petuntur officio Iudicis mercenario.*
6 *Fructus rei venditæ, de quibus in l. curabit. C. de act. empt. debentur officio Iudicis mercenario, cum d. lex dirigat verba in ipsum Iudicem.*
8 *Interesse ex l. curabit C. de act. empt. neque stricto iure, neque vlla actione debetur, sed sola iuris æquitate, Iudicisq. officio particulari.*
9 *L. curabit. C. de act. empt. non iudicanda superflua, cum satis operetur tollendo moram, quæ aliàs erat necessaria ad petendum d. interesse.*
10 Contractus venditionis est bonæ fidei.
11 *Actio ex vendito competit venditori ad pretium, ac etiam ad vsuras pretij tempore traditionis rei.*
12 *Verbum, iudicium, latius patet, quã verbũ, actio,*
13 *in Iudicio intentato super sorte rei venditæ venitur etiam fructus recompensatiui per implorationem officij Iudicis, & num. 14.*
15 *Fructus decursi ante sortis solutionem debentur venditori non tanquam vsuræ, sed tanquam res propria ex æquitate legis commutatiuæ, & iure naturali.*
16 *Iustitia commutatiua consistit in æqualitate.*
17 *Venditor, quando tradit emptori fundum, pro quo prætium non soluit, si ex eo percipiat vtilitatem, debet facere æqualitatem soluendo fructus.*
18 *Fructus recompensatiui pretij non soluti emptor omni iure debet soluere.*
19 *Fructus pretij non solum, cum spectent ad venditorem, ideo illos potest petere, tàm actione datiua, quàm natiua.*
20 *Venditor potest agere ad fructus decursos ante pretij solutionem ex æquitate l. si me, & Titium. ff. si cert. pet.*
21 *Venditor consequi potest fructus decursos ante pretium solutum de iure ciuili conditione sine causa, & de iure Canonico, officio Iudicis nobili, & num. 26.*
22 *Res mea si ad aliud sine causa deueniat, & ex ea factus est locupletior, prout præsumitur, tunc qua actione mihi succurratur, num 23.*
24 *Officium Iudicis nobile non inseruit actioni, quod procedit tàm de iure canonico, quàm ciuili, et n. 25.*
27 *Actio, quando competit, non potest competere officium Iudicis nobile.*
Officiũ Iudicis nobile datur deficiente actione n. 27.
28 *pro Consequutione rei propriæ, quis potest implorare officium Iudicis nobile, etiam quod ei competat actio, & num. 30.*
29 *pro Equo meo mihi restituendo possum officium Iudicis nobile implorare.*
31 *Facti puritas, & rei veritas de iure canonico in iudicijs attendi debet.*

32 *Vsuræ rei venditæ decursæ ante pretij solutionem, vt debeantur officio Iudicis nobili, requiritur mora per litis contestationem.*

33 *Interpellatio non requiritur, quando petitur interesse iuxta terminos l. curabit. C. de act. empt.*

34 *Fructus præteriti non possunt peti officio Iudicis nobili.*

35 *Fructus rei venditæ decursi ante pretij solutionem, venditor potest petere officio Iudicis nobili, quamuis sint præteriti.*

36 *Fructus, quando petuntur vti res principalis, debentur vsque ab initio.*

37 *Aequitas l. si me, & Titium. C. de act. empt. an verum sit, vt spatio triennii præscribatur.*

38 *Possessor bonæ fidei non tenetur ad restitutionem fructuum rei principaliter deductæ in iudicium, nisi in quantum sit factus locupletior, & non sit lapsum triennium.*

39 *Quæ tamen conclusio non procedit, quando fructus petuntur, vti sors principalis.*

40 *Vsucapio ad hoc vt intret, requiritur bona fides.*

41 *Fructus recompensatiui debentur venditori, si emptor non soluat pretium rei emptæ.*

42 *de Fructibus acquirendis, quando agitur, sufficit error, etiam iuris.*

43 *Error iuris nō sufficit ad effectum vsucapiendi fructus, vt possessor non teneatur eos restituere, saltem, quando petuntur vti sors principalis.*

44 *ad Fructuum acquisitionem sufficit abesse malam fidem.*

ad Vsucapionis effectum requiritur titulus, & sic quod adsit bona fides.

45 *Emptor, quod retineat rem, & pretium, id nullatenus est iustum.*

46 *Legis si me, & Titium. C. si cert. petat. æquitas non præscribitur, nisi spatio 30 annorum.*

47 *ad Actionem personalem præscribendam quantum tempus requiratur.*

Officium Iudicis nobile, vt præscribatur, requiritur tempus 30. annorum.

48 *Emptor tenetur ad fructus recompensatiuos ob dilatam pretij solutionem etiam non docto de adimplemento.*

49 *Emptor tenetur ad fructus decursos ante pretium solutum ex æquitate, ne ipse eos lucretur cum aliena iactura, & detrimento venditoris.*

50 *Inæqualitas ne subsit inter contrahentes curandum est.*

51 *Emptor ideo tenetur ad fructus recompensatiuos ob dilatam solutionem, etiāsi venditor non adimpleuerit ex parte sua, quia ob defectum d. implementi non minuitur emptori vsus rei, & num. 52.*

53 *pro Fructibus decursis ante pretij solutionem competunt venditori officium Iudicis mercenarium, æquitas l. si me, & Titium. ff. si cert. pet. conditio sine causa, vel officium Iudicis nobile.*

54 *Remedium ordinariū, & extraordinarium, quando ex diuersis fontibus originem trahunt, tunc remedium ordinarium non excludit extraordinariū.*

55 *Fructus decursi ante pretium solutum debentur venditori ex obligatione nociua, & quando.*

56 *Instrumentum, si contineat obligationem Cameralem, cum clausula aliàs &c. ista imbreuiatura extenditur ad damna, & interesse.*

57 *Fructus decursi ante pretij solutionem, cum venditor possit petere ex stipulatu, stante obligatione Camerali in instrumento venditionis, propterea sorte soluta illi etiam peti possunt.*

58 *Fructus rei venditæ decursi ante pretij solutionem, debent liquidari iuxta quantitatem quot annis perceptam, cum iuxta illam debeantur.*

DECISIO CCCXV.

DVBITAVI, an fructus rei venditæ ante pretij solutionem decursi soluto pretio peti possint, & pro negatiua dicebatur, quod soluta sorte dicti fru-
1 ctus recompensatiui † peti non possunt, per textum expressum, *in l. qui per conclusionem* 51. *§. pretij sorte. ff. de act.empt.* in qua sic habetur, pretij sorte
2 licet post moram † soluta vsuræ peti non possunt, cū hæ non sint in obligatione, sed officio Iudicis præstētur *Bart. in l. 1. num. 10. in fine. ff. de iurisdict. omn. iudic. Ias. instit. de act. in princ. num. 60. Castr. in l. Iulianus. §. ex vendito in lectura antiqua num. 4.*
3 *de act. empt.* vbi quod vsuræ peti non possunt † iure actionis ex vendito, quia debentur officio Iudicis mercenario, & ideo extincta actione principali per solutionem pretij, vsuræ peti non possunt per *d. §. pretij sorte. Dec. in l. 1. num. 27. post med. vers. sed aduertendum est. ff. de iurisdict. omn. iudic. & in l. si me, & Titium num. 5. ff. si cert. pet.* vbi etiam dicitur expressè quod officium Iudicis de quo in dicto
4 *§. pretii sorte*, est † mercenarium, *Ias. in eadem l. si me, & Titium, num. 3. versic. vnde sorte, Zasius numer. 3. vers. verum hoc, Gregor. Lopez. partit. 5. tit. 12. l. 5. gloss. 2. in fine, Ant. Faber. de erroribus pragmaticorum par. 2. decad. 26. errore 10. num. 13. & 17. Petrus Costalius aduersariorum iuris parte tertia lib. 19. Pandect. in tit. de act. empt. l. 49. fol. 494. Peregr. cons. 85. nu. 4. lib. 3. Vigelius lib. 42. Digest. c. 9. post causam 17. in except. generalib. reg 2. fol. 761. tom. 4. Gothofred. in d. l. qui per confusionem, §. pretij sorte. ff. de act. empt. in littera F.*

Et ex prædictis soluta sorte nō possunt peti fructus
5 recompensatiui † decursi ante solutionem ipsius sortis ex æquitate *l. curabit. C. act. empt.* cum ex illa le-
6 ge debeantur officio Iudicis mercenario, cum † verba dirigantur ad Præsidem non ad partes ibi, *curabit Præses Prouinciæ compellere emptorem, qui nactus possessionem fructus percepit, partem pretij, quā penes se habet cum vsuris restituere, &c.* prout ita distinguendo dicunt *Bald. in l. terminato num. 14. C. de fruct. & lit. expens. Mathesil. sing. 80. Felin. in cap. significauerunt col. 3. ante nu. 3. vers. scias etiam de except. Castr. cons. 16. si ponderantur nu. 9. & 10. lib. 1.* & in terminis *l. curabit. C. de act. empt.* dicit in eadem lege *Cagnolus num. 19. & 20.* & allegat textum *in l. fructus 13. C. de act. empt.* ibi venditor quoque si moram interuenisse probetur, vsuras officio Iudicis exigere potest, & etiam in terminis *d. l. curabit*, quod debeantur fructus recompensatiui offi-
7 cio Iudicis mercenario, † itaut soluta sorte amplius peti non possint, tenent *Co: n. cons. 59. num. 3. vers. quod probatur, Gabr. cons. 145. num. 12. lib. 2. Lupus de vsuris in d. l. curabit nu. 138. vers additur Franciscus Zoannett. rerum quotidianar. in cap. 9. nu. 6.* vbi quod interesse ex *lege curabit C. act. empt.* neque
8 stricto iure, neque vlla actione venditorem sibi † petere sciendum est; idem enim sola iuris æquitate debere Iudicisq. tantum officio postulari decet, & allegat textū *in l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de act. empt. & in l. 2. C. de vsur. & in l. fructus. C. act. empt.* Nec pro-

propterea videtur superflua dispositio *d.l. curabit,*
9 quia satis operatur, † cum tollat moram, ibi licet
nulla mora interuenerit, quæ alias requireretur, *vt*
in d §.pretij sorte expresſè habetur, quia agitur de
10 contractu † bonæ fidei; vt explicat *Giphanius in d.l.*
curabit post *princ.* & latè *Lupus de vsur. in d.l.cu-*
rabit.c.moment.1.§.7.num.131.& 132. cum pluri-
bus seqq.

11 Nec videtur obstare textus *in d.l.† Iulianus §.&*
vendito. ff. de act. empt. vbi quod actio ex vendito
competit venditori ad pretium, ac etiam ad vsuras
pretij tēpore traditionis rei, quia vt aduertit *Castr.*
ibidem num.4. vers.nec obstat, in illo textu non di-
citur quod fructus veniant in hac actione, sed in hoc
12 iudicio, † quod est latius vocabulum, & ideo dicen.
est in iudicio intentato super sorte venire fructus re-
13 compensatiuos † per implorationem officij Iudicis,
& hoc dictum refert, & sequitur *Cagnol. in d.l. cu-*
rabit nu.22. Franciscus Zoannett. rerum quotidia-
narum d. c. 9. num.6. dum allegat hunc textum ad
probandū quod isti fructus recōpensatiui debeantur
14 officio † iudicis mercenario nō autem iure actionis.

Prædictis tamen in suo robore permanētibus cē-
suerunt Domini istos fructus etiam soluta sorte
posse peti, & pro resolutione fuit dictum esse indu-
bitatum quod isti fructus spectant ad venditorem
15 † non tanquam vsuræ, sed tanquam res propria ex
æquitate legis commutatiuæ, & iure naturali, *Co-*
uar.var.resol. lib.3. c.4. num.1. vers.& ideo alia ex
16 *causa*, quæ quidem iustitia commutatiua † consistit
in æqualitate, *authore Aristotele 5. Ethic. c.5.* ergo
quando venditor tradit emptori fundū pro quo pre-
17 tium non soluit, † si percipit ex eo vtilitatem, debet
facere æqualitatem soluendo fructus, vt pulchrè per
Alex. in cons.14. num.1. in fine lib.1. Vnde meritò
18 iure isti † fructus debentur *Alex. vbi supra num.2.*
Bisfeldius de vsuris in c.in ciuitate quæst.6. conclus.
3. fol. mihi 188. Franciscus Zoannett. rerum quoti-
19 *dianarum d c.6.num.1.* & ideo cū isti fructus † spe-
ctent ad venditorem illos potest petere tàm actione
datiua, quæ datur ex lege ex quadam æquitate, quā
actione natiuà, quæ habet materiam sufficientem
præexistentem ex qua oritur, vt in hoc casu ex obli-
gatione, de quibus actionibus, *Ias. in §. rursus nu-*
mer.79. instit. de action. & in l.si me, & Titium nu-
mer.3. ff. si cert. pet. Et quantum attinet ad actionē
20 † datiuā, visum fuit venditorem posse agere ad istos
fructus ex æquitate *d.l. si me, & Titium. ff. si cert.pet.*
21 de iure quidem ciuili conditione sine causa † de iure
verò canonico officio Iudicis nobili. Nam *in d l. si*
me, & Titium disponitur, quod si res peruenit ad
22 alium sine causa, † & cum ea factus sit locupletior,
prout præsumitur, nisi contrarium probetur *Angel.*
in l.illud. §. prædo in fine. ff. de petit. hæred. Gregor.
Lopez gloss.2. in fine lib.4. tit.14. par.6. etiamsi Do-
minus ad rem nullam habeat actionem, quia inter il-
23 lum, & possessorem nihil actum sit, ex quo † oriatur
obligatio ciuilis, aut naturalis tàm ex æquitate illius
legis datur Domino de iure ciuili conditio sine cau-
sa, vel incerti conditio generalis, quæ concurrit cum
ea, *& not. ibi* Doct. & præsertim Dec. *in princ.* & ista
est communis sententia, vt per *Guttierez. in auth.*
sacramenta puberum. C. si aduersus venditorem,
iure verò canonico competit officium Iudicis nobi-
24 le, quod non † inseruit actioni, *Hostiens. in cap. bonæ*
num.8. Ioan. Andr. num.15. de app. Paris. cons.121.
num.26. lib.4. Alex. in d.l. si me, & Titium num.9.
Natt. cons.147. num.2. lib.1. & cons.384. nu.7. lib.2.
& cons.733. nu.2. lib.3. Surd. cons.157. nu.5. lib.2.
25 & hæc opinio procedit etiam † de iure ciuili, vt est
text. singularis in l.2. ff. de var. & extra ordin. co-
gnit. de quo statim dicetur, *et not. Guid.pap. decis.*
362. num.1. & in terminis fructuum recompensati-
26 uorū per dictas rationes, quod † competat officium
Iudicis nobile tenet *Honded. cons 30. num.57. lib.1.*
Surd. cons.101. num.17. lib.1.

Neque obstat, quod si competit actio non potest
27 competere † officium Iudicis nobile, quod datur de-
ficiente actione, vt in puncto *Ias. d.l. si me, & Titiū*
num.3. Dec. num.4. et seqq. Quia iste est casus spe-
28 cialis, quod † pro re sua restituenda quis possit im-
plorare officium Iudicis nobile, etiam quod aliàs cō-
petat actio *l.2. ff de var. et extraordin. cognit.* vbi
29 pro equo † meo mihi restituendo possum officium
Iudicis nobile implorare, & hoc *not. ibidem Bart.*
vers. tertius casus. Specul de offic. omn. iud. §.1. nu-
mer.10. vers. item imploratur loco, quod dictum etiā
30 ad alias res † extendit *Guid.pap. decis.362. num.1.* &
hoc procedit etiam de iure canonico, vt est bonus
textus *in c. dilecti filij de iudiciis dum dicitur*, pro-
uideatis attentius, ne ita subtiliter sicut à multis fie-
ri solet cuiusmodi actio intentetur inquiratis, sed so-
31 lum † simpliciter, & purè factum ipsum, & rei veri-
tatem secundum formam Canonum, & Sanctorum
Patrum institutionem inuestigare curetis, quem
textum ad propositum ponderat Guid.pap. decis.362.
32 *num.1.* prout non † obstat quod si isti fructus de-
bētur officio Iudicis nobili, requirebatur mora per
litis contestationem, & non per extra iudicialem in-
terpellationem, & deberentur de futuro non autem
de præterito, *Alex. cons.7. num.10. et seqq. lib.2.* Nā
fuit responsum in istis fructibus non esse agendum
33 de interpellatione, † cum illa non sit necessaria ex
dispositione *d. l. curabit. C. de act. empt.* Et quod de-
beantur futuri, non autem præteriti non est verum,
34 quia licet officio Iudicis nobili nō possint † peti fru-
ctus præteriti, sed tantum futuri, hoc non procedit
in casu isto in quo isti fructus non petuntur tanquam
fructus rei principaliter deductæ in iudicio, sed tan-
35 quam res principalis debita venditori, ideo † offi-
cium iudicis competit simpliciter pro istis conse-
quendis, etiam quod sint præteriti post imploratum
officium iudicis, ea ratione, quia cum petantur, tan-
36 quam † res principalis debentur vsque ab initio,
Franciscus Milanen. decis.8. num.352. et seqq. Ia-
cob. Cancer. variar. resolut. cap.16. num.97. in fine de
lit. contestatione, Rota decis.689. lib.3. par.3. Sera-
phin. decis.1168. num.3, et fuit dictum in Cæsarau-
gustana pensionis 15. Maii 1589. coram Gypsio, et
Mediolanen. fructuum 26. Maii 1589. coram Platto,
et in causa Calaguritan liquidationis 4. Maii 1618.
coram Illustr. D. meo Card. Sacrato, et nouissimè in
causa Romana pensionis domus 15. Decembris 1617.
coram R.P.D. meo Buratto, et in alia Toletana
pensionis 16. Februarii 1618. coram R. P. D. meo
Pamphilio.

Neque est verum, quod æquitas de qua *in d. l. si*
37 *me, et Titium* spatio triennij præscribatur, † quia hęc
nullibi probatur, & quamuis Doctores infra allegā-
di dicant quod possessor bonæ fidei non teneatur
38 ad restitutionem fructuum † rei principaliter de-
ductæ in iudicium, nisi in quantum est effectus lo-
cupletior,

cupletior; & si lapsum est triennium, non tenetur
propter vsucapionem, ita *Ias. in d. l. si me, et Titiũ.*
num. 1. in fine, et num. 2. Alciat. nu. 11. et seqq. Doct.
pariter *num. 2. et seqq.* licet postea concludat con-
trarium. Attamen ista conclusio non officit in casu,
39 de quo agitur, in quo fructus petuntur † tanquam
sors principalis; omisso enim quod emptor nõ ostẽ-
dit non fuisse effectum locupletionem, prout tenetur
probare vt supra deductum est, cum prætendat fru-
ctus triennio vsucapione præscripsisse requiritur
40 † bona fides, vt est *titulus instit. de vsucap. in princ.*
l. Celsus, ff. eod. Paeladorus rerum quotidianarum
cap. 1. §. 9. num. 1. et seq. vbi latè, qui quidem titu-
lus, nec bona fides ad hunc effectum adsunt, quia vt
41 dictum est de iure isti † fructus spectant ad vendito-
rem, & quamuis quando agitur de acquirendis fru-
42 ctibus sufficiat error iuris, † qui fortè hic posset al-
legari, attamen non est sufficiens, tum quia non est
probatus, & probari debet *Bart. in l. sed etsi lege*
§. scire num. 3. ff. de petit. hæred. Surd. cons. 115. nu-
mer. 17. et seqq. et decis. 45. num. 14. tum etiam quia
error iuris licet sufficiat, vt fructus acquirantur, nõ
43 sufficit tamen ad effectum vsucapionis, vt † non te-
neatur illos restituere saltem quando principaliter
petuntur tãquam sors principalis, & ratio differen-
44 tiæ est, quia ad effectum acquisitionis fructuum † suf-
ficit malam fidem abesse ad effectum veræ vsucapio-
nis requiritur verus titulus, & sic quod adsit bona
fides, & per istas rationes ita respõdet *Bart. in d. l. sed*
et si lege. §. scire num. 2. et seqq. Abbas in cap gra-
uis. num. 17. de restit. spoliat. Soccin. iun. cons. 150.
num. 22. vers. demum lib. 1. Peregr. de fideic. art. 49.
tit. 117 & seq. & nouissimè Adrianus Negusantius
cons. 281 nu. 79. & seqq. aliam solutionem dat, *Surd.*
cons. 101. num. 41. lib. 1. videlicet dato quod emptor
45 fructus faciat suos, cum non sit iustum, † quod re,
& pretio fruatur, tenetur interesse damni emergen-
tis, & vsuras pretij soluere in recompensationem
fructuum, & secundum illorum ratam quos nõ per-
cepisset, si venditor rem non tradidisset. Et hinc fit
46 quod ad præscribendam † æquitatem *l. si me, & Ti-*
tium. ff. si cert. pet. in istis terminis requiruntur tri-
ginta anni. Nam aut de iure ciuili intentatur condi-
tio sine causa, & tunc cum sit actio personalis, tale
47 tempus † requiritur *l. 2. §. neque. C. de constit. pecun.*
Aut de iure canonico imploratur officiũ iudicis no-
bile, & pariter ad illud præscribendum tempus tri-
ginta annorum requiritur *l. sicut vbi glos. in verbo*
persecutione, & Bart. num. 3. & cæteri Doct. C. de
præscrip. 30. annorum, Bald. in l. 3. §. sed quia nostra
C. commune delegat.

Nec etiam est verum quod isti fructus peti mini-
mè possint, cũ non doceatur de adimplemento, quia
48 quicquid sit † de non adimplemento etiam de eo nõ
docto adhuc isti fructus peti possint, *Bald. in l. 2. nu-*
mer. 7. Castr. num. 1. C. de vsur. Dec. cons. 119. col. 3.
vers. 3. adduci potest, & col. fin. vers. quinto non ob-
stat. Couar. variar resol. lib. 3. cap. 4. num. 6. 12. &
latè prosequitur *Surd. cons. 101. num. 22. vers. non*
obstat lib. 1. qui affert rationem videlicet quod fru-
49 ctus † recompensatiui debentur ex æquitate ne em-
ptor fructus lucretur cum aliena iactura, & detri-
mento venditoris, & ne inter contrahentes subsit in-
50 æqualitas, itaut alter ex vno eodemque contractu
commodum sentiat, alter verò damnum, quæ qui-
51 dem æquitas versatur, etiam quod venditor † non ad-
impleuerit ex parte sua, quia ob defectum huius im-
plementi non minuitur emptori vsus rei. Ergo eo-
dem modo venditori minui non debet interusurium
52 pretij non soluti, *Bald. & alij supra allegati, & sæ-*
pè per Rotam fuit resolutum, & signanter coram me
in causa Asculana, seu Ripana pecuniaria 11. De-
cembris 1606.

Neque supra in contrarium adducta obstant cum
53 se compatiantur cum prædictis scilicet, quod † de
stricto iure competat pro istis fructibus officium iu-
dicis mercenarium, & ex æquitate *l. si me, & Titiũ,*
ff. si cert. pet. conditio, sine causa, vel officium iudi-
cis nobile, nam quando remedium ordinarium, &
extraordinarium ex diuersis fontibus originem tra-
54 hunt, tunc remedium † ordinarium non excludit
extraordinarium, vt in terminis de actione, & offi-
cio iudicis, quando proueniunt ex diuersis fontibus,
dicit *incertus author. in tractatu synopsico de act. in*
foro rectè instituendis cap. 12. nu. 8. vbi allegat text.
in l. 2. C. de pactis inter empt. & vendit. & in l. quo-
ties ff. de action. & oblig.

Secũdo principaliter fuit dictum istos fructus de-
55 beri † ex obligatione natiua, quæ habet materiam
præexistentem, scilicet obligationem, cum instru-
mentum contineat obligationem Cameralem cum
56 clausula aliàs &c quæ imbreuiatura, aliàs † exten-
ditur ad damna & interesse, quorum appellatione
veniunt etiam isti fructus, *Cagnol. in d. l. curabit in*
fine, & num. 13. & fuit resolutum in causa Britono-
rien. saluiani 7. Decembris 1618. coram R. P. D.
57 *meo Pirouano,* & sic isti fructus etiam † ex stipulatu
debẽtur, & propterea sorte soluta peti possunt *l. ini-*
tio 5. C. de pact. inter empt. & vendit. l. fund. in fine,
ff. de except. soluta enim sorte durat actio ad ea, quæ
sunt in stipulatione, vt in puncto dicit *Petrus Castal.*
aduers. iur. part. 3 lib 19. Pandect. in titulo de act.
58 *empt. super l. 4. fol. 494.* ac debent † liquidari iuxta
quantitatem quotannis perceptam, cum iuxta illam
debeantur, *Franciscus Zoannettus post Bartol. Dec.*
& alios quos ipse allegat rerum quotidianarum cap.
9. in fine.

Censuerunt tamen Domini istos fructus deberi
tantum à die decreti Cardinalium vsque ad diem
depositi, quia vsque ad diem prædicti decreti hæredes
non tenentur propter remissionem factam à Cardi-
nalibus iuxta resolutionem emanatã 10. Iunij 1620.
coram R. P. D. meo Pamphilio.

Et ita conclusum.

☞ *Confirmata fuit hæc decisio à Rota coram eodem*
Coccino sub die 1. Iulij sequentis anni 1622. est in-
fra suo loco.

REVERENDISS. COCCINO.

Romana Vicariæ.

Lunæ 8. Nouembris 1621.

ARGVMENTVM.

Papa, si in Ecclesia Collegiata Curata erigat Vicariam
perpetuam, an ex tali erectione dicatur cura anima-
rum omnimoda, & totalis priuatiuè ad Capitulum
translatum in Vicarium perpetuum, & resolutio
quoad curam actualem est affirmatiua, quo verò ad
habitualem est negatiua, quia ea remanet penes
Capitulum, & quare.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia Collegiata, quando est parochialis, tunc cura animarum habitualis est penes Capitulum, actualis verò penes Vicarium.*

2 *Papa, si erigat Vicariam perpetuam, & in Vicarium transferat curam animarum, quid ex hoc intelligat facere. & num.3.& 8.*

3 *Papa, erigendo in Ecclesia Collegiata Vicariam perpetuam, non tollit curam habitualem animarum, quæ est penes Capitulum.*

4 *Vicaria perpetua in Ecclesia Collegiata, quando erecta est à Papa, quando dicatur translatum exercitium curæ in Rectorem, & quando non.*

5 *Innocent. in cap. proposuisti in fin. de præbend. & alij in quo casu loquantur. & num.6.*

9 *Concessio facta à Papa alicui, recipit interpretationem à Iure.*

10 *Vicarius perpetuus in Ecclesia Collegiata, si recipiat certam pensionem à Rectore Ecclesiæ, tunc cura animarum penes d. Vicarium est tantum actualis, secus verò si ipse soluat certam pensionem Ecclesiæ. num.6.& 7.*

DECISIO CCCXVI.

SANCTAE memoriæ Pius Quintus in Ecclesia Sanctæ Mariæ in Via lata, quæ est collegiata, ac etiam parochialis, vicariam perpetuam pro vno Vicario perpetuo, qui curam animarum Ecclesiæ incumbentem gerere debeat, &c. perpetuo erexit, & constituit, vnde dubitaui, An totalis & omnimoda cura priuatiuè ad Capitulum in Vicarium prædictũ esset translata, & Domini censuerunt curam actualem omnimodam esse penes dictum Vicarium, habitualem verò penes Capitulum, ratio decisionis fuit, quia certum est, quod cum ista Ecclesia collegiata † sit parochialis ante erectionem dicti Vicariatus, cura residebat penes Capitulum. *Oldrad. cons.63.nu.1.in fin. Rom.325.nu.3. Gabr.cons.190. num.7.lib.2. Hostien.in c. exposuisti infra, de præben. Mandos.cons.20 num.9.* & propterea Papa erigendo Vicariam perpetuam, & in Vicarium transferendo curam, nihil aliud † fecit, quam constituere illum actu Rectorem curæ animarum, licet propriè non sit Rector Ecclesiæ. *Vital. in clem. 1. num.24. de offic. Vic. Abb. in cap. ex parte in 3. not. de offic. Vic. Innoc. in c. cum non. num. 2. vers. si autem perpetuũ de præben. Card. in d. clem. 1. num.10. q.9. vers. solutio. & in cons. 3. col. 1. in fin. paulò ante num. 1. vers. & hoc videtur num. 1.* auferendo curam à Capitulo; *Nauar. cons.21. num.7. de cleric. non resid. in nouis* Firma tamen remanente cura habituali † penes Capitulum. *Abb. in c. extirpandæ. §. quia verò num.15. & in c. exposuisti in fin. de præben. Cardin. in d. clem.1. num.10. vers. solutio. de offic. Vic. Franc. in c. super eo, num.2. de præben. in 6. Nauarr. dicto cons.21. num.8. de Cleric. non resid. in nou. Caputaq. decis.339. num.2.& 3. par.3.*

4 Non obstat quod Capitulum prætendat fuisse translatum solum exercitium curæ, † ex quo certa portio assignatur Vicario, fructus autem spectant ad Capitulum, licet secus esset si Vicarius solueret pẽsionem Capitulo. *Hostien. in d. c. exposuisti, in fin. Io. Andr. num.8. de præben. Felin. in c. postulasti n.1. vers. aut perceptio. de rescript. Abb. in d. cap. extirpandæ. §. quia verò num.15. vers. ex quo sequitur,*

5 *de præben.* Nam fuit responsum, quod isti † Doctores loquuntur quando vnio Ecclesiæ parochialis fit alteri Ecclesiæ, & tunc faciunt distinctionem prædictam, nec loquuntur in simplicibus terminis curæ actualis, & habitualis, sed ad effectum cognoscendi, an presbyter instituendus sit Prælatus Ecclesiæ, &

6 sic an habeat curam actualem, & habitualem, † & an propterea habeat exercitium actionum beneficio cõpetentium, & affirmatiuam tenent, si soluit pensionem Canonico, vel Ecclesiæ, cui fuit facta vnio, negatiuam verò, si ipse recipit certum quid de manu Canonici, vel Ecclesiæ, cui fuit facta vnio, vt declarat *Abb. in d. c. exposuisti in fin. de præben.* Vbi si

7 Vicarius habet certam portionem † de manu Canonici, cui fuit facta vnio, cura habitualis, & exercitium actionum remanet penes Canonicum, cura verò actualis remanet penes Vicarium, & bénè etiã declarat *Card. in clem. 1. num. 10. in fin. vers. distinctio, de offic. Vic.* qui non sunt termini nostri, sed agitur de erectione Vicarij perpetui in Ecclesia Collegiata curata, vnde certum est, † cum Vicarius sit

8 perpetuus, curam actualem fuisse translatam in ipsum Vicarium firma remanente habituali in Capitulo, vt supra probatum est.

9 Non obstat similiter, quod † prætendit Vicarius omnimodam curam fuisse in ipsum translatam. Cum Papa voluerit Vicariũ gerere debere curam animarum Ecclesiæ incumbentem, quia ista verba recipiunt interpretationem à Iure, vt intelligenda sint quoad actualem, non autem quoad habitualem, cum

10 talis sit † natura Vicarij perpetui, qui recipit de manu Rectoris Ecclesiæ certam portionem, vt patet ex prædictis, &c.

R. P. D. VBALDO.

Ferrarien. Decimarum.

Lunæ 8. Nouembris 1621.

ARGVMENTVM.

de Fructuum liquidatione, eorumque valore, quando agitur, cum sit materia satis difficilis probationis, ideoque in his terminis Iura admittunt leuiores probationes, etiam per coniecturas, quæ conclusio tamen non procedit, quando quis impugnatiuè contra liquidationem iam factam venit, vel prætextu læsionis, vel iniustitiæ, quia tunc concludentes requiruntur probationes, quod amplia si sententia liquidatoria transiuerit in iudicatum. Euictio rei venditæ quando est secuta, eius valor de quo tempore sit æstimandus.

SVMMARIVM.

1 *Testis si sit suspectæ fidei non releuat.*

2 *Testis si affectet victoriam causæ, an integer reputetur.*

3 *Testis minus idoneus, si concordet cum dictis aliorum testium, saltem deseruit pro adminiculo.*

Testis defectus suppletur ex aliorum numero. n.3.

4 *Testes non probant valorem, si deponant per possibile, & de eorum iudicio.*

5 *Testes rectè probant quantitatem, & valorem rei, qui secundum veram cognitionem, & practicam, quam habent in re, deponunt.*

6 *Fructuum perceptio præsumitur ex re fructifera.*

7 *de Quantitate rei, & non de substantia quando controuer-*

trouertitur,tunc leuior probatio debet sufficere per possibile,& consuetum,& quare. num.8.

9 *Testes non dicuntur deponere per possibile,si deponant assertiuè,& de propria scientia.*

10 *Testis qui non est informatus, vel non recordatur de re, super qua deponit, non est attendendus. & num.11.*

12 *Testis vnicus, & examinatus in diuersa causa non releuat.*

13 *Quantitas frumentorum quando non probetur ex libro Gabellariorum.*

14 *Peritorum calculus circa quantitatem, & valorem alicuius rei,quando non attendatur.*

15 *Calculus peritorum si sit imperfectus non probat. & num.16.*

17 *Valor rei, quatenus sit spectandus de tempore euictionis, tamen ille non est spectandus de illo anno tantum,vel de subsequentibus,sed iuxta valorem, ante,& post euictionem. declara, vt num.22.*

18 *Pinell.de rescindend.vendit. par.3. cap.4. num.30. in quo casu loquatur.*

19 *ex Solutione census trium annorum præsumitur solutio etiam pro annis præteritis.*

20 *Text.in l.quicumque C.de apoc priuat.lib.10. procedit etiam in alijs materijs, quam in solutione census.*

21 *Consuetum maximè attenditur in materia probationis fructuum,& eorum valoris.*

22 *Bart.in l.2.num.23.C.de rescindend.vendit. & decis.65.num.15.par.2.diuers & decis.648. num.4. par.1.recent.quo casu loquantur.*

23 *contra Fructuum liquidationem, quando quis venit impugnatiuè vel prætextu læsionis, vel iniustitiæ,tunc valorem eorum plenè, & concludenter debet probare.*

24 *Subhastatio si impugnetur ratione iniustitiæ pretij, tunc illud clare, & concludenter probandum.*

25 *de Fructibus liquidandis, quando agitur, cum materia sit difficilis probationis, ideo sufficit leuior probatio, & per coniecturas.*

26 *Iudex in terminis liquidationis fructuum, eorumque valore potest se extraiudicialiter informare.*

27 *super Fructuum liquidatione si sit lata sententia, ac in iudicatum transiuerit, tunc pars quæ dat de iniustitia liquidationis arctius stringitur ad eam probandam, in articulo restitutionis in integrum.*

28 *pro Iudicis decreto, & sententia stat præsumptio, propter eius auctoritatem.*

29 *Actor tenetur concludenter fundare suam intentionem.*

30 *Præsumptionum concursus non datur limita.n.31.*

32 *Decimæ debent conduci ad horreum Domini, expensis eius, qui decimatur.*

33 *in Liquidatione, & valore decimarum non habetur ratio, quo ad expensas cōductionis ad horreū.*

34 *Fides quamuis sit extraiudicialis suffragatur, quādo habet pro se assistentiam iuris communis.*

DECISIO CCCXVII.

DECISIO in hac causa facta die 28.Maij præteriti, in qua fuit resolutum, liquidationem esse faciendam ad summam contentam in sententia liquidatoria de partibus, impugnabatur tantū quoad primum caput sententiæ pro parte informantium pro Serenis. Duce, pro parte verò hæredum de Flumine, quoad deductionem prætensarum impensarū pro colligendis decimis, prout in fine decisionis, Domini autem censuerunt standum esse in decisis, nulla habita ratione impensarum dictarum, quantitatem enim,& valorem fructuum existimabant iustificari ex testibus,& alijs in decisione ponderatis.

Nec obstare quod tertius testis videatur suspectæ
1 fidei † per *Farin. de test. quæst.55. num.7.& 8.* & tamquam habens affectionem erga Dominos, quo-
2 rum victoriam fatetur se † affectare. *Farin. d.tract. quæst.60.num.46.Cæs.de Grass.decis.3.num.12. de*
3 *test.* quia cum eius dictum concordet † cum dictis aliorum testium, saltim seruit pro adminiculo, & suppletur ex aliorum numero, *vt in decisione,*& tradit *Alex.cons.49.num.6.lib.5. Soccin. iun. cons.29. nu.18.& seq.lib* 2. Qui loquuntur de numero triū, vel quatuor testium.

Non obstat, quod alij tres testes deponant de
4 quantitate fructuum articulata, & de valore † per possibile,& de eorum iudicio, & ideo non probent. *l.neque tales. C.de probat.Caputaq. dec.264 num.3. par.3.cum alijs allegatis.*Quia immo ex lectura constat eos deponere secundum veram cognitionem, &
5 practicam,quam habent de terris, † de quibus agitur, qui modus est optimus, *Cagnol.in l.2. nu. 241. & seq.C.de rescind.vend. & firmatur in decisione,* & tamen cum non agatur de proban. perceptione,
6 quæ non controuertitur, † & præsumitur ex re fructifera, non dato alio possessore. *Seraph. dec. 1245. num.6.* sed de sola quantitate, probatio etiam leuior
7 debet sufficere † etiam per possibile, & consuetum. *Achill.dec.22.de rest.spol. Rota decis.47. nu.1.par.2. in recent. Seraph.dicta decis.1245 num.6.& 7.* pro-
8 pter difficultatem † talis probationis, *vt ascit Mar. in l.2.C.de pignorat. act. Bald.cons.323.sub num.4. l.2. & alij relati per Surd.cons 293.num 31.& in decis.de qua agitur.*

Quo verò ad valorem falsum est, quod testes deponant per possibile, & de proprio iudicio. Immo
9 deponunt assertiuè, † & de certa scientia, quod fructus articulati tanti fuerint communiter venditi per spatium trium annorum,de quibus in lista.

Nec obstat testes in causa euictionis examinati pro Episcopo Cernien. contra Fulmineos; Nam quartus testis, qui fuit decimator, & dedit listam recollectionis decimarum in prædijs villæ Millianei,
10 interrogatus de prædijs illorum de Flumine, † expressè dicit: *Io non ne sò render conto particolare, perche non ne hò pratica alcuna*, & ideo lista etiam ab eo exhibita tanquam folium volans nihil probat. Tertius verò testis non concludit de quantitate, de
11 de qua † dicit se non recordari,sed de redditu in genere,& deponit de tempore,quo terræ occupabantur ab aquis,ex testibus autem vltimi examinis pro hæredibus facti constat terras post euictionem fuisse liberatas,& excitatas ab aquis, quos Rota conside-
12 rauit pro adminiculo in decisione, & in † omnem euentum iste secundus testis esset vnicus, & examinatus in alia causa, sicuti & quartus, de quo supra proxime dictum est, & aliæ probationes, de quibus mox.

Non obstat igitur denunciatio,de qua in Summar. Serenis. D. Ducis num. 4. Quia illa concludit de quantitate frumenti, & bladarum, quæ ad Ciuitatem comportabantur, quæ describuntur in libro Ga-
13 bellarij, sed non † concludit ad totam fructuum recolle-

collectionem, præsertim cum Fluminei haberent exemptionem à Duce Ferrariæ extrahendi extra Statum, & ideo modicam summam ab Vrbe asportabant.

Quo verò ad calculum periti, de quo in d.Summ.
14 num.5. respondebatur, quod cum sit facienda † probatio de tempore euictionis, vt iam fuit resolutum, calculus ille super collectione, & valore, ante euictionem nihil facit, sed prævalere debet liquidatio facta pro hæredibus de tempore euictionis, & postea quæ iustificatur ex testibus, & alijs scripturis, vltra quod
15 relatio illa, & calculus videbatur imperfectus † propter omissionem recollectionis nonnullorum annorum, & in specie quoad Flumineos anni 1596. & quam super frumento, & fato tantum, non autem
16 super alijs bladis, † & leguminibus, necnon vino, porcis, & agnis, pro quibus dicitur decima soluta per hæredes Episcopo euincenti, & ideo ista fuerunt liquidata per testes pro hæredibus inductos.

Demũ nec videbatur, quod dato quod sit spectan.
17 valor de tẽpore euictionis, tamen ille sit probãdus † nõ de illo anno tantum, vel de subsequentibus annis, prout fuit factum, sed iuxta valorem ante, & post euictionem, *iuxta doctr. Bart. in l.2. num.23. C. de rescind. vend. Rota decis.65. num. 15. par.2. diuers. & dec.648. num.4. par.1. in recent.* Quia placuit responsio, quod *Pinellus de rescind. vend. par.3. cap.4. num.30.* à Rota receptus in decis. de qua agitur, lo-
18 quitur † simpliciter de proximioribus annis, & sic siue præteritis, siue sequentibus, cum inde inferatur ad quantitatem, etiam aliorum annorum, imò *text. ab eo alleg. in l. quicumque, C. de apoc. publ. lib. 10.*
19 probat ex † solutione census trium annorum præsumi solutionem, etiam pro annis præteritis, qui tex-
20 tus procedit † etiam in alijs materijs, vt per *Gabr. in tit. de præs. concl. 11. num.20. & seqq.* vis enim esse videtur in illa proximitate ad *dictam l. quicumque* ibi cohærentium annorum, & in consueto, quod ma-
21 ximè attenditur † in hac materia probationis fructuum, & eorum valoris, *Bald. cons.323. in fin. l.2. Rota decis.393. nu.3. par.1. in recent.*

Nec obstat *Bart. in d. l.2. & decisiones supra al-*
22 *legatæ*; quia illæ procedunt, † vbi quis venit impugnatiuè contra liquidationem iam factam, vel prætextu læsionis vel iniustitiæ, & ideo debet eam pro-
23 bare plenè, † & concludenter cum probationibus plurium annorum præcedentium, *vt per Bart. loco citato, & per Rotam d. decis.648. num.4. par.1. rec.*
24 vbi impugnabatur † subhastatio ratione iniustitiæ pretij, sed in casu nostro tractabatur de liquidandis fructibus, & eorum valore, quo casu propter diffi-
25 cultatem probationis sufficere † leuiores probationes & per coniecturas sæpè censuit Rota *in d. decis.*
26 in qua etiam firmatur potuisse † iudicem extraiudicialiter se informare, *vt per Bart. in l. si quod ex Panfila num.2. ff. de leg.2.* communiter approbatur, vt testatur *Cagnol. in l. vnic. num.142. C. de sent. quæ pro eo quod inter.* Et cum iam fuerit lata sententia super liquidatione, quæ transijt in iudicatum, eo ma-
27 gis arctatur pars ad proban. iustitiam, † vel excessum liquidationis in articulo restitutionis in integrum, in quo versamur non solum propter auctoritatem
28 decreti, & sententiæ Iudicis, pro † quo præsumitur *Gabr. in tit. de empt. & ven. lit. conclus.1. num. 63. cum alijs per Rotam d. decis.648. num.1. par.1. in recent.* Sed quia in dicto articulo Serenis. Dux di-
29 citur actor, qui † tenetur concludenter probare suã intentionem, vt fuit dictum in *causa Ferrarien. bonorum 2. Aprilis 1618. coram me.*
30 Ad allegatum concursum præsumptionum † regulariter prohibitum, *iuxta l.1. C. de dot. promiss. cũ alijs per Surd. cons.135. nu.78. & seq. & fuit dictum in causa Valentina illegitimitatis 9. Februar. 1609. coram R.P.D. meo Caualerio*, respondebatur illum
31 cessare, ex quo testes hæredum non deponunt † de quantitate trium annorum simpliciter per possibile, vt supra est ostensum, & sic cessat, quod ex hac præsumptione inferat ad aliam, nempe quod etiam præteritis annis fuerit tantundem perceptum.

Quo vero ad impensas pro decimis colligendis, Domini concluserunt, earum non esse rationem ha-
32 bendam, cum de iure communi † decimæ debeant conduci ad horreum Domini expensis eius, qui decimatur. *cap.1. vers. oportet autem, vbi gloss. in verb. horreum 16. q.7. Abb. in cap. peruenit sub num. 3. de decim.* Et quod nec ex consuetudine habeatur ratio
33 impensarum † in hac materia dicit *Host. in cap. ex parte. 2. de decim. in fin.* sed quicquid sit de hoc, ex fide data apparet in Statu Ferrariæ seruari ius com-
34 mune, de quo supra, quæ † fides quamuis extraiudicialis videtur in hoc sufficiens, cum habeat assistentiam iuris communis ex proximè allegatis.

Et ita fuit decisum, &c.

☞ *Supra in hoc Tomo in præsenti causa habes alteram decisionem sub die 12. Iunij præcedentis anni 1620. est in ordine 227. & decisio, quæ hic allegatur in principio, ponam infra in Appendice post decisiones anni 1626. vbi etiam nonnullas alias in eadem causa referam. Ac in præcedentibus partibus, scilicet 1.3. & 4. recent. videre poteris decisiones, quæ in altera instantia in hac causa coram bo. me. Pirouano emanarunt.*

REVERENDISS. MANZANEDO

Patriarcha Hierosolymitano.

Ariminen. Legatorum.

Lunæ 15. Nouembris 1621.

ARGVMENTVM.

Minores, vel mulieres stante enormissima læsione, restituendi sunt, non obstante iuramento, necnon cæteris solemnitatibus in eorum contractibus à iure requisitis, sicuti nec etiam amplissimis, ac geminatis renunciationibus ab ipsis factis de non petendo restitutionem in integrum, ac in specie renunciationis enormissimæ læsionis, quia ea facilitate, qua sunt inducti ad contrahendum, censentur quoque inducti ad renunciandum, maximèq. cum dd. renunciationes ponantur ex solito Notariorum. Læsus licet quis non dicatur, quando sciuit læsionem, tamen id secus est, quando sumus in minore, vel muliere, & quare.

SVMMARIVM.

1 *Mulier, vel minor quando sunt enormissimè læsi, possunt venire contra proprium contractum, quãuis iuramento, ac cæteris solemnitatibus roboratũ.*

2 *Minor, quando est enormissimè læsus quamuis renunciauerit cum iuramẽto, beneficio minoris ætatis, restitutionis in integrum, enormissimæ læsionis*

nis &c. tunc nihilominus potest venire contra propriam renunciationem, & num.5.& 6.

3 *Minor, vel mulier ea facilitate, qua inducitur ad contrahendum, eadem quoque inducitur ad renunciandum omnibus priuilegijs eis competentibus.*

4 *Notarij hodie communiter solent apponere in instrumentis amplissimis renunciationes.*

7 *Minor, quando est enormissimè læsus, est restituendus non obstantibus renunciationibus ab eo factis, quamuis geminatis.*

8 *Læsio non potest considerari in donatione, maximè si sit facta sub certa quantitate.*

9 *Læsus quis non potest dici, si ipse contrahendo sciuit læsionem.*

10 *Læsionis scientia in minore, quando renunciat, nihil operatur, si ei renunciat.*

Minor renunciando læsioni, censetur potius renunciasse, ex simplicitate, quam ex animi liberalitate, num.10.

11 *Læsionis scientia non attenditur in minore, quando est enormissima.*

12 *Renuncians generaliter, quando non censeatur habuisse scientiam valoris rei renunciatæ, & nu.14.*

14 *Renunciatio, quando fuit facta inter easdem personas, & vnico contextu ac pro vnico pretio, licet fiat pro pluribus rebus, & prætensionibus, censetur voluntate partium indiuidua, & num.15.*

16 *Læsio in donatione pura non potest considerari.*

Donatio de sui natura est læsiua, num.16.

17 *Renunciationis contractus licet contineat in se donationem, non tamen hoc casu donatio operari potest, vt non possit dari de læsione renunciationis.*

18 *Donatio non potest dici pura, & gratuita, si sit correspectiua.*

in Donatione etiam correspectiua potest dari de læsione.

20 *Donatio an sit correspectiua, necne, id bene colligitur ex lectura instrumenti, & num.22.*

21 *Proemij verba denotant causam finalem.*

23 *Donatio, quando apparet, quod est correspectiua, tunc parum iuuant, verba illa posita ex instrumento, ex mera liberalitate simpliciter, & gratis donat &c.*

Quia Notarij verba ista ex quodam solito solent apponere in qualibet donatione.

24 *Donatio sine dubio dicitur correspectiua, quando donans verisimiliter non donasset, si certum quid ei non fuisset datum.*

DECISIO CCCXVIII.

DOMINI perstiterunt in decisis ex rationibus, & fundamentis in decisione adductis, nempe quod cum Eleonora constituta in minori ætate pro scutis mille soluen. cum pluribus conditionibus, & post decennium renunciauerit legato scutorum 5000. necnon supplemento legitimæ, & cuicumque iuri sibi quomodolibet competen., & competituro vigore cuiusuis inuestituræ in bonis emphyteoticis, & fideicommissi purificati, vel purificandi, dicatur
1 enormissimè læsa, & consequenter possit † venire contra propriam renunciationem etiam quod fuerit facta cum iuramento, & alijs solemnitatibus ex allegatis in dicta decis. & vltra eos tradit *Rimin. iun. cons.5. num.118.& cons.203. num.115. & seq. Paris.cons.12. num.87. lib.1. Bero.cons.49.num.12.& seq.lib.1.* Dec *cons.180 in fin. Gabr. de empt.& vendit. conclus.1. nu.86*

Quibus non obstat, quod dicta Eleonora cum iu-
2 ramento renunciauerit † beneficio minoris ætatis, restitutionis in integrum, enormissimæ læsionis, & omnibus alijs beneficijs, legumq auxilijs &c. quo casu mulier, nec minor possunt contra propriam renun-
3 ciationem venire, quia eadem facilitate, † qua quis fuit inductus ad contrahen. eadem præsumitur inductus ad ita renunciandum, præsertim quia Notarij
4 solent hodie communiter apponere dicta † verba contrahentes tamen non putant se in aliquo decipi, & propterea stante enormissima læsione non obstan-
5 te dicta renunciatione † mulierum posse contractum impugnare, tenuerunt *Cagnol. in l. si quis maior numer.38. de transact. Corn. cons.288. num.15. in fin. vol.3. Crauett. cons.192. nu.10. Curt. iun. cons.13.*
6 *num.9.* vbi de communi attestatur † sententia, & hanc opinionem vti æquiorem sequuta est Rota apud Ca-
7 *sad. decis. vnic. de empt. & vendit.* quod † procedit etiam quod dictæ renunciationes sint geminatæ, *Dec. cons.60 in fin. Cagnol in l.2. num.72. C. de rescind. vendit. Bero. cons.59. num.14. vol.1. Socc. iun. cons. 85. num.6. lib.1.*

Neque etiam facit, quod in casu nostro possit læ-
8 sio considerari, † cum versemur in donatione certæ quantitatis nempe legati scutorum 5000. in Eleonora sciuit quid & quantum donauit, non enim po-
9 test dici læsus, † quando quis scit læsionem, *Ruin. cons.107. num.15.& 16. lib.1. Alex. cons.125 nu.10. lib.1.* quia vltra quod in muliere, & minore talis
10 scientia nihil operatur, † cum potius ex simplicitate, quam ex animi liberalitate renunciasse censeantur, *Bald. in l.2. in 2. quæsit. C. de rescind. vendit. Imol. in cap. cum causa num.5. vers. item aduerte de empt. & vendit. Gabr. de empt. et vendit. conclus.1. num.104.* nec eadem scientia attenditur, quando
11 † adest enormissima læsio, *Couar. lib.2. c.4. num.5. Fachin. controu. iur. lib.2. cap.20. vers. sed contrarium docuit ibi Alberic.*

Cessat etiam obiectum ex lectura renunciationis in qua non solum renunciat dicto legato scut.5000.
12 † sed etiam supplemento legitimæ, & cuicumque iuri competenti, & competituro ratione quarumcumque inuestiturarum, ac fideicommissorum, quæ ad quam summam ascenderent, ipsa ignorabat, prout in decisione fuit ponderatum.

Non obstat, quod hodie non agatur, nisi de legatis, quia læsio consideratur respectu totius cōtractus,
13 & respectu omnium rerum remissarum † pro quibus omnibus Eleonora percepit scuta mille, *Surd. cons. 217. num. 6. et 11. et fuit dictum in vna Romana domorum 11. Martij 1616. coram D. meo Vbaldo,*
14 cum enim † remissio fuerit facta inter easdem personas. & vnico contextu, ac pro vnico pretio, licet fiat pro pluribus rebus, & prætensionibus censetur voluntate partium indiuidua, *Rota decis.631. num.7. et 542. in fin. par.2. recent.* & sic læsio respectu omnium est consideran.

Non obstat, quod non sit probatū quid, & quan-
15 tum importet dicta renunciatio respectu † aliarum prætensionum circumscriptis legatis, quia respectu supplementi legitimæ excedebat summam dd. scutorum mille, cum probetur magnam bonorum quantitatem fuisse per patrem relictam ex inuentario, vt fuit in decisione consideratum.

Vlti-

Vltimò non obstat, quod non versemur in renun-
16 ciatione, sed in pura donatione, †in qua læsio considerari non potest, cum donatio sit de sui natura læsiua, *Crau.cons.114.num.13.et seq. Put.decis.507. lib.2. et fuit dictum in vna Romana donationis 11. Ianuarij 1619. coram D.meo Dunozet*, fuit enim responsum negando nos versari in donatione cum contractus principaliter celebratus ab Eleonora fuerit renunciationis, qui & si contineat etiam donatio-
17 nem, † tamen cum sit in contractu renunciationis non tollit quin possit dari de enormissima læsione, *Castr.cons.174. in fin. lib.1. Curt.iun.cons.141.num.14. Crauett.cons.174. num.8.*
18 Et quatenus etiam admittatur †fuisse donationis contractum, tamen donatio non fuit pura, & merè gratuita, sed correspectiua ad scuta mille, & facta propter dictam summam à patruo dari promissam, &
19 propterea †in ea potest cadere læsio, *Bart. in cons. 90.num.2.lib.1.* quem & refert & sequitur *Cagnol. in l.2.num.195.C.de rescin.vend.*

Et quod sit correspectiua probatur ex lectura ip-
20 sius †instrumenti, dum in illius prohemio dicitur quoad consequen. scuta mille in Chirographo contenta, deliberauit bonis prædictis renunciare, verba
21 †prohemij denotant causam finalem, *Corn.cons.11. num.7.vers. illa enim lib.3. Soccin.cons.159.nu.21. lib.2. Surd.cons.443.num.29.* Tanto magis quia in dicto Chirographo, ad quẽ se refert simpliciter, promittuntur scuta mille per Com. Hieronymum pro eo quod reliquit Eleonoræ Comes Iulius Cæsar, & contemplatione ad scutorum mille promittitur renunciatio. Vnde resultat clarè donationem fuisse
22 factam † correspectiuè ad dicta mille, non autem esse simplicem renunciationem scutorum mille de legato scutor.5000 sibi debitorum ex testamento paterno, quia potius est remissio scut.5000. pro consequendis scutis mille sibi à patruo promissis in priuato chirographo pro pretio dictæ renunciationis.

Neque releuare videbantur verba illa ex mera li-
23 beralitate †simpliciter, & gratis remittit, & donat, quia sunt verba, quæ solent apponi in qualibet donatione, & renunciatione, & non tollunt quin donatio dicatur correspectiua respectu eius quod datur, cum illud faciat, vt donatio postea fiat simpliciter,
24 & ob amorem, nam † sine prædicta summa scutor. mille verisimiliter Eleonora non donasset.

Et ita conclusum &c.

¶ *Videlicet sub die 26.Iunij 1619. coram eodem bon. mem. Manzaned. est supra in hoc Tomo decisio 130. Ac infra pariter in eadem causa plures aliæ habentur decisiones coram eodem, nempe sub die 27.Iunij 1622. 27.Ianuarij 1625.16.Iun.1625. 12.Ianuarij 1626. et 17.Mart.1627. quæ vlt. decisio est in Appendice.*

REVERENDISS. COCCINO.

Bononien. deuolutionis bonorum.

Lunæ 15.Nouembris 1621.

ARGVMENTVM.

Bona Ecclesiæ, si in totum fuerint alienata, & Papæ fuerit narratum, ad effectum obtinendi beneplacitum Apostolicum solum aliqua bona fuisse distracta, tunc sine dubio cum intret subreptio, tale beneplacitum in nihilo suffragatur, nam Papa diuersimodè rescripsisset in vno casu, & aliter in alio si fuisset expressum, maiorem enim requisiuisset in alienatione omnium bonorum vtilitatem, quam in distractione partis. Alienatio bonorum Ecclesiæ, vt valeat, quid requiratur, & quid probare grauetur.

SVMMARIVM.

1 *Beneplacitum Apostolicum non suffragatur, quando est subreptitium.*
2 *Subreptio, quando dicatur indubitata.*
3 *Gratia dicitur subreptitia, quando narrata non sunt vera, & induxerint Papam ad concedendam gratiam.*
4 *Papæ intentio in alienatione rei Ecclesiæ est vtilitas, & de alijs subreptionibus non curat.*
5 *Subreptio influit in non vtilitatem alienationis bonorum Ecclesiæ, si Papæ fuerit narratũ, quod pars bonorum Ecclesiæ fuerunt alienata, & tamen veritas est, omnia bona fuisse alienata.*
6 *Papa maiorem vtilitatem requisiuisset in alienatione omnium bonoeum alicuius Ecclesiæ, quam in alienatione partis.*
7 *Et sic diuersimode rescripsisset in vno casu, & aliter in alio, si fuisset expressum.*
8 *Vtilitas Ecclesiæ in alienatione eorum bonorum, debet plenè probari, nec statur assertioni alienãtis.*
9 *Alienatio bonorum Ecclesiæ, quando fit vt valeat, non sufficit, quod negotium est vtiliter cœptum, sed requiritur Ecclesiam fieri locupletiorem.*
10 *Alienatio rerum Ecclesiæ, vt dicatur ei vtilis, si sit auctus canon antiquus, quia attendi debet tempus vltimæ alienationis, non autem tempus antiquum.*
11 *Vtilitas alienationis bonorum Ecclesiæ, debet probari de tempore alienationis, & requiritur eam esse claram, & indubitatam.*
12 *Ecclesia in alienatione eius bonorum non sufficit, eam non fuisse damnificatam, sed requiritur lucrum de tempore alienationis.*
13 *Alienationis bonorum Ecclesiæ, an in dubio præsumatur vtilis, itaut onus probandi læsionem, spectet ad Ecclesiam.*
14 *Alienatio bonorum Ecclesiæ, tunc præsumitur vtilis, quando est facta cum debitis solemnitatibus, vel est confirmata.*
15 *Beneplacitum Apostolicum super alienatione bonorum Ecclesiæ non operatur confirmatio, donec non fuerit executum.*
16 *Alienationem bonorum Ecclesiæ, si facta non fuerit prout iura postulant, qui prætendit fuisse vtilem, tenetur hoc probare.*
17 *Transactio facta super rebus Ecclesiæ tenet propter dubium litis euentum etiam nõ probata vtilitate.*
18 *Transactio super bonis Ecclesiæ, quãdo res est clara, non tenet si minimè constet de vtilitate, maximè dũ facta reperitur super re diuersa, & n.19.*
20 *in Transactione bonorum Ecclesiæ requiritur beneplacitum Apostolicum, quando transactio fit super re diuersa, de qua non erat controuersia.*
21 *in Locatione bonorum Ecclesiæ requiritur beneplacitum Apostolicum, quando est perpetua cum renouatione de 29.annis, in 29. annos, cum veniat sub nomine alienationis.*

DECISIO CCCXIX.

FVIT resolutum beneplacitum Apostolicum
1 non suffragari, cum fuerit † subreptitium, &

consequenter nullum *Dec.cons.142. num.5. vers.non obstat, quod cum auctoritate Papæ & ante num. 6. vers. non obstat Ruin.cons.157. num.4. & num.11. vers.nec dici potest Rota decis.65.num.2.par. 2.* subreptio autem est indubitata, quia non fuit narratum
2 † Papæ, quod omnia bona, & iura Ecclesiæ in prima locatione fuerant concessa, sed solum diuersa bona ad Ecclesiam spectantia. Vnde negari non potest,
3 quin gratia sit subreptitia † cum narrata facilius induxerint Papam ad conceden. *cap.cui non Sacerdotali §.1.in fin.de præben.in 6.Rota decis.4.de rescrip. in antiq.Gram.in cons.111.in fin.vers.non obstat secundum.*

Non obstat, quod in alienatione Ecclesiæ inten-
4 tio † Papæ est vtilitas, & de alijs subreptionibus nõ curat *Soccin.cons.15. num.51.lib.1. Ruin.cons.153. num.25. & 26. lib.1. Dec.cons.142.num.6. Rota dec.*
5 *178.num.8. par.2.* quia ista subreptio influit† in non vtilitatem ex quo magna est differentia in ordine ad vtilitatem; quod omnia bona fuerint alienata; & quod pars bonorum tantum, videtur enim dicendũ,
6 quod Papa maiorem requireret vtilitatem † in alienatione omnium bonorum, quam in alienatione certorum bonorum, & quod diuersimodè rescripsisset in vno casu, & aliter in alio si fuisset expressum,
7 † vt in simili fuit consideratum *in decisione Seraph. 1235.nu.2.*

Vlterius hic non probatur vtilitas Ecclesiæ, quæ
8 † debet plenè probari, nec statur assertioni alienantis *Bart.in l.si forte ff.de castr.pecul. Feder.de Sen.cons. 143.circa fin.Alex.cons.160. num.5.lib.6.Rebuff. de alien.rer. Eccles.num.75.Rol.cons.15.num.19.lib.1. Rota decis. 181.num.3. par.1.& 473.num.1. eadem par.1.* nec sufficit, quod negotium vtiliter sit cæptũ
9 † sed requiritur Ecclesiasticam fieri locupletationẽ, *l.si pupillo in princ. ff.de neg.gest.ita post Io: de Fano distinguit Archid.in cap. si exceptione numer. 5. in gloss. sed non ne 12. q.2.& ibi Laur.de Rodulf. num. 14. Gem.col.2.circa med.vers.in hac quæstione Bellam.num.6.in gloss. non ne Henric. Boic. in cap. tua in fine de ijs quæ fiunt à Prælat. sine consensu Capituli Rota decis. 65.num.4.p.2.*

Hic autem non sufficit, quod habita ratione ad solutiones antiquas fuit auctus Canon, & sic vtiliter
10 † cæptum agi, quia non inde resultat euidens vtilitas Ecclesiæ, cum sit attendendũ tempus vltimę alienationis, non autem tempus antiquæ, *vt in extrauag.ambitiosè de reb.Eccles.non alien.Rota dec.583.*
11 *par.1.* & ista vtilitas † de tempore alienationis debet probari euidens, ideo clara, & indubitata *Bald. cons.156.circa med.vers. præterea lib.1.Corn. cons. 244.num.3. lib.2.*Barbat.*cons.48.in princ. lib.1.Rota d.decis.583.par.1.& decis.65.num.19. part. 2 et*
12 *decis.178. num.10.part. 2.* & propterea † non sufficit, quod Ecclesia non fuerit damnificata, sed requiritur lucrum de tempore alienationis, *cap. sine exceptione 12.q.2.vbi Bellam. num. 1. et Gemin. num. 2. vers.in hac q.Imol. in cap. ad aures num. 1. de rebus Eccles. non alien.*
13 Neque est verum, † quod alienatio præsumitur vtilis, & ideo onus probandi alienationem læsiuam incumbit Ecclesiæ *Bald.in cap.1. in princ.num. 7. de his quæ feud. dar.poss.* quia hæc conclusio procedit,
14 quando alienatio fuit † facta cum debitis solemnitatibus, vel est confirmata, & neutrum hic adest, cum solemnitates non adsint, nec confirmatio, cum
15 nunquam † beneplacitum Apostolicum fuerit exequutum *Bald.in cap.1.in princ.nu.7.de his qui feud. dar.poss.Socc.cons.15.num.27.lib.1. Ias.cons.54.nu. 3.lib.1. Dec.cons. 142.num.1. et cons. 341. num. 12. et 27.lib.1 Ias cons.54.num.3.lib.1. Dec. cons. 142. num.1.et cons.341.num.12. Abb. cons.41.num.2.lib. 1. Couar.var.resol.lib.2.cap.17.nu.2.Rota dec.439. num.1.par.1. Seraphin.decis.443.num. 7.* & ideo vt
16 dictum est, qui prætendit † alienationem fuisse vtilem, tenetur hoc probare.

Deniquè non obstat, quod hic agatur de locatio-
17 ne facta per viam transactionis, quæ valet † propter dubium litis euentum etiam non probata vtilitate Ecclesiæ. *Anchar.cons.136.c.med.vers.item etiam Angel.in l.Imperatores num.2.ff.de pact. Dec. cons. 474. num.9. Rota decis. 582.par.1.* quia fuit responsum hanc conclusionem non habere locum, quando
18 super † re clara, & super gratuita pactione fieret transactio super re diuersa *in l.Preces C. de transact. Abb.in cap.1. num. 8. de depos. Feder. de Sen. cons. 94 post med. vers. et prædicta Crau. cons. 333. nu. 1. et 2. Gemin cons.129. sub num. 4. vers. ad allegata Rota d.decis. 582 par. 1.* Hic autem fuit transactum
19 saltem super † re diuersa, cum lis esset super eo tantum. An Antonia, & Isotta comprærhenderentur in Inuestitura, transactio verò continet nouam concessionem pro filijs masculis, & descendentibus dd. fœminarum, de quo non erat controuersia. Vnde requi-
20 rebatur in ista transactioue † beneplacitum Apostolicum. *Feder.de Sen.cons.94. Crau. cons. 323. num. 1.vers. dico, et fuit latè deductum coram me in causa Romana Casalis Turris vergatæ 9. Iunij 1606.* & hæc conclusio habet locum etiam, quod fuerit facta locatio cum sit perpetua cum renouatione de 29. annis in 29. annos, quæ propterea venit sub nomine alienationis *Clem.1. vbi DD.de reb.Eccles.non alien. Couar.var.resolut.lib.2.cap.16. num. 1. Rota decis.26.num.3.par.2.*

Et ita conclusum, &c.

R. P. D. VBALDO.

Leodieñ. Matrimonij.

Vener. 19. Nouemb. 1621.

ARGVMENTVM.

Sententiæ validitas, & iustitia ex quibus colligatur. Sententia, quando transitum fecit in rem iudicatam ob non interpositam, vel ob non prosecutam appellationem, an in relaxatione executorialium requiratur citatio ad docendum de appellatione, eiusque legitima prosequutione dubium est, æquior tamen opinio est affirmatiua. Processus per contradictas valet, & tenet, siue procurator se absentet, siue moriatur, & sic non seruatur decis.494.Aegid.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas colligitur ex reuolutione actorum, in quibus legitur commissio causæ, mandata, citationes, seruatio terminorum substantialium.*
2 *De Sententiæ iustitia satis dicitur constare ex decisionibus in causa factis.*
3 *Sententia si transiuerit in iudicatum ob non interpositam appellationem, nihil remanet, nisi vt executioni demandetur.*
4 *Executoriales, an possint relaxari, quando sententia*

tia transiuit in iudicatum, absque eo, quod pars citetur ad docendum de appellatione, eiusque legitima prosequutione.
5 Aequior tamē opinio est, vt requiratur talis citatio.
6 Citatio per audientiam literarum contradictarum, fieri potest, quando procurator partis mortuus est. Et quamuis aliqui voluerint hoc casu intimandam esse principali mortē eius procuratoris, tamen ea opinio hodie non seruatur.
7 Inter absentiam Procuratoris, & eius obitum, est differentia, ad effectum, vt id intimetur principali.
8 Aegid. decis. 494. non seruatur, nam proceditur per contradictas, sine alia intimatione facienda principali, siue eius procurator se absentet, siue moriatur.
9 In executorialium relaxatione non est necessaria alia seruatio terminorum substantialium.
10 In executorialium relaxatione non requiritur tāta solemnitas.

DECISIO CCCXX.

ROTA respondit pro parte informante, videlicet relaxandas esse litteras exequutoriales vigore rei iudicatæ Rotalis in vim Sententiæ olim in causa latæ à bo. me. Iusto; nam de validitate sententiæ con-
1 stat † ex actis, in quibus legitur commissio causæ, mandata, citationes, seruatio terminorum substantialium, & alia, de quibus *per Verall. dec. 260. par. 1. & fuit dictum in Meliteñ Nauis 12. Ianuarij 1615. coram me, & aliàs sæpè*. De iustitia verò constat ex
2 decisionibus in † causa factis 25. Iunij 1605. & 14. Aprilis 1606. coram Iusto; * & cum sententia transierit in iudicatum ob non † interpositam appella-
3 tionem, nihil aliud remanet, quàm eius exequutio, *tot tit. C. de exequut. rei iud.* Et licet controuersia sit an possint exequutoriales relaxari absque eo, quòd
4 pars citetur ad docendum de appellatione eiusque legitima prosequutione, *ex allegat per Gabr. in tit. de citat. concl. 1. num. 129. & seqq.* tamen æquior & hu-
5 manior opinio est, quod requiratur † talis citatio. *Alex. in l. à Diuo Pio §. in venditione nu. 30. & seqq. ff de re iud. Cassad. dec. 6. nu 2. de caus. poss. & propr. & fuit resolutum in causa Romana Sancti Thomæ 17. Decembris 1604. coram R.P.D. meo tunc Decano Vestr. in praxi lib. 8. cap. vlt. num. 7. in fin. & num. 8.*
6 quæ citatio fuit facta per audientiam † litterarum contradictarum, stante morte Henrici Verlai ex aduerso Procuratoris probata per duos testes; Et licet Aegid. voluerit mortem procuratoris esse intimandam principali, *vt in decis. 494.* vbi dicitur, quod
7 consuetudo † in hoc differentiam facit inter absentiā
8 procuratoris, & eius obitum, tamen illa decisio non seruatur, † & proceditur per contradictas non aliter facta intimatione obitus, vel absentiæ procuratoris. *Vestr. in praxi lib. 1. cap. 5. num. 4 in fin.*
9 Nec in relaxatione † executorialium necessaria est alia seruatio terminorum substantialium, *vt fuit dictum in causa Carpen. Bonorum 28. Iunij 1602. coram Sanctiss. D.N. tunc Rotæ Auditore & coram Accbill. de Graff. in causa nullius Iurisdictionis Villarum 12. Nouembris 1550. vt refert* Mandos. *in tractat. de commissionib. in 23. commiss.* in verbo citatione præcedente in prima conclusione, *benè facit*
10 *decis. Seraph. 502. num. 4.* vbi quod † in relaxatione litterarum exequutorialium non requiratur tanta solemnitas.

Et ita fuit decisum &c.

Decisiones istæ in hac causa emanatæ coram bo. me. Iusto sub diebus 25. Iunij 1605. & 14. April. 1606. cum non reperierim alibi impressas, ideo posui infra in Appendice post decisiones anni 1626. pro vt in Indice ibi in principio posito

REVERENDISS. COCCINO.

Romana Legati.

Mercurij 24. Nouemb. 1621.

ARGVMENTVM.

Transactionem, quando quis impugnare intendit ex capite nullitatis, tunc auditur, etiamsi accepta eius occasione non restituat, quando verò petit, vt rescindatur eò, quia in ea fuit læsus, & tunc non auditur, nisi accepta restituat. Statutum si mandet, vt in cōtractu mulieris interueniant duo proximiores, dato, quod vnus tantum adsit, ac cum eius tantum interuentu celebretur contractus, talis actus non substinetur, cum loco alterius curator erat deputandus. Vtilitas putatiua, quando sufficiat ad euitandam læsionem. Mulier non potest allegare errorem iuris.

SVMMARIVM.

1 *Filia dum contrahit, si sit in potestate patris, requiritur nedum præsentia patris, sed etiam interuentus duorum proximiorum, ex parte matris.*
2 *Filia, quando contrahit, cum vltra præsentiam patris requiratur interuentus duorum proximiorum ex parte matris, tamen, quando nō adsunt, sufficit interuentus duorū proximiorum ex parte patris.*
3 *Statutum, si requirat in contractu mulieris interuentum duorum proximiorum si vnus tantum adest, & loco alterius non sit deputatus curator, tunc contractus non substinetur. & nu. 4.*
5 *Contractus sine certis solemnitatibus initus, quando à statuto declaratur nullus, eo casu non est agēdum de periurio, si d. statutum sit confirmatum à Papa, & statutum præsumat iuramentum dolo extortum.*
6 *Ad transactionis rescissionē per viā nullitatis, quando agitur, vt agens audiatur non est necesse, vt accepta restituantur, secus vero si ageretur, per viā læsionis num. 7.*
8 *Ratificatio facta a muliere cū solemnitatibus à statuto requisitis, ei obstat.*
9 *Facti scientia ab eo non potest negari, si in ipso adfuit eius interuentus.*
10 *Mulieri non suffragatur error iuris.*
11 *Mulier non potest allegare errorem iuris, dum peritiores consulere potuerit.*
12 *Trāsactionē, quādo quis annullare intendit, ex alio capite, quam nullitatis, tunc antequam audiatur debet restituere accepta in vim d. transactionis.*
13 *Contractus etiam præsumptiuè dolosus non potest ratificari.*
Transactio non ex eo præsumitur dolosa, si iuramētum in eo præstitum præsumatur dolo extortum numer. 13.
14 *Transactio tunc præsumitur dolosa, quando interuenit enormissima læsio. & num. 19.*
15 *Mulier non dicitur læsa, dum recepit plus, quam ei debebatur.*
16 *Euentualia ea, quæ sunt non sunt attendenda, quia inspici*

inspici debet, quod fuerit actum de tempore contractus.

17 *Vtilitas putatiua sufficit ad effugiendam læsionem, quando ab initio adfuit causa primaria vtilitas excludens læsionem.*

18 *Absolutiones obtentæ à iuramentis ad effectum agēdi, & docendi de enormissima læsione, nihil suffragantur, non docto, de dicta læsione.*

DECISIO CCCXXI.

DVBITAVI, an transactio, & quietantia subsecuta obstarent Helenæ, & quantum attinet ad transactionem, Domini inclinabant, quod
1 non, ex capite nullitatis, quia cum ipsa † esset in potestate patris, requirebatur nedum præsentia Patris, sed etiam interuētus duorum proximiorum, ex parte matris, hic autem interuenerunt Pater & filius, & quamuis Rota teneat, quod sufficiat in hoc casu
2 interuentus † duorum proximiorum ex parte patris, quando non adsunt ex parte matris, *Vt per Verall. decis. 205. par. 3.* attamen in hoc casu, cum vltra præsentiam patris, requirantur duo proximiores, cum
3 interuenerit vnus † tantum frater, & sic consanguineus, transactio non valet, *vt fuit resolutum in causa Romana successionis quartæ, 22. Maij 1609. corā R. P. D. meo Manzanedo, quæ est decis. 174. num. 43. in nouo tractatu de Saluiano*, sed loco alterius
4 consanguinei, † si non aderat, debebat adhiberi Curator, iuxta notata *per Bald. in l. 1. n. 3. & in l. viduæ in fine C. de nupt. Boccacius ad Constitutiones Aegidianas Glos. 3. num. 100.* Vbi de communi testatur, & propterea stante hac nullitate, neque agendum
5 est de periurio, cum statutum † sit confirmatum a Papa, & præsumat iuramentum dolo extortum, *Bar. in l. omnes populi num. 24. & seqq. ff. de iust. & iur. cum alijs per Honded. in cons. 5. num. 40. & seqq. lib. 2.* & ista est communis sententia, quam infiniti sequuntur, quos allegat *Bertac. de clausulis clausula 7. Glos. 19. num. 6. vers. limitatur*, nec etiam de deneganda audientia, nisi restituantur accepta, cum
6 agat ad rescisionem † transactionis per viam nullitatis, vnde potest audiri etiam non restitutis acceptis. *Natt. cons. 631. num. 7. Roland. cons. 7. num. 4. lib. 3. Anchar. cons. 34. num. 11. Riminal. Iunior cons. 5. num. 71. lib. 1.* qui ponit rationem diuersitatis, qua-
7 re, quando quis agit ad nullitatem contractus † non tenetur restituere accepta, & quare tenetur restituere, si agit ad læsionem, *& fuit resolutum in causa Ariminen. transactionis 13. Iunij 1601. coram Illustris. D. meo Cardinali Millino*;

Quantum verò attinet ad quietantiam postea factam de residuo debito occasione transactionis, cum illa fuerit facta defuncto patre interuenientibus duo-
8 bus consanguineis, vtique † negari minimè potest, quin fuerit ratificata; Vnde ista ratificatio obstat, *Aym. cons. 276. num. 6. & fuit resolutum in causa Romana de Saluiatis 24. Maij 1604. coram. bo. me.*
9 *Litta*, non potest enim negari scientia facti, † cum ipsa interuenerit in prima transactione, nec etiam ignorantia iuris solemnitatem inducentis, cum hanc
10 † neque mulier possit allegare, *Corn. in l. iuris ignorantia num. 3. & 4. Alex. num. 6. & cæteri Doct. ibidem, C. qui admitt.* & in omnem euentum cum po-
11 tuerit † consulere peritiores non potest allegare errorem iuris, *Puteus decis. 113. num. 8. lib. 2. in nou. & fuit dictum in causa Romana de Saluiatis.* Quare
12 cum ex ista ratificatione non obstet nullitas, † hac mulier non potest audiri, nisi prius restituat accepta *l. si diuersa C. de transact.*

Neque obstat, quod contractus etiam præsumpti-
13 uè † dolosus non possit ratificari, *Verall. decis. 1. par. 3.* quia in hoc casu nullibi probatur dolus, nam & si iuramentum præsumatur dolo extortum, nihilominus non inde sequitur, quod transactio præsumatur do-
14 losa, tunc † enim talis præsumitur, quando adest enormissima læsio, quæ hic non solum minimè pro-
15 batur, sed etiam expresè constat de contrario, † cum Helenæ fuerit datum non solum, id quod sibi per Testatorem fuerat relictum si transiret ad secunda vota, sed longè plus, & simul fuit remissa prohibitio nubēdi: vnde plus habuit ex transactione, quam habuisset ex voluntate Testatoris, si ad secunda vota transijsset; Vnde nulla potest considerari læsio, neq; ho-
16 die est agendum, quod Helena non transierit † ad secunda vota, quia hoc est euentuale, sed debet inspici, quid fuerit actum de tempore contractus, *iux. notata per Doct. in l. 2. Vbi Cagnol. nu. 313. & seqq. C. de rescind. vendit. Calderin. cons. 5. de rerum permut. Ruin. cons. 35. num. 35. vers. sed præmissis non*
17 *obstan. lib. 1.* & sufficit vtilitas putatiua † ad effugiēdam læsionem, quando ab initio adfuit causa primaria vtilitatis excludens læsionem, *Butr. in c. 1. de in integr. restit. num. 19. cum seqq. Gouarru. variarū lib. 2. c. 17. num. 2. circa medium, vers. sed opinio posterior.*

Nec obstat, quod fuerit obtenta absolutio à iuramentis in quietantia factis, nec non à periurio, quia
18 istæ absolutiones fuerunt concessæ † ad effectū agendi, & docendi de ænormissima læsione, alias de ea non docto, nihil suffragantur, quoad rescissionem contractus *Rota decis. 102. num. 1. par. 2. & fuit resolutum in causa Ariminen. legatorum 26. Iunij 1619. & 15. Nouembris huius anni coram R. P. D. meo Manzanedo*, Vnde quatenus Helena posset etiā audiri non restitutis acceptis, ista audientia non
19 suffragatur, † cum nō doceat de ænormissima læsione per supradicta.

Ex quibus resolutum quietantiam obstare.

☞ *In eadem causa habetur infra altera decisio sub die 10. Maij 1623. coram eodem Coccino.*

REVERENDISS. COCCINO.

Romana Munerum.

Lunæ 29. Nouembris 1621.

ARGVMENTVM.

Dantis intentio expiscanda venit in materia voluntaria, quæ intentio etiam ex coniecturis venatur. Munera, quę trāsmittere solent Cardinales nouiter creati ad Camerarios Papæ, si accidat ante transmissionem Papam mori, & deinde ea munera transmittant, dubitatur an illa debeantur ad Cameram Papæ mortui, vel ad Cameram Papæ successoris, conclusio est affirmatiua pro noua Camera; ex rationibus hic in decisione adductis.

SVMMARIVM.

1 *In materia voluntaria attenditur intentio dantis. Intentio etiam coniecturis probatur. num. 2.*

Qualitas

2 *Qualitas nominis determinans verbum, à quo dispositio sumit effectum, habet limitare obligationem, si cessat qualitas.*
3 *Legatum familiæ relictum intelligitur de familia tempore testamenti, & obitus testatoris.*
4 *Camera Papæ dissoluta per obitum Papæ, dona ad ipsam non possunt spectare. & num. 6.*
5 *Relictum Collegio debet remanere penes hæredem, si Collegium fuit dissolutum, & hæres non fuit in mora.*
7 *Relictum personis Collegij, ipsi Collegio videtur relictum, licet adsit mutatio personarum.*
8 *Fructus, qui distribuuntur certo anni tempore spectant ad Canonicos existentes de tempore distributionis, etiam quod de tempore collectionis non essent Canonici.*
9 *Canonicis non debentur distributiones, licet Canonici essent de tempore relicti, & collectionis fructuum, nisi quatenus sint de Collegio.*
Collegium sublatū per subrogationem alterius Collegij, non est amplius in rerum natura. nu. 9.
10 *Collegium in locum alterius subrogatum ad ipsum spectant emolumenta, maximè quando non agitur de emolumentis ordinarijs, sed de arbitrarijs.*
11 *Pœnæ arbitrariæ debentur officiali de tempore confiscationis, non autem delicti.*
12 *Pœnæ ordinariæ debentur officiali de tempore confiscationis.*
14 *Legatus missus à Papa, per mortem ipsius Papæ desinit esse eius Legatus, & remanet Legatus Sedis Apostolicæ, & futuri Pontificis.*
Et hoc procedit etiam in Nuncijs, qui pro Ambasciata, vel ad nudum ministerium mittuntur, cum & ipsi licet impropriè legati dicantur. num. 14.
15 *Munera quæ dantur à Cardinalibus Cameræ Papæ, dantur pro iucundo introitu, quod est, quid diuersum ob ipsa dignitate. & num. 18.*
16 *Medico, si quis relinquat quæ dare solebat in eius vita, quæ viuens testator dabat non comprebenduntur.*
17 *Morte Papæ extinctum est illud, quod Camera eius percepisset, si Papa vixisset.*

DECISIO CCCXXII.

Die 11. Ianuarij præsentis anni S. M. Paulus V. Cardinales creauit, inter quos aliqui erant absentes, & cum ad eos iuxta solitum per eiusdem Papæ Camerarios birectum rubrum fuisset transmissum, euenit casus, quod post obitum Papæ, & post acceptum certum nuncium felicis assumptionis S. D. N. ad summum Apostolatus apicem birectum fuerit præsentatum, birecto recepto Cardinales nouiter creati solita xenia dd. Cubicularijs transmissis dederunt, quæ iuxta inueteratum stylum non ad ipsos cubicularios, sed ad Cameram Papæ spectant, Quare quæsitum fuit an huiusmodi xenia spectarent ad Cameram S.D.N. vel ad Cameram fe. rec. Pauli V. & fuit resolutum spectare ad Cameram S.D.N. Ratio decis. fuit, quia in hac materia, quæ
1 est voluntaria attenditur † dantis intentio, quæ etiã coniecturis probatur *Imol. in l. dotalem num. 6. ff. sol. matrim. Bald. cons. 194. lib. 2. Cuman. cons. 176. vers. ad secundum*, & propterea cum dona censeantur
2 facta Cameræ, qualitas Cameræ † determinat verbum à quo donatio sumit effectum, & ideo non intelligitur de Camera promotionis ad Cardinalatum, sed donationis, non enim fuit donatum Cameræ Pauli V. *Bart. in l. ex facto num. 1. vers. 2. requiritur, ff. de vulg. pupill. Felin. cons. 25. nu. 23. Bertran. cons. 298. num. 7. vol. 4. Cresc. decis. 10. de priuil.* & optimè in puncto facit *tex. in l. Titia seruis in princ. ff. de manumissis testam.* vbi quod legatum familiæ
3 relictum intelligitur de familia tempore † testamenti, & obitus testatoris, quod vtcumque fauet nouis Cubicularijs, quia de tempore largitionis, & de tempore consignationis munerum Cameræ Pontificiæ præerant.

4 Fuit consideratum quod cum † Camera Pauli V. sit dissoluta per obitum Papæ, dona ad ipsam non possunt spectare *l. Pater 36. §. Tusculanus ff. de leg. 3.*
5 vbi relictum Collegio debet † remanere pænes hæredem, si Collegium fuit dissolutum, & hæres non fuit in culpa, qui tex. licet vlterius non procedat tamen, aut dicen. est Cameram præsentem esse eam-
6 dem † cum prima Camera vigore subrogationis licet adsit mutatio personarum, & munera spectant ad nouam Cameram *l. annua §. à Titia, vbi gloss. in verb. nominatorum, ff. de annuis leg.* vbi habetur
7 quod † relictum spectat ad Collegium subrogatum. *Cald. cons. 21. de præbend.* vbi quod fructus, qui distribuuntur certo anni tempore spectant ad Canoni-
8 cos existentes de tẽpore distributionis, etiam quod de tempore recollectionis non essent Canonici, & quamuis *tex. & Cald.* disponant deberi nedum Ca-
9 nonicis, & alijs modo existentibus, sed etiam illis, qui existebant de tempore relicti, & recollectionis fructuum, tamen hoc est verum, vt ipse dicit quatenus sint de Collegio aliàs secus, in casu autem isto Cubicularij fel. rec. Pauli V. qui hodie agunt non sunt de Camera S.D.N. imo nec illa Camera est am-
10 plius in rerum natura, † aut verò non est eadem Camera, sed noua Camera, & nihilominus emolumenta spectant, cum non agatur de emolumentis ordinarijs certis, & statutis, sed de muneribus, & sic de
11 emolumentis † arbitrarijs, quæ ideo spectant ad nouam Cameram, *Tiraq. de retract. conuent. § 5. gloss. 4. num. 25. Peregr. post alios de iure fisci lib. 6. tit. 5. num. 44. vers. contrarium*, vbi quod pœnæ ar-
12 bitrariæ debentur officiali † de tempore confiscationis, non autem delicti, licet etiam pœnas ordinarias deberi officiali de tempore confiscationis teneat *Peregr. loco prædicto*, quam sententiam dicit veriorem licet contrariam communem.

Hæc sententia probatur, quia licet Cardinales receperint dignitatem à fel. rec. Paulo, non tamen receperunt insignia ab eius Legato, sed à Legato S.D.N. qui licet fuerit transmissus ab eodem Paulo ta-
13 men † morte Pontificis desinit esse Legatus illius Papæ. *Hostiensis in summa de off. Legati num. 6. Gofred. num. 8.* & remansit Legatus Sedis Apostolicæ, & futuri Romani Pontificis, *gloss. in cap. 2. in verb. declaramus, de obligationibus*, quæ procedunt
14 etiam in istis Nuntijs, qui pro ambasciata, vel ad nudum ministerium mittuntur cum, & ipsi licet impropriè Legati dicantur, *Spec. in tit. delegat. §. 3. n. 3. vers. dicitur ergo, Siluestr. in summa in vers. delegatus quæst. 11. num. 16. Ang. in verb. Legatus nu. 2.* Quare creato Romano Pontifice Nuncius noui Põtificis fuit, & eius nomine intelligitur birectum datum fuisse, non autem nomine defuncti Pontificis, cuius amplius non erat Nuncius, & propterea cum Cardinales receperint insignia à S.D.N. & ista munera

nera non dentur pro dignitate collata à S. M. Paulo V. sed quodãmodo pro iucundo introitu occasio-
15 ne dignitatis, † quod est quid diuersum ab ipsa dignitate, *l. his verbis 100. §. alumno ff. de legat. 3.* non debentur Cameræ antiquæ, vt probatur ex *text. in l. seio amico, §. medico ff. de ann. leg.* vbi si quis relin-
16 quat † medico, quæ dare solebat in eius vita munera, quæ viuens testator dabat, non comprænhenduntur percepisset si Papa vixisset, cum illud ius percipien-
17 di morte Papæ † cum sit extinctus, cum pendeat à liberalitante dantis, qui censetur dedisse Cameræ illius, qui insignia, non autem qui dignitatem contu-
18 lit cum † occasione insignium dignitatis pro iucũdo introitu, debentur etiam quod expressit verbis licet hoc non fuerit dictum, *l. si creditoris C. de fideicom. Castr cons. 80. num. 1. col. 2. vers. & ideo lib. 5.*

Ex quibus fuit conclusum munera deberi Cameræ S. D. N.

R. P. D. VBALDO.

Toletana Decimarum.

Mercur. 1. Decembris 1621.

ARGVMENTVM.

Sententia, si laboret insanabili morbo defectus citationis, non sanatur etiam stante clausula, arbitrio. Pro attentatorum reiectione, non intrat arbitrium, quando illa sunt clara, & patentia, quodque multo magis procedit stante admixtione spolij. Appellatio, quando dicatur inualidè interposita. Attentata gesta intra 10. dies datos ad appellandum, non secuta appellatione, ea reuocantur per viam nullitatis. In decimarum materia, quando detur appellatio ad vtrumque effectum, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, si sit nulla ex defectu citationis, illa non sanatur, etiam stante clausula, arbitrio.*
2 *Appellatio, quando est legitimè interposita, tunc gesta post eam omnia sunt attentata.*
3 *Attentata, vbi sunt clara, non est locus arbitrio pro eorum sanatione.*
4 *pro Attentatorum reiectione, tunc multo minus intrat arbitrium, quando cum eis admixtum est spolium.*
5 *Spolium est purgandum, nec tunc locus est arbitrio.*
6 *Attentatorum reiectioni, vt sit locus, quia constat de bono iure attentantis, opus est vt illud constet, vel per confessionem, vel rem iudicatam.*
7 *Appellatio, quando est inualida, tunc gesta ea pendente, non reuocantur tamquam attentata.*
8 *Appellatio, si non sit interposita coram Iudice, dicitur inualidè interposita.*
9 *Appellationem non sufficit interponere coram Notario, tam de Iure Canonico, quam Ciuili.*
10 *Appellatio interponi debet in scriptis, quando appellatur ex interuallo.*
11 *ad Attentata causanda non sufficit probatio appellationis per confessionem partis, nisi aliundè probetur eam fuisse legitimè interpositam.*
12 *Executio, si sit decreta intra decem dies datos ad appellandum, attentata sine dubio est; & reuocatur per viam nullitatis, non secuta appellatione legitima.*
13 *Appellationis tempus, quando incipiat currere.*
14 *Nullitas, quando est clara, & patens, tunc intrat arbitrium, pro eius sanatione.*
15 *Causa, quando semel fuit effecta appellabilis, semper durat talis.*
16 *Appellare, si liceat vni parti, etiam aduersario erit licitum, vt in iudicijs seruetur æqualitas.*
17 *Curam animarum gerens, habet intentionem fundatam super exactione decimarum, & ad hunc effectum non datur contra eum appellatio ad effectum suspensiuum. num. 18.*
19 *Cap. tua nobis, de decim. procedit, quando Ecclesia agit contra laicum pro decimis.*
20 *Secus verò in casu quo laici nolunt se eximere à solutione decimarum, sed dicunt se illas soluere alteri Ecclesiæ.*
21 *super Decimis, quando agitur inter duas Ecclesias, tunc appellatio datur ad vtrumque effectum.*
22 *Testes examinati in alia causa, non probant in diuersa.*
23 *Consuetudo contra ius, vt inducatur, requiritur saltem quadragenaria.*
24 *Consuetudo debet probari in casu, de quo agitur, aliàs non releuat.*
25 *Remissoria denegatur ad probandam consuetudinem non appellandi ad Papam.*
26 *Consuetudo etiam iurata non valet, vt non appelletur ad Papam.*
Appellatio numquam per quamcumque consuetudinem censetur remota.

DECISIO CCCXXIII.

IN hac causa emanarunt tres sententiæ in partibus, prima fuit absolutoria Ecclesiæ Oppidi de Salatra lata à Vicario villæ nouæ de los Infantes. Secunda fuit primæ reuocatoria lata per Consilium ordinarium mensæ Magistralis Sancti Iacobi de Spatha, quæ etiam fuit executioni demandata. Tertia fuit pro reuocatione attentatorum, & confirmatoria primæ lata à Metropolitano. Demum commissa causa in Rota, fuit resolutum vltimam sententiam fuisse nullam ex defectu citationis, vt in decisione 1 Iulij 1616. coram me,* & adita Signatura Sanctiss. pro sanatione nullitatis, & reiectione attentatorum fuit rescriptum, quoad vtrumque arbitrio Rotæ, vnde sæpe proposito dubio, an intraret arbitrium, tamen hodierna die fuit negatiuè resolutum.

Et quoad nullitatem vltimæ sententiæ, res videbatur clara in dicta decisione, vbi enim sententia
1 est nulla † ex defectu citationis, illa non sanatur etiam stante clausula, arbitrio, *vt latè fuit deductum in illa Mantuana bonorum 16. Decembris 1611. coram me, quæ est decis. 365. par. 1. in recent. vbi aliæ decisiones allegantur*, neque pars Ecclesiæ vult sustinere hanc sententiam, imo ei expressè in actis renunciauit.

Quo verò ad attentata illa deducebantur; quia secunda sententia fuit à Consilio ordinario lata die 16. Iunij 1616. & die 22. eiusdem mensis, & anni decretatæ executoriales, non obstante appellatione per procuratorem Ecclesiæ interposita semel, & iterum, primum ipsa die prolationis sententiæ, ac eadem
2 die decretorũ executorialium, vnde † si appellatio fuit legitimè interposita, gesta post appellationem remanent attentata, *cap. non solũ, de appell. in 6. Rot. dec. 6. num. 1.*

num.1.par.2.diuers.Seraph. decis.530.nu.1. Lancel. de attent.appell.pend. num.83. Rota decis.582. nu.1. par.1.in recent.& decis.269.num.1.& 328. num.3.
3 *par.2.& aliàs sæpissime*, & vbi † attentata sunt clara,non est locus arbitrio pro eorum sanatione, vt in terminis fuit decisum in causa *Burgi Sācti Donnini Præposituræ 28. Nouembris 1616. coram R.P.D. Buratto,& in alijs allegatis per informantes*,& multo minus quando attentata habent admixtum spoliū
4 propter † executionem consumatam, vt in hoc casu, tunc enim nullo modo est locus arbitrio,sed spolium est purgandum, vt in similibus terminis, de
5 clausula, arbitrio, quod † non operetur ad effectum cumulationis petitorij,& possessorij, fuit latè dictū *in dicta decis.365.num.9. & seqq. par.2. in recent. & in Romana domorum in Burgo 21. Iunij 1615. coram me. & in Virdunen. Abbatiæ 20. Februarij eiusdem anni coram R. P. D. meo Buratto, & sæpè in alijs*.

Neque videtur esse locus reiectioni ex eo, quod constet de bono iure mensæ Magistralis; quia ad hūc
6 effectum † non dicitur constare de bono iure, nisi per confessionem,vel rem iudicatam, *vt fuit dictum in Cæsaraugustana dismembrationis 23. Ianuarij 1610.coram Reuerendiss. Archiepiscopo Damasceno, & in d.Burgi S.Donnini coram D Buratto*, quæ hic non adsunt, imò potius ex nunc deductis remanet probata quasi possessio Eccclesiæ percipiendi decimas,de quibus agitur, & prædicta procedunt cum præsupposito validæ,& legitimæ appellationis.

Cæterum nonnulli ex Dominis dubitabant de va-
7 liditate appellationis, qua inualida † existente, gesta,ea pendente, non reuocantur tanquam attentata. *Franch.in cap.vti debitus nu. 47. de appell. cum alijs per Lancellott.de attent. appell pend. lim.50. in princ.Rota dec. 592. num.5.par.1. in recentior.* Appellationes verò duæ,de quibus supra, patiebantur
8 difficultatem, tum quia non fuerunt † interpositæ coram Iudice,quod videtur indubitatum de prima, quæ fuit statim interposita ad intimationem Nota-
9 rij,& tamen non sufficit eam † interponere coram Notario, tam de iure ciuili,quam canonico. *l. 1. §. dies, ff. quando appellatio sit, &c. canonizata in cap. Biduum 2.q 6.d.cap.vt debitus. vbi Card. Alexandrinus,& alij de appell. Lancell. de attent. appell. pend.ampl.15.num.1.& seqq. Marant.in Specul.p.6. vers. quandoque apponitur.num.133. Vestr. in prax. lib.7.cap.3.num.2. cum alijs fusè adductis in Mediolanen.Iurispatr.de Aliprandis 16. Ianuar. 1612. coram me, quam secuta est Rota in Calaguritana de Amuzio 25.Maij eiusdem anni coram R.P.D. meo Manzanedo,quæ est dec.396. num.3.par.1.in recent. & in Salamantina contributionis coram R.P.D.meo Dunozetto,quæ est decis.594. num.1.& seqq. eadem par.1. & in eadem causa decis.595. n.1. par.2.Rota d.decis.592 num.5.par. 1.* tum quia non sunt interpositæ in scriptis, prout est necesse,quando
10 appellatur † ex interuallo, qualis fuit secunda appellatio. *Marant vbi supra num.136.Franc.in dicto cap.vti debitus num.11.de appell. Vestr. vbi supra. num.28 & ibi Addent num.59.*

Nec facit quod constet de appellatione ex confessione procuratoris mensæ, dum instetit pro executorialibus, non obstan. appellatione interposita, nam verior videbatur opinio, quod ad causanda at-
11 tentata non sufficiat † probatio appellationis per confessionem partis, nisi aliundè probetur eam fuisse legitimè interpositam. *Rota decis.30. de appell. in nou.Couar.pract.quæst.223.num.1. vers. 2. præscripta reg.* & nouissimè *Mod. de appell. lib. 3. cap.2. q.12. num.24.* Sed quicquid sit de prædictis, negari
12 non † potest, quin exequutio fuerit saltem decreta intra decem dies datos ad appellandum.Quo casu reuocatur saltem per viam nullitatis, non secuta appellatione legitima, vt est inueteratus Rotæ stylus, vt per *Cas.de Grass.dec.2.num.5. de appell. Put. dec.27.in fin.lib.1.secundum nou. impress. Rota decis.406.num.3.par.1.diuers.& in d.Mediolanen.Iurispatronatus coram me,vbi aliæ decisiones allegantur,& dec.513 num.8.& 6 8.nu 2.par.1.recent.* &
13 licet executio fuerit facta longè post decem † dies, tamen in proposito attenditur dies decreti,cuius vigore fit executio, vt in *decis.590. nu.3. in fin. par.1.*
14 *in recent.* & cum nullitas † sit clara & patens, non intrat arbitrium pro eius sanatione ex supra allegatis.

Et quod in casu isto daretur appellatio, non videbatur dubitañ, cum cæteris omissis, quæ dici possent,sat sit, quod pro mensa fuit admissa appellatio à sententia Vicarij,qui pro Ecclesia pronunciauit,
15 & sic † causa semel facta appellabilis, durauit semper appellabilis. *Rota decis.28.num.2. in fine par.1.*
16 *in recent.* Et cum mensæ † licuerit appellare,debuit etiam licere Ecclesiæ, vt in iudicijs seruetur æqualitas, *ex multis cumulatis in decis. 529. num. tertio, eadem par.1.*

Nec obstat quod secunda sententia fuerit lata ad fauorem mensæ haben. intentionem fundatam su-
17 per decimis, cum exerceat † curam animarum per clericos ad nutum amouibiles, *vt in Toletana decimarum 27.Nouembris 1603. coram R. P. D. meo nunc Decano, & in Legionen.Decimarum 27.Martij 1603.coram R.P.D.meo Pirouano*, & ideo non
18 detur appellatio saltem† ad effectum suspensiuum, *iuxta text.in cap.tua nobis, & ibi Abb. num.8. de decim.* Quia dispositio illius textus procedit, quan-
19 do † Ecclesia agit contra laicos pro decimis, vt fuit dictum in *vna Corduben. decimarum 2. Decembris 1615.coram R.P.D.meo Pamphilio*, secus verò
20 est in hoc casu, in quo laici nolunt † se eximere à solutione decimarum, sed dicunt se illas soluere Ecclesiæ de Salana;vnde potius videtur agi inter duas Ecclesias contenden. super iure decimarum,quo ca-
21 su † admittitur appellatio ad vtrumque effectum. *Io.Andr.& Buratt.in d.cap.tua nobis num.7. Mod. de appell.vbi supra quæst. 17. num. 3. in fin. Natt. num.22.vers.idem secus. Mandos. cons.31. num.2. cum alijs per Mod. de appell. vbi supra num.3. per Mod.de comm.q.1.§.1 de commiss. app. in causa decimarum num.115. Rota in dicta Corduben. coram D. Pamphilio.*

Nec obstat allegata consuetudo, quod à sententijs latis per Consilium ordinarium non detur appellatio,quæ impediat exequutionem, data cautione de restituen. accepta, in euentum succumbentiæ, quæ hic data fuit; quia testes qui nunc dantur, non probant talem consuetudinem, cum sint examina-
22 ti † in alia causa. *tot. tit. C. de res inter alios acta*, & in omnem casum cum simus in consuetudine
23 † contra ius, illa deberet esse saltem quadragenaria,vt latè *post Mod. de prob. dec. 424. num.32. & seqq.* nec ea probatur in casu,de quo agitur,quando conten-

24 contenditur † inter mensam Magistralem, & Ecclesiam prætenden. decimas sibi deberi, *Rot. decis. 299. num. 3. par. 1. & decis. 72. num. 31. par. 1. Seraph. decis. 1159. in fin. fuit dictū in Calaguritana de Muxillo 13. Nouembris præteriti coram me, & aliàs sæpè*, imò Rota nuper *in causa Mutinen. iurispatronatus 27. Nouembris 1619. coram* R.P.D. *Remboldo* de-
25 negauit † remissoriam ad proban. hanc consuetudinem *per cap. venientes de iur. iur.* vbi deciditur, talem consuetudinem etiam iuratā non valere, appel-
26 latio enim ad Papam de qua loquitur ille tex. † nunquam intelligitur remota, *vt fuit dictum in illa Pistorien. beneficij coram R.P.D. meo Buratto*, & tamen dicti testes loquuntur de exequutione facien. non obstante appellatione ad Papam interposita.

Ex quibus fuit decisum non esse locum arbitrio.

☞ *Decisio ista in hac causa emanata sub 1. Iulij 1616. coram eodem bo. me. Vbaldo habetur infra in Appendice post decisiones anni 1616.*

R. P. D. REMBOLDO.

Bononien. Alimentorum.

Veneris 3. Decembris 1621.

ARGVMENTVM.

Diuinatio mera nullatenus admittenda est in testamentis, & maximè si constet de expressa mente testatoris, quæ attendenda est, licet rationabilius alio modo testator potuisset disponere. Maritus si reliquerit alimenta vxori sub cōditione, dummodo permaneat in viduitate, illa ei debentur, quamuis efficiatur monialis, & quare.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta si sub certo casu sint relicta, eo adueniente, sine dubio debentur.*
2 *Hæres adeundo hæreditatem confundit actiones, quas habebat contra defunctum.*
3 *Limita tamen si adsit cohæres, si id quod debebat, possit præstare. amplia num. 4.*
5 *Testatoris mens quando est clara, non debemus recurrere ad coniecturas.*
6 *Honded. cons. 69. lib. 1. quo casu loquatur.*
7 *Diuinatio mera non est admittenda in testamentis.*
8 *Testatoris mens alia non est dicenda quam expressa, licet testator alio modo rationabilius disposuisset.*
9 *Habitationis legatum euanescit, si legatarius efficiatur hæres defuncti.*
10 *Hæredum quilibet pro sua rata tenetur adimplere disposita per testatorem.*
11 *Dispositiones plures si reguntur ab eodem verbo, recipere debent eādem determinationem, & n. 12.*
12 *Laurent. de Pin. cons. 37. declaratur.*
14 *Onus impositū hæreditati dicitur reale, & sic transit cum ipsa ad quoscumque successores, num. 15.*
16 *Vidua non desinit esse talis, per emissionem professionis.*
17 *Vidua dicitur quæcumque, quæ permanet in separatione primi viri.*
18 *Legatum alicui, quando erit vidua, si sit relictum, quamuis emiserit professionem in aliquo monasterio, nihilominus illud debetur.*
19 *Testator, quod aliquid voluerit, si id non sit expressum, non est diuinandum.*
20 *Legatarius, si plenius adimpleuerit voluntatem testatoris, non est priuandus legato.*
21 *Viduitas non potest euenire, nisi præcedentibus nuptiis in sæculo, & num. 24.*
22 *Qualitas non censetur repetita, quando adest diuersa ratio.*
24 *Viduitas melius conseruatur per ingressum monasterij.*
26 *Alimenta si alicui sint relicta in domo disponentis, si ex iusta causa ibi habitare nequeat, non ex hoc eis priuatur.*

DECISIO CCCXXIV.

☞ DOMINI steterunt in bis alias decisis, * quod legatum cibi, & potus debeatur DD. Leonoræ, & Isabellæ, & quoad Isabellam resoluerunt dictum legatum ei deberi etiam post professionem.

Quo enim ad dictum legatum in genere non dubitarunt illud deberi, quia testator expressis verbis disposuit, quod in casu viduitatis filiarum, possent se reducere in domo ipsius testatoris, & ibi commoditatem habere duarum mansionum, & viduitate sic durante percipere alimenta cibi, & potus pro se, & duabus ancillis, ex expensis hæreditatis: vnde cum
1 † casus dictæ viduitatis euenerit, merito debetur eis dictum legatum, vt fuit in alijs decisionibus in hac causa factis firmatum.

Nec refert quod dictæ DD. Leonora, & Isabella successerunt post mortem Aurelij communis fratris insimul cum D. Iunipera, à qua petunt dictum legatum, pro æquis portionibus in tota hæreditate pa-
2 tris, quia vt bis iam fuit dictum, non propterea † fuerunt confusæ actiones, non solum quia adest persona nempe D. Iunipera, quæ potest præstare legatum, quo casu cessat confusio, & sustinetur legatum, quia
3 tunc legatum præstatur non à se ipso, sed à cohærede, vt per multa iura determinata *l. si in l. planè. §. si duobus num. 12. ff. de leg. 1. Peregr. de fideic. art. 7. & seq. lib. 2. num. 20. Honded. cons. 62. num. 23. Menoch. cons. 86. num. 84. & fuit dictum in Romana fideicommissi de Surdis 18. Febr. 1619. coram R.P.D. meo Vbaldo.*

Verū etiam quia legatum respectu portionis dictæ Iuniperæ cohæredis, quæ non potest prætendere
4 dictum † legatum, cum sit nupta, non est inutile, ideoque nihil impedit quominus dictæ sorores respectu dictæ portionis dictum legatum consequi possint, vt etiam fuit in alijs decisionibus firmatum per tex. in *dicta l. planè. §. inde. ff. de leg. 1. & l. 3. §. 1. ff. de legat. 2.*

Nec obstat, quod saltem videatur per dictam additionem dictum legatum deficere ex verisimili mente testatoris, quia cum habeamus dispositionem di-
5 cti † testatoris claram, non debent attendi coniecturæ collectæ, & maximè quia omnes dictæ coniecturæ sunt in magno studio à scribentibus pro D. Iunipera doiunatiuæ, & nullius planæ momenti. Caret enim omni prorsus fundamento quod dicitur, quod dictū legatum fuerit relictum ex causa indigentiæ, & imò quam hoc sit falsum, etiam ex eo apparet quod ipsemet pater in eodem testamento reliquit dictis eius filiabus opulentissimam dotem, ex qua bene sciebat ipsas posse etiam in casu, quo remanerēt viduæ com-
6 modè substineri, vnde etiam † *cons. Honded. lib. 1.* potest in partem potius aduersam retorqueri cum in casu

casu dicti consilij, vidua cui fuerat relictum legatum vsusfructus, haberet paruam dotem, ex qua non poterat se condecenter alere, vt apparet ex dictis per dictum *Honded. in dicto cons. 69. num. 21.*

Minus etiam subsistit quod dicitur, quod testator legando dictis eius filiabus, supposuit quod hæreditas esset penes alium, quodq. verisimile non est, quod ipsius intentio fuit, quod dictæ eius filiæ idem legatum obtinerent, etiam quod hæreditas ad ipsas de-
7 ueniret, quia hæc † est mera diuinatio, & nullum certè sequitur inconueniens, licet credatur testatorem non abhorruisse, quod etiam quod hæreditas ad dictas eius filias deueniret, filiæ viduæ haberent vltra earum portionem in solatium viduitatis etiam dictū legatum in portione alterius filiæ nuptæ, & absque vrgentissima causa non est receden. à clara dispositione, & formāda noua dispositio magis forsan menti testatoris contraria, nec dici potest aliam fuisse
8 testatoris † intentionem, licet testator alio modo rationabilius disposuisset *Peregrin. d. tract. de fideicom. art. 11. num. 2. & seqq. cum ibi allegatis.*

Nec obstat, quod legato habitationis in domo testatoris non potest amplius esse locus, postquam dictæ filiæ sunt effectæ hæredes, & sic etiam ipsius testatoris Dominæ, quia verum quidem est, quod di-
9 ctum legatum quoad dictam habitationem † redditur per dictam aditionem hæreditatis inutile, sed nō propterea sequitur, quod sit inutile etiam respectu legati cibi, & potus quia illud nihilominus potest præstari iuxta dictam dispositionem testatoris sump-
10 tibus hæreditatis, † & sic à D. Iunipera pro sua rata, *l. pro hæreditarijs ff. de hæred. act. cum similib.*

Nec obstat, quod vtrumque legatum regitur ab eodem verbo, ideoq. saltem ex verisimile mente te-
11 statoris † recipere debet eandem determinationem, quia imò iam fuit etiam ad fauorem eiusdem D. Iuniperæ firmatum, quod legatum cibi & potus est diuisum, & separatum à legato habitationis, nihilominus debeatur legatum cibi & potus, & ad pondera-
12 tionem quod verisimile † non est, quod testator voluerit dictas eius filias habere legatum cibi & potus, si non haberent legatum habitationis, patet responsio ex supra deductis.

13 Nec applicatur † *cons. Lauren. de Pin. 37.* in contrarium allegatum, quia ibi testator mandauerat alimenta præstari in domo infrascriptorum hæredum, & per infrascriptos hæredes, vnde dictis hæredibus mortuis, & domo alienata, vt ibi præsupponitur expirauerat legatum, in casu autem isto onus præstan-
14 di legatum fuit impositū hæreditati, † ibi sumptibus hæreditatis, & sic dicitur reale, *Bart. in l. peto. §. fratre num. 3. ff. de leg. 2. Surd. cons. 315. sub num. 20. vers. & plurimum lib. 3. Cardin. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 2. num 6 Peregr. de fideic. art. 12. num. 16.*
15 & transit cum † ipsa re ad quoscumque successores.

Quod vero dictum legatum debeatur D. Isabellæ etiam post professionem patet, quia testator expressè disposuit, quod illud præstetur viduitate durante,
16 ac propterea cum dicta Isabella † per emissionem professionis non desierit esse vidua, vt est celebris decisio *Baldi in l. Deo nobis n. 11. in fin. C. de Episcop. &
17 Cleric.* vbi quod vidua † dicitur quæcumque permanet in separatione primi viri *cap. vidua, & ibi Archidiac. 34. distinct. Cremens. singul. 143.* vbi dicit dictū Baldi non esse alibi *Card. Mantic. de coniect. lib. 11.
18 tit. 19. num. 27.* merito † debetur dictum legatum etiam post professionem.

19 Nec obstat, quod testator sensit de viduitate in sæculo, quia hoc non probatur, nec est aliqua ratione admittendum, cum imò videatur potius dictus testator simpliciter considerasse casum separationis à primo viro, & in huiusmodi separatione perseuerātiam, nec dubitari potest, quod magis optauerit, quod ipsius filiæ in huiusmodi separatione permanerent inseruiendo Deo in aliquo Monasterio, quam remanendo in sæculo, vnde non debet D. Isabella,
20 † quæ plenius voluntati sui patris satisfecit dicto legato priuari. Nec aliquid facit ponderatio verborū, viduitate sic durante, quia licet prius fuerit facta
21 mentio de nuptijs † in sæculo, tamen id factum fuit ad demonstrandum casum viduitatis, qui non poterat, euenire nisi præcedentibus nuptijs in sæculo nec propterea sequitur quod eadem qualitas in sæ-
22 culo censeatur † repetita, quia est diuersa ratio, cum non solum non sit impossibile, quod viduitas duret etiam post ingressum in monasterium, prout est im-
23 possibile, quod detur † casus viduitatis, nisi procedant nuptiæ in sæculo, sed imo eadem viduitas me-
24 lius & laudabilius conseruatur per dictum † ingressum in monasterium. Et quoniam testator verisimiliter optauit, vt dictum est, quod dictæ eius filiæ vi-
25 duitatem conseruarent † inseruiendo Deo in monasterio, tutius erit dicere quod voluerit etiam tunc eis præstari dictum legatum.

Nec obstat quod Monialis non potest se recipere in domum testatoris, ac propterea non videantur ei conuenire verba legati, quia vt supra fuit dictum, legatum cibi, & potus est separatum à legato habitationis, ideoq. licet monialis non possit habitare in domo, tamen non excluditur à legato cibi, & potus,
26 & maximè, † quia non habitat in domo ex iusta causa, vt scilicet, Deo inseruiat, quo casu debentur alimenta etiamsi sint relicta in domo, vt fuit ex minus iusta causa, videlicet habitandi cum filijs, resolutum ad fauorem eiusdem D. Iuniperæ.

☞ *Vnam ex dictis decisionibus habes supra in hoc Tomo sub die 13. Maij 1619. coram eodem bon. mem. Remboldo, est in ordine decisio 113. vbi loco Romana lege Bononien. Altera vero erit infra in Appendice post decisiones anni 1626. prout in Indice ibi in principio posito.*

REVERENDISS. MANZANEDO
Patriarcha Hierosolymitano.

Neapolitana Donationis.

Veneris 10. Decemb. 1621.

ARGVMENTVM.

Mulier ingrediendo Monasterium, si aliquid construere fecit, ad effectum id donandi Monasterio, eius mens præsumitur esse, eam donationem facere quatenus in dicto Monasterio profiteatur, & ideo dato, quod egrediatur ab eo, absque professione, Monasterium nullatenus potest agere ad dictam donationem, & hoc maximè stante obseruantia, necnon consuetudine dicti Monasterij.

SVMMARIVM.

1 *Donatio non præsumitur, & præsertim in muliere. Donatio cum non præsumatur, ideo concludenter est probanda, num. 1.*

2 De-

2 *Donatio, vt excludatur, in dubio capienda est omnis interpretatio.*

3 *Donantis intentio, quando fuit donandi sub conditione, si ea euanuerit, donatio non debetur.*

4 *Actus in dubio præsumitur factus iuxta formam, & modum prioris determinationis.*

5 *Sequentia declarant præcedentia.*

6 *Obseruantia subsequuta bene declarat quid ante fuerit actum.*

7 *Donatio qualibet de iure facta ab ingrediente Monasterium, de iure intelligitur facta, quatenus in eodem monasterio profiteatur.*

8 *Donationes factæ ante susceptionẽ habitus, etiam intuitu professionis non sunt nullæ, ex decreto Concil. Trident. cap. 15. de regul. sess. 25.*

9 *Donatio, quod non sit nulla, & habeat in se conditionem, si donans faciat professionem in monasterio, hæc duo sunt valde inter se diuersa.*

10 *Donationem, quando quis intendebat facere sub conditione, non attenditur quicquid dixit, cum id semper intelligatur, dummodo conditio illa purificetur.*

11 *Donandi animus non negatur adesse in donante sub conditione, sed bene eius mens dicitur cessare, si euanescat conditio.*

12 *Oblatio sola facta Ecclesiæ importat donationem.*

13 *Oblatio, & traditio ad effectum inducendi donationem, non probatur ex actu æquiuoco.*

DECISIO CCCXXV.

RESOLVTVM fuit coram D. meo Pamphilio, tunc Iudice istius causæ non adesse donationẽ, qui tamen à Sede Apostolica occupatus discessit ab Vrbe non extensâ decisione, quod onus mihi tanquã in locum eius suffecto incubuit, ideo reassumptis suffragijs Dominorum meorum decisionem extendi ad cuius resolutionem Domini mouebantur, quia dona-
1 tio non † præsumitur præsertim in muliere, sed est cõcludenter probanda *Soc. cons. 82. num. 16. lib. 4. Becc. cons. 52. num. 58. Surd. decis. 199. num. 27. Rota dec.*
2 *621. num. 2. p. 1. in recent.* & in dubio quælibet † alia interpretatio sumenda est ad excludendum donationẽ *Rota decis. 552. num. 6. p. 2. in rec.*

In casu autem nostro non probatur ex parte Monasterij donatio Candelabrorum, de quibus agitur, sed ex testibus datis in summario D. Mariæ apparet intentionem ipsius fuisse donare Monasterio ista Cãdelabra solum quando emitteret professionem, quod etiam est conforme consuetudini Monasterij per testes probatæ recipiendi donationes tempore profes-
3 sionis, cum ergo non fuerit sequuta † professio, quia Domina Maria ingressa fuit Monasterio 15. Decembris 1609. & in habitu secularis ibi remansit vsque ad diem 2. Maij 2610. quo die suscepit habitum, & postea egressa est de Monasterio 22. Augusti 1611. nõ aliter emissa professione, præsumendum est, quod ne-
4 que etiam sequuta fuerit donatio, cũ † in dubio actus præsumatur factus iuxta formam, & modum prioris
5 determinationis, & præcedentia declarent † sequentia *Menoch. præsumpt. 91. nu. 7. lib. 3. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 6. tit. 13 num. 4.* quæ omnia corroborantur ex obseruantia subsequuta, quando enim D. Maria exiuit à Monasterio fuerunt ipsi per Moniales restituta Candelabra, ex qua obseruantia subsequuta optimè declaratur animus D. Mariæ non fuisse illa
6 recipere ante dictum tempus †, quia obseruantia declarat, quod ante actum fuerit *Crau. cons. 101. num. 10. & cons. 118. num. 2. Rota decis. 265. num. 1. p. 2. in recent.*

Prædicta facilius procedunt, quia de iure qualibet
7 donatio † facta ab ingrediente Monasterium intelligitur facta quatenus in eodem Monasterio profiteatur *Angel. de Vbald. inter cons. Fely. cons. 97 num. 18. Federic. de Sen. cons. 237. sub num. 2. vers. nunc quæritur Caldas cons. 27. de regul. Host. in cap. quod à te & ibi Io: Andr. & alij de verb. conseq.*

Nec obstat declaratio Sac. Cõgregationis Illustris-
8 simorum Concilij Interpretũ, quod donationes † factæ ante susceptionem habitus etiã intuitu professionis non sint nullæ *ex decreto Conc. cap. 15. de reg. sess. 25.* quia non applicatur casui nostro, non autem dicimus donationem fuisse nullam, sed habere tacitam
9 † conditionem, nempè si donans faciat professionem in Monasterio Donatario, quæ duo sunt longe diuersa.

Minus obstant testes deponentes, quod Maria cu-
10 piebat habere candelabra ante ingressum, quia † ex hoc posset bene inferri, quod Maria cum hac spe volebat libentius acceptari à monialibus, non autem inde sequitur voluisse illa donare ante emissionem professionis, de qua donatione nullum verbum dicunt dicti testes.

Neque faciunt alij testes deponentes de animo
11 Mariæ donandi Candelabra Ecclesiæ, quia † non negatur dictus animus, sed dicimus fuisse in casu quo professionem emitteret.

12 Tandem non obstat, quod sola oblatio facta † Ecclesiæ importet donationem, quia de tali oblatione nullius testis deponit, sed solum vnus dicit D. Mariã ordinasse, vt Candelabra ponerentur super Altare Ecclesiæ, quæ positio non importat oblationem, neque traditionem, cum potuerit fieri ad effectum videndi quomodo comparerent in dicto Altari.

Et ita &c.

R. P. D. REMBOLDO.

Romana Nominationis.

Veneris 17. Decembris 1621.

ARGVMENTVM.

Nominatio licet, quando competit ex contractu licita sit variatio, tamen id fallit, quando nominans per viam contractus, & cum iuramento sibi ademit talẽ facultatem, quia tunc sumus in necessarijs, & non in voluntarijs. Per viam vltimæ voluntatis omnia quæ fiunt, & disponuntur, sunt reuocabilia.

SVMMARIVM.

1 *Nominatio, quando competit ex contractu, tunc licita est variatio saltem semel.*

2 *Nominatio, quando est facta per viam contractus, & in eo nominans, sibi ademerit facultatem variandi, tunc cessat variatio, & num. 5. 7. & 23.*

3 *Contractus ab initio sunt voluntarij, postea verò efficiuntur necessarij, & nu. 25.*

4 *Cõtrahentes debent seruare id, quod sibi promiserũt cum nihil magis bonæ fidei congruat.*

6 *Contractus celebratus a muliere cum debitis solemnitatibus, non est de eo dubitandum.*

9 *Notarius potest stipulari pro absente.*

Pater stipulari valet pro filia nu. 9. 10 *Ab-*

10 *Absenti in contractu acquiritur ius ex stipulatione Notarij etiã ante ratificationem, saltẽ ad effectũ, vt non possit reuocari.*
11 *Iuramentum operatur, vt contractus, qui alias est reuocabilis, sit irreuocabilis.*
12 *Iuramentum habet vim, & effectum specialis consensus, & renunciationis.*
13 *Nominatio an sit actus de sui natura reuocabilis, & num. 14. & 24.*
15 *Testamentum, seu alia dispositio testamentaria sũt actus de sui natura reuocabiles, itaque nullo pacto possunt fieri irreuocabiles.*
16 *Nominatio aliquando non obstante aliquo pacto de reuocando est reuocabilis.*
17 *Nominatio facta in testamento cessat non obstante quolibet pacto de non reuocando, sublato testamẽto. & num. 18.*
19 *Nominatio ante tempus facta, est reuocabilis.*
20 *Nominatio, quando fit ante tempus de vna ex personis certis, ad quas facultas nominandi erat restricta, an teneat.*
21 *Nominans semper potest variare, non obstante quocumque pacto, quando nominatio facta de iure, non tenet.*
22 *Nisi tamen nominans per huiusmodi nominationẽ priuetur facultate nominandi, vt dicitur de eo, qui scienter nominat indignum.*
26 *Nominatio non potest reuocari, quando est facta cum promissionibus, & obligationibus de ea non reuocandi.*
27 *Nominatio semper est reuocabilis, quando est sortita effectum suum declara, vt nu. 28. & 29.*
30 *Renunciatio innititur voluntati renunciantium tantum.*
Pactum innititur consensui duorum nu. 30.
31 *Obligari, quis se potest super iure, de futuro.*
32 *Procurator, licet sit constitutus, cum promissione de eo non reuocando, nihilominus potest reuocari.*
33 *In Procuratore requiritur eximia diligentia, & confidentia, qua cessante non obstante quacumque promissione potest reuocari, alias id valde durum esset.*
34 *Nominans nullo iure cauetur, vt non possit sibi necessitatem imponere non reuocandi nominationem.*
35 *Nominatio videtur esse quædam donatio.*
36 *Donatio causa mortis licet semper possit reuocari, tamen quando est facta per viam contractus, nullatenus reuocari potest.*
37 *Actus principalis, quando est reuocabilis, tunc omnes clausulæ in eo appositæ censentur etiam reuocabiles. limita nu. 38. & 39.*

DECISIO CCCXXVI.

FVIT vigore facultatis nominandi concessæ in quodam contractu Flammettæ Hanonæ alium, qui post ipsius Flammettæ mortem succedere deberet in domo, de qua agitur, primo loco nominata per dictam Flammettam Lucia, & deinde non multis interiectis mensibus Domitilla, cum reuocatione dictæ prioris nominationis. Vnde dato dubio, quæ nam ex istis duabus nominationibus esset admittenda, Domini dixerunt esse attendendam primam, quia li-
1 cet regula videatur, quod † quando facultas nominandi competit ex contractu, prout in casu isto, tũc licita est variatio saltem semel *l. eum qui certarum §. fin. vbi Bart. ff. de verb. oblig. gloss. in l. statu liberum § fin. ff. de leg. 2. quam receptam dicit Hercul. in l. serui elect. col. 3. ad fin. de Hispan. primogenit. l. 2. cap. 14. num. 35. vbi de communi.*
2 Tamen dicta regula fallit, quando † nominatio facta fuit per viam contractus, atque in eo nominãs facultatem sibi iterum nominandi ademit, tunc enim ipsi variare amplius non licet, quia contractus ab
3 initio quidem sunt voluntatis † ex post facto autem necessitatis *l. ab emptione ff. de pact cum simul,* & ni-
4 hil magis bonæ fidei congruit, quam † præstari, & seruari id, quod inter contrahentes conuentum fuit *l. 1. in princ. ff. de pact. l. 1. ff. de edil. edict. & in propriis terminis nominationis latè Molin. dicto tract. lib. 2. cap. 4. num. 37. quem sequuta est Rota in vna Romana Nominationis domus prima Martii 1599. coram bo. me. Litta.*

Ac propterea cum in casu, de quo agitur, dicta Flãmetta fecerit dictam primam nominationem per viã
5 contractus, in quo sibimet † ipsi ademit facultatem faciendi aliam nominationem, & necessitatem imposuit illam, tunc ad fauorem dictæ Luciæ factam nõ reuocandi, meritò non potuit amplius variare, & aliam ad fauorem Domitillæ facère ex allegatis.

Nec dubitari potest, quin dicta Flammetta sibi in dicto contractu dictam facultatem ademerit, necessitatemque imposuerit nominationem, tunc factam
6 non reuocandi quia dictus contractus fuit † celebratus adhibitis solemnitatibus statuti Vrbis cum amplissima omnium iurium cessione, & clausula nullo iure &c. ac cum expressa promissione nominationẽ
7 sic factam † esse, & semper fore bonam, semperquè, & omni tempore ratam, validam, & firmam habere, ac inuiolabiliter obseruare, & contra non facere &c.
8 & cum iuramento, † ac obligatione Camerali, & stipulante nedum Notario pro Lucia, quæ fuit in dicto
9 contractu nominata, † sed etiam ipsius Luciæ Patre qui potuit pro filia stipulari, *l. quodcumque §. si quis ita ff de verb. oblig. Paris. cons. 76. num. 9. lib. 3. & pluribus relatis tradit Gabr. de verb. oblig. conclus. 1. num. 27.*

Nam ex his manifestè apparet non solum voluntas dictæ Flammettæ faciendi dictam nominationem irreuocabilem, cum alias eam proculdubio fecisset sine solemnitatibus, obligationibus, ac promissionibus supradictis, verum etiam, quod ex dicta promissione, obligatione, & stipulatione fuit ius quæsitum
10 Luciæ † etiam ante ipsius Luciæ ratificationem, saltem ad effectum, quod dictus contractus, seu nominatio in eo facta reuocari non potuerit, vt post plures, quos citat *latè Surd. testans de communi decis. 111. num. 5. Card. Seraph. decis. 427. num. 2. & seq. Rota decis. 683. num. 4 par. 1. diu.* Quod maximè pro-
11 cedit stante iuramento, quod operatur, † quod contractus aliàs reuocabilis non possit reuocari *Gabr. qui infinitos allegat de iuram. conclus. 9. lib. 2. Guttier. de iuram. par. 1. cap. 35. per tot. & in terminis nominationis Caldas dicto tract. de iure emphit lib. 3. cap. 3.*
12 *num. 37.* vbi, quod † iuramentum habet vim, & effectum specialis consensus, & renunciationis.

Nec obstat, quod actus de sui natura reuocabilis, qualis est nominatio, de qua agitur, potest quandocũ-
13 que † etiam non obstante quocumque pacto de non reuocando licet iurato reuocari *Surd. cons. 264. num. 32. & seq. cum aliis adductis in vna Giennen. cappellaniæ 23. Martij 1620. coram* R. P. D. meo *Pamphilio,* quia est aduertendum, quod non est verum, quod sub-

substantia nominationis sit reuocabilis, hoc est quod
14 non † possit fieri nominatio, quæ reuocari non possit
prout dicitur de testamento, seu alia vltima volunta-
15 te, † cuius substantia est reuocabilis vsque ad vlti-
mum vitæ spiritum, ita quod nullo pacto possit fieri
irreuocabilis *l.1.C.de sacrosanct. Eccles. l.cum dona-
tionis in fin.C.de transact.l.si quis in princip.ff.de leg.
3.Bart.in l.cum præcario ff.de præcar.*

Et licet quandoquè contingat; quod etiam nomi-
16 natio † non obstante quocumque pacto de non reuo-
cando possit reuocari, hoc tamen euenit vel ratione
modi, quo fuit facta nominatio puta si fuit facta in te-
stamēto, nam tunc licet fuerit adiectū pactum de nō
17 reuocando, huiusmodi nominationem, tamen † talis
promissio semper intelligitur nisi testatorem peniteat
totius voluntatis *glos. in l. si alienam §. Marcellus in
verb.qui acceperit, & ibi Bart.ff de donat.caus.mort.
Ias cons. 6.n.29.vers.3.respondetur lib 3. Ruin. cons.
129. num.6.& seq. lib.1.* Card. Mantic. *de coniect.
18 vltim.volunt.lib.1.tit.13.nu.* 10. & nominatio † re-
uocato testamento annuliatur *Ruin. cons. 61.num.
7. & seqq. vol.2. Simon de Præt.lib.1.interpr.2.dub.
2.solut. 6. num.23. cum alijs per Surd. dicto cons.
264.num.37. & seq.*

Vel quia nominans excessit fines suæ facultatis in
tertij præiudicium, puta si habens facultatem nomi-
nandi tempore mortis vnam ex certis personis no-
minet ante tempus, tunc enim propter præiudiciū
19 aliorum, qui tempore mortis reperiuntur, talis no-
minatio ante tempus facta non tenet, *vt est casus in
l.cum pater §. à filia, & in l. vnū ex familia in princ.
ff.de leg.2. & latè explicat Molin. de Hispania. pri-
mogenit.lib.2.cap 4.num.23. & seqq. vbi num. 27.*
20 dicit, quod quando nominatio fit ante tempus † de
vna ex personis certis ad quas facultas nominandi
erat restricta præiudicium aliorum in eo consistit,
quod nominatio forsan aliter fieret; si tempore mor-
tis fieret.

Et generaliter nominans semper potest variare,
21 non ostante † quocumque pacto, quando nomina-
tio facta de iure non tenet, nisi tamen nominans per
22 huiusmodi nominationem priuetur facultate † no-
minandi, vt dicitur de eo, qui scienter elegit indi-
gnum, quod tamen non pertinet ad præsentem quæ-
stionem.

Cæterum vbi simpliciter data facultas nominan-
di, hoc est, tam in vita, quam in morte, neque hu-
iusmodi facultas est restricta ad certas personas, &
sic non agitur de præiudicio tertij, sed de ipsius no-
23 minantis tantum, † tunc si talis nominatio facta
sit per viam contractus, neque aliter reperiatur de
iure improbata, tenet in præiudicium nominantis, ita
scilicet, quod amplius dictam nominationem reuo-
care non valeat in præiudicium illius cui ex dicto
24 contractu fuit ius quæsitum, quia vt dictum est, † no-
minatio non est actus, cuius substantia sit talis, quæ
non possit subsistere nisi sit reuocabilis, ac propte-
rea si illa fieri contingat per viam contractus, neque
agatur de alterius præiudicio, quam ipsius nomi-
25 nantis, tunc vtique fit irreuocabilis, quia † contra-
ctus sunt ab initio voluntatis, ex post facto autem
necessitatis *dicta l. ab emptione ff. de pact. cum alijs
supra allegatis.*

Ex his patet responsio ad omnia in contrarium
allegata, quia illa procedunt in casibus supradictis,
non autem in isto, in quo non agitur de alterius,
26 † quam ipsius nominantis præiudicio, & nomina-
tio facta est cum promissionibus, & obligationibus
de quibus supra.

Et eadem responsione tollitur, quod dicitur; quod
27 nominatio est semper reuocabilis, quando † non
sortitur statim suum effectum, nec trahit secum exe-
quutionem, quia hoc potest procedere, quando ne-
mini fuit ius quæsitum per huiusmodi nominationē
28 † si videlicet fuit facta absente nominante, nec ali-
qua persona legitima pro eo stipulante, ac cum pro-
missione de habendo huiusmodi nominationem fir-
29 mam, ac validam, & de non contraueniendo, † &
sic per viam pacti *Bald.in l.cum quis num. 4.ff de
cond. caus.dat.* & in terminis renunciationis iuri cō-
ditionali, vel in diē tradit *Castr. in l.si ita scriptum
§.si sub conditione ff.de leg* 2. vbi quod per viam pa-
cti potest repudiari ius de futuro, secus verò per viā
renunciationis, quia renunciatio innititur volunta-
30 ti † renunciantis tantum, pactum verò innititur cō-
sensui duorum, & tradit principaliter ad se obligan-
31 dum, potest † autem quis se obligare super iure de
futuro, quia obligatio est de præsenti.

Nec tandem facit simile de procuratore, qui licet
32 † fuerit constitutus cum promissione de eum non
reuocando, tamen potest reuocari, quia alia est ra-
tio in Procuratore, alia in nominatione, nam in
33 Procuratore † requiritur eximia diligentia, & con-
fidentia, qua cessante, durum admodum esset, si
Dominus ipsum reuocare non posset, in nomina-
tione verò hæc ratio non militat, nec vllo iure caue-
34 tur, quod nominans † non possit sibi necessitatem
imponere, nec reuocandi nominationem semel factā,
35 quinimò nominatio videtur † esse quædam donatio,
& licet non sortiatur suum effectum, nisi post mor-
tem nominantis, & sic videatur posse assimilari do-
nationi causa mortis, quæ semper potest reuocari,
36 † tamen quando est facta per viam contractus, per-
inde haberi debet, ac alia quæuis donatio inter viuos
& magis dicitur, quod mors fuerit causa donationis
quam quod donans noluerit inter viuos donare *iux.
text.in l.vbi ita donatur ff.de donat.caus.mort.* ideo-
que nec potest reuocari ex supra allegatis.

Nec obstat, quod quando actus principalis est re-
37 uocabilis, tunc † omnes clausulæ accessoriæ censē-
tur reuocabiles, quia hoc procedit, quando clausu-
la est verè, & propriè accessoria, secus vbi illa impor-
tat aliquid diuersum, & separatum æquè principali-
38 ter, † vt facit transire illum actum in contractum,
aut transfertur etiam contractus in aliam speciem
contractus, tunc enim attenditur ille contractus, in
quem prior actus, seu etiam contractus transfusus
39 † est, & si ille sit irreuocabilis, efficitur etiam illa
actus, seu contractus irreuocabilis, *in d.l.vbi ita do-
natur, & ibi scribentes Dec. in cap. prudentia §.si
verò sub num.7. vers. non obstat de offic. deleg. An-
ton Gabr. tit:de claus.conclus.10.num.10. &c.*

R. P. D VBALDO.

Romana Spolij Domus.

Veneris 17. Decembris 1621.

ARGVMENTVM.

In spolio primum extremum optimè, & concludenter probatur ex ipsa confessione partis aduersæ. Testa-or, si aliquem substituerit in casu, quo eius filius sine filij

filijs decedat eueniente, quod d. filius contrahat matrimonium cum aliqua, quæ habeat filios ex primo matrimonio, tunc nullatenus, ac certè isti filij faciunt cessare supradictam conditionem, & qualiter perfectè probetur illos fuisse filios ex primo viro.

SVMMARIVM.

1 *In spolio probatis duobus extremis necessarijs, datur reintegratio.*

2 *In spolio primum extremum est concludenter probandum.*

3 *Pars, si appellauerit aduersarium, detentorem, & occupatorem rei controuersæ, ex hoc satis probatur eius possessio.*

4 *Occupatorem, quando pars nominauerit aduersarium, reijcitur illa mala qualitas vsurpationis, & remanet confessio, quo ad possessionem. & n.6.*

5 *Confessio non solum præiudicat confitenti, sed etiam hæredibus, ac habentibus causam ab eo.*

7 *In spolio extremum secundum benè probatur ex ipsa litis substentatione.*

8 *Sententia, quando est nulla, non attenditur.*

9 *Sententia dicitur iniusta, si sit lata contra dispositionem testatoris.*

10 *Testes illi sunt præferendi in probanda consanguinitate, qui sunt magis informati, & consanguinei, ac reddentes rationem sui dicti.*

11 *Ad Filiationem probandam multum facit communis reputatio, et publica vox, et fama in vicinia.*

12 *Filius an quis sit primi, vel secundi matrimonij, ex quibus indubitatè dicatur probatum et num. 13. 15.16. et 17.*

14 *Matri deponenti super ætate filij tamquam informatæ videtur credendum.*

DECISIO CCCXXVII.

FVERAT immissa in possessionem domus, de qua agitur, venerabilis Archiconfraternitas Charitatis de Vrbe vigore fideicōmissi ad sui fauorē facti à Magdalena testatrice, & purificati per obitū sine liberis Michaelis Angeli, & P. Ioannis filiorum eiusdem Magdalenæ, sed postea quidam Petrus asserens se filium eiusdem M. Angeli, & propterea conditionem fideicommissi adhuc non euenisse, fuit, vel immissus vel reintegratus ad possessionem eiusdem domus per sententiam Vicarij Vrbis, sed pro Archiconfraternitate commissa causa spolij, cum voto Rotæ, fuit datum dubium, an intraret spolium, & Rota die 13. Maij 1620. coram Illustrissimo D. meo Card. Sacrato * resoluit, sententiam Vicarij fuisse nullam, & reseruauit vt de alijs videretur, ideò dubitaui, an danda esset reintegratio Charitati ad dictam domum, & fuit ea tantum informante resolutū
1 affirmatiuè, quia † satis probata videbantur duo extrema necessaria in spolio, nam primum extremum,
2 quod plenè, & concludenter † paoban. est. *Caput. decis. 368. part. 2.* satis remanet probatum ex confessione ipsius Petri in monitorio, in quo Custodes
3 Charitatis † appellantur detentores, & occupatores domus controuersæ, *l. cum precum C. de liber. caus. et in terminis spolij fuit resolutum in causa Romana spolij 1. Martij 1602. coram bo. me. Litta*, & licet
4 dicantur occupatores tamen reiecta † illa qualitate remanet confessio possessionis. *Rota decis. 802. nu. 3. p. 1. diuers.* quæ confessio præiudicat etiam hære-
5 dibus Petri, † & habentibus ab eo causā *Bland. cons.* 364. *num. 2. vers. 3. quia lib. 2. Dec. cons. 109. num. 2. vers. et talis probatio. Ruin. cons. 50. num. 13. lib. 1. Rota decis. 776. num. 1. part. 1. diuers. et in Romana dotis 6. Iunii 1611. et 24. Maii 1612. coram me*, & adminiculatur ex articulis datis pro parte Petri, in
6 quibus † articulatur, quod officiales Charitatis adepti sunt possessionem domus licet nullam, & de facto, de secundo verò extremo satis constat ex litis
7 † sustentatione, iuncto adminiculo immissionis Petri per sententiam Vicarij de qua supra, *iuxta decis. Caput. 3 9. part. 1. Rota decis. 38. nu. 1. p. 2. in recent.*
8 Non obstat prædicta sententia ad fauorem † Petri, quia quod fuerit nulla, iam fuit resolutum in dicta decisione Illustrissimi Sacrati, de qua supra, sed fuit etiam iniusta, quia Petrus egit ad recuperationem
9 domus, tamquam † filius Michaelis Angeli, & sic non fecit deficere conditionem appositam à testatrice in substitutione facta ad fauorem Charitatis, quatenus scilicet sui filij decederent sine filijs, quod autem non esset filius Michaelis Angeli, sed Anastasiæ ex Zaluccio eius primo viro, bene probāt testes examinati pro Charitate & dati in summ num. 2.

Non obstant testes aliàs examinati pro Petro, quia
10 testes Charitatis † videntur præferendi, tamquam magis informati, & consanguinei, & vicini, & reddentes rationem, quare Michael Angelus tractabat Petrum vti filium, propter amorem vxoris, cuius verè erat filius ex primo viro, & deponunt de com-
11 muni † reputatione, & publica voce, & fama in vicinia, quæ multum facit ad proban. filiationem præsertim concurrentibus infra dicendis *Dec. cons. 54. num. 3. Surd. cons. 1. num. 48. Rot. decis. 238. num. 13 et decis. 661. part. 1. diuers. fuit dictum in Romana de Zauellis 13. Nouembris 1613. coram me*, pro adminiculo enim huius veritatis deducebatur, quod
12 de anno 1577. Anastasia contraxit † secundum matrimonium cum Michaele Angelo per verba de futuro, vt patet ex Instrumento in summario num. 7. testes autem examinati de anno 1605. deponunt Petrum de tempore examinis fuisse ætatis annorum 50. vel 45. vt num. 6. Vnde non poterat esse Michaelis Angeli, qui contraxit matrimonium cum Anasta-
13 sia matre dicti Petri de anno 1577. † à quo tempore effluxerant nisi anni 29. & accedit assertio eiusdem matris de d. anno 1606. quod Petrus tunc erat ætatis annorum 45 vt num. 8 & sic erat impossibile fuisse natum ex matrimonio inter ipsam, & Angelum, &
14 vtique matri † deponenti super ætate filij tanquam informatæ videtur credendum *l. etiam ff. de prob. cum aliis per Modern. de prob. conclus. 618. num. 7. et seqq.*

Accedit inhibitio obtenta ab eisdem Michaele An-
15 gelo, & Anastasia in Curia Capitolina, † ne molestaretur in persona dictus Petrus filius Anastasiæ, & Zalucij, vt dicto summ. num. 5. & confirmatur ea-
16 dem veritas, quia Petrus ingressus † dicitur Religionem Minorum de Obseruantia de anno 1578. vt constat ex fide Secretarij Prouinciæ Romanæ in eodem summ. num. 9. quod esset impossibile si Petrus fuisset filius Michaelis Angeli, & Anastasiæ, qui contraxerunt anno præcedenti, vt dictum est.

Et demum indultum fel. rec. Sixti Quinti, in quo
17 cōcessit Petro de anno 1585. vt posset † transire ad aliam religionem cum assertione, quod tunc ipse esset Sacerdos, vt num. 10.

Ex quibus fuit conclusū pro reintegratione Charitatis.

☞ *Decisio hæc in causa ista emanata coram bon. me. Card. Sacrato 13. Maii 1620. adest infra in Appēdice post decisiones anni 1626. prout in Indice ibi in principio posito.*

REVERENDISS. COCCINO.

Placentina Vicariæ.

Veneris 17. Decembris 1621.

ARGVMENTVM.

Clausula, parito iudicato, apposita à Signatura Iustitiæ, quando adest vnica sententia, ei parendum est, perinde ac si adessent tres conformes, quando tamen ea sententia vnica transiuit in iudicatum, ac cõstet de eius iustitia. Pecunia certa, & determinata, quando à principio est promissa, ea soluenda est, & quatenus non reperiatur eius valor, &c. Ac aliqua habentur circa erectiones Vicariæ.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, arbitrio, multum remittit de rigore iuris.*

2 *Clausula, arbitrio, non intrat ad retardandam causæ expeditionem stante iustitia sententiæ.*
Iustitia sententiæ stante ei parendum est. num. 2.

3 *Signatura Iustitiæ, quando adest tantum vna sententia, non solet rescrebere cum clausula, parito iudicato.*
Signatura, tunc rescribit cum clausula, parito iudicato, quando adsunt tres sententiæ. num. 3.

4 *Sententia vnica, quando est lata, quæ transitum fecit in in iudicatum, & Signatura rescribit parito iudicato. est ei parendum.*

5 *Pecunia certa, quando à principio fuit promissa, tunc, si illius bonitas intrinseca non fuit mutata, debetur, aut dicta pecunia in specie, vel illius æstimatio.*

6 *Pecunia certa, quando dicatur esse in obligatione.*

7 *Bona debent transire cum suo onere.*

8 *Vicariæ erectio, si facta fuerit in vim Concil. Trid. sess. 7. cap. 7. de reform. tunc congrua Vicarijs assignanda est super certis bonis.*

9 *Vicaria, quando erigitur, tunc quoad quantitatem congruæ assignanda Vicario, attenditur Constitutio Pij V.*

10 *Verba in dubio præsumuntur stare demonstratiuè, & non taxatiuè.*

11 *Verba intelligenda sunt, vt congruant subiectæ materiæ.*

DECISIO CCCXXVIII.

HAEC causa fuit commissa R.P.D. meo Remboldo * appellatione remota, qui tulit sententiam ad fauorem Vicarij; Cumque mihi fuisset commissa causa restitutionis in integrum, cum clausula, parito iudicato arbitrio Rotæ, die 29. Nouembris præteriti, dubitaui, An intraret arbitrium, & Domini dixerunt, quod informaretur quoque super iustitia sententiæ Rotalis, & hodie reproposita causa, censuerunt non intrare arbitrium, quominus pareatur iudicato, cum manifestissimè constet de iusti-
1 tia sententiæ Rotalis, clausula enim, † arbitrio, intelligitur prout de iure, licet multum remittat de
2 illius rigore, quod tamen non † est admittendum in casu isto, stante iustitia sententiæ Rotalis, cui propterea est parendum. *Put. decis. 419. lib. 1. in nou. Staphil. de lit. §. dicendum num. 42.*

Non obstat quod fuerit lata vna tantum sententia,
3 & † Signatura non solet dare hanc clausulam, nisi quando adsunt tres conformes, *vt fuit resolutum in causa Toletana Cappellaniæ 14. Aprilis, & 12. Maij 1595. coram Illustrissimo Card. Millino, & in causa Toletana pensionis 12. Decembris 1597. coram Litta, & in causa Valentina pecuniaria 20. Nouembris 1598. coram bo. me. Gypsio.* Quia nihilominus si fuit
4 lata vnica sententia, quæ transitum † fecit in iudicatum, si Signatura apponat istam clausulam, est parendum, vt est adnotatum in margine dictæ decisionis Gypsij, per hæc verba: Signatura hodie non admittit hanc differentiam, ideo vult quod pars pareat etiamsi non sint tres conformes, sed vna, quæ transierit in iudicatum; Propterea fuit in Rota mihi ordinatum, quod deberem declarare inhibitionem in causa emanatam stare debere sine præiudicio sententiæ A.C. *vt in memoriali in dicta causa Valentina sub die 28. Iunij scripsi.* Hactenus prædicta adnotatio, quam etiam refert *Modernus Bononien. variar. lib. 1. cap. 87. num. 27. & 28.* & fuit etiam dictum in *causa Pistorien. beneficij 31. Maij 1617. coram R.P. D. meo Buratto.*

Quantum attinet ad iustitiam sententiæ Rotalis, quæ condemnat Abbatem, & Monachos ad soluendum scuta auri secundum præsentem valorem, videtur euidens, cum in erectione Vicariæ scuta auri
5 sint † in obligatione, fructus autem, & prouentus in solutione, quare cum ista scuta reperiantur, & illius bonitas intrinseca non sit mutata, vel scuta in specie debentur, vel illorum æstimatio secundum præsentem valorem, *Bart. in l. Paulus num. 10. ff. de solut. Boer. decis. 327. num. 3. & seqq.* post alios, quos allegat, & fuit sæpissimè resolutum, *vt in decisionibus R. P. D. mei Remboldi per informantes allegatis.*
6 Quod autem scuta † auri sint in obligatione, patet nedum ex contextu verborum erectionis, ibi: *ex fructibus, & prouentibus, &c. annuos redditus, & prouentus ascendentes ad scuta 50. auri libera, &c. perpetuo à monasterio abdicauit, & separauit;* sed etiam ponderando verbum, *libera*, quod repugnat
7 assignationi bonorum; quia † alia bona debuissent transire cum onere suo. *l. 1. ff. de distract. pignor.*

Neque obstat quod infra dicatur, fructus ad dictã summam scut. 50. auri in auro in tot bonis dictæ Ecclesiæ in, & cum tanta rata proprietatis, & portione bonorum, ex qua, vel quibus percipi possint, vel debeant singulis annis dicta scuta 50. auri in auro, & signanter cum rata proprietatis librarum 20. mil. quæ in præsentia reperiuntur inuestitæ super bonis D. Caualeriæ, &c. separauit, prædictæ Vicariæ, & eius Vicario applicauit, & appropriauit, quæ quidem assignatio habuit effectum in redditibus dd. librarum
8 20. mil. Nam fuit responsum; † quod erectio huiusmodi fuit facta in vim *Concilij Trident. sess. 7. cap. 7. de reformat.* volentis quod congrua Vicarijs assignetur super certis bonis, ibi, *Portione etiam super re certa assignanda, scilicet Vicarijs.* Vnde cum in erectione Vicariæ, & assignatione congruæ debeat ser-
9 uari ista forma Concilij, & † quoad quantitatem Bullæ Pij, vt censuit Congregatio Illustrissimorum Interpretum, illa verba, *cum rata proprietatis*, in-
10 telligenda sunt † demonstratiuè, super quibus bo-

nis

nis sit habenda congrua, non autem quod bona illa sint pro congrua. *l. quidam in testamento. ff. de legat. 1. Felin. in cap. ad audientiam. el 2. num. 7 de rescript, Bart. in l. Lutius num. 3. ff. de aliment. & cibar. legat. Surd. cons. 162. num.* 15. & propterea nec alterant verba sequentia, *separauit, &c. & Vi-*
11 *cario applicauit, & appropriauit.* Quia † sunt intelligenda secundum subiectam materiam ad effectum perceptionis congruæ, *vt pulchrè per Alex. in cons. 40. num. 6. & seqq. lib. 4.*

Et ita resolutum, &c.

** Decisionem in hac causa emanatam coram bo. mem. Remboldo, habes supra in hoc Tomo decisio 165. sub die 10. Ianuarij anni præteriti 1620.*

EMINENTISS. D. CARD. VEROSPIO SEN.

Terracineñ Bonorum.

Lunæ 20. Decembris 1611.

ARGVMENTVM.

Iudex ipso iure nulliter procedit, si procedat in causa, in qua reperitur decretum irritans cum clausula sublata. Ementes bona vendita à Congregatione Baronum, sunt tuti ab omnibus obligationibus, vinculis, & hypothecis dd. bonorum, stante super hoc amplissima Bulla, cum derogatione Regulæ de iure quæsito non tollendo.

SVMMARIVM.

1 *Iudex, stante decreto irritanti, & clausula sublata, non potest procedere sine aperitione oris.*
2 *Itaque processus est ipso iure nullus.*
3 *in Bulla facultatum Congregationis Baronum, adest derogatio regul. de iur. quæsit. non toll. itaque ementes bona ab illa vendita, sunt exempti ab omnibus vinculis, hypothecis, &c.*
4 *Vnde prætendentes oblationes super eis, agere debet contra pretium.*
5 *Emens aliquid si ex natura rei ei aliquid insit, ad id tenetur, & quando non.*
6 *Exceptio firmat regulam in non exceptuatis.*
7 *Pretium adhuc dicitur extare, si sit solutum cum cautione de restituendo prioribus, & potioribus.*

DECISIO CCCXXIX.

SIXTVS V. fel. record. de anno 1586. concessit Ascanio Finitio, & socijs ab eo nominandis vti Bonificatoribus terras palustres in agris Terracinæ, Sectiæ, nec non Priuerni existentes per quinquennium ante ad culturam inhabiles, dummodo tamen earum Domini soluerent, quod ex ipsis concessionis tempore percipiebatur.

Huius Indulti vigore Bonificatores ab Ascanio nominati fuerunt istarum Terrarum possessionem adepti, & inter alios, cum bo. me. Cardinalis Pepulus multo ære alieno grauatus existeret, Congregatio Baronum ad eiusdem creditorum instãtiam portionis dicti Cardinalis possessionem fuit ingressa, quam postea vigore Motus proprij Clemẽtis VIII. præuia subhastatione Thomæ Lutiolo, & Fabio Artoneo deliberauit. Verum Communitas Terracinæ prætendens se Bonificatorum, & Domini Cardinalis creditricem, pro responsione ipsius tenutæ Carrariæ, cuius quarta pars in supradicta venditione non reperitur inclusa, contra Lutiolum egit pro liquidatione fructuum, qui concessionis tempore de dicta tenuta percipiebantur, quos declarauit Iudex ad summam scutorum quadringentorum singulis annis ascendere, nec non pro illis mandatum contra eundem Thomam relaxauit. Verum causa per viam appellationis in Rota coram me introducta, cum de validitate, ac Iustitiæ dictæ sententiæ dubitassem, Thomam solum informante fuit decisum illam nullam, & iniustam existere.

Nullitas enim apparet, quia cum Thomas bona, de quibus agitur, emerit vigore facultatis Congregationi Baronum motu proprio cum derogatione regulæ de Iure quæsito non tollendo, cum clausula
1 sublata, & decreto † irritanti concessæ, non potuit Iudex non præuia oris aperitione procedere, *Paris. cons. 1. num. 38. & cons. 38. num. 7 lib. 4. Ruin. cons. 21. num. 15. lib. 1. Caputaq. decis. 134. num. 4. par. 3. Put. decis. 50 num. 5. lib. 1. & decis. 377. lib. 2. Rota decis. 180. num. 1. in fin. par. 2. in recent.* Et sic fuit
2 processus † ipso Iure nullus *Cassad. decis. 12. num. 6. super reg cum alijs per Gabr. de clausul. conclus. 3. num. 56.* Et fuit resolutum *in causa Burgen. Decimarum de Scalante 26. Nouembris 1584. coram bo. me. Cardin. Blanchetto, & in Aretina Commendæ 1. Iunij 1587. coram Orano.*

De iniustitia pariter constat, nam dicta bona Thomæ fuerunt vendita vigore facultatum eiusdem Congregationis Baronum, inter quas illa est præcipua, quod Baronum etiam Cardinalium bona per Congregationem vendita eximantur penitus & li-
3 berentur cum derogatione regulæ de Iure † quæsito non tollendo ab omnibus, & quibuscunque oneribus, vinculis, obligationibus, & hypothecis, quæ in pretium, vel alia bona transferantur, vt latius in dicto Motu proprio Clem. VIII. continetur.

Vndè licet ista bona fuerint annuis solutionibus obnoxia loco fructuum, quos Communitas Terracinæ, tempore concessionis, earumdem Terrarum percipiebat, nihilominus in vim dicti Motus proprij non valet ipsa Communitas contra bona vigore di-
4 ctarum facultatum empta † experiri, sed agere debet contra pretium, vt in simili fuit decisum in causa *Romana census 18. mil. 16. Iunij 1615. coram Reuerendissimo D. meo Decano, quæ est decis. 681. num. 7. par. 1. in recent.*

Nec releuat onus soluendi quotannis ex natura rei in his Terris inesse; cessat enim difficultas, cum in facultatibus eiusdem Congregationis, & in venditione eius nomine facta Lutiolo adsint clausulæ
5 valde prægnantes, ex † quibus arguitur dictum onus etiam ex natura rei existens Lutiolum emptorem non afficere *Rota decis. 152. num. 5. par. 2. diuer. Seraph. decis. 1480. num. 1.*

Non obstat in liberatione ab hypothecis, & obligationibus, de qua in facultatibus Congregationis casum nostrum vti tendentem in Cõmunitatis præiudicium non compræhendi; Quia cum in dictis fa-
6 cultatibus Cameræ solum † Apostolicæ præiudiciũ excipiatur, videntur illæ cæteros quoscumque casus includere *l. cum Prætor ff. de Iudic. Surd. decis. 163. num. 18. Card. Mantic. dec. 321. num. 5.*

Vltra, quod Cõmunitatis præiudicium adesse non videtur, cum illa possit contra pretium earumdem terrarum agere, quod iuxtà Motum proprium Clemen. VIII. solutum fuit creditoribus præstita per eos cautione de restituendo prioribus, & potioribus,

7 bus, in cuius vim † extare dicuntur pecuniæ, & velut sub deposito remanere *Castr. cons. 289. lib. 1. Gail lib. 2. obseruat. 45. Franc. decis. 75. num. 9. & decis. 200. num. 4.* Et fuit coram *Sanctissimo Domino Nostro decisum in Romana census 10. Iunij 1602. apud Pacif. de Saluiano decis. 128.*

R. P. D. REMBOLDO.

Romana Fabricæ.

Lunæ 20. Decembris 1621.

ARGVMENTVM.

Agens conditione indebiti, vel ex æquitate l. si me, & Titium. ff. de condit. indebit. plenè, & concludenter intentionem suam probare tenetur, Computa si sint solidata, & facta amplissima liberatio cum iuramento, tunc nisi probetur error, vel fraus, & quidem concludenter, non erit locus rescissioni.

SVMMARIVM.

1 *Agens conditione indebiti plenè, & concludenter intentionem suam probare tenetur.*
2 *Agens ex æquitate l. si me, & Titium, ff. de condition. indebit. clarè tenetur probare suam intentionem.*
3 *Computa si sint solidata, & facta sit amplissima liberatio cum iuramento, si quis contra eam venire intendat, vtique errorem concludenter probare tenetur. num. 4.*
5 *Liberatio amplissima facta post solidationem computorum habet vim transactionis, etiamsi alio nomine concepta sit.*
6 *Itaque non docto de errore, & fraude, reuocari non potest, & multò magis stante iuramento. num. 7.*
8 *Liber priuatus non probat pro scribente.*
9 *Aequalitas in iudicijs seruanda est.*
10 *Quod quisque iuris in alium statuit, id ipse seruare tenetur.*
11 *Pecuniæ, quod sint soluentis, quando ista præsumptio non intret.*
12 *Actus præsumitur factus iuxta præcedentem conuentionem.*
13 *Soluere ante tempus, quis non præsumitur voluisse.*
14 *Solutionem, quis non præsumitur voluisse accipere minutatim, si integra ei debebatur.*

DECISIO CCCXXX.

DOMINI steterunt in decisis die 9. Decembris 1619. * quia quicquid dicatur non probatur ab hæredibus Ioannis de Lusar, quod Episcopus Cuschen. indebitè receperit pretium vineæ ab eo venditæ, quod tamen plenè, & concludenter à dictis hæredibus probandum erat, non solum quia
1 ipsi agunt ad pretium dictæ vineæ † conditione indebiti, vel saltem æquitate *l. si me, & Titium*, ideoque coguntur plenè, & concludenter probare dictum
2 D. Episcopum † indebitè recepisse, *ad tradita per Doct. in dicta l. si me, & Titium, ff. de condit. indeb.*

Verum etiam quia cum dicti hæredes habeant contra se Instrumenta, in quibus fuerunt solidata computa inter dictum Episcopum, & exequutorem Testamentarium Ioãnis, ac Hieronymum Pulitum, cum amplissima liberatione hinc inde facta, & re-
3 nunciatione etiam † cum iuramento quibuscumque erroribus, dictique hæredes modo totum eorum fun-
4 damentum ponant in errore dicti calculi, vtique † tenentur, dictum errorem concludenter probare *l. de ætate §. fin. ff. de Interrog. act. Card. Seraphin. decis. 931. num. 5. & decis. 940. num. 1.* & maximè stante dicta amplissima liberatione, quæ habet vim transa-
5 ctionis, † etiamsi alio nomine concepta sit. *Dec. in rubr. C. de transact. Ias. in l. 1. num. 7. C. de pact.* &
6 non docto de dolo, & † fraude reuocari non potest, *glos. in l. actione in verb. transactum vers. sed dico contra C. de transact. Montan. de ratiocin. cap. 38.*
7 *num. 129.* & multo minus stante † iuramento *Paris. cons. 96. num. 84. lib. 1. Ceph. cons. 192. nu. 32. & 46. lib. 2. Montan. dicto cap. 38. num. 124. & seqq.*

Nec obstat, quod dicitur, dictum indebitum, seu errorem satis probari ex quodam libro, in quo apparet Ioannem expendisse pro fabrica cuiusdam domus Episcopi de anno 1568. & 1569. & sic ante annum 1570. quo primum cæpit Episcopus dare dicto Ioanni ad perficiendam dictam fabricam plures pecuniarum summas, quas præsumitur dictus Ioannes de suo expendisse, & ipso iure compensare cum debito scutorum 2800. quæ mutuò receperat à dicto Episcopo, quia huic motiuo multipliciter fuit responsum. Et primo, quod non probatur ex dicto libro dictum Ioannem non expendisse aliquid dictis
8 annis 1568. & 1569. pro dicta fabrica, quia † dictus liber non probat pro scribente *l. exemplo C. de probat. Felin. in cap. 2. num. 23. de fid. instrum. Bart. in l. fin. C. de conuenien. fisci debit. lib. 10. Roman. cons. 346. num. 2. & fuit alias in hac eadem causa firmatum.*

Nec obstat quod dictus liber fuit approbatus ab Episcopo, cum super eo fuerint solidata computa, quia si licet hæredibus Ioannis dictam solidationē,
9 quamuis Instrumento firmatam impugnare, † multo magis debet licere hæredibus Episcopi impugnare partitas in dicto libro descriptas per regulam quod quisque iuris, &c.

Secundo fuit ponderatum, quod etiamsi dictus liber probaret pro scribente, & sic partitis esset fides adhibenda, tamen quia omnes illæ, quæ concernunt dictam fabricam insimul coaceruatæ minimè
10 adæquant debitum scutorum † 2800. non possunt pro dicti debiti extinctione deseruire ad tradita per *Soccin. iun. cons. 79, num. 70. vers. octauo prædicta lib. 3. Surd. cons. 69. num. 17.*

Tertio fuit dictum, quod quatenus dictæ partitæ tantam summam constituerent, quæ dictum debitū adæquarent, adhuc nõ posset dici intentio hæredum fundata, quia non probatur saltem plenè, & concludenter, & prout in casu, de quo agitur, vt dictum est, requiritur, quod dicta summa fuerit à Ioanne de proprijs eius pecunijs soluta, nam præsumptio, quod pecuniæ sint soluentis non applicatur, non solum quia agitur de magna quantitate scutorum scilicet 2800. quo casu nemo † præsumitur exponere tam magnam quantitatem pro alio, vt fuit in alia decisione firmatum, sed etiam quia in hac facti specie expressè fuerat conuentum, quod fabrica fieri quidem deberet à Ioanne, sed pecunijs Episcopi. Vnde
12 merito † etiam præsumi debet fuisse factam iuxta dictam conuentionem ad tradita per *Felin. in cap. sicut nu. 35. de sent. & re iudic. & per Bart. in l. Herennius num. 5. ff. de neg. gest.*

Nec obstat quod cum Ioannes esset debitor Episcopi dictorum scut. 2800. verisimile est, quod voluisse similem...

similem summam in dicta fabrica exponere, & hac ratione dictum eius debitum extinguere, quia imo cum Ioannes teneretur dicta scuta 2800. post mensem tantum Ianuarij anni 1570. restituere, verisimile non est, quod ea voluerit prius, nempe de an-
13 no 1568. & 1569. quibus dictas expensas † fecisse prætenditur restituere ad *l. cedere diem ff. de verbor. signific. cum simil.* sicuti è contra verisimile etiam non est, quod Episcopus voluerit dicta scuta 2800.
14 minutatim recipere, † quæ vnica solutione restitui debebant, & maximè quia si hinc talis animus adfuisset procul dubio fuisset aliqua ratione expressum.

Quarto accedit, quod in omnem euentum non probatur, quod in solidatione computorum inter Episcopum, & exequutorem testamentarium Ioannis, ac Hieronymum non fuerit habita ratio dictarū expensarum, quinimo cum ex eiusdem solidationis Instrumento appareat dictum Episcopum remisisse hæredibus scuta quadraginta quinque, & vlterius etiam aliam maiorem summam soluisse pro omni, & toto eo quod dicti hæredes prætendere poterant ratione dictæ fabricæ, & ex quauis alia causa, vt in Instrumento dictæ solidationis amplissimis clausulis concepto legitur, non videtur dubitari posse, quinetiam in eadem solidatione fuerit habita ratio dictarum expensarum.

Ex quibus omnibus saltem simul iunctis manifestè apparet, quod vel nulla affertur pro parte dd. hæ-
15 redū probatio, quod † dictus Episcopus indebitum receperit, vel saltem non affertur talis, qualis ad effectum, de quo agitur, vt dictum est, requiritur, ideoque merito succumbere debent, &c.

Habes hanc decisionem infra in Appendice post decisiones anni 1626.

R. P. D. REMBOLDO.

Bononien. Fideicommissi de Luparis.

Lunæ 10. Ianuarii 1622.

ARGVMENTVM.

Testator in suo testamento potest etiam disponere de rebus sui hæredis, eumq. in re propria grauare, & si ipse simpliciter hæreditatem adeat, censetur approbare ea, quæ testator contra se disposuit, & quid si non possit obtinere hæres id, quod testator de eius bonis alicui legauerit. Donatio ipso iure quando resoluatur ex mente donantis, cessante causa, seu conditione.

SVMMARIVM.

1 *Grauatus restituere bona, non potest de eis in præiudicium vocatorum disponere, & nu.8.*
2 *Testator potest disponere de re hæredis, & ipsum in re propria grauare.*
3 *Hæres, si non possit habere id, quod testator de re aliena alicui legauerit, quid sit faciendum. ampla num. 4.*
5 *Hæres adeundo hæreditatem, censetur acceptare onera, in testamento existentia.*
6 *Bona restitutioni subiecta censetur quis habere, non ab eo, qui ea restituit, sed à grauante.*
7 *Grauari non potest, qui non est honoratus.*
9 *Testari quis non potest de bonis donatis.*
10 *Donatio si sit facta sub conditione, ea non eueniente, cessat donatio.*
11 *Donatio, quando certa ex causa fuit facta si ea secuta non fuerit, donatio ipso iure resoluitur.*
13 *Donator, quando declarauit, quod cessante causa donationis cessaret quoque donatio, signum est eo casu habuisse d. donationem pro reuocata, itaque eueniente casu non est necesse, vt eam expressè reuocet.*
Et quid si apposuerit clausulas, quæ denotent donationem esse tunc reuocandam, num.12.
14 *Hominis prouisio non tollit prouisionem legis.*
15 *Nuptiarum causa semper dicitur durare, quousque vita hominis durat.*
16 *Donatio facta sub certa causa, donec ea durat, donator non potest reuocare dictam donationem.*
17 *Hæres acceptādo hæreditatem simpliciter, sibi præiudicat, & acceptare dicitur quicquid testator disposuit de suis proprijs bonis.*
18 *Testari de rebus suis, quando quis consensit sibi præiudicat.*

DECISIO CCCXXXI.

FVERAT in partibus lata sententia, qua fuit declaratum factum esse locum fideicommisso ad fauorem DD. de Luparis; quare causa postea ad Rotam deuoluta. Dubitaui An dicta sententia, quoad creditum, & domum de quo agebatur, esset confirmanda, vel infirmanda, & Domini censuerunt illam esse infirmandam, nam quoad dictum creditum, & domum constat, quod cum illa pro indiuiso possiderētur ab Hercule, & à Pirro eius fratre, dictus Hercules instituit hæredem in dicto credito, & domo, & in omnibus alijs eius bonis dictum Pirrum, atque eidem quandocumque decedenti absque filijs substituit Carolum, Leonellum, & Galeatium fratres de Lombardis eorumq. filios ordine successiuo, rogans dictum Pirrum præsentem, vt in quacumque eius vltima voluntate similem institutionem, & substitutionem de eius bonis facere vellet, vnde cū dictus Pirrus superstitibus adhuc dictis fratribus de Lombardis decesserit sine filijs, sicq. per ipsius obitum factus fuerit locus fideicommisso dicti Herculis ad fauorem dd. fratrum, non potuit dictus Pirrus alterando voluntatem dicti Herculis grauare dictos fratres ad retuendum dictum creditum, & domum DD. de Luparis, quæ attenta dispositione dicti Herculis libera remanebant penes dictos fratres, cum maximè ius quod habebat in dictis bonis dictus Pirrus, per ipsius
1 mortem extingueretur, † eo quod ipse erat grauatus, vt dictum est, eadem bona restituere post eius obitū dd. fratribus de Lombardis, *Castr. in l. irritum sub num. 1. C. ad l. falcid. Aym. cons. 144. num. 9. in fin. Modern. de fideic. art. 6. num. 11. & seqq. & art. 40. num. 1.* cum alijs adductis *in Viterbien. castrorum 7. Aprilis 1617. coram Illustriss. Card. Sacrato.*

Idque procedit non solum in illa medietate dictorum bonorum, quæ spectabat ad Herculem, sed etiam in alia medietate, quæ erat propria Pirri, quia dubium non est, quod dictus Hercules potuerit etiam in hac medietate, quæ erat propria grauare eundem Pirrum hæredem ad supponendum dictam medieta-
2 tem eidem fideicommisso, † quia testator potest disponere de re hæredis, & ipsum in re propria grauare *l. filiusfamilias. §. vt quis hæredem. ff. de legat. 1. l. Lucius Titius. §. maritus vxorem. ff. ad Trebell. Rolan. cons. 30. num. 34. & seq. lib. 4. Menoch de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 117. num. 2. & seq. cum alijs* alleg.

alleg. per Modern. de fideic. art. 33. num. 47. & fuit dictum in dicta Viterbien. castrorum coram Illustriss. D. Card. Sacrato.

Nec obstat, quod Pirrus dictam medietatem dicto
3 fideicommisso non supposuit, quia nihilominus † ex
quo adiuit hæreditatem Herculis censetur grauatus
ad restituendum tantumdem de proprijs bonis dictis
fratribus, quantum recepit ex bonis dicti Herculis
testatoris ad *text. in dicta l. filiusfamilias. §. vt quis
hæredem vbi notant omnes ff. de leg. 1. l. Imperator
§. cum quidam. ff. de leg. 2. Anchar. cons. 365. num. 4.
& seq. Modern. de fideicom. d. art. 33. num. 47.*

4 Et maximè quia † fuit præsens grauamini, & non
contradixit *Paris. cons. 2. nu. 34. lib. 3. Rota decis. 463.*
5 *num. 2. par. 2. in rec.* & quia † adeundo hæreditatem,
vigore testamenti, in quo aderat dictum grauamen
censetur illud acceptasse, *Rot. d. decis. 463. nu. 2. par. 2.*
6 *in recent.* Vnde etiam dicti † fratres censentur dicta
bona habere non à Pirro, sed ab Hercule grauante
Pirrum restituere dicta bona dictis fratribus *ad tex.
in l. vnum ex familia. § si de falcidia, & ibi Bart.
Castr. Imol. & alij. ff de legat. 2. Ias. in l. Lucius numer. 32. ff. de vulg. & pupill. Soccin. sen. cons. 86.
num. 9. lib. 3. Soccin. iun. cons. 126. num. 6. lib. 1. Menoch. cons. 124. num. 22. & cons. 434. sub num. 50. in
fin. lib. 5. cum alijs per Cardin. Mantic. de coniect.
vltim. volunt. lib. 8. tit. 13. sub num. 7. vers. nec ad
rem facit.*

Et per consequens nec dicti fratres, potuerunt à
7 Pirro, † à quo non fuerunt honorati in dictis bonis
grauari *d. l. vnum ex familia. §. sed si fundum*, vbi
notant omnes, & præcipuè *Bart. num. 1. Imol. nu. 17.
Castr. num. 1. & seq. ff. de leg. 2. Paris. cons. 1. nu. 55.*
8 *& seq. lib. 3.* nec † Pirrus super bonis restituendis nouum grauamen imponere.

Nec obstat, quod dicitur Herculem prius eadem
9 bona donasse dicto Pirro, nec propterea potuisse † de
bonis donatis testari, quia præterquam quod dicta
donatio non fuit facta de omnibus bonis Herculis,
sed restricta ad bona hæreditaria paterna, & ad alia
sibi à fratribus donata, & non probatur quod dictũ
creditum, & domus sint inter dicta bona comprehensa, apparet etiam dictam donationem fuisse factã
ob causam, quod Pirrus posset condecentius matrimonium contrahere, vt expresè legitur in instrumento dictæ donationis, ibi, cum omnino intendat
10 in causam subsecuturi matrimonij donare, & † non
in aliam causam, itaut si eius frater non spreuerit in
matrimonio collocari, donatio obtineat, si non euanescat, & sæpè alibi, & propterea cum causa non
11 fuerit sequuta, donatio fuit † ipso iure resoluta *l. 1.
C. de donat. ob caus. Curt. iun. cons. 126. nu. 14. Surd.
cons. 369. num. 25. in fin. & num. seq. lib. 3. Thes. decis. 270. num. 22. & seq. cum alijs per Clar. in §. donatio quæst. vlt. num. 1.*

Nec obstat clausula in fine dictæ donationis appo-
12 sita, quod † in casu quo Pirrus matrimonium non
contraheret, donatio esset reuocabilis, tũ quia ex eo,
quod idem quoque donator supra declarauit, quod
ipsius intentio erat, quod cessante causa cessaret etiã
13 effectus donationis, satis apparet, † quod habuit
dictam donationem pro reuocata etiam quod expresè eam postea non reuocauerit.

Tum quia in omnem euentum dicta clausula non
operatur quominus dicta donatio sit ipso iure resolu-
14 ta, quia † prouisio hominis non facit cessare prouisionem legis, *Rip. in l. fin. num. 209. & seq. C. de reuocan. do at. cum alijs congestis per Gabr. de reg. iur. conclus. 8 num. 4.*

Quod tãto magis in casu isto locum sibi vindicat
15 non solum quia causa nuptiarum † semper duraret
quamdiù Pirrus vita fruebatur, non potuit Hercules, qui dicto Pirro prædecessit, durante causa, & per
16 consequens eius vita, dictam † donationem reuocare iuxta *tex. in l. quod seruius. ff. de condit. caus. dat. caus. non sec.* Verum etiam quia constat eundemmet
Pirrum habuisse dictam donationem pro reuocata,
ex quo permisit Herculem dicta bona possidere, &
etiam vt supra probatum fuit, dispositioni ab eodem
Hercule de dictis bonis factæ consensit eandemque
17 dispositionem, † adeundo hæreditatem acceptauit,
quinimo per dictum consensum, & acceptationem
sibi præiudicasset in bonis donatis etiam quod donatio non fuisset reuocata, *Dec. cons. 254. num. 2. vers.
vltimo non obstat, Curt. iun. cons. 34. sub num. 4.
& 5. Menoch. cons. 1095. num. 23.* & est regulare
18 quod quando aliquis consensit † alium testari de re
sua sibi præiudicat *l. si cut §. venditionis. ff. quib. mod.
pign. vel hypothec. solu. cum alijs adductis in decis.
463. num. 1. par. 2. in recent.*

☞ *Cõfirmata fuit præsens decisio à Rota in altera instantia coram bo. me. Vbaldo sub die 12. Mart. 1624. est infra suo loco.*

R. P. D. MERLINO.

Piscien. Capellæ.

Lunæ 10. Ianuarij 1622.

ARGVMENTVM.

Beneficium, si quis obtinuerit à Sede Apostolica, tanquam de libero, tunc si probetur, illud esse de iurepatronatus laicorum eius immissionem obtinere nõ valebit. Iuspatronatus, quando sumus in personis priuatis qualiter sufficienter probetur. Prouisiones Apostolicæ non mutant statum beneficij, si constet de anteriori statu contrario.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus, quando sumus in priuatis personis probatur ex quadragenaria possessione, vna cum fama.*
2 *Quadragenaria possessio ad effectum probationis iurispatronatus, sufficienter probatur ex præsentationibus absque vlla controuersia factis, & admissis infra d. tempus.*
3 *Præsentationes satis dicuntur effectum sortitæ, si vna post aliam fuerit admissa.*
4 *Iurispatronatus fama probatur ex testibus.*
5 *Adminicula ad effectum probandi iuspatronatus quæ possint adduci.*
6 *Iuspatronatus probatur ex institutionibus Ordinariorum quamuis in eis de præsentatione non fiat mentio, quia sufficiunt ad hoc enunciatiua.*
7 *Beneficij vltima collatio est attendenda.*
8 *Prouisiones Apostolicæ non mutant statum beneficij, nec constituunt illud in quasi possessione libertatis, vel seruitutis, quando constat de statu anteriori contrario.*

DE-

DECISIO CCCXXXII.

DE Anno 1616. per obitum Francisci Morandini vacauit Capellania S. Ioannis Baptistæ in Ecclesia Sanctorum Stephani & Nicolai Terræ Pisciæ, ad quam vti de iurepatronatus laicorum præsentatus fuit Cosmus de Orlandis, eandem Cappellaniam tanquam de beneficio libero Horatius Nencius à Sede Apostolica impetrauit, quem Cosmus excludere prætendebat, ex eo quod hæc Capellania sit de iurepatronatus, super quo cum dubitassem, fuit per Dominos resolutum, cum præsupposito quod iura sint in forma probāti constare de iurepatronatus.

1 Etenim cum simus in priuatis personis † quadragenaria possessio vna cum fama ad hunc effectum sufficit *Cassad. decis. 2. nu. 4. de probat. Mohed. decis. 12. in fin. de iurepatr. Rota decis. 224. nu. 4. & decis. 312. num. 3. par. 1. in recent.*

De quadragenaria autem possessione, & vltra sufficienter constat ex præsentationibus absque vlla
2 † controuersia factis ab anno 1518. vsque ad annum 1583. Quæ omnes effectum sortitæ fuerunt, cum
3 emanauerint per obitum, aut resignationem † alterius, *iuxta cons. Oldrad. 229.* sæpè à Rota approbatum vt in *decis. 545. nu. 1. diuers. & decis. 312. n. 17. par. 1. & decis. 423. num. 2. par. 2. in recentior.*

4 Fama vero † bene probatur ex testibus in hac causa examinatis, *Rot. decis. 694. num. 6. par. 2. & decis. 224. num. 4. & seq. par. 1. in recentior.*

5 Quibus etiam accedunt plura † adminicula nempe licentia data ab officialibus Ducalibus capiendi possessionem cum assertione, quod Capellania sit de iurepatronatus Orlandorum. Attestatio æstimi vbi hæc Capellania, tanquam de eorumdem iurepatronatus describitur, & assertio Visitatoris Apostolici facta in ipsa visitatione, quod ista Cappellania sit de iurepatronatus.

6 Quibus non obstat, quod in † institutionibus non constet de præsentatione, quia sufficere videntur enũciatiuæ Ordinariorum in institutionibus, *Rota decis. 11. de iurepatr. in nou. mil. in repert. in verb. institutio Episcopi, & dictum fuit in Lucana iurispatronatus 26. Iunij 1619. coram Reuerendiss. Seleucien.*

7 Non obstat, quod collatio Apostolica de anno 1583. facta fuerit † vti de libero, & hãc collationem tanquam postremam esse attendendam; quia tales
8 prouisiones Apostolicæ non mutant statũ, nec constituunt in quasi † possessione libertatis, vel seruitutis, quando constat de statu anteriori contrario, vt in præsenti casu *Garz. de benef. par. 5. num. 118. Rot. decis. 145. num. 5. par. 1. diuers. Seraph. decis. 779. n. 3.*

Ad quos verò pertineat iuspatronatus erit particulariter discutiendum.

☞ *In hac causa coram eodem bo. me. Merlino infra in sequenti 5. part. recent. habentur duæ aliæ decisiones nempe sub diebus 17. Decemb. 1627. & 14. Februarij 1628. sunt ordine decisiones 123. & 148.*

R. P. D. VBALDO.

Leodien. Abbatiæ.

Veneris 14. Ianuarij 1622.

ARGVMENTVM.

Clausula, Amoto &c. licet faciat executorem mixtum, tamen hæc regula cessat, quando nullus adest possessor, nec legitimus contradictor, itaque recto tramite poterit deuenire ad executionem absque vitio nullitatis, & attentatorum, gratia in forma dignum, quando non reddat executorem mixtum. Sequestrum quamuis nisi in fine litis remoueatur, tamen id procedit, quando ritè, & iustè ad illud fuit deuentum, alias secus.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, Amoto &c. & clausula, contradictores &c faciunt executorem mixtum.*
2 *Clausula, Amoto &c. non facit executorem mixtũ, quando nullus adest contradictor legitimus, nec possessor.*
3 *Appellatio, vbi non datur, tunc Iudex tradendo possessionem nullo modo attentat.*
Præsertim, si nulla contra eum emanauerit inhibitio.
4 *Executor merus potest se extraiudicialiter informare.*
in Extraiudicialibus creditur facienti, nu. 4.
5 *Gratia, dum est in forma dignum, facit executorem mixtum.*
6 *Gratia in forma dignum, tunc facit executorem mixtum, quando alius est in possessione, vel adest legitimus contradictor, & tunc datur appellatio.*
7 *Gratia in forma dignum, tunc non facit executorem mixtum, si nullus sit in possessione, & si aliquis compareat propter suum interesse qualiter audiatur.*
8 *Contradictor legitimus contra Apostolicum, non dicitur, qui non habet similem gratiam, vel si non sit in possessione, & num. 9.*
10 *Executor datus, cum clausula contradictores &c. efficit, vt ipse possit nun obstante appellatione deuenire ad executionem, absque vitio nullitatis, & attentatorum.*
11 *Clausula, contradictores &c. intelligitur de contradictoribus de facto, non autem de iure.*
12 *Iudex, si deferat appellationi, quatenus de iure, & non aliàs aliter, vel alio modo &c. ea censetur admissa quatenus de iure admittenda veniat, aliàs secus.*
13 *Prouisus quando quis est de beneficio à Papa in forma gratiosa, certum est, quod executor datus poterit procedere executiuè ad immissionem.*
14 *Ordinaria via, quando quis cœpit agere, non poterit conuolare ad executiuam.*
15 *Iudex non debet nimis præcipitanter procedere.*
16 *Appellare licet dum Iudex non dat competentem terminum iuxta iuris dispositionem, & num. 17.*
18 *Executor merus litterarum Apostolicarum incontinenti potest dare immissionem.*
19 *Attentata, si cessent, cessare quoque debet sequestrum eorum occasione appositum.*
20 *Sequestrum semel appositum, non reuocatur, nisi in fine litis.*
21 *Sequestrum semel appositum, tunc non est exercendum, si ritè, & iustè fuerit appositum, secus verò si è contra.*
22 *Sequestrum necessarium non priuat quem sua possessione.*
23 *Possessori sat est vincere, per non ius actoris.*

DE-

DECISIO CCCXXXIII.

IN hac causa fuit primo loco decisum coram Illustriss. D. meo Cardinali Sacrato 6. Nouembris
1620 constare de attentatis, deinde iterum causa
proposita 14. Decembris eiusdem anni Domini, ordinarunt, vt apposito sequestro videretur de bono
iure, super quo proposito dubio fuit resolutum 17.
Maij præteriti constare de bono iure Nicolai, qua
stante decisione nunc fuit dubitatum, an esset recedendum à dicta decisione 6. Nouembris, & reuocandum sequestrum, & ad vtramque partem dubij fuit
responsum affirmatiuè, præcipuum enim fundamentum decisionis consistit in prætensis attentatis, quæ
hodie Dominis videbantur penitus cessare siue attentata possessio vigore litterarum Apostolicarum
in forma dignum, siue aliorum posteriorum in forma
gratiosa, nam quoad priores litteras in forma dignũ
licet executor in ijs datus videri posset mixtus, tum
ex forma litterarum, tum ex clausulis ibi appositis
1 videlicet, †*amoto &c.* & clausula *contradictores &c.*
ex allegatis in decisione, tamen quantum ad clausulam, *amoto &c.* in casu isto non procedit, †quia nul-
2 lus aderat legitimus contradictor, nec possessor, tũc
enim dicta clausula non facit executorem mixtum,
sed remanet merus, & ab eo non datur appellatio
ad not. per Felin. num. 22. vers. item amplia. de præsumpt. Anchar. cons. 297. num. 7. & seq. Rebuff. in praxi. in forma nouæ prouisionis, in verb. amoto. vers. nec virtute huius clausulæ, & fuit resolutum in causa Vercellen. canonicatus 23. Ianuarij 1608. coram bo. me. Card. Lancellotto, & in Pacen. puritatis 11. Decembr. 1609. coram R. P. D. meo Manzanedo, & in Hispalen. canonicatus 10. Aprilis 1602. coram Sanctiss. D. N. & faciunt *not. per Gonzal. ad reg. 8. glos. 9. in annot. num. 236. & seq. & per Garz. de benef. par. 6. c. 2. num.* 141. Vnde si non dabatur appella-
3 tio sequitur, vt Iudex nullo modo attentauerint †tradendo possessionem Nicolao præsertim cum nulla
emanasset contra ipsum inhibitio, *Paris. cons. 108. num. 22. lib. 1. Lancell. cap. 12. limit. 20. num. 10. fuit dictum in Romana fideicommissi 1615. coram me*,
& sæpè alias, & propterea cum respectu illius clausulæ, *amoto* executor non esset mixtus in casu isto,
in quo nullus erat in possessione, nec apparebat legitimus contradictor, sufficit quod se extraiudiciali-
4 ter † informauerit, in extraiudicialibus enim creditur facienti, *Aegid. decis. 567. Put. decis. 144. lib. 2. & fuit dictũ in causa Hispalen. canonicatus 10. Aprilis 1602. coram Sanctiss. D. N. & in præcitatis decisionibus Vercellen. & Pacen.*

Quo verò ad aliud caput, quod gratia erat in for-
5 ma dignum, licet †faciat executorem mixtum vt in
decisione, de qua agitur, tamen respondebatur eodẽ
modo, quod id procedit quando alius est in possessio-
6 ne, vel adest legitimus contradictor, & †tunc datur
appellatio propter præiudicium possessoris, vt post
Butr. Felin. & alios communiter in d. cap. fin. de præsumpt. est decisio Rotæ 20. Iunij 1606. coram bo. me. Penia, & in Pistorien. parochialis 25. Iunij præteriti coram R. P. D. meo Pirouano, si vero nul-
7 lus est in possessione, † sed aliquis comparet propter
suum interesse, debet audiri in iudicio executiuo, sed
non debet impedire immissionem, quia contra
8 prouisum Apostolicum † non est legitimus contradictor, *vt in dicta Hispalen. canonicatus 27. Iunij 1605. coram Sanctiss. quæ est apud Modern. de commiss. decis. 22. lib. 1. par. 1. fol. 354.* vbi in specie de
Capitulo quod cum non habeat similem gratiam,
9 †nec sit in possessione non dicitur ad hunc effectum
legitimus contradictor, *Mobed. decis. 3. vt lit. pend.*
& facit *d. decis. 202. par. 1. diuers.* quæ tanto magis
videbantur procedere stante dicta clausula, *contra-*
10 *dictores &c.* quæ† efficit, vt possit Iudex non obstante appellatione illam spernere, & deuenire ad
executionem absque vitio nullitatis, & attentatorũ,
Abb. in cap. pastoralis num. 11. de appell. Lancell. de attent. c. 12. limit. 8. in princ. Rota decis. 71. lib. 1. par. 3. diuers. fuit dictum in Romana melioramentorum 29. Nouembris 1617. coram me, nec facit quod di-
11 cta clausula intelligatur de †contradictoribus de facto, non autem de iure, vt in decisione, quia ex prædictis apparet, quod nec Vvinandus, nec Capitulũ
erant contradictores legitimi.

Nec obstat, quod executor detulerit appellationi,
12 quia detulit quatenus † de iure, & non aliter, alias.
nec alio modo, quæ clausula operatur, vt eatenus sit
admissa appellatio, quatenus de iure erat admittenda, *Rom. cons. 501. num. 3. Gabr. cons. 35. num. 9. lib. 1. Seraph. decis. 499 num. 2. cum alijs per Rot. in causa Ferrarien. decimarum 21. Aprilis præteriti coram me*, in casu autem isto non dabatur appellatio ex prædictis.

Vltimo dicebatur isti gratiæ in forma dignum, &
possessioni inde secutæ fuisse per Nicolaum renunciatum, & eum inniti secunda gratia in forma gratiosa, cuius executor absque dubio fuit merus, & potuit procedere executiuè ad immissionem, cum lit-
13 teræ †Apostolicæ habeant exequutionem paratam,
non adest legitimus contradictor, *Mobed. decis.....*
vt lit. pend. Rota in d. Hispalen. canonicatus 27. Iunij 1605. coram Sanctiss. & sæpissimè in alijs causis.

Nec obstat, quod non potuerit Nicolaus relicto
14 primo iudicio †ordinario conuolare ad executiuum,
vt habetur in decisione ex nonnullorum Doctorum
sententia, quia quicquid sit de hoc, motiuum cessat
ex facto, cum etiam primum iudicium esset executiuum stante possessione vacante, & non existente
legitimo contradictore ex supra deductis.
15 Non obstat, quod secundus Iudex † nimis præcipitanter processerit, statuendo breuissimum spatium
16 Capitulo pro tribus†terminis ad excommunicationem necessarijs, *iuxta cap. constitutionem. §. statuimus, vbi Doct. de sent. excom. in 6. cum alijs al-*
17 *legatis in decisione* à qua† præfixione licuerit appellare, quia hæc respiciunt censuras, à quibus dabatur
appellatio, sed loquimur nos de immissione vigore
18 litterarum, quæ † potuit dari ab executore mero etiam incontinenti, *cap. si Capitulo. de concess. præb. in 6.* cessantibus igitur attentatis, Domini censebãt
19 esse † reuocandum sequestrum fundatum in attentatis. Neque obstare quod sequestrum semel ap-
20 positum †non reuocatur, nisi in fine litis *Clem. 1. de sequestr. poss. & fruct.* Rot. *decis. 136. par. 2. in re-*
21 *cent.* quia procedit quando sequestrum†fuit ritè appositum, secus quando iniustè, vt in hoc casu ex capite attentatorum, quæ nulla adsunt ex prædictis,
22 tunc enim potest quandocumque reuocari, cum †litis sequestrum necessarium, quod non priuat possessione, *Bart. in l. interesse num. 4. vbi etiam alij communiter. ff. de acquir. poss. Rot. decis. 35. nu. 2. par. 2. in recent.*

Ne-

Neque dicatur, Nicolaum non iustificasse totam suam gratiam, quia cum sit legitimus possessor ex
23 prædictis, non tenetur iustificare, † cum sufficiat vincere per non ius aduersarij, de quo constat ex decisione in hac causa facta 9. Maij præteriti coram me, in qua fuit resolutum Abbatiam, de qua agitur, non vacasse per dimissionem canonicatus, & consequenter non potuisse à Capitulo conferri Vvinando, & sic resignationem ad fauorem Nicolai factam sustineri, vt latius ibi fuit deductum.

Et ita fuit decisum &c.

Decisio hæc, cum alijs in hac factis habentur infra in Appendice post decisiones anni 1626. prout in Indice ibi principio posito. Et præsens hæc decisio cõfirmata fuit à Rota coram eodem Vbaldo sub die 25. Maij 1622. quæ decisio est infra suo loco.

R. P. D. REMBOLDO.

Romana hæreditatis de Agazarijs.

Veneris 14. Ianuarij 1622.

ARGVMENTVM.

Procurator in causa non admittitur regulariter ad testificandum pro suo Domino, & quamuis ab ista regula iustis de causis non difficulter recedatur, & Rota in hoc non solet rigorosè procedere, & sæpius admittit tale examen, maximè cum decreto ponendi ad partes, tamen prædicta regula solida permanet, quando vrgerent plures coniecturæ pro affectione procuratoris in causa, quia tunc Iudex numquam tale examen debet admittere.

SVMMARIVM.

1 *Procurator in causa non debet admitti ad testificandum pro illis, quorum est procurator.*
2 *Sollicitator in causa, non debet admitti ad testificandum pro illis, quorum est sollicitator.*
3 *Sollicitator maiorem affectionem videtur habere ad causam, quam Procurator.*
4 *Procurator non admittitur ad testificandum in causa, quamuis in aliqua parte litis fuerit reuocatus, quia præsumitur hoc factum in fraudem.*
5 *Procurator, quod non admittatur ad testificandum in causa, ista regula patitur plures exceptiones.*
6 *Procurator an admittatur ad testificandum in causa, in hoc plurimũ versatur Iudicis arbitriũ.*
7 *in Procuratore admittendo ad testificandum in causa, Rota scrupulosè non procedit, & passim mandat examinari, cum decreto tamen ponendi ad partes. & num. 8.*
9 *Procurator non admittitur ad testificandum in causa ob præsumptam affectionem in ea.*
10 *Procurator nullatenus admittitur ad testificandum in causa, quando vrgent plures coniecturæ, pro affectione in causa. & num. 11. 12.*
14 *Procurator, si plura concurrant, quæ excludant eum à testificando in causa, non est admittendus examini, etiam cum decreto ponendi ad partes.*
15 *Prælatus licet regulariter non repellatur ad testificandum, tamen si ipse gesserit contractum, accumulatur suspicio, & sic repellitur, cum ei imminet at laus, vel vituperium.*
16 *contra Procuratorem, quando imminet duplex exceptio, non debet admitti ad testificandum.*
17 *Procurator admittitur ad testificandum pro Domino, si sinns in diuersa causa.*
18 *Causa non dicitur diuersa, quando vna est connexa, & dependens ab alia.*
19 *Procurator, dum dicitur, quod non est admittendus ad testificandum in causa, intelligitur etiam in causa connexa.*
20 *Procurator admittitur ad testificandum in causa, quando veritas aliter haberi non potest.*
21 *Persona, quando est publica, tunc pluribus præsumitur nota eius manus.*
22 *Procurator non admittitur ad testificandum in casu, de quo ipse fuit auctor.*
23 *in Testium dicto, qui nimiam habet affectionem in causa, non est aliquod faciendum fundamentum.*
24 *Procurator multò magis est repellendus ad testificandum in causa, si de ipsius laude, vel opprobrio ageretur.*
25 *Probatio illa non admittitur, nec expectatur, si admissa, vel expectata nihil releuaret.*
26 *Testes de stylo Rotæ, semper admittuntur ad examen, quantumuis exceptio contra eos sit grauis, & euidens, saltem cum decreto ponendi ad partes.*
27 *Cedens pro cessionario admitti potest in testem, cum decreto tamen ponendi ad partes.*
28 *Testis quilibet potest admitti ad testificandum, quamuis suspectus, cum decreto tamen ponendi ad partes, quia Iudex postea poterit illius dictum pro nihilo habere, & nullum praiudicium parabit aduersario.*
29 *Testes patientes exceptiones, quando admittantur ad testificandum, cum decreto ponendi ad partes.*
30 *Testes an sint nec ne admittendi ad testificandum, rarò aut numquam discutitur, ne interim processus retardetur.*
31 *Testes, si ante admissionem discutiatur, an sint admittendi, nec ne, & verificetur causa propter quam non sunt admittendi, eaq. sit valens ad eos repellendos, tunc in totum sunt reijciendi, itaque nec cum decreto ponendi ad partes sint admittendi.*
32 *Probatio non admittitur, quæ non releuat.*

DECISIO CCCXXXIV.

1 REGVLA est, quod Procurator in causa non debet admitti † ad testificandum pro illis, quorum est procurator, *vt est text. expressus in cap. insuper de testib. ibi non debet admitti, & in cap. vlt. eodem tit. in 6. Paris. cons. 53. num. 18. vol. 4. Rota decis. 12. de testib. in nouis.*

2 Eademque regula † procedit in sollicitatore, *Abb. in dicto cap. insuper num. 15. de testib. Anchar. cons. 226. sub nu. 5. in fin. Paris. dicto cons. 53. nu. 18. & cons. 58. num. 17. lib. 4. Grammat. decis. 73. nu. 20. Rota dicta decis. 12. de testib. in nou.* vbi quod sollici-
3 tator † maiorem affectionem videtur habere ad causam, quam procurator.

Et etiam quod talis procurator fuerit in aliqua
4 parte † litis reuocatus, quia præsumitur in fraudem reuocatus, vt possit se subijcere examini, *d. cap. vltimo, & ibi Franch. num. 2. de testib. in 6. Felin. in cap. cum à nobis num. 14. Gabr. de testib. conclus. 12. num. 2. Farinac. de testib. q. 60. num. 209. & seq. & num. 245. Rota decis. 11. de testib. in nou. Cæs. de Graff. decis. 2. nu. 3. eodem tit.*

Et licet dicta regula patiatur plures limitationes

5 nes † relatas *post Felin. & alios per Gabr. & Farin. locis proximè citatis*, atque ab ea ex diuersis facti
6 circumstantijs recedatur, † neque Rota soleat in hac materia, in qua plurimum versatur Iudicis arbitriũ, *Abb. in cap. cum Ioannes num. 13. in fin. vers. Ego concordabo. Felin. num. 44. vers & in hac de fid. instrum.* multum scrupulosè procedere, sed passim
7 mandat etiam † non obstantibus similibus exceptionibus testes recipi cum decreto saltem, poni ad partes, illamque fidem in dubiorum discussione di-
8 ctorum testium depositionibus adhibet, † quam tunc videntur mereri, vt sæpè fuit obseruatum.

Nihilominus in hac facti contingentia DD. censuerunt Ascanium non esse admittendum, etiam cum dicto decreto, quia non solum non concurrit aliqua circumstantia in hac facti specie, quæ minuat suspi-
9 cionem nimiæ † affectionis in Ascanio ad istam causam, propter quam suspicionem procurator non admittitur ad testificandum, sed imo concurrunt etiam aliæ, quæ magis augent dictam suspicionem, eo quod constat nedum quod Ascanius fuit procu-
10 rator in hac causa, † dum illa ageretur coram Iudicibus Capitolij, & postquam fuit à dictis Iudicibus vigore commissionis mihi præsentatæ auocata.

Quodque egit etiam sollicitatorem sæpius extra-
11 iudicialiter quoque comparendo in Rota, † & instando in specie pro dubij subscriptione, prout ipsemet fatetur in examine contra Franciscum in hac eadem causa facto.

Verum etiam quod idemmet per prius procura-
12 uerat, etiam per spatium triginta annorum † omnia negotia Liuiæ, quodque eadem Liuia testata est ad ipsius consilium, & quod minuta testamenti, de cuius validitate agitur, fuit ab ipso confecta.

His enim sic stantibus, apparet, quod suspicio nimiæ affectionis ad istam causam, quæ viget in Ascanio, propterea quod fuit procurator in ea multipli-
13 citer augetur. Et † maximè quia in hac causa agitur de re gesta ex ipsius consilio, nam eo ipso præsumitur habere maximam affectionem ad eam, ita
14 quod his concurrentibus, cesset omnis † æquitas, ex qua posset admitti etiam cum dicto decreto, *ad tradita per Felin. in cap. insuper num. 10. de testib.* vbi
15 quod licet regulariter Prælatus † non repellitur, tamen quando contractum gessit, accumulatur suspicio, ideoque sibi imminet laus, seu vituperium, repellitur, *Mandos. ad Rom. cons. 420. litt. A. Farin. d. q. 60. num. 200. & 201.* vbi in specie considerat in
16 procuratore reuocato, quod quando † concurrit duplex exceptio, non debet admitti ad testificandũ.

Nec obstat quod dicitur, causam in qua fuit pro-
17 curator † Ascanius esse diuersam ab illa, de qua nũc agitur, quia imo est eadem, aut saltem adeo connexa, & dependens vna ab alia, vt merito eadem censeri debeat, nam in illa etiam agebatur de nullitate,
18 seu validitate obligationis Camillæ, & à † dicta nullitate, seu validitate dependet nullitas, seu validitas testamenti, de qua principaliter nunc agitur, & quod
19 dicitur quod procurator in causa non est † admittendus ad testificandum in ea habet locum etiam in causa connexa, *Franc. in cap. Romana num. 2. de testib. in 6. Ias. in rubr. C. de procur. sub num. 4. Alex. cons. 133. num. 7. lib. 2. cum alijs per Farin. d. q. 60. num. 217. & num. 221.*

Minus obstat quatenus dicitur quod veritas aliũ-
20 de, † quam ex dicto teste haberi non potest, quia vel dictus testis inducitur ad effectum recognoscendi assertam quandam fidem Ioannis Baptistæ, & hoc casu cessat obiectum, quia non est verisimile, quod manus dicti Ioannis Baptistæ non fuerit alijs quam Ascanio nota, cum præsertim fuerit publicus man-
21 datarius † in Vrbe, & ab omnibus cognitus, aut inducitur ad effectum probandi, quod dictus Ioannes Baptista fuit requisitus ab eodemmet Ascanio, ad interessendum celebrationi instrumenti, de quo agi-
22 tur, † & sic agitur de probando facto ab eodem Ascanio gesto, vt neque hoc sustinetur, quia in dicta fide idemmet Ioannes Baptista asserit se fuisse requisitum à Bernardino Iuneo, non autem ab Ascanio.

Et in omnem euentũ non posset fieri aliquod fun-
23 damentum † in ipsius dicto, quia esset nimium suspectum propter affectionem, quam ex rationibus supra deductis præsumitur habere ad istam causam,
24 & etiam quia in eo agitur de ipsius laude, † vel opprobrio, vt dictum est, vnde merito repelli debet ad regulam, quod non admittitur, nec expectatur pro-
25 batio eius, † quod probatum non releuat, *cap. cum contingat, §. verum de offic. deleg. l. ad probationem la 1. C. de probat. Federic. de Sen. cons. 148. num. 2. vers. Item facit. Roman. cons. 226. nu. 3. vers. quarto idem ostenditur*.

Nec obstat quod de stylo Rotæ semper admitti-
26 tur testis † ad examinan. quantumuis exceptio contra eum opposita sit grauis, & euidens, saltem cum dicto decreto, poni ad partes, *Mobed decis. 2. de testib. in fin.* vbi quod maior pars voluit quod cedens
27 † admitteretur in testem ad fauorem cessionarij, & poneretur ad partem, prout est mox in Rota, quia
28 potest postea testis † pro nihilo haberi, & nullum præiudicium parabit aduersario.

Nam hoc procedit quando agitur de admissione testium ante discussionem, & verificationem exce-
29 ptionum contra eos oppositarum, † tunc enim passim admittuntur saltem cum dicto decreto, & vt aduertit, *Vestr. in prax. lib. 2. num. 23. & seq.* rarò aut
30 nunquam discutitur, An testes † sint admittendi, ne interim processus retardetur, secus verò est quando
31 exceptio fuit ante admissionem discussa, † & verificata, quia si tunc huiusmodi exceptio fuit reperta talis, ex qua testis sit in totum reijciendus non ad-
32 mittitur ex dicta regula, quod non admittitur † probatio, quæ non releuat, & ex alijs Iuribus supra deductis, &c.

R. P. D. REMBOLDO.

Bononien. Dotis.

Veneris 14. Ianuarij 1622.

ARGVMENTVM.

Dotem, si quis asserat restituisse, tenetur hoc concludenter probare, Dotis permutatio, vt valeat, quid sit necessarium.

SVMMARIVM.

1 *Fundamentum intentionis suæ actor tenetur probare.*

2 *Dotis permutatio, vt valeat, requiritur consensus mulieris, & vtilitas.*

3 *Instrumentum non est verisimile, quin non sit confectum in re magni momenti.*

4 *Mulie-*

4 *Mulieri vtilius est, habere dotem in pecunia, quam in bonis stabilibus.*
5 *Dotes restituuntur per realem numerationem, seu consignationem bonorum, non autem per mandata ad numerandum, vel consignandum.*
6 *Dos, quando est restituta, amplius non debentur alimenta, nec vsuræ.*
7 *Probatio æquiuoca non releuat.*
8 *Solutiones debent plenè, & concludenter probari.*

DECISIO CCCXXXV.

DECISIO coram bo. me. Andrea in hac causa facta, quod D. Isottæ sit danda immissio in possessionem bonorum per D. Comitem Alexandrũ possessorem, in eo tantum impugnabatur, quod non videbatur constare de credito dictæ D. Isottæ, eo quod fuerit ipsi dicta eius dos in tot bonis stabilibus restituta. Vnde proposito dubio, An sit standũ; vel recedendum à dicta decisione, DD. censuerunt esse in ea persistendum: quia cum constet d. dotem fuisse solutam in pecunia, idque iam fuerit in dicta decisione firmatum, neque hodie amplius controuertatur, prætendente D. Comite Alexandro, quod d. dos fuerit d. D. Isottæ restituta, ei incumbit onus
1 id † probandi, tanquam fundamentum suæ intentionis, *l. actor. C. de probat. l. ei incumbit. ff. eod. tit cum simil.* Quinimo cum ab eo prætendatur d. restitutionem fuisse factam in bonis stabilibus, sicq. d. dotem, quæ fuit (vt dictum est) soluta in pecunia, in tot bona stabilia permutatam, tanto duriori onere grauatur probandi dictam restitutionem, eo quod ad ef-
2 fectum, vt talis † permutatio fieri possit, duo copulatiuè requiruntur, videlicet consensus mulieris, & vtilitas, *l. ita constante, cum l seq. ff. de iure dot. l. si mulier dotis, l cum maritus. ff. de pact. dotal. Socc. iun. in rub. ff sol. matrim. & in cons. 118. nu. 11. l. 3. Rim. iun. cons. 201. num. 22. Paris. cons. 128. num. 2. lib. 1. cum alijs per Honded. consil. 14. num. 56. & cons. 41. num. 27. lib. 1.*

At in casu isto neutrum ex dictis requisitis probatur, neque enim constat de consensu dictæ Isottæ, cum non exhibeatur aliquod instrumentum restitu-
3 tionis dictæ dotis, quod verisimiliter in † re tanti momenti fuisset confectum, si talis restitutio de consensu dictæ D. Isottæ facta fuisset, ad tradita per *Rimin. iun. cons. 489. num. 9.*

4 Nec minus probatur vtilitas, quinimo vtilius proculdubio erat d. D. Isottæ habere † dotem in pecunia, quam in bonis stabilibus, *ad trad. per Castren. in l. cum ij, § si cui in fin. ff de transact. Bal. nouell. in tract. de dote, par. 7. priuil. 1. num. 5. vers. si autem possent, Honded. d. cons. 14. num. 58. & cons. 41. num. 31. lib. 1.*

Nec obstat mandatum procuræ datum à Comite Vlixe paulò post mortem patris, & mariti D. Isottæ, ad dandum in solutum tot bona stabilia d. D. Isottæ
5 pro restitutione, quia non constat de effectuatione d. mandati, & certum est dotes † restitui per realem numerationem, seu consignationem bonorum, non autem per mandata ad numerandum, seu consignandum.

Nec dici potest constare de effectuatione dicti mandati, ex eo quod in eodem mandato datur facultas conducendi eadem bona assignanda pro dote vsque ad summam scutorum 600. & totidem probatur fuisse exacta à D. Isotta pro affictibus, ex pluribus eius quietantijs, quæ dantur Summ. D. Comitis Alexandri num. 2. quia dictæ quietantiæ non sunt vniformes, sed modo cantant pro affictibus, modo pro prouisione D. Isottæ, modo pro affictibus dotis, modo pro alimentis, & modo pro interusurijs dotis, vt in summ. D. Isottæ num. 7. & plurib. seqq. Vnde non possunt deseruire ad probandum dictam effectuationem, & maximè quia quietantiæ factæ pro alimentis, & interusurijs manifeste ostendunt dictam
6 dotem non fuisse restitutam, † cum alias non fuissent dictæ vsuræ, & alimenta debita.

Nec facit, quod D. Isotta recepit saltem per decem annos affictus à quodam affictuario bonorum Comitis Vlixis, quia hinc inferri non potest, quod prius fuerint eadem bona D. Isottæ in solutum data, quinimmo omnis amaritudo tollitur, ex quo constat, quod Vlixes dum esset absens Florentiæ, constituit D. Isottam matrem suam procuratricem in specie, etiam ad exigendum omnes affictus ab affictuarijs suorum bonorum, vt in Summ. D. Isottæ num. 16. quodque eadem D. Isotta administrauit bona dicti Comitis Vlixis, vt patet ex pluribus litteris missiuis inter D. Comitem Vlixem, & D. Isottam d. Summ. à num. 17. vsque ad 25. ac propterea D. Isotta censeri debet exegisse dos affictus vigore d. mandati, & administrationis, cum præsertim nõ constet, quod dicta bona fuerint ab ea locata, sed imò magis appareat fuisse conducta ab ipsomet Comite Vlixe, qui propterea censeri debet dictorum bonorum Dominus, non autem D. Isotta.

Alia etiam ad probandam dictam effectuationem deducta non concludunt, & quod D. Isottæ fuerint soluta scut. 600. annua tantum, non iustificatur, cum omnes quietantiæ cantent à conto dell'affitto, vltra quod, vt in alia decisione fuit deductum D. Isotta potuit partem vsuræ, vel expressè, vel tacitè, recipiendo diminutam solutionem remittere, ita quod
7 etiam † probatio à tali solutione desumpta sit æquiuoca.

Nec vis fieri potest in eo, quod in dicta decisione fuit dictum possibile esse, quod dicti fructus fuerint soluti pro affictibus bonorum assignatorum D. Isottæ pro sua dote, quia hoc fuit tunc incidenter allegatum, ad effectum excludendi intentionem D. Comitis prætendentis dictos fructus esse in dotem imputandos, quæ quidem intentio satis remanet etiam ex alio fundamento dictæ decisionis exclusa, quod scilicet dicti fructus fuerunt soluti vigore Statuti Bononien. vt in dicta decisione.

Et quod re vera dicta dos nunquam fuerit D. Isottæ soluta, patet ex hac ipsa prætensione D. Comitis Alexandri, quod ipsa deberet fructus in sortem imputare, & etiam ex inuentario hæreditatis Comitis Vlixis ab eodem Comite Alexandro confecto, in quo reperitur descriptum inter debita dictæ hæreditatis, d. Isottæ creditum, licet etiam his, & alijs
8 omissis satis sit, quod dicta † solutio saltem plene, & concludenter, prout requiritur, non probetur.

R. P. D. REMBOLDO.

Romana Barchi.

Mercur. 19. Ianuarij 1622.

ARGVMENTVM.

Fideicommissarij actio ad consequenda bona fideicommissa-

missaria inanis, ac frustratoria est, si dicta bona iam sint distracta ad effectum soluendi pretium creditoribus, & per Papam amplè fuit derogatum fideicōmisso, & dictæ derogationi quando non possit opponi exceptio subreptionis. Gratia Papæ, quando dicatur euanescere per eius mortem, & quando retineat suum robur.

SVMMARIVM.

1 *ad Fideicommissum, si quis succedere intendat, debet in actis de eo docere.*

2 *ad Fideicommissum, quando quis succedere vult, debet docere, se in eo esse vocatum, & venisse casum suæ vocationis.*

3 *in Bonis fideicommissarijs, vt vocato detur immissio, debet docere bona in quibus petit immissionem fuisse in bonis fideicommittentis.*

4 *Testatoris assertio, probat tantum contra eius hæredes, & habentes causam ab eo.*

5 *Testatoris assertio non probat contra tertium.*

6 *Instrumentum impugnans non potest in eo se fundare.*

7 *Immissioni petitæ vigore l.fin. C.de edict. D. Adr. tollend. non est locus, si agatur contra possidentem bona titulo emptionis. & num.8.*

8 *Bona fideicommissaria, quando quis emit præuia derogatione Apostolica super fideicommisso, tunc si contra eum fideicommissarius petat immissionem, perperam agit.*

9 *Fideicommissarij actio pro bonis fideicommisso subiectis recuperandis, inanis est, si iustis ex causis dicta bona exempta fuerunt à fideicommisso.*

10 *Fideicommisso, si Papa derogauerit, tunc gratia non potest dici subreptitia, si in Breui adsit clausula, vt de subreptione, &c. dari non possit, vna cum clausula, sublata, & decreto irritanti.*

11 *Itaque dans de subreptione non est audiendus, nisi obtinuerit prius oris aperitionem.*

12 *Clausula, vt de subreptione dari non possit, non operatur, vt de ea quis dare non valeat, si sit absque clausula sublata, & decreto irritanti.*

13 *Subreptionis exceptio, quo ad gratiam obtentam à Papa super derogatione fideicommissi, reijcitur ad petitorium.*

14 *Nec interim potest concedi immissio aduersus possidentem bona fideicommissaria, iam à dicto vinculo à Papa vigore Breuis exempta.*

15 *Subreptio si non verificetur, vel si requirat altiorem indaginem, tunc multò magis reijcitur ad petitorium.*

16 *Exceptiones, quæ non subsistunt, non releuant. & num.17.*

18 *Coactè aliquid fieri, vel metu coactionis paria sunt.*

19 *Beneplacitum Apostolicum super derogatione fideicommissi, postquam est obtentum, partes an possint amplius se pœnitere.*

20 *Beneplacitum Apostolicum postquam est obtentum super alienatione bonorum Ecclesiæ, partes non possunt amplius pœnitere, & à contractu resilire.*

21 *Etiam antequam sequatur sententia, per exequutores ferenda, quia beneplacitum quo ad eius substantiam non est conditionale, ac illius effectus statim ab initio operatur, &c.*

22 *Mandatum speciale requiritur ad declarandam mentem alicuius.*

23 *Venditionis contractus resolutio, non pendet à voluntate vnius ex contrahentibus, sed vtriusque requiritur.*

24 *Gratia, & priuilegia concessa ad fauorem vnius tantum, tunc euanescunt per eius renunciationem, quod secus esset, si adesset fauor quoque alterius.*

25 *Gratia Papæ euanescit per eius mortem, si adhuc executori non fuerit præsentata.*

26 *Gratia Papæ non euanescit per mortem eius, quando iam est perfecta.*

27 *Gratia Papæ non euanescit per eius mortem ante præsentationem executori, si causæ cognitio ei non fuerit remissa, sed solum demandata executio.*

28 *Papa, si simpliciter concedat gratiam, ea quamuis re integra, non expirat per eius mortem.*

29 *Papa, si non concedat gratiam per se ipsum, sed alteri id committat, tunc aut ille, debet adhibere causæ cognitionem, & eo casu gratia expirat morte Papæ, aut simpliciter committit, & tunc per mortem Papæ non expirat.*

30 *Breue Apostolicum super derogatione fideicommissi, vt retineat suum robur, debent adimpleri in eo ordinata.*

31 *Contractus, quando est nominatus, tunc non datur eius resolutio, ob non adimplementum, sed agi debet ad ipsum implementum. & num.32.*

DECISIO CCCXXXVI.

DOMINI dixerunt non esse dandam immissio-
nem D.Antonio super Barcho, de quo agitur,
vigore prætensi fideicommissi Lucæ, quia omisso,
1 quod non constat † in actis de dicto prætenso fidei-
commisso, quodque dictus D. Antonius sit pronepos
2 dicti Lucæ, ita quod † dictum fideicommissum sit
ad ipsius fauorem purificatum, nec etiam quod dictū
3 Barchum fuerit in † bonis fideicommittentis, cum
ad hunc effectum non suffragetur Antonio, nec as-
sertio ipsius Lucæ Testatoris, quia talis assertio pro-
4 bat aduersus hæredem testatoris † tantum, & habē-
tem causam ab eo, vt per *Ceph. cons 386. num.29.*
Peregr. de fideicom. art.44. num.20. vers. item asser-
tio, & fuit dictum in *Vrbeuetana fideicommissi 18.*
Maij 1616. coram Reuerendiss. *D. meo Decano*, non
5 autem etiam contra † tertium, qualis est D. Dux,
contra quem agit dictus D. Antonius. Nec etiam
Instrumentum venditionis vineæ, & Barchi, in quo
narratur dictum fideicommissum, & promittitur im-
petratio derogationis, releuat, quia cum D. Anto-
6 nius † illud impugnet, non potest se in eo fundare,
c. ex eo de reg. iur. in 6. c. cum olim, vbi Abb. num.6.
de censib. Honded. cons.78. num.98. lib.2. Surd. de-
cis.196. num.2.

Non potest etiam esse locus dictæ immissioni,
quia agitur contra possidentem dictum Barchum
7 titulo emptionis, † quæ fuit confirmata non solum
à Congregatione Baronum, vigore Chirographi fel.
rec. Clem. VIII. cum amplissima derogatione cui-
8 cunque fideicommisso, † sed etiam ab ipsomet fel.
rec. Clem. VIII. in eodem dicto Chirographo, vt
patet ex eius lectura, ita quod dicta confirmatione,
stante inanis sit actio aduersus d. Barchum per di-
9 ctam confirmationem à dicto † prætenso fideicom-
misso exemptum, vt in simili fuit dictum in *Roma-*
na supplementi legitimæ 15. Iunij 1620. coram R.P.
D. meo Buratto.

Nec obstat quod prætenditur dictum Chirographum

10 phum esse subreptitium, † quia cum illud habeat clausulam, vt de subreptione, & obreptione dari non possit cum clausula sublata, & decreto irritanti,
11 vt in Summ. D. Ducis num. 3. D. † Antonius dans de subreptione audiri non potest, nisi obtenta prius oris aperitione, quidquid esset dicendum si adesset
12 sola clausula, vt de † subreptione dari non possit absque clausula sublata, & decreto irritanti. *Gonzal. ad reg. 8. glos. 66. Put. decis. 48. nu. 6. & seq. lib. 1. & decis. 377. lib. 3. Card. Seraph. decis. 1020. nu. 1. & 2.* & fuit dictum *in causa Romana census, seu indulti 2. Iunij proximè præteriti coram R.P.D. meo Vbaldo, vbi plures aliæ decisiones referuntur.*

13 Et in omnem † euentum huiusmodi exceptio subreptionis reijcienda est ad petitorium, nec interim posset concedi immissio ex fideicommisso aduersus
14 possidentem vigore † Breuis dicti fideicommissi derogatorij, *Card. Mantic. decis. 71. nu. 9. & sæpè alias fuit firmatum, & præsertim in Carpen. bonorum 2. Decembris 1615. coram Illustriss. D. meo Cardin. Sacrato.*

Eoq. magis, quod vel dicta prætensa subreptio
15 non iustificatur, † vel saltem requirit altiorem indaginem.

Neque enim subsistit quod dicitur, quod non fuit facta mentio, quod societas pro qua extinguenda fuit distractum Barchum, poterat extingui per distractionem iocalium, quæ prius fuerant loco pignoris
16 occasione eiusdem societatis tradita, quia † dicta iocalia fuerunt multo ante distractionem Barchi vendita ad instantiam aliorum creditorum, vt in dicto Summ. D. Ducis num. 7.

Prout etiam verum non est, quod non imminerent
17 mandata † executiua contra Pompeum, tunc dicti Barchi possessorem, quia imò aderant mandata iam tunc contra dictum Pompeũ relaxata, & in omnem euentum satis etiam esset, quod dictus Pompeus potuerit à creditoribus, vigore *Bullæ* Baronum compelli ad solutionem debitorum per subhastationem dicti Barchi, non obstante quocunque fideicommis-
18 so, † nam paria sunt aliquid coactè fieri, vel metu coactionis, vt in puncto dictæ Bullæ fuit dictum *in dicta Romana supplementi legitimæ 15. Iunij 1620. coram R.P.D. meo Buratto.*

Non obstat quod derogatio dicti fideicommissi non fuit intra tempus in instrumento venditionis conuentum impetrata, quia impetratio fuit facta in tempore, & licet non fuerit nisi post duos annos præsentata, tamen est aduertendum, quod impetra-
19 tioni non fuit appositum † tempus, ideoque post factam impetrationem in tempore; non erat amplius locus pœnitentiæ, *vt fuit dictum in causa Nullius emphyteusis 16. Nouembris 1607. coram bo. mem. Card. Lancelloto, relata per Marches. de commiss.*
20 *par. 1. fol. 100. num. 1.* vbi quod post obtentum † beneplacitum, partes non possunt amplius pœnitere,
21 & à contractu resilire etiam antequam † sequatur sententia per exequutores ferenda, quia beneplacitum quoad eius substantiam non est conditionale, & illius effectus statim ab initio operatur, licet sit impedita executio donec verificanda verificentur.

Sicque etiam non obstat quod Pompeus ad cuius instantiam fuit obtentum Chirographum declarauit nolle eo vti, & habere venditionem pro resolu-
22 ta, † quia non constat de mandato illius, qui nomine dicti Pompei fecit dictam declarationem, & in omnem euentum resolutio contractus dictæ ven-
23 ditionis non pendebat à voluntate † Pompei tantum, sed requirebatur consensus vtriusque partis, *vt in dicta Nullius emphyteusis coram Card. Lancellotto,* & in contrarium allegata procedunt in
24 gratijs, † seu priuilegijs concessis ad fauorem renunciantis tantùm.

Non obstat quod gratia dictæ derogationis expi-
25 rauit † ante præsentationem per mortem concedentis, quia Chirographum Clementis Octaui duo continet, mandatur enim Congregationi Baronum, quod venditionem Barchi confirmet, vel dictum Barchum denuo vendat, & eandem venditionem iam factam, & faciendam ex nunc, prout ex tunc
26 confirmat, vnde † quantum ad gratiam confirmationis factæ à Papa non potest dici, quod illa per mortem concedentis expirauerit, quia iam erat perfecta, quo vero ad aliam placuit Dominis quod di-
27 cebatur, quod cum non fuerit † commissa à Papa Congregationi Baronum causæ cognitio, sed simpliciter demandatum, vt venditionem approbaret, iuxta facultates sibi in Constitutione super debitis Baronum edita datas, nec illa expirauerit, *ad not. in cap. si super gratia, de offic. deleg. in 6. Rota decis. 12. eod. tit. in nou. & decis. 47. num. 15. par. 1. diuers.* & fuit dictum *in Tirasonen. seruitij 2. Decembris 1615. coram Illustriss. Card. Sacrato,* vbi quod vel
28 Papa facit alicui † simpliciter gratiam, & alteri committit executionem, & tunc talis gratia minimè expirat per mortem Papæ, etiam re integra, vel non
29 facit gratiam per se ipsum, sed alteri committit, † vt illam faciat, & tunc vel Papa mandat dictam gratiam, fieri sine causæ cognitione, & non expirat, vel mandat fieri cum causæ cognitione, & iuris ordine seruato, & expirat.

Non obstat, quod pretium dicti Barchi non fuit
30 solutum, nec alia adimplenda † iuxta formam dicti Chirographi adimpleta, quia præterquamquod de solutione dicti pretij satis constat ex eo, quod apparet Torquatum obtinuisse mediantibus pecunijs Carminati, emptoris Barchi, sibi cedi ab Alexandro Mantica, cessionario D. Iuliæ Balleonæ creditricis societatis, quæ ex pretio dicti Barchi extingui debebat dictam societatem, cessat etiam difficultas,
31 quia cum simus in contractu † nominato, non datur resolutio ex non implemento, sed agitur ad implementum. *l. in ciuile C. de rei vendicat. Bart. in l. 2. C. de condict. ob caus. Soccin. in l qui Romæ. §. Seia. num 6. ff. de verb. oblig. Surd. cons 38. num. 6. & seqq. lib. 1. Aymon. cons. 192. num. 22. in fine.* Sicq. D. Antonius quatenus sua interfit dictum pretium solui, atque ita dictum contractum adimpleri pote-
32 rit, omisso † remedio immissionis, ex *l. fin.* quod nunc intentauit, agere ad implementum, &c.

REVERENDISS. MERLINO.

Calaguritana Beneficij de Arnedo.

Lunæ 22. Ianuarij 1621.

ARGVMENTVM.

In Ecclesia aliqua, si adsit Statutum, prout est in Ecclesijs Diœcesis Calaguritanæ, vt beneficia vacantia in dictis Ecclesijs, sint eis interuenientibus, ac antiquioribus conferenda, tunc dum quis has obtinet qualitates habere dicitur intentionẽ fundatam

ad ea assequenda, data vacatione aliquibus eorũ, & quid si obtineat iam aliud beneficium, an præferatur ei, qui nullum habet beneficium, sed dictas qualitates non possidet, & conclusio est affirmatiua pro habente qualitates, atque iterum quid si beneficium, quod iam possidebat, est incompatibile cum secundo, quidnam sit peragendum.

SVMMARIVM.

1 *in Ecclesia, si statuto caueatur, vt eius beneficia debeantur eam inseruientibus, tunc collatio debita est prædictis.*

2 *de Ecclesiæ alicuius gremio si quis sit semper anteponendus est alijs in consecutione beneficiorum eiusdem Ecclesiæ.*

3 *Beneficium possidenti est postponendus alteri non habenti.*

4 *Sed hæc regula procedit, vbi nulla est præscripta forma in assecutione illius, aliàs secus.*

6 *Beneficia simplicia ex generali consuetudine residentia non requirunt.*

7 *Statuto Ecclesiæ potest caueri, vt etiam beneficia simplicia requirant residentiam, & sic redeundo ad ius commune, ac circumscribendo generalem consuetudinem non residendi in eis.*

8 *Incompatibilitas beneficiorum intrat, quando ea obtinentes ob personalem residentiam vtrique deseruire nequeunt.*

9 *Beneficiorum incompatibilitas impedit quidem ne quis vtrumque beneficium retinere valeat, non tamen impedit acquisitionem.*

10 *Beneficium secundum incompatibile obtinens, ei permissa est retentio vtriusque spatio duorum mensium, incohoando à die adeptæ pacificæ possessionis secundi.*

11 *Incompatibilitas duorum beneficiorum, quæ residentiam expostulant, efficit vt primum vacare dicatur, & prouisus dimittere teneatur.*

12 *Beneficium secundum incompatibile obtinens, tunc illud tantum vacere dicitur, si primum contentiosè retinere nitatur.*

13 *Dispensatio, quando dumtaxat fuit obtenta, sed obtinens, ea non fuit vsa, non præiudicat.*

14 *ad Cautelam maiorem ea, quæ fuerunt obtenta, detrimentum non inferunt.*

15 *Beneficium secundum incompatibile obtinens, vacat primum.*

16 *Testis vnicus, & multò magis si sit de auditu, non probat.*

DECISIO CCCXXXVII.

DVABVS constabat partibus, sententia Iudicis Calaguritani in prima parte pronunciauerat Mattheũ teneri residere in Oppido de Ochon, & præsentialiter inseruire beneficio, quod ibidem fuerat assecutus. In secunda vero decreuerat collationem dimidij beneficij de Arnedo in personam eiusdem Matthei postea subsequutam, nullam fuisse, & executionem non meruisse. Cum autem ab hac sententia Mattheus appellasset, mihique causa commissa fuisset, Dubitaui, An huiusmodi sententia esset confirmanda, & Domini reseruata particulari discussione super prima parte sententiæ, dixerunt, quoad secundam partem vti iniustam non esse confirmandam, sed potius infirmandam.

Et moti sunt quoniam quod dimidium præfati
beneficij de Arnedo vacauerit per obitum Didaci
Martinez non controuertebatur ab hinc inde Infor-
mantibus. quodque ipse Mattheus incæperit, vt fer-
tur, beneficari in eadem Ecclesia de Arnedo, pro cõ-
stanti præsupponebatur, ex quibus deinde videbatur
emergere dimidium benefici; prædicto Mattheo cõ-
ferri debuisse, nedum ex dispositione breuis fel. rec.
Clementis Octaui, & Statutorum Ecclesiæ, ac Diœ-
cesis Calaguritanæ, vbi beneficia vacantia in dictis
Ecclesijs sunt inseruientibus, & antiquioribus con-
ferenda, *vt in Summ. Matthei num.* 1. ob quæ sta-
1 tuta fuit necessario debita collatio huius † beneficij
Mattheo iam ante actu inseruienti prædictæ Ecclesiæ
de Arnedo. *Put. decis.* 100. *num.* 3 *par.* 3. *Garz. de
benefic.* 5. *par. cap.* 7. *num.* 73. *&* 7. *par. cap.* 15. *nu.* 1.
& 2. *& sæpe resoluit Rota, & signanter in Abulen.
Parochialis* 21. *Iunij* 1594. *coram bo. me. Card. Blan-
chetto;* verum etiam ex iuris communis prouisione,
2 quo sancitum est eum, qui est de gremio † Ecclesiæ,
semper anteponẽdum esse in beneficiorum eiusdem
Ecclesiæ collationibus *cap. nullus, cap. obitum* 61. *di-
stinct. cap. cum inter Canonicos, vbi gloss. in verb.
aliam, & ibi Canonistæ de elect. Rota decis.* 413.
num. 1. *par.* 1. *diuers.*

Nec obstat quod Mattheus aliud congruum be-
neficium de Ochon haberet, nec ideo præferendus
3 † alijs nullum haben. beneficium, *cap. is cui, cum ibi
not. de præben. in* 6. *Card. Seraph. decis.* 767. *num.* 1.
cum alijs quoniam huiusmodi regula verè sibi locũ
4 vendicat in assecutione beneficij, vbi nulla † præscri-
pta est certa forma optandi. *Rocch. de Iurepatr. in
verb. pro eo, q.* 12. *Card. Seraph. decis.* 774. *nu.* 3. in
Ecclesijs autem Calaguritanis à consuetudine, quæ
5 ibi inoleuit, imo ex Statutis, † & Breue Clemen-
tis Octaui, data est forma Clericis famulantibus
ascendendi ad dimidia, & integra beneficia, & ideo
ex hoc capite, quod Mattheus haberet congruum
beneficium de Ochon, non erat ei deneganda colla-
tio huius beneficij de Arnedo fortasse pinguioris.

Minus etiam videbatur Mattheo aduersari, quod
6 beneficium de Ochon, quamuis erat simplex, † & ex
generali consuetudine residentiam personalem non
expostularet, *Imol. in cap. fin. num.* 9. *de Cleric. non
resid. Felin. in cap. dilectus il* 1. *num.* 1. *de rescript.
Alex. cons.* 1. *num.* 2. *lib.* 7. *Rebuff. in praxi benef.
tit. de dispens. non resid. num.* 8. nihilominus ob Sta-
tutum, seu Constitutionem Synodalem dictæ Ec-
clesiæ de Ochon, quasi per illam reuertendo ad di-
7 spositionem Iuris communis, & † circumscribendo
dictam generalem consuetudinem non residen. in
beneficijs simplicibus esset cogendus Mattheus
residere, & dictæ Ecclesiæ de Ochon famulari. *Innoc.
in præalleg. cap fin. in princ. & ibi Abb. nu.* 3. *Card.
num.* 1. *Rota in simile Calaguritana beneficij* 20. *Iu-
nij* 1588. *coram bo. me. Card. Pamphilio, & in alia
Calaguritana residentiæ de Anciso* 17. *Februarij*
1612. *coram R. P. D. meo Manzanedo, quæ est decis.*
375. *par.* 2. *in recent. num.* 3. & consequenter cum
etiam hoc beneficium de Arnedo residentiam perso-
8 nalem † exigat, & vtriq. Mattheus inseruire non va-
leat, & incompatibilitas obstaret, de qua in *cap. de
multa de præbend. & ibi Canonistæ, & in cap. fin.
de Cleric. non resid. Card. cons.* 3. *num.* 6. *Capr. de
regul iur. reg.* 110. *num.* 109. *& seqq. Rota decis.*
483. *num.* 1. *par.* 1. *diuers. & decis.* 489. *num.* 3.
par. 2. *recent.*

Quo-

Quoniam Domini dixerunt hanc incompatibilitatem beneficiorum quatenus vtrumque exigeret re-
9 sidentiam † impedire fortasse retentionem vtriusque non autem obstare collationi, & acquisitioni secundi beneficij *cap.cum is de elect. in 6.Gabr.cons. 193.nu. 6.& seqq. lib. 1.Mohed.decis.14.de præben.& pluries fuisse resolutum in Rota,& Sacra Congregatio Concilii testatur Card.Seraph. decis.774.num. 2. & nouissimè sequuta est Rota in Tiburtina Archidiaconatus 15. Ianuarii 1618. coram R.P.D. meo Caualerio.*

Imo tantum abest hāc incompatibilitatem ob residentiam vtrique beneficio annexam obstare ade-
10 ptioni posterioris beneficij, vt etiam vtriusque retētio † sit permissa spatio duorum mensium inchoando à die pacificæ possessionis secūdi beneficij *Cassad. decis.9 nu.2.de caus.possess.& propr. sequitur Mascard. de probat.conclus. 183.num.47.Gabr.cons.193. num.8.& 9. lib.1.*

Deniquè nullo modo hæc incompatibilitas obstabat Mattheo, quoad beneficium hoc de Arnedo, quod postremo loco assecutus est, quandoquidem
11 incompatibilitas duorum beneficiorum, quæ residentiam expostulant efficit, vt primum vacare dicatur, & prouisus illud primum dimittere omninò teneatur, secundum autem tunc dumtaxat vacat, si
12 primū contentiosè † retinere nitatur, vt expresè habetur *in cap.de mulcta de præben.in cap.eum qui eodem tit.in 6. & vtrobiquè DD. lap. alleg. 116. num. 3. Cassad.decis. 1. num. 1. de const. & alibi passim Doctores.*

Nec videtur obstare dispensatio obtenta à Nuncio Apostolico apud Regem Hispaniarum, quasi ex illa depræhendatur animus Matthæi insistendi in primo
13 beneficio de Ochon, quoniam † cum dicta dispensatione non fuit vsus, excluditur huiusmodi actus primum beneficium retin. & potius DD. crediderunt Mattheum per illam dispensationem intellexisse sibi abundantius consulere pro consequutione beneficij
14 de Arnedo, inducta † autem ad cautelam detrimentum inferre non debent *l. testamentum C. de testam.*

Obiectum etiam pluralitatis beneficiorum non fuit visum releuans, quoniam quoad illud de Ochon
15 † si est incompatibile vacabit per assecutionem secundi de Arnedo, vt supra fuit dictum, quo autem ad Capellaniam, quam Mattheus habere dicitur valoris scut. 30. annorum nihil concludēter probatur,
16 de illa enim vnus tantum, & hic etiam de † auditu testis deponit, cui propterea nullo modo deferendū DD. putarunt.

Ex quibus vtraque parte informante resolutum fuit sententiam esse firmandam, quoad secundam partem, quicquid sit de prima quam ad particularē disputationem Domini reiecerunt.

R. P. D. V B A L D O.

Romana Prælationis Vineæ.

Lunæ 24. Ianuarij 1622.

A R G V M E N T V M.

Exceptiones reales, quæ obstant cedenti obstant etiā cessionario, & vide alia diuersa, de quibus in summario.

S V M M A R I V M.

1 *Renuncianti iura sua non datur amplius ad ea regressus.*
2 *Exceptiones, quæ obstant cedenti respicientes rem ipsam, et non personam obstant cessionario.*
3 *Instrumētum publicum facit probationem probatā.*
4 *Successioni ex testamento, quamdiu locus est, cessat successio ab intestato.*
5 *Sententia suspensa per appellationem non transit in rem iudicatam.*
6 *Rota non attendit sententias extra eam latas, nisi iustificentur ex actis.*
7 *Acta inter alios facta non nocent tertio, si numquā citatus fuerit.*
8 *Hæredem esse consentire videtur, qui aliquem pro tali habet, et approbat.*
9 *Contrahens cum aliquo vti hærede, validè contrabit.*
10 *Pactum possessoris alienæ hæreditatis non nocet vero hæredi.*
11 *Hæres habet titulum ex testamento, si illud non sit cassum, vel abolitum.*

D E C I S I O CCCXXXVIII.

FLAMINIVS vendidit Vineam, de qua agitur Fuccio, qui eius medietatem vendidit Antonio Carcarasio cum pacto prælationis inter ipsos si cōtingeret ab altero ex socijs suam partem in alium alienari, sed cum Fuccius permutasset partem suam cum Olimpia vxore, contra eam egit pro prælatione Antonius, & contra Carolum hæredem Olympiæ testamentarium obtinuit ab A. C. sententiam fauorabilem, & in gradu appellationis in Rota decisionē, se esse præferendum vigore dicti pacti, ex rationibus in decisione deductis 22. Maij 1617. coram me, quibus attentis Carolus hæres ex testamento Olimpiæ renūciauit liti, & relaxauit Antonio medietatem Vineæ controuersam recepto pretio, seu ex computato pro totidem, quæ Antonio debebat, postea etiam Ius super hæreditate Olimpię cessit Flaminio fratri Olimpiæ, qui prætendebat testamētum in quo fuerat institutus Carolus fuisse falsum, & dicitur obtinuisse duas sentētias in iudicio criminali pro dicta falsitate, & cum intenderet prosequi causam super prælatione Vineæ contra Carcarasium, dubitaui An Flaminio obstaret dicta renūciatio, seu transactio facta à Carolo, cum eodem Carcarasio, & an cōstaret de bono iure Flaminij, & ad primam partem dubij fuit affirmatiuè responsum, quia vt ex prædictis constat, Flaminius est Cessionarius Caroli, vnde sicut transactio, & renunciatio, de qua supra, obstaret
1 Carolo, quominus contra eam venire posset, † cum renuncianti Iura sua non detur amplius ad ea regressus *l.quæritur §.si vēditor ff.de edilit.edict. cum alijs per Surd.decis.106.num.19.per Rot. dec.635. num.3. par. 1. in recent.* Ita debet obstare Flaminio eius Cessionario *l.emptor vbi Bald. in primo not.C.de hæred.vel act. vend.Surd.cons.22.num. 16. & seqq. &*
2 *decis.308.num.1.* & est regulare, vt † exceptiones, quæ obstant cedenti respicientes rem ipsam, & non personam, obstent cessionario, *l.exceptiones ff. de except. Surd. cons. 4. num. 7. Seraphin. decis.512. numer. 1.*

Neque obstat, quod Flaminius dicat se venire ab intestato tanquam frater & hæres Olimpiæ, quia de Insti-

Institutione Caroli constat ex publico Instrumento
3 testamenti, † quod facit probationem probatam, *Bald. in l. interest num. 2. C. de solut. & in l. quoties in fine C. de Iudicijs, Osac. decis. 72. num. 4. cum alijs per Rotam decis. 294. num. 1. part. 1. in recent.* & de Instrumento testamenti *Odd. cons. 76. nu.* 7. & quan-
4 diù † est locus successioni ex testamento, cessat successio ab intestato, *l. quandiu ff. de acq. hæred.*

Neque facit, quod super falsitate testamenti ema-
5 nauerint duæ sententiæ criminales, quia † cum fuerint suspensæ per appellationem non transierunt in iudicatum, *toto tit. C. ne lic. tertio prouoc. l. 1. in fin. ff. ad Turpill. Rota decis. 93. num. 3. par. 1. in recent. & dec. 140. num. 4. par. 2.* & quidquid sit de hoc illæ sententiæ essent producendæ in Rota cum omnibus actis,
6 alias notus est stylus Rotæ, vt non † deferat sententijs extra Rotam latis, nisi sibi constet de eorum Iustitia ex actis, *Mohed. decis. 3. de test. num. 1. Seraph.* qui loquitur in sententia criminali *decis. 723. num.* 12. & in omnem euentum dictæ sententiæ non pos-
7 sunt † nocere Carcarasio in illo Iudicio nunquam citato, *toto tit. C. res inter alios act.* & in puncto sententiæ super falsitate testamenti, *Rota in causa Viterbien. bonorum coram Orano*, quæ est post secundum volumen *Cons. Farinac. decis. 58. sub numer.* 4. Imò cum postea contra eundem Carcarasium fuisset per Flaminium obtenta alia sententia super eadem prætensione falsitatis testamenti, illa fuit postea reuocata vt in summario Antonij num. 4. & 5. & tandem quicquid esset dicendum de prædictis, satis esse debet, quod tempore factæ transactionis cum Carcarasio Carolus habebatur pro vero hærede, nec adhuc erat motum iudicium super prætensa falsitate testamenti, & tanquam talis continuauit litem cum Antonio super retractu medietatis Vineæ, antea cœptam contra Olimpiam auctricem suam, & vigore testamenti obtinuit ab A.C. Immissionem in possessionem bonorum Olimpiæ, vt dicto summario num. 7. & 8. Imò ipse Flaminius illum hæredem Olimpiæ enunciauit in quodam actu iudiciario, & eidem Carolo vti hæredi Olimpiæ soluit scut. 1800. pro dote eiusdem Olimpiæ, vt dicto summario num. 9. & 10.
8 & sic non solùm verbis, † sed etiam facto Flaminius illum habuit, & approbauit pro hærede ex testamento, *l. si proponas §. 1. vbi Bald. & Angel. ff. de inoff. testam. & post eos Surd. decis. 104. nu. 7. &* 8. & ideò
9 bene † videtur potuisse etiam Antonius cum Carolo vti hærede validè transigere, vt in similibus terminis fuit dictum *in decis. 659. num. 3. par. 1. in recent. & dec. 566. num. 2. par. 2.*

10 Non obstat, quod pactum possessoris † alienæ hæreditatis non noceat vero hæredi *ad l. si tibi in fine ff. de pact. l. Imperatores §. fin. vbi Bart. & Cast. ff. de transact.* quia de dicto tempore Carolus nō erat sim-
11 plex possessor, sed habebat titulum † testamenti non cassi, neque aboliti, & ideo potuit haberi pro vero hærede ex ijs, quæ supra dicta sunt.

Quoad secundam partem dubij DD. dixerunt nō constare de bono iure Flaminij, quia quoad hoc, vt transactio obstet Flaminio satis est, quod Carolus esset hæres scriptus, & pro tali haberetur, & vti talis fuerit habitus ab ipso Flaminio, ex supra deductis, & quoad Vineam, cum ipse eam vendiderit Fuccio nullum ius in ea habet ex propria persona, & ex persona Olimpiæ sororis, in quam fuit medietas alienata à Fuccio, nec etiam ius habet, nisi ostendat iure hæreditario Olimpiæ ad se spectare ab intestato, de quo non docet, cum ipsa instituerit Carolum, qui transegit cum Carcarasio.

Neque releuat fideicommissum Titij Cremadij allegatum pro Flaminio ratione prohibitionis alienationis, quia de eo hodie non constat, neque videtur de eo agendum, cum sit quæstio tantùm de prælatione, quoad medietatem alienatam à Fuccio, cuius ratione emanauit sententia, & vigore appellationis fuit causa introducta in Rota, & emanauit decisio pro prælatione Carcarasij 22. Maij 1617. vt supra dictum est.

Et ita fuit decisum, &c.

☞ *Decisio ista in hac eadem causa emanata sub die 22. Maij 1617. coram eodem bo. me. Vbaldo, erit infra in Appendice post decisiones 1626. pro vt in Indice ibi in principio posito. Et supra in hoc tomo habetur altera decisio in eadem causa sub die 10. Maij 1620. est in ordine decisio 210. ac infra pariter adest alia sub die 17. Iunij 1623. coram eodem Vbaldo.*

REVERENDISS. COCCINO.

Romana scutorum 18000.

Lunæ 24. Ianuarij 1622.

ARGVMENTVM.

Papa, quando signat commissionem per verbum, placet, quid ex dicto verbo inferre intendat. In rescriptis gratiosis Papæ attenditur quid ipse rescribit, nō autem extensio Regentis. Soluere, quando quis tenetur pretium alicuius rei creditoribus prioribus, & potioribus, rectè poterit illud deponere, cum conditione expressa faciendi dictam solutionem, prout ipse est obligatus, & quando dictum depositum dicatur ritè, & rectè factum ad hoc, vt ipse remaneat liberatus.

SVMMARIVM.

1 *Iudex potest ordinare, vt fiat sequestrum.*
2 *Iudex, si potest ordinare, vt fiat sequestrum, multò magis id poterit Papa.*
3 *Papa, quando signat gratiam per verbum, Placet, denotat, quod licet petita habeant dubium iuris tamen cum simul habeant æquitatem, Papa facit gratiam propter dictam æquitatem. & num. 4.*
5 *Verba, & iustitiam faciat &c. posita in commissione videntur importare quatenus posita sint de iure.*
6 *Crescent. decis. 1. de rescript. procedit in rescriptis signaturæ Iustitiæ non autem gratiæ.*
7 *In rescripto gratioso Papæ, non attenditur signatura Regentis.*
8 *Solutionem, si quis tenebatur facere creditoribus anterioribus, si dubitetur de dicta anterioritate, poterit ad se liberandum facere depositum.*
9 *Fideiussor, vbi dubitat soluere minori propter beneficium restitutionis in integrum, si pecuniam deponat, perinde actionem mandati habet, vt depositum pecuniæ repetat, ac si pecunia vere soluta fuerit.*
10 *De feudo, si duo contendant potest vasallus, vel debitor retinere apud se debitum, donec decidatur, cui sit soluendum.*
11 *Depositum, quando suffragetur deponenti.*
12 *Pretium rei emptæ, dum quis apud se retinere poterat,*

terat, vt anterioribus creditoribus solueret, si deponat ad effectum &c. satis facit.

13 *Depositum rite factum dicitur, si citatis citandis pecunia fuerit depositata.*

14 *Depositum, vt valeat, requiritur, vt sit purum, & absque vlla conditione extrinseca.*

15 *Depositum, vt validum sit, requiritur, vt integrum sit.*

16 *Creditor, si quis adhuc non sit, nihil petere nequit.*

17 *Depositum pretii alicuius rei venditæ, quando sit ad effectum illud soluendi anterioribus creditoribus, vt valeat, sufficit citare principales creditores.*

18 *Depositum, quando per necessariam consequentiam dicatur per creditorem acceptatum.*

19 *Depositum, quando per partem fuit acceptatum, tunc suffragatur, quamuis sit inualidum.*

Et ad hunc effectum, quod acceptatio fuerit tacita, vel expressa.

20 *Citatio cum respiciat solemnitatem in fauorem citandi, ideò ei quis potest renunciare.*

21 *Depositum non dicitur conditionale, ita vt non valeat, quando conditiones appositæ, sunt ex lege contractus.*

22 *Cautionem de restituendo prioribus, & potioribus debet præstare is, cui est facienda solutio propter interesse aliorum creditorum, qui comparere possunt.*

23 *Depositum recipit conditiones intrinsecas.*

DECISIO CCCXXXIX.

ROTA ordinauit die 15. Decembris præteriti,
vt videretur super validitate depositi. Huius
dubij resolutio pendet ex duobus. Primo an esset lo-
cus deposito. Secundo quatenus sic, an certè fuerit
factum. Quantum attinet ad primum fuit resolutum
1 esse locum deposito, cũ hoc Papa concesserit, † quia
sicut Iudex potest ordinare, quod fiat. *Roland. cons.*
63. num. 2. vers. tertio accedit vol. 1. Alex. cons. 75.
num. 6. lib. 7. multo magis Summus Pontifex facien-
2 do gratiam potuit concedere, † quod fiat, nam fuit
supplicatum fel. rec. Clementi VIII. vt ad tollendum
omne dubium data cedula bancharia per Principem
cum promissione de soluẽdo creditoribus iuxta gra-
dum ipsis assignandum committeret Auditori Ca-
meræ, vt causam graduationis cognosceret, & Papa
commissionem simpliciter signauit per verbum: Pla-
cet: quæ Signatura per verbum, Placet: denotat quod
3 licet † petita habeant dubium iuris, tamen cum ha-
beat simul æquitatem; Papa facit gratiam propter
dictam æquitatem, *vt declarat Alphonsus Soto in*
regul. Cancell. 25. num. 13. vers. sed quando occurrit,
vbi si occurrit dubium iuris, cum interpretatio spe-
4 ctet ad Papam, † recurritur ad illum, qui, si dubium
desiderat æquitatem, signat commissionem per ver-
bum, Placet, & quamuis in hac commissione in si-
5 gnatura Regentis adsint verba, & † iustitiam faciat,
quæ videntur importare quatenus petita sint de iure
Cresc. decis. 1. de rescript. tamen Crescentius loqui-
6 tur in rescripto Signaturæ † iustitiæ, hic autem ver-
samur in rescripto gratioso Papæ, in quo non atten-
7 ditur † Signatura Regentis, *vt declarat Seraph. dec.*
922. num. 4.

Secundo licet facere prædictum depositum, quia
cum Excellentiss. D. Princeps esset obligatus solue-
re creditoribus descriptis in lista iuxta formam in-
strumenti, immo & dum extabant pecuniæ penes
ipsum, tenebatur soluere anterioribus creditoribus si
apparuissent, prout apparuerunt, vt fuit resolutum
in hac causa 16. Iunij 1615. & 7. Aprilis 1617. co-
8 ram me, cum † dubitaretur de creditorum anteriori-
tate potuit D. Princeps ad se liberandum facere præ-
dictum depositum *l. qui mutuam. 56. in princ. vers.*
fideiussor. ff. mandat l. fideiussor qui 65. ff. de fideiuss.
vbi cum fideiussor minori soluere dubitat propter
9 beneficium restitutionis in † integrum, si pecuniam
deponit perinde actionem mandati habet, vt deposi-
tum pecuniæ repetat, ac si soluta verè sit. *Aym. cons.*
705. num. 8. Rimin. iun. cons. 666. num. 43. & fuit di-
ctum in causa Romana census 2. Aprilis 1607. corã
R. P. D. meo Manzanedo, & in puncto fuit resolutum
in causa Lauretana bonorum 16. Iunij 1614. coram
Illustriss. D. meo Cardinale Sacrato, in qua allega-
tur decisio Boerij 106. qui firmat, quod quando duo
10 contendunt de aliquo feudo potest vassallus, † vel
debitor retinere apud se debitum, donec decidatur,
cui sit soluendum, & ideo Excellentiss. D. Princeps
meliorem fecit conditionem creditorum deponẽdo,
11 cum † penes se posset retinere, & sic depositum illi
suffragatur, *ad tex. in l. si quis mihi bona 25 §. sed si*
mandauit ff. de acquir. hæred & in indiuiduo, quod
12 si quis potest apud se † retinere, si deponat, quod sa-
tisfaciat *Soccin. sen. cons. 80. vers. quinimo satis erat*
lib. 3.

Quantum attinet ad secundum, an depositum
fuerit ritè factum, affirmatiuè pariter fuit resolutum,
13 † cum factum fuerit citatis creditoribus, prout de
iure requiritur. *Rolan. cons. 63. num. 31. lib. 1. Curt.*
sen. cons. 28. in princ. lib. 1. & sit purum & absq; vlla
14 † conditione extrinseca *Socc. sen. cons. 80. nu. 3. vers.*
sed ad cautelam lib. 3. Gabr. cons. 56. num. vlt. Alex.
cons. 7. num. 9. vers. & præsertim lib. 2. ac etiam sit
15 integrum, quoad pretium, quod † remansit in ma-
nibus Excellentissimi Principis, dum apparuerunt
anteriores creditores *l. actor. 41. §. Lutius ff. de vsur. l.*
obligatione 9. C. de solution. l. acceptam 19. C. de vsur.
Alex. d. cons. 7. num. 9. lib. 2.

Non obstat, quod non fuerit citatus D. Dux Poli;
quia tunc ipse non erat creditor, cum esset fideiussor
16 DD. de Vrsinis, pro quibus † adhuc nihil soluerat,
& propterea à Domino Principe nihil petere pote-
rat. *Alex. cons. 199. num. 3. lib. 7. Bart. in l. facere nu.*
17 *3. ff. solut. matrim.* & sufficit, † quod fuerint citati
principales creditores *l. mora rei 88. ff. de verb. oblig.*
Bar. in l. centum capuæ n. 8. ff. de eo, quod cert. loc. Pe-
regr. de fideicom. art. 8. num. 46. & cessat omnis dif-
18 ficultas, cum D. Dux acceptauerit depositum, † ex
quo die 2. Nouembris 1596. protestatus fuit, quod
pecuniæ non soluerentur D. Lucretiæ Saluiatæ, sed
quod eius loco Dominij census graduarentur, vnde
19 in necessarium antecedens dictum depositum † ac-
ceptauit, quare etsi inualidum fuisset, suffragatur,
cum sufficiat ad hunc effectum; quod tacitè, vel ex-
pressè acceptetur. *Aym. cons. 106. num. 2. Surd. cons.*
86. in fin. quod maximè procedit, cum agatur de so-
la citatione, quæ respicit solemnitatem in fauorem
20 † citandi, cui pars renunciare potest. *Oldrad. cons.*
237. num. 5.

Neque etiam obstat, quod depositum fuerit factũ
cum conditione, quod solueretur anterioribus, &
data cautione de restituendo prioribus, & potiori-
bus,

21 bus, † quia depositum potuit habere istas codditiones, cum sint conditiones ex lege contractus & cau-
22 tionem de restituendo prioribus debet † praestare is, cui facienda est solutio propter interesse aliorum creditorum, qui comparuerant, *l. pater dotem. in princ. & in §. cum patris filius vers. si fortè per errorem ff. de dote prælegata*, & ideo supradictas conditiones
23 † depositum recipit. *Bald. in l. acceptam in 4. quæstione C. de vsur. Aym. cons. 705. num. 13.*

Et ita &c.

☞ *Infra in eadem causa habes alteram decisionem coram eodem bo. me. Coccino sub die 23. Iunij sequentis anni 1623.*

R. P. D. V B A L D O.

Messanen Regressus.

Lunæ 24. Ianuarij 1622.

ARGVMENTVM.

Pensionarius, quando possit redire ad possessionem beneficij, stante quod illud resignauerit, cum pacto expresso apposito in litteris Apostolicis reseruationis pensionis, vt in casu, quod resignatarius deficeret in solutione pensionis in toto, vel in parte &c. liceret resignanti habere regressum ad d. beneficium, discutitur enim hic, quando dicatur venisse casus purificationis dictæ conditionis, itaut resignans liberè possit redire ad sua primæua iura, ac reijciuntur nonnullæ excusationes in medium allatæ, sed perperam per resignatarium.

SVMMARIVM.

1 *Resignans poterit redire ad beneficium, si sibi reseruauerit regressum in casu contrauentionis conditionum facien. per resignatarium, & constet de dicta contrauentione.*
2 *Bona Ecclesiæ alienans inconsulto Summo Pontifice, incidit in pœnam extrauag. ambitiosæ. de reb. Ecclesi. non alien.*
3 *Pensionarius lite pendente non potest recusare soluere pensionem titulari.*
4 *Sententia, licet ab ea fuerit appellatum, negari non potest, quin pro se non habeat iuris præsumptionẽ.*
5 *Regressus materia est odiosa, & fundata in proteruia soluere nolentis.*
ad Pœnam euitandam qualibet causa excusare debet. num. 6.
6 *Excusatio, & credulitas non admittitur, quando res est clara.*
7 *in Pensionario nolente soluere, proteruia est manifesta si per plures annos ad effectum non soluendi substinuerit censuras.*
8 *Regressus resignantis ad beneficium potest euitari ob non solutam pensionem, si ea soluatur, cum Rota in hac materia facilè admittat purgationem moræ.*
9 *Successor in beneficio, licet quis esset, & non resignatarius, nihilominus tenetur stare conditioni pro conseruatione iuris resignantis.*

DECISIO CCCXL.

FVIT dictum esse locum regressui ad fauorem D. Philippi pensionarij, quia in litteris Apostolicis reseruationis pensionis super fructibus Ecclesiæ parochialis S. Leonardi Messanen. à Philippo resignatæ adest decretum, quod Andreas resignatario deficiente in solutione pensionis in toto, vel in parte, aut illam ad minorem summam reduci, annullari, seu inualidari petente, seu procurante, aut pensionem ipsam, ex quauis causa nullã, & inualidam, vel malè & nulliter assignatam esse dicentem vel allegantem, liceat resignanti ad dictã Ecclesiam liberum habere regressum, illiusque corporalem possessionem per se, vel alium suo nomine propria auctoritate liberè apprehendere &c. vnde cum Andreas defecerit in solutione pensionis per plures terminos, vt constat ex mandato, & censuris contra ipsum relaxatis per A.C. & præterea dederit de nullitate, & extinctione pensionis, vt patet in commissione obtenta, eiusq. vigore iudicio in partibus agitato contra D. Philippum apparet vtrumq;
1 conditionem esse purificatam, & sic † resignantem posse redire ad beneficium resignatum, *Cresc. decis. 17. num. 3. de resign. Put. decis. 293. lib. 1. & fuit resolutum in causa Vicentina pensionis 20. Aprilis 1592. coram bon. mem. Card. Mantica, & in alia Vicentina pensionis 21. Maij 1610. coram R.P.D. meo Pirouano, & in Papien. pensionis 16. Iunij 1614. coram eodem, quæ est decis. 631. par. 1. in recent. & tradit Mandos. in tract. Signat. grat. in verb. regressu, & pluribus relatis, Paris. de resign. lib. 6. q. 3. num. 1. & seqq.*

Non obstat, quod D. Philippus amiserit beneficium in alienatione nonnullorum bonorum Ecclesiæ
2 inconsulto Summo Pontifice, & sic † inciderit in pœnam *Extrauagan. ambitiosæ. de reb. Eccles. non alien. Rot. decis 896. lib. 3. par. 3. diuers.* & iam emanauerit sententia à delegato Apostolico super amissione pensionis, quia à tali sententia fuit appellatũ,
3 † & pendente appellatione non potest Andreas recusare solutionem pensionis, præsertim cum commissio ab eo impetrata fuerit, cum clausula sine præiudicio litterarum Apostolicarum, & sine retardatione solutionis pensionis.

Non obstat, quod talis sententia habeat saltim
4 iuris † præsumptionem, donec reuocetur, *cap. in præsentia. de renunc.* cum allegatis, qua stante, potuerit credere se non teneri ad solutionem pensionis,
5 præsertim ad vitandam pœnam regressus sui † natura odiosi, & fundatam in proteruia non soluen. *Sarnen. in reg. de subrog. q. 7. vers. secundus casus, Paris. d.*
6 *q. 3. num. 15.* quia dicta credulitas † penitus cessat stante rescripto, de quo supra, & proteruia est mani-
7 festa, ex quo sustinuit censuras † per multos annos, *Paris. vbi supra num. 15.* & in omnem euentum potest euitari regressus, si titularis soluat pensionem
8 cum Rota † facilè admittat in hac materia purgationem moræ, *Cassad. decis. 4. de locat. cum alijs alleg. in causa Cæsaraugustana pensionis 13. Nouembris 1591. coram bo. mem. Card. Pamphilio, & in Placentin. decanatus 10. Nouemb. 1595. coram bo. me. Penia, & in Salamantina beneficiorum 7. Aprilis 1617. coram me.*

Nec refert quod Andreas beneficium nõ retineat ex causa resignationis tanquam illa fuerit nulla ob dictam prætensam alienationem rerum Ecclesiæ, sed ex alijs clausulis, de quibus in litteris, quia etiamsi
9 esset successor in beneficio, & non † resignatarius, tenetur tamen stare conditioni pro conseruatione

ris resignantis, vt fuit dictum in *dicta decis. 631. in fine par. 1. in recent.*

Et ita fuit decisum &c.

REVERENDISS. COCCINO.

Bononien. Vsusfructus.

Lunæ 24. Ianuarij 1622.

ARGVMENTVM.

Debitor, quamuis apertum sit, non posse alienare bona sua in fraudem creditorum, tamen si ei fuerit delata aliqua hæreditas, seu legatum, poterit illam, seu illud repudiare, itaque in his terminis non intrabit edictum prohibitorium, Quæ fiunt in fraudem creditorum &c. Supradicta tamen conclusio non procedit, quando debitor obligauit omnia iura sua præsentia, & futura in fauorem creditorum, quia tunc etiã intrat ius adeundi sub dicta obligatione, itaque non valebit repudiatio.

SVMMARIVM.

1 *Sub Iurium nomine, venit etiam potentia adeundi hæreditatem.*

Hæreditatem adeundi potentia appellatur ius, & non facultas, num. 1.

2 *Aditionem hæreditatis cum lex permittat, istud est ius, non autem simpliciter facultas.*

3 *Hæreditatis aditio, dicitur tantum facultas, quoad ipsum actum aditionis.*

4 *Sub Obligatione iurium, venit etiam ius adeundi.*

5 *Ius adeundi non venit in obligatione secundum Franc in addit. ad decis. 101.*

6 *Hæreditas, vel bonorum possessio antequam adeatur, vel agnoscatur, non est in bonis hæredis, nec in dominio eius, nec actualiter ei acquisita.*

7 *Text. in l. pretia 63. ff. ad leg. falcid. quando non intret.*

8 *Ius adeundi, quando est delata hæreditas, dicitur quæsitum hæredi de præsenti, & sic dicitur ius formatum, & in esse productum de præsenti, & n. 9.*

10 *Ius adeundi sicuti transmittitur ad hæredes, prout transmittuntur omnia iura realia, & personalia.*

11 *Ita per eandem rationem venit in obligatione, cum sit ius formatum, & in esse productum de præsenti.*

12 *Creditor, si habeat obligata omnia iura præsentia, & futura debitoris, si ipse debitor repudiauerit hæreditatem, creditor poterit petere reuocationẽ.*

13 *in Bonis liberti patronus non potest prætendere legitimam, si ipse libertus in bonis minus habeat, quam centum.*

14 *Libertus, si habeat in bonis octuaginta, & patrono legat quadraginta, tunc hæres non potest repudiare illa quadraginta in præiudicium patroni.*

15 *Hæres liberti si renunciat legatum factum ad commodum alienum, nec cedit in commodum suum, & non potest.*

16 *Aut repudiat ad commodum suum, & incommodũ alienum, nisi constet de contraria mente testãtis.*

17 *Hæreditatis repudiatio, si fiat in præiudicium creditoris, & non in vtilitatem debitoris, non valet, & potest reuocari.*

18 *Libertus potest repudiare legatum in terminis l. liberto. ff. de bon. libert.*

19 *Patrono in vita liberti, nulla est debita legitima, sed tantum post mortem.*

20 *Debitor non potest repudiare hæreditatem in præiudicium creditorum, & num. 26.*

21 *Parocho, si debeatur quarta de legato, si legatum fiat fratribus Minoribus, non possunt illud repudiare, cum commodum obueniet eis, sed solum damnum Parocho, cui debetur quarta.*

22 *in Repudiatione hæreditatis non habet locum edictum, quæ fiunt in fraudem creditorum.*

23 *Debitor licet non possit bona sua alienare in creditorum fraude, tamen potest repudiare hæreditatem, vel legatum ei relictum.*

24 *Text. in l. qui autem. ff. quæ fiunt in fraud. credit. in quibus terminis loquatur.*

25 *Debitor, si etiam ius adeundi hæreditatem obligasse censeatur creditoribus, tunc illud repudiare non potest.*

27 *Text. in l. qui autem. ff. quæ fiunt in fraud. credit. non habet locum quotiescumque contractus procedit super materia, quæ obligat ad acquirendum secundum bonam fidem.*

DECISIO CCCXLI.

HOC dubium, an repudiatio facta per D. Senatorem de Linis hæreditatis Georgij nepotis sibi delatæ, sit reuocanda, habet duas inspectiones principales, prima est, an in obligatione Comitis Blanchini creditoris prędicti Senatoris comprehendatur ista potentia adeundi hæreditatem Georgij, quatenus sic, quo iure possit agere ad illius reuocationem.

Quantum attinet ad primam inspectionem, Comes Blanchinus cum habeat obligata omnia bona,
1 & iura præsentia, & futura, † sub nomine iurium venit etiam ista potentia adeundi, quæ appellatur ius, & non facultas, *l. 3. C. de instit. & substit. vbi Castrens. num. 3.* cum enim lex aditionem permittat,
2 † istud est ius, vt optimè considerat *Bald. in l. 1. numer. 4* C. *de condict. ex leg.* non autem simpliciter fa-
3 cultas, nisi † quoad actũ aditionis, *l. licet. C. de iure deliber.* quod non esset si diceretur facultas, *Castren. in d. l. 3. num. 3.* & est communis sententia, de qua *Corn. in cons. 305. num 4. iuncto num. 6 vsque ad fin. lib. 3.*
4 & in terminis quod † sub obligatione iurium veniat ius adeundi dicit *Peregr. de iure fisci lib. 6. tit. 1. n. 39.*

Non obstat, quod *Francus in additione ad decis.*
5 101. reprobet *Peregr.* & dicat † ius adeundi non venire in obligatione per ea quæ adnotauit *in d. decis. 101. num. 23. & seq.* vbi allegat textum *in l. pretia rerum 63. ff. ad leg. falcid.* vbi quod hæreditas, vel
6 bonorum † possessio antequam adeatur, vel agnoscatur non est in bonis hæredis, nec in dominio eius,
7 nec actualiter ei quæsita, quia † iste textus non vrget cum agatur in præsenti de iure adeundi, quod delata
8 hæreditate est quæsitum † hæredi de præsenti, *vt in l. 1. & per tot. ff. de acquir. hæred.* & latè post *Bart. in l. 15. potest. num. 12. & ibi Doctores communiter. eod.* & probat *tex. in d. l. 3 in fin. C. de instit. & substit. & ibidem Castren. num. 3. & communiter Doctores in l. quod si dubitet. ff. de acquir. hæred.* ergo
9 dicitur ius formatum, & in † esse productum de præsenti, *Gomez variar. lib. 3. cap. 8. n. 1. vers. aduertendum tamen,* & propterea sicut istud ius adeundi
10 † transmittitur ad hæredes, prout transmittũtur omnia alia iura realia & personalia, vt latè probat *Go-*
11 *mez. loc. citato,* ita per eandem rationem venit † in obli-

obligatione, cum sit ius formatum, & in esse productum de præsenti, vt dictum est.

Quantum attinet ad secundam inspectionem, fuit
12 dictum D. Comitem Blanchinum, qui † habet obligatum istud ius adeundi posse petere reuocationem repudiationi, & ex *l. libertus octuaginta 26. ff. de bonis libertor.* vbi patronus non potest petere legiti-
13 mam si libertus † habet in bonis minus, quam centum; vnde si habet in bonis octuaginta, & ei legatur quadraginta, hæres liberti non potest repudiare illa
14 quadraginta in præiudicium † patroni, ex quo textus & ex alio *in l. si mihi 12. ff. de legat. 1.* distinguit *Bart. in d. l. si mihi num. 3.* quod aut hæres liberti re-
15 nunciat legatum factum ad commodum † alienum, nec cedit in commodum suum, & non potest, aut repudiat ad commodum suum, & incommodum
16 alienum, & potest, nisi † constet de contraria mente defuncti legantis, & hanc distinctionem Bartoli communiter esse receptam dicit *Iason. in d. l. si mihi in princ. num. 18.* & magis communem etiam dicit *Couar. in cap. Raynaldus. §. 3. num. 31. de testam.* vbi numeris sequentibus latè respondet omnibus obiectis, quæ fiunt contra Bartolum, in hoc autem casu
17 repudiatio fit in præiudicium creditoris, † & non ad vtilitatem debitoris, vnde non tenet, & propterea potest reuocari.

Neque obstat quod in terminis *d. l. liberto octua-*
18 *ginta* ipse libertus † potest repudiare legatũ, vt notat *Dyn. & Raynaldus,* quos refert *Cuman. in l. qui autem. num. 1. de his, quæ in fraud. credit.* nam hoc procedit, quia in vita liberti nulla est debita legi-
19 tima patrono, † sed tantum post mortem *l. si patrono ex debita 44. ff. de bonis libertor.* & ideo nil mirum si potest repudiare, *Soccin. sen. in d. l. si mihi ante num. 4. vers. vnde puto. Iason. nu. 22.* sed in casu nostro viuente creditore est quæsitum ius creditori stãte obligatione iurium, ergo non militat eadem ratio prout in dicto textu, & sic debitor non potuit repu-
20 diare in † præiudicium creditoris, vt in terminis dicit post *Salycetum*, quem allegat *Ias. in l. si mihi in princ. num. 19.* vbi per dictam distinctionem Bartoli
21 dicit quod si debetur quarta parocho † de legato, si legatum fiat Fratribus Minoribus, non possunt illud repudiare, cum nullum commodum obueniat repudianti, sed solum damnum parocho, cui quarta debetur, sequitur *Couar. in d. cap. Raynaldus. §. 3. numer. 34. vers. septimo ex Bartolo de testamen.*

22 Minus etiam obstat, quod edictum, quæ † fiunt in fraudem creditorum, non habet locum in repudiatione hæreditatis *l. qui autem. 6. post princip. vers. proinde. ff. quæ in fraud. credit.* vbi licet debitor nõ
23 † possit bona sua alienare in fraudem creditorum, tamen potest repudiare hæreditatem, vel legatum sibi relictum, & probat etiam textus *in l. si sponsus §. si maritus. ff. de donation. inter vir. & vxor.* & latè *Franc. in decis. 101. per tot.* vbi in additione allegat concordantes, nam huic motiuo fuit responsum, quod dispositio illorum iurium non applicatur, quia
24 *in d. l. qui autem.* est prohibita † alienatio, & diminutio patrimonij iam quæsiti, non tamen quærendi, vnde si hæreditas repudietur, quæ poterat acquiri, cessat ratio illorum iurium, *vt not. Alberic. in l. magis puto. §. fundum. ff. de rebus eor. Cuman. in d. l. qui autem. num. 2. vers. sed quis diceret. Gomez. variar. tom. 2. cap. 14. num. 14. Spino. de testament. glos. 8. prin. num. 8. vers. quare verus sensus,* quæ omnia cessant in casu isto, quia cum Senator Linus censeatur obligasse etiam istud ius adeundi, vt supra pro-
25 batum est, non potuit illud † repudiare in præiudiciũ creditoris, cui per dictam obligationem erat ius quæsitum, cum ex repudiatione solum damnum credito-
26 ri, † non autem vtile debitori obueniret iuxta distinctionem Bartoli supra relatam, & hinc benè dicit *Io. Faber. in §. manet. num. 2. instit. de societa.* quod *d. l. qui autem.* non habet locum quotiescumq;
27 procedit † contractus super materia, quæ obligat ad acquirendum secundum bonam fidem, prout in hoc casu stante obligatione prædicta iurium.

Et ita post maturam causæ discussionem fuit resolutum, vtraque parte informante.

¶ *In hac eadem causa habetur supra in hoc Tomo altera decisio 15. Ianuarij præcedentis anni 1621. coram eodem bo. me. Coccino, est in ordine decisio 268.*

R. P. D. VBALDO.

Spoletana Pensionis.

Mercur. 24. Ianuarij 1622.

ARGVMENTVM.

Beneficij Rector, si reseruauerit sine causa pensionem, & insuper eo, ad fauorem alicuius consanguinei, & in litteris Apostolicis reseruationis fuerit appositum decretum, quod si titularis eandem pensionem in vita, & quamdiu beneficium obtinuerit, non persoluerit, realiter, & cum effectu, tunc reseruatio eo ipso sit nulla, modo dubitatur si controuersia sit inter pensionarium, & nouum titularem super solutione pensionis, qua probatione grauetur pensionarius ad probandam dictam solutionem. Valor beneficij, quando plenè, & concludenter veniat probandus ad effectum validitatis reseruationis pensionis, itaut nec admittatur reductio.

SVMMARIVM.

1 *Pensionarius agens contra nouum titularem, debet probare valorem beneficij, si illum narrauerit per ascensum, si simus in pensione reseruata sine causa.*

2 *Pensio quando est reseruata ex causa resignationis, vel prouisionis per obitum, tunc fructus exprimũtur, in prouisione, vnde non est necesse eos exprimere in litteris pensionis.*

3 *Pensionarius tunc tenetur plenè iustificare valorẽ beneficij affirmatiuè narratum per ascensum, & quidem plenè, si in hoc consistat fundamentum, & pars gratiæ.*

4 *Testes patientes exceptiones non releuant.*

5 *Locatio non probat valorem rei.*

6 *Testes si se referãt ad aliquod instrumentum, quod non probat, minus probabunt ipsi, dum ad illud se referunt, & num. 7.*

8 *Oblatio sola pensionis affictus multo minus probat valorem, si ea non fuerit effectuata.*

9 *Testis vnicus non probat.*

10 *Locatio ideo non probat valorem rei, quia oblatores potuerint se moueri ex particulari affectione.*

Locatio, tunc multo minus probat valorem, quando requiritur plena, & concludens probatio, nu. 10.

11 *Locatio, sine dubio attendenda non venit ad effectũ probationis valoris, quando ea fuit facta lite pendente.*

Bene-

Beneficij valor narratus in litteris reseruationis pensionis, est probandus de tempore ipsius reseruationis, num. 11.

12 *Pensio ob malam expressionem valoris, tunc non annullatur in totum, sed est reducibilis, quando est reseruata conditionaliter.*

13 *Vt si fuisset dictum, dummodo pensio medietatem fructuum non excedat, vel dummodo remaneant centum pro Rectore &c.*

14 *Pensio tunc ob malam expressionem annullatur in totum, quando fuit reseruata purè, cum expressione certi valoris, quia tunc non est locus reductioni propter subreptionem.*

15 *Pensionarius quando teneatur probare solutionem pensionis realiter, & cum effectu, quousque vixit titularis.*

16 *Pensionarius si tenetur docere solutionem omniū terminorum pensionis realiter factam, non suffragatur instrumentum solutionis omnium terminorum antea decursorum.*

17 *Confessio de recepto non probat ad fauorem eius, qui tenetur iustificare veram, ac realem numerationem.*

18 *Pensionarius vt obtineat in iudicio manutentionis sufficit probasse aliquando exegisse.*

19 *Filias dotandi onus spectat ad patrem, & non ad fratrem, & num. 20.*

20 *Pensionis solutio facta patri, pensionarij, an sufficiat ad probandam veram & realem solutionem, in casu quo pensionarius illam concludenter probare grauatus est, num. 25.*

21 *Testis, qui deponit de mandato, sed ignorat an fuerit effectuatum, non releuat.*

22 *Testis, qui non deponit, sed iudicat, nihil probat.*

23 *Testes, si non recordentur de tempore, dum est de substantia probationis non sunt attendendi.*

24 *Testis, qui deponit de auditu, & per verbum, credo, non probat.*

DECISIO CCCXLII.

FVIT resolutum pro Priore Collegiatæ Ecclesię Oppidi Treuij Spoletanæ Diœc. qui solus informanit post plurimas citationes Fuluio aduersario factas videlicet pensionem, de qua agitur non deberi, illa enim fuit reseruata sine causa ad fauorem Fuluij nepotis ex fratre Hieronymi, qui Prioratum obtinebat cum expressione valoris Prioratus per assensum ad ducat. 180. auri de Camera, & cum solito decreto. Quod si Hieronymus eamdem pensionem in vita, & quamdiu Prioratum prædictum obtinuerit non persoluerit realiter, & cum effectu, eo ipso sit nulla. Quibus stantibus Fuluius pensionarius, qui egit ad solutionem pensionis contra nouum Titularem, duo tenetur probare. Primo valorem Prio-
1 ratus quem† narrauit per assensum cū simus in pensione sine causa in cuius litteris narratus valor beneficij, vt Papa certus sit quātū illud grauare possit, cū aliunde de hoc certificari non valeat licet secus sit
2 in pensione reseruata ex causa resignationis vel prouisionis per obitum quo casu fructus exprimuntur in prouisione, vnde non est necesse eos exprimere in litteris pensionis, prout distinxit *Rota in causa Burgen. pensionis 18. Februarij 1585. coram Gipsio.* Quod autem in casu nostro pēsionarius teneatur iustificare valorem affirmatiuè narratum per ascensū,
3 & quidem plenè, † & concludenter cum sit fundamentum, & pars gratiæ, *fuit dictum in causa Portugalen. dismembrationis 9. Martij 1598. coram bo. mem. Card. Lancellotto. Rota decis. 581. nu. 2. par. 1. diuers. & latè fuit deductum in Hispalen. pensionum coram R. P. D. meo Pirouano, quæ est decis. 444. n. 1. par. 4. in recent.*

Valor autem non fuit probatus per testes remissoriales examinatos pro Fuluio, quia propter excep-
4 tiones, quæ pro parte Prioris† contra illos opponūtur in primis omnes testes iuxta 36. interrogator. & super primo articulo dicunt se ignorare, aut non posse distinctè deponere de fructibus, & redditibus annuis dicti Prioratus. Nec facit locatio omnium fructuum colligen. cum annua responsione pro singulis Canonicatibus in scut. 70. & pro Priore in sc. 140. vt
5 per testes in summ. num. 3. Quia† vltra quod locatio non probat valorem, *Sarnen. in regula de valore q. 11. Seraph. decis. 1009. num. 1.* & testes se re-
6 ferunt ad instrumentum locationis, quæ† si non probat valorem, vt dictum est multo minus testes ad illud se referentes, & in puncto *Seraph. d. decis. 1009. num. 1.* ex ea nullo modo probatur valor fructuum Prioratus in ducat. 180. prout probari debet ex su-
7 pradictis, sed ad summum in dd. scut. 140. & sic† in longe maiori summa prout etiam dicta maior summa bene deducitur ex assignatione medietatis fructuum Prioratus à Hieronymo Priore pro scut. annuis 75. in causam solutionis cuiusdam dotis, vt in d. summ. num. 6.

Nec etiam quicquam faciunt oblationes, de quibus per primum testem super primo articulo, qui di-
8 citur † fuisse oblata pro singulis Canonicatibus in affictum annua scut. 90. ex quo inferri videtur, quod cum redditus Prioratus ascendant ad valorem duorum Canonicatuum dicatur ascendere ad scut. 180.
9 quia† ille testis est vnicus, nec probatur effectuatio d. oblationis, & quatenus probaretur iam dictum est locationē nō probare valorem eū potuerint moueri
10 †oblatores ex particulari affectione, & ideo non probant præsertim hoc casu, in quo requiritur plena probatio, vt supra dixi *Cassad. decis. 20. num. 2. super reg. Rot. decis. 68. num. 24. par. 2. diuers.* & etiam
11 dicuntur factæ lite pendente. † Vnde non percutiūt tempus reseruationis prout requiritur *Felin. in cap. ad aures. num. 17. de reser. Caputaq. decis. 330. nu. 1. par. 3. Rota decis. 444. num. 4. par. 2. recent. & in Auersana beneficij 11. Februarij 1613. coram me, & alias sæpè*, & demum valor in scut. 180. non iustificat valorem in 180. ducat. auri de Camera prout fuit narratus.

Neque hoc casu putabant Domini esse verum,
12 quod †ob malam expressionem valoris pensio non annulletur in totum, sed sit reducibilis, quia id procedit in pensione conditionaliter reseruata, vt si fuis-
13 set dictum, dummodo † pensio medietatem fructuū non excedat, vel dummodo remaneant centum pro Rectore, *Put. dec. 34. num. 2. lib. 1. cum alijs per Rot. apud Cardin. Mantic. decis. 153. num. 2. Garz. de benefic. par. 1. cap. 5. num. 411. & 417. cum seqq.* sed in casu nostro pēsio fuit reseruata purè cum expressio-
14 ne certi valoris, † quo casu si valor expressus non iustificatur, pensio non est reducibilis, sed in totum corruit propter subreptionem, vt in *Burgen. pensionis coram Gipsio supra allegata, Crescent. decis. 17. num. 1. & 2. de rescript. Rota decis. 626. nu. 5. par. 1. diuers. Garz. loc. cit. nu. 427. vers. ad secundum.*

Al-

Alterum quod pensionarius tenebatur probare, quod Hieronymus ei soluit pensionem realiter, &
15 cum effectu † quamdiu vixit, & Prioratum obtinuit, & quod talis probatio spectet ad pensionarium fuit resolutum *in causa Lucana pensionis 21. Aprilis 1617. coram R.P.D. meo Pirouano*, & alias intrat decretum, de quo supra, super nullitate pensionis, vt *in dicta Lucana pensionis, & in Fauentina pensionis 12. Nouembris præteriti coram R.P.D. meo Caualerio*. Talis autem probatio hic non adest, quia dantur tantum duo instrumenta solutionum, alterum rogatum die 7. Maij 1611. alterum die 5. Nouembris eiusdem anni, & tamen pensio fuit reseruata de anno 1603. & Hieronymus, qui pensioni consensit obijsse dicitur in fine d. mensis Nouembris d. anni 1611.
16 Vnde deducit † doceri de omnibus terminis pensionis realiter solutis spatio octo annorum, nec suffragatur, quod instrumentum dicta die 7. Maij contineat confessionem receptionis omnium terminorũ
17 antea decursorum vsque ad illam diem, quia † confessio de recepto non probat ad fauorem eius, qui tenetur docere de vera, & reali numeratione *l. Lucius tutelæ ff. de admin. tutor. Seraph. decis. 302. nu. 2. et in puncto fuit resolutum in d. Lucana pensionis 27. Nouembris 1617. coram D. Pirouano*, quam-
18 uis per dictas duas solutiones Rota putauerit † sufficere ad effectum manutentionis pensionarij, vt in hac causa bis fuit resolutum.

Non obstat, quod Hieronymus se obligauit pro dote Emiliæ sororis pensionarij, & in causam dictæ dotis assignauerit medietatem fructuum Prioratus ascendendi ad summam scut. 75. annuorum, vt supra etiam dictum est, quia ista obligatio, & assignatio fuit facta ante reseruationem pensionis videlicet de anno 1600. & ideo nihil facit ad proban. solutionem
19 pensionis de qua agitur, † vltra quod onus dotandi spectabat ad Annibalem Patrem Emiliæ *l. scilicet C. de dot prom.* non autem ad fratrem pensionarium vnde dato quod probaretur solutionem esse factam
20 vigore dictæ promissionis vnde † resultaret liberatio debiti Paterni, non autem quod pensio fuisset soluta pensionario, *vt fuit consideratum in d. Lucana pensionis 27. Nouembris 1617.*

Demum nec obstant depositiones testium, quod Hieronymus semper vixerit in communione cum Annibale fratre suo, & cõsumpserit fructus sui Prioratus in beneficium Annibalis & Fuluij, & aliorũ de familia, quia primus testis super primo articulo expresse loquitur de fructibus, qui remanserunt Priori & sic non de omnibus cum medietas istorum fructuum esset assignata pro dote vt supra. Præterea
21 licet deponat, quod Prior † mandabat asportari ad domum dd. fructus tamen ignorat, an fuerint transportati, & illorum etiam quantitatem; secundus etiã testis super tertio deponit, quod Hieronymus habitabat in vna, & eadem domo cum Annibale, & Fuluio, & de asportatione dd. fructuum ad domum subdens. *Et mentre li detti frutti restati al detto Geronimo faceua portare nella Casa commune trà il Sig. Anibale, e fameglia, et esso Sig. Priore io giudico si consumasse in beneficio di detto Sig. Anibale, e*
22 *famiglia, et anche di detto Sig. Fuluio.* † Testis autẽ qui iudicat nihil probat *Bart. in l. qui testamento §. fin. num. 3. ff. de testam. Aym. cons. 6. nu. 123.*

Vltra quod de quantitate nihil deponit, prout nec tertius, & quartus sciunt quantitatem, nec recor-
23 dantur † de tempore & sic non percutiunt tempus post reseruatam pensionem, & quartus etiam depo-
24 nit de † auditu, & per verbum credo, & in omnem euentum ista probarent fructus fuisse conuersos in vtilitatem Annibalis Patris, cuius onus erat alendi filios, & familiam non autem in vtilitatem pensio-
25 narij, & † solutio facta Priori in hac materia non sufficit, *vt fuit firmatum in dicta Lucana pensionis 27. Nouembris vt supra dictum est*. Ex quibus DD. concluserunt pensionem non deberi.

Et ita decisum &c.

R. P. D. REMBOLDO.

Aquilana Beneficij.

Mercurij 26. Ianuarij 1622.

ARGVMENTVM.

Testes, vt probent aliquem esse in quasi possessione conferendi beneficia, qualiter sufficiat, vt deponat. Examini testium facto in die feriata, quando pars non possit dare de nullitate. Iuramentum testium ex quibus probetur. Et nonnulla alia, quando Monasterium dicatur conferre, vel concedere beneficiũ ei annexum.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij collatio vt substineatur, sufficit probare sola quasi possessio conferendi.*
2 *Testes, vt probent aliquem esse in quasi possessione conferendi, sufficit vt deponant de auditu, & de communi reputatione.*
3 *Ex signo, seu stigmate alicuius posito in aliqua Capella, arguitur quod ea non est libera.*
4 *Subiectio arguitur ex solutione canonis.*
5 *Testium examen factum in die feriata, non est nullum, quando pars comparuit examini.*
6 *Citatio, quando est vaga substinetur pro tribus diebus sequentibus.*
7 *Mandatum præsumitur ex notabili impensa.*
8 *Iuramẽtum testium probatur ex enunciatiua Notarij, testis iuratus, &c. iunctis verbis illis medio iuramento.*
9 *Ecclesia aliqua si sit subiecta alicui Abbatiæ dicitur illius membrum, seu grangia.*
10 *Concessio, quando etiam optimè adaptatur collationi.*
Collatio est iuris concessio num. 10.
11 *Monasterium, si alicui det aliquod beneficium ei annexum, quando dicatur collatio, & non concessio.*
Et quid sit assignatum sub certa responsione annua. num. 13.
14 *Effectuatio collationis beneficii probari etiam potest ex resignatione eiusdem, & quando.*
15 *Scripturæ recognitio a duobus testibus facta, valet &c.*

DECISIO CCCXLIII.

DOMINI dixerunt Fabritio esse dandam immissionem, quia constat de collatione ei facta ab Abbate existente in quasi possessione conferendi, & dubium non est, quod ad effectum sustinendi istã
1 collationem, sufficit sola quasi † possessio conferendi *ex latè traditis per Gonzal. ad regul. 8. glos. 45. §. 2. nu. 4. Garz. de benefic. par. 5. cap. 5. num. 2. & 3. Card. Seraph. decis. 306. num. 8. & seq.*

Nec

Nec obstant, quæ denuò contra dictam quasi possessionem Abbatis, à quo facta fuit dicta collatio inculcantur, quia vt alias fuit in hac causa firmatum illa satis probatur ex testibus deponētibus de diuersis personis prouisis ab Abbatibus, cum maximè ad hunc effectum sufficiat, quod Testes deponant de
2 auditu, & de communi † reputatione *Rota decis.* 13. *de prebat.in nou. Paris. de resignat. lib.*7 *q.* 23. *num.* 42. & etiam ex collatione ab Abbate Passamontio facta 8. Febr. 1545. in personam Caroli Alpherij, iunctis præsertim adminiculis in alia decisione ponderatis. Et præcipuè, quod Ecclesia de cuius collatione agitur est subiecta Monasterio Sācti Spiritus, illiusque Grangia, vt bene probatur tam ex licentia data construendi dictam Ecclesiam, & quia in dicta Ecclesia apparet insculptum, & depictum idemmet
3 signum, quo vtitur † Abbatia, ex quo arguitur dicta subiectio *ad l. stigmata C. de fabric. lib.* 11. *Menoch. de præsumpt. lib.*3 *præsumpt.*64. *nu.* 2. quàm etiam ex eo quod dicta Ecclesia soluit annuum censum di-
4 ctæ Abbatiæ, quod maximè indicat † dictam subiectionem *cap. omnis anima in fin. de cēsib. Abb. in cap. in causa sub num.* 4. *de caus. possess. & proprietat. & fuit dictum in Perusina Ecclesiarum Sanctæ Crucis, & Sanctæ Luciæ* 13. *Martii* 1620. *coram me*, & quod non ostenditur quod vllo vnquam tempore fuerit dicta Ecclesia ab alio, quam ab Abbate pro tempore collata, quæ omnia deseruiunt ad corroborandum dictorum testium depositionem, atque ad comprobandam veritatem dictæ collationis ab Abbate Passamontio factæ, quæ solum sufficit ad effectū de quo agitur, vt fuit in alia decisione firmatum.

Nec obstat, quod dicti testes prætenduntur nulliter examinati, eo quod fuerunt examinati tempore feriarum, quia cum de dictis ferijs non fuerit oppositum, & imo pars comparuerit, & interrogatoria dederit, censetur eis renunciasse, prout facere
5 potuit †, cum præsertim non essent in honorem Dei *l.*1. *l. si feriatis vbi glos. & Doctor. ff. de feriis cū aliis, per Thes. decis.*39. *num.* 1. *& seq.*

Minus facit, quod non fuit facta citatio pro die Lunæ, Veneris, vel alio die audientiæ rotalis, sed ad primam diem, & incontinuatis diebus, quia citatio facta præsumitur pro die audientiæ, & quatenus prætendatur nimis vaga, sustinetur tamen pro tribus die-
6 bus † sequētibus, intra quos præsumitur testes pręstitisse iuramentum, quin & pro integro termino probatorio, vt fuit dictum in Ianuen. pecuniaria coram R.P.D. meo Vbaldo, quæ est decis. 393 par. 1. in recentior, quod tanto magis procedit stante partis consensu, qui benè ex præsentia, & datione interrogatorium inducitur.

Nec obstat defectus mandati procuræ illius, qui dicta interrogatoria dedit, quia non solum constat de mandato illius præsumpto, ex eo quod semper in tota causa comparuit, & plures actus fecit in ea,
7 quæ † sine notabili impensa fieri non potuerunt *Cassad. decis.* 3. *sub num.*4. *de procur. Rota decis.* 2. *de caus. possess. & propr. in antiq. & fuit dictum in Romana Census* 2. *Iunii* 1610. *coram bo. me. Penia*, sed vlterius constat etiam de mandato vero, & quidem amplissimo, vt patet ex eius lectura.

Non obstat defectus iuramenti testium, quia non est verum, quod non constet aliter de iuramento,
8 quam per enunciatiuam Notarij, vt supponitur vltra enim † verba, testis iuratus, adsunt alia videlicet medio iuramento tactis &c. ex quibus satis deprehenditur iuramentum fuisse præstitum, *vt per Card. Seraph. decis.*857 *num.*25. vbi etiam dicitur, quod si examen factum est sub die, sub quo cadebat citatio, & Notarius enunciat testem iuratum, Rota solet adhibere fidem, etiam quod non dicat tactis &c.

Non obstat quod collatio facta ab Abbate Passamontio videatur potius quædam concessio reddituū Ecclesiæ, de qua agitur, quam ipsius Ecclesiæ collatio, quia est aduertendum, quod dicta Ecclesia est membrum, seu Grangia Abbatiæ & ab ea possidetur,
9 † vti prædium ad deducta *per Rot. decis.*658. *num.* 2. *& 3. par.* 2. *in recent.* vnde non mirum si in eiusdem Ecclesiæ collatione Abbates pro tempore vsi fuerūt verbis sonantibus in concessionem prædij, seu dictæ Ecclesiæ redituum, nec propterea hinc inferri potest, quod non fuerit concessa Ecclesia, quia imo de ipsa Ecclesia fit in eademmet collatione metio, ibi, *qual*
10 *concessione di detta Chiesa*, & verbum † concessio optimè adaptatur etiam collationi, vt in *tit. de conceß. Præbend.* collatio enim est iuris concessio *Gonzal. ad reg.*8 *glos.*16. *num.*8. Et omnis scrupulus tollitur ex obseruantia subsecuta, quia constat, quod Carolus, cui fuit facta dicta concessio, non solum se
11 gessit pro Titulari per spatium † plusquam annorum viginti, & fuit pro tali ab omnibus reputatus, vt deponunt testes in summario num. 1. sed etiam, quod de anno 1579. eandem Ecclesiam resignauit ad fauorem Ascanij per cuius obitum nouissimè vacauit, ita quod dubitari non possit, quin ipsi fuerit collata seu concessa Ecclesia, & non facta locatio reddituū, vt prætenditur.

Non obstat, quod concessio facta fuit cum reco-
12 gnitione annua † scutorum quatuor, quia neque hoc repugnat collationi, nam recognitio non fit respectu personæ conferentis, sed in signum quod Ecclesia est Monasterio subiecta, ideoquè potest conferri beneficium etiam cum simili recognitione, *vt in decis.* 71. *&* 101. *par.* 2. *in rec.* vbi quod licet re-
13 seruetur aliquid monialibus, in signum † subiectionis, beneficium tamen censetur collatiuum, neque ex eo inferri potest quod sit de mensa, & fuit ostensa DD. collatio cum simili recognitione facta a Præceptore Hospitalis Sancti Spiritus Vrbis.

Non obstat, quod non docetur de effectuatione dictæ collationis factæ à Passamontio, quia de effectuatione constat ex resignatione ab eodem Carolo, vt dictum est, ad fauorem Ascanij facta, & ex re-
14 signatione etiam probatur † effectuatio quando resignatio facta est post interuallum plurium annorū *Rota decis.*224. *num.*7. *in fine par.* 1. *in recentior.*

Non obstat, quod dicta collatio non est sufficienter recognita, quia manus, & sigillum Zambeccarij, qui habebat regressum ad dictam Abbatiam fuit re-
15 cognitum à duobus † testibus, & ab alijs duobus fuit facta recognitio sigilli Passamontij, quod sufficit, stante præsertim obseruantia dictæ collationis, quæ optimè probatur, vt dictum est, ex testibus deponentibus, quod Carolus gessit se pro titulari Ecclesiæ & etiam ex resignatione post annos 20. ab eodē Carolo facta, ex qua tollitur omnis prorsus scrupulus, maximè quod non constat de aliqua collatione ab alio facta, & quia agitur de Ecclesia subiecta Abbatiæ, & ipsius Abbatiæ Gsangia, vt patet ex supra deductis, &c.

REVE-

REVERENDISS. COCCINO.

Bononieñ. Affrancationis.

Mercur. 26. Ianuarij 1622.

ARGVMENTVM.

Emptionis, & venditionis contractus, vt dicatur fœneratitius ex eo, quia fuit factus cum pacto de redimendo, requiritur, vt adsit modicitas pretij, & ad hunc effectum qualis modicitas sit necessaria, nec non in his terminis ad quid habendus sit oculus, dum constituitur verum pretium rei. Administrator licet non admittatur ad emendam rem, quam administrat tamen quando id non habeat locum.

SVMMARIVM.

1 *Contractus emptionis, & venditionis est receptissimus tam de iure Ciuili, quam Canonico & nu. 2.*

3 *Emptionis, & venditionis contractus potest esse fœneratitius, si cum pacto de redimendo adsit modicitas pretii.*

4 *Emptionis contractus, vt dicatur fœneratitius ex pacto de redimendo, vna cum modicitate pretii, requiritur vt emens sit solitus fœnerari secundum Bald. quæ tamen opinio non est vera, & contrarium sentit Rota vt nu. 5.*

6 *Pretii modicitas, ad hoc vt faciat præsumere contractum emptionis esse fœneratitium stante pacto de redimendo, requiritur vt sit vltra dimidiam iusti pretii.*

7 *Sed si coniecturæ concurrerent pro vsura, non requiritur, vt sit vltra dimidiam, et sufficit etiam vsque ad tertiam partem nu. 9.*

8 *Pretii modicitas in contractu emptionis facto cum pacto de redimendo, ad hoc vt præsumatur fœneratitius, vsque ad quam summam ascendere debeat, non est taxata quantitas.*

10 *In pretio iusto constituendo, ad hoc vt in contractu emptionis facto cum pacto de redimendo, ex modicitate dicti pretii præsumatur vsura, est habenda ratio d. pacti de redimendo, cum minuat de valore rei.*

11 *Pactum de redimendo minuit valorem rei, circa quartam partem pretii.*

12 *Pactum de redimẽdo tunc minuit valorem rei circa quartam partem, quando pactum est perpetuũ.*

13 *Pactum de redimendo, quando est temporale, eo casu minuit valorem rei circa sextam partem pretii.*

14 *Valor rei venditæ minuitur, si sit subiectum solutioni alicuius canoniæ, vel census.*

15 *Pretium rei venditæ minuitur, si fuerit vendita sine cautione de euictione, et num. 17.*

16 *Periti, vt probent valorem rei, debent eam æstimare secundum communem æstimationem.*

18 *Contractus emptionis, vt dicatur fœneratitius si cũ pacto de redimendo concurrat modicitas pretii, valor rei debet æstimari secundũ tempus vẽditionis.*

19 *Venditio, quod fuerit facta pro falso credito, hoc nihil operatur, quo ad emptorem.*

20 *Administrator non admittitur ad emenda bona, quæ administrat, et hoc maximè si emerit occultè per interpositam personam et nu. 21.*

21 *Intellige tamen id non releuare, si nullatenus erat administrator de tẽpore emptionis et n. 23. in fin.*

22 *Emptio quando fuit facta palam et sic bona fide, tunc etiam administrator bonorum venditorum potest emere.*

23 *Emptio, licet sit facta per interpositam personam, non tamen ex hoc sequitur, quod fuerit facta clã. et in occulto.*

24 *Emptor quando non est particeps doli venditoris, id emptori nullatenus nocere debet.*

Dolus tertij non debet annullare contractum n. 24.

25 *Adimplere aliquid, si quis contrahenti promittat, ac tum iuramento se obliget, dum id non adimplet non est audiendus.*

Periurium vitiat contractum num. 25.

26 *Contrahens simul stare potest, quod ex vno contractu inciderit in periurium, et tamen alius contractus diuersus substineatur.*

DECISIO CCCXLIV.

DVBIVM originale in hac causa fuit, an emptio medietatis predij D. Emiliæ facta per D. Maluasiã sustineatur, & habet duas inspectiones principales; prima an contractus sit vsurarius, itaut venditio non sustineatur, cum dicta medietas prædij fuerit vendita pretio lib. 4000. cum pacto redimendi infra quinquennium; Secunda inspectio est, an contractus quatenus non sit vsurarius, nihilominus ex alijs defectibus corruat.

Quantum attinet ad primam inspectionem, contractum de quo agitur, receptissimum esse † tàm de
1 iure ciuili, quàm de iure canonico testantur textus expressi, de iure quidem ciuili, *l. qui fundus la 2. ff. de contrah. empt. l. sterilis §. si tibi ff. de act. empt. l. si*
2 *vir vxori ff. de præscr. verb.* De iure autem † canonico, *vt in cap. apud nostram de empt. & vend. cap. conquestus de vsur. Arcbid. in cap. plerique 14. qu. 3. num. 1. Anch. cons. 30. num. 4. & 10. Alex. cons. 28. num. 3. & 4. lib. 5. & cons. 252. num. 1. lib. 6.*

Potest autem esse fœneratitius, si cum pacto de
3 redimendo † adsit modicitas pretij *Bald. cons. 10. n. 25. & 42. vers. 3. non obstat lib. 3.* qui alios allegat, & de communi testatur pluribus relatis *Modern. comm. opin. quæst. 1029. incip. contractus emptionis.*
4 Et licet Baldus vlterius requirat, † quod emens solitus sit fœnerari; vt *in cons. 359. in fin. vbi testatur de communi lib. 5. & in cons. 361. num. 3. eod. lib. 5. Alex. cons. 109. num. 17. lib. 4.* vbi de magis communi opinione, & post eum *Dec. in cons. 308. ante nu. 5. vers. sed ad hoc responderi potest.* Tamen à priori sententia, quæ vult sufficere medietatem pretij, &
5 pactum de redimendo † non est receden cum eam semper Rota secuta fuerit, *vt per Cassad. decis. 1. n. 1. de vsur. & fuit resolutum in causa Imolen. bonorum 16. Iunij 1595.* coram Orano, & *in causa Bonon. de Ballis 19. Martij 1607. coram Reuerendiss. Lugdunẽ. & in Turitana palatij 5. Maij 1604. corã D. Episcopo Attrebaten.*

Modicitas autem pretij, regulariter loquen. debet
6 esse vltra † dimidiam iusti pretij. *Anch. cons. 9. num. 2. vers. 5. etiam, & vers. 2. ex paruitate Roman. cons. 304. in princ. Dec. cons. 151. nu. 3. lib. 4. Franc. Mar. decis. 484. num. 30. par. 1. & fuit dictum in causa*
7 *Bononen. de Ballis*, sed si adsunt coniecturæ † licet læsio non sit vltra dimidiam, nihilominus contractus iudicatur fœneratitius. *Paris. cons. 34. num. 69. lib. 1. Afflict. decis. 40. num. 19. post med.* vbi quod à iure
8 non † est taxata certa quantitas, *& fuit resolutum in causa Placentina vsurarum prima Maij 1584. coram*

coram san. me. Clemente VIII. & quod stantibus
9 coniecturis † sufficiat læsio vsque ad tertiam partem
*fuit dictum in causa Romana Palatij de Incoronatis
prima Iunij* 1563. *coram Vice Comite*, Et quod sine
medietate pretij sufficiant aliæ coniecturæ *dicit Rol.
cons.*40. *num.* 42. *lib.* 2. *& fuit dictum in causa Mediolanen: pecuniaria* 22. *Ianuarij* 1593. *coram Illustriss. D. Cardinali Millino*.

In constituendo autem iusto pretio habenda est
10 ratio pacti de redimendo, quod recipit æstimationẽ,
itaut diminuat de valore rei. *Abb. in cap. aliquibus
num.*2. *&* 3. *de decim. Socin. cons.*57.*n.*49. *lib.*4. *Dec.
cons.* 308. *num.*3. *Couar. variarum lib.*3. *cap.* 10. *n.*
1. *& tenuit Rota in causa Romana domus* 15. *Ianuarii* 1588. *coram Orano, & in allegata causa Bononien. de Ballis* 19. *Maii* 1607. *coram Illustrissimo*
11 *Lugdunen.* & hoc pactum minuere † valorem circa
quartam partem dicit *Socin. Sen. cons.*15. *num.* 15. *in
fin. lib.*1. *Maluas. cons.*106. *num.*11. *Surd.*226. *nu.*
21. *Ioseph. decis. Perusin.* 92. *num.* 3. *& seq. Tiraq.
de retract. conuent. in præfat. num.*20. *Couar. c.* 10.
*num.*1. *lib.*3. *& fuit dictum in prædicta decis. Bono-*
12 *nien. de Ballis*. Quod videtur verum † quando pactum est perpetuum *Antonius de Burgos in repet. c.
ad nostram num.* 45. *de empt. et vend. quem allegat
Tiraq. de retract. conuent. in præfat. num.* 26. *Bertaz. cons. crim.* 229. *num.* 20 *lib.* 1. Quando autem
13 est † temporale, prout in hoc casu, debet æstimari
circa sextam partem. *Rota decis.* 4. *et* 6. *num.*5. *p.* 1.
in recent. & est etiam habenda ratio, si prædium est
14 † subiectum solutioni alicuius canoniæ, vel censsus.
*Surd. cons.*452. *nu.* 77. prout etiam est æstimandum
15 si prædium vẽditum fuerit sine cautione † de euictione, prout fuit factum in hoc casu. *Bart. in l.* 1. *§. si
hæres num.*3. *ff. ad Treb. et ibidem Ias. num.* 9. *Rip.
num.*27. *et* 28. *Pinell. de rescind. vend. in l.*2. *par.* 3. *n.*
24. *et* 25.

Ad rem igitur nostram si in hoc casu attendamus
pactum cum modicitate pretij, vel pactum cum cõiecturis, nihil deducitur propter quod contractus debeat fœneratitius iudicari; Nam quantum ad primũ
16 modicitas pretij non probatur, Primo † quia Periti non æstimarunt prædium secundum communem
æstimationem, prout fieri debuisset. *Bart. in l. pretia rerum §. nonnulla. sub num.*2. *et ibi Alex. num.*
11. *ff. ad falc. Seraph. decis.* 1377. *nu.*2. *Card. Mant.
de tacit. & ambig. conuent. lib.*4. *tit.*20 *num.*4. *Rota
decis.*20. *num.*5. *part.*2. *in recent* Nec etiam habue-
17 runt rationem, quod bona fuerint empta † sine cautione de euictione, quæ minuit pretium rei, vt supra
dictum est, nec minus æstimarunt valorem bonorum
18 iuxta tempus venditionis, † quod est attenden. *l. si
voluntate. C. de rescind. vend. Cephal. cons.* 563.
*num.*48. *Aym. cons.*144. *num.*16. *Menoch. cons.*358.
*num.*13. *Caputaq. decis.*264. *num.*8. *par.* 3. Et hæc
omnia fuerunt latè considerata in causa *Albanen.
bonorum* 15. *Martij in princ. anni coram R. P. D.
meo Remboldo*, & latè deducitur in hac causa *coram
Reuerendiss. D. meo Archiepiscopo Seleucien.** quo
vero ad coniecturas nullæ ostenduntur, quæ subsi-
19 stant. Nam quod venditio facta fuerit † pro falso
credito, quicquid sit de hoc nihil ad emptorem, vt
infra dicetur, cum ex hoc respectu emptoris non
possit induci aliqua simulatio.

Quantum attinet ad secundam inspectionem an
consensus ex alijs defectibus corruat. Primo dicebatur corruere, quia emptio facta fuit à Comite
Maluasia supposita persona D. Pauli Zambeccarij,
20 qui † Comes cum esset administrator, non poterat
admitti ad emendum dicta bona, *l. in emptore* 34. *in
fin. ff. de contrab. empt.* Maximè cum emerit occultè
21 scilicet † per interpositam personam. *gloss. fin. in
d. l. si emptione. vers. non potest*. Sed fuit responsum
non probari, quod de eo tempore Comes Maluasia
esset administrator, & si probaretur non releua-
22 re, † cum emptio fuerit facta palam, & sic bona fide, *dicta gloss. fin. in l. si in emptione, ff de contrab.
empt. Soccin. sen. cons.* 87. *num.* 5. *lib.* 1. *Menoch.
præsumpt.* 80 *in fin. lib.*3. & est communis opinio,
vt per *Gregor. Lopez in l.*4. *tit.* 3. *par.*5. *glos.* 9. & licet facta fuerit per interpositam personam, non inde
23 sequitur, quod fuerit facta † clam, & in occulto, &
cessat omnis difficultas ex quo finita administratione de anno 1606. Emilia huiusmodi venditionem
ratificauit.

Secundo, & tertio dicebatur venditionem dolo
malo fuisse factam, cum Rugerius se simulauerit creditorem hæreditatis, quia quicquid sit de hoc, cum
Comes soluerit pretium, nec fuerit particeps frau-
24 dis † dolus tertij non annullat contractum, *Gloss.
in l. si dolo. verb. aduersarij. C. de rescind. vendit.
l. & eleganter in princ. ff. de dolo*.

Vltimo loco dicebatur, quod Comes promiserat
Serenissimis Ducibus Ferrariæ, & Mutinæ facta
per illos declaratione restituere Aemiliæ bona sua
non diminuta, vnde cum hoc facere minimè cura-
25 uerit, imò mouerit † litem, incidit in periurium,
quod contractum vitiat. *Gabr. in tit. de iureiur. conclus.* 1. Quia quicquid sit de hoc, non pertinet ad
præsentem disputationem, in qua non agitur de
emptione bonorum omnino separata à promissio-
26 nibus factis cum iuramento, & propterea stant † simul, quod Comes incidere potuerit in periurium
ex alio contractu, & nihilominus, quod contractus
de quo agitur, sustineatur.

Et ita &c.

* *Decisio ista in hac causa emanata coram bo. me. Reuerendiss. Dunozetto, est sub die* 20. *Nouembris* 1620. *& est supra in hoc Tomo decis.*253.

REVERENDISS. MANZANEDO.

Patriarcha Hierosolymitano.

Romana de Mazzarotis.

Lunæ 31. *Ianuarij* 1622.

ARGVMENTVM.

Filiæ, licet secundum leges Imperiales habeant intentionem fundatam in successione bonorum paternorũ, dum Pater ab intestato decessit, sed vigore Statuti Vrbis lib. 1. cap. 145. extantibus masculis, ipsæ nullatenus succedere valent, requirit tamen d. Statutum filias fuisse dotatas, & quidem à patre, quæ tamen dotatio, vt probetur non est necesse, vt ostendatur per instrumentum, cum sat sit id docere per præsumptiones, & coniecturas, inter quas ea potentissima est iuncta cum alijs, quia matrimonia nullatenus solent contrahi sine dote, nam potissimum ad hoc est inuenta dos, vt facilius mulieres reperiant maritos.

SVMMARIVM.

1 *Filius in successione patris obtinet primum gradū, & primam causam.*
2 *Filia in successione patris habet intentionem fundatam de iure communi.*
3 *Statutum Vrb. lib. 1. cap. 145. ab hæreditate patris decedentis ab intestato, excludit fœminas propter masculos.*
4 *ab Intestato, quis censetur decessisse, dum non docetur de aliquo testamento.*
5 *Statum Vrbis lib. 1. cap. 145. excludens fœminas propter masculos, expresè cauet mulierem debere esse dotatam, & quidem à patre, dum de eius successione agitur.*
6 *Fœmina, vt à Statuto Vrbis lib. 1. cap. 145. excludatur à successione, propter masculos, non est necesse ostendere dotationem per instrumentum, cum sat sint præsumptiones, & coniecturæ.*
7 *Mulier maritata de Iure præsumitur dotata.*
8 *Matrimonia à communiter accidentibus non contrahuntur sine dote.*
9 *Onera matrimonij nulli, aut pauci sunt, qui sustinere velint sine dote.*
10 *Dos fuit inuenta, vt facilius mulieres reperirent maritos.*
11 *Arguere à consuetis licitum est.*
Factum præsumitur id, quod fieri consueuit. n. 11.
12 *Matrimonia non contrahi sine dote generalis est consuetudo.*
13 *Dos præsumitur constituta dum contrahitur matrimonium.*
14 *Matrimonium, vt non censeatur contractum sine dote, est coniectura aliquantulum generalis, iuncta tamen cum alijs plurimum operatur.*
15 *Pater, si vni filiæ dotem constituerit, censetur quoque etiam alteri constituisse.*
Aequalitatem, quod pater seruauerit inter filios facienda est interpretatio. num. 15.
16 *Pater constituendo vni filiæ certam dotem, eamdem quoque censetur constituisse alteri.*
17 *Maritus non præstasset alimenta vxori, si ei dos data non fuisset.*
18 *Dotē filiæ censetur pater consignasse, dum eo mortuo, in eius bonis legitimam non petijt per longissimum tempus.*
19 *Pater censetur dotem filiæ constituisse, si probetur vendidisse aliqua bona ad hunc effectum.*
20 *Filias dotare est officium paternum.*
21 *Pater, si dotauerit filias minores, & maiores quoque dotasse dicendum est.*
22 *Soror, vigore Statuti Vrb. lib. 1. cap. 146. non succedit fratri ab intestato decedenti, extantibus germanis, etiam non vterinis, dum reperitur dotata.*
23 *Soror, vt excludatur à successione fratris per Statutum Vrb lib. 1. cap. 146. propter alios fratres, non requiritur, vt sit dotata de bonis fratris defuncti, cum satis sit aliundè fuisse dotatam.*

DECISIO CCCXLV.

PROPOSVI dubium, An D. Lauinia sit inclusa, vel exclusa, & quomodo à successione Tuccij senioris eius Aui Riccardi Patris, & Tuccij iunioris eius fratris, & Prudentiæ eius sororis, & Domini responderunt, illam esse exclusam, præterquam ab hæreditate Prudentiæ, de qua videretur. In hæreditate autem Tuccij senioris nihil videtur posse prætendere, cum de tempore mortis viueret Riccardus
1 illius filius; Et pater ipsius Lauiniæ, qui † primum gradum, & sic primam causam succedendi obtinebat, *§. sin autem Inst. de hæred qualit. & differ. §. 1. in Auth. de hæred. ab intest. l. si quis posthumus §. si filium ff. de liber. & posth. Surd. decis. 167. num. 7. & seq. Honded. cons. 90. num. 33. lib. 1.*

Quo verò ad hæreditatem d. Riccardi patris licèt
2 ipsa habeat † de iure communi intentionem fundatam *per tex. in l maximum Vitium C. de liber. præter. Auth. de hæredit. ab Intestat. venien. in princ.* Tamen successit Iulianus frater nō autem ipsa, quia
3 Statut. Vrbis lib. 1. cap. 145. ab hæreditate † patris decedentis ab intestato excludit fœminas propter masculos. In casu autem nostro cum non doceatur de aliquo Testamento dicti Riccardi, præsumen-
4 dum † est ipsum decessisse ab intestato iuxta communem, de qua pluribus rationibus, & auctoritatibus comprobant *Mantic. de coniectur. vlt. volunt. lib. 2. tit. 1. num. 3. vers. sed contrariam, & Menoch. præsumpt. 1. num. 1. & seqq. lib. 4.* & sic locus est dicto statuto.

Quibus non obstat ad hoc vt intret d. statutum
5 fœminam † debere esse dotatam, vt in eo expresè cauetur, & quidem à patre de cuius successione agitur, *vt fuit dictum in vna Romana vineæ de Corbinellis 15. Martij 1619. coram D. meo Decano*, & quod in casu nostro neutrum videatur probari, fuit enim responsum ad istum effectum non esse ne-
6 cesse ostendere dotationem per instrumentum, † sed sufficere etiam dictam dotationem per præsumptiones, & coniecturas probare, *Bald. cons. 185. num. 2. lib. 5. Paris. cons. 34. num. 24. lib. 3. Decian. cons. 49. num. 4. lib. 2. Menoch. præsumpt. 7. nu. 6 lib. 3. Natta cons. 581. num. 12. Surd. cons. 94. num. 18. Seraphin. decis. 221. num. 2. Rota decis. 195. num. 7. par. 2. recen.* quæ quidem coniecturæ dotationis plures hic con-
7 currunt, † & in primis illa, quod mulier maritata præsumitur dotata, *Soccin. iun. cons. 8. num. 17. Dec. cons. 135. num. 2. Campeg. de dotat. par. 5. q. 77. Surd.*
8 *vbi supra*, quia à communiter accidentibus † non contrahuntur matrimonia sine dote, cum non sint
9 vel pauci reperiantur, † qui onera matrimonij ve-
10 lint sine dote sustinere, dos enim fuit † inuenta, vt faciliùs mulieres reperirent maritos *DD. in l. 1. ff. solut. matrim. Decian. vbi supra num. 5.* & à consue-
11 tis licet arguere, † quia factum esse præsumitur id, quod fieri consueuit, *l certi conditio, §. si nummos, ff. si cert. pet. l. quod si nolit. §. si assidua, ff. de edilit. edict.* Vnde *Bald. in cons. 102. circa med. lib. 4.* di-
12 cit, quod generalis † est consuetudo matrimonia non contrahi sine dote, ideò dos præsumitur con-
13 stituta † facit optimè *tex. in l si pater §. 1. ff. de pact. dotalib. Surd. vbi supra num. 20.*

Et quamuis ista coniectura videatur aliquantulū
14 generalis, † attamen alijs iunctis plurimum operatur, *vt not. Surd. d. cons. num. 20.*

In casu autem nostro non desunt aliæ coniecturæ, nempè quod Lauræ soror Lauiniæ minoris ætatis fuit constituta dos scutorum 8. mil. & alteri sorori monacandæ dos congrua fuit data, præsumitur enim neque Lauiniam maiorem natu sine dote maritatam
15 fuisse, † vt æqualitas seruaretur inter liberos, *l. inter liberos C. famil. ercifcun.* cum alijs adductis pro hac

hac coniectura per *Decian. vbi supra num. 12. Natt. cons. 581. num. 13. vers. accedit alia vehemens*, & non
16 solum † ista præsumptio desumitur pro dote constituta, verum etiam pro quantitate, *vt ibidem not. Decian. & fuit dictum in d. decis. 195. nu. 2.* & huic coniecturæ accedit alia orta ex alimentis præstitis
17 Lauiniæ † per vtrumque maritum, *vt not. Campeg. de dote q. 76.* Et quod Iulius Bonauentura maritus in secundis nuptijs intercessit pro d. dote Lauræ cōstitutæ, quod non est verisimile fecisse, si ipse etiam dotem non habuisset. Accedit etiam tanti temporis lapsus vltra 40. annos, in quibus neque primum, nec secundum virum, nec per ipsam Lauiniam aliqua dos siue legitima in bonis Patris fuit petita,
18 sed passa fuerat Iulium pacificè in bonis † succedere. Imo ipsa, eius maritus, & filius procurarunt à d. Iulio donationem habere bonorum, de quibus agitur, magnifaciendo ipsius possessionem, est signum euidens, quod iam de dote fuerat satisfacta. *Natt. cons. 581. num. 12.*

Quæ coniecturæ efficaciores fiunt iuncto vnico
19 teste, qui deponit de auditu, † quod Riccardus vendidit vnam vineam pro Lauinia nubenda. Ità vt saltim omnia simul collecta videantur sufficientem præsumptionem dotationis conflare, & ex his sicut præsumitur dos constituta, & Lauinia dotata, ità pre-
20 sumendum est dotatam † fuisse à patre, cum filiam dotare sit officium paternum, *l. fin. C. de dot. promiss. Surd. de alim. tit. 6. q. 8. num. 53.* & d. Pater alias fi-
21 lias minores dotauerit, vt supra dictum est, † vnde, & istam, quę erat maior, dotasse, dicendum est.

Quantum attinet ad hæreditatem Tuccij iunioris fratris, cum de tempore mortis d. Tuccij viueret Iulius, Lauinia fuit exclusa ab ipso per alium Statutum Vrbis c. 146. lib. 1. quod defuncto fratre ab in-
22 testato † ad successionem vocat fratres germanos, etiam non vterinos exclusis sororibus, dummodo sint dotatæ, vt Lauiniam fuisse supra probatum est, neque ad istum effectum requiritur, quod sit dotata
23 de bonis † fratris, de cuius successione agitur, sufficit aliunde esse dotatam, *Seraph. decis. 1291. nu. 2.* & fuit dictum in *Romana hæreditatis de Sellis 16. Ianuarij 1608. coram Reuerendiss. Attrebaten. & in Balneoregien. Terrarum 16. Maij 1594. coram bo. me. Card. Pamphilio.*

Et ità conclusum, &c.

REVERENDISS. D. COCCINO.

Perusina Hæreditatis.

Lunæ 31. Ianuarij 1622.

ARGVMENTVM.

Pars an censeatur renunciasse appellationi si se obliget, ac promittat stare ad omne mandatum Iudicis, & resolutio est affirmatiua, ideoque lata in hoc casu sententia cum non intret appellatio, nihil remanet, nisi vt executioni demandetur, idq. verum intellige, quando Iudicis certa persona non fuit contemplata, quia quando daretur talis contemplatio, tunc si sententia lata sit à diuerso Iudice, non intrat dicta obligatio.

SVMMARIVM.

1 *Promittens, & obligans se stare ad omne mandatum Iudicis, censetur renunciare appellationi.*
2 *Partes, dum se obligant stare sententiæ ferendæ per Iudicem, videntur renunciasse appellationi.*
3 *à Sententia, si pars appellare nequeat, nihil ea post se expectat, quam vt debitæ executioni mittatur.*
4 *Rota non exequitur sententias aliorum Tribunalium, nisi docto de iustitia.*
5 *de Bonis mobilibus fideicommisso subiectis non est agendum post annos 60. cum longe ante præsumantur consumpta.*
6 *Sententia est indiuidua, & ideo si sit permissa appellatio, quo ad vnam partem censetur etiam permissa, quoad alteram & num. 7.*
7 *Aegidianæ non est locus, quando in causa adest aliqua persona Ecclesiastica.*
8 *Sententiæ tot esse præsumuntur, quot sunt capitula separata.*
9 *Fructus veniunt appellatione bonorum mobilium.*
10 *Promittens stare ad omne mandatum Iudicis, an ista obligatio censeatur restricta, ad certam personam Iudicis.*
11 *Promissio facta stan di iudicato, ad hoc euitandum parum iuuat mutatio Iudicis.*
12 *ex Facto suo, quis non debet in alterius præiudiciū lucrum reportare. & num. 15.*
13 *Obligans se stare ad omne mandatum Iudicis, cum expressione proprij nominis Iudicis, tunc si Iudex mutetur cessat obligatio.*
14 *Iudicis certam personam non videtur quis contemplasse, si nomen officij tantum expresserit.*

DECISIO CCCXLVI.

HOC dubium, An sententia R. P. D. Montij sit exequenda, quoad mobilia duas habet difficultates. Prima est, an in hoc casu censeatur renunciatum appellationi; Secunda quatenus sic, an censeatur renunciatum appellationi à sententia ferenda per d. R. P. D. Montium.

Quantum attinet ad primam difficultatem, cum Domini de Pinna promiserint, & se obligauerint cum iuramento restituere mobilia ad omne manda-
1 tum Domini † Gubernatoris censentur renunciasse appellationi. *cap. ad hæc. 20. de appellat. & ibi gloss. in verbo appellant. & Franc. num. 1. Alex. de Næuo num. 5. & 15. & Abb. in princ. Butr. in cap. quintauallis num. 19. de iure iur.* vbi si partes se obligant
2 stare † sententiæ Iudicis, videntur renuntiasse appellationi. *Milis. in repert. verbo si appellare non potest in addit. Ruginell de appell. §. 9 gloss. 1. cap. 1. nu. 25. & 44. vers. tacite. Lancell de attent. par. 2. cap. 12. ampl. 2. num. 14. & seq.* & ideo stante dicta renun-
3 ciatione, † sententia debet exequi, cum nihil aliud post se nisi executionem expectet. *l. 2. l. si vt proponis. l. executorem. C. de execut. rei iud. l. 1. ff. de re iudic.*

Non obstat quod Rota non exequatur sententias
4 aliorum Tribunalium, † nisi docto de iustitia; quia hic non apparet huiusmodi mobilia esse subiecta fideicommisso antiquo; & si doceretur in eodem fi-
5 deicommisso adfuisse similia mobilia, † non releuaret, cum sint lapsi 60. anni, & ideo præsumuntur cōsumpta. *l. mulier. § sed etiam ff. ad Trebell. Afflict. decis. 27. Peregr. de fideicomm. art. 10. num. 39. & seq.*

Neque etiam obstat quod sententia sit indiuidua, & ideo

6 & ideo sicuti est † permissa appellatio, quoad stabilia, quia non est locus Ægidianæ cum persona Ecclesiastica sit in causa, ita etiam debet dari † appel-
7 latio quoad bona mobilia; quia cum sententia sit
8 lata per capitula separata, tot dicuntur † sententiæ, quot capita *Card in cap. cum inter num. 2. Bellam. num. 10. de re iudic. Castren. in l. 1. nu. 8. C. si aduers. rem iudic. & ibidem Salyc. num. 3.*

Neque obstare videtur quod capitulum bonorum mobilium contineat etiam fructus, quia illi ve-
9 niunt † appellatione bonorum mobilium. *Molignat. de appellat. verbor. num. 734.* & cum decretum, & obligatio sit de bonis mobilibus non videtur restricta ad mobilia domus.

Quantum attinet ad secundam difficultatem, licet Domini de Pinna se obligauerint de restituendo ad omne mandatum Domini Gubernatoris, tamen
10 non propterea sequitur in hoc casu, † quod obligatio sit restricta ad mandatum Domini Gubernatoris, prout videtur disponere *textus in l. cum apud. ff iudicat. solu.* & ideo cum R.P. D. Montius fuerit per A.C. subrogatus in locum D. Gubernatoris Pe-
11 rusiæ in prima instantia, perinde † est, ac si coram ipso dicta obligatio facta fuisset. *l. proponebatur. 76. ff. de iudic. Specul. de Iudic. deleg. §. excipi. vers. sed quid si plures. num. 23. Bart. in d. l. cum apud ad fin. in tertio casu. Thesaur. dec. 202. num. 11.*

Et cessat omnis difficultas, quia Domini de Pinna obtinuerunt causam auocari, & committi R.P.
12 D. Montio per A.C. vnde ex facto suo † non debent in alterius præiudicium lucrum reportare. *l. nam satis. §. fin. ff. quemadmod. seruit. amitt. l. si quis in suo. §. legis. C. inoffic. testam. cap. non debet. de reg. iur. in 6. Surd. cons. 173. num. 84. & in puncto est decis. Veralli 67. incip. Angelus Episcopus, in vers. Domini in dicta causa Nucerina lib. 2. in manuscr.*

13 Neque obstat, quod quando nomen † Iudicis est expressum, contrarium videtur dicendum *Menoch. cons. 119. num. 9. & seq. Thesaur. d. decis. 202. nu. 15.* Quia hic non videtur expressum nomen Iudicis,
14 sed solum † nomen officij, scilicet Gubernatoris, vt considerat *Ægid. decis. 353* & in omnem euentum aut intrat subrogatio R. P. D. Montij, & expressio nominis Iudicis nihil facit per supradicta. Aut non
15 intrat, & cum mutatio Iudicis † facta fuerit ad instantiam Dominorum de Pinna, non debent ex facto proprio lucrum reportare, vt dictum est.

Et ita conclusum vna tantum parte informante, &c.

R. P. D. V B A L D O.

Ferrarien. de Tassonis.

Veneris 18. Februarij 1622.

A R G V M E N T V M.

Statutorum dispositionibus, vt dicatur derogatum, an sufficiat derogatum per clausulas generales, vel requiratur specifica derogatio, & agitur de Statuto Ferrarien. lib. 2. cap. 142. in quo cauetur, vt legitimatus sub quauis forma, ac verbis derogatorijs non possit succedere agnatis, nisi constet de eius consensu in legitimatione.

S V M M A R I V M.

1 *Statutorum derogatio non censetur facta per clausulas generales. & num. 4.*
2 *Statuto tunc multò minus censetur derogatum per clausulas generales, si habeat clausulam derogatoriam ad actus futuros.*
3 *Clausulæ derogatoriæ necessaria est mentio, vt illi censeatur derogatum.*
5 *Statutum ordinans, ne quis legitimetur sine consensu eius, de cuius successione agitur, est satis iuri consonum, & rationabile.*
6 *Derogatio debet restringi ad casum expressum.*
7 *Derogatio limitata, limitatum debet producere effectum.*
8 *Derogatio tamquam res odiosa vltra casus expressos non debet extendi.*
9 *Dictio taxatiua, dumtaxat, excludit quamlibet aliam extensionem de casu ad casum.*
10 *Legitimatus quādo est habilitatus ad successionem agnatorum, debet id intelligi secundum formam statutorum, si eis non fuerit derogatum.*
11 *Statuto, quando cauetur, vt legitimatus succedere tantum debeat ad bona eorum agnatorum, qui consensum præstarunt legitimationi.*
12 *Intelligi debet, de eis agnatis, qui sunt nati de tempore legitimationis, non autem de non natis.*
13 *de Statuti intelligentia quærere aliud est, & aliud an illi fuerit per quamcumque derogationem derogatum.*

D E C I S I O C C C X L V I I.

STATVTO Ciuitatis Ferrariæ lib. 2. rubr. 142. cauetur nullum non natum ex legitimo matrimonio, etiam legitimatum cum quacumque clausula, vel forma, etiam quibuscumque verbis derogatorijs roborata, aut priuilegio, posse, aut debere succedere patri ab intestato, vel alteri agnato, nisi legitimatus fuerit de voluntate, aut consensu expresso patris, vel agnati, de cuius hæreditate agitur, extantibus filijs, aut alijs agnatis legitimis, & naturalibus, qui de iure succedere possent, & deberent personæ prædefunctæ. Comes autem Camillus de Tassonis prætendit successionem in bonis Marchionis Herculis ab intestato defuncti, vigore alterius Statuti Ferrariensis, quod vocat agnatos vsque ad quartum gradum, exclusis fœminis, & cum fuerit legitimatus per Ducem Ferrariæ, & per fel. rec. Gregorium XIII. fuit dubitatum, An per dictas legitimationes fuerit sufficienter derogatum prædicto Statuto rubr. 142. quod etiam fuit reseruatum videre, si opus esset in decisione in hac causa facta 14. Iunij præteriti, & sic distinctè proceden. & separatim de ordine DD. quoad singulas legitimationes, quantum ad legitimationem Ducis fuit resolutum, per eam non fuisse sufficienter derogatum Statuto, duplex enim in hac legitimatione legitur derogatio, altera generalis in vers. volentes vbi Dux mandat Comitem Camillum in omnibus, & per omnia indifferenter legitimum esse, & pro legitimo haberi, &c. omnis Iuris ciuilis canonici municipalis, aut consuetudinarij, & hominū opinionis obstaculo penitus, & in totum remoto, quæ derogatio non fuit sufficiens ad Statutū, de quo agi-
1 tur, quia cum de eo † non fuerit facta specialis mentio non comprahenditur sub clausulis generali-

ralibus, *Lup.de illegit.conſ.3. §.1. num.10. verſ. de-*
2 *mum*, præſertim cum ſtatutum† habeat clauſulam
derogatoriam ad futuras legitimationes, vnde iſtius
clauſulæ derogatoriæ neceſſaria erat mentio in legi-
3 timatione, †vt illi cenſeretur derogatum, *Bart.in*
l.ſi quis in princ, num.10. ff.de leg.3. Iaſ.in l.ſi mi-
bi, & tibi. §.in legatis num.12. ff.de leg.1. Aym.conſ.
126.num,3. Rip.in cap.1.num.54.in fin. de reſcript.
Menocb.conſ.36.num.56. Barz.deciſ.Bonon.117.nu-
mer.41. Cæſ. de Graſſ. deciſ.1.num.1. & 2. vbi de
communi de teſtam. Pat.deciſ.308. num.4.lib.3 Rot.
deciſ.122. num.1.& 2-par.1. diu. & in Romana
de Comitibus coram R.P.D. meo Pironano, quæ eſt
deciſ.761.num.1. & 2.par.2. in rec. Rim. iun. conſ.
64.num.122 lib.1. & in terminis huius ſtatuti conſ.
79.num. 30.& ſeq eodem lib.

Altera fuit derogatio contenta in illis verbis, non
obſtan. aliquibus Legibus, & Conſtitutionibus Ca-
nonicis, ciuilibus, & municipalibus, & prætorijs, ſta-
tutis, priuilegijs, ſeu beneficijs, conceſſinoibus, aut
4 ordinationibus, vel alijs quibuſcumque, quæ †etiam
derogatio hucuſque eſt generalis, quæ non ſufficit ex
prædictis, ſed illa reſtringitur ex ſequentibus, quibus
inquit, caueatur, quod naturales, aut ſpurij, vel in-
ceſtuoſi copulatiuè, vel diſiunctiuè vel aliter de illi-
cito, & damnato coitu procreati, vel procreandi
non poſſint, nec debeant legitimari ſine conſenſu, &
voluntate eorum, qui ad ſucceſſionem vocarentur,
ex quibus patet Ducem derogaſſe ſtatutis prohiben.
filios legitimari ſine conſenſu eorum, qui poterant
concurrere cum legitimato, & illum à ſucceſſione
excludere, non autem ſtatuto, de quo nunc tractatur
in quo prohibentur legitimari ſine conſenſu eorum
5 de quorum ſucceſſione †agitur, quod ſtatutum eſt ſa-
tis iuri conſonum, & rationabile, *ex adductis per Al-*
ciat.conſ.5. num.28. lib.4. & conſ.14. nu.7. & conſ.
ſeq. num.2. verſ. non obſtat lib.9. Carpan.ad ſtatut.
Mediolan. tom.1. cap.456. num 119.& ſeqq. Surd.
6 *conſ.337.num.27. & ſeqq. lib.3.* & ſic derogatio de
qua in verbis ſupra relatis †eſt limitata ad caſum ibi
expreſſum, nempe ad legitimatum ſine conſenſu eo-
rum qui ad ſucceſſionem vocarentur, vnde quoad il-
7 los tantum debet† derogatio limitatum producere
8 effectum *l.in agris. ff.de acquir.rer. dom.* nec debet
tanquam odioſa extendi ad † alios caſus *Cephal.conſ.*
186.nu 67.& ſeq. & in his terminis *Alciat. conſ.41.*
num.11.lib.5. quod etiam ipſum ſuadetur ex verbis,
& ſeqq. ibi, quibus omnibus & ſingulis quatenus ſit
de præmiſſis, & reſpectu præmiſſorum dumtaxat ex-
preſsè derogamus &c. ponderan. verba illa reſtricti-
9 ua reſpectu præmiſſorum, † & taxatiuam dumtaxat,
excludit quamlibet extenſionem de caſu ad caſum,
Natt.conſ.78. num.3. cum alijs per Gonz. ad reg.8.
gloſſ.43. num.24.

Non obſtat, quod Comes Camillus fuerit habili-
tates ad ſucceſſionem, quia intelligitur de ſucceſſio-
10 ne †agnatorum conſentientium, iuxta formam dicti
ſtatuti, cui non fuit derogatum ex ſupra allegatis.

Non obſtat, quod ſtatutum ſit intelligendum de
11 conſenſu eorum, † qui tempore legitimationis viue-
12 bant, & ſic poterant præſtare conſenſum, † non au-
tem de non natis, qualis erat Marchio Hercules pa-
ter DD. Claudiæ, & Beatricis, quæ ſunt in cauſa, vt
fuit deductum in deciſione 14. Iunij præteriti, quia
quicquid ſit de hoc de quo latè per *Rim.iun. d.conſ.*
79.num.1.iuncto num.17.& ſeq. dicebatur eſſe extra

13 dubium, cum aliud ſit † quærere de intelligentia
ſtatuti, aliud an illi fuerit derogatum, de quo tan-
tum vnus agitur, & negatiuè fuit ex ſupra deductis
reſolutum.

Et ita fuit deciſum &c.

☞ *Hoc dubium in præſenti deciſione diſputatum fuit reſeruatum in altera deciſione in hac cauſa facta ſub die 14.Iunij præcedentis anni 1621. eſt ſupra in hoc Tomo deciſio 297. & infra habetur alia deciſio, quæ eſt confirmatoria huius ſub die 2.Iunij ſequentis anni 1623.*

REVERENDISS. PIROVANO.

Romana Salarij.

Veneris 18. Februarij 1622.

ARGVMENTVM.

Mandatum, quando non poſſit eſſe gratuitum, itaut mercedem mandatarius poſſit prætendere. Reformatio fel.rec. Pauli V. ſtatuens, vt procuratores, & ſollicitatores non poſſint petere ſalariũ, niſi conuentum, an habeat locum etiam in illis cauſis, quæ procuratoribus demandatæ fuerunt ante reformationẽ. Inter principalem, & procuratorem, quando dicatur conuentum de mercede, & an dicta reformatio requirat, vt expreſsè conueniatur de certa mercede, vel an ſufficiat promiſſio in genere.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum non poteſt eſſe gratuitum concurrente qualitate ſuſcipientis mandatum, qui ſolitus eſt locare operas ſuas, & neceſſitate mandantis conducendi operas.*

2 *Determinatio vna, eademq. iuris non debet diuerſo iure cenſeri, & num.6.*

3 *Interpretatio ea ſumenda eſt, quæ omnibus pariformiter conueniat, etiamſi in altero eſſet in aliqua parte diuerſa ratio, & vnum altero eſſet fauorabilius.*

4 *Procurator poſt acceptatum mandatum ſemper tenetur illud exequi in quacumque ſui parte ſub periculo præſtandi omnia damna, & intereſſe, & num.11.*

5 *Procuratori liberum quidem eſt, mandatum ſuſcipere, vel recuſare; ſuſceptum tamen aſtrictus eſt illud executioni demandare.*

6 *Procuratores, & ſollicitatores ſecundum reformationem fel.rec. Pauli Papæ V. non poſſunt petere ſalarium, niſi conuentum, & num.15.*

7 *Lex futura, & non præterita reſpicit.*

8 *Lex noua comprehendit etiam præterita reſpectu effectuum futurorum.*

9 *Lex noua non comprehendit actum de futuro, data cõnexitate, & dependentia ab actu de præterito.*

10 *Mandati ſucceſſiui dependentia non poteſt à ſuo principio, & origine ſeparari.*

12 *Lex dum emanat ad declarationem iuris dubij, tũc etiam cõprehendit actus præteritos, non executos.*

13 *Salarium licet de iure non reperiatur cautum, vt non conuentum, non debeatur, tamen id non dicitur dubium, ſtante interpretatione DD. quod concurrentibus quibuſdam requiſitis debeatur, quamuis non conuentum.*

14 *Ius etiam illud dicitur certum, quod deſumitur ex communi Doctorum opinione.*

 16 *Verba*

16 *Verba directa in personam solitam aliquid facere, qualiter veniant iudicanda, & num.17.*

18 *Verba curialia regulariter non solent obligare, nisi quoad antidoralem obligationem.*

19 *Verba non dicuntur curialia, si tractetur præstandi alicui iustam mercedem propter suos labores.* Decis.238.num.3. par.1.recent. *quo in casu loquatur. num.19.*

20 *Lex dum requirit aliquid, vt expressè fiat, ei non dicitur satisfactum si illud tacitè fiat.*

21 *Reformatio san.mem.Pauli V. dum disponit, vt procuratores non possint petere salarium, nisi constet de expressa conuentione, non desiderat conuentionem expressam quoad quantitatem, sed in genere.*

22 *de Salario inter partes potest conueniri super aliquo opere absque expressione, cum semper intelligatur de mercede iusta secundũ labores, & seruitia.*

23 *Salarium non debetur, quando propter pollicitationem, quod est verum, quoad agendum per viam actionis ex mandato resultantem.*

24 *Sed non tollit officium Iudicis, quod propriè versatur in determinanda quantitate in genere promissa respectiuè ad labores, tempus, & quantitatem seruitiorum.*

DECISIO CCCXLVIII.

IAM fuit resolutum * salarium deberi D.Spinolæ pro negotijs R.P.D. Leyuæ cœptis ante reformationem Sanctiss. mem. Pauli V. reseruãdo de alijs videre, super quibus cum hodie dubitaretur, dictum fuit salarium etiam deberi post reformationem pro causis, de quibus in litteris 12. Augusti 1614. 3.Februarij, & 29.Aprilis 1615. ab eodem D. Spinola in summ.datis, reseruando pariter de alijs videre.

Fundamentum decisionis ex eo deductũ fuit, quod cum R.P.D. Leyua vsque de anno 1606. & sic ante reformationem dedisset mandatum D. Spinosæ tàm ad lites motas, quàm mouendas, sicuti mandatum
1 non potuit esse gratuitũ in causis † iam motis, concurrentè qualitate suscipientis mandatum, qui solitus erat locare operas suas, & necessitate mandantis cõducendi operas, *Put.decis.44.num.2.lib.2. cum alijs allegatis in decisione in hac causa facta sub die 30. Aprilis præteriti*, ita in causis mouendis gratuitum
2 esse non debuit, † ne vna, & eadem iuris determinatio quoad mandantis voluntatem, ac suscipientis deliberationem diuerso iure interpretetur quoad lites motas & altero modo quoad mouendas, *contra l.iam hoc iure. ff. de vulg. l.quamuis, & l hæreditatem. C.de impub. Menoch. post alios cons.88.nu.19. Becc.cons.101.num.65. Surd.cons.31.nu.15. & cons.45.num.37. & cons.150. num. 17.* dicentes sumendam esse interpretationem, quæ † omnibus pariformiter cõueniat etiamsi in altero esset in aliqua parte diuersa ratio, vel vnum altero esset fauorabilius, & nisi æqualiter quoad lites motas, & mouendas fieret determinatio, diuerso iure dicendum esset D. Spinolam mandatum suscepisse quoad motas tanquam certum de sua mercede, & quoad mouendas incertum, & tamen eiusdem procuratoris mandatum voluntariè suscipiẽtis eadem debuit esse obligatio quo-
4 ad mouendas, prout quoad motas, † cum semper teneatur post acceptationem illud exequi in quacumque sui parte sub periculo præstandi omnia damna & interesse, *l.idemq. §. si procurator. l. si tibi mandauero. §. sicut. ff.mandat. §.mandatum, instit.eod. tit.mand. Surd. post Stracc. Rota Ianuen. Ruin. & alios decis.304. num.5.* dicens, liberum quidem esse
5 † procuratori mandatum suscipere, vel recusare, susceptũ tamen exequutioni demandare, & ideo qua ratione defensionem mouendarum iam susceptam recusare non poterat, & mandatum susceperit con-
6 templatione locationis operarum suarum non † videtur posse diuerso iure determinari, aut diuidi qualitas suscepti mandati.

Non obstat eadem reformatio per quam cauetur
7 quod † procuratores, & sollicitatores non possint petere salarium, nisi conuentum, quæ reformatio dicebatur comprehendere præterita respectu effectuum
8 † futurorum, prout erant causæ mouendæ, quæ post reformationem motæ fuerũt *gloss.in clem.2. in verb. imposterum, & de ætat. & qualitate, Felin.in cap. quoniam num.11. de constit. Cassad.decis.3.num.17. de præben.*

Quia fuit primo responsum conclusionem procedere, nisi illa negotia essent connexa cum mandato, sed data connexitate, & dependentia ab actu de præterito, prout in præsenti superius consideratum fuit,
9 † tunc lex noua non comprehendit actum de futuro, vt idem *Felin.declarat in dicto cap. quoniam nu.11. vers.secunda declaratio. Bart. in l. omnes populi numer.44. vers.aut actus perfectus.ff.de iust.& iur. cũ alijs allegatis per Honded. cons. 16.num. 16. & 17. vol.1.* Nec potest separari dependentia, & connexi-
10 tas mandati † successiuũ à sua origine, & principio ex eo, quod salarium, vel obligatio illud consequẽdi pendeat ab actu præstando post reformationem, nempè à laboribus futuris, & ab illis recipiat complementum, & perfectionem, quia semper durat obli-
11 gatio suscepta per D.Spinolam ex † generali acceptatione mandati continentis causas motas, & mouendas itaut labores, & seruitia præstita non sint consequutiua voluntarij seruitij, quod esset separabile, & diuiduum, sed necessarij producti à sua causa, & origine, & pariter alia replicatio non erat concludens, quod emanasset reformatio ad declarationem
12 † iuris dubij, & per consequens comprehenderet casus præteritos non exequutos secundum eundem *Felin.in d cap.quoniam nu.4. & Feder. de Sen. cons. 112. num.2.* quia verè de præambulo iure dubio, & perplexo quoad hanc materiam non constabat, nam
13 etsi expressè † iure cautum non reperiatur, quod salarium non conuentum non debeatur, tamen sufficit quod ita cõmuniter interpretetur per Doctores concurrentibus requisitis, de quibus *in 1. decis. in hac causa facta*, cum & illud ius certum dicatur, quod
14 est desumptum † ex communi Doctorum opinione, vt ponderatum fuit *in causa Oriolen. Canonicatus 11.Martij 1619. coram R.P.D. meo Remboldo.*

Secundo principaliter fuit responsum, quod nec
15 etiam conuentio ab ipsa reformatione † requisita deficit, quia litteræ supradictæ sufficienter videbãtur conuentionem indicare, ponderando primam in illis verbis: *Se V.S. guadagna il dubbio della manutentione, sarebbe vna gran cosa, per la quale offerisco à V.S. vna buona mancia, oltre il resto.* Et in secunda. *V.S. ha da essere giustamente premiato,* & in tertia. *Di tutto offerisco à V. S. vna buona mancia, la quale desidero darli insieme con questa delli Thesoreria,* quæ verba, *oltre il resto, e giustamente premiato*
16 vti directa † in personam solitam locare operas suas, & præcedente titulo habili ad suscipiendum labores

bores ex mandato suscepto tunc cum ad aliam causam non probentur prolata, pro mercede laborum promissio erit iudicanda non autem in causam possibilem non expressam, *ita gloss. Bart. in l. cum quid. nu. 11. ff. si cert. pet. & alij relati per Surd. cons. 24. num. 3. 4. & 16. lib. 1.* qui in consimilibus terminis 17 videntur terminare † cōcurrentibus indicijs præambuli tituli, vt magis illa causa tribuatur, quam alteri titulo euentuali.

Neque obstat, quod illa verba sint magis curialia, 18 quæ † regulariter non solent obligare, nisi quoad antidoralem obligationem, vt in his terminis fuit dictum *in Oscen. salarij coram Card. Lancellotto inter impress. 238. num. 3. par. 1. in rec.* quia hodie non agitur ad consequendum pingue honorarium promissū, 19 quo in † casu illa decisio loquitur, sed ad iustam mercedem obtinen. quæ colligitur ex verbis, *giustamente premiato*, & litteris potest declarari, vt sensit *Rota in Romana mercedis 10. Martij 1599. coram eod Card. Lancellotto.*

Et si dicatur quod nihilominus verba illa non exprimunt conuentam mercedem, sed inferunt tacitam 20 per quam † non est satisfactum Constitutioni reformatoriæ loquenti de expressa conuentione, vt per *Tiraquell. in tract. le mort saisit le vif in 10. declar. 2. par. num 7.*

Potest responderi quod Constitutio non desiderat 21 conuentionem expressam † quoad quantitatem, sed in genere, quod de salario sit conuentum, de quo po- 22 test conueniri absque expressione, † cum semper de mercede iusta secundum labores, & seruitia intelligendum sit.

Nec refert quod saltem ista sit certa pollicitatio, 23 † per quam salarium non debetur *l. salariū. C mand. l. qui mutuum. §. salarium. ff. eodem*, quia quoad agendum per viam actionis ex mandato resultantem conclusio posset procedere, sed non tollit officium 24 Iudicis † quod propriè versatur in determinanda quantitate in genere promissa respectiuè ad labores, tempus, & quantitatem causarum, vt ponderatum fuit *in d. Romana mercedis 10. Martij 1599. coram bo. me. Card Lancellotto iuniori.* Et ita &c.

☞ *Videlicet sub die 30. Aprilis præcedentis anni 1621. est supra in hoc Tomo decisio 280.*

REVERENDISS. MERLINO.

Terracinen. Bonorum.

Lunæ 21. Februarij 1622.

ARGVMENTVM.

Aegidiana regulariter loquendo, quādo intret, & quādo cesset. Mandatum dum reperitur decretum, nisi ad primam cum intimatione, si reperiatur relaxatio absque dicta intimatione, & productione in actis, saluari non potest à vitio nullitatis. Nullitas defectus actionis iudicij arguit notoriam iniustitiam. Interdictum, quorum bonorum, vt intentari possit, quid requiratur, & qualiter sit formandus eius libellus.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana regulariter intrat, quando sumus in mero possessorio, & inter personas laicas, & super re prophana.*

2 *Aegidiana non suffragatur, quando sententia, seu decretum latum in possessorio nullitatibus manifestis laborat.*

3 *Decretum si reperiatur relaxatum, nisi ad primam cum intimatione, dato dictam intimationem non fuisse factam, & mandatum relaxetur, non dicitur validè relaxatum.*

4 *Possessionem, quando Iudex ad se auocauit, & pars huiusmodi auocationi acquieuit, tunc possessio dicitur vacans.*

5 *Interdictum, quorum bonorum, intrat quando duo contendunt de possessione, vnde non intrat, nisi aduersarius possideat.*

6 *Decretum latum in iudicio sine actione est ipso iure nullum.*

7 *Iudex si nullo præuio iudiciali ordine procedat, nulliter sine dubio procedit.*

8 *in Interdictis omnibus necessario est Iudici offerendus libellus, præsertim vbi adest contradictor.*

9 *in Interdicto, quorum bonorum, est offerendus libellus.*

10 *Citatio, quando non possit deseruire pro libello.*

11 *Libellus in principio litis emanare debet.*

Monitorium successit loco libelli. num. 11.

12 *Interdictum, quorum bonorum est remedium adipiscendæ.*

13 *in Libello interdicti, quorum bonorum, verba libelli, & sententiæ concipiuntur pro restitutione possessionis, quemadmodum in possessorio recuperādæ.*

14 *in Interdicto, quorum bonorum, verba libelli debent cōcludere restitutionem possessionis defuncti. & condemnationem possessorum, ad illam relaxandam, & restituendam.*

15 *Libelli forma in interdicto, quorum bonorum, qui eam designet.*

16 *Nullitates in Rota non attenduntur, nisi proueniant ex defectu citationis, mandati, & iurisdictionis.*

17 *Intimationis defectus videtur esse verus defectus citationis.*

18 *Intimatio citationi æquiparatur.*

19 *Iudex si decretum relaxet, cum conditione vt prius pars intimetur, tunc tale decretum non officit, antequam pars intimetur, & in actis intimatio producatur.*

20 *Nullitas defectus actionis iudicij intentati arguit notoriam iniustitiam.*

21 *Libellus, quando est nullus, vel ineptus ad iudicium intentatum, tunc Iudex perperam procedit.*

22 *Sententia, seu decretum, dum non iustificatur ex actis, nedum est nullum, sed etiā notoriè iniustū.*

23 *Aegidiana non intrat, quando quis est notoriè grauatus.*

24 *Aegidiana in casu notorij grauaminis permittit appellationem.*

25 *Nullitas ex defectu citationis, seu intimationis semper obstat.*

26 *Clausulæ, constituti, effectus dubium an egrediatur personam constitutariam, & ad illius hæredes possit transire.*

27 *Clausula, constituens, apposita post clausulam cessionis iuris, qualiter sit extendenda.*

DECISIO CCCXLIX.

CENSVERVNT Domini nō esse locum Aegidianæ, quamuis enim mandatum de associando decretum, & relaxatum à R. P. D. Alpherio sit in mero

1 mero possessorio, † inter personas laicas, & super re
prophana, & his concurrentibus regulariter intrat
Aegidiana, Card. Seraph. dec. 603. n. 1. Rota decis. 112.
num. 2. par. 3. diuers. & decis. 150. num. 2. & 324. nu-
mer. 3. par. 2. recent.

Attamen cum prædictum mandatum de associan-
2 do nullitatibus, † & quidem manifestis laboret, præ-
dicta Cardinalis Aegidij constitutio non videbatur
suffragari, Gabr. cons. 44. num. 15. lib. 1. Menoch. de
adipiscen. remed. 4. num. 800. Contard. de Aegidiana
q. 4. num. 6. Card. Mantic. decis. 33. num. 2. Rota decis.
391. num. 6. par. 2. rec.

Nullitates autem deducebantur, quia dictũ man-
datum de associando, vt in summ. Diambræ num. 5.
decretum fuit cum clausula; nisi ad primam, cum
3 intimatione, quæ tamen nedum fieri debuit, sed etiã
in actis erat reproducenda, itaut ea non facta, & re-
producta, nec dictum mandatum validè relaxari po-
tuerit, nec hodie exequutioni demãdari valeat, DD.
in cap. multum interest. ff. de cond. & demonstr. Put.
decis. 168. lib. 1. in nou Card. Seraph. decis. 1100. nu. 9.
& Rota decis. 725. num. 8. par. 2. in rec. & in Late-
ranen. seu Romana pensionis 29. Aprilis 1619. coram
R.P.D. meo Vbaldo.

Alia etiam nullitate notabatur decretum, quia
ipsimet informantes pro Diambra acerrimè impu-
gnabant prætensionem Cinthij asserentis, possessio-
nem ipsam fuisse vacantem. Et hoc potissimum vi-
4 debatur sustineri, † quia idem Iudex prius auocaue-
rat ad se possessionem, & huiusmodi auocationi Diã-
bra acquieuerat, vt in summ. eiusdem Diambræ nu-
mer. 4. Interdictum autem quorum bonorum, quale
5 fuit à Diambra intentatum, † tanquam inter duos
contendentes de possessione dictum non competit,
nisi aduersarius possideat, Bart. in l. fin. §. sin ali-
quis. vers. hodie quod beneficium. C. de edict. Diu.
Adr. toll. Aretin. in §. quadrupli num. 26. vers. aduer-
tas tamen. instit. de action. Rip. in cap. hoc interdictũ.
num. 12. ff. quorum bonorum. Achill. Personal. de in-
terdict. quor. bonor. nu. 516. Peregr. de fideicom. art.
46. num. 25. & Menoch. de adipisc. remed. num. 47. &
48. ab hac opinione non recedit, quamuis ei ratio
ab Aretin. assignata arridere non videatur, decretum
6 vero † latum in iudicio sine actione moto est ipso iu-
re nullum, Alex. cons. 136. num. 9. lib. 2. Becc. cons. 45.
num. 39. lib. 1. Gabr. cons. 44. num. 15. lib. 1. & sequu-
ta est Rota in Beneuentana saluiani 1. Februarij
1619. coram R.P.D. meo Buratto.

Quibus & tertiam adnectebant nullitatem, quod
scilicet nullo præuio iudiciali ordine, immo nec † ia-
7 cto libelli fundamento Iudex mandatum decreuit, &
8 relaxauit, & tamen sicut in omnibus interdictis † ne-
cessario libellus est offerendus, præsertim vbi adest
contradictor Bald. in l. fin. num. 44. C. de edict. Diu.
Adr. tollen. Corn. ibidem nu. 28. Menoch. de adipisc.
remed. 4. num. 469. ita & interdicto, quorum bonorũ,
9 † exhibendum esse signanter firmant Bart. in d. l. fin.
num. 15. Aretin. in eod. §. quadrupli num. 38. instit.
de action. Menoch. de adipisc. remed. 1. num. 88.

Nec citatio illa, in qua Diambra petit associari ad
10 census, & bona stabilia, † potest inseruire pro libel-
lo, tum quia initio iudicij non emanauit prout in
11 principio libellus, † siue monitorium, quod est loco
libelli, fieri debet, & solet, sed fuit postremus actus,
quem immediatè subsecutum fuit Iudicis decretum.
Tum etiam quia ineptus fuisset libellus, dum in ea
12 citatione petebatur associatio, † quamuis enim in-
terdictum, quorum bonorum sit remediũ adipiscen-
dæ, vt in eo tamen verba libelli, & sententiæ conci-
13 piuntur pro restitutione possessionis † quemadmodũ
in possessorio recuperandæ, Bart. in l. 1. num. 4. & 5.
ff. quor. bonor, Alex. cons. 70 nu. 11. lib. 6. Afflict. de-
cis. 14. in fin. Peregr. de fideicom. art. 46. num. 36. &
14 debent concludere † restitutionem possessionis de-
functi, & condemnationem possessorum ad illam re-
laxandam, & restituendam Specul. de testam. §. nunc
dicendum num. 1. Aretin. in d. §. quadrupli nu 42. in-
stit. de act. Menoch. de adipisc. remed. 1. nu. 94. & for-
15 ma † libelli in interdicto quorum bonorum designa-
tur à Salust. in praxi iudici. lib. 2. cap. 4. tit. de modo
procedendi in remedio interdicti quorum bonorum.

Nec prædictæ nullitates videntur posse sanari in
Innocentiana, & reformatione fel. recor. Pauli Quin-
16 ti, quibus cauetur, nullitates † attendi non debere,
nisi proueniant ex defectu citationis, mandati, & iu-
17 risdictionis, quoniam prima † deducta ex omissa inti-
matione videtur verè ex defectu citationis, cum in-
18 timatio citationi † æquiparetur, & Iudex noluerit
decretum † relaxationis dicti mandati de associando
19 officere posse antequam † intimatio ipsa facta esset,
& in actis reproducta ad dictã decisionem 1100. nu-
mer. 9. Card. Seraph. & decis. 725. num. 8. & 9. par. 2.
in recent.

Aliæ verò nullitates videntur etiam inferre noto-
20 riam † iniustitiam, dum ex illis deprehenditur de-
fectus actionis intentatæ à Diambra, ex quo ei non
competebat interdictum, quorum bonorum contra
21 Cinthium, & † libellus, vel nullus, vel ineptus erat
22 ad illud iudicium, & consequenter cum † decretum
non iustificetur ex actis, nedum fuit nullum, sed etiã
notoriè iniustum, vt benè in simili fuit consideratum
in dicta Beneuentana saluiani 1. Februarij 1619. co-
ram R.P.D. meo Buratto. Et ideo etiam, cum à tali
decreto nullo, & iniusto Cinthius fuerit grauatus
23 † notoriè, non intrat Aegidiana, illa enim quæ est in-
ter Constitutiones Marchiæ lib. 6. cap. 2. in casu no-
24 torij † grauaminis permittit appellationem, & mil-
lies dixit Rota præsertim in illa Fanen. saluiani 14.
Ianuarij 1611. coram S.D.N. quæ est decis. 324. nu-
mer. 3. par. 2. in recent. & decis. 392. num. 6. eadem
par. 2. recent.

Minus videbatur quod Diambra posset declinare
prædictas nullitates ob prætensam clausulam consti-
tuti, de qua in instrumento dotali, quoniam vltra
25 quod adhuc semper † obstaret prima nullitas deducta
ex defectu intimationis, & forsan etiam dubitari pos-
set, quod ipsius constituti effectus Zenobiæ constitu-
26 tariæ † personam egredi, & ad illius hæredes transi-
re non potuerit, iuxta opinionem Castr. cons. 59. nu-
mer. 3. lib. 2. Alex. cons. 161. nu. 2. lib. 6. Cassan. cons.
59. num. 17. Cagnol. in l. contractus num. 27. vers. &
nota quod mortuo. ff. de reg. iur. Grauett. cons. 437.
num. 4. Domini existimarunt dictam prætensam cõ-
stituti clausulam in instrumento dotali non adesse, &
27 clausulam illam constituens &c. † tanquam apposi-
tam post clausulam cessionis iurium extendendam
esse, vt importet constitutionem procuratoris tanquã
in rem propriam, non autem constitutum, vt patet
ex formulario.

Et ita vtraque parte informante.

RE-

REVERENDISS. COCCINO.

Romana prætensæ deuolutionis Domorum.

Lunæ 21. Februarij 1622.

ARGUMENTUM.

Emphyteusim si quis obtinuerit pro se, & persona ab eo nominanda, dato, quod ea deueniat ad eius creditorem per subhastationem &c. ipse creditor succedit in personam illius non solum quo ad rem ipsam, sed etiam, quo ad conditiones, & pacta, ac Dominus directus dicitur approbasse talem trãslationem, si eius occasione recipiat laudemium. Hæredis institutio habet vim nominationis ad emphyteusim, & quid si emphyteuta habeat solum facultatem nominandi vnam personam, si instituat plures hæredes vtrum primus institutus censeatur nominatus, vel an proprietarius possit gratificari, cui voluerit.

SUMMARIUM.

1 *Creditor si succedat in bonis debitoris, dicitur successisse in locum, & personam ipsius, nedum quoad rẽ ipsam, sed etiam, quoad conditiones.*

2 *Dominus directus dicitur approbasse subhastationem rei emphyteuticæ, dum ab eo, ad cuius fauorẽ res fuit deliberata, recepit laudemium.*

3 *Laudemium recipiendo Proprietarius ab eo, qui emphyteusim habuit per subhastationem, videtur eum de nouo inuestire.*

4 *Et quamuis censeatur simpliciter consensisse subhastationi, tamen censetur consensisse iuxta naturã vltimæ inuestituræ.*

5 *Emptor rei emphyteuticæ per subhastationem potest se tueri iure nominandi concesso eius debitori.*

6 *Inuestitura facta pro se, & hærede semel nominãdo valet.*

7 *Inuestitura simpliciter à Domino concessa, intelligitur secundum formam consuetam.*

8 *Decis. in Romana deuolutionis domus 7. Maij 1599 coram bo. me. Penia in quibus terminis loquatur.*

9 *Clausulæ generales non referuntur ad ea, quæ sunt specialiter conuenta.*

10 *Hæredis institutio habet vim nominationis ad emphyteusim.*

11 *Emphyteuta habens facultatem nominandi vnam personam ad emphyteusim, dum instituit plures hæredes, primus institutus censetur nominatus.*

12 *Et vtrum Dominus directus in hoc casu possit gratificari cui voluerit.*

DECISIO CCCL.

DUBITAVI an esset locus deuolutioni domorum, quæ fuerant concessæ in emphyteusim Laurentio ad eius vitam, & vnam nominationem tãtum. Hoc dubium habet duas inspectiones. Prima est, vt videatur, an Propertius creditor Laurentii, ad cuius fauorem domus fuit subhastata, successerit in locum Laurentij. Secundo quatenus sic, an constet de sufficienti nominatione.

Quantum attinet ad primam difficultatem, fuit dictum, Propertium successisse in locum, & perso-
1 nam Laurentij, itant † ne dum; Domus ad ipsum spectauerit, sed etiam potuerit aliũ nominare, iuxta tenorem inuestituræ factæ Laurentio; quia Rector
2 approbauit subhastationem ad fauorem dicti Propertij, recipiendo Laudemium, & ideo censetur Proper-
3 tium † de nouo inuestisse. *Gloss in l. fin. in vers. æstimationis. C. de Iure emphyt. Castrens. cons. 329. nu. 2. vers. sed in casu nostro lib. 2. Vincent. de Franch. dec. 201. num. 3. Aufrer. ad Capellam Tolosan. dec. 279. num. 2.*

Non obstat quod Rector consensit simpliciter sub
4 hastationi, quia nihilominus † censetur consensisse iuxta naturam vltimæ inuestituræ *Castren. cons. 191. num. 3. lib. 2. Honded. cons. 55. num. 44. lib. 1. Mantic. de Tacit. & Ambig. lib. 22. tit. 34. num. 36. Caldas. de Renouat. emphyteos. lib. 1. quæst. 3. nu. 3. & seq. Ruin. cons. 15. num 11. lib. 1. Surd. cons. 440. nu. 48.*

Neque est verum, quod prædicta procederent, quoad pacta circa personas, & generationes, quia ista distinctio iure non probatur, & Doctores prædi-
5 cti distinctè loquuntur, immo † expresse, quod emptor possit se tueri iure nominandi concesso primo inuestito *dicit Speculat. part. 4. tit. de emphyteosi nu. 17.* Nec *Bero. in cons. 106. lib. 2.* contrarium dicit;
6 quia num. 1. firmat, quod inuestitura † facta pro se, & hærede semel nominando valet, *& num. 25.* firmat
7 quod † inuestitura simpliciter à Prælato cõ cessa, censetur concessa secundum formam consuetã, & quod personæ consuetæ dumtaxat compræhenduntur; decisio verò *bo. me. Peniæ in causa Romana deuolutio-*
8 *nis domus 7. Maij 1599.* loquitur † in casu quo erãt vocatæ aliæ personæ, & fuerat recessum à pactis primæ concessionis, & sic solitum erat alteratum, vnde licet in prima concessione esset data facultas nominandi, non censebatur repetita in secunda con-
9 cessione non obstãtibus clausulis generalibus, † cum non referantur ad ea, quæ specialiter fuerunt conuẽta, *l. talis scriptura ff. de legat. 1.* qui non est casus noster, nec applicatur ad dubium, de quo agitur.

Quantum attinet ad secundam difficultatem, cõstat in hoc casu de sufficienti nominatione facta a
10 Propertio † per hæredis institutionem, quæ habet vim nominationis *Bar. in l. vnum ex familia §. si vnũ num. 2. & Bald. num. 3. Cuman. num. 1. ff. de legat. 2. & fuit resolutum in causa Nonantulana Bonorum 19. Iunij 1610. coram Illustrissimo Domino Cardinale Sacrato, quæ est dec. 249. par. 2, in recent. & in Romana emphyteosis 6. Martij 1595 coram bo. me. Cardinale Pamphilio, & in alia Romana emphyteosis 12. Nouembris 1612. coram R. P. D. Caualerio, & in Romana Domus ad montem Iordanum 29. Maij 1589. coram Braue, & aliàs sæpissimè.*

11 Neque obstat, quod Propertius † instituit plures filios, quia primus institutus censetur nominatus *Caldas. de iure emphyteotic. lib. 2. ordin. quæst. 10. n.*
12 *38. vers. cæterum*, seu Rector † poterit gratificari. *Iason. in l. 2. num. 208. C. de iure emphyt. Decian. cons. 71. num. 6. lib. 3.*

Et ita conclusum &c.

R. P. D. VBALDO.

Romana pecuniaria, seu Legati.

Lunæ 21. Februarii 1622.

ARGUMENTUM.

Testator, quando fuit prohibitus aliquid disponere ad fauorem alicuius, tunc prohibens ad hoc vt teneatur ad damna, & interesse, & sic ad id, quod testator relinquere intendebat, tria debent concurrere, seu probari. Primo testatorem voluisse disponere, secun-

secundò fuisse impeditum. Tertiò voluisse relinquere certam summam, & hic in decisione agitur tantũ de tertio requisito, quando scilicet illud concludẽter non dicatur probatum. Testatoris voluntas, quando non probetur per duos testes, & quando sufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Probibens, ne testator faciat dispositionem ad fauorem alicuius, tenetur ad eam summam loco damnorum, & interesse.*

2 *Probibens, ne testator aliquid disponat ad fauorẽ alicuius, vt teneatur ad eam summam præstandã, quid in his terminis requiratur.*

3 *Testes, ex quibus non probent, testatorem voluisse disponere aliquid ad fauorem alicuius, & ad hoc, quod fuerit prohibitus. & nu. 4. 5. 6. & 7.*

8 *Voluntas testatoris, quando est quid extrinsecum ab ipso testamento, tunc probatur per duos testes.*

9 *Testatoris voluntas probatur per duos testes contestes, si non agatur de substantia relicti, sed qualitate, vel aliqua declaratione, alias secus num. 10.*

11 *Testis sine dubio dicitur singularis, quando asserit, quod ipse solum scit, & quidem latenter, rem, super qua deponit.*

12 *Hæres fiduciarius, vt dicatur institutus, quid requiratur remissiuè.*

13 *Hæres, vt dicatur fiduciariè institutus, requiruntur verba, & causa.*

14 *Fiducia non propriè cadit in particulari relicto, sed quando agitur de vniuersa hæreditate.*

15 *Promissio, si transeat in contractum, procul dubio seruanda est, & probari potest per duos testes.*

16 *Testes singulares aut incidenter deponentes non probant. & nu. 17.*

18 *Testium singularitas non sufficit ad probandam substantiam contractus.*

19 *Testis, qui benè non firmat suum dictum, ac dubitatiuè deponit, non probat.*

20 *Confessio extraiudicialis saltem probari potest per duos testes contestes.*

21 *Debiti prætensi confessio, nõ inducitur per illos actus, qui ad diuersa possunt inferri.*

22 *Testis, qui ignorat causam rei, super qua deponit, non releuat.*

DECISIO CCCLI.

LVCRETIA testamẽto scripsit Flaminiũ hæredẽ virum suum, sed cũ Magdalena fratris Lucretiæ filia prætenderet Lucretiã voluisse, vt sibi à Flaminio præstarẽtur scuta 2000. causa comissa in Rota, dubitaui, an ei debrentur, & Rota negatiuè respõdit; fundamentum fuit, quia aut prætenduntur vigore testamenti, vel codicillorum, & cum in testamento cum quo decessit testatrix, huiusmodi legatum non legatur, nec codicillos fecerit, cessat prætensio, nec

1 releuare videbatur, quod fuerit prohibita † facere dispositionem ad fauorẽ Magdalenæ, quo casu prohiben. teneatur ad eãdem summam loco damnorum & interesse, *l. 1. & 2. C. si quis aliq. testar. probib. Clar. in praxi l. 5. §. fin. q. 79. in fine. Gabr. cons. 99. num. 13. & seq. lib. 1 & fuit dictum in causa Bonon. bonorum 15. Decembris 1610. coram Illustrissimo Sacrato, quæ est decis. 299 post 2. lib. consil Farinac.*

2 Quia fuit responsum † ad hunc effectum tria debere probari; Primo quod voluerit disponere, Secundo, quod fuerit impedita disponere: Tertio, quod voluerit disponere de dicta summa ad fauorem Magdalenæ *iuxta doctrinam Bart. in l. fin. num. 13. iuncto num. 9. §. si quis aliq. testar. probib. Paris. cons. 67. n. 31. & seqq. lib. 3. Rota d. decis. 299. num. 2.* In proposito autem quicquid esset de duobus prioribus requisitis certè ex testibus, qui dantur, non probatur, tertium, nam licet secundus testis Magdalenæ iuxta 63. Interrogatorium deponat Lucretiam voluisse

3 facere † codicillum, & quod posteaquam de re allocuta est Flaminium, ille valde turbatus est, & abinde citra curauit claudi ostium cubiculi, in qua iacebat Lucretia, & in specie quia dubitabat ne Octauius frater Lucretiæ ad eam accederet, *per farli fare il codicillo*, & iuxta 64. *che essa Signora Lucretia mi disse, che voleua fare vn'altro testamento, mà che non poteua, perche esso Signor Flaminio non voleua che*

4 *nessuno si accostasse*, & tertius † testis super 65. dicat *quando era il Confessore à confessare detta Sig. Lucretia, detto Sig. Flaminio si scostaua tanto quanto*

5 *bastaua à non sentire la confessione*, Et quintus † testis iuxta 64. deponat, *nella Camera della Sig. Lucretia mentre staua in letto ammalata ci poteua entrare ogn'vno tanto di giorno, quanto di notte, eccetto il Sig. Ottauio, che quando veniua il Sig. Flaminio sempre gridaua, serrate quella porta, che se riposa, che non si può entrare*, tamen isti testes non probãt, quod Lucretia vellet disponere ad fauorem Magdalenæ, sed solum quod Flaminius prohibebat maxima cum diligentia, ne Octauius accederet ad sororem, ne curaret fieri codicillum, & testamentum mutari,

6 non autem quod Lucretia † vellet legare Magdalenæ scuta 2000. & quod fuerit prohibita facere legatum, & sic non sumus in terminis, si quis aliquem testari, vel disponere prohibuerit ad fauorem certæ personæ, nec contrarium depræhenditur ex eodem secundo teste, dum iuxta 79. dicit, *la detta Signora Lucretia non hà fatto il codicillo, ne lasciato li doi milla in quello à Madalena, perche detto Sig Flaminio non hà voluto, che detta Sig. Lucretia facesse*

7 *detto codicillo*, quia † iste testis in hoc iudicat, & sic non probat, *iuxta Bart. in l. qui testamento in fin. ff. de testam.* cum ex eius depositione solum appareat, quod Flaminius prohibuit, ne Octauius accederet vt supra dictum est.

Aut prætenduntur scuta 2000. quasi constet de voluntate testatricis ex dictis testibus, & istud relictum

8 tanquam † extrinsecum ab ipso testatore possit probari per duos testes *iuxta cons. Bald. 28. vers. et quia quod extrinsecus, lib. 3. cum allegatis*, & Domini

9 censebant motiuum posse habere locum, † si non ageretur de substantia relicti, quia tunc id benè posset probari per duos testes contestes *Bart. in l. proponebatur num. 3. ff. de leg. 1. Hond. cons. 51. nu. 172. et seqq. lib. 2. Surd. cons. 129. num. 28. vers. boc enim communis Card. Mantic. de coniectur. lib. 12. tit. 16. num. 2. cum alijs per Rot. decis. 765 num. 8 p. 2. in re-*

10 *cent.* hic autem agitur de † proban. substantia relicti, & testes ipsi sunt singulares, aut signanter constat ex quinto teste iuxta 65. & 73. qui dicit neminem

11 præter ipsum, & quidem latenter † fuisse præsentem cum Lucretia rogauit Flaminium, vt daret scuta 2000. Magdalenæ. Aut tertio prætendũtur dicta scuta 2000. ratione fiduciæ, quam habuerit Lucretia erga Flaminium coniugem, & cessat prætensio, quia defi-

12 deficiunt requisita † necessaria ad confidentiam, de
quibus *per Doctores in l. quidam cum filium ff. de hæred. instit. & in l. Caius Caturninus ff. ad Trebell. cum alijs per, Rota d. decis. 765. num. 3. & 4. par. 2.*
13 *in recent.* & signanter † verba, & causa, nam de ver-
bis nulla planè mentio in testamento, quæ faciant ad fiduciam induecendam, & causa nulla allegatur, cur liberè Lucretia non relinqueret Magdalenæ, ex quo impedimenta non probantur ex supradictis, & cessat difficultas, quia agitur de particulari relicto,
14 non † autem de vniuersa hæreditate, in qua pro-
priè cadit fiducia. *Peregr. de fid. art. 3. sub num. 19. Rota d. decis. 765. sub num. 5.*

Aut demum prætenduntur istæ pecuniæ ratione promissionis Flaminij, quasi ista promissio transierit
15 † in contractu, & probari posse per duos, *ex latè trad. post alios per Surd. decis. 149. num. 12. & dec. 161. num. 15. & 16.* & Dominis videbatur non probari dictam promissionem nisi per secundum testem, iuxta 67. & 75. Interrogat. & super 70. articulo,
16 sed quintum testem de alia die deponere, & † inci-
denter, & potius de confessione Flaminij prætensæ promissionis, quam de promissione, cum enim dixisset Lucretia alloquendo Flaminium, *recordateui delli 2000. scudi di Madalena, detto Sig. Flaminio risposе, non dubitate Sig. Lucretia, che saranno sodisfatti di tutto quello, che voi lasciate*, & sic testes
17 † sunt omnino singulares, vt etiam patet ex dicto
teste, qui dicit solum se fuisse præsentem, vt supra est
18 ponderatum, quæ singularitas † non sufficit in pro-
batione substantiæ contractus *iuxta ea quæ tradit Mantic. de coniect. lib. 12. tit. 16. num. 2. & lib. 10. 20. num. 10. vt supra firmatum est.*

Neque obstant adminicula desumpta ex tertio, &
19 sexto testibus, quia tertius non † benè firmat dictũ
suum, & dubitabat an Lucretia ei dixerit, se dixisse Flaminio, vt daret scut. 2000. Magdalenæ, sextus verò non recordatur de quantitate relicti, & depo-
20 nit † de extraiudiciali confessione Flaminij, quæ pro-
bari debet per duos saltem testes. *Put. decis. 476. n. 2. lib. 2. Seraph. decis. 1156. num. 2. Gabr. cons. 40. nu. 57. lib. 2. fuit dictum in Firmana Altaris 15. Iunij 1612. coram me, quæ est decis. 406. sub num. 5. part. 2. in recent.*

Non obstant testes deponentes de oblatione vineæ Octauio patri Magdalenæ facta à Flaminio post
21 mortem Lucretiæ, † quia non inde sequitur, vt Fla-
minius fassus fuerit se teneri ad prætensum legatum,
22 immo secundus testis † ignorat ob quam causam
Flaminius vellet dare Vineam. Tertius verò deponit voluisse dare post mortem suam, & propter suã liberalitatem, sextus verò quod Flaminius licet non teneretur, volebat relinquere Vineam Magdalenæ. Ex quibus fuit resolutum scut. 2000. nõ deberi &c.

R. P. D. VBALDO.

Cremonen. Pensionis.

Veneris 25. Februarij 1622.

ARGVMENTVM.

Arbitrium, ad effectum retardationis solutionis pensionis lite pendente, probata quasi possessione exigendi, in Rota inauditum est, quod intret, quæ quasi possessio acquiritur ad hunc effectum per vnicum actum solutionis factæ per Titularem, vel per alium de eius tamen ordine. Titularis an offerendo fructus beneficij pensionario liberetur à solutione pẽsionis. Arbitrium pro retardatione solutionis pensionis lite pendente, quando intret declaratur, qua occasione dilucidantur nonnullæ decisiones.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium regulatur à iure.*
2 *Pensionarius, si sit in quasi possessione exigendi pẽsionem, de iure est, vt lite pendente ea non priuetur.*
3 *Arbitrium remittit aliquid de rigore iuris.*
4 *Probatio probationem non excludit. & nu. 5.*
6 *Pensio, si sit reseruata in certa quantitate, non potest cogi pensionarius ad recipiendum fructus loco pensionis.*
7 *Et hoc maximè, si reseruatio facta sit ex causa resignationis.*
8 *Pensionarius si voluisset fructus beneficij, non resignasset beneficium cum certa pecuniarum quantitate annua.*
9 *Titularis offerendo fructus beneficij pensionario, nõ satisfacit clausulæ, non retardata solutione pensionis.*
10 *Pensionarius dicitur esse in quasi possessione exigẽdi pensionem, dum titularis dedit cedulam banchariam, cuius vigore campsor soluit pensionem.*
11 *Cum campsor dicatur soluisse de mandato titularis.*
Actus attribuitur ordinanti, non autem exequenti num. 11.
12 *Titularis sibi imputare debet, quando iam dedit cedulam banchariam, ac superueniente lite non inhibuit Mercatori, ne terminos pensionis soluere inciperet.*
13 *Inhibitio emanata post actum consumatum non releuat.*
14 *Pensionis vnica solutio, constituit pensionarium in quasi possessione exigendi, præsertim ad effectũ manutentionis.*
15 *Decis. 184 par. 1. & 681. part. 4. diuers. in quibus terminis loquantur.*
16 *Pensionis solutio facta à tertio sine mandato titularis non constituit pensionarium in quasi possessione exigendi.*
17 *Caputaquen. decis. 165. part. 3. quando intret.*
18 *Decis. 68. part. 1. recent. in quo casu locum habeat.*
19 *Pensio, dum apparet, quod fuit extincta, tunc nequaquam pensionarius potest prætendere manutentionem in quasi possessionem eam exigendi.*
20 *Decis. 567. par. 2. recent. & Seraph. decis. 674. declarantur.*
21 *Arbitrium pro retardatione solutionis pensionis lite pendente, intrat, si non constet de quasi possessione exigendi eam.*
23 *Decisiones illæ, in quibus Rota pronunciat super retardatione pensionis, stante clausula. Arbitrio Rotæ, procedunt tamen si agatur de executione litterarum Apostolicarum, non autem quando pensionarius est in quasi possessione exigendi.*
24 *Decisio aliqua non reperitur, quæ asserat pensionarium esse priuandum sua quasi possessione exigendi pensionem, donec videatur de validitate, seu reductione pensionis.*
25 *Decis. 255. part. 2. recent. quo in casu loquatur, declaratur.*

Pen-

26 *Pensionis fideiussor, si eam soluat, dum est declaratum, ad id non teneri, non constituit pensionarium in quasi possessione eam exigendi.*

DECISIO CCCLII.

ORTA controuersia inter illustrissimum Dominum Hieronymum Columnam Titularē, & Reuerendissimum Episcopum Montorium Pensionarium, Episcopus egit coram A.C. pro manutentione, & obtinuit decretum, à quo licet fuerit appellatum, tamen Sanctissimus rescripsit sine præiudicio legitimæ exequutionis, & sine retardatione solutionis pensionis, & inde pensionarius exegit primum terminum suæ pensionis à Mercatore, qui dederat Cedulam bancariam de ordine Titularis. Successiue ad instantiam eiusdem Titularis fuit commissa in petitorio causa reductionis pensionis eidem A. C. cū eisdem clausulis de quibus supra. In gradu verò appellationis à sententia A.C. qui pro reductione pronunciauerat in Signatura Sanctissimi, fuit pro parte eiusdem D. Hieronymi petita moderatio, seu annullatio dd. clausulis, & Sanctissimus rescripsit arbitrio Rotæ, super quo dubio proposito Domini responderunt arbitrium non intrare, quia arbitrium
1 † regulatur à Iure *Bart. in Extrauag. ad reprimen. in vers. videbitur num.* 8. *Cæs. de Graff. decis.* 7. *num.* 7. *et dec.* 8. *num.* 2. *de sent. et re iudic. Rota in Mantuana bonorum coram me, quæ est decis.* 365. *num.* 1. *par.* 1. *recent. et aliàs sæpè*. De iure autem est, vt cū
2 Episcopus sit in quasi possessione † exigendi pensionem, & non priuetur seu spolietur, durante lite super reductione. *Gig. de pensio. q.* 62. *num.* 12. *et in terminis clausulæ Arbitrij est decis. Seraph.* 1429. *num.* 2. *et decis.* 387. *num.* 1. *par.* 2. *in recent. et decis.* 652. *eadem par.* 2. *et fuit resolutum in causa Tullen. pensionis* 22. *Iunij* 1609 *coram Reuerendiss. Attrebaten., et in Hidruntina pensionis* 15. *Iunij* 1618. *coram R.P.D. meo Decano, et fuit decis. in Abulen. pensionis* 15. *Decembris* 1610. *coram R.P.D. meo Pirouano*,
3 Et licet Arbitrium † remittat aliquid de rigore Iuris *Crescent. decis.* 4. *de testib.* & in proposito videatur aliquid remitten. cùm ex probationibus factis pro Titulari constet de minori valore Prioratus, quā expresso, & concurrat oblatio omnium fructuum
4 facta ipsi pensionario; tamen quoad † probationes fuit responsum probationem non excludere *Rota decis.* 785. *num.* 5. *par.* 1. *diuers. & decis.* 677. *num.* 5. *par.* 1. *in recent.* Ideo poterit Pensionarius in hac secunda instantia vel meliores probationes afferre, vel
5 elidere contrarias, itaut nullo modo † exceptiones oppositæ pro D. Titulari possunt dici liquidæ ante rem iudicatam, *vt fuit consideratū in dicta Abulen. pensionis coram Pirouano, & facit dec. Caputaq.* 321. *par.* 1. *&* 317. *par.* 2.

Quo verò ad oblationem dicebatur, cum pensio
6 sit † reseruata in certa quantitate, non esse cogendū pensionarium ad recipien. fructus loco pensionis ma
7 ximè cum reseruatio † sit facta ex causa resignationis
8 cum si fructus voluisset, Prioratum non † resignasset, & alias per oblationem fructuum non esse satisfactū
9 clausulæ non † retardata solutione pensionis, *fuit dictum in causa Mediolanen. pensionis* 7. *Nouembris* 1612. *coram me*.

Quod autem pensionarius sit in quasi possessione
10 exigendi pensionem patet, quia cum Abbas † promisisset dare cedulam bancariam, & illam dederit, cuius vigore Campsor soluit pensionem vt supra dictum est, dicitur constituisse pensionarium in quasi
11 possessione exigendi tanquam † soluen. de mandato Titularis, *vt fuit dictum in causa Pistorien. pensionis* 3. *Iulij* 1606. *coram Sanctissimo*. Actus enim tribuendus est ordinanti, & non exequenti *Surd. dec.* 292. *num.* 9. *& decis.* 297. *num.* 1. *Rota decis.* 167. *n.* 2. *part.* 2. *diuers.* & sibi imputare debet Abbas, si non
12 monuit in tempore Cāpsorem † ne solueret, *ad text. in l. si fide iussor in principio, ibi, potuit enim, atque debuit, & in vers. si cum debitor ff. mand.*

Neque inhibitio postea emanata suffragatur, cum
13 † antea pensionarius esset in quasi possessione *iuxta decis. Seraph.* 1411. *num.* 4. ad quam acquiren. suffi
14 cit vna solutio præsertim † ad effectum manutentionis *cap. cum Ecclesia vbi Abbas num.* 23. *Rip. nu.* 52. *de caus. possess. & propr. Alex. cons.* 74. *num.* 16. *lib.* 4. *Dec. cons.* 117. *num.* 1. *Caputaq. decis.* 337. *num.* 6. *part.* 2. *Seraph. d. decis.* 1411. *num.* 2. *Rota in causa Terdonen. pensionis* 21. *Iunij* 1616. *& in Spoletana pensionis* 21. *Iunij* 1619. *coram me, & alias sæpè*.
15 Non obstat *decis.* 184. † *par.* 1. *diuers. & decis. in causa Pacten. pensionis coram bo. me. Card. Pamphilio quæ est decis.* 681. *par.* 4 *diuers.* Quia omissis alijs responsionibus, quæ dari possent, illa sufficit, quod illæ decisiones loquuntur de solutionibus factis à ter
16 tio sine mandato, † & scientia Titularis, & debitoris pensionis, quo casu non mirum, si non constituunt pensionarium in quasi possessione exigendi,
17 *& ita etiam procedit decis.* † *Caputaq.* 165. *part.* 3. *sed hic constat de mandato ex suprascriptis*.

Nec facit *decisio* † *in Colimbrien. pensionis coram R.P.D. Manzanedo, quæ est decis.* 68. *part.* 1. *in recent.* Quia ibi ex ventre litterarum constabat de
19 extinctione pensionis, meritò pensionarius † prohibitus fuit continuare in exactione pensionis. Sicuti
20 nec obstat *decis.* 567. *par.* 2. † *in recent.* vbi Rota dixit intrare arbitrium ad effectum degustandi de validitate reseruationis pensionis, quia, vt ibi dicitur
21 num. 1. ad fin. ibi non constabat † de quasi possessione exigendi, vt hic constat. *Præterea d. decis. & Seraph. decis.* 674. & aliæ quæ allegantur super retardatione solutionis pensionis stante clausula Arbi
22 trio Rotæ procedunt, † quando tractatur de exequu
23 tione litterarum Apostolicarum non autem, † quando etiam pensionarius est in quasi possessione exigēdi, quo casu nulla decisio dicit eum esse priuandum
24 dicta quasi possessione, † in qua existit, donec videatur de validitate, vel reductione pensionis.
25 Demum non applicatur † *decisio* 255. *par.* 2. *in recent.* Quia loquitur de fideiussore soluen. pensionem, quem non teneri ibi Rota resoluit, quia pro
26 uisio ad fauorem eius, qui † pensioni consenserat nō habuerat effectum, & sic nec titulum beneficij habuerat, nec vllos fructus ex eo perceperat. Ideo pensio deberi non poterat, quæ nullo modo aptatur ad casum nostrum.

Et ita fuit decisum &c.

Confirmata fuit hæc decisio in eadem causa coram eodem Vbaldo sub die 2. *Maij* 1622. *est infra suo loco. Et infra in part.* 3. *alias part.* 7. *recent. plures decisiones congesti in hac causa emanatas, videlicet sub diebus* 23. *Iunij* 1623. 25. *Maij* 1625. *coram eodem Vbaldo, &* 13. *Maij* 1626. 27. *Ianuarij* 1627. 18. *Iunij*

Iunij 1627. 19. Nouembris eiusdem anni 29. Maij 1628. 14. Ianuarii 1630. & 4. Martii 1635. coram bon. mem. Coccino, sunt in ordine decisiones 263. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 276. & 41.

REVERENDISS. COCCINO.

Bononien. Cambiorum.

Veneris 25. Februarij 1622.

ARGVMENTVM.

Litteræ cābij, probatis debitis requisitis sine dubio executioni sunt demandanda. Fideiussor, quando se obligat pro cambijs, & recambijs, censetur minimè pro primis tantum cambijs se obligare, sed etiam pro secundis, cum recambium sit nouum cambium procedens à primo. Statutum Bononiense tollens robur litteris cambij, si infra annum non fuerint registratæ, procedit, quando debitor iurauit se soluisse, aliàs non intrat.

SVMMARIVM.

1 Litteræ cambii sunt executioni demandandæ, quando concurrunt debita requisita.
2 Obligans se pro cambio, & recambio, obligatio non dicitur restricta ad primum cambium.
3 Recambium est nouum cambium procedens à primo cambio.
4 Obligans se ad aliquid, censetur obligasse ad omnia, quæ consecutiuè veniunt ab illo.
5 Noui nihil fit, quod exequendi gratia fit.
6 Statutum Bononiens. infirmat, & tollit robur litteris cambii, si infra annum non fuerint registratæ, & quando procedit hoc statutum, num. 7.
7 Statuti qualitate cessante, cessat quoque ipsum statutum.
8 Via executiua quando non dicatur vulnerata. & num. 9.
10 Fideiussor cambiorum non potest conueniri, si cambia non sint solidata cum ipso.
11 Limita tamen hoc, si fideiussor obligauerit vti principalis principaliter & insolidum.

DECISIO CCCLIII.

DOMINI dixerunt primam sententiam, quæ pronunciat litteras cambij esse exequendas, 1 esse iustam, & executioni debere demandari † litteræ enim cambij sunt executioni mandandæ, quando concurrunt omnia requisita, prout in hoc casu, Bald. cons. 348. num. 4. lib. 1. Cardin. cons. 153. num. 2 Rota Ianuen. decis. 2 num. 9. Honded. cons. 29. nu. 7. lib. 2. Seraph. decis. 530. num. 7. & decis. 562. num. 2. & fuit resolutum in causa Romana litterarum cambii 12. Martii 1595. coram Gipsio, & alias sæpius.

Non obstant in contrarium deducta. Non primum quod litteræ fuerunt renouatæ pro alijs nundinis, & sic cessat obligatio Caroli, quia cum se obligauerit 2 † pro cambio, & recambio, obligatio non est restricta ad primum cambium, quia recambium est nouū 3 cambium † procedens à primo cambio, vt per Moderum de cambiis, & comerciis, §. 1. quæst 4. n. 38. & propterea etiam quod fuerit factum recambium 4 cum sit † consecutiuum à primo cambio vigore pacti, Carolus non censetur liberatus, Bartol. in l. singularia num. 10. ff. si cert. Aym. cons. 666. num. 5. vbi 5 quod nihil fit † noui quod exequendi gratia fit, Cephal. cons. 351. num. 23. Decian. cons. 11. nu. 51. Surd. cons. 385. num. 15.

Non etiam secūdum de Statuto Bononiensi, quod 6 infirmat, † & tollit robur litteris cambij, si intra annum non fuerint registratæ, quia statutum procedit quando debitor iurauit se soluisse, quod cū nō fuerit 7 † factum, cessante ista qualitate statuti, cessat statutū Castrens. cons. 44. num. 3. vers. breuiter lib. 1. benè Bart. in l. 1. §. 1. ff. ne quid in flumin. publ. Dec. cons. 410. num 29. & cons. 222. num 1. in fin. & 2. Curt. sen. cons. 73. nu 3. vers. quia vbi in aliqua, vbi latè.

Nō obstat tertium, quod via executiua fuerit vulnerata, quia secundus Iudex pronunciauit nouo modo videlicet, non ita de facili procedendum esse ad executionem sententiæ latæ occasione litterarum 8 cambij, † sed in meritis procedendum esse reseruando sibi cognitionem super meritis. Nam cum hic non adsit absolutoria ab impetitis quasi pars non teneretur ad cambia, sed voluit videre negotium principale, non videtur vulnerata via executiua, quia illā 9 non improbauit † Iudex tanquam iniustam, sed dixit, non ita de facili procedendum ad executionem per ea, quæ notat Rota decis. 321. par. 1. & decis. 132. num. 12. par. 2.

Non obstat denique quartum scilicet fideiussorem non posse conueniri, cum cambia non fuerint soli-10 data † cum ipso, nec suffragatur solidatio cum hæredibus principalis debitoris, Guttier. de tutel. cap. 37. num. 27. par. 1. quia motiuum cessat, cum Carolus 11 sit obligatus vti principalis principaliter, † & insolidum Magnos. de Escobar. de ratiocin. cap. 34. num. 8. & fuit resolutum in Bononien. redditionis rationum 27. Iunii 1606. coram bo. mem. Penia.

Et ita conclusum &c.

Recessit Rota à præsenti decisione in eadem causa coram eodem Coccino, vt habes infra in decisione sub 13. Februarii 1623.

REVERENDISS. MANZANEDO Patriarcha Hierosolymitano.

Vicen Prioratus.

Mercurii 2. Martij 1622.

ARGVMENTVM.

Prioratus Regularis vnio dicitur subreptitia, si Papæ fuerit narratum, eum esse conuentualem, quia omnis Ecclesia Regularis est collegiata, & Conuentus sine Monachis cōsistere nequit. Ecclesia an sit Collegiata, quæ sint principaliora signa, & vt dicatur talis non sufficit, adesse sigillum, vel arcam antiquam, nisi quoque doceatur de vsu. Ecclesia regularis, si sæcularizetur, quando nihilominus non dicatur mutatus eius status.

SVMMARIVM.

1 Vnio dum est subreptitia, & obreptitia, consequenter est nulla.
2 Ecclesia omnis regularis est collegiata.
3 Prioratus inferiores dantur sine collegio.
4 Prioratus Regularis, quando est facta mentio simpliciter intelligitur de habente conuentum.
5 Intentionis defectus vt euitetur, verba sunt intelligenda in potiori significatu.
6 Prioratum si fuerit narratum Papæ carere cōuentu,

tu, certè ipse non potuerit cogitare illum habere Collegium.
7 *Vnionis litteræ Apostolicæ particulariter expeditæ sunt attendendæ non autem generales.*
8 *Vniones quot sunt, tot sunt gratiæ, & quot litteræ sunt expeditæ.*
9 *Prioratus dum fuerit narratum Papæ, quod caret conuentu, non dicitur narratum falsum, si tunc verè eo carebat, quamuis antea haberet d. conuentum.*
10 *Sed per suppressionem Apostolicam fuerit extinctū.*
11 *Conuentus sine Monachis consistere non potest.*
12 *Narratiua verba referūtur ad tēpus d. narratiuæ.*
13 *Ecclesia an sit collegiata, quæ sint principaliora signa.*
14 *Ecclesia non dicitur collegiata, si non constet de vsu sigilli communis.*
15 *Ecclesia, vt dicatur collegiata, sat non est, adesse sigillum, vel arcam antiquam, nisi quoque doceatur de vsu.*
16 *Ecclesia regularis, si sæcularizetur, quando tamen non dicatur eius status mutatus, & num. 17.*
17 *Ecclesiæ status dignior sæcularitatis superueniens, quando non mutet statum collegialem.*
18 *Rip. respons. 31. num. 17. aliàs 3. de elect. quando non applicetur.*
19 *Ecclesia curata, dum alicui monasterio vnitur, tūc cura habitualis remanet tantū penes monasteriū.*
20 *Prioratus an habeat curam animarum non est facienda mōtio talis curæ Papæ, quando petitur eius vnio, quando ea est annexa ratione beneficij.*
21 *Cura actualis animarum non dicitur manere penes Priorem, si non per ipsum, sed per Vicarium illa exerceatur.*
22 *Cura habitualis non est de necessitate exprimenda in vnione beneficij.*
23 *Papæ, si fuerit narratum aliquod beneficium carere cura animarum, an dicatur narratum falsum, dum saltem habet curam habitualem, & num. 25.*
24 *Verba semper sunt accipienda in potiori significatu ad substinendum actum.*

DECISIO CCCLIV.

PROPOSITO dubio sub die 25. Iunij prox. præteriti, An gratia si neutri obtenta per Petrum Iacobum Coreo esset iustificata, Domini dixerunt quod videretur de validitate vnionis, cum ab eo penderet, An monasterio competeret vel non ius super dicto Prioratu, de quo agitur ipsi vnito, & in reliquis gratiam esse iustificatā, vnde super hoc semel & iterū dubium proposui, & Domini pro validitate vnionis responderunt. Duo enim pro parte dicti Iacobi Petri contra d. vnionem opponuntur. Primo quod non fuerit Pontifici narratum Prioratum esse in collegiata immo potius præsuppositum contrarium, nempe carere conuentu. Secundo, quod fuerit narratum eundem Prioratum carere cura, quod tamen
1 prætenditur esse falsum. Ideoq. †vnionem esse subreptitiam, & obreptitiam, & consequenter nullam, Verum talis subreptio, & obreptio nullo modo probatur; quo enim ad primum de collegiata sufficit Pontifici fuisse expressum Prioratum esse regularem & in Ecclesia regulari, & hoc eum sciuisse cum ipsemet dictum Prioratum, & Ecclesiam sæcularizauerit per hanc enim expressionem fuit virtualiter dictum Ecclesiam esse collegiatam, & illam esse talem
2 Pontifex potuit intelligere, quia † omnis Ecclesia regularis est collegiata *Host. in cap. nobis nu. 2. vers. quicquid etiam de iurepatr. & ibi Abb. num. 8. vers. item Ecclesia, & Card. num. 3. vers. Hostien. dicit Bising. decis. 13. num. 3. de præben. Barbat. cons. 17. numer. 2. vers. & licet, & num. 4. vers. & subdit. Hostien. lib. 1.*
3 Nec obstat quod dantur † Prioratus inferiores sine collegio, *Anchar. in cap. nobis num. 17. vers. si vero constat de iurepatr. vbi Abb. ante num. 9* quia quando Prioratus sunt inferiores, hoc expressè dici-
4 tur. Vnde cum in casu nostro fuerit † simpliciter facta mentio Prioratus regularis Papa intellexit de habente conuentum, *Cassad. decis. 12. nu. 10. de præ-*
5 *ben.* ad euitan. enim defectum † intentionis verba sunt intelligenda in potiori significatu, *Castr. consil. 160. num. 2. vers. quia verba.*

Minus obstat fuisse narratum Prioratum conuen-
6 tu carere, † & sic Papam nō potuisse cogitare Prioratum habere collegium, tum quia huiusmodi narratiua reperitur facta in litteris vnionis generalis omnium beneficiorum regularium suppressorum, non autem in litteris postea ad partes expeditis per monasterium de Tremps super vnione sibi facta, in quibus nihil fuit dictum de conuentu. Huius autem
7 vnionis particulariter expeditæ † narratiua attendi, & iustificari debet non autem illa vnionis generalis,
8 quia tot sunt gratiæ † quot sunt vniones, & quot litteræ sunt expeditæ, *Feder. de Sen. cons. 197. num. 2. & fuit dictum in Pacen. canonicatus 27. Febr. 1559. coram bo. me. Cotta.*

Tum etiam quia dicta narratiua quod Prioratus
9 conuentu careret † non est falsa, sed vera, intelligitur enim de tempore præsenti, nempe vnionis, *Verall. decis. 61. aliàs 65. lib. 2. in manuscr.* de quo non aderat conuentus, cum antea idem Pontifex suppressisset
10 & omnino † extinxisset omnes dignitates, beneficia monasteria, & officia, & quæcumque alia in Regno Cantabriæ existentia sub Ordine Sancti Augustini, si enim per d. suppressionem defierant adesse Monachi consequēter de dicto tempore vnionis Prioratus ca-
11 rebat † conuentu, & collegio quod sine Monachis consistere non potest, *Mandos. super regul. 3. q. 9. n. 1.*

Non obstant testes, & alia iura pro parte Petri Iacobi deducta ad proban. collegium, quia percutiunt tempus ante sæcularizationem, & ideo non releuant
12 † cum narratiua carētiæ conuentu referatur ad tempus vnionis, de quo iam collegium antiquum per sæcularizationem auctoritate superioris fuerat dissolutum, vt supra dictum est. Et licet aliqui ex dictis testibus deponant etiam post sæcularizationem de signis collegiatæ, tamen deficiunt in principalioribus
13 requisitis, † nempe in residentia Chori Capitularis arcæ communis, siue potius massæ communis, quæ in arca reponi debeat, nec deponunt de vsu sigilli post sæcularizationem circa actus spectan. ad collegium,
14 † & sic iure collegij prout requiritur, *Abb. in d. cap. nobis n. 8. vers. quomodo autem cognoscitur de iurepatr. Barbat. d. cons. 17. num. 3. lib. 1.* non enim suffi-
15 cit adesse sigillum vel arcam antiquam, † nisi de ipsorum vsu post suppressionem, & sæcularizationem constet, cum possint esse arca, & sigillum antiquum existens penes Canonicos suppressos.

Non obstat, quod post sæcularizationem reman-
16 serit collegium † cum non fuerit mutatus status Ecclesiæ, nec extructum collegium, vt, per *Rip. in respons.*

ſponſ.31.num.17.aliàs 3.de elect.& expreſsè Clemēs
Octauus declarauit ſe per ſæcularizationem nolle
præiudicare ſtatui præcedenti, quia iſtud poſſet pro-
cedere ſi Canonici adhuc reſiderent in dicta Eccleſia,
17 quia tunc ſtatus dignior † ſæcularitatis ſuperueniens
non mutaret ſtatum collegialem], vt *ibi not. Rip.nu-
mer.*19.*&* 20. ſed in caſu præſenti non probatur ſu-
perexiſtentia Canonicorum ſæcularium, neque col-
latio Canonicatuum, nec maſſa communis, & con-
18 ſequenter non applicatur prædictum † reſponſum Ri-
pæ, nec poteſt dici præſeruatum collegium amplius
non exiſtens in rerum natura, & penitus deſtructum.

Quo vero ad ſecūdam narratiuam quod Prioratus
cura careret, minus videbatur Dominis ex illa vnio-
nem poſſe dici nullam, cū enim parochialis de Ma-
19 rillea fuerit vnita monaſterio non † autem Prioratui,
cura habitualis remanſit penes monaſterium non
autem penes Priorem *Oldr.conſ.67.in fin.Caſſad.de-
ciſ.11.num.3.verſ.non obſtat vtrumque de præben.
Gonz.ſuper reg.8.gloſ.6.num.71.Rota deciſ.153.nu-
mer.2.in fin. par.2.rec.* & conſequenter Prioratus
20 nullam habet curam, vel etiam quatenus † eam ha-
beret nulla eſſet ratione beneficij annexa, de quo non
eſt facien. mentio *Fel.in c.in noſtra num.*15. *in* 10.
*coroll. verſ.idem dicit, & num.*30. *in* 33. *corollar.de
reſcript.Menoch.de arbitr.caſ.*201. *num.*67.

Maximè quia vtcumque ſit huiuſmodi cura non
exercetur per ipſum Priorem, ſed per Vicarium, &
21 ſic † habitualis tantum, non autem actualis reſidet
penes Priorem, vnde de ea non erat facien. mentio
22 quia cura † habitualis non eſt de neceſſitate expri-
men. *Barb.conſ.17.per tot.lib.1. Seraph.dec.936.n.2.*

Nec obſtat prædicta poſſe procedere quando nul-
la eſſet facta mentio de cura, non autem quando fuit
23 † expreſsè narratum Prioratum carere cura, & ſic
falſum, quia dicta narratiua debet intelligi de cura
actuali, qua verè Prioratus caret, non autem de habi-
24 tuali, quia verba ſemper accipienda † ſunt in potio-
ri ſignificatu ad ſuſtinen. actum vt ſupra dictum eſt,
& in propoſito *not.Capr.concl.90.nu.78.* Et ſic ſunt
intelligēda de cura, de qua erat faciēda mentio, nem-
25 pe † de actuali, non autem de habituali, quæ non
erat exprimenda, vt ſupra dictum eſt.

Et ita reſolutum &c.

R. P. D. VBALDO.

Imolen. Fideicommiſſi.

Mercur.2.Martij 1622.

ARGVMENTVM.

In hac deciſione plures adducuntur coniecturæ, & præ-ſumptiones, ex quibus certè deuenitur in cognitionem, teſtatorem ponendo filios in conditione cenſeri eos voluiſſe vocare, itaque ſi eorum pater æs alienum contraxerit, non poſſint illius creditores experiri actiones contra bona fideicommiſſaria, cum tunc filij ſuccedant non ex perſona patris, ſed fideicommittentis.

SVMMARIVM.

1 *ad Fideicommiſſum, quando quis ex propria perſona eſt vocatus, nihil ei officit æs alienum per antecesſorem contractum.*

2 *Filij poſiti in conditione regulariter non cenſentur vocati.*

3 *Filij poſiti in conditione, tunc cenſentur vocati, quando extant coniecturæ mentis teſtatoris, qui voluerit eos vocare.*

4 *Filij poſiti in conditione, vt cenſeantur vocati, admittuntur leuiores coniecturæ, ſi agatur de vocatione deſcendentium.*

5 *Filij poſiti in conditione cenſentur vocati ex reciproca ſubſtitutione facta inter eos.*

6 *Filij poſiti in conditione tunc multo magis ex reciproca ſubſtitutione cenſentur vocati, ſi non ſolum fuerunt ſubſtituti viuentes, ſed etiam eorum filii, & hæredes.*

7 *Teſtator quando in ſubſtitutione reciproca vocauit nepotes ad portionem patrui, multo magis cenſetur eos vocaſſe ad portionem proprij parentis.*

8 *Filij in conditione poſiti cenſentur vocati, dum in alia parte teſtamenti diſpoſitiuè fuerunt vocati, & num.*10. *&* 11.

9 *Filij inſtitutorum poſiti in conditione quando cenſeantur vocati.*

12 *Filij in conditione poſiti cenſentur vocati, quando teſtator digreſſus eſt ad plures gradus ſubſtitutionum.*

13 *Quæ coniectura eſt potens præſertim iuncta alijs adminiculis.*

14 *Filii in conditione poſiti cenſentur vocati, dum teſtator reſpexit ad conſeruationem agnationis.*

15 *Filii in conditione poſiti, an fuerint vocati, argui poteſt, ſi teſtator eos poſuerit in cōditione ſub qualitates quod ſint legitimi, & naturales, ac de legitimo matrimonio nati.*

16 *Filii in conditione poſiti, vt cenſeantur vocati, aliquid operatur clauſula, omni meliori modo poſita in teſtamento.*

17 *Filii in conditione poſiti, vt cenſeantur vocati, coniecturæ ad hoc ponderatæ ſimul ſunt conſiderandæ, quatenus ſingulæ paterentur per ſe difficultatē.*

DECISIO CCCLV.

TESTATOR dotauit proprias filias in teſtamen-
to, & ſi decederent ſine filijs voluit dotes re-
uerti ad infraſcriptos ſuos hæredes, & hæredum hære-
des, mox inſtituit hæredes vniuerſales tres filios ma-
ſculos, & ſi aliquis dictorum eius filiorum decederet
ſine filijs legitimis & naturalibus, & de legitimo ma
trimonio procreatis, alios ſuperuiuentes, ſeu eorum
filios, & hæredes ſubſtituit teſtatore mortuo, & Ioā-
ne Baptiſta primo eius filio relictis filijs, egerunt
creditores Ioannis Baptiſtæ volentes exequi manda-
ta ſuper bonis à teſtatore relictis, & filij Ioannis Ba-
ptiſtæ excipiebant, hoc fieri non poſſe tanquam bo-
1 na ad ſe peruenerint ratione fideicommiſſi auiti † cui
non potuerit præiudicari per obligationes à patre
contractas, *Seraphin.deciſ.925.num.1.*& in partibus
fuit lata ſententia ad ipſorum fauorem, & ſic pro fi-
deicommiſſo, quam ſententiā Domini hodie confir-
mandam cenſuerunt, nam licet filij Io.Baptiſtæ repe-
2 riantur poſiti in conditione, † qui regulariter non
cenſentur vocati *ex gloſſ. in l.Lucius.2.ff de hær.in-
ſtit.* quam Rota ſequitur, tamen ab ipſa opinione re-
3 cedit quando extant coniecturæ † mentis teſtatoris,
qui voluerit eos vocare, *Soccin.in l.cum auus.in fin.
ff.de cond.& demonſtr. Clar.in §.teſtamentum.q.77.
in fine, vbi de communi, Aym.conſ.62. num.6. Hon-
ded.poſt plures allegatos conſ.65.num.28.& ſeqq.
lib.1. Surd.deciſ.162.nu.6.*& ſequitur Rota *vt apud*

Put.decis.215.lib.3.& in Recanaten. *hæreditatis 14. Maii 1607.coram bo.me. Pena,quæ est decis.133.numer.1.par.1. in recent. & sæpè alias*, quæ coniecturæ
4 etiam† leuiores sufficiunt,quando agitur de vocatione descendentiũ, vt hic *Clar.d.q.77.Put.d.decis.215. Rust.in tract. an quando.lib.2. cap.1. nu.11. Hond. d.cons.65. num.31. Rota decis. 486.num.20. par.1. in recent. & fuit latè deductum in Bonon. fideicommissi de Surri 14. Maii. 1621. coram R.P. D.meo Verospio*, hic autem coniecturæ deducebantur plures:
5 Prima quidem ex reciproca † substitutione facta inter filios constitutos, si bene sine liberis decederent, ex qua resultat coniectura vocationis illorum, qui primo loco fuerunt positi in conditione, *Aym.cons. 130.num.6. Decian.cons.28.num.21.lib.2.Surd.cons. 344.num.7. Hond. cons.54.num.42. lib.2. Menoch. præs. 76. num.52. lib. 4. & cons. 135. num.6. lib.2. Rust.in d.tract.an & quando lib.8.cap.1.num.1. Intrigliol.de substit. cent.3. q.26. num.112.*

Secunda coniectura & quidem vrgens adducebatur, quia in eadem substitutione reciproca testator
6 † non solum substituit filios superuiuentes,sed etiam eorum filios, & hæredes, ex quo sequitur, vt si vocauit nepotes ad portionem patrui, multo magis cen-
7 seatur eos vocasse ad portionem † proprij parentis, cuius respectu sunt positi in conditione, *Ruin. cons. 160.num.24. lib.2. & cons. 142.sub num.11. lib.3. Aym.cons.62.num.10. Ruin. sen. cons.189. num.10. lib.1. Gozad. cons.64.sub num. 10. Cephal. cons.25. num.75. Hond.d.cons.54. num.41. lib.2. Intrigliol. d.q.26.nu.12. Menoch.d.præsumpt.76. nu.56. lib.4. Rust.d.tract.lib.5. cap.3. num.1.Seraph.decis.1329. num.9.Rota decis.133.num.5.& decis 144.sub nu.2. & decis.146.nu.6. par.1. in recent.* & cum hac coniectura concurrit etiam alia similis, quia dicti filij filiorum sunt expressè, & dispositiuè vocati in alia
8 parte †testamenti videlicet in substitutione infra posita, in qua si vnus ex filijs institutis decederet sine filijs vocantur superuiuẽtes instituti, seu eorum filij, & hæredes, vnde colligitur quod filij institutorum
9 † positi in conditione censeantur vocati, iuxta *cons. Ias.* 108. *non quoque obstat secundum caput lib.4. quod sequitur* Rota *in decis.133.nu.2.& d.decis.144. num.3. Rust. vbi supra lib.5. cap.7. nu.14. Menoch. d.præs.76. num.59. Intrigliol.d.q.26.nu.123. Hond. d.cons.65. num.33. lib.1. & d.cons. 54.sub num.37. vers. sexta coniectura, & seqq. lib.2.Surd.cons.539. num.7.lib.4. Rota d.decis.146. num.2.3. & 4. par.1. in recent.* vbi hanc sententiam veriorem dicit, & respondet contrarijs, & tanto magis cum bis fuerint
10 dispositiuè †vocati semel in dicta substitutione, de qua dixi, & supra dum testator voluit, si decederent
11 filiæ dotatæ sine filijs, dotes reuerti ad hæredes, † & hæredum hæredes, qui sunt filij instituti, & eorum filij, prout in his terminis considerauit Rota *d.decis. 144.num.3.par.1. recent.*

Tertia coniectura deducitur, quia testator diuertit
12 ad plures gradus substitutionis, †vt patet ex supradictis, vnde resultat coniectura vocationis filiorum positorũ in conditione *iuxta cons.Anchar.*74. quem sequitur *Hond.d cons.54.num.33.34.& seq.* vbi de magis recepta opinione testatur *Crass.in §. fideicom missum q.14.num.3.Thesaur.decis.96.nu.15. & 17. Surd.cons.67.num.34. Gabr.de fideicom.concl 4. numer.13.& 14. Menoch.d.præs.76.num.53.*vbi etiam de communi *Intrigliol.d.q.26.num.113. Seraph.decis.1329.num.10.Rota d.decis.133.num.7.& dicta decis.146. num.8. par.1.recent. & in d. Bonon. de Iurri coram* D.*Verospio*, & est potens præsertim
13 accedentibus †alijs coniecturis, vt post Doct. locis citatis, & in specie *Hond.d. cons.54. num.36. Intrigliol.d.q.126.num.115.* qui alios allegant.

Quarta coniectura, quia testator videtur respexisse
14 ad conseruationem agnationis, † quæ est optima coniectura vocationis filiorum in conditione positorum ex latè deductis per *Menoch.d.præsumpt.76.numer.70. & per Intrigliol. d q.126. num. 139.* vbi de communi *Seraph. d.decis.1329. num.3.* ex quo filias fœminas dotauit, & ab vna hæreditate exclusit vocando filios masculos, & eorum filios, & hæredes, *Ceph.cons.137.nu.12.Rota decis.125. num.7. par.1. recent. & decis.344.nu.16.par.6. Seraph. decis.956. num.6.* & plures cumulat *Hond.cons.65. num.35. &*
15 *seq.lib.1.* & tanto magis cum filij reperiantur † positi in conditione sub qualitate, quod si legitimi, & naturales, & de legitimo matrimonio procreati, quã coniectura dixerunt multum concludentem, & cui nihil opponi potest, *Soccin. iun. cons.110. num.25. lib.3. Surd.decis.162. num.8. Honded.alios cumulat d.cons.65. num.42. lib.1. & cons.54. num.2. & seqq. lib.2. Seraph.d.decis.956.num.6.*

Et vltimo accedit clausula, omni meliori modo,
16 posita †in testamento, quam ad coniecturam vocationis inducendam latè comprobat *Hond. d.cons.65. num.41.lib.1.* & sequitur Rota *apud Put.decis.214. num.5.lib.3. in nou.* ex quibus negari posse non videtur, quin hic adsint coniecturæ sufficientes pro voca-
17 tione †saltem simul iunctæ quatenus singulæ per se paterentur difficultatem, *Bero.cons.104.nu.13.lib.2. Mantic.de coniect.lib.11.tit.3.num.26. Seraphin. decis.329. num.12.& 13. Hond.d.cons.54. num.53.& seq. lib.2.* Rota *decis.146. nu.1. & decis.266.nu.19. par.1. in recent.*

Et ita fuit decisum &c.

REVERENDISS. MANZANEDO,
Patriarcha Hierosolymitano.

Virdunen. Pensionis.

Mercurij 2. Martij 1622.

ARGVMENTVM.

Pensio,quando est purè, & sine conditione reseruata per Papam, nefas est dubitare de eius validitate. Resignans beneficium, si ad eius fauorem reseruetur pensio, & constet super dicto beneficio ei nullum ius competere, tunc nec resignatio, nec reseruatio pensionis tenet. Scriptura vt aliquid probet, quid requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Pensio purè, & absque conditione reseruata per Sũmum Pontificem sine dubio substinetur. de Papæ potestate præsertim in beneficialibus dubitari non potest, num.1.*
2 *Beneficium resignans, ac sibi reseruans pensionem, ea non tenet, si nullum ius habebat in d. beneficio. Beneficium primum vacat per assecutionem secundi incompatibilis, num.2.*
3 *Resignatio beneficij, & simul impositio pensionis, quando non substineatur.*
4 *Scriptura, si non sit in forma probanti, non releuat, veluti*

veluti quando est simplex copia.
Scriptura non probat, si non constet, vbi fuit trāsumptata, & de quo tempore, & qua auctoritate. numer. 4.
5 *Scriptura non releuat, dum non apparet registrum ex quo fuit extracta esse bene tentum, & custoditum, vt requiritur ad istum effectum.*
6 *Registro, neque Notario creditur ad probandum actum de visu de præterito.*
7 *Confessio procuratoris potest, quandocumque reuocari etiam non docto de errore.*
8 *Productio facta per compulsum, & in parte, & partibus non præiudicat.*

DECISIO CCCLVI.

DOMINI dixerunt pensionem sustineri, cum fuerit purè, & absque aliqua condition e re-
1 seruata per Summum † Pontificem, de cuius potestate dubitari non potest *cap. 2. de præben. in 6. Clem. 1. in fin. vt lit. pend. Gig. de pens. q. 1. sub nam. 4. & q. 6. num. 1. & seq. Garz. de benef. p. 1. cap. 5. num. 274.*

Nec obstat, quod Ioannes qui resignauit Canonicatum, super quo ad sui fauorem fuit pensio imposita
2 nullum haberet Ius super d. Canonicatu, ex † quo illud amiserat per assecutionem alterius Canonicatus in Cathedrali, antequam supplicatio resignatio-
3 nis signaretur, & propterea, nec ressignatio, † nec impositio pensionis sustinetur, quia de tali assecutione non constat ex scriptura data in summario, cum
4 nō sit in forma probanti † ex quo est simplex copia, nec apparet, vnde fuerit transumptata, & de quo tempore, & qua auctoritate tanto magis, quia neq;
5 etiam † constat registrum, ex quo pro parte Martini dicitur fuisse extractam, esse benè tentum, & custoditum, vt requiritur ad istum effectum *Rota decis. 407. num. 1. part. 1. recent.* & est potius memoria prouisionis, & immissionis in possessionem circa quā
6 neque registro, neque notario tanquam † de visu de præterito creditur. *Afflict. decis. 47. num. 2. Put. dec. 61. num. 1. lib. 1. & fuit dictum in vna Salamantina Archipresbyteratus 13. Martij 1615. coram bo. me. Andrea,* & multo minus constat de d. assecutione ex confessione facta per procuratores, & aduersarios
7 † Ioannis in informationibus cum possint quandocumque reuocari etiam non docto de errore, *Rota decis. 2. de confess. in nou. & decis. 613. num. 9. par. 1. diuers. & decis. 198. num. 3. part. 1. recent.* Nec
8 censetur ratificata per productionem † cum fuerit facta à principali per compulsum, & in parte, & partibus *Rota decis. 3. de fid. Instrum. in nou. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 19. num. 26. & fuit dictum in vna Mediolanen. decursus aquarum 4. Nouembris 1609. coram Sanctiss.*

In eadem causa habetur infra altera decisio coram eodem Manzanedo sub die 26. Iunij 1623.

REVERENDISS. COCCINO.

Sabinen. Castri Montis Rotundi.

Mercurij 2. Martii 1622.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum perpetuum, & absolutum in familia, quando in aliqua re particulari per diuidentes censeatur inductum per probationem eius alienationis extra familiam, & quamuis per prohibitionem alienationis extra familiam non censeatur inductum fideicommissum, tamen id non procedit, quando sumus in absoluto fideicommisso, quando maximè procedit stante non parua affectione in re, ex qua familia denominatur.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum perpetuum, & absolutum etiam in casu mortis censetur inductum si prohibitioni alienationis fuerit adiecta causa.*
2 *Ex alienationis annullatione colligitur maximum adminiculum perpetui fideicommissi.*
3 *Fideicōmissum dicitur reale, & absolutum, vbi fuit prohibita alienatio Castri insignis, et ex quo familia nuncupatur.*
4 *Fideicommissum non censetur inductum ex simplici prohibitione alienationis extra familiam.*
5 *Quæ conclusio non procedit, quando sumus in fideicommisso absoluto, & perpetuo.*
6 *Alienatio, prohibita quando dicatur in omne tēpus.*
7 *Alienatio si sit prohibita in omne tēpus, dicitur vniuersaliter negatiuè prohibita.*
8 *Clausula in fine posita refertur ad omnia præcedentia.*
9 *Fideicommissum, quando est reale, est quoque perpetuum.*
10 *Fideicommissum, quando est reale, afficit omnes personas, & quoscumque successores.*
11 *Verbum, descendentes, cum sit nomen collectiuum de sui natura comprehendit omnes descendentes in infinitum.*
12 *Et hoc præsertim si sint vocati descēdentes masculi.*
13 *Testator, dum voluit vt bona conseruarentur inter masculos legitimos, & naturales, si deinde prohibeat alienationes extra descendentes, est intelligēdum de descendentibus masculis.*
14 *Testamenti vna pars aliam declarat.*

DECISIO CCCLVII.

FVIT resolutum constare de fideicommisso ad fauorem D. Pauli Emilij Iunioris, quia ipse descendit à Paulo Emilio Seniore vno ex diuidentibus, qui diuidentes constituerunt perpetuum, simplex, & absolutum fideicommissum tàm in casu alienationis, quam mortis ad fauorem descendentium masculorum legitimorum, & naturalium ipsorum diuidentium in Castro Montis Rotundi, quod satis apparet ex verbis illis. *Et per esser stato il Castello di Monte Rotondo anticamente, & principalmente tra questi Signori &c. li parerebbe inconueniente, che fatta questa diuisione potesse per alcun tēpo esser mai alienato fuori di essi Signori diuidenti, e suoi descendenti maschi legitimi, e naturali di legitimo matrimonio nati. Però conuengono di commun consenso che la giurisdittione di esso Castello con tutti li suoi membri, eccettuando solo &c. non possino in alcun tempo per qualsiuoglia causa, contratto, ò delitto, ò vltima volontà vscire da essi Signori diuidenti, & suoi descendenti legitimi, e naturali di legitimo matrimonio nati,* ex prædicta namque ratione adiecta
1 prohibitioni alienationis † censetur inductum fideicommissum perpetuum, & absolutum inter omnes descendentes etiam in casu mortis, vt in similibus prohibitionibus tenent *Bart. et Doctores in l. qui* Romæ

Roma. §. cohæredes ff. de verbor. obligat. & latè tra-
dit Couar. in cap. Rainald. *in princ. num. 9. de testam.*
Molin. de primogen. lib. 1. cap. 5. num. 16. & fuit reso-
lutum in causa Perusina de Bigazzinis 14. Nouem-
bris 1605. *coram bo. me. Litta, et in causa Florenti-*
na de Detis 3. Decembris 1607. *coram* R. P. D. *meo*
Manzanedo*, quæ est decis.* 143. *par.* 1. *in recent.*

Corroborantur prædicta, tum quia fuit actum, vt
dicitur in eodem Instrumento: *Che à chi toccarà la*
proprietà con la possessione di detto Castello ne sia pa-
drone solo per tanto tempo, per quanto non cercarà
transferirla in altri, che nelli sopradetti, ò vno di lo-
ro, quali in questo euento se riseruino in detto Ca-
stello tutte le attioni, et giurisdittioni, che ci hanno
al presente, et quello à chi toccarà obliga di presente
detto Castello alli altri consorti, e loro descendenti,
come sopra, et al presente si constituiscono possederlo
2 *in nome loro:* ex ista enim † annullatione alienatio-
nis colligitur etiam maximum adminiculum perpe-
tui fideicommissi. *Ioan. de Anan. cons.* 47. *num.* 8.
vers. sed certè ego pondero. Corn. cons. 258. *numer.* 3.
vers. sed prædicta non obstant. vol. 1. *pront etiam ex*
deuolutione in non alienantes. Ruin. cons. 128. *num.*
9. *et* 10. *et cons.* 208. *num.* 16. *vol.* 1. *Alex. cons.* 57.
num. 1. *vol.* 1. Decian. *cons.* 50. *num.* 22. *vol.* 1. Tum
quia conuentum fuit, quod ille in cuius portionem
Castrum obueniret, posset illud cum alijs descenden-
tibus permutare, itaut bona remanerent libera, Ca-
strum vero obnoxium dictis obligationibus, vnde
3 cum agatur de Castro, † ex quo præcipuè hæc fami-
lia de Vrsinis de Monte Rotundo nuncupabatur satis
arguitur ad absolutum fideicōmissum. *Gloss. in l. quo-*
ties verb. ab omnibus, et ibi Bald. num. 8. *Castr. n.*
4. *Ias. nu.* 1. *vers. primo quando C. de fideicomm. Ripa*
in l. filiusfamilias §. diui num. 4. *ff. de legat.* 1. *Rota*
decis. 231. *num.* 3. *part.* 2. *in recent. et in dicta causa*
Perusina de Bigazzinis.

4 Neque obstat † ex simplici prohibitione aliena-
tionis extra familiam non censetur inductum fidei-
commissum *Peregr. de fideicomm. art.* 14. *num.* 10. *et*
seq. Quia hæc conclusio non procedit in fideicom-
5 misso absoluto, & perpetuo, † quale est istud, vt pa-
tet ex supra deductis, & vlterius quod fideicommis-
sum sit perpetuum, itaut nullo vnquam tempore
6 posit Castrum alienari satis patet ex illis verbis † *in*
alcun tempo, quæ comprænhendunt omne tempus,
l. codicillis 91. *§. instituto. ff. de legat.* 2. *Rota decis.* 14.
7 *num.* 2. *part.* 2. *in recent.* & sunt dictiones † vniuersa-
les negatiuæ. *Menoch. cons.* 106. *numer.* 246. *Verall.*
decis. 283. *num.* 2. *part.* 3. *Cenedus canonicar. quæst.*
singul. 76. *Seraphin decis.* 843. *num.* 4. & cessat omnis
difficultas, quia prope finem instrumenti adest clau-
sula tenoris sequentis: *Che tutti li Capitoli conte-*
nuti nel presente instromento s'intendino per stabili-
ti, et inuiolabili in perpetuo etc. quæ clausula in fine
8 † posita refertur ad omnia præcedentia *l.* 1. *et ibi Ias.*
num. 4. *C. de liber. præter. Felyn. in cap. causam quæ*
num. 4. *vers. clausula refertur de rescript.*
9 Cessat pariter omnis difficultas, † quia fideicom-
missum est reale *ibi: che detto Castello, e suoi membri*
non possino vscire da essi Signori etc. vnde fideicom-
missum est reale, *ex Bart. in l. peto §. fratre num.* 2.
vers. dic ego ff. de legat. 2. *et ibi Cuman. num.* 5. *circa*
10 *princ.* & propterea afficit omnes personas, † & quos-
cunque successores *Castren. cons.* 77. *num.* 5. *vers.*
contrarium dico lib. 1. *Soccin. sen. cons.* 250. *in fin. lib.*
2. *Mandell. cons.* 93. *num.* 2. *et fuit latè deductum in*
d. causa Florentina de Detis 143. *par.* 1. *in recent. sub*
num. 4. Eoque magis cum sint vocati descendentes,
11 quod cum † sit nomen collectiuum, de sui natura
comprehendit omnes descendentes in infinitum *§.* 1.
auth. de hæred. ab intest. venien. Natt. cons. 474. *n.*
12 26. *lib.* 2. præsertim cum sint † vocati descendentes
masculi, *vt latè deducitur in dicta causa Florentina*
sub num. 5. *et* 6. *et patet ibi, et suoi descendenti legi-*
timi, e naturali, & ibi, *et loro descendenti legitimi,*
e naturali, quæ verba sunt intelligenda de masculis
cum diuidētes voluerint conseruari bona inter mas-
culos legitimos, & naturales, vnde cum prohibeat
13 alienari extra † descendētes legitimos, & naturales,
prohibitio intelligitur de masculis, vt correspondeat
rationi conseruationis, vna enim pars testamenti
14 † declarat aliam iuribus regularibus.

Et ita conclusum.

☞ *Plures aliæ decisiones in hac causa deinde emana-*
runt coram eodem bo. me. Coccino, quas apposui
seq. part. 5. *recent, videlicet* 8. *Ianuarii,* 25. *Iunii,*
et 5. *Iulii* 1627. *et* 3. *Augusti* 1629. *sunt in ordine*
decisiones 36. 93. 100. *et* 316.

REVERENDISS. COCCINO.

Ferrarien. Bonorum.

Veneris 4. *Martij* 1622.

ARGVMENTVM.

Obligans se ad aliquid præsentandum, cogi potest ad
implendam promissionem, nec iuuatur dum asserit
id fecisse per errorem, quia cum error non præsuma-
tur, non sufficit id simpliciter asserere, sed simul de-
bet illum perspicuè probare. Ac non nulla habentur
circa Constitutionem Bonifacianam, quæ bona em-
phyteutica Ecclesiæ in dictione Ferrarien. reduxit ad
instar bonorum allodialium.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio est iuris vinculum, quo quis astringitur ad id, quod promisit.*

2 *De oblatione alicuius satis dicitur constare ex apoca priuata, ab eo subscripta, ac trino teste munita, & bene recognita.*

3 *Scriptura priuata, quando habeat vim publici instrumenti.*

4 *Obligasse se per errorem, quando quis id asserit, debet docere de dicto errore.*

Error, cum non præsumatur, ideo non sufficit illum allegare, sed simul probandus venit. nu. 4.

5 *Confinis, & res, quæ confinat, non sunt idem.*

6 *Currere id non pertinet ad terram, sed id est applicandum ad flumen, seu lacum.*

7 *Flumina labuntur, terra vero solida, ac globosa est.*

8 *Errorem, quis allegare nequit, si non probet contrarium eius, quod asseruit.*

9 *Errorem quis non probat per testes, dum eorum depositiones conquassantur.*

10 *Bona Emphyteutica Ecclesiæ ex priuilegio Bonifaciana Constitutionis in partibus Ferrariæ, redduntur allodialia.*

11 *Bonifaciana constitutio suffragatur ad effectum, vt per lineam finitam non dicatur vmquam deuoluere emphyteusis, & ad eam admittantur etiam extranei*

tranei hæredes, ac veniant in fideicommisso generali.

12 *Non tamen efficit, quin in aliquibus casibus non subiaceat deuolutioni.*

13 *Bonifaciana constitutio reducens Ferrariæ bona emphyteutica Ecclesiæ ad bona allodialia expressè disponit, vt ipso iure feuda, & emphyteusis aperiatur Domino directo.*

14 *Si per annum, & mensem vasalli neglexerunt inuestituras à Domino efflagitare.*

DECISIO CCCLVIII.

DOMINI perstiterunt in resolutis die 26. Aprilis superioris anni, * scilicet Ioannem Franciscum teneri ad solutionem scutorum sexaginta Illustrissimo, & Reuerendissimo Cardinali Priulo Commandatario Abbatiæ Vangaditiæ, cum ad eam summam se obligauerit in compositione feudali, ob-
1 ligatio enim est Iuris vinculum, quo quis adstringitur ad implendum id, quod promisit, *Instit. de obli-*
2 *gat. in princ.* De hac enim obligatione satis † constat ex apoca priuata manu ipsius Fràcisci subscripta
3 ac trino teste munita, & benè recognita, quæ † propterea habet vim publici Instrumenti, *l. si scripturas C. qui pot. in pign. hab. Soccin. cons. 273. num. 3. lib. 2. Roland. cons. 26. num. 1. lib. 1. Decian. cons. 33. num. 114. & seq. lib. 1.*

Neque releuat, quod dicatur Ioannem Franciscũ
4 se obligasse per errorem, † quia error non præsumitur, & ideo debet probari. *Bald. cons. 231. lib. 2. Aym. cons. 954. num. 11.* hic autem nullo pacto probatur. Non enim subsistit ommissis responsionibus in alia decisione datis, quod in concessione facta Bonleis de anno 1614. ad quam se re fert concessio, de qua agitur, detur pro confinibus Villa Bagnoli, bona autẽ,
5 de quibus agitur, sint in Villa Bagnoli, & † sic non se compatitur, quod sint in Villa, & quod Villa detur pro confine, quia adest lacus siuè flumen Bagnoli, quod est diuersum à Villa Bagnoli, vt benè deponunt testes pro ipso Ioanne Francisco examinati. At in Inuestitura facta Bonleis datur pro confine Lacus, siue flumen Bagnoli, non autem Villa Bagnoli, prout clarè ostendunt verba illa concessionis factæ Bonleis de tota Valle Centi, & eius fundo confinante
6 ab vno latere Bagnolo, prout currit, † quæ vltima verba applicantur ad flumen, siue Lacum, non autẽ
7 ad terram iuxta illud labentia flumina, † terra autem solida, & globosa est *Ouid. primo Metamorph. Cic. de natura deor.* & propterea cum Ioannes Franciscus
8 non probet contrarium illius, quod asseruit, † non potest errorem allegare. *Calderin. cons. 1. de confess. Ruin. cons. 10. num. 16 lib. 3. Afflict. decis. 44. num. 3.* Prout nec aliquem errorem probat ex testibus per
9 ipsum examinatis, cum eorum depositiones † satis tollantur ex deductis in alia decisione, quæ placuerunt Dominis.

Nec secundo error potest deduci ex priuilegijs Bo
10 nifacianæ Constitutionis, quasi † per eam bona in illis partibus reddantur allodialia, *iuxta notata per Anchar. in cons. 393. Rimin. Iun. cons. cons. 447. num. 12. Laderch. cons. 19.* quia fuit responsum Bonifa-
11 cianam † suffragari ad effectum, vt per lineam finitã nõ dicatur vnquam deuoluere emphyteosis, & ad eã admittantur etiam extranei hæredes, & veniat in fideicommisso generali, *vt per Riminal. Iun. in cons.*
12 *138 num. 12.* non tamen efficit, † quin in aliquibus casibus non subiaceat deuolutioni, quinimmo in *§. etsi forsan* expressè sancitur ipso iure feuda emphy-
13 teusis † aperiri Domino directo, si per annum, & mensem vassalli neglexerunt inuestituras à Domino
14 efflagitare, † & ob aliquam iustam causam potuit obnoxius esse Ioannes Franciscus præstationi dictæ summæ pro recognitione feudali.

Et ita conclusum vtraque parte informante, &c.

Decisio hæc in præsenti causa facta sub die 26. Aprilis 1621. est supra in hoc Tomo decisio 285.

REVERENDISS. MANZANEDO
Patriarcha Hierosolymitano.

Romana Tutelæ super Aromataria.

Veneris 4. Martij 1622.

ARGVMENTVM.

Iudex procedendo via executiua pro legato relicto in testamento, nulliter procedit, cum pro illo consequẽdo, dictam viam competere, nullo iure cauetur, immo totum contrarium disponit textus in l. ait Prætor §. si Iudex. ff. de re iud. Atque explanatur glos. in §. illud in verb. directi. Auth. de hæred. & falcid. quæ allucinauit nonnullos Doctores ad asserendum pro legato consequendo competere viam executiuam, cum ex dicta glosa clarè colligatur in his terminis nullo modo competere d. viam.

SVMMARIVM.

1 *Pro Legato consequendo nullo iure cautum est, vt competat via executiua.*

2 *Pro Legato consequendo tres actiones sunt proditæ, nempe, personalis, ex testamento, & hypothecaria.*

3 *Pro Legato consequendo, si daretur via executiua, frustratoriæ actiones essent, quæ pro eo habendo dantur.*

4 *Testamentum, tunc habet executionem paratam, quando nullus adest legitimus contradictor.*

5 *Legatarius debet capere legatum de manu hæredis, & illud ab eo petere.*

6 *Legatarius petendo legatum hæredi, semper habebit legitimum cõtradictorem, scilicet ipsum hæredem.*

7 *Et sic non potest ei competere remedium l. fin. C. de edict. D. Adr. nec. alia via executiua consequi legatum, atque hanc opinionem semper secuta est Rota.*

8 *Text. in §. illud iuncta glos. in verb. decreti auth. de hæred. declaratur. et num. 13.*

9 *Legata consequi possunt per interloqutoriam Iudicis, ordinando hæredi, vt satisfaciat legatario.*

10 *Hæres soluere tenetur legata relicta in testamento infra annum, computandum a die, quo requisitus fuerit per legatarium, & qualiter de requisitio sit facienda. num. 11.*

12 *Hæres, sit constituatur in mora soluendi legatum, ad effectum, vt incurrat in pœnam priuationis, quid requiratur.*

13 *Via executiua, quando agitur, non requiritur litis contestatio.*

14 *Statut. Vrb. lib. 1. cap. 147. continuat possessionem testatoris in suum hæredem.*

15 *Statutum continuans possessionẽ defuncti in hæredẽ procedit illa existente vacua, non autem plena.*

16 *Sta-*

16 *Statutum disponens de hærede, non suffragatur legatario.*
17 *Mandatum de associando dari non potest ante tempus.*
18 *Testator mandando aliquid fieri arbitrio Tutoris, tunc Iudex procedendo contra eius voluntatem iniustè procedit. et num. 19.*
20 *Testator disponendo vt aliquid infra certum tempus fiat, et hoc fauore suorum filiorum, tunc infra dictum tempus non potest executioni demandari, sed requiritur lapsus illius.*
21 *Iudex non potest prætendere contra expressam Testatoris voluntatem.*
22 *Confessio facta à minoribus, & pupillis sine solemnitatibus, et tutoris auctoritate, eis non præiudicat.*
23 *Iurium præseruatio nihil operatur, quando aliquid fit contra expressam mentem testatoris, cum ea non operetur, vt non dicatur contrauentum.*

DECISIO CCCLIX.

DOMINI dixerunt decretum R.P.D. Matthei esse reuocandum, cum per illud associauerit Franciscum ad Aromatariam, de qua agitur, sub prætextu quod illa sibi fuerit à Patre in testamēto legata, & sic processit via exequutiua pro legato facto in
1 testamento, pro † quo illam competere nullo iure cautum reperitur, quinimo totum contrarium disponitur *in l. ait Prætor §. si Iudex ff. de re iudic. vbi agebatur in vim testamenti*, vt apparet ex illis verbis *text. ibi*, quod habet ex testamento, & codicillis &c. Iudex procedendo non executiuè, sed ordinariè sententiam tulit. Et sic pro consequendo le-
2 gato tres actiones competunt nempe † personalis, siue rei vendicatio, actio ex testamento, & actio hypothecaria *l. cum filius §. varijs ff. de leg. 2. & l. 1. C. comm. deleg. Corn. cons. 31. num. 3. lib. 1. Couarr. in cap. Raynutius §. 10. num. 2. de testam. Crass. in §. legatum q. 74. num. 1. Menoch. præsumpt. 63. numer. 3.*
3 *lib. 4.* quæ frustratoriæ fuissent si † legatarius exequutiuè rem legatam consequi posset, & prædictorum ratio esse potest, quia testamentum, tunc demum
4 habet paratam † executionem, quando nullus adest legitimus contradictor *Bald. in l. fin. 4. notab. & ibi Dec. num. 16. Menoch. de adipisc. remed. 4 num. 693.* legatarius vero cum debeat legatum capere de ma-
5 nu hæredis, † & ab eo illud petere, semper habebit contradictorem videlicet ipsum hæredem, & conse-
6 quenter, nec remedio *d. l. fin.* nec alia via executiua legatum consequi poterit. *Alex. in l. si cum dotem §. eo autem tempore num. 6. vers. 4. limita ff. solut. matrim. & in l. ait Prætor §. num. 5. vers. sed aduertendum est Castr. in auth. ex causa num. 13. C. de liber. præter Adden. ad Dec. in verb. legatario, qui testantur de veriori Rip. in d. l. ait Prætor §. si Iudex Coler testans de veriori in coact. de proceß. exequut. cap. 2. q. 3. num. 32. Anton. Gomez. in l. 45. Tauri nu. 137. Suarez. in l. post rem iudicatam vers. sextus casus est ff. de re iudic. Auiles in cap. Prætor cap. 10. numer. 8. Felician. de Soles de Censib. lib. 3. cap. 1. num. 6 Zuccard in d. l. final. numer. 136. vers. hanc nihilominus Alciat. in l. si pacto sub num. 39. ff. de pact. Ang. cons. 263. sub num. 1. vers. quinimo Borell. cons. 81. sub n. 13 & 14. cum seqq. Fachin. controuer. Iur. lib. 5.*
7 *31. per tot. Thes. decis. 26. per tot.* Et hanc † opinionem semper fuit amplexa Rota, *vt in decis. 391. nu. 2. p. 2 rec. & in Mediolanen. legati 30. Octobris 1585 coram bo. me. Cardinali Lancellotto, & in Romana Legati 5. Maij 1599. coram bo. me. Corduba, & in Hortana domus 24. Ianuarij 1605. coram S. D. N. tnnc Rota Auditore, & in Romana excessus legati 16. Nouembris 1616. coram D. meo Buratto, & nuper in alia Romana dotis, & legati 15. Ianuarij 1620. corā me, & alias sæpe.*
8 Non obstat text. *in §. † illud vers. initium autem iunct. gloss. in verb. decreti in auth. de hæred. & falc.*
9 vbi quod legata cōsequi possunt † per interloquutoriam Iudicis præcipiendo pro se, vel mediante nuntio, quod hæres satisfacere debeat legatario, nam
10 in text. nihil aliud dicitur, nisi quod † hæres soluat legata relicta in testamento infra annum computandum à die quo requisitus fuerit per legatarium, hāc autem legatarij requisitionem dicit *ibi gloss.* esse
11 † faciendam per interloquutoriam Iudicis præcipiendo per se vel nuncium hæredi, vt soluat, ex quo aperte gloss. non agere de via, vel modo exigendi legatum, sed tantum de modo constituendi hæredem in mora si non soluat infra annum † legatum, vt incurrat in pœnam priuationis de qua *in d. text. & in auth. hoc amplius C. de fideic. vt notat Suarez. vbi supra vers. ego considero*, immo potius ex dicta gloss. colligitur nullo modo cōpetere viam exequu-
13 tiuam si † enim dictus annus currit à die litis contestatæ, non videtur quod procedatur via exequutiua, in qua non requiritur litis contestatio, *vt per Suarez ibidem vers. ego dico.*
Minus obstat, quod Franciscus potuerit agere vigore statuti Vrbis lib. 1. cap. 147. de continuanda
14 † possessione in hæredem, quia ex hoc capite non fuit actum, nec agi potuit, cum enim tutor existeret in possessionem Aromatariæ, sum. omnium
15 pupillorum, non erat locus dicto Statuto de continuanda possessione, quod procedit illa existente vacua non autem plena, *Menoch. cons. 139. nu. 2. Hond. cons. 18. num. 6. lib. 1.* Vltra quod Franciscus nō tanquam hæres, sed tanquam legatarius dictam
16 † possessionem prætendit, & sic statutum disponens de hærede illi non suffragatur.
Vlterius Domini dixerunt dictum decretum esse
17 reuocandum, cum de illius iniustitia appareat, † ex eo quod cum Testator mandauerit, quod continuatur exercitium Aromatariæ per spatium 12. annorū arbitrio Tutoris ad effectum, vt si aliquis ex eius filijs dicto exercitio se vellet applicare, adesset capitale, non potuit dicto Francisco dari mandatum de as-
18 sociando ante lapsum ad 12. annorum † contra Tutoris voluntatem *ad text. in l. cedere diem ff. de verb. signif. Rimin. iun. cons. 68. num. 29. Rota decis. 159. num. 3. inter impressas per Modern. post tract. de Salu.*
Quæ magis procedunt, quia dictum tempus 12. annorum fuit appositum à testatore fauore omnium filiorum, considerauit enim intra dictum tempus
19 † eos omnes futuros extra pupillarem ætatem, & facilius exequi posse suam voluntatem in eo, quod mandauit, quod si plures vellent se dicto exercitio applicare, esset in arbitrio tutoris eligere magis idoneum, qui tunc existentes in ætate legitima possent
20 † omnes suam voluntatem declarare. Vnde ante tempus non potuit eligi Franciscus in præiudicium
21 aliorum filiorum pupillorum † contra expressam testa-

testatoris voluntatem *Bart. in l. cum pater §. à filia ff. de leg. 2. Surd. cons. 764. num. 24.*

Nec declaratio facta per dd. pupillos, quod nole-
22 bant † dicto exercitio incumbere videtur attendenda, cum fuerit facta à minoribus, & pupillis sine solemnitatibus, & tutoris auctoritate *l. obligari ff. de auctor. Tutor. Surd. dec. s. 100. num. 6. Menoch. cons. 29. num. 31. Rota decis. 114. num. 1. p. 2. recent.*

Neque obstat, quod Iudex in dicto decreto præseruauerit Iura alijs filijs, quia dicta præseruatio
23 † non operatur, quin fuerit actum ante diem, & quod possessio non fuerit acquisita Francisco *Hond. cons. 86. num. 44. & seqq. lib. 1.*

Et ita resolutum.

☞ *Decisio præsens est in eadem causa, die, & anno pro vt est sequens, sed in diuerso articulo.*

REVERENDISS. MANZANEDO.

Patriarcha Hierosolymitano.

Romana Tutelæ.

Veneris 4. Martij 1622.

ARGVMENTVM.

Tutor, quando est allegatus suspectus, quamuis iure caueatur, lite pendente, donec cognitio suspicionis terminetur, sit illi interdicenda administratio, tamen oculatus Iudex non debet præcipitanter deuenire ad dictam interdictionem, sed prius cognoscere saltim summariè, an calumniosè accusetur, nec ne, quia si ei apparebit de calumnia, non debet aliquo modo tutori denegare administrationem pendente lite, &c. Inimicitia inter tutorem, & pupillos, quando non sit sufficiens ad allegandum tutorem suspectum, & quid requiratur, vt allegetur talis, quia denegat alimenta pupillis, & an ipsi pupilli possint allegare tutorem suspectum, & vlterius vt adulti possint allegare suspectum tutorem cum consensu consanguineorum, quidnam sit necessarium.

SVMMARIVM.

1 *Tutore allegato suspecto, lite pendente illi interdicitur administratio.*
2 *Tutore allegato suspecto lite pendente ipso iure non censetur interdicta administratio, sed venit per Iudicem interdicenda.*
3 *Iudex, dum interdicit tutori administrationem tutelæ, quia est allegatus suspectus, non statim debet eum suspendere, sed illum audire in suis exceptionibus.*
4 *Et de causis suspicionis saltem cognoscere summariè antequam lite pendente illi interdicat administrationem.*
5 *Iudex statim allegato suspecto tutore non debet procedere ad eum remouendum, sed summatim debet cognoscere an calumniosè accusetur.*
6 *Quod de plano procedit de æquitate Canonica.*
7 *Tutorem, si Iudex animaduertat fuisse allegatum suspectum, ad hoc, vt ei lite pendente interdicatur administratio, non debet vllo modo illam ei interdicere, ne via aperiatur fraudibus & nu. 8.*
9 *Tutor pupillos tenetur defendere.*
10 *Lis inter tutorem, & pupillos, quando non videatur considerabilis, ad hoc, vt ea lite pendente tutori interdicatur administratio tutelæ.*
11 *Inimicitia tutoris, cum pupillis, non videtur sufficiens ad interdicendum ei administrationem, dum non allegatur aliqua legitima causa, ex qua deduci possit.*
Sed tantum confingitur ab illis, qui affectant tutelam.
12 *Tutor non dicitur denegasse pupillis alimenta, ad hoc vt remoueatur, si tantum illorum excessiuitatem denegauerit, quod & facere potuit.*
13 *Tutor ad hoc, vt remoueatur, quia denegat alimẽta pupillis non sufficit sola negatio, sed requiritur etiam citatio, ac illius latitatio.*
14 *Tutor, negando aliquid habere in manibus, quod spectet ad pupillos, licet re vera habeat, quando ex hoc non dicatur refricasse quæstionem dominij ipsis pupillis, & nu. 15.*
16 *Tutor, dum aliquid facit ad bonum finem, & defensionem pupillorum, & de hoc appareat, id non debet esse causa eius remotionis.*
17 *Tutor, si omiserit defendere pupillos in aliqua causa, id ei imputandum non est, dum non fuit citatus.*
18 *in Tutore culpa aliqua non potest considerari, dum non defendit pupillos, cessante in eo scientia.*
19 *Tutor non dicitur malè administrare bona pupillorum ex incisione arborum ab eo facta, dum illa fuit facta ad meliorem culturam vineæ.*
20 *Quod amplia, si aliæ arbores loco illorum fuerint subrogatæ.*
21 *Pupilli non possunt allegare suspectum tutorem.*
22 *Tutorem suspectum adulti allegare nequeunt, sine consensu consanguineorum declara vt nu. 23.*
23 *Adulti, licet cum consensu cõsanguineorum possint allegare suspectum tutorem, tamen talis consensus non suffragatur, si tales consanguinei affectẽt ipsi, esse tutores, & administrationẽ habere bonorũ.*
24 *Quia tunc, sicut ipsi non sunt legitimæ personæ ad postulandum tutorem suspectum, ita nec ad præstandum talem consensum.*
25 *Tutor, quando allegatur suspectus à persona non legitima, non est illi interdicenda administratio lite pendente.*

DECISIO CCCLX.

VISVM fuit Dominis non esse interdicendam administrationem D. Bernardino Maturo Tutori, quia licet fuerit allegatus suspectus, & regula-
1 riter Tutore suspecto postulato illa † interdicatur lite pendente, donec cognitio suspicionis terminetur *l. eum quem C. de suspect. tutor. l. hæc enim §. si prætor ff. eodem l. quod si forte §. sunt quidem ff. de solut. §. si quis autem instit. de susp. tutor.* Attamen non
2 censetur † ipso iure interdicta, sed venit per Iudicem interdicenda *d. l. eum quem ibi Præses iubebit, & ibi Bald. Borga de tutel. num. 19. Vinc. decis. 40. nu. 11. Cephal. cons. ciuil. 32. num. 5. & seqq lib. 1. Iulian. Cantabene inter cons. vlt. volunt cons. 10 num. 20. & seqq. lib. 2. Ludou. Morat cons. 74. num. 17.* qui qui-
3 dem Iudex debet tutorem in suis † exceptionibus audire nõ autem statim suspendere à Tutela *Morot.*
4 *vbi supra*, & de causis suspicionis saltem † summariè cognoscere *cap. fin. de accusat. & ibi gloss. uerb. uendendi in fine, & in cap. uenerabili uerb. suspectus de offic. deleg. gloss. magna in cap. p. 3. q. 2. in illis uerbis*, item nec ad accusationem talium Iudex statim re-
5 mouebit accusatum, sed summatim † cognoscet an calum-

calumniosè accusetur vel ne *Speculat. in tit. de præparat. Iudic. num. 5. lib. 2. Vinc. de Franc. decis. 8. numer. 4. Iulian. Cantabene vbi supra num. 10. & seqq. Cepoll. vbi supra num. 10. vers. probat hac ratione*
6 *euidentissima*, quod de plano †procedit de æquitate canonica, *Faber. in d. §. si quis autem in fin. instit. de suspect. tutor.* de quibus causis si non constat, sed ap-
7 pareat fuisse propositum ad solum effectum † interdicendi administrationem non debet interdici, ne ita via fraudibus aperiatur *l. qui de libertate ibi, qui vero per calumniam petit. ff. de liberal. caus. iuncta l. qui statum. ff. de milit. testam. gloss. in d. cap. quia Cephal. vbi supra nu. 10. vers. item probatur hoc ratione, Vrsill. ad Afflict. decis. 357. num. 5. Iulian. Cantabene vbi supra num. 17.*

In casu autem nostro cũ euidenter appareat, causas ex quibus fuit allegatus suspectus non esse veras,
8 † nec sufficientes quin potius cõfectas, & propositas ad effectum interdicen. administrationem pendente lite super remotione, non videtur esse locum prædictæ administrationis interdictioni per superius dicta.

Lis enim apposita inter tutorem, & pupillos est illa, quam mouit Franciscus adultus, qui prætendit legatum Aromatariæ, cui se opponit tutor propter interesse, & præiudicium aliorum fratrum pupillo-
9 rum, quos †defendere tenet, quæ oppositio tutoris cum sit iusta, & legitima, vt apparet ex decisione in illa causa hodie facta à Rota coram me, * merito talis lis non est †considerabilis, prout neque etiam
10 inimicitia cum pupillis, nec allegatur aliqua legiti-
11 ma causa, †ex qua deduci possit, sed tantum confingitur ab illis, qui affectant hanc tutelam, *l. athleta. §. dat remissionem, vers. amplius. ff. de excus. tut.*

Denegatio autem alimentorum non est vera, cum illa fuerint semper pupillis administrata, vt apparet
12 ex datis in summ. sed † solummodo aliquando fuit denegata illorum excessiuitas, quod fieri potuit *l. final. C. de alim. pupill. præstan.* Vltra quod sola de-
13 negatio alimentorum ad istum †effectum non sufficeret, sed requiritur etiam citatio, & illius latitatio quod non interuenit in casu nostro *l. impuberibus §. 1. l. 3. §. tutor qui alimenta. ff. de suspect. tut. §. si quis tutor instit. eodem, Rota decis. 468. num. 1. par. 2. recent.*

Quod tutor negauerit nihil habere in manibus, quod spectet ad pupillos, non fuit ad effectum refri-
14 candi quæstionem dominij ipsis pupillis, † cum dicta denegatio non fuerit facta contra ipsos, sed contra quosdam creditores illorum qui agebant contra D. Maturum, non tanquam tutorem, sed nomine proprio, qui cum nihil haberet de nomine proprio
15 †de bonis pupillorum, benè potuit id negare, cum præsertim illud fuerit ad effectum ne sibi fieret seque-strum à dd. creditoribus, & sic potius ad bonum fi-
16 nem, & defensionem pupillorum, † quam ad quæstionem dominij refricandam.

Omissio etiam defensionis pupillorum visa fuit
17 causa nullius momenti, †cum Bernardinus non fuerit citatus, quando mandatum ex aduerso allegatum
18 fuit relaxatum, cessante autem scientia† iudicij moti non potest considerari aliqua culpa in non defendendo pupillos, *Crau. cons. 266. num. 8. vers. similiter obiicitur culpa.*

19 Mala administratio†non iustificatur, nec ad istum effectum potest allegari incisio arborũ facta per tutorem, cum illa fuerit facta ad meliorem culturam
20 vineæ, †& aliæ arbores fuerint loco illarum subrogatæ, *Rota decis. 553. par. 2. rec.*

Vlterius administratio non venit interdicen. quia
21 pupilli, † qui tutorem allegarunt suspectum id facere non potuerunt *ad tex. in §. impuberes instit. de suspect. tutor. l. impuberibus. ff. eod. l. pietatis §. fin. & ibi gloss. verb. conceditur. C. eodem*, Franciscus autem
22 & Andreas, †qui sunt adulti minus potuerunt tutorem suspectum postulare sine consensu cõsanguineorum *d. l. impuberibus cum alijs*, nec ad istum effectũ visum fuit suffragari consensum matris, & patrui, quia
23 cum ipsi semper hanc tutelam affectauerint † mouendo super ea iudicium, & quotidie affectent se ingerere in administratione bonorum pupillorum, si-
24 cut nõ essent legitimæ† personæ ad postulan. tutorẽ suspectum, *Iulian. Cantabene vbi supra num. 15.* ita nec ad præstan. consensum dd. adultis in postulatione quando autem tutor allegatur suspectus à persona
25 †non legitima, non est illi interdicen. administratio, *Iulian. Cantabene vbi supra num. 19. Cepoll. d. cons 32. num. 10. vers. item probatur hac ratione.*

Et ita conclusum &c.

☞ *Decisio ista in hac eadem causa die, & anno emanata est præcedens.*

R. P. D. REMBOLDO.

Pampilonen. Capellaniæ.

Veneris 4. *Martij* 1622.

ARGVMENTVM.

Fundans aliquam Capellaniam, & disponens, vt ea dobeatur proximiori consanguineo, tunc ille, qui proximior erit, procul dubio præferendus est alijs, quæ conclusio procedit, etiamsi ille proximior esset illegitimus, nam quando fundator simpliciter mandauit, quod nominaretur in Capellanum suus consanguineus proximior, sicq. vsus est verbis naturalibus, non autem ciuilibus, censentur sub dicta ordinatione comprehensi nedum legitimi, sed etiam illegitimi & naturales, quodq. multo magis procedit stante sic consuetudine locorum.

SVMMARIVM.

1 *Illegitimi quoque veniunt appellatione consanguineorum.*
2 *Illegitimi, & spurij etiam dicuntur procedere ex sanguine.*
3 *Affectus naturalis cadit etiam in filijs illegitimis, & spurijs, & num. 24.*
4 *Vsus communis loquendi est attendendus.*
5 *Filiorum, & liberorum appellatione propriè non veniunt illegitimi.*
6 *Filij, illi propriè sunt, quos nuptiæ demonstrant.*
7 *Dispositiones quando sunt claræ, tunc frustra recurritur ad coniecturas.*
8 *Verba, (Deudo mas cercano,) secundum Hispanos comprehendit etiam illegetimos, & num. 19.*
9 *Illegitimi quoque ex consuetudine Hispaniarum gaudent nobilitate parentum non minus ac ipsimet legitimi.*
10 *Illegitimi de consuetudine Hispaniarum veniunt etiam appellatione eorum, qui sunt de familia, de domo, casata, &*
11 *Naturales filij clarissimè sunt de agnatione patris ex particulari, & notoria Hispaniæ consuetudine.*

12 Fa-

12 *Familiæ decus, & splendor non ita per illegitimos, & descendentes ab eis, quam per legitimos illustratur, & num.26.*

13 *Illegitimi de iure communi sunt babiles, & idonei ad quæcumque beneficia, num.14 & 22.*

15 *Disponentis verba sunt intelligenda secundum communem vsum loquendi locorum.*

16 *Testator præsumitur aliquem dilexisse, si ei remiserit rationem administrationis eius bonorum administrandorum, & num.17.*

18 *Contemnere quis videtur aliquem, si eum non nominet per nomen proprium, sed cum verbo, quidã.*

20 *Argumentari an liceat à vocatione actiua ad passiuam.*

21 *Coniecturæ leuissimæ nihil operantur.*

23 *Dispositio qualibet recipit interpretationem à iure communi.*

25 *Vocatus, quando est consanguineus in dubio semper præsumẽdum est, potius fuisse vocatum ex naturali affectione, quam ob aliam causam.*

27 *Illegitimus, quando concurrit cum legitimo in eodem gradu, legitimus præfertur, vide num.28.*

DECISIO CCCLXI.

DOMINI dixerunt sententiam, qua fuit pronunciatum Capellaniam, de qua agitur, adiudicari debere Petro, esse reuocandam, quia ex lege fundatoris dicta Capellania debetur consanguineo proximiori eiusdem fundatoris, & dubium non est, quod Didacus est proximior consanguineus ipsius fundatoris dicto Petro; ideoq. dicta Capellania venit adiudicanda dicto Didaco, non autem Petro.

Nec obstat, quod Didacus descẽdit à Ioanne, qui fuit filius naturalis Ferdinandi patris fundatoris, & sic ex linea infecta: quia cum dictus fundator simpliciter mandauerit, quod nominaretur in Capellanum suus consanguineus proximior, sicque vsus fuerit verbis naturalibus, non autem ciuilibus:
1 cẽsentur sub dicta ordinatione comprehensi† nedum legitimi; sed etiam illegitimi, & naturales; sicq multo magis nati ex legitimo, eo quod illegitimi quo-
2 que veniunt appellatione† consanguineorum. Quia inspecto iure naturæ, etiam illegitimi, & spurij dicũ-
3 tur procedere ex sanguine, & in eis † cadit naturalis affectus, vt notat *Bar. per tex. in l. pronunciatio. §. familia ibi.* (cum ex eodem sanguine proficiscatur) *ff. de verb. signif. & in l. tutelas, sub num.3. ff. de Capit. diminut. Fel. in c. in præsentia sub nu. 22. vers. est verum de prob. cum pluribus cumulatis in duab. decisionibus die scilicet 6. Nouembris 1617. & 16. Februarii 1618. coram* R.P.D. *meo Pirouano in hac eadem causa factis.*

Nec obstat quod in hac materia, mens, & volun-
4 tas potissimum disponentis, necnon communis †vsus loquendi inspicitur, ac etiam consideratur materia, vtrum scilicet illa sit proportionabilis, vt in ea excludatur, vel includatur spurius, vel legitimus ex tali spurio descendens, vt post alios aduertit *Modern. ad reg.8. glos.5. nu.123.* Quia vltra quod obiectum hoc videtur procedere, quando disponens vsus fuit verbis ciuilibus, quæ in subsidium tantum, & secunda-
5 rio possunt importare illegitimos, prout †est verbũ,
6 filij, & liberi, quorum appellatione non veniunt propriè illegitimi. Quia illi sunt †propriè filij, quos nuptiæ demõstrant *Imol. Alex. & alii in l. ex facto. §. si quis rogatus num.5. ff. ad Trebell. per tex. in l. filium definimus. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. & glos. in l. fin. ff. de iur. deliber.*

Secus vero quando talis disponens vsus est verbis naturalibus, quæ ex propria eorum significatione æqualiter comprehendunt etiam spurios ex supra
7 allegatis, quia tunc † frustra recurritur ad coniecturas, *l. continuus. §. cum ita ff. de verb. oblig. l. ille aut ille. §. cum, in verbis. ff. de leg.3. l. pediculis. §. argento. ff. de aur. & argen. legat.*

Cessat etiam difficultas in casu isto, ex quo nec communis vsus loquendi repugnat, quia in partibus
8 Hispaniarum ex cõmuni vsu loquendi verba† (Deudo mas cercano) quibus dicta dispositio concepta legitur, comprehendunt etiam illegitimos, vt in puncto *Garz. de benef. par. 7. cap.15. num. 46.* & immo etiam ex cõsuetudine illarum partium, seu lege par-
9 ticulari, illegitimi † quoque gaudent nobilitate parentum, non minus ac ipsimet legitimi, & ita veniũt
10 etiam appellatione eorum, qui sunt †de familia, domo, casata, vt in specie tradit *Azeued. cons.24. n.27.*
11 *& 29.* dicens quod naturales clarissimè †sunt de domo, casata, & agnatione patris, ex particulari, & notoria Hispaniæ consuetudine eos admittente ad insignia, nomen, & arma, honores, & nobilitatem patris *Garz. vbi supra num.49.*

Nec dici etiam potest, quod materia subiecta non sit proportionabilis, vt sub dictis verbis includantur spurij, quia non agitur de successione in Maioricatu,
12 vel alia simili re pertinente ad decus, † & splendorem familiæ, quæ non ita per illegitimos, & descendentes ab eis, quam per legitimos illustratur, in quibus terminis procedunt allegata pro Petro, sed tantum de successione in Capellania, in qua non consistit decus, ac splendor familiæ, ita quod ab ea censeãtur exclusi legitimi descendentes ab illegitimis, qui
13 alias inspecto iure communi † sunt habiles & idonei ad quæcumque beneficia *glos. in cap. quia clerici in verbo filii, de iure patr. Nauar. cons.4. num.1. de iu-*
14 *re patr.* & in terminis legitimi nati † ex illegitimo, & præsentati ad canonicatum, ad quem testator vocauerat clericum descendentem à quodam Ioanne, quod sit sub tali vocatione comprehensus, fuit dictum *in Tirasonen. eleemosynariæ* 14. *Nouemb.* 1603. *coram bo. me. Card. Lancellotto.*

Nec denique mens, & voluntas disponentis resistit. Tum quia eo ipso, quod vsus fuit verbis naturalibus, & quæ tam ex eorum significatione, quam ex
15 communi vsu loquendi †illarum partium, comprehendunt etiam illegitimos, censetur voluisse in dicta dispositione comprehendere illegitimos, seu legitimos descendentes ab illegitimis, *ad trad. per Bart. in l. generaliter in primo notab. C. de non numer. pecun. l. labeo. ff. de suppellect. legat. cum aliis per Tiraq. in l. si vnquam in vers. libertis nu.17 & sequen. C. de reuocan. donat.*

Tum etiam, quia, immo quod dictus fundator non
16 abhorruit †illegitimos, eosq. consanguineos appellauerit, clarè apparet ex eo potissimum, quod cum superius disposuisset, quod si consanguineus ipsius bona sua administraret, non exigeretur ab eo ratio administrationis, postea subiunxit, quod si dicta bona fuissent administrata per filium naturalem Ferdinandi sui fratris, prout sibi relatum fuerat, nedum non exigeretur ratio ab eo, prout superius ordinauerat, ibi (vt dictum est) verum etiam ipsi darentur ducat 300. Nam ex hac dispositione colligitur, quod habuit

buit inter consanguineos etiam dictum filium naturalem Ferdinandi, quodq. eundem particulari amore etiam præ cæteris consanguineis prosequebatur, adeo quod non solum non possit constare ex dispositis ab eo, quod non voluerit in dispositione per ipsũ ad fauorem proximiorum consanguineorum facta comprehendere etiam illegitimos: sed immo magis appareat animum ipsius fuisse etiam illegitimos cõprehendere, non minus atque legitimos, dum ad fauorem eorumdemmet consanguineorum disposuit,
17 ne ab ipsis † ratio exigeretur, ad trad. per *Socc. sen. cons. 102. nu. 9. lib. 3. Card. Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 9. num. 12.*

Nec aliquid releuat, quod fundator non ex beneuolentia & affectu legauit Ioãni illegitimo dictos ducatos 300. & à reddenda ratione administrationis liberauit; sed quod hoc fecit vigore grauaminis testamenti sui fratris Ferdinandi, tum quia nullibi constat dictum testamentum Ferdinandi sortitum fuisse effectum, aut Gundisaluum fundatorem habuisse de tali testamento notitiam, tum quia dictus fundator fuit institutus hæres sub conditione, si personaliter veniret habitare, & residere ad Oppidum de Taffalla, & non alias, dum ergo dictus fundator obijt in Indijs vbi suum testamentum condidit, & numquam post testamentum Ferdinandi habitauit in dicto Oppido de Taffalla, vtique dici non potest dictam hæreditatem adiuisse.

Nec obstat, quod dictus fundator non nominauit
18 dictum filium naturalem Ferdinandi † per nomen proprium, sed cum quadam nota contemptus, videlicet, quidam filius naturalis mei fratris. Quia hoc non euenit ex eo, quod dictum filium Ferdinandi cõtemneret, sed quia propter longam eius absentiam & multorum annorum moram in Indijs, ignorabat etiam nomina filiorum Matthæi, quos pariter non nominauit eorum proprijs nominibus, neque in vulgari Hispano sunt verba aliquo modo contemptiua, quia in processu originali legitur (vn hiso) licet interpres verterit (quidam) pro (vnus) Et si vt prætenditur aspernatus fuisset dictum filiũ naturalem Ferdinandi, vtique eum non liberasset ab onere reddendi rationem, nec minus ipsi legasset ducatos 300. vt dictum est.

Nec obstat, quod voluerit saltem dictus fundator in concursu legitimi cum legitimis descendentibus ex illegitimis præferri legitimum ex adductis in duabus posterioribus decisionibus in hac causa coram R.P.D. meo Pirouano factis. Quia hoc neque ex verbis (quibus concepta est fundatoris dispositio) nec ex præsumpta, seu coniecturata mente ipsius disponentis concludi potest.

Non ex verbis, quia verba, quibus dictus funda-
19 tor vsus est, æqualiter important legitimum, † & illegitimum, tàm ex propria eorum significatione, quam attento vsu loquendi, & consuetudine illarum partium, vt supra fuit probatum.

Non etiam ex præsumpta fundatoris voluntate, quia nulla coniectura, saltem valida adducitur, ex qua possit talis voluntas elici; quinimo ex supra deductis apparet adesse satis vrgẽtes coniecturas, quod dictus fundator non abhorruerit in specie filium Ferdinandi à quo descendit Didacus, quodq. eundem appellauit consanguineum, & præ cæteris honorauit.

Nec obstat, quod fundator reliquit iuspatronatus Capellaniæ, de qua agitur, Matthæo, & eo deficiente ipsius Matthæi filio primogenito: ideoq. videatur lineam Matthæi, atque ita legitimos prædilexisse. Quia
20 si liceret † argumentari à vocatione actiua ad vocationem passiuam; hoc est, quod in Capellania sit præferendus ille, qui fuit à testatore prælatus in patronatu, proculdubio hoc argumento excluderentur à Capellania nedum illegitimi descendentes ex alia linea, sed etiam omnes alij consanguinei, etiam legitimi ipsius fundatoris, quibus similiter linea dicti Matthæi fuit in patronatu prælata; quod cum dici minimè possit, eo quia clarè apparet, quod licet testator prius patronatum reliquerit Matthæo tãtum, & ipsius Matthæi lineæ: Tamen dum postea circa Capellaniam disposuit, non se restrinxit ad dictam lineam Matthæi; sed simpliciter mandauit quod in Capellanum nominaretur proximior consanguineus, & sic hãc dispositionem fecit ad fauorem omnium consanguineorum, non autem ad fauorem lineæ Matthæi tantum. Merito, etiam ex dicta concessione patronatus Matthæo facta, concludi non potest quod testator voluerit lineam Matthæi alijs consanguineis proximioribus, licet ex illegitimis descendentibus præferri.

21 Nec faciunt aliæ coniecturæ deductæ, † quia sunt læuissimè, & nihil operantur; eoq. magis, quod qualtenus versaremur in dubio, sumenda esset interpretatio ad fauorem descendentiũ ex illegitimis, ita quod ipsi etiam censeãtur sub dicta dispositione, æqualiter cum legitimis inclusi. Tum quia ipsi sunt de iure
22 † communi habiles, & idonei ad quæcumque beneficia, dignitates, & honores; vt supra fuit dictum, &
23 quælibet dispositio † recipit interpretationem à iure communi *cap. cum dilectus de consuet. Anchar. cons.*
24 *6. num. 8. & cons. 393. num. 2.* tum quia † in dictis legitimis eorumq. parentibus cadit affectio naturalis, *Abb. in cap. naturalis, §. sunt & alij in fin. de rescr. Nauar. d. cons. 4. num. 2. de iurepat.* & in dubio sem-
25 per † est præsumendum potius fieri vocationem ex naturali affectione, quam ob aliam causam, vt in terminis notat *Modern. ad reg. 8. glos. 5. num. 125. & sequen.* quem refert & sequitur *Garz. de benef. dicta par. 7. cap. 15. sub num. 53. ad fin. vers. & quod in dubio.*

Nec obstant in contrarium cumulata, quia illa procedunt, vel quando fundator vsus est verbis ciuilibus, sub quibus saltem primario, & æqualiter non veniunt illegitimi, & descendẽtes ab eis, vt supra fuit
26 dictum, vel quando agitur de † iurepatronatus honorifico, seu alia re instituta ad illustrandam familiã, quo casu materia non est proportionabilis, vt possint dici vocati illegitimi.

27 Vel saltem quando cum illegitimo † concurrit legitimus in pari gradu, secus vero quando testator vsus est verbis naturalibus, & quæ tam ex communi vsu loquendi, quam ex consuetudine importãt æqualiter illegitimos, & agitur de præsentatione passiua ad simplicem Capellaniam, nec legitimus est in pari gradu cum descendente ex illegitimo, vt in casu isto,
28 tunc † enim præfertur proximior licet descendat ab illegitimo, excluso legitimo remotiore, *Modern. dicta glos. 5. num. 124. vers. necnon an cæteris paribus, Garz. dicto cap. 15. num. 48. ad fin. & num. 53. prope fin. &c.*

Decisiones in hac causa emanatas annotaui supra ad decisionem 27. quæ est in eadem causa. R.P.D.

R. P. D. VBALDO.

Carthagineñ Translationis.

Veneris 4. Martij 1612.

ARGVMENTVM.

Translatio Monasterij etiam Monialium fieri nequit de loco ad locum sine licentia Romani Pontificis, & iuxta causa translationis Monasteriorum, quæ esse possit, atque nonnullæ ex dictis causis hic in decisione referuntur, & quid sit faciendum, si Incolæ loci, vbi adest Monasterium alibi transferendum, ægrè ferant talem translationem.

SVMMARIVM.

1 *Monasterij translatio de vno loco ad alium fieri nequit sine licentia Sedis Apostolicæ.*

2 *Monialium Monasterium de vno loco ad alium transferri non potest sine auctoritate Papæ.*

3 *Regularium Sacra Congregatio quotidie ex causa licentias concedit transferendi Monasterium de vno loco ad alium.*

4 *Monasteria transferendi de vno loco ad alium iusta dicitur causa, vt si sint fundata in locis sterilibus, & aquosis, aut quia Domini temporales occupant eorum bona &c.*

5 *Priuilegiorum communicatio, quid operetur.*

6 *Sententia est nulla, si Iudex decernat id, quod non habet in commissione.*

7 *in Concessionibus attendenda est mens concedentis.*

8 *Monasterij translationis de vno loco ad alium, quando concessa est licentia, si tunc antea fiat, si simus in Monialibus, quid sit expectandum.*

9 *Leucæ 13. Hispanæ, constituūt 39. milliaria Italica.*

10 *Sententia appellationis, quando Iudici est commissa, debet eam confirmare, vel reuocare.*

11 *Sententia contra sententiam lata non facta eius mentione est nulla.*

12 *de Iustitia sententiæ dicitur satis constare ex decisionibus in causa factis.*

13 *Monasterij translatio de vno loco ad alium rectè fit ex intemperie, & insalubritate aeris, ac ob nimiam ipsius Monasterij humiditatem.*

14 *Monasterij translatio de vno loco ad alium fieri potest, si eius ruina in parte fuerit secuta, & in parte minetur. num. 14.*

15 *Monasterium, quando ex iustis causis est transferendum de vno loco ad alium, & incolæ loci, vbi iam adest Monasterium id ægrè ferant, vt obtineant suam intentionem, quid facere debeant.*

16 *Monasterij translatio de vno loco ad alium quando fit, an sit necessaria licentia eorum, qui illud construxerunt, & num. 17.*

18 *Monasterij translatio de vno loco ad alium, quando satis dicatur fieri de consensu eorum, qui in eo degunt.*

19 *in Monasterij translatione de vno loco ad alium, vt validè fiat, debet seruari forma præscripta in licentia data.*

DECISIO CCCLXII.

DOMINI steterunt in decibs 26. Nouembris præteriti, & sic sententias Rotales esse confirmandas censuerunt ex rationibus deductis in decisionibus in causa factis 1. Febr. 1619. & 18. Martij 1620 coram R.P.D. meo Pamphilio, necnon 5. Iulij eiusdem anni coram R.P.D. meo Verospio, & demū coram me in dicta decis. 26. Nouembris præteriti; neque obstare, quæ pro nullitate, & iniustitia primæ sententiæ Rotalis per secundam confirmatæ deducebantur, nam quoad primam nullitatem ex eo, quod Rota processerit ad exequutionem litterarum Sacræ Congregationis Regularium quoad translationem, de qua agitur, quæ tamen exequutio erat commissa Episcopo Carthaginen., respondebatur dictas litteras principaliter fuisse deductas pro licentia Sedis Apo-
1 stolicæ ostenden. † sine qua non poterat fieri dicta translatio, *cap. 1. de excess. prælat. in 6. clem. cupientes de pœn.* quorum iurium dispositio habet locum
2 etiam in Monasterijs † Monialium, vt fuit firmatum in vltima decisione coram me, & non est dubitan. de facultatibus d. Sac. Congregationis quæ quotidie si-
3 miles † licentias cōcedit, & prædicta cōfirmabat vnus ex Dominis ex facultate concessa Prælatis Regularium, vt possint transferre Monasteria fundata in locis sterilibus, & aquosis, aut Dominorum tempora-
4 lium eorum bona † occupan. ad alia loca cum suis redditibus, fructibus, & prouentibus, ita concessit Benedictinis, Valleoletanis Pius II. Bulla 6. & Minoribus Sixtus IIII. Bulla 14. & Prædicatoribus Bulla 33. & Alex. IV. Bulla 9. Ista priuilegia refert *Io. de la Cruz. in epitom. de stat. reliq. lib. 2. cap. 9. dub. 1. in 2. conclus.* Quæ priuilegia ratione commu-
5 nicationis suffragantur † cum alijs regularibus, *Miranda in manuali Prælat. regul. par. 1. q. 33. art. 2.*

Quod vero secundo loco dicebatur non fuisse expressam in dicta licentia Ciuitatem Gienneñ, & in-
9 de † resultare nullitatem sententiæ Rotalis, quæ mādat translationem fieri ad dictam Ciuitatem tollitur, quia ex decisionibus in causa factis apparet in dicta Ciuitate satis commoda & opulenta posse subuenire necessitatibus Monasterij, de cuius translatione agi-
7 tur, & ideo ex mente saltem † Sac. Congregationis potuit pronunciari translationem esse facien. ad dictam Ciuitatem, præsertim quia non est verum, quod in licentia Congregationis caueatur, vt translatio fiat ad Ciuitatem vicinam, quia hoc non legitur in
8 dicta licentia, sed quod † translatio fiat postquam Monasteriū in loco frequentiori, & muris cinto ædificatum, debitaq. clausura munitum fuerit, neque etiam subsistit quod dicta Ciuitas distet per spatium 150. passuum à loco de Veas, vbi hodie Moniales degunt, vt fuit præsuppositum in decisione D. Pamphilij 10 Iunij 1619. Immo datur fides quod distet so-
9 lum per 13. † Leucas Hispanas constituentes iuxta computum 39. milliaria Italica.

Non obstat, quod tertio dicebatur fuisse in Rota commissam causam appellationis à sententia consilij
10 ordinarij, & ideo † debuisse eā confirmari, vel reuocari, alias sententia tanquam contra aliam sententiā
11 lata non facta illius mentione dicitur † nulla, *l. 1. C. quand. prouoc. non est neceß. Cassad. decis. 1. nu. 4. de sequestr. poss. & fruct.* cum alijs per Rotam *decis. 161. num. 2. par. 1. in rec.* quia obiectum cessat ex facto cum in sententia Rotali dicatur, mandatumq. de transferendo rescissa, & annullata sententia supradicti consilii ordinarij in prima instātia lata relaxamus
12 Quo vero ad iustitiam, de illa satis constare † videtur ex decisionibus, de quibus supra in principio dictum est in quibus fuit firmatum translationem esse faciendam ex causis ibi expressis, nempe ob intem-
13 periem, & insalubritatem aeris, & † nimiam eius humiditatem

14 miditatem Monasterij ruinã † in parte secutam, & in parte imminentem, prospectũ ex locis vicinis, & ex Turri Ecclesiæ Parochialis, paupertatem, & necessitatem Monialium, & earum meliorationem, si ad Ciuitatem opulentam transferantur, *iuxta tradita in cap. tribus vbi gloss. in verb. difficultas, de consecrat. distinct. 1. Lap. alleg. 68. num. 2. Rebuff. in prax. in tit. de translat. Episc. num. 4. & seqq. Mandos. de Signat. Grat. in verb. translationes vers. trãslatio Ecclesiæ, vt latius in decis. D. Pamphilij 1. Fe-*
15 *bruarij 1619.* quam † translationem si ægre ferunt incolæ Oppidi de Veas, possunt se obligare pro alendis Monialibus, & reparan. Monasterio, & alijs necessarijs, *iuxta decis. D. Pamphilij 18. Maij 1620. & alias subsequentes coram D. Verospio, & coram me.*

Non obstat quod translatio fieri non possit sine
16 licentia Regij Consilij, de cuius licentia † fuit fundatum Monasterium, quia ad talem translationem ex causa faciendam requiritur de iure licentia Sedis Apostolicæ, *cap. 1. de excess. Prælat. in 6. Clem. Cupientes de pœnis, Mandos. vbi supra vers. Monasterium*, neque in conditionibus appositis in funda-
17 tione adest ista, vt non possit † transferri Monasterium subsisten. causa iusta sine licentia laicorum.

Non obstat quod non adsit consensus Monialiũ,
18 quia † ille satis elicitur ex ipsarum deuolutionibus circa ipsarum paupertatẽ, & quod in Villa de Veas, in qua degunt, fame penè pereunt, & non potest illis piorum eleemosynis, propter angustiam loci, prouideri, vt in Summario alias dato ad nullitatem examinis testium, ob defectum citationis Vniuersitatis, placuit responsio alias data in decisione 18. Maij 1610.

19 Ideo conclusum fuit stan. in decisis † pro translatione, dum tamen fiat ad præscriptum licentiæ Sac. Congregationis, vt fuit etiam dictum in vltima decisione, & signanter quod constet Monasterium iam esse ædificatum in loco frequentiori, & muris cincto ad recipien. istas moniales.

Quæ autem dicebantur de liquidatione, non sunt præsentis inspectionis cum illa procederet si Vniuersitas se obtulerit paratam, & se obligauerit subuenire necessitatibus Monialium, iuxta resolutiones Rotales, de qua oblatione, & obligatione adhuc non constat.

Et ita decisum, &c.

☞ *Decisiones in hac eadem causa emanatas, quæ in præsenti enumerantur, apposui infra in Appendice post decisiones anni 1626. prout in Indice in principio posito.*

R. P. D. REMBOLDO,

Leodieñ Dominij,

Veneris 11. Martij 1622.

ARGVMENTVM.

Spoliatus à Iudice iniustè procedendo, non obstante calore iudicij, reintegrandus venit Mandati relaxatio facta non præcedente citatione est nulla, & maximè si pendebat aliqua dilatio. De melioramentis quando constat, ante restitutionem sunt reficienda, & non sufficit cautio.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus quibus probatis veniat reintegrandus.*
2 *Possessio probatur ex mandato de immittendo, & ex immissione subsecuta. & num. 3.*
4 *Iudex iniuste procedendo, dicitur vti priuatus procedere, & calor iudicij non impedit, quominus spoliatus non sit reintegrandus.*
5 *ad Mandati relaxationem rite non potest deueniri, nisi præcedente citatione.*
6 *ad Mandati relaxationem non est deueniendum pendente dilatione. & num. 7.*
8 *Melioramenta, quando sunt reficienda, non sufficit cautio.*
9 *Et hoc maximè, quando adest tale pactum, de illis omnino reficiendis. & num. 10.*
11 *Spolium vltimum est purgandum.*
12 *Spoliatus restituendus est ad statum, in quo erat de tempore spolij,*

DECISIO CCCLXIII.

☞ DOMINI dixerunt hæredes Matthei esse reintegrandos, constat enim † de duobus extre-
1 mis in hoc iudicio requisitis, de possessione scilicet, dicti Matthei, quæ probatur ex concessione ei facta de bonis, de quibus agitur, tanquam plus offerenti pretio florenorũ 3530. iuncta interpellatione Emanuelis ad dimittendam dictorum bonorum possessionem, & oblatione Matthei, quod erat paratus dictam possessionem dimittere refusis sibi refundendis, & sententia denique lata 4. Februarij 1620. in qua ipse Mattheus condemnatur ad dimissionem possessionis dominij cum appendicibus, & declaratur lapso mense vtili ipsi præfixo ad liquidandum prætensas expensas, Emanuelem immittendum esse in possessionem bonorum, de quibus agitur.

2 Et etiam de possessioue † Emanuelis, quod est secundum extremum, ea namque probatur ex mandato de immittendo ab eodem Emanuele, vigore
3 dictæ sententiæ obtento, & immissione † subsecuta, vna cum litis sustentatione, vt fuit sæpissimè in his terminis resolutum.

Nec obstat quod d. Emanuel fuit Iudicis auctoritate immissus, quia cũ Iudex nulliter, & iniustè pro-
4 cesserit, ideoq. dicatur processisse, † vti priuatus, calor Iudicis nõ impedit, quominus eidẽ Mattheo sic expulso debeatur reintegratio. *Abb. in cap. cõquerente n. 5. de restit. spoliat. Crauett. cons. 140. n. 2. & cons. 302. num. 1. Surd. decis. 168. num. 26. Menoch. de recuper. remed. 8. num. 19. & seq. Caputaquen. decis. 186. par. 3.*

Quod autem nulliter, & iniustè processerit patet,
5 quia processit ad relaxationem dicti mandati † nulla præcedente citatione Matthei ad videndum relaxari mandatum, *clem. sepe, vbi glos. in verb. ad id de verb. signific. l. de vnoquoque, ff. de re iudic.* & etiam
6 pendente † dilatione, nam in sententia concesserat Matthæo mensem vtilem ad liquidandum melioramenta, ad quorũ restitutionem tenebatur Emanuel vigore apocæ venditionis, & licet dictus mensis non incepisset currere, nisi à die 13. Martij 1620. qua Matthæus comparuit, & obtulit se paratum dimittere possessionem, refusis refundendis, & imo idemmet Iudex mandauerit responderi huic oblationi, suspendendo interim quæcumque præiudicialia, prout eadem præiudicialia sæpius alias intra dictum

mensem

mensem suspendit, quibus suspensionibus durantibus non currebat terminus in præiudiciũ dicti Matthei, tamen Iudex relaxauit mandatum die 10. Apri-
7 lis, & sic intra mensem vtilem, † & per consequens pendente dilatione, & nulliter, *l. per hanc. C. de tempor. appell. l. siue pars C. de dilatio. cum simil.*

Nec obstat quod Iudex mandauit dari cautionem
8 per Emanuelem, quia non sufficit cautio † quando melioramenta sunt liquida, & multo minus quando vt in casu isto fuit expressè conuentum, quod omnes pecuniæ pro meliorandis, & restaurandis bonis ex-
9 positæ † essent refundendæ ante retractum faciendũ. *Castr. cons. 270. sub num. 2. Contard. in l. vnica C. si de moment. poss. q. 3. num. 21.*

Atque hinc etiam resultat iustitia dictæ immissionis, cum stante liquidatione melioramentorum facta per Matthæum, contra quam nihil pro parte Emanuelis fuit oppositum, non poterat Iudex ad immis-
10 sionem Emanuelis deuenire nisi refectis † dictis melioramentis, iuxta pacta conuenta in apoca dictæ cessionis ex proximè allegatis.

Non obstant, quæ dicuntur de nullitate concessionis de dictis bonis facta Mattheo, quia vltra quod dicta concessio fuit sæpiùs per eundem Emanuelem
11 approbata, cessat etiam difficultas, ex † quo in omnem euentum vltimum spolium esset purgandum,
12 & sic Matthæus restituendus ad statum in quo † tempore commissi spolij reperiebatur. *cap. fin. de ordin. cognit. Mobed. decis. 8. de restit spol. cum vulgar. & c.*

Infra in eadem causa habetur altera decisio sub die 2. Maij præsentis anni 1622.

R. P. D. REMBOLDO.

Carpen. Bonorum.

Veneris 11. Martij 1622.

ARGVMENTVM.

Ventilatur in præsenti decisione, quando hæreditas dicatur multum diminuta, vigore detractionum factarum, quidnam in dictis detractionibus imputandum veniat, & hoc ad effectum saluandi gratiam obtentam à Papa, stante narratiua, quod hæreditas ex detractionibus remanebat, vt dictum est, valdè diminuta, qualis diminutio scilicet sit necessaria, & quid si ex aliqua quoque causa fuerit motus Papa ad concedendam dictam gratiam.

SVMMARIVM.

1 *de Defectu intentionis Papæ dans, onus id probandi, ei incumbit.*
2 *Hæreditas ex detractionibus, quando non remaneat diminuta.*
3 *Negatiua est concludenter probanda ab eo, qui in ea se fundat.*
4 *Hæreditas an remaneat valde diminuta ex detractionibus, id pendet à calculo.*
5 *Hæreditas ex detractionibus, sine dubio valde remanet diminuta, cum diminutio excedat medietatem. & num. 12. & 13.*
6 *Hæreditas an valde diminuta remaneat ex detractionibus faciendis, id secundum subiectam materiam est considerandum. & nu. 17. & 21.*
7 *Hæreditas dicitur valdè diminuta per detractiones, si diminutio sit in summa considerabili.*
8 *Verbum, valde, verificatur in diminutione, etiam circa dimidiam.*
9 *Læsio dicitur magna, & enormis, si excedat dimidiam iusti pretij.*
10 *Bona mobilia augent valorem hæreditatis.*
11 *Bona mobilia nequaquam augent valorem hæreditatis, si non probetur, ea deuenisse ad manus hæredis.*
14 *ex Possessione præsumitur fructuum perceptio.*
15 *Interpretatio facienda est, ne intret subreptio: & num. 16.*
18 *Solutio, quod fuerit facta, vel quis posse cogi ad soluendum, hæc inter se non longè differunt.*
19 *Papa si fuerit narratum, hæreditatem esse grauatam legatis, & ære alieno, vt gratia obtenta substineatur, an de tempore eius concessionis ea sint soluta, nec ne.*
20 *Fideicommissarius, id quod ex propria industria acquirit, in eius vtilitatem cedere debet.*
22 *Hæreditas ad hoc vt dicatur diminuta ex detractionibus, debet considerari id, quod solum remanet hæredi.*
23 *Hæreditas tanto minoris valet, quanto magis ex ea extrahitur.*
24 *Electio in alternatiuis est debitoris.*
25 *Electio in alternatiuis, si ad aliquem spectet, dum est neglìgens in eligendo, eam amittit.*

DECISIO CCCLXIV.

DOMINI censuerunt, sententiam ad fauorem D. Erminiæ latam esse confirmandam, quia ex lectura Breuis, quo dicta D. Erminia nititur, apparet Papam fuisse motum ad concedendum dictum Breue, non tam ex eo, quod hæreditas Ludouici detractis detrahendis remanebat valde diminuta, quam etiam, vt dicta D. Erminia vna cum eius viro pro dignitate natalium, & familiarum suarum congruè sustentari valeret. Vnde cum pro parte Montis Pietatis, qui dat de defectu intentionis Papæ, &
1 cui propterea incumbit onus probandi dictæ † intentionis defectum, *vt fuit alias in hac causa coram Illustriss. D. Card. Sacrato firmatum*, non probetur, quod non adsint detractiones, quibus dicta hæreditas remanet valde diminuta, merito fuit dicta Erminia per dictam sententiam absoluta.

Nec obstat quod aliàs sæpè fuit deductum, & nunc denuo pro parte dicti Montis Pietatis inculcatur,
2 quod dicta hæreditas per † illas detractiones, quæ sunt certæ, non remanet valde diminuta, quodque alias non adesse probatur, ex responsione data ab eadem Erminia, vigore rescripti Signaturæ se nescire an adsint aliæ detractiones.

Quia vt in alijs decisionibus in hac causa factis fuit responsum, nec ex dicta responsione Erminiæ infertur pernecesse, quod non adsint aliæ detractio-
3 nes, quæ † tamen negatiua esset concludenter à dicto Monte probanda, nec quatenus dicta negatiua posset dici ex dicta respõsione probata, subsistit quod per detractiones certas dicta hæreditas non rema-
4 neat valde diminuta, cum imo appareat † ex calculo facto, quod hæreditas, quæ est valoris scutorum 35. mil. factis dictis detractionibus deducitur ad scuta 10500. sicque proculdubio verificatur, quod ex dictis detractionibus dicta hæreditas remanet valde
5 diminuta. † Et maximè quia dicta diminutio excedit medietatem, cum tamen ex quo Papa, vt dictum

est, non tam motus fuit ex causa dictæ diminutionis ad concedendum gratiam, quam quia ipsius intentio erat iuuandi Erminiam, vt ipsa pro dignitate natalium valeret congruè sustentari, videatur, quod
6 verba valde diminutam, † quæ proculdubio iuxta subiectam materiam, & verisimilem mentem Papæ sunt intelligenda, vt verificentur in quacunque
7 saltem † considerabili diminutione, licet non excedente medietatem, tantoque magis quod etiam attento iuris rigore verbum, † valde, verificatur in
8 diminutione circa dimidiam, vt in simili videmus
9 quod læsio dicitur † magna,& enormis, quæ excedit dimidiam iusti pretij, *l.2. C. de rescind. vendit. Dec. cons.216.in princ.Menoch.cons.412.nu.2. Odd. de restit.in integr.par.1.q.4.num.117.*

Nec propterea obstat quod dicitur in dicto calculo non fuisse habitam rationem mobilium, &
10 animalium, † quæ augent valorem dictæ hæreditatis,& esse demendas aliquas detractiones non verificatas, quia præterquamquod non constat de existẽtia dd.mobilium, & animalium, aut quod ea saltem
11 ad manus † Erminiæ, quæ tunc erat minor, peruenerint,& omnes detractiones de quibus in d. Breui, & calculo sunt iustificatæ, fuit etiam responsum, quod pro parte Montis non probatur contrarium, & quod etiam admissis prætensionibus dicti Montis
12 Pietatis adhuc † non posset dici quod dictus Mons sit in probatis, non solum quia non probat, vt supra dictum fuit, quod vltra dictas detractiones certas non adsint aliæ detractiones, ex quibus dicta hæreditas remaneat diminuta, sed etiam quia licet in
13 hæreditate † factis detractionibus remanerent vltra dicta scuta 10500. & vltra 17. mil. nihilominus adesset considerabilis diminutio, quod sufficit ad effectum sustinendi dictum Breue ex supra deductis.

Nec releuat quod non fuit habita ratio fructuum perceptorum per Erminiam spatio septem annorũ, quia in eodem Breui Papa condonauit omnes fructus dictæ Erminiæ ad quamcumque summam ascẽdentes, quos bene sciebat dictam Erminiam perce-
14 pisse, aut † saltem cogitare poterat, cum sciebat ipsam possidere, nam ex possessione præsumitur fructuum perceptio, *Card. Seraph. decis. 1245. num.6. Rota decis.25. de Prebend.in nou.& decis.269 nu.2. par.1.in recent.*

Nec obstat quod minus verè fuit Papæ suppositũ Erminiam fuisse coactam vigore transactionis plurima bona restituere, & æs alienum, ac legata persoluere, cum vigore transactionis non relaxauerit, nisi scuta 7000. nec æs alienum, & legata persoluerit, quia verba dicti Breuis, ibi, *simulq. æs alienum, &c.*
15 † non sunt referenda ad transactionem, sed stant de per se, itaut sensus narratiuæ dicti Breuis sit, quod Erminia erat coacta præter restitutionem bonorum vigore transactionis, *æs alienum soluere, &c.*
16 & in omnem euentum ad effectum † intentionis Papæ, de cuius defectu datur, idem est, quod Papa putauerit Erminiam teneri soluere æs alienum, & legata vigore transactionis, vel quod teneatur ex
17 alia causa, vltra quod sufficit ex † detractionibus quomodocumque faciendis hæreditatem remanere, vt supra diminutam.

Non obstat quod Erminia non soluit legata, quia
18 præterquamquod † nec ista negatiua probatur, sufficit etiam quod poterat cogi ea soluere, ex quo possidebat hæreditatem, illamque nondum restituerat, quodque propterea vexabatur à creditoribus, & legatarijs. Nam vt sæpè dictum est, Papa fuit motus ad derogandum voluntati Annibalis ex causa pietatis erga d.Erminiam, & licet fortassis non derogasset, si nihil fuisset detrahendum ex dicta hæredita-
19 te, † tamen parum refert ad effectum substinendi gratiam, quod fuerint tẽpore concessionis d.Breuis, cum effectu soluta, vel non soluta dicta legata, & æs alienum, & sufficit, quod hæreditas erat grauata dictis legatis,& ære alieno, sicque dicta legata, & æs alienum erant detrahenda.

Quoad fideicommissum Taliani cum illud fuerit computatum in æstimatione hæreditatis, meritò debent poni inter detractiones faciendas scuta 7000. ab Erminia hæredibus fideicommissarijs vigore trãsactionis soluta, quinimo debuisset poni inter dictas
20 detractiones † totum id, quod valebat d. fideicõmissum, nam quod ex propria industria Erminiæ comparatum fuit, in eius quoque vtilitatem cedere debet, *ad text.in l.3.ff.ad l.falcid. & fuit dictum in hac causa coram Illustriss.D.Card.Sacrato*, ac propterea eo minus etiam dici potest, quod dictus Mons Pietatis probauerit dictam hæreditatem non † esse
21 valde diminutam, quia inter alias debuisset ad hunc effectum liquidari à Monte d. fideicommissum Taliani, itaut illud totum potuisset detrahi, & considerari, An facta detractione remaneret dicta hæreditas valde diminuta.

Quo vero ad scuta 2000. persoluenda Monti per Erminiam, vigore Breuis, negari non potest, quin
22 computanda sint, licet enim non veniant † sub nomine detractionum in Breui expressarum, tamen diminuunt istam hæreditatem, cum in calculanda hæreditate, id solum sit æstimandum, quod remanet D.Erminiæ deductis dd.detractionibus, ac etiam istis
23 scutis 2000. seu bonis hæreditarijs ad hanc † quantitatem ascendentibus monti assignatis, cum tanto minoris valeat hæreditas.

Non obstat, quod dicitur non fuisse adimpletam formam d. Breuis per Erminiam circa depositum scut.2.mil. quod tenebatur d. Erminia facere penes Montem Pietatis, quia in Breui disponitur, quod vel dicta scuta 2000. deponat, vel bona stabilia eiusdem valoris d.Monti assignet, vnde cum dicta Erminia d. Monti assignauerit bona valoris scut.2000. satisfecit dispositioni dicti Breuis, quia electio in alternatiuis
24 † est debitoris, *l.plerumq.in fine,& ibi glos.in verb. electio,ff.de iur.dot.Natt.cons.650.nu.4. Ceph.cons. 436.nu.7.*latè *Surd.dec.318.nu.3.* Et imo quatenus
25 † electio pertinuisset ad Montem, illa amisisset propter moram, *glos.in cap.inter cæteros in verb. istor. ad fin.& ibi Rip.nu.72.de rescript.Bart. in l.stychũ nu.2.vers.ex quo nota, ff.de solut.Paris.cons.23.n.4. & 5.lib.3.* vltra quod assignatio per Erminiam facta, fuit postea per secundum Breue confirmata, etiam cũ clausula, quod tenor processus fabricati super d.assignatione, habeatur pro incerto, & cum alijs clausulis prægnantissimis.

Præsertim cum postea terminus assignandus vigore secundi Breuis Monti ad acceptandum bona prædicta, fuit assignatus in processu desuper in partibus fabricato de anno 1601. & in actis producto, & Mons de præfato deposito nihil opposuerit. Ex quibus tollitur penitus omnis difficultas.

RE-

REVERENDISS. MERLINO.

Bononien. Professionis.

Lunæ 14. Martij 1622.

ARGVMENTVM.

Monachus, si in aliqua Religione diu degerit, ipsique tacitè profiteatur, ac deinde relicta prima Religione ad aliam transiuerit, ibique expresse professus fuerit, nec non per mult ũtempus steterit, dato modo, vt iterum reuertatur ad primam Religionem, ac pendeat lis super validitate transitus, dubitatur modo, dum ea pendet, cui nam Religioni danda sit manutẽtio in quasi possessione exercendi actus superioritatis in d. Religiosum, & conclusio est ad fauorem secundæ Religionis concurrentibus tamen requisitis de quibus latè in præsenti decisione.

SVMMARIVM.

1 *Quasi possessio ex quibus censeatur amissa,*

2 *Dominus negligendo custodiam serui fugitiui, illius possessionem amittit, postquam ab alio fuit volens apprahensus, licet secus ante.*

3 *Superior Religionis dum negligit recuperationem subditi ad alium ordinem transeuntem, illius possessionem amittit. & nu. 29.*

A Seruo ad Monachum rectè infertur. nu. 5.

4 *Decennio non est opus ad amittendam ciuilem possessionem, stante scientia,*

5 *ad Possessionem ciuilem amittendam sufficit modicũ tempus, data scientia.*

6 *Religiosorum superiores tenentur singulis annis perquirere, & notitiam habere de eorum subditis & si aliquis aufugerit, compellere, vt ad propria reuertatur Monasteria.*

7 *Scire, & scire debere paria sunt.*

8 *Scientia totius Religionis, vel Generalis non est necessaria, quando Monachus aufugit, sed sufficit eius, sub cuius potestate degebat ad hoc, vt illius quasi possessio amittatur.*

9 *Possessio acquisita lite pendente non est manutenibilis.*

10 *Possessionem ciuilem non dicitur quis amisisse, si statim amissa naturali, egit pro illius recuperatione.*

11 *Superioritatis, & potestatis quasi possessio sicuti datur à Patre erga filium, ita datur in Superioribus Religionum erga monachum.*

12 *Religionis Superior non dicitur amittere possessionẽ monachi, quamuis ipse resilinerit, & ab alio detineatur, nec animum habeat reuertendi, dummodo ipse Superior instet pro recuperatione.*

13 *Religionis professus velit nolit, obnoxius dicitur, & constitutus dicitur in quasi possessione monasticæ subiectionis*

14 *Religiosus in quo non æquiparetur seruo fugitiuo.*

15 *Religiosus æquiparatur filio, & ideo semper censetur constitutus sub quasi possessione potestatis Superiorum, nisi ipsi animo eam destruxerint.*

16 *Religiosus tunc comparatur seruo, quando id magis prodest, ac proficit Religioni.*

17 *in Subiectionis quasi possessione datur manutentio contra subditum obedientiam Superiori recusantem.*

18 *Religiosus transeundo de vna Religione ad aliam, dum pendet lis super validitate transitus, secunda interim habet remedium possessorium, & retinendæ. & nu. 19. & quare nu. 20.*

21 *Tacitum non est eiusdem virtutis, quam expressum.*

22 *Professio expressa præferenda est tacitæ.*

23 *Manutentionem, quando duo petunt, ille obtinere debet, qui habet clariores, & meliores probationes.*

24 *Professio tacita, vt valida dicatur, opus est, vt quinque requisita interueniant.*

25 *Professio tacita rarissimè post Concilium Tridentinum, à religiosis emittitur.*

26 *Lis dum pendet super validitate transitus Religiosi de vna religione ad aliam, tunc datur primo Monasterio retentio, sed hæc est opinio Zabarell. non recepta, & declaratur num. 28. vna cum Sanchez & numer 30.*

27 *Pro opinione aliqua, quis Antesignanus adduci non potest, si ipse contrarium sentiat, vel adeo obscurè loquatur, vt quid sentiat, haberi non possit.*

31 *Religiosus dum transit ad aliam Religionem an teneatur petere licentiam à Superiore.*

32 *Religiosus transeundo ad aliam Religionem, dato, quod ibi nulliter profiteatur, poterit reuocari ad primam Religionem.*

33 *Religiosus transeundo ad secundam Religionem arctiorem, etiam non petita venia, nequaquam reuocari poterit ad primam Religionem.*

34 *Bernabitarum Religio est perfectior, & arctior Hierosolymitana Militia.*

35 *Bernabitarum Religio incumbit prædicationi, doctrinis, & vitæ contemplatiuæ, qui sunt gradus altissimæ perfectionis.*

Hierosolymitana Religio militaris vitæ actiuæ tantum insudat & nu. 35.

36 *Religio illa dicitur arctior altera, si in ea durior, & asperior est viuendi ratio.*

37 *Religiones Claustrales, sunt arctiores militaribus Religionibus.*

38 *Religiosus transeundo ad aliam Religionem quamuis arctiorem, ideo tenetur petere veniam primo superiori, quia præsumitur ex leuitate, & temeritate facere, quibus cessantibus secus est dicendum. num. 39.*

39 *Obedientiæ bonum, non est contemnendum.*

40 *Religiosus dum transit ad arctiorem Religionem, ex humilitate tenetur petere licentiam à primo Superiore.*

41 *Religiosus, vbi apparet transiuisse ad arctiorem Religionem maioris deuotionis spiritus impulsu, tunc non est imputandum id inobedientiæ, sed consuetudini, si talis vigeat.*

42 *prout est in Religione Hierosolymitana ex qua Milites, non secus ac seculares nulla petita venia à Magno Magistro, vel alio Superiore recipiantur in Ordinibus Claustralibus.*

43 *Spiritus DEI vbi est, ibi est libertas.*

44 *DEI afflatu ea, quæ aguntur, non sunt sub lege. Lex non est posita iusto.*

45 *Charitas fons est proprius, cui non communicat alienus.*

46 *Anastasij Quarti indultum concessum Hierosolymitanis, vt sine Superiorum licentia, Milites non possint transire ad aliam Religionem, declaratum fuit ab Innocentio III. in cap. licet. de regul. n. 47.*

48 *Religiosus transeundo ad arctiorem Religionem, si ibi moretur, & profiteatur cum scientia primi Supe-*

Superioris, censetur concessa licentia ab eo manendi in secunda Religione.

49 *Ad petitorium sunt reijcienda, quæ difficultatibus sunt implicita.*

50 *Religiosus insalutato Superiore, si transeat ad aliã Religionem, potest propria auctoritate à secunda resilire, & primæ se restituere.*

51 *Ex quo videtur posse inferri pendente lite super validitate transitus manutentionem esse concedendã primæ Religioni, & quatenus id sit verum. num. 52. 53. & 54.*

55 *Leuitas in dubio præsumitur, dum Religiosi de vna religione transeunt ad aliam.*

56 *Veritas, quando apparet, cedunt omnes præsumptiones. & nu. 57.*

DECISIO CCCLXV.

IOANNES Caccialupus à pueritia habitum, & Insignia Illustrissimæ Religionis Hierosolymitanæ suscepit, & diu gestauit, multaque, vt asserebat succedentibus annis munera, quæ illius ordinis Equitibus demandari consueuerunt, obiuit, ac etiã pensiones à Magno Magistro obtinuit, nulla tamen vnquam expressa emissa professione.

Anno verò 1614. Congregationem RR. PP. Clericorum Regularium Sancti Pauli nuncupatam Bernabitarum ingressus est, ibique peracto tirocinio solemniter se Deo addixit, vota illius Religionis spopondit, & per sex annos continuò degit, inter quos Ordines orta altercatione, mihique causa commissa hinc inde anxiè petita fuit manutentio in quasi possessione exercẽdi actus superioritatis in dictum Caccialupum, ab eoq; recipiendi præstationes obedientiæ, & hodie proposito dubio, Domini manutentionem prædictam denegando Hierosolymitanis, concedendam dixerunt Patribus Bernabitis.

Vt autem Hierosolymitanis denegarent, impulit Dominos, quoniam aut ipsi nituntur prima illa quasi possessione exercita in Caccialupum antequam professionem emisisset apud Bernabitas, aut alia posteriori, quando his relictis ad eosdem Hierosolymitanos confugit, & nulla visa est suffragari. Non prima, quoniam cum ipsi passi fuerint Caccialupum ab ipsis resilire, & per sex annos extra eorum militiam
1 in Bernabitarum Cœnobijs † commorari illa quasi possessio omissa fuit *Bart. in l. 1. §. huius autem nu. 3. vers. 4. modo ff. vti possid. Doct. in l. 1. §. 52. seruus, & in l. si rem mobilem ff. de acquir. possess.* Rot. apud *Cardinalem Mantic. decis. 95. & in Assisien. Canonicatus 14. Iunij 1606. coram Illustris. D. Cardinali Sacrato*, & quemadmodum Dominus negligendo
2 custodiam serui fugitiui, illius possessionem † amittit postquam ab alio fuit volens appræhensus, licet secus ante *l. 1. §. per seruum ff. de acquir. possess. vbi Alex. num. 7. Imol. num. 27. & 29. & melius Castr. num. 4. Bald. in l. 1. num. 33. post med. vers. solue ciuiliter C. de seru. fugit.* ita etiam videtur idem statuendum in Superiore Religionis, dum negligit recuperatio-
3 nem subditi ad alium ordinem † transeuntis, cum rectè inferatur à seruo ad Monacum. *Authen. in ingressi C. de Sacros. Eccles. Innoc. in cap. cum olim de priuil. cum alijs.*

Nec decennio opus erat ad hãc ciuilem possessio-
4 nem amittendam, † stante scientia Hierosolymitanorum, quod Caccialupus à Bernabitis quasi possi-
5 deretur, quia hoc casu sufficit modicum † tempus, iuxta vulg. *Crauett. cons. 235. num. 1.* quod Rota sequitur, *vt in dicta Assisien. coram Illustris. Sacrato, & in Romana Canonicatus S. Marci 25. Feb. 1611. coram R.P.D. Pamphilio, & in Romana Stagni 6. Iunij hoc anno coram Reuerendiss. D. meo Decano*, & bene facit, quod in terminis serui tradit *Innoc. in cap. de seruorum num. 4. vers. & ideo non placet de seru. non ordin.*

Huiusmodi autem scientia Hierosolymitanorum, quod nempe Caccialupus alterius Ordinis potestati se subiecerit, ex eo innotuit, quod Superiores Reli-
6 giosorum † tenentur singulis annis perquirere, & notitiam habere de eorum subditis, & eos vt ad propria reuertantur Monasteria compellere est text. *in cap. fin. de regul. & ibi notant Canonistæ & Roman. cons. 341. num. 1. & signanter idem cautum videtur in stabilimentis ordinis Hierosolymitani tit. 6. num. 10.* & propterea cum Magnus Magister, siue alij Superiores indagare, & scire tenerentur statum
7 Caccialupi, omninò † præsumenda est prædicta scientia ad tradita *per Menoch. præsumpt. 23. nu. 66. lib. 6. & in similibus terminis Rota decis. 166. in princ. par. 1. diuers.*

Nec requirebatur ad hoc scientia totius Religio-
8 nis, nec etiam ipsius Magni Magistri, sed † sufficiebat scientia Prioris, sub cuius potestate degebat Caccialupus tempore quo ad Bernabitas se contulit, vel alterius officialis *ad doctr. Bart. in l. publicanus §. fin. ff de publican. Aretin. cons. 42. num. 3. in fin. Peregr. de iur. fisc. lib. 6. tit. 8. num. 26.*

Minus alia posterior quasi possessio Hierosolymitano Ordini suffragatur, postquam Caccialupus emissa apud Bernabitas professione ad ipsum iterum est reuersus; quoniam cum hæc reuersio siue fuga, Bernabitas ad iudicium excitauerit pro recuperatione
9 Caccialupi, † & hinc orta lis huiusmodi quasi possessio Hierosolymitanorum non erat manutenibilis. *Afflict. decis. 395. num. 7. Put. decis. 419. et fuit dictũ etiam coram Sanctissimo in Abulen. iuris visitandi 28. Iunij 1600 quæ est decis. 30. num. 1. par. 2. recent. & in Romana diuisionis 4. Februarij 1619. coram R.P. D. meo Vbaldo, & alibi sæpissimè.*

Patribus autem Bernabitis concedendam dixerũt Domini manutentionem, quia in confesso est apud partes, quod Caccialupus emissa expressa professione per sex annos computato anno probationis, continuò degerit sub regula, & obedientia Superiorum
10 ipsius Religionis Bernabitarum, qui † statim ac ille ab ijs recessit, retinentes animo ciuilem recuperare contenderunt naturalem quasi possessionem, quæ
11 quidem quasi possessio superioritatis, † & potestatis quemadmodum datur à Procuratore erga filium, ita datur in Superioribus Religionum erga suos subditos *Bart. in l. cum hæredes §. item quæro num. 2. ff. de acq. possess. vbi Aret. prope fin. Castr. num. 2. Alex. num. 2. & Angel. in fine.* Nec huiusmodi possessio amittitur, quamuis Religiosus resiliret, & ab alio
12 detineatur, nec animus † habeat reuertendi, dummodo tamen Superiores continuauerint animo eorũ obedientiæ fuggitiuum subijcere, & sic possidere, vt benè Bernabitæ perstiterunt, quia velit nolit Re-
13 ligiosus obnoxius dicitur, & constitutus † in quasi possessione Monasticæ subiectionis *Bart. in l. 1. §. per seruum il primo num. 2. & ibi Adden. nec non Alex. num. 7. & 9. Ias. num. 13. Angel. in fin. Cuman. nu. 3. ff. de acq. possess.* qui propterea prudenter inferunt hoc

hoc casu Religiosum non æquiparari seruo fugitiuo
14 in quo † si ab alio detineatur, & animum non habeat reuertendi, Dominus non habeat continuationem possessionis ad l. si rem mobilem ff. de acquir. poss. & notatur in dicta l. 1. §. per seruum eodem tit. sed æquiparari filio, & proindè semper censeri con-
15 stitutum † sub quasi possessione potestatis Superiorum nisi ipsi animo illam destruerint, vt patet Bart. in d. §. per seruum Aretin. nu. 67. & 68. fatetur hanc sententiam veriorem, licet deinde contrarium teneat & Ias. ibidem num. 14. & seqq. testatur de magis communi, & vera, & signanter reprobat, prout eandem reprobat Ripa in l. 1. num. 151. ff. de vulg. quos & alios congestos sequitur Ceuall. opin. commun. contra comm. quæ est 446. num. 1. & seq. Com-
16 paratio autem illa, quæ fit † inter seruum, & Religiosum admittitur, quando Religioni magis proficit & prodest Alex. d. §. seruum num. 12. et addentes ad Bart ibidem Felin. in cap. præsenti de probat. in fin. Ceuall. d. q. 446. num. 19.

Firmata igitur hac quasi possessione, & illius cõtinuatione saltem animo PP. Bernabitis, consequenter, vt dicebatur, debita visa fuit manutentio, quia
17 datur in quasi possessione subiectionis † contra subditum obedientiam renuentem. Abb. in cap suborta num. 2. de sent. & re iudic. vbi Butr. num. 7. Zabarella in prima opposit. & in terminis, quod pendente
18 lite super inualiditate transitus de vna ad aliã † Religionem, secunda habeat remedium possessorium, & retinendæ firmant canonistæ in d. cap licet vbi In-
19 noc. num. 7. qui loquitur, † quando transitus fuit ad arctiorem ordinem Io. Andr. nu. 11. vers. sed apud quem Hostien num. 16. vers. sed apud Butr. num. 10. & 11. Anchar. num. 13 et omnibus Clarius Abbas n. 15. vers. quoad secundum, & optima ratione, quia se-
20 cundum Monasterium † est in quasi possessione, & etiam rei partes sustinet, & ideo pendente iudicio super validitate transitus, & an fuerit petita licentia huiusmodi quasi possessio est manutenenda ad §. retinendæ instit. de interdict. cum vulgar. et per dd. Canonistas et præcipuè Hostien. num. 16. vers. tu autem dicas in dicto cap. licet.

Quæ & eo vrgentiora visa sunt, quia Bernabitæ exhibent expressam scripturam, & omni ex parte probatissimam professionem Caccialupi in eodem ordine solemniter emissam; Hierosolymitani autem deducunt ex pluribus actibus professionem virtualem
21 dumtaxat siue tacitam, quæ tanti † non videtur esse, & cum expressa, præcipuè in hoc iudicio summarijssimo sit comparanda, & expressam professio-
22 nem † emissam in secundo Monasterio præferri tacitæ in primo æditæ tradũt Soccin. Sen. in l. 1. § per seruum num. 14. vers. postremo ff. de acquir. poss. et cons. 270. num. 12. et 13. lib. 2. Prob. ad Monach. in capit. constitutionem num. 2. et 3. de regular. Tiraq. de leg. connub. gloss 7. num. 52 Decian. resp 18. num. 5. lib. 3. Socc. iun. cons 477. num. 12. lib. 4. Io. Franc. à Ponte cons. 40 num. 46. lib. 2. & certissimum est in con-
23 cursu petentium manutentionem † obtinere habentem clariores, & meliores probationes, ac magis titulatam, & nitidius probatam possessionem Bart. in l. si duo num. 4 ff. vti possid. Socc. cons. 194. num. 9. lib. 2. Cart. cons 24. num. 3. Menoch. de retinen. rem. num. 718. et seqq. et fuit dictum in vna Senogallien. iuris parcendi 25. Maij 1609. coram Sanctiss. D. N. Præsertim cum tacita hæc professio pluribus impu-
24 gnetur † ab Informantibus pro Bernabitis, tanquã non suffulta illis quinque requisitis, de quibus per Sanchez super decalog. tom. 2. lib. 5. cap. 3. num 14. vsque ad 18. qui et num. 13 monet post Concilium
25 Tridentinum rarissimè † contingere, vt valide quis tacitè profiteatur.

Nec obstat quod Zabarell. in d. cap. licet num 16. vers. et de illo, et Anan. num. 6. dixerunt pendente
26 huiusmodi iudicio super validitate transitus, † primo monasterio dari retentionem, quorum dictum sequitur Sanchez eodem tract. lib. 6. cap. 7. num. 101. qui etiam mendose pro sua scientia allegat Innoc. et Archid. in dicto cap. licet. Ille enim contrarium verbis rotundis docet, & à Panorm pro contraria opinione Antesignan. adducitur, hic vero vel etiam
27 † contrarium dicit, vel adeo obscurè loquitur, vt quid sentiat haberi non possit. Quoniam vltra quod vt supra ostendi, contraria opinio Panormitani est ve-
28 rior & receptior dicto Zabarellæ, † & Sanchez non applicatur, loqui enim videntur, quoties statim discesso Monacho primum Monasterium retinens animo quasi possessionem instat pro purgatione spolij, vt per Sanchez, qui non est casus noster, quia Caccialupus per sex annos seorsim degit à Hieroso-
29 lymitanis † ipsis acquiescentibus, qui propterea quamcumque possessionem videtur deseruisse ex supra deductis, nec non loquuntur, quando Monachus
30 in † secundo Monasterio ad quod transiuit non est professus.

Minus etiam obstare visum est, quod quamuis Caccialupus transeundo ad Bernabitarum Ordinem,
31 veluti arctiorem non teneretur † obtinere licentiã, debuisset tamen nedum ex dispositione cap. licet de regul. sed etiam ex priuilegijs Hierosolymitanorum illam petere à Magno Magistro, vel alio Superiore, & propterea non petita licentia transitus, & profes-
32 sio † emanata apud Bernabitas fuerit omnino nulla, & ipse reuocari potuerit ad primam Religionem secundum opinionem Hostien. in d. cap. licet num. 9. et 14. Butr. num. 13. Abb. num. 10. Zabarell. num. 3. Anchar. num. 12. Butr. num. 8. de regular. Nauarr. cons. 59. num. 12. lib. 3. de regular. innumeros prope congerit Sanchez d. tom. 2. lib. 6. cap. 7 num. 95. Merenda in Manual. Prælat. tom. 1. cap. 31. art. 6. conclus. 1. in fin.

Quoniam hæc omnia dixerunt Domini altiorem requirere indaginem, & discussionem petitorij respicere, vltra quod contrariam sententiam nempe trã-
33 seuntem ad ordinem arctiorem † etiam non petita venia nequaquam reuocari posse ad primam religionem, secuti sunt grauissimi Patres quemadmodum ex Canonistis gloss. in d. cap. licet in verb. licentiam, & ibi Goffred. Petr. & Abb. antiq. & ead. gloss. in cap. sane de regular. & ibi Innoc. in fin. Archid. in d. c. 2. in princ. num. 19. q. 3. Turrecrem. in cap. 19 q. 3. Barbat. cons 9. num. 8. vers. adduco lib. 2. Carol. Tap. in Autthen. ingressi cap. 9. num. 21. & seqq. C. de Sacros. Eccles. qui loquitur de militibus religiosis. D. Antonin. in summ. 2. par. 1. tit. 11 cap. 2. §. 9. vers. hoc autem videtur Riccard. 4. sent. distinct. 38. art. 8. q. 1. ad tertium argum. vbi Palud. q. 4 num. 43. summa Siluestr. in verb. religio 4. q. 1. not. 4 Tabien. eodem verb. q. 24. num. 23. Lessius falso contrariæ opinioni adscriptus à Sanchez prout & alij de iust. & iur. lib. 2. cap. 41. dub. 15. num. 101. Monald. in summ. de reg. §. regularis post princ.

Nec

Nec inter partes ambigebatur quin Bernabitarũ
34 Religio sit perfectior, † & arctior Hierosolymitana militia, quia illa incumbit prædicationi, doctrinis,
35 & vitæ contemplatiuæ, † qui sunt gradus altissimæ perfectionis, hæc autem tanquam militaris vitæ actiuæ tantum insudat, *vt in terminis* D. *Thom. 2.2. q.* 188. *art.3. in corp.* & ideo illa dicitur omninò perfectior secundum eundem *D. Thom.d.q.*188. *art.6. S. Antonin. in summ.par.4.tit.16.cap. 4. ante fin. vers. non ergo Sanchez d.lib.6.cap.7.num.* 19. est etiam arctior quod ad hunc effectum attenditur secundum Canonistas, *vt per Less.d. dub.* 13. *& Sanchez num.*
36 21. quia ibi durior, & asperior † est viuendi ratio, quam in Hierosolymitana militia, ex quo dignoscitur, quod est arctior *Ioannes Andr.in cap. sane nu.* 8.*post med. de regular. Sanchez loco præallegato*, & in terminis quod Religiones Claustrales ad hunc
37 effectum transeundi ad illas sint arctiores † militaribus religionibus *notat Carolus Tapias in d. Auth. ingressi cap.9.num.21.C.de Sacros. Eccles.*

Verum esto, veritate illæsa veriorem, & receptiorem esse opinionem Hostien. Dominis visum fuit posse dici illam non officere Bernabitis quandoqui-
38 dẽ tota ratio † illius sententiæ in eo posita est, quod transiens ad aliam, licet strictiorem religionem non petita venia à primo Superiore, præsumitur quod ex leuitate & temeritate transeat. Si enim bono zelo, & sanctioris vitæ desiderio arctiorem disciplinam, vt
39 Christo seriùs famuletur, eligeret † libenter illius humilitatem & obedientiam imitatus, primo Prælato veniam exposcendo se subijceret, vt deducitur ex verbis *dicti cap.licet ibi* ne bonum obedientiæ cõtemnere videatur, & expresse ibi notant *Panorm. num.*10.*Zabarell.num.*11.*Boich.num.*8. *Sanchez toties citat.lib.6.cap.7.num.*13.*& seqq* & hanc licentiã
40 petendam esse solum † propter humilitatem docet *D.Thom.2.2.q.*189.*art.* 8. *in corp.* Cæterũ hæc leuitatis præsumptio cessauit in Caccialupo, & videbatur casum versari in claris, quoniam ipsi, & Hierosolymitani fassi sunt in commissione causæ ipsum ad Ber-
41 nabitas maioris deuotionis spiritu impulsu † transiuisse, & sic non militat ratio sententiæ Hostien. & omissio petitionis veniæ à primo Prælato nequaquam inobedientiæ adscribi debuit, sed potius consuetudini, cum passim milites Hierosolymitani in hoc non secus, ac seculares nulla petita venia à Magno Ma-
42 gistro, vel alio Superiore † se conferant, & recipiãtur in Ordinibus Claustralibus & signãter PP. Theatinorum, Carmelitarum, Discalceatorum, Capuccinorum, & aliorum sedulo humilitatis, & obedientiæ virtutibus incumbentium; vnde spiritus ille maioris deuotionis Caccialupi in transitu ad arctiorem
43 Ordinem non videbatur adstrictus † necessitatis petendi veniam à Magno Magistro, quia vbi spiritus
44 Dei est, ibi libertas, & quæ Dei † afflatu aguntur non sunt sub lege, quia lex non est posita iusto, *vt in dicto cap. licet in princ.* & clarius huic sententiæ fauet conclusio *text. ibi* mandamus quatenus super eo quod de corde puro, & conscientia bona & fide non ficta fecisse scilicet transitum ad strictiorem Ordinem dignoscitur, cum nullatenus molestetis quia chari-
45 tas † fons est proprius, cui non communicat alienus.

Et ita videbatur enim euitari indultum Anastasij
46 Quarti concessum Hierosolymitanis, vt † sine illorum licentia ab eis non liceat transire ad aliam religionem, quia huiusmodi priuilegia concessa Hospitalarijs, quales sunt Hierosolymitani, fuerunt postea declarata ab Innocentio Tertio in dicto cap. licet,
47 quod non comprehendant † casum, quo quis ad arctiorem transit Religionem sanctioris vitæ desiderio, *& ibi notant omnes Canonistæ.*

Rursus fuit consideratum, quod cum vt supra dixi per multos annos Caccialupus seorsum à Hierosolymitanis, & ipsis scientibus commoratus, & professus fuerit apud Bernabitas, videtur posse dici,
48 quod † nedum petita, sed & concessa fuerit quæcũque necessaria licentia à Superioribus Hierosolymitanis *ad doctr. Felin.in cap.sicut sub num. 29. vers. simile de re iudic. & pulchre Socc.sen. cons. 270. nu. 3. vers.sed si rectè lib.2. & in l.1. §.sed per seruum num.14. ff. de acquir. poss. quos sequuta est Rota in Brixien. Parrochialis* 20. *Martij* 1620.*corã R.P.D. meo Vbaldo.*

Sed quicquid sit de prædictis, hoc vnum certo certius est exceptionem Hierosolymitanorum valde an-
49 cipitem † esse, & difficultatibus implicatam, & propterea, vt dixi, vti altiorem indaginem requiren. ad petitorium omnino reijciendam, nec impedire manutentionem Bernabitis ex illorum quasi possessione debitam *Rota apud Mantic. decis.*272.*num.*4.*&* 5. *& Card.Seraph.decis.*971 *in fin. cum vulg.*

Iisdem etiam responsionibus tolli videbatur, quod
50 dicebatur, ita transeuntem nõ petita licentia † à prima Religione posse propria auctoritate à secunda resilire, & primæ se restituere secundum opinionem *Sanchez lib.6. cap.7. num. 89. 96. et 98. vbi allegat*
51 *Abb.cons.95. per tot. lib.*1. quorum dicta † videntur inferre, quod manutentio sit debita primæ religioni quoniam loquuntur cum præsupposito, *vt fatetur idẽ Sanchez num* 96. quod vera sit opinio *Host.* & alio-
52 rum qui dixerunt non petita licentia reuocari, † quæ tamen nec contradictoribus caret, nec rationibus illam impugnantibus vt supra latius ostensum est; in-
53 super loquuntur quando ex † leuitate, & malo animo transiuit ad secundam Religionem, *vt per Abb. toto cons et Sanchez præsertim num.* 89. vel saltem
54 quando est dubium quo † spiritu transierit, quia le-
55 uitas in † dubio præsumitur, *vt in dicto cap. licet et supra dixi*, quod secus omninò videtur quando præ-
56 sumptio cedit † veritati, vt in præsenti casu, quia liquet bono spiritu Caccialupum ad Bernabitas transiuisse, quo casu nec principalis sententia Hostien.& aliorum ex qua hoc dictum Abb. & Sãchez infertur vera esse videtur, vt supra ostendi.
57 Minus etiam dicta † Abb. & Sanchez opinio admittenda videbatur, vbi saltem tacita licentia concurrit desumpta ex scientia, & patientia Hierosolymitanorum, quod nempe Caccialupus professus fuerit, & degerit per sex annos apud Bernabitas.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. VBALDO.

Reatina Fideicommissi.

Lunæ 18.*Martij* 1622.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum, quando est reale, veluti quia testator direxit verba in bona, & in hæreditatem, & non in personas, tunc afficit omnes personas, & possessores quoscumque, itaut quilibet alteri teneatur restituere

re hæreditatem per fideicommissum vsque in infinitum. Vocati, quando sunt plures per nomen collectiuum, quid ex hoc inferatur. In substitutionibus, vt dicatur facta mentio mortis, ad inducendam substitutionem compendiosam, quid sufficiat. Masculinum concepit fœmininum in vltimis voluntatibus, & quando hæc regula non procedat.

SVMMARIVM.

1 *Proximiorum appellatione veniunt tàm masculi, quàm fœminæ.*

2 *Vocati per præcedentes substitutiones, quando omnes deficiunt, tunc dicitur fideicommissum purificatum ad fauorem substitutorum.*

3 *Fideicommissum dicitur reale, quando verba sunt directa in bona, & hæreditatem, non autem in personas.*

4 *Fideicommissum reale, inducit grauamen reale, quod afficit omnes personas, & quoscumque possessores.*

Itaque quilibet successor tenetur per fideicommissum alteri restituere, donec hæreditas perueniat ad vltimum substitutum.

5 *Verbum, descendentes, est nomen collectiuum comprehendes sui natura omnes descendentes in infinitum.*

6 *Vocati, quando sunt plures per nomen collectiuum intelliguntur vocati ordine successiuo per fideicommissum.*

7 *Substitutio facta de proximioribus tanquã per verbum collectiuum, intelligitur per fideicommissum*

8 *Et hoc præsertim, quando verbum proximiores est prolatum in numero plurali.*

9 *Vocati, quando sunt plures simpliciter sub nomine collectiuo, veluti descendentium, vel simili, dicuntur venire per vulgarem, non autem per fideicommissum.*

10 *Quæ opinio tamen non procedit, quando d. vocationes habent tractum successiuum, quia tunc vocati, non solum per vulgarem, sed etiam per fideicommissum censentur vocati, & num. 11.*

12 *in Substitutione si fiat mentio mortis, tunc ea inducit compendiosam, quæ continet vulgarem, & fideicommissariam.*

13 *in Substitutionibus dicitur facta mentio mortis, per illa verba, non extantibus, vel deficientibus hæredibus.*

14 *Deficere is propriè dicitur, qui moritur.*

15 *Verbum, deficere, positum in substitutione cum denotet mortem, ideo inducit compendiosam.*

16 *in Substitutione, vt dicantur posita verba habentia tractum successiuum, quid sufficiat.*

17 *Testator, dum digreditur ad plures gradus substitutionum, & vltimo loco substituit proximiores, id non potest vno temporis momento verificari, vnde necessario important tractum temporis.*

18 *Testator, dum ordinauit, vt eius bona perpetuo remaneant in familia, hæc verba habent tractum successiuum.*

19 *Substitutio fideicommissaria, quando dicatur clara, & quidem perpetua inter vocatos, & num. 20.*

21 *Substitutiones, sunt ita interpretandæ, ne sint superfluæ.*

22 *Masculinum in vltimis voluntatis concipit fœmininum.*

23 *Filiorum appellatione veniunt etiam filiæ.*

24 *Masculinitatis qualitas, quando in testamento non censeatur repetita.*

25 *Dictio, præmissa, repetit præcedentia.*

26 *Filiorum appellatione non veniunt filiæ, quando testator loquutus est discretiuè.*

27 *Fœminæ possunt dici exclusæ à fideicommisso stante oratione discretiua.*

28 *Testator non dicitur loquutus fuisse discretiuè de masculis, & fœminis, si voluerit masculos præferri.*

DECISIO CCCLXVI.

HIERONYMVS testator, instituta hærede vniuersali Aurora matre, post eius mortem voluit, bona ipso iure deuolui ad filios masculos legitimos, & naturales, natos, & nascituros Matthæi fratris testatoris: quibus non extantibus, vocauit filios masculos legitimatos, naturales, & adoptatos eiusdem Matthæi, & eorum filios, & descendentes, deinde subdit, quibus non extan. seu aliàs deficientibus succedant filiæ fœminæ legitimæ, & naturales prædicti Matthæi, sed extan. eiusdem filijs masculis, vt supra, debeant tantummodo ab eisdem condecenter dotari, neque aliud petere possint de bonis prædictis, voluit etiam dictus testator, quod casu quo non extarent, seu deficerent filij prænominati, & eorumdem filij, & descendentes modo præmisso, quod tunc, & eo casu D. Ginebria eiusdem testatoris soror in bonis, & hæreditate prædicta in casu viduitatis, quod Deus auertat, habere debeat regressum honorificum in domo dicti testatoris, & alia bona dictæ hæreditatis peruenire debeant, & deuoluantur ad proximiores in gradu ipsius testatoris, salua gradus prærogatiua: mortua Aurora hærede testatoris, nec extantibus filijs masculis Matthæi, qui post eam vocabantur, successit Bernardina eiusdem Matthæi filia. Qua defuncta, instituto hærede Alexandro marito, & nunc possessore bonorum, egerunt Ginebria, & eius filij tanquam proximiores, & me Iudice deputato ab Aud. Cameræ de partium consensu, dubitaui, An cõstaret de fideicommisso in casu, & ad effectum, de quo agitur, & fuit affirmatiuè responsum. Mouebantur Domini, primo, quia substitutio vltima est† facta
1 de proximioribus, quorum appellatione veniũt tàm masculi, quàm fœminæ, *Bald. cons. 6. num. 1. lib. 2. Dec. cons. 527. num. 5. Gabr. cons. 112. num. 8. lib. 2. Tiraquell. post plures allegatos de retr. lignag. §. 1. glos. 9. num. 203. Peregr. de fideic. art. 22. num. 33. Menoch. præs. 84. num. 33. lib. 4. Bursatt. cons. 1. numer. 33. Rota in Romana fideicommissi 26. Martij 1610. coram S.D.N. tunc Rotæ Auditore, quæ est decis. 282. num. 1. par. 2. in recent.* & cum defecerint
2 omnes† vocati per præcedentes substitutiones, vt fuit in actis probatum, vtique fideicommissum dicitur purificatum ad fauorem proximiorum, *Bellon. cons. 19. num. 3. & fuit tentum in Syracusana fideicommissi 16. Nouembris 1612. coram me.* Et quatenus posset esse dubium circa Ginebriam propter prælegatum illi factum, tamen omnis cessat in hoc difficultas, quoad eius filios, qui exclusa matre remanent proximiores testatori, & sic vocati post deficientiam omnium antea vocatorum.

Secundo principaliter mouebantur, quia ex pluribus verbis, & locis testamenti apparet, testatorem voluisse facere fideicommissum reale, vt ibi, & quod post eius mortem bona hæreditaria ipso iure deuoluantur ad filios masculos legitimos, & naturales

Mat-

Matthæi &c. & infra ibi, & alia bona dictæ hæreditatis peruenire debeant, & deuoluantur ad proximiores; & rursum infra, quando testator exclusit fiscum in casu criminis alicuius ex vocatis, dixit, quod talis criminosus ipso iure intelligatur priuatus à successione, & hæreditate prædicta, & subdidit, & bona, & hæreditas prædicta deuoluantur, & applicentur alijs substitutis, modis, & conditionibus supradictis, ita quod nullo pacto deuenire possint, neque etiam quoad vsumfructum, ad fiscum, sed bona semper & omni tempore debeant remanere penes prædictos institutos, & substitutos vsque in infinitum, reciprocè, compendiosè, & per fideicommissum, & hanc dixit mentem suam, non ad committen. fraudem aliquam fisco, sed ad hoc vt bona cõseruentur in dictis
3 institutis. Quæ † omnia verba supra ponderata non sunt directa in personas, sed in bona, & hæreditatem, quo casu fideicommissum dicitur reale, *Bart. in l. peto. §. fratre. num.2. vers. dic ergo*, &ibi, *Cuman. numer.5. ff. de leg.2. Castr. in l. voluntas in fin. C. de fideic. Alex. in l.1. in princ. num. 88. ff. de offic. eius. Alciat. in l. filius familias. §. Diui num. 48. de leg. primo, & ibi Crot. num.43. Rip. num.66.* & inducit grauamen reale, quod afficit omnes personas voca-
4 tas, † & quoscumque possessores, itaut quilibet successor teneatur per fideicommissum alteri restituere, donec hæreditas perueniat ad vltimum substitutum, *Bald. in l. precibus num.65. vers. tu dic*, & ibi *Salic. num.36. C. de impub. Paris. cons.18. num.50. & cons. 90. num.43. lib.2. & cons 72. num. 89. lib.4. Surd. cons.315. num.20. Becc. cons.24. num.27. & 28. Alb. cons.93. num.2. Gabr. cons.117. num.34. lib.1. Decian. cons.54. nu.26. lib.2. Menoch. præs.131. sub numer.13 & seq. lib.4. Card. Mantic. de coniect. lib.8. tit.2. num.6. Peregr. de fideic. art.12. num.16. Rota decis.568. sub num.5. par.1. diuers. & in Fauentina fideicom. 7. Feb. 1605. coram Iusto, & in Leodien. fideicom. 1. Decemb. 1608. coram R.P.D. meo Cauallerio, quæ est decis.231. num.1. par.2. in recent. & in Bonon de Poetis 17 Iunij 1611. & in Romana fideic. de Surdis 11. Maij 1618. coram me.*

Tertio facit, quia istæ substitutiones fuerunt factæ
5 de descendentibus, † vel expresè vocatis, vel in conditione positis, quod est nomen collectiuum, cõprehendens sui natura omnes descendentes in infinitum, *§.1. auth. de hær. ab intest. ven. l. fin. C. de suis & legit. Paris. cons.40. num.10. lib.2. Surd. cons 336. num.9. in fin. lib.3. Menoch. cons.88 num.10. lib.1. Peregr. de fideicom. art. 19. n.11. fuit dictum in Bonon. de Poetis 10. Martij 1617. coram me*, &
6 quod vocati per † nomen collectiuum, intelligantur vocati ordine successiuo per fideicommissum tenuerunt multi *Doct. vt Couar. var. resol. lib.3. cap.5. numer.4. vers. secundum quod, & in c. Rainutius. §.2. in fin. de testam. Menoch. cons.277. nu.3. lib.3. Ceph. cons.268. num.25. & seq. lib.2. Petr. de fideic. quæst. 8. num.38. & num.506. & seq. Ruin. cons.164. nu.3. lib.3. Berous cons.102. num.25. & 34. lib.2. Rolan. cons.70. num.20 & seq. lib.3. Gabr. 101. num.22. & seq. lib.2. Crass. in §. fideic. q.15. in fin. & q.16. n.3.
7 & seq.* & in specie, quod substitutio † facta de proximioribus tanquam per nomen collectiuum, intelligatur etiam per fideicommissum, *Anchar. cons.27. num.6. Rol. cons.70. num. 26. & seqq. lib.3. Crauet. cons.161. num.1. & seq. Menoch. cons.97. num.116. Petr. vbi supra q.5. nu.180.* præsertim cum verbum
8 proximiores, sit prolatum † in plurali numero, vt hic *Petr. loco citato post alios ab eo citatos, Peregr. art. 19. sub num.16* & licet alij senserint, quod quando plures simpliciter sunt vocati sub nomine collectiuo veluti descendentium, vel simili, dicantur venire
9 † per vulgarem, non autem per fideicommissum, vt est verior opinio, de qua per *Cuman. in l. Gallus §. quidam rectè. nu.7. ff. de lib. & post & idem Cuman. in l. cum ita §. in fideic. num.4. ff. de leg.2. Socc. cons. 113. num.7. vers. sed ad omnia ista lib.1. Aym. cons. 131. sub num. 3.* & plures huius sententiæ testan. de communi referunt *Couarr. in d. c. Rainutius §.2. numer.6. & 7. de testam.* Molin. de *Hispan. primogen. lib.1. c.5. num.27. vers. secundo id ipsum; Surd. d. decis.346. num.18. & latè fuit firmatum in Auximana fideic. 26. Nouembr. 1611. coram me, quæ est decis. 357. num.1. & 2. & num.5. par.1. in recent.* vbi aliæ decisiones allegantur, tamen dicta opinio declaratur non procedere, quando verba dictarum substitutionũ
10 habent tractum † successiuum, seu respiciunt perpetuitatem quandam, tunc enim vocati, non solum per vulgarem, sed etiam per fideicommissum censentur vocati, iuxta distinctionem eiusdem *Cuman. in d. §. in fideic.* Ruin. *cons.19. nu.9. & seq. lib.3. Menoch. cons. 85. num.54. & 64. & cons 173. num.14. lib.2. & præs.71. nu.34. lib.4. Peregr de fideic. art.18. nu.12. & art.19. nu.16. Surd. de communi d. decis.346. numer.22. Couarr. vbi supra d. §.2. nu.7. Molin. d. lib.1. c.6. num.15. Mantic. de coniect lib.8. tit.12. num.11. Seraph. dec.409. num.13. & decis.934. num.7. & fuit firmatum in Bonon. de Poetis 17. Iunij 1611. & 27. Ianuar. 1616. coram me, & d. dec 357. nu.2. par.1. recent. vbi allegantur aliæ.*

Vnde punctus in eo consistit, an hic adsint verba
11 tractum temporis † significantia iuxta tradita per *Alex. in d. §. quidam rectè num.6. Menoch. post alios præs.71. num. 34. lib.4. cum alijs per Rot. d. decis.357. num.3.* Id autem deducitur, quia in prima substitutione filij Matthæi sunt vocati post mortem hæredis, quo casu indubitanter dicuntur vocati etiam per fi-
12 deicommissum, † cum mentio mortis inducat compendiosam, quæ continet vulgarem, & fideicommissariam; *Bart. in l. Centurio. nu.25. ff. de vulgar. Menoch. præs.71. sub n. 12 lib.4.* Vnde dicen. videtur,
13 quod in alijs etiã † substitutionib. per illa verba conceptis, non extan. seu aliàs deficien. filijs masculis succedant fœminæ, & casu quo non extarent, seu deficerent filij prænominati, bona deuoluantur ad proximiores, intelligãtur vocatæ fœminæ, & proximiores in suis casibus etiam per fideicommissum cum
14 illa verba, non extan. † seu deficien. sint apta comprehendere casum mortis, immo propriè quis deficere dicitur per mortem *l. vnic. §. vbi autẽ vbi gloss. in verb. deficiat. C. de caduc. toll. gl. in §. hinc nobis in verb. deficientis, auth. de hær. & falc. Paris. cons. 20. num. 21. & seq. lib.3. Sim. de Præt. de interpret. vlt. vol. lib.3. solut.11. num.47. fol.291. Berous in nostris terminis cons.66. num.16. & seqq. lib.2.* vbi ponderat verbum, deficere, quod denotat mortem,
15 † & sic inducit compendiosam, & habet tractum temporis, vt ibi per eum, & quamuis deficere dicantur etiam non nati, vt per *Sim. loc. cit. nu.48. & sensit Rot. dec.453. num.6. par.2. in recent.* tamen cum hic adsit aliud verbum, non extan. quod potest referri ad non natos, dicen. videtur, per illud, seu deficien.
16 intelligi filios iàm natos, qui postea † mortui fuerint & sic

& sic implicari compendiosam substitutionem, & tractum temporis, & aliàs sufficere verba, quæ etiam implicitè tantum significent tractum temporis tradit *Peregr. de fideic. art. 18. num. 14. Sim. de Præt. d. lib. 3. interpret. 2. dub. 1. fol. 5. sub num. 46. vers. adest tractus fol. 239. à tergo, Ruin. cons. 164. num. 9. lib. 3.*

Quibus accedit, quod testator digressus est ad plures gradus substitutionum, & vltimo loco substituit
17 proximiores, quæ non † possunt vno temporis momento verificari, & necessario important tractum temporis, *Seraph. decis. 934. num. 8. & 9.* & demum cessare videtur difficultas, ex quo testator postquam priuauit criminosos, & exclusit fiscum, dixit, quod bona semper, & omni tempore debeant remanere
18 penes præfatos † institutos, & substitutos, vsque in infinitum reciprocè, compendiosè, & per fideicommissum, & hanc esse mentem suam, non ad committen. fraudem aliquam fisco, sed ad hoc, vt bona conseruentur in dictis institutis, & substitutis, quæ ver-
19 ba non possunt esse † magis clara ad denotan. perpetuitatem, & tractum successiuũ in isto fideicommisso inter descendentes, & proximiores vocatos, quin etiam declarant modum succedendi reciprocè, compendiosè, & per fideicommissum, *Seraph. d. dec. 934. num. 10. & 11.*

Non obstat præcipuum fundamentum pro Alexãdro adductum, quod substitutio proximiorum sit facta, deficientib. filijs prænominatis, & eorumdem fi-
20 lijs, & descendentibus modo præmisso, † & sic videatur referenda ad filios masculos Matthæi eorumque filios, & descendentes, quos supra nominauerat, non autem ad filias fœminas Matthæi, quæ solæ vocantur deficien. masculis, non autem earum filij, & descendentes, & proinde non sit locus huic substitutioni proximiorũ per mortem Bernardinæ sine filijs, quia fuit responsum, in casu deficientiæ masculorum testatorem prouidisse substituendo fœminas, vnde sequens substitutio proximiorum debet intelligi, in casu deficiẽtiæ filiorum tàm masculorum, quàm fœmi-
21 narum, † ne ista substitutio sit superflua, *l. si quando ff. de leg. 1. cum vulg.* & confirmatur, quia fœminæ
22 habent pro se regulam, quod in vltimis † voluntati-
23 bus, masculinum concipit fœmininum, & † appellatione filiorum, continentur etiam filiæ, *l. iusta, l. filij appellatione. ff. de verb. sign. l. si quis ita in princ. ff. de test. tut. l. si ita scriptum. ff. de leg. 2. Dec. in l. fœminæ num. 102. ff. de reg. iur. Card. Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 14. num. 1. & 2. Graß. in §. fideic. q. 12. num. 1.* Peregr. *de fideic. art. 25. num. 1. fuit latè dictum in* Romana *fideic. 4. Maij 1611. coram me, quæ est dec. 316. num. 2. & num. 7. par. 1. in recent. & dec. 354. num. 1. par. 2.* præsertim cum nulla ratio diuersitatis allegari possit, cum primo voluerit testator substituere proximiores masculis tantum, non autem
24 fœminis, quo casu qualitas † masculinitatis non censetur repetita ad tradita per *Soc. iun. cons. 158. n. 48. & seq. lib. 2. Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 13. num. 8. vers. & si quidem probabilis, Rot. d. dec. 354. num. 3.* & maxmè, cum testator substituetit proximiores,
25 casu quo deficerẽt filij prænominati modo † præmisso, qua dictiones repetunt omnes substitutiones filiorum præcedentes, & sic etiam fœminarum ad not. per *Rot. dec. 49. num. 3. par. 1. diuers. & dec. 54. numer. 28. par. 2. Dec. cons. 182. num. 3. Surd. cons. 230. num. 27.*
26 Nec facit quod discretiuè fuerit † locutus de masculis, & fœminis, quo casu appellatione filiorum non venirent fœminæ *Dec. in d. l. fœminæ num. 101. in 5. limit. Surd. dec. 322. sub num. 22. in 4. coniect. Rot. dec. 507. num. 7. par. 2. in recent.* Quia id non applicatur nisi ratione gradus succedendi, cum primo loco vocauerit filios masculos Matthæi, secundo verò fœminas, quod si filias in certa quantitate instituis-
27 set, tunc à tali fideicommisso ratione discretiuæ locutionis, fœminæ possent dici exclusæ, iuxta *Bald. in l. in multis. ff. de stat. hom. Ias. in l. si quis id quod numer. 13. ff. de iur. omn. iud. & in l. cohæredi. §. qui discretas num. 8. ff. de vulg. Molin. de Hispan. primog. lib. 3. cap. 5. num. 55. cum alijs per Peregr. ar. 25. numer. 45. vbi de communi.* In nostro autem casu tàm
28 masculi, quàm † fœminas in vniuersali hæreditate substituit, quamuis voluerit masculos præferri.

Ad testamentum Hieronymi primo loco factum, & statutum Reatinum, respondebatur quod de ijs non constat in actis, quoad testamentum, quicquid esset dicen. de Ginebria, non tamen tolli substitutionem ad fauorem eius filiorum factam, tanquam proximiorum.

Quo vero ad statutum, illud non releuare, cessante concursu masculorum, prout hic cessat ex supra dictis. Et ita fuit decisum.

R. P. D. REMBOLDO.

Romana societatis officij.

Lunæ 8. Aprilis 1622.

ARGVMENTVM.

Societas Officij, si contracta sit cum aliquo, cum pacto tamen, vt omnimoda dispositio dictæ societatis pertineat, ac spectet ad alium, dato modo, vt is ad quem spectat dicta dispositio, cedat totum illud ius alteri, & iste tertius moriatur, dubitatur modo rebus sic stantibus, an dicatur societas dissoluta, & quia non fuit nominata persona, super cuius vitæ periculo dicta societas posita erat. Vtrum quoque sit factus locus lucro pecuniarum, & resolutio est negatiua.

SVMMARIVM.

1 *Societas finitur per mortem socij.*
2 *Pecuniæ in societate officii lucrantur per mortem illius, super cuius vitæ periculo fuerunt positæ.*
3 *Societas officii non dicitur finita, nec pecuniæ superlucratæ per eum, qui non erat socius, nec in illius vitæ periculo pecuniæ positæ erant.*
4 *Ius, quod quis non habet, in alium trãsferre nequit.*
5 *Socius non potest mittere alium socium in societate, sine consensu alterius socii.*
6 *Societas officii, si sit contracta cum vno, & adsit pactum, vt alius de ea disponere possit ad libitum, non tamen ex hoc sequitur istum fuisse assumptum in socium.*
7 *Societas simul stare potest, fuisse contractam cum cum vno, & in eo residere omne illius ius, & quod omne commodum alteri fuerit reseruatum, & cum facultate illud cedendi.*
8 *Filius, vel seruus contrahendo societatẽ licet omnis vtilitas, commodum, vel incommodum sit patris, vel Domini, tunc omne ius, & substantia residet in filio, vel seruo.*
9 *Societas officii quod verè cum aliquo fuerit inita dicitur*

dicitur constare, dum apparet cum eo fuisse contractam.

10 *Verbum, particeps, conuenit propriè societati.*

11 *Fructuum participatio est vnum ex requisitis substantialibus societatis.*

12 *Societas consistere nequit sine fructuum participatione.*

13 *Societas officii censetur contracta cum eo, sub cuius vitæ periculo ea permanebat, donec alius nominetur.*

14 *Societas officii absque periculo vitæ alicuius consistere nequit.*

15 *Societas officii contrahi potest per aliquem verè, & realiter, & tamen conuenire, vt eius vtilitas pertineat ad alium.*

16 *in Societate officii, vt excludatur simulatio, ea accipienda venit, prout sonant verba instrumenti.*

17 *Simulatio non præsumitur, nisi doceatur de causa simulandi.*

18 *in Societate officii, quod nomen alicuius socii fuerit simulatè appositum, ex quo constare dicatur.*

19 *Et quãdo verè dicatur constare de tali simulatione.*

20 *Societatem officii, dum quis verè contraxit, cum aliquo, & alteri illius commoditatem reseruauit, tunc ius, & substantia societatis residet in eo, qui contraxit, eiq. actiones directæ competunt, vtiles vero ei, cui commodum societatis fuit reseruatum.*

21 *Socius alicuius quis esse potest, licet nullum commodum ex societate percipiat, veluti quia ipse alteri illud reseruauit.*

22 *in Societatibus officii attenditur persona, quæ in contrahendo spectata fuit, non autem illius, cuius commodo cedit.*

23 *in Societatibus officii, & locis montium vacabilib. quotidie practicatur, vt in illis attendatur persona, quæ contrahit, dummodo suo nomine contrahat, licet dominium alteri reseruetur.*

DECISIO CCCLXVII.

QVIDAM Alexius recepit titulo societatis super eius officio scuta septingenta à Ioanne Baptista Vallato præsente, & Iulio Aluero absente, cum pacto quod dicto Iulio intelligeretur reseruata facultas, & omnimoda dispositio societatem ratificandi, nominandi periculum vitæ, transferendi, disdicendi disdictam reproducendi, fructus, & sortem exigendi, quietandi, cassandi, iura cedendi, in iudicio agendi, & alia faciendi opportuna, absque alio mandato procuræ ipsius Ioannis Baptistæ.

Paucis interiectis diebus, Iulius ratificauit dictam societatem, ac vigore dicti pacti, omni iuri Ioanni Baptistæ Vallato competenti in dicta societate cessit ad fauorem Antonij Mainardi, quo vita functo, orta fuit controuersia, vtrum per mortem dicti Antonij fuerit factus locus lucro pecuniarum dictæ societatis eaq. ad Rotam delata, Domini censuerunt non fuisse
1 factum locum dicto lucro, † quia societas finitur per mortem socij, *l. societatem. §. dissociamur. l. nemo. l. adeo. l si fratres. §. idem respondit. ff pro soc.* & pe-
2 cuniæ lucrantur per mortem illius † super cuius vitæ periculo fuerunt positæ, vt benè explicat *Gabr. cons. 78. lib. 1. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 2. num. 17.*

In casu autem isto dicta societas verè fuit, cum dicto Ioanne Baptista contracta, non autem cum Iulio, à quo prætenditur fuisse in Antonium translata, sicq. dictus Ioannes Baptista fuit dicti Alexij socius;
3 † ac per consequens societas non fuit per mortem Antonij, qui non erat socius finita, nec pecuniæ superlucratæ.

Nec obstat trãslatio dictæ societatis per Iulium in Antonium facta, quia cum societas fuerat contracta, vt dictum est, cũ dicto Ioanne Baptista Vallato, ideo-
4 que in eius persona substantia dictæ societatis † resederit, non potuit talis substãtia in Antoniũ per Iuliũ transferri ex vulgari illa regula nemo plus iuris &c.

Et immo quatenus etiam dictus Iulius fuisset so-
5 cius Alexij, † non potuisset dare nouum socium dicto Alexio sine eius scientia, & consensu *l. qui admittitur cum seq. ff. pro soc.*

Nec refert, quod in instrumento dictæ societatis fuit reseruata facultas Iulio disponendi de dicta societate, aliaque faciendi, quia non propterea
6 † dici potest, quod fuerit assumptus ab Alexio in socium, nec minus quod ipsi fuerit data facultas nominandi alium socium, stant enim simul, quod solus Ioannes Baptista Vallatus fuerit socius Alexij, quodq. in eo resederit substantia contractus, & quod
7 vtilitas, omnisq. † commodum societatis fuerit reseruatum Iulio, cum facultate etiam dictam commoditatem cedendi, iuxta *textum in l. si id §. si filius familias, & §. si seruus. ff. pro soc.* vbi apertè colli-
8 gitur, quod licet omnis vtilitas commodum, † & commodum societatis sit patris: vel Domini, nihilominus ius, & substantia residet penes filium, vel seruum, quorum personæ in ea attenduntur.

Et quod reuera Ioãnes Baptista fuerit socius Ale-
9 xij, & sola vtilitas reseruata Iulio, apparet † non solum ex eo, quod societas fuit cum dicto Ioanne Baptista contracta. Verum etiam quia Alexius in eodem instrumento expresè promisit, dictum Ioannem Baptistam facere participem de & super omnibus, & singulis sui officij fructibus, hoc enim arguit dictum Ioannem Baptistam esse socium, tum quod verbum
10 participem conuenit proprie societati *glos. in l. eum in societatis in verbo participare. C. pro soc. Rota Iunen. decis. 14 nu. 22. & decis. 46. num. 1. cum aliis adductis in vna Romana participationis 16. Iunii 1614. coram R. P. D. meo Vbaldo*, tum & maximè
11 quia fructuum † participatio est vnum ex requisitis
12 substantialibus societatis, cum sine fructuum † communicatione consistere non valeat *l. verum in fin. ff. pro soc. & fuit dictum in Romana coram Illustriss. D Card. Millino, quæ est decis. 28. post tract. de societ. officiorum num. 8. & seq.*

Accedit, quod in eodem instrumento fuit conuentum, quod donec non fuerit mutatum periculum vitæ, interim moriente Ioanne Baptista societas super-
13 lucraretur signum euidens † societatem fuisse cum ipso Ioanne Baptista contractam, in eoq. ius, & sub-
14 stantiam dictæ societatis resedisse, cum † absque tali periculo consistere non possit, *Rota decis. 12. num. 9. post tract. de societ. officiorum.*

Vnde non obstat, quod nomen Ioannis Baptistæ fuit simulatè appositum, quia immò vere & realiter
15 † societas fuit contracta cum Ioanne Baptista & vtilitas dictæ societatis Iulio reseruata, cumq. hoc iure permittente fieri potuerit, neque subsit causa si-
16 mulationis, censendum † potius est societatem fuisse, prout sonant verba instrumenti, contractam, quam quod interuenerit simulatio, quia simulatio non
17 † præsumitur, nisi probetur causa simulandi, *Bartol. cons.*

cons.65.sub num.4.& seq.lib.1.Natt.cons.628.num. 17. Rota decis. 307.num.11.par.1.& decis.413. nu. 1.par.2.in recent.

Nec obstat quod ad effectum præsumendi nomen Ioannis Baptistæ fuisse simulatè appositum, sufficit,
18 quod constet pecunias fuisse Iulij,† quodquè ei fuit in ipso contractu omnimoda dispositio dictæ societatis reseruata *ad tex.in l.quamuis vbi Angel.& alij C. si quis alteri vel sibi Soccin.sen.cons.129.num.12.lib. 4.Aym.cons. 100. num. 6. & fuit dictum in vna Romana officij scriptoriæ 23. Maij 1583. coram fel. rec. Clemente Octauo & in eadem 1.Aprilis 1588.coram bo.me.Card. Pamphilio.*

Quia obiectum fortassis procederet, si Iulius contraxisset pecuniamque numerasset vtendo nomine
19 Ioannis Baptistæ Vallati, tunc enim censeretur † nomen Ioannis Baptistæ Vallati simulatè appositum, vt per dicta iura, & doctores. Verum in casu isto Ioannes Baptista contraxit, pecuniamque numerauit, re-
20 seruãdo commoditatem dictæ societatis Iulio.† Vnde ius, & substantia dictæ societatis verè residet in ipso Ioanne Baptista, eiquè competunt actiones directæ vtiles verò Iulio, *l.quidam 46. & ibi Bald. in 2. notabil. Imol. num. 2. in fin.ff. de hæred. instit.* &
21 quoad Alexium officialem ipse Ioannes † Baptista censetur ipsius socius, licet nullum percipiat commodum ex societate *l.si quis Titio, & ibi Alberic.nu. 2.in fin. Bald.num.2.Castr.sub num.1.& seq.ff. de leg. secundo.*

Quod maxime videtur sibi locum vendicare in so-
22 cietatibus, † in illis enim attenditur persona, quæ in contrahendo spectata fuit, non autem illius cuius Commodo cedit *l.si seruus vbi glos. l.si id quod §. filiusfamilias, & §. si seruus & l.fin. ff. pro soc.* idquè quotidie pacticatur in officijs & locis montium va-
23 cabilium, quia in illis attenditur † persona, quæ contrahit, dummodo suo nomine contrahat, etiã quod dominium alteri reseruetur. *Paleott.decis. 36. & dec. 40.cum alijs per Rot. decis. inter impress. post tract. de Censib. 59.in princ.& num.16. Card. Mantic. de tacit.& ambig.lib.6.tit.24.num.53.&c.*

R. P. D. VBALDO.

Oueten. Iurisdictionis.

Veneris 8.Aprilis 1622.

ARGVMENTVM.

Archidiaconus, vt manuteneatur in quasi possessione visitandi, & cognoscendi causas, non tamen priuatiuè, quoad Ordinarium, quando dicatur probasse dictam quasi possessionem in qua etiam de iure communi dicitur habere assistentiam. Possessio quando redditur titulata & colorata, tunc eò facilius conceditur manutentio, & dicta manutentio ad quæ detur.

SVMMARIVM.

1 *Testes probant immemorabilem, dũ deponunt iuxta requisita glos.in cap.1.de præscript. in 6.*
2 *in Quasi possessione aliquid exercendi, vt quis manuteneatur, sufficit vnicus actus.*
3 *pro Actuum probatione multum est deferendum, si vltra testium depositiones adsint quoque probationes per scripturas.*
4 *pro Archidiaconis adest iuris assistentia quo ad ius visitandi.*
5 *Et super hoc consonat dispositio Concil. Tridentin. sess.24.cap.3. de reform.*
6 *Ius visitandi, quod spectet ad Decanum, et Archidiaconum in quibusdam locis, ex quibus probetur.*
7 *Possessio, quando redditur titulata, et colorata, eo magis manutenenda venit.*
8 *Titulus non requiritur ad effectum manutentionis sed sat est sola possessio.*
9 *Iurisdictionis quasi possessio ex quibus bene probetur.*
10 *in Quasi possessione iuris cognoscendi causas, quando in hac iurisdictione manutenendus veniat.*
11 *Manutentio non est danda nisi in eo, in quo pars prætendit, licet testes inducti ad probandam possessionem generaliter deponant.*
12 *Episcopus de iure communi habet intentionem fũdatam in iure visitandi, et cognitione causarum.*
13 *Ius suum sciens esse saluum, quamuis ille sileat, nihilominus nullum præiudicium ei infertur.*

DECISIO CCCLXVIII.

DVBITAVI, An Decano, & Archidiaconis Oueten dandum esset mandatum de manutenendo in quasi possessione iuris visitandi, & cognoscendi omnes casus præter matrimoniales, & criminales in casu &c. & pro ipsis solum informantibus fuit capta resolutio; quia quoad quasi possessionem iuris visitandi illa remanet concludenter probata ex depositione testium secundi examinis in partibus facti de anno 1587. quorum examen fuisse validum, fuit in Rota firmatum in hac causa die 5. Nouembris præteriti coram me, & isti partim fuerãt antea examinati de anno 1585. sed nulliter Sede Episcopali vacante, & fuerunt in hoc secundo examine valido repetiti, partim sunt de nouo in secundo examine inducti, qui benè deponunt Decanum, & Archidiaconos per se, & per suos Vicarios visitasse suos districtus absq; vlla contradictione Episcopi, vel eius Prouisorum tam antequam post Concilium Tridentinũ & à tempore Immemorabili, vt in summario dato num.7.& idem deponunt alij testes vigore remissoriæ Rotalis examinati de anno 1598. qui dantur num.8. & quatenus omnes non concluderent de Immemo-
1 rabili † cum omnibus requisitis *gloss. in cap. 1. de præsumpt. in 6.* tamen satis esse videtur quasi possessio longæua per plures actus comprobata saltem
2 ad effectum manutentionis de † quo agitur, cum ad dictum effectum vnicus actus sufficeret *Rot.dec.222. num.7.par.1.diuers. et decis.17.num.4.par.2.* sed hic adsunt plurimi actus visitationum non solum iustifi-
3 cati ex dictis testium, sed † ex ipsis scripturis visitationum diuersis temporibus factarum per Archidiaconos de quibus in d.summ. num.9.
4 Quibus accedit iuris † assistentia in Archidiaconis, quoad ius visitandi *cap.mandamus de offic. Archid.glos.et Doct.in cap.cum satis eod.tit. Archidiac. in c.perlectis nu.12.dist.25.late mil.et repert.in ver. Archidiaconus potest. Pauin.de visitat.q 2. num. 33. Sarmient. select.interpret.lib.3.cap.15. num.1.Rota apud Seraph.decis. 1084.* vbi quod consonat etiam
5 Concilij Tridentini dispositio permittens in casibus visitationẽ inferioribus *sess. 24. cap. 3. de reform.* Et concurrunt etiam Constitutiones Synodales Ecclesiæ Oueten. editæ de annis 1519. 1553. & 1608. quibus quamplurima ordinantur circa modum, &
6 formam visitandi † Decani & Archidiaconorum relata

relata in dicto summario num.10. nec non liber antiquissimus vulgo Regula Alba nominatus, in quo cõtinentur officia Præbendatorum dictæ Ecclesiæ, & in specie quoad Decanum, & Archidiaconos dictum ius visitandi, & confert etiam antiqua ordinatio legati Apostolici circa officium Archidiaconi in visitando, & demum antiquissima Concilia Hispaniarum, celebrata in Vrbe Oueten. in quibus iniungitur Archidiaconis onus visitandi, vt latius in dicto summ. num.12. 13. & 14. Quæ omnia titulatam, & coloratam reddunt hanc quasi possessionem visitandi
7 † Decano, & Archidiaconis competen. & ideo tanto magis manutenen. *cap. licet causam vbi Felin. nu. 9. Caputaq. decis. 336. par. 2.* licet ad effectum manutē-
8 tionis titulus † non requiratur, sed sufficiat sola possessio vt supra plusquam sufficienter probata *Bar. in l. quod meo num. 1. ff. de acq. poss. cum alijs per Rot. decis. 275. num. 5. par. 1. recent. & decis. 559. num. 11. part. 2.*

Quo vero ad ius cognoscendi causas, sufficienter
9 etiam videbatur † probata quasi possessio Decani, & Archidiaconorum tum ex eisdem testibus, de quibus supra, tum ex diuersis actis, processibus, & sententijs per Decanos & Archidiaconos pro tempore latis, de quibus in dicto summ. num. 15. ex quibus bene probatur quasi possessio iurisdictionis *Card. Mantic. decis. 361. num. 3. & seqq.* Qua stante possessione se-
10 quitur, ijs dandum esse mandatum † de manutenen. *§. retinendæ instit. de interd. & fuit in similibus terminis resolutum in Aprutina Iurisdictionis 19. Iunij 1606. coram R. P. D. meo Pamphilio, & in Aquilana Iurisdictionis 30. Martij 1607. coram eodem, & apud Cardin. Mantic. decis. 263. num. 4.* Intelligendũ tamen vt infra, licet enim prædicti testes & iura pro
11 Archidiaconis data simpliciter † loquantur de omnibus causis, tamen in præsenti disputatur, exceptis causis matrimonialibus, & criminalibus, & dubiũ fuit conceptum, & Archidiaconi hodie manutentionem in cognitione harum causarum non prætendũt.

Rursus dictam resolutionem Domini intelligebãt, non tamen priuatiue ad Episcopum Oueten. qui de
12 iure communi habet intentionem † fundatam in iure visitandi & cognitione causarum *cap. omnes Basilicæ 16. q. 7. cap. cum personæ de priuileg. in 6. c. cum Episcopus de offic. ordin. in 9. Conc. Trident. d. sess. 24. cap. 20. late Suua de benefic. par. 2. q. 22. numer. 54. & fuit resolutum in causa Veronen. Iurisdictionis 18. Martij 1596. coram bo. mem. Cardinali Pamphilio*, & licet non nulli ex testibus dicant Archidiaconos visitasse, vel cognouisse causas, non contradicente Episcopo, vel eius Vicarijs, & Prouisoribus, id potuit
13 esse † quoniam sciebant ius suum esse saluum, & si qui negẽt se vidisse quod Episcopi visitauerint, vel cognouerint, tamen non inde infertur, quin Episcopi visitauerint & cognouerint causas, fuit igitur cõclusum Decano, & Archidiaconis esse dandum mandatum de manutenendo quoad prædicta, non tamen priuatiuè quoad Episcopum, vt in dicta decis. Seraph. 1084. in fine, super quo tamen poterit si opus erit, alias particulariter videri.

Et ita decisum &c.

☞ *Infra in eadem causa habes duas alias decisiones sub die 22. Martij 1627. & 25. Iunij 1625. coram Eminentiss. Card. Vbald. & altera adest apud Posthum. de manutention. decis. 287. sub die 5. Iulij 1627.*

REVERENDISS. COCCINO.

Romana Alimentorum.

Veneris 11. Aprilis 1622.

ARGVMENTVM.

Testator, si alicui legauerit alimenta, illa quoque debentur, data morte hæredis, nam dum ea sunt legata simpliciter, debentur quousque viuit legatarius, quod procedit, etiam si testator disposuerit, vt illa essent præstanda ab eius hærede, eumque nomine proprio nuncupauerit, vel dixerit ab infrascripto, vel suprascripto hærede præstanda essent alimenta, nam & hoc est speciale in materia alimentorum, vt hoc casu non habeatur oculus ad ipsam personam hæredis, sed legatarij.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta simpliciter relicta debentur durante vita legatarij.*
2 *Alimentorum onus, cum sit reale, transit cum bonis ad quemcumque illa perueniant.*
3 *Alimenta, quando tantum extinguantur per mortem eius, cui ea fuerunt relicta. & nu. 4.*
5 *Verbum, infrascritto, refertur solum ad eum, qui corporalibus oculis legi potest.*
6 *Testator si disposuerit, vt aliquid sit præstandum a suo hærede, non compræhendit hæredem hæredis.*
7 *Alimenta, quando sunt relicta certæ personæ, tunc illa non extinguntur nisi per mortem legatarij, & non hæredis, quamuis testator disposuerit, illa esse præstanda per suum infrascriptum hæredem.*
8 *Cibaria, & vestiaria præstanda a liberis, libertis, præstanda etiam sunt ab eorum hæredibus, non obstante, quod legatum videtur personale, cum deberetur à liberis.*
9 *Alimenta, & vestiaria legata à Titio hærede præstanda, debent etiam præstari ab hæredibus Titij.*
10 *in Alimentorum materia speciale est, vt nomine hæredis etiam nomine proprio nũcupati, veniat quoque hæres hæredis, ac cœteri, quousque ille cui legata sunt alimenta, viuat. & nu. 16.*
11 *Crott. & Surd. de aliment. in quibus terminis loquantur. & num. 13.*
12 *Alimenta, quando sunt relicta dignitati, vel vniuersitati durant vsque ad centum annos.*
14 *Alimentorum legatum non transit ad hæredem legatarij, & potissimum quando est relictum certæ personæ.*
15 *Dictiones infrascriptus, vel suprascriptus sunt demonstratiuæ ad oculum, & non cõprahendit alias personas, quam nominatas.*
17 *Alimenta si testator alicui reliquerit, cum declaratione, vt ea non possit petere extra domum hæredis, nihilominus durat dictum legatum mortuo hærede.*
18 *Et quamuis ipse non possit habitare in domo hæredis ex iusta causa.*

DECISIO CCCLXIX.

FVIT resolutum alimenta per Io: Baptistam testatorem legata Felici nepti per mortem Ber-
1 nardini hæredis, non expirasse, sed deberi † durante vita dictæ Felicis, cum alimenta simpliciter relicta debeantur durante vita legatarij *l. Caio 13. §. Imperator*

rator ff. de aliment. & cibar. legat. l. 1. C. de delegat. & vtrobique notant Doctores, & cum onus alimento-
2 rum ſit reale † tranſit cum bonis ad quemcunque illa proueniant *Bartol. in l. 2. num. 3. ff. de aliment. legat. & in l. ſi quis à liberis. §. item reſcriptum. ff. de liber. agnoſc. Surd. de aliment. tit 5. q. 1. num. 12. & ſeqq. Rota in cauſa Bononien. alimentorum 23. Maij*
3 *1594. coram bo. me. Penia*, & in hoc † caſu ſolum per mortem ipſius Felicis extinguitur *l. cum. hi 8. §. vult igitur verſ. modus ff. de tranſact. l. firmio 26. in fin. ff. quando dies legati cedat Cordub. in l. ſi quis a liberis §. non tantum num. 63. & ſeq. ff. de liber. agnoſc. Gramm. deciſ. 101. num. 16.* & hoc expreſſit teſtator,
4 ibi, *mentre viuerà eſſa † legataria, & morta eſſa, il detto legato ſia eſtinto, & annullato.*

Neque eſt verum, quod cum legatum ſit relictum ab infraſcripto hærede ſoluendum propter illam dictionem (*infraſcritto*) extinguatur morte hæredis,
5 cum † referatur ſolum ad eos, qui corporalibus ocu-
lis legi poſſunt, & propterea non compræhendun-
6 tur † hæredem hæredis ſcripti. *Bar. in l. liberis §. hæc verba in fin. ff. de vulgar. & pupill. & in terminis alimentorum per doctrinam prædictam dicit Crot. in l. 2. in princ. num. 4. ff. ſolut. matr. Surd. de aliment. tit. 5. q. 6. num. 26. & conſ. 123. num. 13.* Nam fuit
7 reſponſum hanc regulam non procedere † in alimentis relictis certæ perſonæ, vt eſt textus expreſſus *in l. libertis 4. §. Lutius ff. de aliment. & cibar. legat.*
8 vbi cibaria, & veſtiaria legata à liberis libertis † debentur etiam ab eorum hæredibus, non obſtante, quod legatum videretur perſonale, cum deberetur à liberis, *vt aduertit Gloſſ. ibidem in verbo liberis, et ad idem eſt alius textus expreſſus in l. alimenta 16. ff. eod. tit. de aliment. & cibar. legat.* vbi alimenta, & veſtiaria legata à Moderato hærede præſtanda, debent
9 † etiam præſtari ab hæredibus dicti Moderati, & hoc
10 eſſe ſpeciale in † materia alimentorum, dicunt *Gloſſ. in d. §. Lucius in verbo agant et ibi Bartol. num. 1. Roman. conſ. 388. num. 5. Tiraq. de priuileg. piæ cauſæ priuil. 36.*

Neque in his termiuis contrarium dicunt Crotus
11 † & Surdus ſubtiliter inducti, quia Crotus, & Surd. de aliment. loquuntur, quando legatum eſt factum
12 dignitati, vel vniuerſitati, quod durat † vſque ad centum annos, & dicunt regulariter fallere, quando hæres infraſcriptus eſt grauatus, *vt videre eſt ex ipſo Croto num. 2. iuncto d. num. 4. et ex ipſo Surd. num. 16. cum duob. ſeqq. iuncto num. 26.* vnde quicquid ſit de hac opinione, non procedit in noſtris terminis.
13 Surdus verò † in d. conſ. 123. num. 16. loquitur in terminis prorſus diuerſis videlicet in illa quæſtione,
14 an legatum tranſeat ad hæredes legatarij, † & concludit quod non, quando eſt relictum inſcraſcriptę, vel ſupraſcriptæ perſonæ & in vtroque caſu prædicti Do-
15 ctores mouentur ex eo, quia illa † dictio eſt demonſtratiua ad oculum, & non compræhendit alias perſonas, quam nominatas, *vt per Bart. loco ſupra citato*, quæ tamen concluſio eſt ſpecialis, quod non proce-
16 dat in legato alimentorum relicto † certæ perſonæ, prout eſt caſus noſter, *vt in dicta l. libertis §. Lutius, et in l. alimenta ff. de aliment. et cibar. legat.*

Neque etiam obſtat, quod teſtator declarauerit Felicem non poſſe petere alimenta extra domum, ibi; *Dichiarando, che detti alimenti non li poſſa pretendere fuor di caſa, mà in euento, che per qualunque cauſa non voleſſe, ò non poteſſe ſtare con detto Sig. Bernardino, in tal caſo le laſcia ſcudi 200. per*
17 *vna volta tanto*; Quia † fuit reſponſum, quod nihilominus dictum legatum durat mortuo hærede, *l. Caio 13. §. Imperator ff. de aliment. et cibar. legat. Dec. conſ. 526. num. 1.* itaut debeatur, cum ex iuſta
18 cauſa non inhabitet in domo † hæredis, ex quo obijt nec in domo hæredis hæredis, cum hæres inſtituerit hoſpitale. *Bartol. in d. §. Imperator num. 2. Ancar. conſ. 254. lib. 1. Iaſ. conſ. 144. num. 2. Aym. conſ. 168. num. 1. Natt. conſ. 387. num. 5. Roland. conſ. 22. num. 1. lib. 1. Menoch. de arbitr. caſu 170. num. 12. et fuit reſolutum in cauſa Spoletana alimentorũ 24. Maii 1594. coram Gipſio, et in cauſa Fulginaten. de Iacobillis 18. Aprilis 1597. coram Litta.*

Quia tamen Bernardinus hæres fecit aliud legatũ dictæ Felici, an per iſtud ſecundum legatum cenſeatur compenſatum primum, itaut dicatur ſublatum, erit particulariter videndum.

Et ita, &c.

R. P. D. REMBOLDO.

Romana hæreditatis de Agazarijs.

Luna 11. Aprilis 1622.

ARGVMENTVM.

Hæredi ſcripto in teſtamento petenti immiſſionem vigore l. fin. C. de edict. D. Adr. tollend. quando impediatur d. immiſſio, eò quia filius teſtatoris oppoſuit, ſe ab eius patre fuiſſe præteritum, quamuis ex ipſo teſtamento appareat, eum nullatenus fuiſſe præteritum. Mulieris obligatio inita non ſeruata forma ſtatuti Vrbis lib. 1. cap. 151. vt corruat neceſsè eſt, ſic cantante eodem ſtatuto.

SVMMARIVM.

1 *Filius idem eſt, vt non ſit conſtitutus hæres, vel quod ex inſtitutione nihil adeptus fuerit. et nu 8.*
2 *Præteritionis vitium non impedit immiſſionem hæredi ſcripto in teſtamento, dum tale vitium non eſt viſibile.*
3 *Hæredi ſcripto impeditur immiſſio vigore teſtamẽti, ſi adſit in eo præteritio filiorum, et id incontinenti ſit probatum, et nu. 19.*
4 *Immiſſio vt impediatur hæredi vigore l. fin. C. de edict. D. Adr. tollend. exceptio dicitur incontinenti probata, ſi ex ipſo teſtamento appareat.*
5 *Præteritionis exceptio ad impediendam immiſsionẽ hæredi ſcripto, dicitur incontinenti probata, dum ex ipſo teſtamento apparet habere filium, quem non inſtituit, neque exhæredauit.*
6 *Probatio, quando dicatur fieri incontinenti, id religioni iudicantis relinquitur.*
7 *Exceptio præteritionis ad impediendam immiſſionẽ hæredi ſcripto, quando dicatur incontinenti probata, licet id non appareat ex ipſo teſtamento.*
8 *Præteritionis filij exceptio non admittitur ad denegandam immiſſionem hæredi ſcripto, quando neceſſariæ forent probationes filiationis ad effectum probandi præteritionem.*
9 *Deciſ. in cauſa Romana Hæreditatis 5. Iulii 1621. coram Remboldo in quo caſu loquatur.*
10 *Exceptio quælibet incõtinenti probata impedit immiſſionem.*
11 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 151. expreſſe annullat omnes*

omnes contractus mulierum sine solemnitatibus in d. statuto expressis celebratos.

12 *Mulier dum contrahit secundum statutum Vrb. lib. 1. cap. 151. debent duo eius proximiores interuenire, itaque si duo possint adhiberi, et vnus tantum adhibeatur, et loco alterius deputetur curator, non tenet talis obligatio.*

13 *Mulieris obligatio facta sine causa non tenet, cum secundum statutum Vrb. lib. 1. cap. 151. disponat, vt causa in scriptis idest in ipso instrumento exprimatur.*

14 *in Obligatione mulieris vt statuto Vrbis lib. 1. cap. 151. dicatur satisfactum, dum requirit, vt in instrumento apponatur causa obligationis, requiritur, vt ea sit in specie, et non sufficit generalis. et num. 18.*

15 *Obligatio sine causa in muliere numquam daretur, si sat esset exprimere aliquid in genere.*

16 *Iudici non dicitur nota causa obligationis in contractu mulierum, dum ei illa constabat ex sola assertione mulieris, et quare.*

17 *Causa obligationis mulieris expressa in instrumento ex quo dicatur inuerisimilis.*

DECISIO CCCLXX.

PETENTIBVS Magdalena, & Cleria immitti in
possessionem hæreditatis q. Liuiæ earum matris
vigore testamenti, in quo fuerunt a dicta Liuia hære-
des scriptæ, iuxta resolutionem alias factam, oppo-
suit se Camilla alia eiusdem Liuiæ filia, cui dicta Li-
uia in dicto eius testamẽto reliquit liberationẽ à qua
dam obligatione, à dicta Camilla ad eius fauorem
facta, prætendens dictam obligationem fuisse nullam
& inualidam, atque ita eam esse in dicto testamento
1 præteritam, cum idem sit, † quod non fuerit in-
stituta, vel quod ex institutione nihil fuerit adepta
l. quamuis §. si conuenerit ff. ad sen. Consul. Vellei.
Bald. cons. 93. num. 7. lib. 3. Aym. cons. 142. nu. 10. Ias.
cons. 160 num. 5. lib. 2. Vnde Dubitaui an constet de
tali nullitate obligationis Camillæ, quæ impediat im-
missionem ex testamento, hoc est, vtrum exceptio
dictæ præteritionis, & per consequens nullitatis testa-
menti sit ita probata, vt non sit locus immissioni ex
dicto testamento. Et Domini affirmatiuè responde-
runt, moti vero sunt, quia vitium præteritionis licet
2 visibile non sit ideoquè † regulariter non impediat
immissionem hæredis scripti *per text. in l. 2. C. de*
edict. Diu. Adr. tollen. cum aliis per Menoch, de adi-
piscend. remed. 4. num. 726. impedit tamen dictam
3 immissionem, quando † præteritio est incontinenti
probata *Bart. in l. fin. §. fin autem num. 2. C. de edict.*
Diu. Adr. tollen. Dec. in d. l. fin. num. 43 Menoch. dicto
remed. 4. num. 729. & seq. cum aliis per Modern. di-
scept. forens. cap. 702. num. 42. & seqq. & dicitur in-
continenti probata, vel quando ex ipso testamento
4 † resultat talis probatio, vt quia testator in vna par-
te fecit mentionem de filio, & deinde nec illum in-
5 stituit nec † exhæredauit, vel etiam quãdo talis pro-
batio aliunde quàm ex testamento desumitur, dum-
modo incontinenti fiat *Menoch. dicto remed. 4. num.*
6 730. vbi etiam tradit, quod † quando probatio di-
catur incontinenti fieri, Iudicis arbitrio relinquitur.
Vnde quamuis in casu isto non probetur ex ipso
testamento dicta præteritio, sed talis probatio extrin-
secè desumatur, nihilominus sufficit, quod sit incon-
7 tineuti probata, & † eo ipso censetur incontinenti
probata, quod constat incontinenti, & ex ipsa lectura
Instrumenti de nullitate obligationis dictæ Camillæ,
quod liberatio fuit ei à dicta Liuia in dicto eius testa-
mento relicta.

Nam cum non dubitetur quod dicta Camilla sit
filia Liuiæ, quinimo etiam talis denominetur in eo-
dem testamento dictæ Liuiæ, remanet probata stante
eius obligationis nullitate dicta præteritio, quia vt
8 dictũ est, dicta Camilla nihil penitus † fuit ex dicto
testamento eius matris consecuta, ideoque perinde
est ac si non fuisset institura ex supra allegatis, *& fuit*
in puncto firmatum in dicta Romana de Marescottis
coram Illustrissimo D. Card. Satrato, quæ est decis.
770. par. 2. in recent.

Nec prædictis obstat alia decisio in hac eadem
causa coram me sub die 5. Iulij facta, quia quod in
9 dicta decisione dicitur, quod † exceptio præteritio-
nis non admittitur, quando ea admissa necessariæ fo-
rent probatioues filiationis ad effectum probandi
præteritionem, intelligi debet iuxta terminos casus
de quo in dicta decisione, videlicet quando talis pro-
batio non fit incontinenti, sed illa vel expectari de-
bet, aut alias requirit altiorem indaginem, quod se-
cus est, quando probatio fit incontinenti & tãto ma-
gis, quando, vt in casu isto, vt dictum est, apparet ex
inspectione Instrumenti, tunc enim exceptio præte-
ritionis sic probata impedit immissionem ex supra
10 allegatis, & est † regulare quod quælibet exceptio
incontinenti probata impedit immissionem *gloss. 1. in*
l. iuncto text. C. de edict. Diu. Adr. toll. Gabr. cons. 38.
num. 1. & seqq. lib. 2. cum alijs per Menoch. d. remed.
4. num. 729. & in d. dec. 526. p. 1. in recent.

Quod autem nullitas dictæ obligationis Camillæ
sit incontinenti probata, quinimo etiam colligatur
ex lectura ipsius instrumenti dictæ obligationis, patet
11 quia ex dicta lectura apparet non fuisse † seruatas in
dicto instrumento solemnitates Statuti Vrbis c. 151.
lib. 1. expressè annullantis omnes contractus mulie-
rum sine solemnitatibus in dicto Statuto expressis
celebratos.

Nam omisso quod dictum Instrumentum fuit ce-
lebratum cum interuentu solummodo Alexãdri fra-
tris, & Ascanij Palearij curatoris deputati, cum
tamen dicta Camilla haberet vltra dictum Alexan-
drum etiam alium fratrem scilicet Ioannem Bapti-
stam, qui eadem die fuit præsens in Vrbe, & proba-
tur ex quadam comparitione, & protestatione per
eum facta in actis Bernardinelli Notarij, ac propte-
12 rea ex forma dicti Statuti debebat ad celebrationem
dicti Instrumenti adhiberi, *iuxta deducta in Roma-*
na releuationis indemnitatis 21. Maij 1612. coram
Reuerendiss. Attrebaten. & in Romana nullitatis
contractus 17. Iunii 1609 coram Reuerendiss. D. meo
Decano, & in aliis patet etiam ex dicta lectura In-
strumenti, quod obligatio facta per dictam Camillã,
13 fuit facta sine causa atque † ita contra formam dicti
Statuti, quo expressè disponitur, quod causa in scri-
ptis, hoc est in ipso Instrumento exprimatur, *vt fuit*
dictum in dicta Romana releuationis indemnitatis
22. Maii 1602. coram Reuerendiss. Attrebaten. & in
Romana de Sanctacrucijs 29. Ianuarii & 30. Martii
1607. coram Illustriss. D. Card. Sacrato.

Nec obstat quod in eodem Instrumento dicitur,
quod in diuisione bonorum inter Liuiam, & Camil-
lam cum dicta Liuia contracta in diuersis vicibus,
occa-

occasionibus,& temporibus scutorum 6800.quorum propterea Camilla in dicto Instrumento se declarauit dictæ eius Liuiæ matris debitricem, quia † ista
14 causa sic expressa est nimis generalis,cum tamen deberet esse specifica, ex quo alias numquam daretur
15 obligatio † sine causa, *vt in specie ad dictum statutum aduertit Modern.gloss.22. num. 4.* & imo nec dici potest, quod dicta causa fuerit Iudici cognita, prout requiritur, ex quo de ea non constabat, nisi
16 ex † sola assertione ipsius Camillæ, quæ non poterat in fraudem dicti statuti confiteri, sicuti etiam non poterat donare. *Put.decis.7.num.1.& seqq. & decis.55.num.1.& 2. lib.3. Crescen.decis.3.num.6. de Constitut.& decis.2.de confess.*

Et denique dicta causa est omnino inuerisimilis, quia non est verisimile, quod si re vera dicta Camil-
17 la fuisset debitrix Liuiæ † tam notabilis summæ,non fuisset habita illius ratio in dicta diuisione facta inter eas eodem die, & coram eodem Notario, & testibus, vnde eo minus dicta causa potest censeri sufficiens; & qualis à statuto requiritur, & per conse-
18 quens obligatio facta ex † causa tam generali, & de qua aliunde quam ex assertione Camillæ non constabat, & quæ propterea Iudici non fuit cognita, & erat prorsus inuerisimilis, remanet nulla, & inualida, ita quod cum de huiusmodi nullitate ex ipsa le-
19 ctura Instrumenti,† & sic incontinenti constet, non possit esse locus petitæ immissioni &c.

REVERENDISS. PIROVANO.

Aquitanien. Prioratus.

Lunæ 11. Aprilis 1622.

ARGVMENTVM.

Equites Hierosolymitani sunt inhabiles, & incapaces ad obtinendum quascumque dignitates, & Prioratus suæ Religionis, dum de eo tempore reperiuntur debitores communis ærarij,& qualiter hoc sit intelligendum, declara. Item etiam qualiter hoc casu d.debitum sit probandum.

SVMMARIVM.

1 *Reus tenetur concludenter probare suam exceptionem, maximè si sapiat obiectum.*
2 *Quæ res magis procedit, quando actor iam suam intentionem probauit.*
3 *Fundans se in tempore certo, & præciso,tenetur illud concludenter probare.*
4 *Statuto, qui vtitur, tenetur probare omnes qualitates ab illo requisitas.*
5 *Probationis possibilitas non sufficit contra eum, qui iam fundauit intentionem suam.*
6 *Ius, vt conseruetur,an sufficiat solutio à quocumque facta.*
7 *Mandatum speciale requiritur ad confitendum, & agnoscendum debitum, & præiudicium, per quod ius quæsitum tollatur.*
8 *Confessiones Procuratorum non præiudicant principalibus, nisi adsit speciale mandatum.*
9 *Obseruantia, quæ tendit ad statutorum declarationem,facilius recipitur.*

DECISIO CCCLXXI.

CENSVERVNT Domini cum præsupposito quod fides Accarigij Secretarij communis ærarij, sit in forma probanti,sententias esse iustas.

Illæ enim iustificantur ex gratia expectatiuæ cōcessa per Magnum Magistrum eidem Fratri Iacobo vsque de anno 1611. super Prioratu Franciæ, & Aquitaniæ,cum primum vacauerit per cessum, vel decessum, & ex simili expectatiua posteriori de anno 1617.concessa Fratri Simoni cum præseruatiua iuris indulti eidem Fratri Iacobo,& illius antianitatis, & postmodum ex particulari smutitione, & seu nominatione facta in lingua Franciæ cum maiori parte votorum in personam dicti Fratris Iacobi, ex quibus resultant plura,nempe ius quæsitum in antelatione,& anterioritate, probatio antianitatis habitus,& approbatio personæ Fratris Iacobi, quæ secūdum stabilimenta Religionis Hierosolymitanæ necessaria sūt in ascensu ad dignitates, & Commendas inter Fratres Milites distribuendas.

Non obstat, quod Frater Iacobus de tempore vacationis, & smutitionis, siue nominationis esset incapax, & inhabilis ad obtinendum quascumque dignitates,& Prioratus dictæ Religionis, dum de eo tempore reperiretur debitor communis ærarij occasione responsionum Prioratus Campaniæ pro anno 1618.& eo debito subsistente dicebatur probari incapacitas ex statutis de communi ærario cap.24. & c.26.& de Commend.c.43.

Nam duæ fuerunt datæ responsiones, in primis
1 animaduertendo Fratrem Simonem † teneri concludenter probare suam exceptionem, quæ sapit obiectum,dum tendit ad inhabilitandum illum, qui alias capax est huius dignitatis, *Mohed.decis.4.de probat.Rot. dec. penult. & final de except. in nouis,*
2 ac † etiam quia Frater Iacobus iam probauit suam intentionem, *Aegid. decis.563. Achill.decis.1. de probat.Rot.diuers.par.1.decis.628. nu.3. Gail lib.2. obseruat.13.num.5.Rota Ianuen.dec.102.num.3.*

Primo igitur fuit dictum, quod debitum concludenter non probatur de tempore vacationis, nam & si data fuerit fides rationum debiti,& crediti Fratris Iacobi per Receptorem in Prioratu Campaniæ sub die 27. Aprilis 1619. pro anno 1618. & in Conuentu transmissæ fuerint, in quibus ille legitur debitor responsionum Religionis pro summa librarū 4316. 3.8. non tamen necessario consequitur,quod in debito continuauerit à dicta die 27.Aprilis 1619. vsq. ad diem 20.Iunij sequentis, quo casu vacatio, & seu nominatio contigit, & nihilominus, quando statutum ad certum tempus, seu diem se restringit, vt in præsenti statuto 26. factum cernitur, ibi, *Al tempo che si dourà fare la smutitione sarà debitore*, qui se
3 fundat in tempore † certo, & præciso, tenetur illud concludenter probare, *gloss.in l.cum actū, vbi Bart. num.6 ff.de neg.gest.Dec.in cap. in præsentia, num. 13.de probat.Crauett. cons.854 num.11.* & simili-
4 ter qui vtitur † statuto,tenetur probare omnes qualitates ab illo requisitas, *Bart.in l. prima, §. quod autem ait prætor,ff.ne quid in flum.publ.Becc.cons. 53.num.9.Surd cons.45.nu.14. & decis.75. nu.10.* vbi vtramque conclusionem comprobat,nec sufficit possibilitas continuationis debiti, dum agitur con-
5 tra eum, † qui iam fundauit intentionem suam,quia semper est irrelenans probatio, vt dixit *Rota in Cæsaraugustana parochialis 8. Nouembris 1599.& in Lucana bonorum 17.Maij 1600.coram Card.Pamphilio,* & postmodum in *Caualicen.Feudi 16. Aprilis 1613.coram me,* quæ vbi releuaret, subuertitur, & con-

& confunditur ex attestatione Accarigij Secretarij communis ærarij, in qua datur fides, quod Frater Iacobus vsque in diem 19. Iunij 1619. non apparet debitor communis ærarij in aliqua summa.

Nec suppletur huiusmodi probatio ex solutione facta per Commendatorem Ventimiliam nomine eiusdem Fratris Iacobi, nempe die 20. Iunij 1619. de scutis 400. & die 21. eiusdem de scutis 1100. quasi soluendo debitum agnouerit, sed post tempus à statuto 26. requisitum, nempe in die sequenti smuti-
6 tionis, quia quidquid sit † ad conseruandum ius in re, vt sufficiat solutio à quocumque facta sit, *Cas. in l. 1. num. 56. C. de iur. emphyteot.* tamen ad confiten-
7 dum, † & agnoscendum debitum, & præiudicium, per quod ius quæsitum tollatur, requiritur speciale mandatum, *Bald in l. 1. num. 31. C. de confess. Paris. cons. 47. num. 92. lib. 1. Aufr. ad Cappell. Tholos. decis. 392. num. 3.* Similiter non obstat concordia, in qua promittitur consignari attestationes, qualiter Frater Iacobus soluit Thesauro summam scutorum 1500. monetæ Militensis pro oneribus dicti Prioratus Campaniæ anni, quo dictus Frater Iacobus Gagliarbois eum possedit, quia vltra quod sine manda-
8 to speciali similes confessiones non † præiudicant domino, vt iam dictum est, semper est dubium, de quo anno senserint de anno 1617. vel 1618. ex quo super fructibus vtriusque anni fuit transactum, & tamen pro anno 1617. ex vtraque secretarij fide debitor non probatur Frater Iacobus.

Secundo principaliter fuit responsum, quod ad effectum reddendi aliquem incapacem ad consequendum dignitates, & Prioratus non solent attendi cōputa Receptorum in conuentu transmissa, sed tunc demum quando Camera nuncupata de Conti, declarauit aliquem esse debitorem discussis computis, & rationibus, ac demum eo relato inter debitores communis ærarij, & in libris eiusdem descripto, vt deponunt testes dati in summ. Fratris Iacobi, quæ
9 obseruantia † cum tendat ad statutorum 24. & 26. declarationem, facilius recipitur, dum non est opus, vt longissimo tempore ad præscriptionem sufficienti fuerit obseruatum *Franc. Becc. post alios consil. 101. num. 50. Honded. cons. 92. num. 27. vol. 1. Menoch. cons. 276. num. 19.* plus etiam obseruantiæ tribuentes, vt contra verum intellectum dispositionis illa seruari debeat, maxime quando est rationabilis, vt in præsenti, ne Fratres Milites, qui possunt suas responsiones soluere in Conuentu extra manum Receptorum, aut cum alijs creditis compensare, vel aliter propter impedimenta in exigendis fructibus se defendere, indebitè grauentur ad proprij iuris amissionem ex sola eorumdem Receptorum lista in Cōuentu transmissa absque iudicio, & declaratione Præsidentium Cameræ Computorum.

Non obstat, quod substantia debiti responsionum controuerti non possit, & bene probetur ex ipsa prouisione Magistrali, in qua onus semper annectitur soluendi responsiones Religioni, ac similiter ignorari non potest statutum cap. 48. de communi ærario, per quod pœna priuationis, ac caducitatis iurium imponitur recusantibus soluere onera imposita etiam lite pendente, ac demum quod debitores ærarij probentur ex Cedula Receptorum ab eisdem subscripta, vt expresse cauetur in statuto 52. de Commun. ærar. quæ cum in Conuentu fuerit transmissa, & in ea Frater Iacobus relatus fuerit debitor, inde dicebatur fratrem Simonem concludenter fundasse intentionem suam.

Quia & si prædicta fundent exceptionem quoad qualitatem debiti contracti, & illius existentiæ, non tamen probatur negatiua solutionis vsq; ad tempus vacationis, quo potuit extingui debitum per aliam manum, vel per compensationem, vel quod aliter eximi non possit ab obligatione, & probabile redditui ex ipsa Secretarij Accarigij fide super negatiua debiti emanata, nec similiter remanet probata discussio, & approbatio debiti ex declaratione Præsidentium Cameræ Computorum, vel expresse per decretum, vel tacitè per processum ad descriptionem debiti fratris Iacobi ad libros communis ærarij, vt obseruantia probata desiderat. Et ita &c.

Infra in eadem causa habentur duæ aliæ decisiones coram eodem bon. mem. Pirouano sub diebus 19. Aprilis, & 10. Iunij 1624.

R. P. D. VBALDO.

Romana Canonum.

Veneris 15. Aprilis 1622.

ARGVMENTVM.

Præscriptio cum mala fide de Iure canonico ineuitabiliter numquam currit, & hoc quantumuis longæua sit. Antecessoris præscriptio eo existente in mala fide non potest iuuare eius successorem, quantumuis ipse sit in bona fide, vel voluerit inchoare præsumptionem ex propria persona, aliaq. plura habes in materia hac præscriptionis, & præsertim de præscriptione præstationis canonis, quando scilicet non intret.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptioni non est locus, stante mala fide.*
2 *Præscriptio de Iure canonico, cum mala fide, nullo temporis spatio currit.*
3 *Hæredes, & successores non possunt iuuari præscriptione suorum antecessorum, quando fuerunt in mala fide, quamuis essent ipsi in bona fide.*
4 *Amplia etiam si velint inchoare præscriptionem ex persona propria.*
5 *Et hoc procedit non solum in hærede immediato, sed etiam mediato, & hærede hæredis.*
6 *Hæres certè est is, qui possidet, seu agit ad rem hæreditariam.*
7 *Præscriptio interrumpitur naturaliter ex defectu possessionis.*
8 *Præscriptio non potest inchoari contra hæreditatem iacentem.*
9 *ex Præscriptione debet deduci tempus pupillaris ætatis.*
10 *Minori datur restitutio aduersus præscriptionem completam.*
11 *Præscriptio interrumpitur propter litem motam.*
12 *Præscriptio non datur sine possessione.*
13 *Præscriptio non currit sine possessione etiam si in corporalibus, vel incorporalibus versemur.*
14 *Canonum præstatio præscribitur spatio 30. annorũ.*
15 *Præscriptio statutaria succedit loco præscriptionis 30 annorum de iure communi.*
16 *Præscriptio statutaria non currit cum mala fide.*
17 *Pro Canonibus competit actio non modo personalis, sed etiam realis.*

18 Sta-

18 *Statut.Vrb.lib.1.cap.158.non comprehendit actionem realem.*
19 *Statut.Vrb.lib.1.cap.159.non habet locum in contractibus iuratis.*

DECISIO CCCLXXII.

IN hac causa fuit resolutũ die 25. Maij 1618. coram Reuerendiss.Seleucien.*deberi canones hæredibus Annæ Soderinæ à Dominis de Perbenedictis fuit tamen reseruatum, vt videretur; An dictis hæredibus obstaret præscriptio, quo dubio proposito die 15.Ianuarij 1620. & non resoluto, demum hodie Domini censuerunt, præscriptionem non obstare, & quidem duplex considerari præscriptio, altera de iure communi altera ex statuto Vrbis. Quoad primam considerabant Domini in facto, quod Victoria Vitella, quæ habebat domum in emphyteusim ab Anna Domina directa, cum onere soluendi annuum canonem scutorum 18. cessit, seu vendidit ius suum Ioanni Baptistæ soluendi dictum canonem Annæ, vnde viuente Io. Baptista, certum est, non fuisse locum
1 vlli præscriptioni, †propter malam fidem ipsius, qui sciebat se teneri ad solutionem *l.malè agitur vbi not. C.de præscr. trig. vel quadr. ann. cap. possessor malæ fidei, & ibi Doct. relati per Couar.2. par. §.11.nu.3. de reg. iur. in 6. Balb. de præscr.4. par. quartæ par. princ. quæst 8.num.2. Seraph.decis.740.nu.1. & decis.1460.num.15.Rota decis.197. nu.6. & decis.221. nu.7. par.1. in recent.* cum enim iste primus acquirens teneretur actione personali, ei non præscribitur
2 cum mala fide, de iure † canonico quocumque temporis spatio iuxta communem Canonistarũ opinionem, de qua *in c. fin. de sepult. vbi supra num.2 & quæst.5.num.2.Seraph. decis.614. num. 1. & seqq.* vbi loquitur in præscriptione statutaria, Stan.igitur mala fide Io.Baptistæ, sequitur, vt Domini Perbenedi-
3 cti, qui sunt eius †hæredes, & successores neque iuuari possint præscriptione, qnamuis essent in bona fide, *Balb.d. quæst.5.num.2. vers. neque respectu hæredis, & dicta quæst.8. sub nu.2. vers.nec pariter, & fuit resolutum in his terminis in Romana domorum in Burgo 24.Maii 1602.coram bo.mem. Card. Lancellotto iuniori, quæ est decis.26. nu.19. et seq. apud*
4 *Modern. de saluian.* etiamsi velint† inchoare præscriptionem ex persona propria, vt late per *Balb.de præscr.12. par.3. par. princ.q.12.nu.1.* & de æquitate canonica, *vt ibi per eundem Balb. infinitos congerit, et sequitur Hond.cons.17.num.85. et cons 82.num.46. et seq. vbi de magis communi lib. 1.* vbi quod id pro-
5 cedit non solum †in hærede immediato, sed etiam mediato, & hærede hæredis, & idem *dicto cons.17. num.81.* Quod autem Domini Perbenedicti sint hæredes Io.Baptistæ bene deducitur ex iuribus, & testibus datis in summario D. Soderini num.13. ex quibus constat, Perbenedictos recuperasse domum controuersam, & oneri canonum, de quibus agitur, suppositam à quodam Rentio, tertio possessore, tanquã spectantem ad Io.Baptistam, & certum est, possiden-
6 tem, † seu agentem ad rem hæreditariam esse hæredem, *iuxta not. in l. gerit. ff.de acq. hær. Aym.cons. 197.num.4. Card. Mant.de coniect.lib.12.tit.12.n.7. & 8.* & licet hæc viderentur sufficere; tamen fuit etiam consideratum, nec adesse tempora sufficientia ad præscriben. licet ab anno 1555. quo fuit facta cessio Io.Baptistæ vsque ad annum 1611. in quo fuit cõmissa causa, & cœpta lis contra Dominos Perbenedictos effluxerint anni 56. Quia constat de multiplici interruptione prætensæ præscriptionis. Et quidem viuente Io.Baptista, qui obijt de anno 1566. vt fuit ex aduerso articulatum, non est tractan. de vlla præscriptione ex rationibus supra adductis. Post eius verò mortem. domus ad instantiam creditorum Io. Baptistæ fuit subhastata, & deliberata Rentio plus offerenti de anno 1568. & sic interrupta naturaliter
7 præscriptio † ex defectu possessionis, quatenus præscriptio fuisset cœpta, *Bart.in l.naturaliter num.13. in fin. & seqq. ff.de vsuc. Balb.de præscr.3.par.6.par. princ. q.4 num 46. vbi de communi.*

Successiuè de anno 1569. obijt Anna Soderina, & eius hæreditas non fuit adita, sed diu mansit iacens, donec fuit adita anno 1578. per D.Antonium Franciscum tunc pupillum, & filium Alexandri vnius ex
8 hæredibus Annæ, vnde vel nõ †potuit inchoari præscriptio contra hæreditatem iacentem ad *not. per Alex.in l.si constante. §.exhæredato nu.3. ff.sol. matr.* vel saltem fuit interrupta per acceptationem deuolutionis ob canonem non solutum, factam de anno 1570. per curatorem hæreditatis iacentis. Ab anno vero 1578. quo hæreditas fuit adita, vt dictum est, vsque ad annum 1584. Antonius Franciscus fuit
9 pupillus, & minor, quod tempus † pupillaris ætatis esset deducen. ex præscriptione vt fuit resolutum in *Romana de Magdalenis 24.Ianuar. & 9.Iunii 1587. coram bo.mem. Card.Blanchetto, & in Romana de Caffarellis 9.Decembris eiusdem anni coram bon.me. Gipsio, quæ est decis.302. apud Pacif. de saluian.* &
10 ratione minoris †ætatis esset dan. restitutio, quatenus præscriptio fuisset completa, *Alex.cons.116. sub num.1. lib.5.* Ab anno vero 1584. quo Antonius Franciscus fuerit effectus maior, si fuerit inchoata
11 præscriptio, †illa fuit interrupta per litem inceptam de anno 1588. contra Rentium possessorem domus canoni obnoxiæ, super deuolutione, & canonum solutione, *l.nec bona, C.de præscr.long.tempor.Balb.de præscr.3.par.6. par.princ.q.4. num.31. & seq.* & demum cum Perbenedicti recuperassent domum de anno 1603. tanquam malè fuisset subhastata, & deliberata Rentio, contra eos Soderinus mouit præsens iudicium de anno 1611. quod adhuc durat.

Neque dicatur, tempus intermedium, quo fuit litigatum inter Soderinum, & Rentium, esse computan. ad fauorem illorum de Perbenedictis ad effectum præscribendi, cum non essent in illa lite, quia cum
12 †ipsi non possiderent, non poterant præscribere *cap. sine possessione, vbi gloss. & Doct. de reg. iur. in 6. Balb.de præscr.2. par.3. princ. post q.18. in 3. & 4.*
13 *requisito num.1.* vbi quod id procedit† in corporalibus, & incorporalibus, nec quicquam est imputan. Soderino qui ius suum prosequebatur contra possessorem bonorum pro canone consequendo; & in omnem euentum, cessante etiam dicta interruptione per litem cum Rentio agitatam, nec adesset tempus sufficiens ad præscriben. contra Soderinum ab anno eius maioris ætatis, videlicet 1584. vsque ad annum 1611. quo lis incœpta est contra eosdem Perbenedi-
14 ctos, vt dictum est, cum† effluxerint tantum anni 27. & non 30. prout requiritur *l cum notissimi circa finem, C.de præscr.30.ann.Socc.iun. cons 80.num.24. lib.3. & fuit dictũ in Romana fructuum census 13. Iunij 1603.coram Illustriss.Card.Millino.*

Quod vero pertinet ad præscriptionem statutariã, neque illam Domini censebant intrare in casu, quia

vltra

vltra quod in ea militat etiam ratio malæ fidei, & in-
25 terruptionis, cum sit, †subrogata loco præscriptionis 30. annorum de iure communi, *Rota dicta decis. 302.*
16 *num. 4. apud Pacif. de saluian.* Quæ nec etiam †procedit cum mala fide, vt supra dictum est, & in puncto dicit *Seraph. decis. 614. num. 4. supra allegata*; respōdebatur etiam quoad statutum Vrbis lib. 1. cap. 158. quod loquitur de præscriptione 16. annorū, seu præ-
17 sumptione satisfactionis illud non intrare, quia †cum agatur de canonibus, pro quibus competit actio non modo personalis, sed etiam realis, *Afflict. decis. 95. num. 3. in fin. & seqq. & decis. 153. num. 3. Corbul. de caus. priuat. ob non sol. can. ampl. 16. nu. 4.* actio rea-
18 lis †non comprehenditur sub dicto statuto, *Gabr. de præscr. concl. 4. num. 17. Rota dicta decis. 302. num. 6. vbi aliæ decisiones allegantur.*
19 Quo vero ad aliud statutum †sequens cap. 159. eod. lib. 1. Quia non habet locum in contractibus iuratis, qualis est iste, *Rota in dicta Romana fructuum census coram Illustriss. Millino.* Et ita decisum.

☞ *Decisio ista in hac eadem causa emanata sub die 25. Maii 1618. coram bon. mem. Reuerendiss. Dunozetto, est supra in hoc Tomo decis. 29. alia etiā adest sub die 11. Maii 1620. coram eodem Dunozetto, est decisio 209. & infra habetur altera decisio pariter in eadem causa sub die 20. Martii 1623. coram eodem bo. mem. Vbaldo.*

REVERENDISS. COCCINO.

Adiacē Beneficij.

Veneris 15. Aprilis 1622.

ARGVMENTVM.

Attentata, si dependeant à possessione, ad effectum vt illa excludantur, qualiter sufficiat, vt de eis constet. Vnio, vt validè dicatur facta Seminario, requiritur, vt illud appareat erectum, & quando de hoc satis dicatur constare. Acquisitio possessionis impeditur quidem stante falsitate circa factum, sed non quando est circa causam, quia tunc non deficit voluntas possidendi.

SVMMARIVM.

1 *de Attentatis dari non potest, quando ea pendent à possessione, & docetur de possessione.*
2 *Vnio Seminario nondum erecto fieri nequit.*
3 *Vnio, vt fiat Seminario, requiritur saltem præparatio domus conductæ, vel emptæ, & introductio puerorum.*
4 *Vnio facta Seminario nondum erecto valet, cessante fraude, quæ sententia tamen est contra declarationes Congregat. Concil. & contra mentem Rotæ.*
5 *in Possessione, seu detentatione, vt quis dicatur, sufficit, vt quis cœperit possidere etiam de facto.*
6 *in Possessione missus à Prætore etiam nulliter procedente, contra eū, vti possessorem datur actio spolij.*
7 *in Acquisitione possessionis, quando falsitas versatur tantum circa causam possessionis non impedit illius acquisitionem, cū non deficiat voluntas possidendi.*
8 *Acquisitio possessionis, quando est ex falsa causa circa factum, tunc nullius est considerationis, nec producit iuris effectum.*
9 *de Seminarii existentia ex quibus dicatur constare ad hoc, vt vnio ei facta, dicatur valida, & nu. 10. 11. 12. & 13.*
14 *Seminarium non dicitur constare ex parietibus, & domicilio, sed ex cœtu puerorum ibi viuentium, ac litteras addiscentium.*
15 *in Seminario, si adhuc non sint introducti pueri, & fiat vnio, videtur ea tenere, dū tamen, id quod vnitur, præfigatur pro alimentis, aliisq. necessariis pro manutentione Seminarii.*
16 *Itaque solum fuerit dilata introductio puerorum, vt in ipso die ingressus habeant omnia parata.*
17 *Seminarium est vnum corpus, quod nascitur cum dentibus.*
18 *Pueri, dum introducuntur in Seminario, non possunt ibi ieiuni immorari.*
19 *Gonzal. Gratian. & Beltram. opinio, vt valeat vnio facta Seminario non erecto, qua benignitate possit saluari, & reprobantur à Doctoribus, vt num. 22.*
20 *Vnio facta Seminario nondum erecto, quando non possit saluari, nec cum benignitate opinionis Gonzal. Gratian. et Beltram.*
21 *Contumacia, et negligentia nemini aliquo modo suffragari debet.*
23 *Vnio beneficiorum facta Seminario non tenet, si non fuerit forma tradita à Concil. Triden. sess. 23. cap. 18.*
24 *Beneficiorum vnio non dicitur validè facta Seminario, si non præcesserit dismembratio fructuum ipsius Cathedralis, ac aliorum beneficiorum pro proportionali ratione.*
25 *in Vnione beneficiorum facienda Seminario, Concil. Triden. multum confidit de fide Ordinariorum et quare.*
26 *Vnio beneficii de iurepatronatus laicorum facta Seminariu non tenet sine consensu patronorum.*

DECISIO CCCLXXIII.

DVBITAVI. An constaret de existentia Seminarij ad effectum, de quo agitur, effectus autem dubij est, vt videatur, An Seminarium possideat, quia si possidet non potest dari de attentatis, cum
1 †attentata in hoc casu pendeant à possessione iuxta resolutionem factam in hac causa 21. Maij superioris anni.

Hoc dubium habet tres inspectiones, prima est, an vnio possit fieri Seminario nondum erecto, secunda dato quod non possit fieri, an possessio capta nomine Seminarij de facto erecti suffragetur, tertia an constet de valida erectione.

Et quantum attinet ad primam difficultatem, Do-
2 mini fuerunt concordes, quod † vnio Seminario, nondum erecto fieri non possit, & quod ad hunc effectum
3 requiritur præparatio domus conductæ, vel †emptæ, & introductio puerorum, vt fuit resolutum in causa *Oxomen. beneficii 24. Octobris 1611. coram Illustriss. Card. Sacrato in decis. 361. num. 3. et seqq. par. 2. in recentior.* vbi refert sententiam Congregationis Illustrissimorum Interpretum *Concil. Trident. et alias decisiones Rotales*, & late prosequitur *Garz. de benef. par. 12. num. 193. cum plurib. seqq.* & admittit *Gonzal. super regul. 8. glos. 5. §. 7. num. 68.* qui licet *num. 75.* teneat, quod cessante fraude vnio facta Seminario nondum erecto valeat, quem sequitur *Modern. discept. forens. cap. 278. n. 40. et cap. 368 n. 5.* ta-
4 men †ista sententia, vt aduertit *Garz. loco citato nu.* A *195. in fine*, A est contra declarationes Congregationis Concil. & contra sententiam Rotæ.

Quantum attinet ad secundam difficultatem, aliqui

qui ex Dominis dicebant, quod ad effectum possessionis sufficit, quod Oeconomi deputati cœperint pos-
5 sessionem etiam † de facto ad effectum vt dicantur esse in possessione seu detentatione, *Bald. cons. 135. numer. 2. et 3. lib. 2.* vbi loquitur de misso in possessio-
6 nem à Prætore † nulliter procedente contra quem vti possessorem datur actio spolij, *Doct. in l. iustè possidet. ff. de acquir. poss. Aym. cons. 18 num. 8.* & bene *Mobed. decis. 20. de rest. spoliat.* Cæterum respondebatur ab alijs Dominis, quod conclusio procederet, si Oeconomi voluissent acquirere possessionem nedum nomine Seminarij, sed etiam nomine proprio,
7 † quia isto casu falsitas versatur tantum circa causam possessionis, quare nõ impediret, acquisitionem quia non deficeret voluntas possidendi, aut nomine proprio, aut nomine Seminarij, *l. 2. §. si à pupillo, l. quod vulgo ff pro empt. et facit text. in l cum in corpus 36. ff. de acquir. hæred. et fuit dictũ in causa Maceraten. hæreditatis 4. Iunii 1590. coram Cardin. Pamphilio, sed in hoc casu Seminarium, non erat erectum, quia pueri nondum erant introducti, non poterant Oeconomi acquirere quasi possessionem, quia noluerunt acquirere nomine proprio, sed nomine Seminarii, quod cum non sit erectum, possessio est ex falsa causa circa factum hoc est circa existentiam Semina-*
8 *rii*, & ideo est nullius † considerationis, nec producit iuris effectus, *l. 1. §. hæc verba ff. nec ius fiat ei, Bald. d. cons. 135. num. 2. lib. 2. Port. Imol. cons. 75. num. 11. et facit text. in l. si me in vacuam. ff. de acquir. poss.*

Quantum attinet ad tertiam difficultatem, visum
9 fuit constare † de existentia Seminarij; constat enim Episcopum elegisse duos Canonicos pro regimine, & gubernio Seminarij; secundo elegit duos consulto-
10 res pro instituendis † taxis, & faciendis vnionibus. Alterum de Capitulo, & alterum de Clero, & mandauit quod alij duo eligerentur alter per Capitulum, & alter per Clerum, prout fuerunt electi, & deinde
11 cum consilio prædictorum † taxauit Episcopus se ipsum, & mensę suæ redditus, necnon alios in decima parte fructuum, relaxando præceptum de soluendis taxis, & constituit exactores, necnon in domum Se-
12 minarij † introduxit pueros, vt patet ex mandatis procuræ datis per ipsos Seminaristas, vnde satis constat de existentia Seminarij legitima de tempore
13 † vnionis ad præscriptum Concilij cap. 18. de reformat. sess. 23. Et ita conclusum &c.

ANNOTATIO.

A In eadem quoque opinione residet *Oliuer. Beltr. in annot. ad decisionem 258. n. 10. coram fel. recor. Greg. XV.* Quæ opinio Gonzal. Gratian. & Beltram. videtur certam habere benignitatem, non enim dissentio, ad hoc vt dicatur Seminarium erectum, sit necesse, vt pueri seu Scholares sint introducti in Se-
14 minario † non enim illud constat ex parietibus & domicilio, sed ex cœtu puerorum ibi viuentium, & litteras addiscentium, sed assero, quod prædicti Doctores loquũtur, quando domus pro Seminario fuit em-
15 pta, licet non † sint introducti pueri, & sit facta vnio tenet, dummodo id quod vnitur, præfigatur pro necessarijs pro manutentione Seminarij, veluti alimentis præstandis Scholaribus, alijsque commoditatibus
16 studendi, † itaut eo tantùm animo fuerit dilata introductio puerorum, vt in ipso primo die ingressus ha-
17 beant omnia parata, cum Seminarium, seu † Collegium sit vnum corpus, quod nascitur cum dentibus, vt dixit *Bart. in cons. 58. vers. nam & sic loquar istud*
18 *corpus lib. 1.* nec pueri ibi introducti possunt ieiuni, immorari, & sic secundũ opinionem, Gonz. Gratian. & Beltram. videtur cõgruum aliquod interuallũ assigandũ inter præparationem domus Seminarij, prouisionẽ alimentorum, & inter ipsam introductionem
19 puerorum, † vnde cum hac benignitate saluari potest prædicta opinio DD. vt vnio possit fieri Seminarij dicet adhuc non sint introducti pueri. sic respondit *Rota in causa Fesulana vnionis, Lunæ 30. April. 1640. coram bon. mem. Merlino*, vbi Episcopus Fesulanus vniuerat quædam beneficia Seminario nondum erecto, qualis vnio, vt supra dictum est, non tenet, quam tamen saluare intendebat, auctoritate prædictorum Doctorum Gonzal. Gratian. & Beltram. cui Rota re-
20 spõdit quod nullo † modo Episcopo suffragari poterat prædicta opinio, quia post factã vnionem, nec in anno destinationis Seminarij, nec post lõgum temporis interuallum, aliquid fuit actum circa introductionem puerorum, nec circa eorum gubernium, vel bonorũ administrationem, vnde in tam diuturna contuma-
21 cia, † & negligentia Episcoporum (transacti iam enim erant plusquam 70. & amplius anni) non poterat aliquo modo suffragari opinio prædictorum Doctorum.

Vltra quod *Gonzal. Gratian. & Beltramin. in lo-*
22 *cis supra relatis*, quia tenent, vt dictum est, † vnionem fieri posse Seminario etiam nondum erecto insequuntur, ac reprobantur *à Barbos. de offic. & potestat. Episcop. allegat. 77. num. 23. & à Garz. de benefic. par. 12. cap. 2. num. 193. & à Lotber. de re benefic. lib. 1. quæst. 29. num. 47. & seq.* aduertitq. *Rota in d. Fesulana vnionis 30. Aprilis 1640.* vbi eò libentius fuit inclinatum pro inualiditate vnionis Semina-
23 rio nondum erecto facta, quia ea † non fuit inita iuxta formam præscriptam *à Sac. Concil. Triden. sess. 23. cap. 18.* nempe præuia dismembratione fructuum ip-
24 sius Cathedralis, & aliorum beneficiorum † pro portionabili ratione, qua forma non seruata, & dismembratione non facta, vnio dicitur nulla, vt declarauit *Sacra, & Eminentissima Congregatio Concilij Trident. & sequuta fuit Rota in causa Auersana beneficiorum 3. Iulij 1606. coram bon. mem. Card. Sacrato, & in recent. decis. 36. num. 7. par. 2.* refertq. *Gonzal. super regul. 8. Cancell. glos. 5. §. 7. sub num. 75. vers. ac etiam quando. Barbos. de offic. & auctoritat. Episcop. d. allegat. 77. num. 2.* confidit enim † Concilium de fide Ordinariorum, dum in vnione præmittũt
25 applicationem fructuum eorum mensæ, idq. † apposité cõsiderauit *Rota in d. Fesulana vnionis coram Merlino.*

Vbi quoque declarata fuit nulla vnio, quia beneficium, quod vnitum fuit, erat de iurepatronatus laico-
26 rum, † nam tunc vnio, nec etiam in fauorem Seminarij substinetur sine consensu patronorum, *Abb. in cap. cum accessissent num. 5. & ibidem Felin. num. 19. de constitut. Card. in clem. fin. quæst. 14. de reb. Eccles. non alien. Socc. sen. cons. 1. num. 6. lib. 3. Lambert. de iurepatr. par. 1. lib. 2. quæst. 7. art. 30. nu. 2. Garz. de benefic. par. 12. cap. 2. num. 205. Rota in Alfana iurispatronatus 1. Iulij 1629. coram R. P. D. meo Ghisilerio.*

Paulus Rubeus.

RE-

REVERENDISS. COCCINO.

Romana Vineæ.

Lunæ 18. Aprilis 1622.

ARGVMENTVM.

Venditor, quando promisit de euictione pro dato, & facto suo tantum, licet secuta dicta euictione ex facto tertij, non teneatur emptori actione damni infecti, nec actione in rem ad id, quod interest, nihilominus tenetur ad ipsius pretij restitutionem, ad quod tamẽ soluendum non astringitur, quando aliter fuit conuentum. Clausularum extensio spectat ad eum Notarium, qui de instrumento stipulatus est. Stylus Notarij extendendi clausulas, si sit valde exorbitans ab æquitate, vt liget partes, quid requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Venditor tenetur ad restitutionem pretij rei venditæ, si ei fuerit euicta.*

2 *Venditor obligans se de euictione pro dato, & facto suo tantum, si euictio sequatur facto tertij, licet contra venditorem non possit agi ex empto, tenetur tamen ad pretii restitutionem, & num. 4.*

3 *Venditor, quando non tenetur de euictione, ea secuta, licet non possit conueniri ad id, quod interest emptoris, tenetur tamen ad pretii restitutionem.*

5 *Venditor, dum noluit teneri de euictione, si ea sequeretur ex facto tertii, tunc ea secuta ex d. facto tertii, quando non teneatur, nec ad pretii restitutionem.*

6 *Extensio clausularum in instrumento appositarum, si fuerit facta ab alio Notario quam à rogato, quo casu, si quis asserat d. extensionem fuisse factam iuxta stylum Notarii rogati, id probare tenetur.*

7 *Clausularum instrumenti extensio iuxta stylum alicuius Notarii, dũ sit valde exorbitans ab æquitate, vt obliget partes, requiritur, vt ita actum fuerit inter partes, vel quod ipsæ sciuerint stylum dicti Notarii.*

DECISIO CCCLXXIV.

1 FVIT resolutum Petrum teneri ad restitutionem pretij vineæ, † cum fuerit euicta, quia cum se obligauerit de euictione, pro dato, & facto suo tantùm, licet contra ipsum agi non possit ex empto, te-
2 netur tamen ad † pretij restitutionem, *l. emptorem 12. ff. de act. empt.* ibi etiamsi venditor apertè pronũciet per se hæredemq. suum non fieri quominus habere liceat, posse defendi ex empto, eum in hoc qui-
3 dem non teneri quod emptoris † interest, verumtamen vt pretium reddat teneri, & *ibi notat Gottifred. in verbo si tibi vendidero*, vbi exemplificat, si fuit venditum hac lege, vt neque per me, neque per hæredem meum, vel venientes à me personas futurum
4 quominus habere sibi liceat, † tunc per tertium euicta re, venditor non tenetur actione damni infecti, nec actione in rem ad id quod interest, sed ad restitutionem pretij.

Neque obstat, quod hæc conclusio non procedit
5 quando aliter fuit † conuentum, vt habetur *in dicto textu, in vers. nisi forte, & not. Gottifred. loc. cit.* quia de tali conuentione non constat, quia licet Notarius extenderit clausulam, aliàs, &c. scilicet, aliàs in euentum contrarij, seu contrauentionis præmissorum, vel cuiuslibet eorum, & inobseruantiæ eorumdem idem Petrus venditor non teneatur de euictione aliqua, minusque ad pretij restitutionem, nec ad aliud
6 quicquam, tamen huiusmodi extensio non fuit facta à Notario rogato, sed ab alio Notario, & propterea qui dicit fuisse extensam iuxta stylum illius Notarij tenetur hoc probare, *Alex. in cons. 28. num. 8. vol. 2.* & addebant aliqui ex Dominis, quod cum iste stylus sit multum exorbitans ab æquitate, fuisset opus,
7 quod probaretur † expresse, ita actum fuisse inter partes, vel quod ipsæ scirent stylum illius Notarij. *Purpur. in l. certi condit. §. si nummos num. 34. vers. secundo declaratis. ff. si cert. petat. & in l. 1. nu. 101. vers. Sed hoc. C. de summ. Trin. & fid. cathol. Gabr. de consuetud. concl. 3. num. 38.*

Ex quibus, & alijs benè deductis in decisionibus R.P.D. mei Buratti, quæ tollunt & istas, & omnes alias difficultates, fuit resolutum pro confirmatione sententiæ Rotalis, altera tantum parte informante, &c.

REVERENDISS. MERLINO.

Bononien. Hæreditatis.

Lunæ 18. Aprilis 1622.

ARGVMENTVM.

Filia ingrediens Monasterium, si renunciet bonis paternis, & maternis, data morte eorum, in quibus bonis succedat filius, qui deinde moriatur ab intestato, dubitatur modo, an eius soror, qui fecit talem renunciationem, possit in eis bonis succedere, & concluditur pro affirmatiua, quia ea bona non dicuntur amplius paterna, vel materna, cum per aditionem fratris proprium ipsius patrimonium fuerunt effecta, quibus bonis non legitur renunciatum.

SVMMARIVM.

1 *Monasterium succedit in hæreditate monachi facta eius capacitate.*

2 *Monasterio ex persona Monachi succedentis in aliqua hæreditate datur immissio ex interdicto, Quorum bonorum.*

3 *Remedium, quorum bonorum datur hæredi, etiam contra possidentem pro hærede, vel possessore.*

4 *Mandatum, si relaxatum sit, parte non citata, & cum clausula, sine præiudicio habentium iura meliora, & c. quid operetur. num. 5.*

6 *Filius, postquam adijt hæreditatem patris, vel matris, desinunt esse bona paterna, & materna, & efficitur proprium ipsius patrimonium.*

7 *Filia dum renunciauit bonis paternis, & maternis, nullo modo in hac renunciatione veniunt bona fraterna.*

8 *Renunciatio, tamquam res odiosa, debet strictè interpretari, & ad personas, vel bona in ea expressè non comprehensa, nullo modo extendi.*

9 *Filia, dum per amplissima verba renunciauit bonis paternis, maternis, fraternis, & alijs iuribus, & successionibus sibi quomodolibet competentibus, quid ex tali renunciatione inferatur.*

10 *Decis. 714. par. 2. recent. intellectus.*

11 *Renunciatio filiæ, quando fuit limitata ad bona paterna, & materna, tunc in vanum quæritur, an extendatur ad bona fraterna.*

12 *Filia, si renunciet bonis paternis, & maternis, dato vt ista renunciatio restringatur tantum ad ea bona,*

na, videtur frustratoria, cum iam per statuta, sit ab eis exclusa.

13 Statuta licet excludant fœminas propter masculos à successione parentum, tamen dantur nonnulli casus, in quibus illæ possunt succedere.

14 Statuta exclusiua fœminarum, non habent locum, quando masculi non extant, vel quando illi nolunt, vel non possunt succedere.

15 Superfluitatis ratio, vt tollatur, sufficit dispositionem aliquid posse operari.

16 Superfluum dici nequit, quando aliquod fit ad abundantiorem cautelam.

17 Actus, vel dispositio, vt superflua non iudicetur, sat est, quod addat nouum vinculum.

18 Actus, vt non dicatur superfluus, sufficit aliquid clarius, & apertius explicare, quod prius aliqua dubitatione inuolui poterat.

Superfluum non dicitur id, dum exprimit id, quod tacitè de iure inest. num.18.

19 Argumentum, quod desumitur à superfluitate, est valde frigidum, & infirmum.

20 Immissio hæredi non denegatur per ea, quæ requirunt altiorem indaginem. & num.21.

---

22 Renunciationes stricto interpretationis, quasi freno inter expressorum metas coercendæ sunt.

23 Renunciatum tantum censetur, quantùm in ipsa renunciatione habetur expressum.

24 Renunciatio facta à filia ad fauorem fratris, de bonis paternis, & maternis, non comprehendit fraterna, licet ea ad eum peruenerint ex hæreditate paterna.

25 Quod procedit etiamsi fuerit renunciatum hæreditati, siue bonis paternis.

26 Renunciationes, quæ fiunt à filiabus successioni bonorum parentum, tunc in eis non est mordicè, ac strictè insistendum, quando fiunt ab illis, quæ monasterium ingredi intendunt.

Ibi spoliata bonis temporalibus Altissimo perpetuò famulari.

27 Renunciationes, quæ fiunt à Monialibus, latiùs sunt interpretandæ, quam illæ quæ fiunt à nubentibus in seculo.

28 Renunciationes, quæ fiunt à nubentibus in seculo ad fauorem agnatorum expirant, si deficiant personæ contemplatæ, sed secus est dicendum, si renunciatio sit facta à Monialibus.

29 Renunciationes, quæ finnt à Monialibus de bonis parentum, videntur eo animo factæ, & respectiuè receptæ, vt parentes de eis bonis possint ad libitum disponere.

DECISIO CCCLXXV.

FVIT resolutum, Monasterio S. Ioannis Baptistæ de Bononia ex persona Sororis Ioannæ Catherinæ Monialis in eo professæ dandam esse immissionem in possessionem omnium bonorum in hæreditate q. Aurelij de Armis repertorum pro quarta parte; quia constat ipsum Aurelium sine filijs ab intestato decessisse, superstitibus quatuor sororibus vtrinque coniunctis, quarum vna est d. Soror Ioanna Catherina, quæ licet professionem emiserit, non est tamen dictæ successionis incapax; sed certum est vna

1 cum alijs sororibus pro æquali portione succedere, ad commodum tamen, & vtilitatem ipsius Monasterij, de cuius capacitate non dubitatur, *l. Deo nobis, §. hoc etiam, & ibi Bart. Bald. & alij communiter, C. de Episc. & cler. Lap. alleg. 101. num. 11. Honded. cons. 76. num. 9. 10. & seqq. lib. 2.* & consequenter eidem Monasterio danda est ex dictæ Soro-

2 ris Ioannæ † Catherinæ persona immissio pro quarta parte sibi tangente ex interdicto, Quorum bonorum, *Bart. & cæteri Scribentes in l. 1. ff. quor. bonor. Salicet. in rubr. C. eod. tit. cum alijs per Menoch. de adipisc. possess. remed. 1. num. 33. & seqq.* & in terminis Monasterij fuit alias decisum in *Romana Hæreditatis 14. Martij, & 6. Iunij 1616. coram R. P. D. meo Caualerio*, cuius remedium certum est compe-

3 tere† etiam contra possidentem pro hærede, vel possessore, *d. l. 1. ff. quor. bonor. l. 2. C. eod. Menoch. prædicto remed. 1. de adipisc. nu 49. & 50.*

Nec vllo modo obstat quod D. Iunipera alia soror dicti Aurelij fuerit in possessionem immissa, vigore

4 mandati Iudicis: quoniam † illud fuit relaxatum non citato Monasterio, cum clausula, *Sine præiudicio quorumcumque aliorum prætendentium, seu habentium meliora iura*, & proinde immissio huiusmodi quoad dictam quartam partem ad ipsum Mo-

5 nasterium, † vt supra spectantem, dictæ Dominæ Iuniperæ suffragari nullatenus potest, *Put. decis. 32. lib. 2. Rot. decis. 325. num. 1. par. 1. diuers.* & fuit dictum in *Maceraten. Hæreditatis 25. Nouẽbris 1589. coram bo. me. Card. Pamphilio.*

Neque etiam Dominis visum fuit obstare renunciationem factam per eandem Ioãnam Catherinam, tunc in sæculo Vincentiam nuncupatam, ad fauorem Ioannis eius Patris, & dicti q. Aurelij fratris; Quia licet illa videatur directa in rem, nihilominus ex illius lectura manifestè constat fuisse restrictam ad hæreditatem, & bona paterna, & marerna, cuiusmodi non sunt bona, de quibus agitur, etiam si illa ipse Aurelius ex successione paterna, vel materna fuisset

6 consequutus: quia statim † ac illorum hæreditatem adiuit, desierunt esse paterna, vel materna, & fuerunt effecta proprium ipsius Aurelij fratris patrimoniũ, *l. 1. §. veteres, & ibi glos. in verb. per vnum, vers. at post aditam, & ibi Ias. num. 14. ff. de acquir. possess. Crass. de success. in §. hæreditas, num. 1 q. 2. Menoch. cons. 124 num. 5. Cæphal. cons. 489. num. 73. & 74. Barbos. in rubr. ff. solut. matr. in quarta par. nu. 19. & 20.* & consequenter tamquam bona fraterna nullo modo dici possunt in dicta renunciatione com-

7 prehensa, † vt in terminis per hanc rationem egregiè, & originaliter firmat *Angel. cons. 52.* quem sequuntur *Ias. in d. l. 1. §. veteres, num. 23. ff. de acquir. possess. Roman. in cons. 168. in princ. Aldobr. cons. 12. num. 11. & plurib. seqq. Couarr. in cap. quamuis, par. 3. §. 3. num. 2. de pact. in 6. Rolan. cons. 45. num. 44. lib. 1. Crass. in §. successio ab intestato, quæst. 10. num. 16. Gutier. pract. quæst. lib. 5. quæst. 80. num. 5. Tiraquel. de retract. consang. §. 1 glos. 9. nu. 45. Menoch. cons. 416. num. 31. Castill. de vsufruct. cap. 2. num. 63. & 64.* & latissimè comprobat, & de receptissima testatur *Eugen. in cons. 88. num. 80. & plurib. seqq.* & firmauit etiam *Rota in Romana de Pinis 20. Februarij 1619. & 10. Februarij 1620. coram Illustriss. D. meo Card. Sacrato.*

Præsertim quia renunciatio tanquam odiosa de-

8 bet strictè interpretari, & ad personas, † vel bona in ea expresè non comprehensa nullatenus extendi

A potest, *A Bald. in cons. 437. nu. 2. vers. item ista, Aret. in cons. 161. num. 5.* cum alijs congestis per *Honded.*

cons.

conſ.29.num.93.94.& 107. lib.1.per Peregrin. de fideicommiſſ.art.52.num.25. & in terminis per *Eugen.præallegato conſ.88.num.82.*

Nec deducta *in Viterbien. Bonorum 10. Iunij. 1615. coram R. P. D. meo Remboldo, quæ eſt deciſ.*
9 *714.par.2.recent.* applicari † poſſunt: quia ibi fuerat per verba ampliſſima, & generaliſſima expreſsè renunciatum bonis paternis, maternis, fraternis, & alijs iuribus, & ſucceſſionibus ipſi renuncianti quomodolibet deuoluendis; Vnde quia verba hæreditatis paternæ, maternæ, & fraternæ erant directa in ipſam hæreditatem, & conſequenter per illa erat abſque dubio renunciatum omnibus modis, quibus dd. perſonis ſuccedi poſſet etiam ſi mille adfuiſſent;
10 Rota † iure merito cenſuit, verba illa ſubſequentia, *& alijs ſucceſſionibus*, neceſſario importare debere renunciationem ſuccedendi alijs perſonis vltra ſpecificatas. In caſu vero præſenti, quamuis verba renunciationis fuerint directa in hæreditatem paternam, & maternam, & conſequenter fuerit renunciatum omnibus modis, quibus Ioanna Catherina renuncians patri, & matri ſuccedere potuiſſet: non
11 tamen † fuerunt addita alia verba, ex quibus inferri poſſit illam renunciaſſe etiam ſucceſſioni fratris, & ſic aliarum perſonarum in dicta renunciatione non expreſſarum, de qua ſucceſſione fratris hodie agitur: ſed immo fuerunt potius expreſsè limitata verba ad ipſam hæreditatem paternam, & maternam.

Minus etiam Domini obſtare dixerunt, quod ſi renunciatio prædicta hoc modo reſtringeretur ad bona paterna, vel materna, omnino ſuperuacanea red-
12 deretur, ex eo quod dicta Vincentia, † ſeu Ioanna Catherina quamuis non renunciaſſet, fuiſſet tamen ab illorum ſucceſſionibus excluſa, ex diſpoſitione Statutorum Ciuitatis Bononien. Quoniam immo plures caſus euenire poterant, in quibus ipſa Soror Ioanna Catherina, ſi non renunciaſſet etiam ipſius patris, ac matris hæreditatem, & ſucceſſionem prætendere valuiſſet, non obſtante dictorum ſtatutorum diſpoſitione, vt puta ſi pater, aut mater deceſſiſſet
13 † nullis ſuperſtitibus filijs maſculis, vel ſi ipſi filij maſculi hæreditatem repudiaſſent, huiuſmodi enim ſtatuta fœminarum excluſiua locum non habent,
14 quando maſculi non † extant, vel quando illi nolunt, vel non poſſunt ſuccedere, *vt per Bart. in l.2. §. ſed ſi ſint. ff. ad Tertul. & Becc. in conſ.107.num.18.* & alios multos congeſtos tradit *Surd. in conſ.85 nu.9. & 10. & in conſ.738. num.17.* Ad tollendam autem
15 ſuperfluitatis rationem † ſufficit, quod diſpoſitio operetur quid minimum, *gloſſ. in l.1. C. de rapt. virg. Dec. in l. cum quidam num.1. C. de inſtit. & ſubſtit. Cephal. conſ.734. num. 19. Honded. conſ.9. num.39. & conſ.15. num.40. lib.2.*

Denique apparet illam fuiſſe factam ad abundantiorem cautelam, vt ex illius proemij lectura liqui-
16 do patet, & conſequenter † nec ſuperflua, nec ſuperuacanea dici poteſt, *vt per Card. Mantic. de coniect. vltim. volun. lib.3. tit.6. num.3.* ad hoc enim vt actus, ſeu diſpoſitio ſuperflua dici nequeat, ſatis
17 eſt † quod addat nouum vinculum, vel quod clarius, & apertius explicet, quod prius aliqua dubitatione
18 inuolui poterat, † vel etiam exprimat tantum id, quod tacitè de iure inerat, ex cumulatis per *Tiraq. de retract. lig. §.21. gloſſ. vnica num. 5. 6. & 7. Rota deciſ.741. num.9. & 10. par.1. diuerſ. Surd. in conſ. 315. num.31. & 32. & conſ. 325. num.14.* vbi etiam
19 addit, quod valde frigidum, ac infirmum eſt † argumentum, quod à ſuperfluitate deſumitur, & in puncto tradit *Eugen. in dicto conſ.88 num.110. & 111. & ſeqq. qui à num. 92. vſque ad num. 118.* plures alios effectus enumerat, & ad argumentum huiuſmodi ex ſuperfluitatis euitandæ ratione deductum latiſſimè reſpondet.
20 Et tantò magis viſum fuit, † exceptionem in dicta renunciatione fundatam obſtare non poſſe, quia in omnem euentum ſtantibus prædictis, negari ſaltem non poteſt, quin illa ſit valde turbida, ac du-
21 bia, & altiorem requirat indaginem, quæ † propterea in hoc iudicio admitti non debet ad petitam immiſſionem impediendam, vt poſt alios quos congerit, tradit *Menoch. de adipiſc. remed.1. num. 102. & ſeqq. & num.108. & 109.*

Ex quibus ita deciſum dicto Monaſterio tantum informante, &c.

ANNOTATIO.

A HVIVSMODI enim renunciationes ſtricto in-
22 terpætationis literalis quaſi freno inter † expreſſorum metas coercendæ ſunt; itaque ſi filia renunciauerit quoad bona paterna, & materna, pro vt eſt caſus præſens, nullo modo iſta renunciatio bona fraterna, aut alia quæcumque comprehendat, nam tantum cenſetur renunciatum, quantum in ipſa re-
23 nunciatione † habetur expreſſum; hancq. opinionem in his terminis perpetua conſtantia retinuit, & præter adducta hic in deciſione, idem quoque fuit reſponſum *in cauſa Romana Domorum 10. Iunij 1616. coram bo. me Martino Andrea, eſt deciſio 75. num.7. inter eius impreſſas, & in Bononien. ſucceſſionis 21. Iunij 1632. coram Reuerendiſſ. P. D. meo Dunozetto, eſt infra deciſ.144. num. 1. & 2. par.6. recent. aliàs tom.2. à me ſelect. & in eadem cauſa 13. Maij 1633. coram clar. me. Merlino eſt in eadem par.6. deciſ.206. num. 33. & in Romana Renunciationis 7. Iunij 1634. coram eodem Reuerendiſs. Decano, quam deciſionem retuli in prima parte deciſionum à me ſelectarum, alias par.5. recent tom.2. deciſ.543. num.11. & 12. vbi quoque in annotatione aliqua adduxi, & generaliter ita quoq. reſolutũ fuit in cauſa Maceraten. Pecuniaria 14. Iun. 1641. & 12. Maij 1642. coram eodem Merlino, & in cauſa Romana ſucceſſionis de Comitibus 15. Ianuarij 1642. coram eodem Reuerendiſſ. Decano. §. His tamen non obſtantibus, verſ. cum huiuſmodi renunciationes, &c. & melius in terminis præſentis deciſionis in cauſa Viterbien. Hæreditatis de Chiſijs 10. Iunij 1639. coram* R. P. D. *meo Rojas, verſ. Non obſtat, quoad excludendam, &c.* Vbi dicitur, quod ſi fi-
24 lia renunciauerit † ad fauorem fratris de bonis paternis, & maternis, non comprehendit fraterna, ſiue bona fuerint acquiſita per ipſum fratrem, ſiue ad ipſum deuenerint ex ſucceſſione paterna, vel materna
25 quodque procedit ſiue † renunciatum fuerit hæreditati, ſiue bonis paternis, & ad propoſitum facit doctrina *Sanch. de præcept. decal. lib.7. cap.7. nu.6.*

Tunc verò prædictis renunciationibus, quæ à fi-
26 liabus fiunt mordicè, anxièq. inſiſtendum non † venit, quando agitur de renunciatione facta ab ingreſſa in Monaſterium, & profiteri volente, ac proteſtante ſe ſpoliata bonis tẽporalibus velle Domino vniuerſi perpetuò famulari, nam tunc huiuſmodi renuncia-

nunciationes sunt latius interpretandæ, quàm re-
27 nunciationes † factæ à nubentibus in sæculo, *vt tradit Pater Molina Theologus in tract. de iustit. & iur. tom. 3. disput. 579. sub nu. 19. vers. dixi regulariter.* vbi postquam firmauit renunciationes factas
28 in sæculo expirare, si personæ contemplatæ † deficiant, dicit contrarium tenendum esse, si renunciatio fiat à volente ingredi Religionem, ob rationem
29 illam, quia similes renunciationes † videntur eo animo factæ, & respectiuè receptæ, vt parentes ad libitum de bonis renunciatis possint disponere, sed de hac materia plura dicam *infra In annotatione ad decisionem in causa Vrbeuetana Hæreditatis 22. Martij 1624. coram bo. me. Reuerendiss. Patriarcha Manzanedo*: vbi tractabo super ardua illa quæstione. Quidnam sit dicendum, si filia castas cum Agno cœlesti intendat inire nuptias, renunciet ad effectum conseruandi bona in agnatione, & pro familiæ decore, &c. omnibus bonis, iuribus, & actionibus paternis, maternis, fraternis, & auitis ad fauorem Patris, eiusque hæredum, & successorum, dato, vt eueniat, patrem, defectu agnatione, decedere, hærede extraneo sibi instituto, vtrum Monasterium ex persona Monialis renunciantis, possit excludere dictum extraneum, cum in eo agnatio, & familiæ decor possit nequaquam conseruari.

Paulus Rubeus.

R. P. D. VBALDO.

Romana Legati de Vrsinis.

Lunæ 18. *Aprilis* 1622.

ARGVMENTVM.

Inuentarium, vt dicatur valide confectum, quid sufficiat, & an requiratur, vt interponatur decretum Iudicis ante illius confectionem. Præsentia supplet defectum citationis, nam, & fatuus dicitur Iudex, qui præsentem citare facit. Sentencia lata in contumaciam præsumitur potius lata in contumaciam, quam ob delictum.

SVMMARIVM.

1 *In Inuentarij confectione requiritur citatio contra interesse putantes.*
2 *Intimatio quando habeat vim citationis.*
3 *Citatio ad viden. confici inuentarium, alias, &c. quid importent ista verba cæterata.*
4 *Materia, quando est diuidua vtile per inutile non vitiatur. & num. 9.*
5 *Iudicis decretum nõ requiritur ante confectionem inuentarij bonorum defuncti, sed solum requiritur citatio eorum, quorum interest.*
7 *Copula, &, coniungit, & repetit præcedentia.*
8 *Dictio, &, ponitur inter diuersa.*
9 *Dictio, &, solet ampliare, & restringere præcedentia.*
10 *Citatio personalis an requiratur, quando inuentarium bonorum defuncti est perficiendum.*
11 *Præsentia citati supplet omnes defectus, si qui adsint in citatione.*
12 *ex Citationis defectu, quis aliquid non potest impugnare, si illud approbauerit.*
13 *Sententia lata contra absentem, & contumacem præsumitur potius lata propter contumaciam, quam ob delictum.*

DECISIO CCCLXXVI.

DOMINI perstiterunt in decisis in hac causa 1. Martij anni præteriti * ex rationibus tũc deductis, licet enim admitteretur conclusio, quod
1 in confectione inuentarij † requiratur citatio contra interesse putantes. *Papien. in form. libell. quo pet. hær. ex testam. in gloss. purè instituit num. 18. Bald. in tract. de adit. cum inuentar. circa princ.* Tamen in hoc casu putabant, adesse sufficientem citationem,
2 vel intimationem habentem † vim citationis. *Seraph. decis. 583. num. 3. Cæs. de Grass. decis. 15. nu. 4. de testib. cum alijs in decisione adductis.* Quia fuit intimatum D. Cosmo die 24. Martij qualiter Dominus mandauit confici inuentarium, & incohabitur die Sabbati 27. eiusdem mensis hora 13 & continuabitur cum quinque diebus sequentibus vsque ad illius
3 perfectionem, ideo &c. alias &c. † Quæ verba cæterata aliter non possunt extendi, nisi ideo citetur ad interessendum, alias procedetur etiam ipso non cõparente, vt in decisione, & de similibus intimationibus habetur in praxi terminorum Rotæ per *Paris. fol. mihi 13. vers. intimetur* N. *& fol. 23. vers. intimetur* N.

Nec releuat, quod in facto non subsisteret, quod Iudex fecerit decretum super confectione inuentarij, quia placuit responsio decisionis, quod satis sit, inuentarium fuisse inceptum die Sabbathi 27. Martij, prout fuerat intimatum, vt verè fuit inceptum dicta die, quicquid ex aduerso dicatur; Vnde licet nullum præcesserit decretum die 24. Tamen cum intimatio duo contineret videlicet decretum præcedens, & ini-
4 tium confectionis inuentarij certa die inchoan. † & materia sit diuidua, vtile per inutile vitiari non debuit. *l. Gracè, §. illud, vbi Bart. ff. de fideiuss. c. vtile, de reg. iur. in 6. cum alijs per Surd. decis. 7. num. 35. Rota decis. 649. num. 4. par. 2. in recent.* vltra quod cũ de iure non requiratur decretum ante confectionem
5 inuentarij, sed solum † requiratur, vt citentur creditores, & legatarij, vt habeant notitiam de inuentario conficiendo ad hoc, vt interesse possint, si velint, *vt colligitur ex lectura, l. fin. §. sin autem dubius, C. de iur. delib. Bart. cons. 154. nu. 4. & 5. lib. 1. Bald. cons. 265. circa fin. lib. 3. Phanuc. de inuentar. par. 3. num. 7.* sequitur vt intimatio talis decreti tanquam superuacanea, & ad abundantiorem cautelã
6 facta, si ipsa non sustinetur † non debeat vitiare citationem ad confectionem inuentarij, *l. non solent quæ abundant, ff. de reg. iur. Rot. decis. 34. de rescr. in nou. V ant. de nullit. cap. vlt. num. 114.*

Nec obstat quod intimatio inchoationis videatur restricta ad inuentarium, quod Iudex mandauit con-
7 fici stante † copula, &, quæ coniungit, & repetit præcedentia, *l. Seiæ, §. Caio, vbi Bart. ff. de fund. instrum. cum alijs allegatis*, vnde cum non verificaretur primum de mandato Iudicis, potuerit credere D. Cosmus, nec verificari secundum, scilicet, quod inuentarium esset tali die inchoandum, quia placuit responsio, quæ elicitur ex decisione, & ex supradictis, quod imo citatio, seu intimatio contineb͡at duo diuersa, videlicet, mandatum Iudicis, & inchoatio-
8 nem inuentarij, vt etiam suadet dictio † illa, &, quæ ponitur inter diuersa, *gloss. in rubr. ff. de iur. & fact.*
9 *ignor.* & solet ampliare, & non restringere † præcedentia. *l. ea tamen adiectio, ff. de leg. 3. Seraph. decis. 1396. num. 4.*

Non obstat, quod dicta citatio sit facta ad domum
10 tantum, non autem personaliter, † quia vltra quod
non requiritur personalis *Procell. de inuentar. cap. 2. num. 4. Rolan. cons. 73. num. 23. lib. 2.* saltem de stylo Curiæ, hic, & alter defectus quod citatio non contineret locum, in quo conficien. erat inuentarium, videbatur Dominis cessare tum ex decreto Iudicis die 27. Martij interposito supplen. omnes defectus, tum
11 ex comparitione, & † præsentia ipsius D. Cosmi in
confectione inuentarij, quæ abundè visa est probari ex testibus in decisione ponderatis, *& bene facit decisio 11. de dol. & contum. in nou. Aegid. decis. 364. cum alijs per Achill. dec. 7. de dol. & contum.* & confirmatur ex quo ipse D. Cosmus habuit partem argẽtorum descriptorum in inuentario, vt primus testis
12 deponit, vnde arguitur † non solum scientia, sed etiã
approbatio dicti inuentarij, quod nunc ex defectu citationis impugnare posse non videtur *c. quod semel de reg. iur. in 6. Osasc. dec. Pedem. 62. num.* 18.

Non obstat quod vnus ex testibus fuerit accusatus & condemnatus de falso, quia sententia fuit lata
13 contra absentem, & contumacem, † & ideo præsu-
mitur potius lata propter contumaciam, quam propter delictum *Felin. in cap. cum* Bertoldus *num.* 20. *de sent. & re iudic.* Rota *decis. 449. nu. 5. part. 1. in recentior.* Quoad alias obiectiones Domini transibant cum responsionibus, & benè videbantur etiam sublatæ per informantes pro D. Marchione.

Et ita decisum.

REVERENDISS. MANZANEDO,
Patriarcha Hierosolymitano.

Romana de Mallatostis,

Veneris 22. Aprilis 1622.

ARGVMENTVM.

Donatio facta per verba vniuersalia, & quidem geminata de omnibus bonis, quando accipienda; seu interpretanda veniat, vt nihil incomprehensum relinquat, & ex quibus coniecturis & verisimilitudinibus argui possit, vt donans animum habuerit omnia & singula bona cedendi donatario, ac aliqua habentur circa vim verborum vniuersalium, ac geminationem.

SVMMARIVM.

1 *Verba Vniuersalia, & geminata posita in donatione, operantur, vt in ea veniant ea, quæ aliàs non venirent.*

2 *Verba vniuersalia tunc multò magis operantur, quando sunt geminata.*

3 *Geminatio multum solet operari ad ostendendam voluntatem alicuius.*

4 *Verba vniuersalia, quando omnia comprehendunt.*

5 *Geminatio verborum vniuersalium, includit casus, qui ex sui natura aliàs non includerentur, ita vt nihil penitus excludatur.*

6 *Verba vniuersalia sine dubio omnia comprehendũt, quando proferuntur ab homine, quia tunc non recipiunt aliquam restrictionem.*

7 *Donatio, si sit facta omnium bonorum & cum verbis vniuersalibus, ea non est restringenda ad certa bona. & nu.* 8.

9 *Donatio generalis omnium bonorum argui potest omnia comprehendere, quando donatarius se obligauit ad alimenta præstanda donanti.*

10 *Donatio quando est facta alicui, & ipse se obliget ad aliquid præstandum donanti, ista obligatio dicitur correspectiua ad dictam donationem.*

11 *Donatarius non præsumitur se voluisse in magna quantitate obligare pro donante, si donatio quid modicum comprehenderet.*

12 *Præcedentia declarant sequentia.*

DECISIO CCCLXXVII.

☞ PENDENTE ista causa coram Domino meo Verospio, Rota ordinauit, vt in primis disputaretur An secunda donatio comprehenderet bona contenta in prima, secundò, An bona acquisita post primam donationem venirent sub hypotheca eiusdẽ primæ donationis. Vltimo verò loco An requireretur liquidatio, & an intret Ius offerendi, iuxta quem ordinem ego subrogatus in locum D. mei Verospij propter illius absentiam proposui hodie primum dubium, nempè, An secunda donatio comprehenderet bona contenta in prima, & Domini affirmatiuè responderunt, nempe bona contenta in prima donatione comprehensa fuisse in secunda, sicquè Iulium donatorem dictam comprehensionem voluisse, quod illius verba expressa in secunda donatione satis clarè denotant istam fuisse illius voluntatem, dixit enim quod donabat omnia, & singula ipsius bona stabilia, præsentia, & futura cuiuscumque quantitatis existãt vbiuis posita, & existentia, quorum fine &c. sic pro expressis haberi voluit, nec non quæcumque bona mobilia, præsentia, & futura, nec non iura, & actiones &c. ex quauis causa, & occasione cogitata, &c. etiam cuiusuis valoris existat &c. Quæ verba vniuersalia, & geminata toties, clarè indicant voluisse Iulium secundo donare omnia bona comprehensa in prima donatione sub conditione causali, & suspensiua, prout conditionem appositam primæ donationi talem esse dictum fuit coram Domino meo Vero-
1 spio in ista causa, † & vniuersalitas, & geminatio di-
ctorum verborum operatur, vt bona fideicommisso subiecta, & quæ alias de sui natura non venirent cõprehendantur sub tali verborum vniuersalitate. *Bar. in l. generali §. vxori nu. 4. ff. de vsufr. legat. per text. in l. pediculis §. labeo ff. de aur. & arg. & l. Iulianus in princ. de leg. 1. Ruyn. cons. 76. num. 9. lib. 1. Neuizan cons. 71. num. 6. Crauett. cons. 294. num. 1. & seq. decis. Pedemont. Osasc. 90. num. 5.* vbi multa con-
2 geruntur de virtute dictæ dictionis vniuersalis, † om-
nia, quæ procedunt magis in nostro casu in quo Iulius donauit omnia, & singula eius bona, quæ ge-
3 minatio † multum solet operari *l. Balista ff. ad Tre-*
bell. & illam considerat *Surd. cons. 73. num. 64.* alios adducens in proposito, quæ magis procedunt stanti-
4 bus alijs † dictionibus vniuersalibus à donatore ex-
pressis, nempè cuiuscumquè quantitatis existant, vbiuis posita, & existentia, quorum fines &c. nec nõ quæcumque bona mobilia præsentia, & futura, nec non iura, & actiones &c. ex quauis causa, & occasione cogitata, & incogitata etiam cuiusuis valoris
5 existant &c. quæ geminatio tot verborum † vniuer-
salium includit casus, qui ex sui natura alias non includerentur, vt nihil penitus excludant. *Ias. in l. 2. §. Prætor ait num. 3. ff. qui satisd. cogan. Gozad. cons. 14. num. 22. Roland. cons. 2. num. 20. lib. 4. Ruin. cons. 150. num. 13. lib. 2. Bellon. cons. 9. num. 7. & seq. Abb. cons. 73. num. 6.* Natt. *cons. 159. num. 24. Becc. cons. 49. nu.*

94.*nu.*32. firmans hoc casu sine dubio, quando ver-
6 ba vniuersalia † proferuntur ab homine, quia non recipiunt aliquam restrictionem, quam opinionem dicit verissimam *Surd. vbi supra ante num.* 72. qui per plures numeros hanc opinionem pluribus ornat. Nec facit quod in prima donatione Iulius vsumfructum omnium bonorum, sibi, durante eius vita, reseruauit, quin & pro disponendo in vltima voluntate reseruasset sibi vigesimum suorum bonorum & vltra illam alia scuta quinquaginta, in quibus possent verificari contenta in secunda donatione, quia responde-
7 tur quod † vniuersalia verba omnium bonorum excludunt prædictam restrictionem ex superius adductis, maximè cum iste vsusfructus, & vigesima reseruata cum quinquaginta scutis & amplius constituant ita paruam quantitatem, vt non sit verisimile sub dicta vniuersalitate, & geminatione, & pregnantia
8 verborum donatorem voluisse ad illa tantum † reseruata se restringere & de illius tantum fideicommissũ instituere ad fauorem proximiorum, casu quo Donatarius absque liberis decederet, *vt fuit in simili ponderatum in vna Firmana fideicommissi* 20. *Nouembris* 1620. *coram D. meo Vbaldo*. Quæ eo magis procedunt & patefiunt, cum eadem die, mense, & anno, quo dicta donatio fuit facta per Iulium, dona-
9 tarius se obligauit Iulio, dum † viueret congruè alimenta præstare & vestes quolibet anno, vsque ad scuta 60. dare, quin, & in se assumpserit onus soluendi de proprio debita eiusdem Iulij donatoris in magna scutorum quantitate; Quæ obligationes cum sint
10 respectiuæ † ad dictam donationem quasi vna ratione alterius fuerit facta, & mutua contemplatione, *vt notat Bald. in l. petens num.* 49. *C. de pact. Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 3. *tit.* 15. *numer.* 48. *&* 50. &
11 † videtur non esse admittendum quod Donatarius in tanta quantitate se obligasset, si secunda donatio reseruata tantum in prima compræhendisset.

Quibus etiam accedit Epistola eiusdem Iulij directa D. Bonauenturæ ante dictam donationem, in qua suum animum illi omnia sua bona donandi exponit,
12 & rationem † qua mouetur reddit, vnde ex dicta Epistola, tanquam ex tractatu præcedenti donationẽ verba dubia donationis declarantur, *vt notat Ruin. consl.* 222. *num.* 14. *lib.* 1.

Et ita, &c.

Infra in eadem causa habentur duæ aliæ decisiones sub diebus 27. *Iunij* 1622. *&* 23. *Ianuarij* 1623. *coram* Manzanedo.

REVERENDISS. MANZANEDO.

Patriarcha Hierosolymitano.

Vrbeuetana Hæreditatis.

Veneris 22. *Aprilis* 1622.

ARGVMENTVM.

Renunciatio facta à muliere, cum solemnitatibus statutarijs, quin valeat, non est dubitandum. Solemnitati insinuationis suppelur per iuramentum. Constitutiones Marchiæ silent in contractibus minorum vel mulierum, quando in loco, vbi illi contrahunt adest particulare statutum, qualiter, & cum quibus solemnitatibus prædicti contrahere debeant.

SVMMARIVM.

1 *Mulieris renunciatio, dum apparet facta cum decreto Iudicis, ac alijs solemnitatibus statutarijs, valida est, & tenet.*

in Renunciationibus mulierum vbi statutum requirit insinuationem, ea non adbibita, corruit renunciatio nu. 1.

2 *Insinuationis defectus suppletur per iuramentum.*

3 *Constitutiones Marchiæ in renunciationibus faciẽdis per mulieres requirunt vltra insinuationem, iuramentum.*

4 *Circa contractus mulierum, quando adsunt statuta particularia in locis, vbi contrahunt, tunc ipsa statuta, & non Aegidianæ Constitutiones, sunt attendenda. ampla nu.* 5.

6 *Statutum particulare in loco contractus quandò habetur, illud est seruandum, reiectis Constitutionibus generalibus prouinciæ.*

7 *Insinuationi suppletur per iuramentum, si a statuto illa requiratur, dum dicto statuto fuit renunciatum per iuramentum.*

---

8 *Statutum, si in casu ab eo non disposito, mandet, vt recurratur ad ius commune, de quo iure sit intelligendum, aut iure* Romanorum *vel* Ciuitatis *dominantis, seu* Prouinciæ.

9 *Constitutionibus Superiorum non potest derogari per inferiores.*

10 *Statuta prouinciæ dici possunt ius commune dum ab eodem iure confirmationem acceperunt, illique præferuntur.*

11 *Statutum, dum in casu ab eo non disposito mandat seruari ius commune, intelligi debet de iure Romanorum.*

Roman. in consil. 218. *num.* 6. *communiter reprobatur, & contra eum tenet Rota eo reiecto numer.* 11. *&* 13.

12 *Arbitri electi cum conditione, vt pronuncient secũdum dispositionem iuris communis, intelligitur secundum ius Romanorum.*

14 *Iuris communis appellatione regulariter venit ius Romanorum.*

Ius particulare vnius Ciuitatis non potest dici ius commune nu. 14.

15 *Statuentium mens est attendenda in interpretatione statutorum.*

16 *in Doctoribus illis non est faciendum fundamentũ, si conclusionem aliquam tamquam indubitatam non firment, vel si leuiter eam attingant.*

17 *Statutum dum in casu ab eo non deciso mandet seruari ius commune, tunc recurrendum est ad ius Ciuitatis dominantis, vel* Prouinciæ, *si in iure Romanorum casus ille non reperitur.*

18 Leges *Romanorum nihil determinarunt de lucro dotis.*

Decis. in causa Romana *Lucri dotalis* 16. *Decembr.* 1633. *caram Merlino, quibus in terminis loquatur num.* 18.

19 *Statuta possunt venire appellatione iuris communis, quando ipsum deficit.*

Statuta possunt dici pars iuris communis, dum eiusdem auctoritate fundantur. nu, 19

20 *Super prohibitione extrahendi annonam è Territorio ius Ciuile nihil disposuit.*

21 *in Statuto dum simpliciter fit mtntio de iure, intelligitur*

ligitur de iure municipali & nõ de iure communi.
22 *Statutum disponẽs aliquid fieri secundum formam iuris, intelligitur de iure municipali. & nu. 23.*
24 *Pater constituendo dotem filiæ, si stipuletur eam sibi restitui, vel cui de iure, id intelligi debet de iure municipali, cum quo contrahentes præsumitur voluisse se conformare.*
25 *Iudex, quando ex commissione debet procedere secũdum ius, tenetur procedere, & pronunciare secundum consuetudines, ac statuta locorum. et nu. 26.*
26 *Compromissum dum cum conditione fit, vt arbiter pronunciet, prout de iure, intelligitur de iure statutario, seu consuetudinario.*
27 *Iuris appellatione continetur etiam consuetudo.*
28 *Consuetudo venit quoque appellatione legis.*
29 *Iudex, vel arbiter, si procedere debeant secundum leges intelligũtur statuta, & cõsuetudines locorũ.*
30 *Iudici quando est commissa causa, vt procedat secũdum ius ciuile, debet pronunciare secundum statuta, & consuetudines locorum.*
Populi consuetudo rectè ius ciuile dicitur nu. 30.
31 *Princeps quando mandat, vel partes faciunt compromissum, vt procedatur secundum ius commune, secundum ius Romanorum est procedendum.*

DECISIO CCCLXXVIII.

PROPOSVI Dubium sub die 5. Maij anni præteriti An Comiti Gaspari esset danda immissio, & propter varias DD. Sententias non potuit capi resolutio, & dictum fuit non liquere, & sub die 17. Maij, & 14. Iunij, & 19. Decembris eiusdem anni, & 26. Ianuarij præsentis anni minus capta fuit resolutio, & tandem 11. Martij proximè præteriti fuit dictum, quod videretur prius de validitate, & compræhensione renunciationis D. Catherinæ, super quo articulo hodie proposui causam, & DD. dixerunt constare de validitate dictæ renunciationis, & quod super compræhensione iterum proponeretur, & moti fuerunt ex eo, quod prædicta renunciatio apparet facta cum decreto Iudicis, & alijs solemnitatibus.

Non obstat quod huiusmodi renunciatio careat
1 insinuatione † requisita à statuto Vrbeuetano *in rubr. 22. de donat. in fin lib. 1. & à Constit. Marchiæ lib. 5. cap. 25.* Quia fuit responsum defectum insinua-
2 tionis suppleri † per iuramentum *Dec. cons. 432. nu. 12. & cons. 234. num. 2. Corn. cons. 221. num. 2. vol. 1. & cons. 36. nu. 2. vol. 3. vers. subdit* Bertrand. *cons. 173. sub num. 2. par. 2. vol. 1. Aym. cons. 118. num. 1. Ruin. cons. 107. num. 2. & cons. 182. num. 13. vol. 1. Grat. cons. 70. col. fin. vol. 1. qui testatur de communi cum pluribus alijs relatis à Gabr. de donat. conclus. 1. n. 72. Seraph. decis. 472. n. 14. & decis. 1227. n. 3.*

Nec facit quod non solum tale iuramentum desi-
3 deretur à Constit. † Marchiæ, sed quod vltra illud eadem Constitutio exposcat insinuationem. Respondetur etiam quod cum habeamus statutum particulare Vrbisueteris disponens in specie de istis renun-
4 ciationibus & † exposcens tantummodo insinuationem, non verò iuramentum, huic statuto est standum non autem Constitutioni Marchiæ *Signorol. in l. cunctos populos C. de summ. Trinit. & fid. Cath. Bald. cons. 456. num. 10 lib. 5. Socc. cons. 79. num. 24. lib. 4. Seraph. dec. 643. & coram Sanctiss. D. N. 260. nu. 3. vers. non obstat, et nu. 4.*

Quæ magis procedunt in casu nostro, in quo adest
5 aliud statutum Vrbeuetanum † disponens esse iudicandum iuxta statutum illius Ciuitatis & illis deficientibus recurrendum esse iuri communi. Vnde cũ vt dixi de istis renũciationibus insinuandis habeamus
6 Statutum Vrbisueteris disponens † expressè, illud videtur sequendum reiecta Constitutione Marchiæ, & sic concludendum in casu nostro tantum esse attendendum statutum particulare Vrbis veteris, & insi-
7 nuationem tàm in illo, quàm † in Constitutione Marchiæ requisitam suppleri per dictum iuramentum, sub quo D. Catherina dd. statutis renunciauit. Et ex his fuit resolutum pro validitate istius renunciationis, &c.

ANNOTATIO.

CElebris est inter Doctores quæstio, diuque agitata, sed non pari voto terminata, an statutum disponendo, pro vt dicitur hic, in casu, quo deficiunt
8 statuta † recurratur ad ius commune, vtrum statuẽtes voluerint intelligere de iure Ciuitatis dominantis vel de iure Romanorum, & pro opinione, vt sit recurrendum ad ius Ciuitatis dominantis tenuit *Rom. in consil. 218. num. 6.* quem secuti *Curt sen. in consil. 46. num. 15. in fin. Soccin. sen. consil. 81. num. 3. lib. 1. Surd. consil. 343. num. 7. Ias. in repetit. l. omnes Populi num. 121. C. de iust. & iur. Brun. in tract. quod statutib mascul. fœm. non succed. in art. 5. num. 6. voluit Corn. consil. 151. per totum lib. 3. Seyssel in l. post dotem num. 3. ff. solut. matrim. Socin. iun. consil. 2. Decessit Ioannes num. 31. & seq. lib. 1. Grat. respons. 11. num. 12 lib. 2. Rota in Romana Lucri dotis 16. Decemb. 1633. coram clar. me. Merlino.*

Quæritur at rationem considerat Roman *d. consil. 218. num. 4.* quia iniustum esset statutum loci, si intelligẽdum esset de dispositione iuris communis Ro-
9 manorum, dum ex eo † tollebatur statutum Ciuitatis Superioris, cui derogari non potest ex Constitutionibus inferiorum, vt probat text. *in cap. Inferior 21. distinct. & in cap. cum inferior de maior. & obedient. et in §. vltim. instit. de satisdat.* & facit alia ratio, quam considerauit *Berous in cap. licet causam de probat. num. 14.* sequendo idem *consil. Roman.* quia
10 statuta Prouinciæ dici possunt ius † commune, dum ab eodem iure confirmationem acceperunt, illique præferuntur.

11 Contraria tamen opinio receptior, † & validior est eamque retinuit *Bald. in l. quicumque num. 13. C. de seru. fugit. Dec. in cap. licet causam num. 25. de probat.* vbi in specie reprobat consil. Romani *et in consil. 429. num. 5. et in consil. 469. num. 12. et in consil. 986. num. 5. Soccin. sen. sibi contrarius 272. num. 12. lib. 2. Cephal. consil. 414. num. 68. Bursat. consil. 189. num. 44.* & Romanum in hoc communiter reprobari tradit *Alderan. Mascard. de interpretatione statutorum conclus. 2. num. 88. et 91. Blanch. de compromiss. quæst. 1. num. 22.* idem tradens in arbitris, qui
12 † fuerunt electi a partibus, cum conditione, vt pronunciare debeant secũdum dispositionem iuris communis. *Io. And. in addit. ad speculat. in titul. de arbitr. in §. 6. de except. contra arbitr. num. 4. sub littera E. Menoch. de præsumpt. præsumpt. 6. nu. 14. lib. 2. Ioseph. Ludouicus in suis communib. conclusion. concl. 55. bo. me. Horat. Mandosius in additione ad idem consilium Romani 218. in fin.* vbi pluribus confirmat hanc opinionem.

Ean-

13 Eandemque sententiam † reprobato Romano amplexa est Rota *in Bononien. dotis 1. Iulij 1618. coram bo. me. Buratto est inter eius impress. decis. 332. num. 11. et in Bononien. successionis 24. Martij 1628. coram Reuerendiss. Vrgellen. et in alia Bononien. successionis 13. Maij 1633. coram clar. me. Merlino*, quæ decisiones allegantur *in causa Albanen. Hæreditatis 24. Maij 1641. coram Eminentiss. et Reuerendiss. D. Card. Verospio iun.* vbi pro hac opinione indubitanter fuit conclusum, *quæ decisio fuit deinde confirmata in eadem causa sub die 23. Iunij 1642. et iterum 2. Martij sequentis anni 1643. coram R. P. D. meo Carolo Cerro*.

Possunt quidem pro hac opinione adduci rationes non inferiores ijs, quas considerauit Romanus pro opinione contraria, quia appellatione iuris commu-
14 nis † in dubio intelligitur de iure Romanorum, vt probat *text. in §. sed quoties Instit. de iur. natur. gent. et ciuil.* & quia Ius particulare vnius Ciuitatis non potest dici ius commune, vt *asserit text. in §. autem Instit. eodem titul.* Vnde mens statuentium,
15 quæ semper spectanda † est, videtur ea fuisse, vt in defectum suorum statutorum succedere debeat dispositio iuris Romani, & priorem rationem considerauit *Bald. in d. l. quicumque num. 13. C. de seru. fugit. Dec. cons. 686. num. 4. Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. in tit. de arb. §. excipitur num. 4.* Alteram rationem considerauit *Soccin. sen. dict. consil. 271. num. 3. Dec. consil. 469 num. 12. et consil. 686. num. 6.* vtraque adducit *Mandos. in d. Addition. ad consil. Roman.* vbi etiam monet non posse constitui fundamentum super auctoritate, qui videntur esse pro cōtraria opinione, cum plures ex ipsis non firment
16 † conclusionem tamquam indubitatam, sed solum illam leuiter attingant, aut etiam obiter mentionem faciunt, plures loquuntur in diuersis casibus vt ipse in aliquibus aduertit, & plures præsupponunt extare obseruantiam in contrarium.

Contraria verò opinio saluari potest, in casu quo deficeret etiam Ius Romanorum, eò quia in eo nihil
17 definitum esset super casu, qui euenit, † quia ne diceretur stare otiosè verba statuti mandantis seruari dispositionem iuris communis intelligenda sunt de iure Prouinciæ, vel Ciuitatis dominantis, vt contigit
18 in lucro dotis, cuius nullam † mentionem faciunt leges Romanorum, & in terminis intelligenda est supra allegata decisio *coram bo. me. Merlino in causa Romana lucri dotalis 19. Decembris 1633.* cuius opinionis rationem perpendit *Dec. d. consil. 686. nu. 7.*
19 quia hoc casu statutum potest venire † appellatione iuris communis, cum videatur esse illius pars, dū eiusdem auctoritate fundatur ac eādem rationem adducit *Bald. in l. vnic. C. de confess. num. 22.* qui loquitur in terminis edicti prohibentis extractionem Annonæ è Territorio, super quo cum nihil etiam statu-
20 tum † esset à Iure Ciuili, pœnæ comminatæ in edicto intelligendæ erant de ijs, qui ignorabant statuta Prouinciæ, & eum secutus est *Albert. Brun. in tract. Quod stantibus mascul. & c. art. 5. num. 64. Ias. in l. omnes populi num. 5. ff. de iust. & iur. in prim. lectur. & in concl. 149. num. 3 lib. 2.*

21 Vel potest intelligi vt prædicta opinio habeat locū quando in statuto † simpliciter fit mentio de iure, quia tunc super dispositio stante statuto, intelligi debet de iure municipali, & non de iure communi. *Bal. in l. ea institutio in fin. ff. de hæred. instit. Dec. in l. licet causam num. 20. de probat. Ias. in d. l. omnes populi num. 28. & bene etiam Bolognett. qui de communi testatur num. 32. de iustitia, et iur. late Mantic. de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 8.*

Et fuit decisum *in Bononien. de Michelinis 4. Iulij 1618. coram bo. me. Vbaldo*, & quod statutum dispo-
22 nens aliquid fieri † secundum formam iuris intelligi debeat de iure municipali, *tradunt gloss. in l. stipulatio ff. de verb. oblig. Mandell. consil. 81. num. 3. lib. 1.* Rota *Bononien. diuers. decis. 68. num. 5* ponderauitq; Rota Rom. *in causa Firmana Dotis 23. Maij 1622. coram bo. me. Nauarro*, vbi dicitur in casu, quo fit mentio de iure, potius est intelligendum de iure
23 † municipali, quam communi, *& d. decisio loquitur* in terminis, quando Pater constituendo dotem filiæ, stipulatus est in casu restitutionis, sibi eam restitui,
24 vel cui de iure, cum hæc verba sint † referenda ad ius municipale, cum quo contrahens voluisse se conformare censendum est, *& scribit Bald. Nouell. in tract. de dot quæst. 6. princ. priuileg. 29. in fin. vers. nam stipulando Ruin. consil. 187. il primo vers. vnde stipulatio sub num. 10 lib. 2.* & generaliter aduertunt *Corn. consil. 166. num. 33. lib. 2. & consil. 201. num. 3. lib. 4. Socin sen. consil. 19. num. 6. lib. 1. quam etiam communem esse sententiam testatur Curt. iun. consil. 171. num. 4. & sequitur Paris. consil. 3. num. 29. & 30. et consil. 21. num. 47. lib. 1. Rub. Alexand. cons. 70. num. 1. Sigism. Loffred. consil. 39. num. 16. Riminald. iun. consil. 242. num. 55. & seq. et consil. 257. n. 68.*

Sicuti quoque dicitur, quando Iudex ex forma
25 commissionis debet procedere † secundum ius, tunc secundum statuta, & consuetudines locorum pronūciare tenetur, at ita, (quidquid dixerit *Barbac. in consil. 66. incip. illud offeram lib. 3.*) tenuerunt *Butr. in cap. Quintauallis in fin. de iureiur. Abb. in rubr. de consuetud. vers. sexto quæritur Claudius in l. ius pluribus col. 1. ff. de iustitia, & iur.* vbi de communi *et Loaces in princ. institut. num. 113. vol. 2. repetition.* & dixit etiam communem *Bernardus Diaz re-*
26 *gul. 100. et 102.* Vnde siue fiat † compromissum, siue Princeps committat causam vt secundum ius procedatur (quod communiter hodie ita fit) poterit arbiter, vel Iudex delegatus secundum consuetudines, & statuta loci procedere, & terminare. Pro qua
27 sententia facit, quia appellatione † iuris continetur consuetudo, *vt tenet gloss. in l. de quibus in verb. tūc ff. de legib. & est gl. celebris in verb. iuris in proem. clem.*
28 imo, quod fortius est † appellatione legis venit cōsuetudo, *secundum gloss. 1. & 2. in cad. 1. de sponsal.* vbi late notat *Felin. notabil. 2. et idem probat gloss. in l. 1. ff. de iurisdict. omnium iud. quam notat Zasius in l. de more eodem titul. col. 3.* Ex quibus infe-
29 rendum videtur idem esse, † si in commissione dicatur, & procedatur secundum ius, vel secundum leges. Idemque intellige, si dictum fuerit, vt proce-
30 datur secundum ius ciuile, † quoniam cōsuetudo, seu statuta populorum rectè dicuntur ius ciuile, *secundū Bald. in l. fin. num. 11. C. de legib. & in l. ex placito quæst. 10. C. de rer. permut. & in cap. 1. num. 2. tit. an agnatus, vel filius defunc. in vsib. feud. Aluarot. in prælud. feud. in fin. Cassaneus in consuetud. Burgund. in proem. num. 15.*

Quando vero fit compromissum, vel Princeps cō-
32 mittit causam, vt procedatur prout † de iure communi, tunc (quidquid nonnulli asseruerunt) est procedendum secundum ius Romanorum, vt tetigi supra num.

num. 12. *& adde Alexand. in l. post dotem num. 27. ff. solut. matr. Dec. in cap. licet causam nam 4. in fin. de probat Roch. in rubr. de consuetud. col. 2. vers. 2. limita Dec. consil. 685. num. 2. & seq.* & de veriori opinione testatur *Hieronym. Ceuall. in Specul. comm. opin. contra comm. quæst. 238. in fin. § sed contrariam opinionem vers. quæ sententia verior est.*

Paulus Rubeus.

R. P. D. NAVARRO.

Pampilonen. Abbatiæ de Areso.

Veneris 22. Aprilis 1622.

ARGVMENTVM.

De Beneficio libero, quando quis est prouisus per concursum, si ab ista prouisione, seu electione fuerit appellatum, tunc ea non obstante si fuerit apprehensa possessio, non dicitur attentata, quia in his terminis non admittitur appellatio ad effectum suspensiuum, & quando in simili casu admittatur appellatio ad vtrumque effectum, ita vt possessio ea pendente capta sit attentata. Appellari, quando possit, & quando nō ab irrationabili iudicio Ordinarij eligendo ad beneficium vnum ex æquè idoneis.

SVMMARIVM.

1 *Possessio regulariter capta pendente appellatione est attentata.*

2 *à Sententia lata super immissione solet dari appellatio.*

3 *de Beneficio libero, quando quis est prouisus per cōcursum, tunc ab ista electione non admittitur appellatio ad effectum suspensiuum. & nu. 9.*

4 *Beneficium, quando est de iure patronatus, et ageretur inter patronos laicos super eius pertinentia, et appellaretur ab institutione facta ad præsentationem alicuius ex personis, tunc appellatio intraret ad vtrumque effectum.*

5 *Appellatio interposita à mala electione ex pluribus præsentatis, et æquè idoneis ab examinatoribus renunciatis, tunc ea non intrat ad effectum suspensiuum.*

6 *Appellatio interposita a mala electione, et irrationabili iudicio Ordinarij post concursum, cum solum intret ad effectum deuolutiuum ideo possessio capta post dictam appellationem non est attētata.*

7 *Constitutione Synodali stante, vt non detur appellatio a decreto immissionis in possessionem beneficij, si appelletur, et capiatur possessio, non dicitur attentata.*

8 *Attentata dicuntur gesta post appellationem interpositam.*

9 *Attentata cessant, vbi non intrat appellatio.*

10 *Appellari non potest ab irrationabili iudicio Ordinarij, dum electus ad beneficium, fuit approbatus ab Examinatoribus Synodalibus.*

11 *ad Beneficium, quando plures fuerunt declarati idonei ab Examinatoribus Synodalibus, tunc est locus gratificationi per Ordinarium.*

12 *Episcopi est libera, et iusta facultas vnum ex æquè idoneis præsentatis instituere.*

13 *pro Electione, et iudicio Episcopi præsumitur.*

14 *Ordinarius dum elegit vnum ad curam animarum, altero relicto, quamuis declarato equè idoneo, dicendum est maiores qualitates in his terminis necessarias cognouisse in electo.*

15 *ab Electione, vel gratificatione Ordinarij non datur appellatio, nisi constet de dolo et irrationabilitate iudicii.*

16 *de Incōtinentia si quis fuerit condemnatus, stante lapsu triennij præsumitur in melius vitæ mutatio.*

18 *Decis. 36 num. 1. part. 2. recent. et alia in quibus terminis loquantur.*

19 *Ordinarius, quando constet ex actis prætulisse virū incontinentem, et inhonestæ vitæ, alteri probatæ opinionis, et famæ, ex quo tunc dicitur in dolo ideò tunc rectè intrat appellatio.*

20 *Ordinarius, an dolo, et irrationabiliter processerit circa prolationem sui iudicii quando plures concurrunt ad beneficium, non potest firmari, nisi transportatis actis concursus.*

21 *Præsentatus, quando quis est à maiori parte idoneusque repertus, instituendus est, etiam in concursu magis idonei.*

22 *Nec ei præiudicare potest concursus.*

DECISIO CCCLXXIX.

VACANTE Parochiali loci de Areso per obitum Egidij Parochiani ad quod vti singulos spectat ius præsentandi Petrum, & Ioannē præsentarunt ambo ab examinatoribus approbati Ordinarius Petrum eligendum ad sui fauorem pronunciauit a qua Ioannes appellauit, nec obstante appellatione Petrum in possessionem immisit causa commissa in Rota fuit propositum dubium, An possessio Petri sit attentata, & sequestranda seu potius manutenenda vtraque parte informante ex placito DD. non esse attentatam, sed manutenendam possessionem Petri fuit resolutum.

1 Nam licet regulariter possessio † capta pendente appellatione sit attentata *c, non. solum de appell. & in c. pastoralis, præterea de offic. deleg. c. dilecti de except. Achill. dec. 224. alias 18. de appell num. 7. late Lancell. de attent. c. 22. limit. 3. num 10. cum seqq.* & à

2 † sētentia super immissione lata solet dari appellatio *per Franc. in c. 1. num. 4. & in c. constitutus num. 10. & in c. bona num. 20. de appell. Maran. in specul. in 3. p. 6. par. princ. quæst. 2. num. 390. Dec. post Abb. & Io. Andr. Villal. in collet. commun. opin. verb. attenta num. 156. Achill. in vna conclus. de Belmonte decis. 30. tit. de attent.*

Inter tamen alias limitationes huius iuris plauti beneficium liberi Curati primas obtinent, de quo

3 quis est prouisus per concursum †, & à qua electione nō datur appellatio ad effectum saltim suspensiuū, vt summa cum ratione decreuit sacrosancta Tridentina Synodus *sess. 24. cap. 18. & sanctæ mem. Constitutio Pij V. de conferend. Parochial quæ est 34. in bull. nouiss. p. 2 §. 8. vers. hæc tamen appellatio Rota decis. 537. num. 11. 12, & 17. p. 1. in recent. & decis. 656. num. 2. ead. p. & Congregatio Illustrissimorum Cardinalium relata per Gonzal. ad reg. 8. gloss. 6. num. 138.*

Tamen si beneficium esset dumtaxat de iure patronatus, & ageretur inter patronos laicos super

4 pertinentia iuris patronatus, † & ab institutione facta ad præsentationem alicuius ex patronis appellaretur, tunc procedit iuris axiomata tā ad effectū suspēsiuum quam diuolutiuum, *vt fuit dictum in Platina*

tina Archipresbyteratus 4. *Iulij* 1614. *corã* R.P.D. *meo Pamphilio, quæ est decis.656. par.1. recent.*

Si vero à mala electione ex pluribus præsentatis,
5 & æquè idoneis ab † examinatoribus renunciatis non datur tũc appellatio quoad effectum suspensiuũ ex iuribus in limitatione relatis ex prohibitione dicti decreti Sacri Concilij Tridentini, *& dicta Placentina Archipresbyteratus, & in Lucana plebis seu parochialis coram Illustriss.* Card. *Lancellotto relata per Garz. de benefic. par.9. cap.4. num.* 18. *& cap.2. num.241. & 246. & fuit dictum in decis.337. nu.11. & 13. & decis.656. num. 2. par.1. inter recent.*

6 Vnde cum in proposito agatur de appellatione interposita à mala electione, † & irrationabili Ordinarij iudicio post concursum, & non autem à præsentatione, dicendum est non esse locum appellationi quoad effectum suspensiuum, & per consequens non fuisse attentatam possessionem Petri *ex tex. in d. cap. non solum, vbi notant omnes Rol. cons.77. num.20. lib.2. Lancellott. de attent. par.2. cap. 12. limit.15. num.1. Benintend. decis.17. nu.5.* consonant, & confirmat expressa Synodalis constitutio Pampilonen. relata per *Garz. de benef. par.9. cap.4. num.30.* quam comprobauit *Rota in Pampilonen. parochialis de Illundain 16. Iunii 1597. coram bo. me. Litta,* vbi in
7 terminis fuit decisum stante Synodali † constitutione ex immissione non fuisse possessionem attentatam captam post interpositam appellationem *decis. Anton. Augustin.* 1155. *par.3. diuers. Lancell. de attent. par.2. c.12. limit.48.*

8 Nec iura in contrarium allegata obstãt, ex quibus † attentata committi probatur post interpositam appellationem immissionem concedendo, quia sunt intelligenda, cum distinctione supra relata, vt habeant locum quando appellatio fuit interposita ab institu-
9 tione † vigore præsentationis non autem quando fuit appellatum à mala appellatione Ordinarij in æque idoneis, & approbatis quo casu cessant attentata.

Haud appellare potuit Ioannes ab irrationabili iu-
10 dicio Ordinarij dum fuit approbatus † ab examinatoribus Synodalibus, prout Petrus, vt in summ. Ioannis
11 num.1. quia tunc † est locus gratificationi, *c. cum autem vbi Abb. num.3. & alii de iurepatr. Seraphin. dec.152. in fine, Lambertin. de iurepatr. q.5. par.3. lib. 2. num.1. & fuit dictum in Oscen. Indulti 5. Decemb. coram Illustriss. Card. Millino; in Calaguritana beneficii de Murello 13. Nouembris* 1620. *coram* R.P. D. *meo Vbaldo.* Libera enim est Episcopi, & iusta fa-
12 cultas vnum ex æquè idoneis † eligẽdi à laicis præsentatum *c. cum autem 24. de iurepatr. c. d. causis de offic. deleg. arg. tex. in cap. tempora 16. q.7. l. in naue. ff. locat. l. vlt. ff. qui satisdat. cogan. Lambertin. de iurepatr. art.25.7. q. princ. par.2. lib.2.*

Et cum pro electione præsumatur, & iudicio Epi-
13 scopi † *c. in præsentia de renunciat. Achil. decis.1. numer.4. de confess. Rota in antiq. dec.29. num.4.* dicen-
14 dum est maiores qualitates regimini † animarum necessarias in Petro quam in Ioanne cognouisse, *c. cum in cunctis de electione sacr. sanc. Conc. Triden. c.18. sess.24. Rota decis.537. num.14. par.1. in recent. & decis.36. num.2. par.2. & fuit dictum in Rauennaten. & in Aquen. parochialis apud Marches. de commiss. par.1. fol.259.* Ideo de eius electione non datur
15 appellatio nisi constet † de dolo, & irrationabilitate iudicij, *vt dixit Rota in dicta Rauennaten. & in Aquen. parochialis 6. Aprilis* 1612. *coram* R.P.D. *meo Vbaldo,* neque electioni obstat quod Petrus fuerit de incontinentia condemnatus, cum à condemnationis die vsque ad electionem plusquam decennium fuerit
16 elapsum † soloq. triennij spatio in melius vitæ mutatio præsumatur *Grammat. cons. Ciuil.* 50. *num.7. Neuizan. dec.59. nu.15. cum seqq. lib.2. & fuit dictum in Camerinen. concursus coram* R.P.D. *Ortembergo*
17 de irrationabilitate iudicij deberet constare † per rem iudicatam, *Rota decis.537. num.4. par.1. in recent. ex leg. furti vbi glos. vers. inter famosos, ff. de iis qui not. infam. Aegid. d. decis.103. Rota dec.79. num.6. & 7. par. diuers.*

Minus obstant decisiones allegatæ *in Pampilonen. parochialis 1. Iunii 1618. coram* Reuerendiss. D. *meo Decano, & in nullius parochialis concursus coram*
18 *Sanctiss. impress. inter* † *recent. decis.36. num. 1. par.2. cum aliis relatis in Cremonen. præpositurae 15. Ianuarii 1620. coram* R.P.D. *meo Manzanedo*, quia loquuntur quando ex actis constaret Episcopum
19 prætulisse Petrum incontinentem, † & inhonestæ vitæ Ioanni probatæ opinionis, & famæ ex quo fuisse
20 in dolo irrationabili præferendo iudicium, † sed in proposito nihil firmari potest non transportatis actis concursus, *vt fuit dictum in Panormitana Archipresbyteratus* 1617. *coram* R.P.D. *meo Buratto.*

Præterea Petrus fuit præsentatus à maiori parte
21 Idoneusq. repertus † institui debuit etiam in concursu magis idonei *c. cum nobis de electione, cap. nisi cũ pridem. §. pro defectu de renunciat. cap. fin. de præsump. meus Collega Oueten. Couar. in regula peccati in 2. par. §.7. num.3. de reg. iur. in 6. & fuit dictum in allegata* Rauennaten. *& coram Sanctissimo dicta*
22 *decis.36. par.2. in recent.* nec ei præiudicio † potuit esse concursus, *vt ostensum extat in Pampilonen. parochialis de Guembe 16. Nouembris 1615. coram* R.P.D. *meo Decano.*

Cessantibus igitur attentatis possessio Petri cum non controuertatur, manutenendam conformi consensu DD. decreuerunt.

R. P. D. V B A L D O

Nepesina Tutelæ.

Veneris 22. Aprilis 1622.

A R G V M E N T V M.

Tutor tenetur reddere rationem solum de ijs, quæ ad eius manus peruenerunt. Tutor in inuentario bonorum pupilli, quid tantum teneatur describere.

S V M M A R I V M.

1 *Possessio in rebus mobilibus facilè amittitur.*
2 *Frumentum est expositum frequentissimæ negotiationi.*
3 *Durationis præsumptio in his, quæ sunt frequentissimæ negotiationis, cessat.*
4 *Tutor non tenetur reddere rationem de his, quæ ad eius manus non peruenerunt.*
5 *Tutor, si non confecerit inuentarium de bonis pupilli, ex hoc arguitur dolus præsumptus.*
Cuius ratione tenetur ad damna, & interesse pupilli liquidan. per iuramentum in litem.
6 *Tutor, quæ teneatur solum in inuentario bonorum pupilli describere.*

DE-

DECISIO CCCLXXX.

FIRMATA in hac causa per plures decisiones tutela filiorum Francisci Lucretij, fuit postea cœpta disputatio super pluribus partitis, pro quibus ex parte pupillorum prætendebatur, redden. esse à tutoribus rationem, & octo partitis iam discussis coram R.P.D. Verospio, sequitur nona super frumento, de quo fuit dubitatum, An sit redden. ratio, & pro qua summa omissis pro nũc prætensis detractionibus, & prætenso beneficio Ordinis; Et Domini responderunt, D.Plodium hæredem Antonij vnius ex tutoribus, non teneri de frumento reddere rationem. Fundamẽtum resolutionis fuit, quia ex testibus examinatis, constat post mortem Francisci de mense Iulij 1591. frumentum, iam antea collectum, peruenisse ad manus Aemiliæ vxoris Francisci, illudq. de eius mandato fuisse reconditum in horreis hæreditarijs, prout in confesso est, inde ferè ad mensem fuisse datos tutores à iudice filijs Frãcisci ipsam Aemiliam matrem; necnon Io.Alleum, & D.Antonium Plodiũ, videlicet, 20. Augusti eiusdem anni, vnde cum non constet, quod dictum frumentum de eo tempore esset in rerum natura, nec quod peruenerit ad manus Antonij, sequitur, vt Antonius vel eius hæres non teneatur de eo reddere rationem, *iuxta text. in l vlt. §. fin. ibi, qui inuenti fuerint C. de adm. tut.* Neque enim ex eo, quod granum extiterit de mense Iunij, vel Iulij præcedentis, necessario infertur, vt extiterit de mense Augusti, quo fuit decreta tutela, cum
1 † simus in rebus mobilibus, quarum facilè possessio amittitur, *l. si rem mobilem, vbi gloss & Doct. ff. de*
2 *acq. poss.* præsertim frumenti, cum sit † expositum frequentissimæ negotiationi, *gloss. in l. in ciuilem in verb. incidatis in principio. C. de furt. Guttier. de tutel. par. 3. cap. 1. nu. 64.* & ideo in talibus rebus non
3 vrget † præsumptio durationis ex allegatis per *Menoch. post alios præs. 64. num. 29. & seqq. lib. 6.* & in omnem euentum, non constat, quod dictum frumẽtum fuerit ab Aemilia consignatum Antonio, vel aliter ad eius manus peruenerit, post decretam tutelã,
4 ideo † non potest teneri ad redden. eius rationem, *Bart. in l. 1. num. 9. & seqq. & ibi Alex. num. 22. ff. de eden. Socc. cons. 24. col. 12. lib. 1. Aym. cons. 231. numer. 14. Roncheg. in l. eandem in principio num. 222. ff. de duob. reis; Eugen. cons. 19. num. 1.* & hunc sensum videtur habuisse Rota in hac causa 27. Nouembris 1619. coram D. Verospio, dum dicit, Antonium non fuisse condemnan. pro frumento, & alijs fructibus de mensibus Iunij, & Iulij recollectis, de quo tẽpore ipse non erat tutor, sed solum de mense Augusti sequenti, vt dictum est.

5 Non obstat, quod Antonius non † fecerit inuentarium, & inde arguatur dolus præsumptus, cuius ratione teneatur ad damna, & interesse pupilli, liquidan. per iuramentum in litem *l. omnes tutores C. arb. tutel. l. tutor qui repertorium. ff. de adm. tut. cum alijs per Guttier. de tutel. par. 2. cap. 1. nu. 15. in fin.* Quia quicquid sit de hoc, certum est, quod etiam si
6 † fecisset inuentarium, non tenebatur in eo describere nisi bona reperta in patrimonio pupilli post decretam tutelam, non autem quæ non probantur extare de dicto tempore, vel in aliena manu reperiebãtur, nec probatur peruenisse ad manus tutoris *Corn. cons. 81. num. 2. in fin. & num. 3. lib. 4. Plot. de in lit. iur. §. 5. num. 37. vers. 1.*

Non obstat, quod dubium, quod hodie proponitur in genere, & omisso beneficio ordinis, quia actio semper fuit directa in Antonium & eius hæredes, & ipse fuit condemnatus in prima instantia, & ipse appellauit, & contra ipsum fuit formatum dubium principale, de quibus bonis, & pro qua summa per dictos hæredes esset redden. ratio, vt patet ex decisione 11. Maij 1620. coram D. Verospio, meritò Domini ex prædictis concluserunt, Plodium non teneri reddere rationem. Et ita decisum.

Decisiones plures in hac causa emanatas annotaui supra ad decisionem 53. quæ est in eadem causa.

R. P. D VBALDO.

Ferrarien. Decimarum.

Mercur. 27. Aprilis 1622.

ARGVMENTVM.

Rota, licèt ex sola suspicione calumniæ non soleat rigorosè procedere in denegatione remissoriæ, tamen si ea suspicio sit vehemens, à tali concessione solet se retrahere, veluti si petatur remissoria post rem iudicatam, quia tunc ad alium effectum non censetur petita, nisi vt causæ expeditio impediatur, & amplia si plures termini fuerint præfixi ad docendum de causis restitutionis in integrum, & nihilominus fuit deductum. Et referuntur alij casus, in quibus Rota denegat remissoriam.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria non conceditur, quando adest res iudicata.*
2 *Appellatio non releuat, quando fuit deserta.*
3 *Causa censetur auocata in terminis, in quibus reperitur.*
4 *Res iudicata non dicitur sublata, per auocationem causæ.*
5 *Decisio, quando non dicatur circumscripta.*
6 *Remissoria etiam datur in gradu restitutionis in integrum.*
7 *Terminus ad docendum de causis restitutionis in integrum, quando fuit datus semel, atque iterum, & nihil fuit deductum, non est vlterior dilatio concedenda.*
8 *Terminus ad docendum de iure suo, dum parti assignatur, & nihil deducit, quasi videtur alteri parti quæsitum ius, cum censeatur renunciatum probationibus faciendis.*
9 *Terminum probationi præfixum, dum pars labi sinit, sibi imputet.*
10 *Remissoriæ petitio non videtur carere suspicione, si post multas causæ instantias petatur.*
11 *Remissoria, quando fuit petita post multas causæ instantias, censetur petita ad impediendam causæ expeditionem.*
12 *Remissoriam Rotæ non solet denegare ob suspicionem calumniæ, nisi ea sit vehemens.*
13 *Remissoriæ petitio videtur satis calumniosè petita, si post rem iudicatam petatur, & num. 18.*
14 *Remissoria vt concedatur stante magna suspicione calumniæ, est necessarius fumus pro exclusione dictæ calumniæ.*
15 *Remissoria non datur ad probandum id, quod probatum non releuat.*

16 Re-

16 *Remissoria non datur ad probandum id per testes, quod probari potest per scripturas.*
17 *Valor rei spectandus est de tempore euictionis, non autem contractus.*
18 *Remissoriæ petitio dicitur calumniosa, dum petitur ad euitanda fundamenta decisionum in causa factarum.*
19 *Remissoria non solet denegari ad probandum contrarium eius, quod actor iam probauit.*
Probatio probationem non excludit.
20 *Remissoria si petatur ad docēdum contrarium eius, quod actor iam fundauit, requiritur maior fumus pro exclusione calumniæ, quam in alijs.*
21 *Coloni, prout in multis Italiæ partibus obseruatur, habent onus deferendi fructus bladarum, & vini ad domum Domini sumptibus suis, & num.22.*
22 *Molestiæ, quando Domino sunt legitimè intimatæ, ipse tenetur ad defensionem.*
24 *Articuli, vt appareant releuantes ad effectum concessionis remissoriæ non debent materiæ somniari.*
25 *Decima bonorum, quando venditur, non censetur vendita decima noualium.*
26 *Sententia si sit excessiua non releuat.*
27 *Remissoria non est concedenda ad probandum id quod non est in rerum natura.*
28 *Venditio, dum est facta de iure quodam vniuersali in certo territorio ab habente potestatē id faciendi, censetur translatum omne ius, quod erat penes transferentem.*
29 *Decima, & ius decimandi, quando fuit venditum, hoc casu intelligitur concessa non solum decima de præsenti, sed etiam de futuro, & num.33.*
30 *Verba in contractibus non debent stare otiosa.*
31 *in Venditione vallium censentur etiam comprehensa noualia, quæ solent ex eis ad culturam reductis percipi.*
32 *Cap. tua de decim. & similes procedunt in concessione decimarum facta laicis.*
33 *Laici sunt incapaces decimarum.*
Laici in ditione Ferrarien. non sunt incapaces decimarum stante Bonifaciana, num.32.
34 *Venditionis rerum vniuersalium restrictio non est facienda, si talis restrictio non legatur in instrumento, & num.35. vsque ad finem.*

DECISIO CCCLXXXI.

DVO fuerunt agitata iudicia in partibus in hac causa, alterum super iustitia euictionis decimarum, & in hoc emanauit prima, & secunda sententia, quæ transitum fecit in iudicatum, & commissa causa in Rota restitutionis in integrum, fuit per plures decisiones firmatum non constare de causis restitutionis, alterum super liquidatione decimarum, super qua etiam emanauit sententia coram eodem Iudice primæ instantiæ, & cum prætenderetur pro parte illorum de Flumine moderatio inhibitionis in articulo restitutionis, & sic liquidationem remanere exequen. in partibus, Agentes Serenissimi Ducis obtinuerunt hanc etiam in Rota committi, vnde dato dubio ad quam summam ascendetet valor decimarum, & aliorum prætensorum per Flumineos, fuit resolutum in primis valorem esse spectan. qui erat de tempore euictionis, non autem de tempore contractus, vt in decisione 31. Ianuarij, 12. Iunij, & 18. Decembris 1610. deinde liquidationem esse faciendam, iuxta dictam sententiam liquidatoriam de partibus, vt in decisione 28. Maij 1621. confirmata 8 Nouembris præteriti, pro cuius sententiæ validitate antea Domini considerant 21. Aprilis eiusdem anni; vnde cum omnibus resolutis instaretur pro expeditione causæ fuit per eosdem Agentes petita remissoria, super qua dubio proposito 19. Ianuarij præteriti, & dilata resolutione, illud postea restrinxerunt Domini ad releuantiam articuli noualium, & tandem die supra posita 27. Aprilis huius anni censuerunt remissoriam non esse dandam; Moti sunt in primis, quia hic
1 adest res iudicata † etiam quoad sententiam liquidatoriam, vt fuit etiam dictum in dicta decisione 8. Nouembris præteriti, & licet fuerit appellatum, tamen
2 appellatio † fuit deserta, ex quo ab anno 1612. vsque in præsens nihil fuit iudicialiter actum in materia liquidationis, & quāuis instātibus Flumineis pro moderatione inhibitionis in negocio principali fuerit, vt supra dixi, obtentum ex aduerso rescriptū, vt causa etiam liquidationis cognosceretur in Rota, præuia auocatione à Iudice Ferrariæ, tamen videtur auocata
3 in statu, & terminis, in quibus reperiebatur, *Rota decis.20. de rescript. in nou.* & sic non fuisse sublata
4 res iudicata, † postquam regulariter non datur remissoria, *Caputaq. decis.51. par.3. Seraph. decis.1308. Rota decis.424. num.1. par.1. in recent. & decis.406. sub num.2. par.2. & sæpè in alijs.*

Nec subsistit quod fuerit cicumscripta decisio facta super validitate dictæ sententiæ liquidatoriæ, &
5 Domini mandauerint de bono iure videri, † sed cum pars non acquiesceret dictæ decisioni, fuit ordinatum vt posset super meritis etiam impugnare decisionem, prout fecit, & fuit responsum vt in decisione subsequenti die 20 Maij 1621.

Neque obstat, quod etiam in iudicio restitutionis
6 in integrum † detur remissoria, quia vltra terminos parti datos in alijs instantijs ad probandum, in hoc etiam iudicio fuit datus semel, & iterum terminus
7 ad docendum de causis restitutionis, † nec in dicto tempore fuit aliquid pro parte D. Ducis deductum. Vnde vlterior dilatio non videtur concedenda, *Cassad. decis.2. de dilat.* qua si videatur ius parti quæsi-
8 tum per tacitam † alterius partis renunciationem,
9 quæ finit labi terminum probationi † præfixum, *Surd. cons.8. num.8. & seq. & cons.358. num.10.* Vltra quod non caret suspicione calumniȩ petere remis-
10 soriam post tot † instantias, ob quam suspicionem solet etiam denegari remissoria, cum præsumatur peti
11 ad † impediendam causæ expeditionem, *Caputaq. decis.59. par.3. Mobed. decis.5. num.3. de prob. Rota decis.321. lib.3. par.3. diuers. & decis.620. in fin. par.4. & decis.495. num.1. & 2. par.2. recent. Seraph. decis.1364. num.4. Mantic. decis.61. nu.5.* & licet ob
12 solam suspicionem † Rota non soleat remissoriam denegare, nisi sit vehemens, vt *in Hispalen. matrimonij coram Sanctiss. quæ est decis.227. num.3. & 5. post 2. lib. consil. Farin.* tamen ex prædictis suspicio
13 † videtur vehemens, stante præsertim re iudicata, *Seraph. decis.1308. sub num.1.* itaut saltem sit neces-
14 sarius † fumus pro exclusione dictæ calumniæ, *Put. decis.366. num.7. lib.2. Cassad. decis.3. nu.2. de dilat. Rota d. decis.272. num.5.*

Et quod tollit omnem difficultatem hic concurrit irreleuantia articulorum, qua data, certum est, non
15 † esse dandam remissoriam ad probandum id, quod probatum non releuat, *l. ad probandum. C. de prob. Caputaq. decis.66. par.3. Mobed. decis.4. num.5. de prob.*

prob. Seraph.decis.1364.num.4. & sæpissimè respondit Rota in aliis causis. Primus enim secundus, tertius, & quartus articuli continentes venditionem bonorum, & eorum identitatem non controuertuntur, & iustificantur ex instrumentis, & certũ est non
16 dari †remissoriam ad proban. per testes, quod potest probari per scripturas, *Aegid. decis.9. sub nu.1. vers. facit,* Rota *decis.10.num.6.de offic. deleg. in nou. cũ aliis in Egitanien. commendæ 18.huius mensis & anni coram me.* Et identitas fuit canonizata in sententia & mandato Rotali ad fauorem Episcopi euincentis, vt etiam fuit dictum in hac causa 28.Maij 1621.coram me.

Quintus articulus continet materiam nouialium, de qua infra, sextus articulus ex primo datis, qui est septimus in articulis reformatis videtur etiam irreleuans, quia intenditur probari per testes quod ab anno 1598. vsque ad annum 1608. quinque possessiones seu prædia, quæ remanserunt emptoribus, dederunt fructus quolibet anno in quantitate, & tantum valorem in lista descriptum, hoc autem decisionibus in causa factis & supra relatis, in quibus fuit firmatũ
17 † attendendum esse valorem de tempore euictionis, & sufficere probationem trium annorum, & de annis 1603. & duobus sequentibus, ideo probatio vltra dictos annos remanet non solum irreleuans, sed etiam
18 †calumniosa ad euitandas rationes, & fundamenta decisionum procurata, *vt in Mediolanen. bonorum 9.Maii 1597. coram bon.me.Card. Pamphilio, & in Vlixbonen. Iuris conferendi 7. Februarii 1607. coram bon.mem.Card.Lancellotto, & in d. Egitanien. commendæ coram me,* & pari ratione euitari potest releuantia sexti articuli in reformatis, in quo deducitur longe minor quantitas fructuum recollectorum de dictis annis 1603. & 1604. & 1605. Quia vltra
19 quod† obstat res iudicata de qua supra, pro qua Domini inclinabant non obstan. quod prætendatur cõmissa causa nullitatis, cum fuerit dictum non adesse nullitatem in decisione 21.Aprilis anni præteriti, de qua supra, prout fuit *dictum in Abulen. Cappellaniæ 9.Decembris, quæ est decis.156. n.8. par.2. in recen.*

Dicebatur etiam articulum tendere ad reprobandum id, quod fuit probatum ex parte actoris, & licet
20 non soleat ex hoc solum denegari † remissoria cum probatio probationem nõ excludat *l. si quidem. C.de except. cum aliis, de quibus in Vicen. Prioratus 4. Nouembr. 1611. coram R.P.D.meo Pamphilio.* Ta-
21 men negari non † potest, quin tali casu requiratur maior fumus quàm in alijs, *vt in Corduben. dimidiæ portionis 16.Iunii 1603. & in Bracharen. parochialis 14. Aprilis 1606. coram Illustriss. Sacrato,* qui fumus in præsenti casu non datur.

Quoad tertium articulum, vel octauum in reformatis, in quo deducitur expensa circa vecturas curruum tàm bladarum, quam vini, cessare videtur releuantia, quia Fluminei †erant Domini Fundorũ, prout erat Serenissimus Dux venditor, & coloni habebant onus deferendi fructus bladarum, & vini ad domum Domini sumptibus suis, prout in multis Italiæ partibus obseruatur.

Circa octauum articulum, & nonum ex reformatis, quatenùs deduci decimam non solui in Terra Milliarij ex leguminibus, & alijs, quæ non legantur dicebatur id tangere interesse Episcopi Ceruien. cui solutæ fuerunt à Flumineis decimæ etiam de istis vigore rei iudicatæ, & mandatorum Rotalium, & cum fuerit resolutum molestias legitimè fuisse Do-
22 mino Duci intimatas, † ipse tenebatur Flumineos defendere, & probare, quod decimæ ex prædictis non essent soluendæ.

Quoad vltimum articulum responsum fuit diuersam esse rationẽ in Episcopo colligente decimas, qui cum non sit Dominus fundi, non mirum si facit aliquam impensam in decimis exigendis, vnde etiamsi hoc probaretur, non releuaret cõtra Flumineos, qui ante euictionem erãt Domini fundorum locatorum,
23 & coloni conuehebant †fructus ad domum Domini tàm decimales, quàm non decimales, vt supra dictũ est, & quatenus addebatur adesse consuetudinem vt eidem impensæ fiant circà decimas etiamsi spectet
24 ad fundi Dominos debuisse dari aliquis fumus, †ne ex imaginatis materijs fiant articuli releuantes, *Rota decis.319 num.2.par.2.diuers.& fuit dictum in Pampilonen. parochialis 4. Februarii 1605. corã Sanctiss.* D.*N.* præsertim cum detur fumus de hoc in contrarium, vt fuit firmatum in vltima decisione.

Restat quintus articulus particulariter reseruatus per Dominos, in quo articulatur multas terras ex venditis, & valles fuisse redactas ad culturam vsque ad tempus euictionis, & postea, vnde cum in senten-
25 tia fuerit comprehensum† pretium decimarum, etiã istorum noualium, & tamen quando venditur decima bonorum, non intelligitur vendita decima noualium, *cap.tua 1. §. fin. vbi Hostiens. nu. 3. Butr. numer.9. de decim. Caßan. cons.34. num.17. Rim.iun. cons.169.in 1.dub. lib.2.Rebuff de decim.q.14.* si certè probabitur reductio ad culturam, sententia rema-
26 nebit † excessiua, & sic articulus videtur releuans.

Verum hoc non obstante, Domini concluserunt oppositum in hoc casu, & neque ex hoc capite censebant dan. esse remissoriam, quia præterquam quod
27 nullus datur †fumus, quod adsint asserta noualia, prout videtur necessarium stante re iudicata iuxta *decisionem Seraphin* 1308. *cum aliis supra adductis,* immo pro parte hæredum datur in contrarium attestatio iurata multorum senum, quod in Castaldaria, bonis, & pertinentijs Milliarij nunquam fuit, nec nunc est vlla vel minima quantitas noualium, idest terrarum de nouo reductarum ad culturam, neque vnquam aliás cultarum, quæ attestatio satis inseruit pro fumo, *Rota decis. 183. in princ. par.1. diuers.* & ad elidẽ fumum contrarium quatenus adesset, dicebatur etiã quod quatenus probaretur pro parte Serenissimi Ducis adesse noualia, non releuaret, nã in venditione facta Flumineis fuerũt venditæ possessiones palatium, valles, & omnia, & quæcumque bona immobilia, exemptio, decima, & ius decimandi, & fructus decimales habendi, colligendi, percipiendi, Castaldariæ villæ Milliarij in districtu Ferrariæ, quæ omnia ipse Serenissimus Dux titulo dationis in solutum, & permutationis acquisiuit ab Illustrissimo D. Aloysio Cardinali Esten̄ eius fratre, sub qua venditione non solum comprehenduntur decimæ, & ius decimandi terrarum ab antiquo cultarum, sed etiam noualia, tum quia est facta venditio de iure quodam vniuersali in certo territorio ab habente potestatem trãsferendi decimas, seu ius decimandi, vt supponitur stante Bonifaciana, quo casu
28 censetur †translatum totum ius, quod erat penes transferentem, ideo sicut D.Dux potuisset percipere decimam ex noualibus, ita idem potuit ille, in quem ius istud vniuersale translatum est, vt considerat *Decian.*

cian.respons.22. num.32. 33. & 34. lib. 1. quem se-
quitur *Bertazzol.cons.ciuil.72. nu.* 10. *& seqq. Rim.
iun.cons.*504.*num.*19.*&* 20. Tum quia hic fuit ven-
dita decima, & ius decimandi, quo casu intelligi-
tur concessa non solum decima de præsenti, sed de
29 futuro, ne illud verbum, & ius decimandi sit † su-
perfluum, vt in puncto idem *Dec.d. respons.22.n.36.*
& licet ibi adesset verbum tota decima, tamen ibi fit
vis in venditione iuris decimandi adiecta præter to-
tam decimam, & tanto magis prædicta videbantur
amplectenda. Quia fuerunt comprænhensæ valles in
venditione, & bonificatio futura earumdem valliũ,
pro qua fuit conuentum, etiã particulare, & separatũ
pretium, taxandum per peritum vtriusq. partis, quod
fuit postea solutum in scutis duobus millibus, vnde
30 videntur † etiam comprænhensæ decimæ nouallium,
quæ solent ex vallibus ad culturam redactis percipi.
Passett cons.20.num 4. *Rot. decis.*223. *par.2. in rec.*
quatenus probaretur ista vallium redactio ad cultu-
ram, quæ tamen non probatur, sed solum articula-
31 tur. Et ideo † non obstat *cap. tua de decim. cum
alijs supra allegatis*. Quia vltra quod procedunt in
32 concessione decimarum facta laicis, & † sic incapa-
cibus, quæ incapacitas cessat hic vigore Bonifatianę,
vt dictum est, & tradit *Rim. iun. cons.*429. *num* 24.
& seq. cessat obiectum, stante cessione iuris vniuer-
33 salis, † & iuris etiam decimandi ponderati vt supra,
non obstat, quod venditio sit restricta ad decimas ex
34 terris cultis, quia talis † restrictio non legitur in
Instrumento, cum imo fuerint etiam valles venditæ
etiam cum cogitatione bonificationis de ijs facien-
dæ, vt supra dictum est.

Nec rursus obstat, quod venditio fuerit facta cum
35 relatione ad æstimationem, & mensurationem † fa-
ctam per Venturinum, & Ferrum, & respectu valliũ
per d. Venturinum, prout secuta videur diuersa
æstimatio respectu aliarum terrarum, & decimarum,
quæ ex his percipiuntur, & respectu vallium, ex quo
36 infertur, † quod in prima venditione non fuerint
comprænhensæ decimæ vallium. Quia fuit responsũ,
imò fuisse etiam expresse venditas valles, vt supra,
& in relatione priorum peritorum, etiam fit mentio
vallium, & æstimantur in libris duobus pro singulis
37 starijs, licet † fuerit omissa mensuratio, quia de eo
tempore erant sub aquis, vt in dicta relatione. Se-
cunda verò relatio solius Venturini continet solam
mensurationem earumdem vallium postea exsicca-
tarum, non autem æstimationem, vel vallium, vel
decimarum, quarum sufficiens æstimatio præcesserat,
38 vnde cum † secuta fuerit postea venditio vniuersa-
lis omnium bonorum, vallium, decimarum, & iuris
decimandi in dicta villa Castaldaria, videtur dicen-
dum fuisse comprænhensam, etiam decimam vallium
ex supra deductis. Et ita fuit decisum, &c.

☞ *In hac causa adest supra altera decisio sub die
12. Iunij* 1620. *coram eodem bo.me. V baldo, est in
ordine decisio* 227.

REVERENDISS. COCCINO.

Carinolen. Præceptoriæ.

Veneris 29. Aprilis 1622.

ARGVMENTVM.

Ob Regul. 44. Cancellar. & non ad perfectionem gratiæ
concessæ à Papa ante expeditionem litterarum
Apostolicarum, requiritur nouus consensus eam pe-
tentis, itaque si absque eo litteræ expeditæ fuerint,
non tenet expeditio, itaque licita erit pœnitentia.
Vtens iure suo, quando nihilominus teneatur ad ex-
pensarum refectionem parti, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Apostolicæ antequam super aliqua gratias expediantur, requiritur nouus consensus.*
2 *Litteræ Apostolicæ ante præstitum nouum consensum non tenent.*
3 *ad Gratiæ Papæ validitatem nouus consensus ante expeditionem literarum, non requiritur ad d. gratiæ perfectionem, sed ob regul.* 44. *Cancell.*
Gratiam à Papa, si quis obtinuerit ante præstitum nouum consensum, est locus pœnitentiæ. num.3.
4 *Supplicatio gratiæ per Papam signata habet in se tacitam conditionem, quatenus pars in eadem voluntate, vsque ad consensum præstandum ante expeditionem literarum permanserit.*
5 *per Capitula separata non dicitur aliquid in concordia positum, si omnia respiciant vnitatem instrumenti, & simul sint correspectiua.*
6 *Litis cessio in beneficialibus, licet teneat sine Beneplacito Apostolico, quando est gratuita, tamen secus est, quando aliquid datur, vel promittitur.*
7 *Damnum, quis pati non debet ex culpa alterius.*
8 *Pœnitentia, quando est licita, quis non tenetur ad refectionem expensarum.*
9 *Sanchez de matr. lib.5. disput.5. num.33. in quibus terminis loquatur.*
10 *Spiritu DEI, quæ aguntur non sunt sub lege.*
11 *Iure suo, quando quis vtitur, nemini facit iniuriam, & quando id procedat.*
12 *Iure suo, si quis vtitur, & lædit ius tertij, quia debito modo non vtitur, tenetur ad præstandum interesse.*
13 *à Concordia inita, dato, vt quis possit resilire, & facto ab ea resiliat absque legitima causa, licet id possit, tamen tenetur ad interesse alteri parti.*

DECISIO CCCLXXXII.

☞ FVIT inita concordia super Præceptoria, de
qua agitur, & renunciatum liti, & causæ, &
post signatam supplicationem, sed ante præstitum
consensum D. Equitem Mutum pænituit, & perijt
admitti ad prosecutionem causæ olim pendentis, sed
cum Eques Hierutius se opposuerit, & diceret ob-
stare concordiam, super hoc consului Dominos, qui
censuerunt dictam concordiam non obstare refectis
tamen prius expensis factis per dictum Equitem
1 Hierutium. Ratio primi dicti fuit, quia † per regu-
lam Cancellariæ 44. ante expeditionem litterarum
requiritur nouus consensus, ibi, *Apostolicæ litteræ
nullatenus expediantur, nisi resignans, &c. expresse
cõsenserit*, quare actus factus etiam signata supplica-
2 tione, vel expeditio litterarũ † ante præstitum nouũ
consensum non valent, *vt dicit Glossator antiquus
super dicta regula, Cotta decis.* 16. *Mohed. decis.28.
de renunciat. Put. decis.*15. 17. *&* 19. *de renunciat.
Crescent. decis.1. num.1. de concess. præben. Sarnen.
in reg. de infirm. quæst.31. num.2. in fin. Paris. de re-
sign. lib.1. q.12. num.16. Gabr. cons.194. nu 3. lib.1.*
3 qui concludunt nouum consensum † requiri non ad
perfectionem gratiæ, sed ad dictam regulam Cancel-
lariæ

lariæ 44. de consensu præstan. & proprerea ante præstitum dictum consensum, est locus pœnitentiæ, quia
4 supplicatio † per Papam signata censetur habere tacitam conditionem, quatenus pars in eadem voluntate vsque ad consensum præstandum ante expeditionem litterarum permanserit. *Gabr. d.cons.194. num.3.& 4.& cons.186.num.4.& 20.lib.1. Crescen. d.decis.1.de concess. præben.* & latè prosequitur *Paris.de resign.lib.1.q.12.num.16.& seq.* & fuit dictum in *causa Marsicana pensionis 26.Ianuarij 1611. coram me.*

Non obstat quod renunciationes fuerint factæ per capitula separata, & ideo dato quod non teneat cessio Iuris, tenet tamen cessio litis, quia hoc non est
5 verum, cum † tam cessio Iuris, quam cessio litis respiciat vnitatem Instrumenti, & sint correspectiua ad reseruationem pensionis, & ad dimissionem tituli. *Gabr.cons.168.num. 2. lib.2.* & propterea cessio litis absque beneplacito Apostolico non sustine-
6 tur: quia † licet cessio gratuita sustineatur, secus tamen est quando aliquid datur, vel promittur, nisi interueniat beneplacitum Apostolicum. *cap. 2.super hoc, de renunciat.cap.cum pridem.cap.fin.de pact. cap.1.de offic. deleg.cap.tua nos.de symon.*

Ratio vero secundi dicti, quare dictus Eques Mutus teneatur reficere expensas factas per D. Equitẽ Hierutium ea fuit: quia cum concordia non sortitur effectum culpa ipsius Equitis Muti, non est æquum,
7 † quod ex culpa alterius d. Eques Hierutius damnum patiatur, *l. si pecuniam 5. de condit. caus. dat. Guttier.canon.quæst.lib.1.cap.22. num.18. in fine. Gonzal ad regulam 8 gloss.12.num.83.* & in puncto est *decisio* Putei *343. num.5.lib.1.in nou.*

Neque obstat quod si licita est pœnitentia, non te-
8 netur † ad expensas, *ex reg.nullus 55.ff. de reg. iur.* nullus enim videtur dolo facere, qui suo iure vtitur, *& in terminis nolentis contrahere matrimoniũ post dispensationem* Sanchez.*de matr.m.lib.5. disp.5.nu. 33. quia vt videre est num. 32.* Sanchez loquitur
9 † quando alter ex contrahentibus ingreditur Religionem, quod est quid diuersum, qui enim spiritu
10 Dei aguntur, non sunt sub lege, † vel quando alter notabiliter sit deformis, & sic quando res deducitur ad casum à quo incipere non potuit, tunc enim
11 pars vtitur iure suo, † & nemini facit iniuriam, sed quando, prout in casu, iusto iure suo vtens lædit
12 ius alterius quia † debito modo non vtitur, tenetur ad præstandum interesse. *Philippus Matthæi in dicto cap. nullus num. 18. & Io. Ferrarius col. 2. in fin. vers. quod sic tamen,* in proposito autem licet dictus
13 Eques Mutus possit † resilire à concordia, tamen cum hoc faciat cum damno partis absque legitima causa potest quidem, sed refecto prius damno, *& hoc expressè etiam tenet Sanchez loco proximè allegato num.34 & lib.8.d.disput.36. num.6.*

Et ita conclusum, &c.

** In hac causa coram eodem bo.me. Coccino habetur altera decisio, supra in par.3. recent.sub die 28.Nouemb.1616.est decisio 353.*



REVERENDISS. MANZANEDO.

Patriarcha Hierosolymitano.

Romana Deuolutionis Domus.

Veneris 29. Aprilis 1622.

ARGVMENTVM.

Deuolutioni emphyteusis non est locus, ob eius alienationem factam nõ ex facto emphyteutæ, sed creditorum, & mandato Iudicis, & quid si emphyteuta fuerit in culpa, obligando emphyteusim. Caducitati ob lineam finitam non dicitur factus locus, dum aliquis superest ex dicta linea, itaque intret ius accrescendi, & quando istud ius intrare dicatur. In emphyteusi præsumuntur facta melioramenta conuenta per emphyteutam stãte cursu longissimi tẽporis, vel saltem dicitur præscripta actio contra Dominum, idque multò magis procedit, si tempore medio canones fuerint soluti, & per Dominum recepti.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta non dicitur incidisse in caducitatem per subhastationem rei emphyteuticæ ad instantiam creditorum factam, cum mandato Iudicis.*
2 *Emphyteuta dum non alienat emphyteusim ex facto suo, non incidit in caducitatem.*
3 *Emphyteuta quando dicatur causam dedisse alienationi emphyteusis, licet secuta fuerit ex facto creditorum, & mandato Iudicis.*
4 *Emphyteusis hypotecatio est eodem modo probibita, sicut ipsa alienatio, etiam sub pœna caducitatis.*
5 *Obligatio generalis omnium bonorum non comprehendit bona probibita alienari, & quando alienans incurreret caducitatem.*
6 *Caducitati ob lineam finitam non est locus, quoties aliquis extat ex dicta linea.*
7 *Ius accrescendi inter plures inuestitos intrat, quotiescunque adsunt verba insolidum, aut alia distributiua, quæ idem importent. & num.8.*
9 *Dictio, seu alterum eorum superuiuentem, posita in inuestitura concessa pluribus, est distributiua & inductiua iuris accrescendi.*
10 *Participium, quid importet.*
11 *Ius accrescendi, quod intret inter plures inuestitos quando non sit dubitandum. & num.13.*
12 *in Inuestitura, si adsit clausula, vt extincta generatione inuestita res reuertatur ad Dominum, ex clausula arguit, vt donec aliquis viuit ex comprebensis in d.generatione, res non reuertatur ad Dominum, sed inducatur ius accrescendi. & n.14*
15 *Melioramenta cõuenta ex cursu longissimi tẽporis præsumuntur facta, aut saltim præscripta actio.*
16 *Actio omnis realis spatio 30.annorum præscribitur.*
17 *Melioramenta quædã in emphyteusi, si inuestitus obligauerit facere, dato, vt ea non conficiat, & canones soluti, & recepti fuerunt pro parte Domini, ex hoc inducta censetur caducitatis remissio.*

DECISIO CCCLXXXIII.

CVM proposuissem istã causam 17. Iunij 1619.* super mandato de manutenendo, & Cæsare tantum informante, fuisset pro illa capta resolutio, & postea vtraque parte informante super eisdem eam proposito 4. Februarij 1620. fuit dictum, quod vide-

videretur de bono iure, super quo 25. Iunij 1621.*
causam iterum proposui, & Monasterium funda-
uit suam intentionem in deuolutione ex diuersis ca-
pitibus, tunc fuit dictum, deuolutionem non intra-
re, quoad canonem non solutum, & quod de alijs vi-
deretur. Vnde hodie super alijs dubitatum fuit, &
pro parte Monasterij ex tribus deuolutio prætende-
batur, nempè ob alienationem mansiunculæ istius
domus irrequisito Domino directo factam. Secun-
do ob finitam lineam per mortem Francisci, & An-
tonij fratrum, qui primo loco fuerunt inuestiti. Ter-
tio, & vltimo ob non obseruantiam pactorum respi-
cientium melioramenta conuenta. Quoad primum
non potest dubitari in facto de alienatione irrequisi-
1 to Domino facta † attamen instantibus creditori-
bus Antonij, & auctore Iudice, & sic coactè fuit
subhastata, & deliberata pars domus, quo casu non
2 causatur † caducitas, cum non ab emphyteuta facta
videatur, *Afflict. decis. 191. num. 2. & 4. Corbul. de
caus. priuat. ob alienat. limit. 23. nu. 1. & seq. Surd.
decis. 220. num 39. & seq.*

Non obstat, quod caducitas nedum deducatur ex
3 illo actu † iudiciali subhastationis, & deliberationis,
sed etiam ex ipsa hypothecatione voluntariè facta
4 per Antonium, quæ eodem modo † prohibita est
etiam sub pœna caducitatis, quo & ipsa alienatio,
fuit enim responsum de tali speciali hypotheca non
5 constare, & obligationem generalem omniū † bono-
rum non comprehendere bona prohibita alienari,
& quando alienans incurreret caducitatem. *Bald. in
l. voluntas num. 14. de fideicommissis Rapha. cam. in
cons. vlt. num. 4. Alex. cons. 41 num. 2. & cons. 95. n. 1.
lib. 6. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 28.
num. 54.*

Quo verò ad secundum caput deuolutionis ob li-
neam Francisci, & Antonij finitam, visum fuit non
6 intrare, quia Cæsar probat † se filium Antonij inue-
stiti ex fide Baptismi data; tum etiam quia non con-
stat de morte Francisci, vnius ex duobus fratribus
inuestitis, & quamuis constasset, non obstaret, quia
versamur in casu, quo est locus iuri accrescendi ta-
liter vt cuilibet contrahentium, seù comprehenso-
rum in tertia generatione viuenti sit locus dicto iu-
ri accrescendi, vt esset reuersio ad Ecclesiam, quod
7 probatur, quia quotiescumque † in inuestitura con-
cessa duobus fratribus adsunt verba in solidum, aut
alia distributiua, quæ idem important, intrat hoc ius
accrescendi, *ad textum in l. hoc articulo, ff. de hæ-
red. instit. l. si pluribus, & ibi glos. in verbo si est om-
nes, ff. de leg. 2. Bero. cons. 55. num. 7. lib. 2 Laderell.
cons. 40. num. 7. Aldobr. cons. 68. num. 7. lib. 1. Man-
tic. de tacit. & ambig lib. 22. tit. 34. num. 28.* & fuit
dictum *in vna Foroliuien. Bonorum 14. Decembris
1618. coram Domino meo Remboldo*, sed sic est, quod
8 in Inuestitura prædictis fratribus concessa ad tertiam
generationem † ipsorum videlicet ad vitam ipsorum
Francisci, & Antonij, & filiorum suorum masculo-
rum, & nepotum, & in defectum eorum generatio-
nis ad tertiam nominationem similiter ab istis fra-
tribus incipien. videlicet ad vitam ipsorum fratrum,
& alterius per eorumdem per ipsos fratres, seu alte-
rum eorum superuiuentem nominan., quæ dictio su-
9 per alterum eorum superuiuentem † nominan. est
distributiua, & inductiua iuris accrescendi, *vt benè
tradit Bald. in cons. 251. num. 2. vers. sed tenor scri-
pturæ lib. 2. & num. 3. Corbul. de caus. priuat. ob fin.*
finit. num. 21. & seq. quod magis denotat illud par-
10 ticipium, seù per alterum eorum superuiuentem, ex
quo datur intelligi altero ex inuestitis, seu compræ-
hensis in tertia generatione superuiuenti illi compe-
tere Ius accrescendi, quod clarius confirmatur ex
11 eadem inuestitura habente clausulam, † ita, quod
extincta dicta generatione, seu nominatione tertia
in defectum dictæ tertiæ generationis domus prædi-
ctæ redeant ad Monasterium, quæ clausula arguit
actum esse, vt donec aliquis viueret ex ibi expressis
12 domus non reuertatur ad Ecclesiam, † sed induca-
tur Ius accrescendi, seu non decrescendi, *vt notat
Specul. in tit. debeat §. nec aliqua q. 155. num. 183.
Roman. in cons. 19. Ias. in l. 2. q. 17. num. 201. C. de
iur. empbit. Paul. de Castr. cons. 46. num. 1. lib. 2.
Alex. cons. 17. num. 9. lib. 5. Corbul. vbi sup. num. 89.*
vbi de communi, & plures pro ista sententia adducit,
& de communi testantes. Clarum est enim contra-
13 hentes voluisse domum reuertere ad † Ecclesiam,
nisi post mortem dd. duorum fratrum inuestitorum,
& reliquorum omnium in tertia generatione, seu
tertia nominatione compræhensorum, & ante re-
uersionem debere domum peruenire ad omnes su-
14 pradictos, ita vt ante casum † reuersionis specifica-
tum intret Ius accrescendi, seu non decrescendi ad
fauorem supradictorum, ex doctrinis supra alle-
gatis.

Quoad tertium caput propter melioramenta cō-
uenta non facta, fuit responsum, quod cum ista con-
cessio emphyteusis fuerit facta de anno 1550. per
cursum 70. annorum, qui effluxerunt, præsumuntur
15 † dicta melioramenta facta, aut saltim actio præ-
16 scripta cum omnis actio † realis spatio 30. annorum
præscribatur. *Gabr. de præscript. concl. 7. per tot.* Tum
17 etiam quia cum isto medio tempore fuerint † Ca-
nones soluti, & recepti pro parte Monasterij, ex
quo inducta censetur prædictæ caducitatis remissio,
*vt post Dec. cons. 324. num. 3 vers. sed explicari potest.
not. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit 33. nu. 10.
vers. simili modo. Corbul. de caus. priuat. ob alien.
limit. 40.* vbi plures adducit, videtur hodie non esse
locum caducitati ex dicto tertio capite.

Ex quibus non constare de bono iure Monasterij
fuit resolutum &c.

** Decisiones istæ in hac causa emanatæ sub diebus
17. Iunij 1619. & 25. Iunij 1625. coram eodem
Reuerendiss. Manzanedo, habentur infra in Appen-
dice, post decisiones anni 1626.*

REVERENDISS. COCCINO.
Maceraten. Saluiani.

Veneris 29. Aprilis 1622.

ARGVMENTVM.

Interdictum, retinendæ, competit possessori de tempo-
re motæ litis, qualis est ille, qui à parte fuit occupa-
tor, & detentor nominatus, nam præsumptio cum
sit pro possessore, vt non sit occupator, ideo reiecta
illa qualitate occupationis remanet possessio proba-
ta per confessionem partis, quæ probatio superat om-
nes probationes. Iudex quando nulliter, & noto-
riè iniustè dicatur procedere, quando agitur vigore
Saluiani. Sententiæ nullitas est satis clara, quando
sine citatione fuit lata.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum retinendæ competit possessori ante motam litem.*
2 *Possessio probatur ex confessione partis aduersæ, etiam ad effectum manutentionis.*
3 *Possessor habet pro se præsumptionem, quod non sit occupator.*
4 *Confessio partis, quod eius aduersarius occupet possessionem, illa qualitas reijcitur, & remanet confessio, quoad possessionem.*
5 *Sententia nulla, & notoriè iniusta, non potest quem priuare sua possessione.*
6 *Iudex, si nulliter procedat priuando quem sua possessione, dum ille non habet se pro spoliato, potest petere manutentionem.*
7 *Sententia, dum est lata vna die, & citatio cadebat altera, non tenet. & num. 8.*
9 *Confessio partis, quando adest, non attenditur fides Notarij.*
10 *ad Immissionem vigore Saluiani, Iudex nulliter dicitur procedere non consito de primo extremo.*
11 *in Saluiano est necessarium probare creditum, cum sit primum extremum.*
12 *ex Clausulis salutaribus libelli, si quis non potest obtinere vna via, poterit alia via procedere.*
13 *Clausulæ generales libelli, si numquam fuerunt deductæ ad speciem, signum est euidens, quod fuit actum pro eo, quod principaliter fuit intentatum.*
14 *ex Actibus æquiuocis certum quid non probatur.*

DECISIO CCCLXXXIV.

FVIT resolutum Antonio Ciccolino dandum esse mandatum de manutenendo; interdictum
1 enim retinendæ competit † possessori de tempore litis motæ. *§ bodie instit. de interd.* qualis est D. Antonius, cum Compagnoni illum vocent detentorem,
2 & occupatorem, & sic ex confessione partis † illius possessio benè probatur etiam ad effectum manutentionis. *Ruin. cons. 115. num. 16. vol. 5.* cum enim ha-
3 beat præsumptionem † pro se, quod non sit occupator. *Aym. cons. 150. num. 5.* illa qualitas, quod sit oc-
4 cupator potest reijci, & remanet confessio † circa possessionem. *Bart. in l. Aurelius, §. idem qui nu. 2. ff. de libertat. legat.* & fuit resolutum *in causa Pennen. & Adrien. beneficiorum 4. Iulij 1584. coram bo. me. Cantuccio, quæ est decis. 802. num. 1. par. 1.* quam passim Rota sequitur.

Non obstat sententia lata in iudicio immissionis
5 contra Antonium, quia † cum sit nulla, & notoriè iniusta, ipsum sua possessione minimè priuauit, itaut
6 cum non habuerit se † pro spoliato possit petere manutentionem. *Ripa in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 60. & 61. & seq. de acquir. possess. Bald. cons. 135. nu. 2. lib. 2. Ruin. cons. 17. nu. 4. & 5. lib. 5. Put. decis. 409. in fine, lib. 2. Seraph. decis. 1041. nu. 3. Rota decis. 630. num. 1. & 2. par. 2. in recent.* Nullitas autem videtur clara, quia sententia fuit lata die
7 21. & tamen citatio † ad sententiam fuerat facta die 23. pro die 24. *Cardin. in clem. sæpè, §. & quia num. 17. de verbor. signific. Bartol. cons. 176. nu. 1. & 2. lib. 1.*

Neque placuit quod adera citatio ad sententiam pro die 21. in qua die fuit lata sententia, vt patet ex data sententiæ, & fide Notarij, quia fuit responsum,
8 quod † cum citatio facta fuerit die 23. ad sententiam pro die 24. aderat confessio partis, quod die 21. non fuit lata sententia, & postea vigore illius citationis
9 non potuit amplius ferri sententia, cum iam † esset elapsa dies; nec datæ sententiæ, & fidei Notarij est standum; quia hæc conuincuntur ex confessione partis, quæ die 23. citauit pro die 24. ad sententiam.

Notoria quoque iniustitia est euidens, quia Iudex immissionem concessit, donec pars fuerit satis-
10 facta de credito dotis maternæ, & tamen de † primo extremo, hoc est de isto credito non constat, quia cum Compagnoni prætēderent dotem esse florenorū 5000. fuerunt tamen graduati pro florenis 2000. & quamuis postea per aliam sentētiam fuerunt graduati pro alijs florenis 3000. tamen ipsi postea solemniter huic sententiæ renuntiarunt, quare cum
11 deficiat † primum extremum, nempe creditū, quod est necessarium in Saluiano. *Angel. Aretin. in § item seruiana. in fin. Institut. de action.* negari non potest, quin sententia remaneat notoriè iniusta.

Neque est verum quod ex clausulis salutaribus li-
12 belli, si non potuerant † obtinere in Saluiano pro dote, potuerunt obtinere pro pretio non soluto per Ciccolinum, quia (quicquid dicendum sit de hac nō solutione, cum Ciccolinus prætendat se soluisse creditoribus anterioribus) tollitur obiectum, ex quo illæ clausulæ nunquam fuerunt deductæ ad speciem,
13 † signum euidens quod fuit actum pro eo, quod principaliter fuit intentatum, scilicet pro dote materna.

Nec releuat quod reperiantur producta instrumēta crediti pretij bonorum venditorum Ciccolino, quia nihilominus ex prædictis non constat fuisse
14 actū † Saluiano occasione illius pretij, & potuerunt produci ad effectum ostendendi, quod Ciccolinus possidebat bona pro dote hypothecata, pro qua Compagnoni agebant Saluiano.

Et ita conclusum, &c.

REVERENDISS. COCCINO.

Bononien. Fideicommissi de Lucio.

Lunæ 2. Maij 1622.

ARGVMENTVM.

Per fideicommissum, vt quis succedere possit, quidnam sufficiat, & quando substitutio dicatur compendiosa, quamuis in ea desit dictio, quandocumque. Descendens ex filia Testatoris ad effectum, vt quis succedat ad fideicommissum ad illorum fauorem constitutum, qualiter id probare possit. Viuere, quis non præsumitur vltra centum annos.

SVMMARIVM

1 *per Fideicommissum, vt quis possit succedere, sufficit, quod hæredi sit substitutus absque eo, quia fuerit dictum per fideicommissum.*
2 *Substitutio, quando dicatur compendiosa, licet non sit additum verbum, quandocumque.*
3 *Verbum, substituit, est commune.*
4 *Verbum, substituit, continet nedum substitutionem vulgarem, sed etiam fideicommissariam.*
5 *de Fideicommisso claro, quando constat, tunc videndum est an sit purificatum ad fauorem eius, qui in eo prætendit succedere.*
6 *Filius alicuius an quis sit, ex quo probari possit. & num. 7. & 8.*

9 *Matrimonium inter aliquos, an fuerit contractum probari potest ex pluribus simul iunctis.*
10 *Enunciatiuæ quando sunt modernæ, licet regulariter loquendo in præiudicium tertij non videantur probare.*
11 *Tamen quando sunt plures, vehementes, & vrgentes, ex his oritur plena probatio, etiam contra tertium.*
12 *Viuere nemo præsumitur vltra centum annos.*
13 *de Filiorum deficientia illius, qui sine eis mortuus est, perperam agitur.*
14 *Exceptio de iure tertij admittitur in aditione hæreditatis.*
15 *Mortuus quis verisimiliter præsumitur, si agatur de tempore 90. annorum.*

DECISIO CCCLXXXV.

HIERONYMVS testator instituit filios masculos nascituros, & eis non extantibus, vel non nasciturìs, vel natis, & quandocumque morientibus sine filijs masculis, &c. instituit Ludouicum, & fratres eius patrueles, & casu quo ipsi patrueles decederent nullis filijs masculis relictis, vel ita decederent eorum descendentes vltimo sic descendenti substituit Catharinam, & Lauram eius filias, & eis mortuis, vel altera, substituit earumdem filios, descendentes vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum. Quare hodie Iulius Cæsar, & fratres de Turri nepotes ex Hieronymo filio prædictæ Catharinæ agunt ad huiusmodi fideicommissum, & cum verba vocationis satis sint clara, nullus est dubitationi locus, quod constat de fideicommisso ad eorum fauorem, sunt enim substituti vulgariter, pupillariter, &
1 per fideicommissum, cum ad hoc, vt per fideicommissum possent † succedere, sufficeret quod substituisset filios descendentes absque eo, quod dixisset
2 per fideicommissum; quia ista substitutio est compendiosa, † etiam quod non sit addita dictio, quandocunque. *Gloss. in cap. si pater. in verbo. absque deductione, vers. compendiosa fit verbis. de testam. in 6. Put. decis. 351. in princ. lib. 3. in nou.* & propterea
3 cum habeat verbum, substituit, † quod est commune, *l. iam hoc iure, §. quod ius. vbi Castrens. num. 4.*
4 *ff. de vulgar. & pupill.* continet nedum † substitutionem vulgarem, sed etiam fideicommissariam. *Ruin. cons. 171. num. 8 lib. 2.*

Stante igitur fideicommisso claro, punctus difficultatis consistit in tribus. Primo vt videatur an fi-
5 deicommissum † sit purificatum ad fauorem descendentium ex filiabus testatoris. Secundo, an probetur descendentia Iulij Cæsaris, & fratrum à Catherina, mediante persona Hieronymi filij. Tertio, an Iulius Cæsar, & fratres possint agere ad totum fideicommissum, ex quo Hieronymus testator reliquit nedum Catharinam, sed etiam Lauram filiam, & ipsa Catharina nedum habuit Hieronymum, sed etiam Andream filium.

Quantum attinet ad primum, purificatio fideicõmissi satis fuit probata in hac *causa sub die 27. Ianuarij 1621. vt in decisione coram Illustriss. D. meo Cardinale Sacrato, extensa per R. P. D. meum Verospium*, quæ satisfacit omnibus obiectis, nec in hac parte impugnabatur. Quantum attinet ad secundum cum satis ex testibus probatum sit Iulium Cæsarem,
6 & fratres esse filios Hieronymi, restat solũ videre an probetur Hieronymũ fuisse filium Catharinæ † ex fide Baptismi constat Hieronymum fuisse baptizatum de anno 1533. tamquam filium Alexandri de Turri, & quamuis non dicatur ex Catharina eius vxore, tamen hoc satis probatur, quia de anno 1529. Alexander de Turri accepit à Hieronymo Lucio cer-
7 tas pecunias † ad computum dotis, & in eodem instrumento dicitur: & pro matrimonio proximè contrahendo, & comprobatur tàm ex testamento Hieronymi fideicommittentis, in quo reliquit dictæ Catharinæ eius filiæ nominatim vxori dicti Alexandri
8 de Turri ducatos 50. quam ex † Inuentario bonorũ dicti Hieronymi ab authoribus partis aduersæ confecto, in quo inter debita ponunt legatum supradictũ sub verbis, *Item Alexandro de Turri marito Catharinæ filiæ prædicti Testatoris, &c.* vnde ex omnibus simul iunctis oritur verisimilis coniectura, quod matrimonium inter Alexandrum, & Catharinam fue-
9 rit † contractum ante natiuitatem Hieronymi, & quod Hieronymus ex eodem matrimonio sit natus, cum de anno 1538. Alexander prædictus, defuncta Catharina, adiuit hæreditatem nomine Hieronymi, & Andreæ filiorum legitimorum, & naturalium ipsius Alexandri, & Catharinæ, & dictus Hieronymus de anno 1561. tamquam filius legitimus, & natura-
10 lis Alexandri matrimonium contraxerit, quæ † enũciatiuæ cum sint modernæ, licet regulariter loquendo in præiudicium tertij non videantur probare, ta-
11 men cum † sint plures, vehementes, & vrgentes ex his omnibus simul iunctis oritur plena probatio, quod Hieronymus fuerit filius Catharinæ, *l. qui sententiam. C. de pœnis. Soccin. sen. cons. 187 num. 17. vers. nam ex pluribus. lib. 2. Aym. cons. 73. num. 19. & cons. 178* & fuit resolutum *in causa Oscen. Archidiaconatus 10. Iunij 1602. coram bo. me Card. Lancelotto iun.* & in puncto descendentiæ fuit latè deductum *in causa Maceraten. hæreditatis 13. Februarij 1609 coram R. P. D. meo Manzanedo*. Quantum attinet ad tertiam difficultatem, quia scilicet ex Hieronymo de Lucio testatore remanserunt Catharina, & Laura, cum eius testamentum fuerit factum de anno 1529. & de illo tempore erat nupta. Vnde
12 cum † nullus præsumatur viuere vltra centum annos. *Menoch. præsumpt. 49. num. 1. lib. 6. Gabr. de præsumpt. conclus. 16. num. 3.* & cum non constet
13 habuisse filios, non est † agendum de illorum deficientia. *Aldobrand. cons. 80. num. 5 lib. 1. Put. decis. 43. lib. 1. in nou.* Quo vero ad personam Andreæ fra-
14 tris Hieronymi placuit Dominis † quod possit dari de iure ipsius. *Pereg. de fideicom. art. 43. num. 59. & fuit dictum in causa Bonon. de Guidalottis 3. Aprilis 1615. coram R. P. D. Caualerio*, attamen cum existentia dicti Andreæ probetur ex aditione hæreditatis Catharinæ de anno 1538 facta per Hieronymum de Turri patrem, & cum vsque ad hæc tempora effluxerint 84. anni, & de eo tempore dictus An-
15 dreas esset natus, † agitur de tempore 90. annorum in circa, vnde visum fuit Dominis adesse verisimilitudinem obitus, quare ordinarunt, quod in causa procedatur ad vlteriora, & interim aliquantulum coadiuuatur probatio super obitu Andreæ.

Et ita conclusum standum esse in decisis sub die 27. Ianuarij 1621. coram Illustris. D. meo Cardinale Sacrato, &c.

☞ ** Infra in eadem causa habetur altera decisio sub die 27. Iunij 1622. coram Coccino.*

R. P. D. V B A L D O.

Cremonen. Pensionis.

Lunæ 2. Maij 1612.

ARGVMENTVM.

Plura in hac magistrali decisione deducuntur vtrum annotatio solutionis pensionis facta à Mercatore à tergo cedulæ banchariæ probet actualem numerationem necessariam ad constituendum pensionariũ in quasi possessione exigendi, ita vt ea mediante in ea veniat manutenendus. Pensionis solutio aliter, quam per instrumentum probari potest. Mercator, qui dedit cedulam banchariam ad effectum soluendi pensionem, an dicatur propriè fideiussor, vel constitutor, & vtrum dictus Mercator soluendo terminos pensionis præsumatur ad hoc habuisse mandatum à Titulari, itaque ei præiudicet & ponuntur nonnullæ differentiæ inter fideiussorem, & constitutorem.

SVMMARIVM.

1 *Solutionis annotatio à tergo cedulæ banchariæ de stylo Mercatorum fieri non solet, nisi de consensu creditoris obtinentis cedulam.*

2 *Et nisi postquam realiter pecuniæ fuerunt solutæ, vt inde minuatur obligatio contenta in cedula, qua creditor vti non potest, nisi cum illa qualitate annotatæ solutionis iam factæ.*

3 *Solutionis annotatio à tergo cedulæ banchariæ probat realem numerationem saltim concurrentibus adminiculis.*

4 *Libri Mercatorum pro tertio contra tertium non probant.*

5 *Libri Mercatorum concurrentibus adminiculis pro tertio, contra tertium probant.*

6 *Solutio cedulæ banchariæ præsumitur facta, prout Mercator asseruit, stantibus adminiculis.*

7 *Titularis præsumitur soluisse pensionem, dum renunciauit appellationi à mandato obtento contra eum à pensionario, cum protestatione repetendi soluta, quatenus de iure veniat.*

8 *Renunciatio, & protestatio facta à procuratore, negari non potest, quin faciat adminiculum.*

9 *Solutio non probatur ex annotatione à tergo facta in cedula bancharia, & quatenus id sit verum num. 10.*

10 *Bardellon. consil. 28. num. 13. quo in casu loquatur, & num. 11.*

11 *Solutionis annotatio a tergo cedulæ banchariæ, non probat solutionem, quando non ostenditur debitorem soluisse de mandato crediteris, & creditor impugnat dictam solutionem. aliàs secus nu. 12.*

13 *Fideiussor soluendo pro principali, debet id docere per publicum instrumentum.*

14 *Imol. in cap. peruenit. num. 36. de fideiuss. declaratur.*

15 *Decis. 387. num. 2. par. 2. recent. quo casu applicetur, sicuti etiam decis. Campanien. pensionis 20. Iunij 1611.*

16 *Pensionis solutio aliter quam per instrumentum probari potest.*

17 *Soluens cedulam banchariam, si contentetur illa annotatione solutionis a tergo cedulæ, non videtur amplius quærendum.*

18 *Solutionis annotatio cedulæ banchariæ probat solutionem, licet non sit manu creditoris, quia sat est, quod de eius mandato, & voluntate sit facta.*

19 *Pensionarius dicitur constitutus in quasi possessione exigendi pensionem per solutionẽ ei factam a Mercatore, cum præsumatur facta de mandato titularis.*

20 *Actus debet tribui ordinanti, non autem exequenti.*

21 *Campsor qui dedit cedulam banchariam soluendi pensionem, non potest soluendo constituere pensionarium in quasi possessione exigendi, cum sit simplex fideiussor.*

22 *Fideiussor simplex non censetur habere à principali mandatum ad soluendum.*

23 *Fideiussor, quatenus soluit pro principali, habet à lege mandatum ad repetendum.*

24 *Pensionis solutio, si non sit facta à titulari, nec ab alio de eius ordine, non constituitur pensionarius in quasi possessione exigendi.*

25 *Pensionarius, vt constituatur in quasi possessione exigendi pensionem, potissimum spectatur animus soluentis.*

26 *Fideiussor, quod non habeat mandatum à principali ad soluendum, est opinio quæ non caret difficultate, & in contrarium multi celebres Doctores tenent.*

27 *Fideiussor, quod habeat mandatum à principali ad effectum solutionis, est opinio nouissimè communiter recepta.*

28 *Fideiussor, cum habeat mandati actionem contrariam, postquam soluit, videtur etiam ab initio habere mandatum ad soluendum.*

29 *Fideiussor, dum aliqui DD. asserunt, non habere mandatum à principali ad soluendum, qualiter sint intelligendi. & num. 30.*

30 *Fideiussor, si non soluat, non tenetur ad interesse passum per reum, vt puta, quia creditor pignora distraxerit.*

31 *Mandatum suscipiens tenetur ad interesse mandatis si non adimpleat mandatum.*

32 *Campsor, qui dedit cedulam banchariam pro solutione pensionis, si non soluat, & Titularis passus sit aliquod damnum, non tenetur, cum ipse Titularis sit in pari, vel maiori culpa.*

33 *Fideiussor ille propriè dicitur, qui, quod à debitore promissum est, fide sua esse iubet.*

34 *præter Fideiussores, sunt etiam alij affines, & similes fideiussoribus pro alijs intercedentes. & qui sint.*

35 *Constitutor, & non fideiussor dicitur qui promittit pro alio soluere alicui ad instantiam creditoris.*

36 *in Fideiussore omne id, quod in iure disponitur, etiam in constituente locum habet.*

37 *Priuilegia, & beneficia, quæ competunt fideiussori, competunt quoque constituenti.*

38 *Constituere magis latè patet, quam fideiubere.*

39 *inter Fideiussorem, & constitutorem adsunt plures differentiæ.*

40 *Fideiussio requirit stipulationem.*

Stipulatio inter præsentes tamen fieri potest. n. 40.

41 *Constituens potest se pacto nudo obligare.*

42 *Fideiussor, quamuis pro alio fidem suam interponat, tamen semper retinet obligatum debitorem, contra quem habet mandati actionem.*

43 *Constitutor tunc habet obligatum debitorem, quando sic fuit conuentum. & nu. 44 & 46.*

45 *Pensionarius, dum acceptauit cedulam banchariam,*

riam, illamque habet in manibus, perfectum dicitur pactum.

47 *Pensionis solutiones factæ à Campsore, qui dedit cedulam bancharium, censentur factæ ex mandato à Titulari, & non a lege.*

48 *Solutio facta nomine alicuius, illa tribuenda est mandanti, & non soluenti.*

49 *Factum mandatarij propriè, ac verè dicitur factum mandantis.*

50 *Pensionarius, quod sit in quasi possessione exigendi pensiones, ex quibus dicatur doctum.*

51 *Decis. 617. par. 1. recent. quo casu loquatur.*

52 *Pensio, dum constat quod fuit extincta, non debet pensionarius manuteneri in quasi possessione exigendi. & num. 53.*

54 *Sententia, quæ per appellationem fuit suspensa, non releuat.*

Probatio vna, potest contrarijs probationibus elidi.

55 *de Pensionis extinctione, vel reductione, vt dicatur constare, ad effectum, vt pensionario, denegetur manutentio in quasi possessione exigendi pensionem, quid requiratur.*

56 *Pensionario denegatur manutentio in quasi possessione exigendi pensionem, in terminis turbidæ possessionis, vel intentionis petentis.*

DECISIO CCCLXXXVI.

DOMINI perstiterunt in decisis in hac causa
die 15. Februarij præteriti, * videlicet, non
intrare arbitrium pro retardatione solutionis pen-
sionis, ex rationibus tunc deductis, & potissimum;
Quia constat de quasi possessione exigendi Domini
pensionarij, qua non videtur priuandus, pendente
iudicio in petitorio super reductione pensionis, vt in
decisionibus tunc allegatis. Quibus nec obstare cen-
suerunt, quæ contra decisionem, & contra dictam
quasi possessionem opponebantur, quæ ad duas po-
tissimum inspectiones reducebantur. Prima est an
annotatio solutionis facta à mercatore à tergo ce-
dulæ bancharíæ, quæ hic intercessit, probet actualem
numerationem necessariam ad constituen. pensiona-
rium in quasi possessione exigendi.

Secunda an dicta solutio facta à mercatore tan-
quam à simplici fideiussore Titularis contra eum sit
potens constituere pēsionarium in quasi possessione.

Quoad primam dicebatur, stante promissione
mercatoris, qui dedit cedulam ad soluen. pensio-
nem in terminis conuentis, nec non recognitione
manus formiter facta per testes Bartholomæi Sao-
nensis Capserij, qui fecit dictam annotationem à
tergo cedulæ, satis videri probatam realem nume-
1 rationem saltim iunctis adminiculis, cum de stylo
mercatorū † similes annotationes fieri non soleant,
nisi de consensu, & voluntate creditoris obtinen-
tis cedulam, & nisi postquam verè, & realiter pecu-
2 niæ fuerint solutæ, vt inde diminuatur obligatio con-
tenta in cedula, † qua creditor vti non potest, nisi
cum illa qualitate annotatæ solutionis iam factæ iux-
ta terminos, *l. Publia §. fin. cum ibi not. ff. de pos.* cum
latè congestis per *Surd. decis. 333. num. 11.* admini-
3 cula autem sunt plura, & vrgentia; In resignatione
enim † Prioratus præcessit pactum de dādo cedulam
bancharíam, prout data fuit, concurrit reseruatio
pensionis, concurrit eadem quantitas, & tempus so-
lutionis faciendæ, identitas personarum. Item con-
currit annotatio istarum solutionum in libris Her-

4 reræ, & Costæ, † quæ licet non probent pro tertio
contra tertium ex allegatis per *Rotam decis. 717.*
5 *num. 1. par. 2. recent.* Tamen & ipsæ probant † cum
adminiculis, *Rota decis. 375. num. 2. & seqq. par. 1.*
diuers. & decis. 650. num. 4. par. 2. recent. Quæ admi-
nicula præter supradicta, & accedit verisimilitudo,
6 quod solutio fuerit † facta, prout Capserius asseruit,
stantibus prædictis, quam verisimilitudinem, consi-
derauit *Rota in Pistorien. pensionis 13. Iulij 1606.*
coram Sanctiss. in Cæsaraugustana pensionis 4. Iu-
lij 1608. coram R. P. D. Manzanedo, & in Cusenti-
na pensionis 4. Maij 1616 coram me, & demum con-
7 currit † renunciatio Domini Titularis appellationi
à mandato obtento per D. pensionarium coram A.
C. cum protestatione, & sine præiudicio repetendi
soluta quatenus de iure competat repetitio, quæ li-
8 cet † facta à procuratore, tamen negari non potest
quin faciat adminiculum, *vt in his terminis Seraph.*
decis. 436. num. 2.

Nec obstat *consilium Bardellon. 28. num. 13.*
9 vbi † quod solutio non probatur ex istis retroscri-
10 ptionibus à tergo Chirographi, quia ibi † tertius
quidam comparuit cum Chirographo obligationis
quorumdam Iudæorum, qui soluerunt summam in
Chirographo contentam, & ille tertius notauit à
tergo receptionem pecuniarum, sed quia non osten-
derunt debitores soluisse de mandato creditoris,
prout cantabat Chirographum, vt ibidem nu. 6. & 7.
11 Ideo † fuit responsum illam annotationem nō pro-
bare solutionem contra creditorem, sed in casu isto
annotatio non impugnatur à creditore, qui est Do-
12 minus pensionarius, † imo illi stare intendit, & de
eius voluntate, & mandato præsumitur scripta, iuxta
stylum de quo supra.

Non obstat, quod solutio debeat per fideiussorem
13 probari † per publicum instrumentum. *Imol. in*
cap. peruenit num. 36. de fideiuss. Quia admisso, quod
Campsor sit fideiussor, de quo infra. Tamen imo-
14 la † non præcisè hoc dicit, sed quod melius proba-
retur solutio eo modo, quam si ostenderet apud se
esse instrumentum debiti, sicuti etiam nec applica-
15 tur † *decisio Rotalis 387. num. 2. par 2. recent. & in*
Campanien. pensionis 20. Iunij 1611. quia ibi de fa-
cto solutio pensionis probabatur per instrumentum,
16 sed quod de iure aliter † probari non possit, non de-
ciditur ibi, immo si soluens contentatur illa adnota-
17 tione à tergo cedulæ, non † videtur amplius quærē-
dum, *vt per Rotam Ianuen. decis. 26. num. 23.* Nec
facit quod annotatio non sit manu creditoris, quia
sat est, quod de eius mandato, & voluntate sit scri-
18 pta † à debitore, & quod creditor illam non impu-
gnet, & quod aliter non possit vti cedula contra
mercatorem, nisi cum illa annotatione ex supra de-
ductis.

Quoad secundam inspectionem decisio, de qua
19 agitur, firmat pensionarium † fuisse constitutum in
quasi possessione exigendi per solutionem factam à
mercatore tanquam factam de mandato Titularis,
vt in d. Pistorien. pensionis supra allegata. Et quia
20 actus debet tribui ordinanti, † non exequenti, ex
ibi allegatis, quæ etiam hodie Dominis placuerunt,
nec obstare censuerunt, quod Campsor, qui dedit
21 cedulam, non possit † soluendo constituere pensio-
narium in quasi possessione exigendi, cum sit simplex
fideiussor, *iuxta tradita per Ias. in l. singularia.*
num. 38. vers. & isto casu, & num. 39. & ibi Soccin.
num. 16.

num.16.ff.ſi cert.pet Soccin.in l. qui vſumfructum.
num.19.vbi de communi,ff.de verb.oblig. Seraphin.
22 *deciſ.1419.num.3.* & ſimplex † fideiuſſor non cen-
ſeatur habere à principali mandatum ad ſoluendum.
Petr.de Bellapertic.in l.ſi pro ea, & ibi Cin.in princ.
verſ.& iſtud eſt verum. Fulgoſ. num. 2. C. mand.
Bart.in l.ſi quis mandato. num.1.& ibi Alberic.n.3.
Caſtr.in fin.verſ.& dicit gloſſ. Fulgoſ.num.3.ff. de-
23 *neg.geſt.* ſed ſolum quatenus † ſoluerit cenſeatur ha-
bere à lege actionem mandati ad repeten. *vt per di-*
ctos Doct.locis citatis, cum alijs allegatis per infor-
24 *mantes,* & proindè cum hæc ſolutio † non ſit facta
ab ipſomet principali,nec de eius mandato non po-
tuerit penſionarius conſtitui in quaſi poſſeſſione
25 exigendi, cum in hac materia † potiſſimum ſpecte-
tur animus ſoluentis. *Rot. deciſ.547. num.8. par.1.*
recent. Quia ad hæc omnia fuit reſponſum pluribus
modis,& in primis, quod illa opinio, quod fideiuſſor
26 non habet † mandatum ad ſoluendum non caret
difficultate, quia in contrarium adeſt auctoritas.
gloſſ.in d.l ſi quis mandato, de neg.geſt. quæ moue-
tur ex *textu in l.indebitam. & ibi etiam gloſ.in ver.*
videri.ff de cond.indeb. & accidit *Bald. in d. l. ſi pro*
ea. num.4.& ſeqq. & ibi etiam Salic.ſub num.9. vbi
de communi *C.mand.gloſſ.in cap.fin. & ibi Cardin.*
in fin.de fideiuſſ. & nouiſſimè quod ſit magis com-
27 muniter receptum, vt in fideiuſſione † cenſeatur ta-
citum mandatum conſecutiuum de ſoluen, teſtatur,
& ſequitur *Card. Mantic.de tacit.lib.16.tit.22.nu.4.*
& Hond conſ.17.num.34. lib.2. & ſuadetur, quia
28 ſi fideiuſſor † habet mandati actionem contrariam,
poſtquam ſoluit. *l.idemque 10.§ fideiuſſores.ff.mand.*
l.2.C.eod.tit. videtur etiam ab initio habere man-
datum ad ſoluen. *l.ex mand.§ fin. à contrario ſenſu.*
ff. mand. & ſenſit hanc rationem *Salicet. d. num.9.*
Mantic.loc.cit.verſ.aliqui, nec in effectu diſcordant
29 Doct. ex aduerſo allegati; † quia fatentur adeſſe in
fideiuſſione iſtud mandatum conſecutiuum, ſed in-
tantum negant, in quantum fideiuſſor non poſſit
præcisè cogi ad ſoluen, nec vti dicto mandato, niſi
poſtquam ſoluerit, *prout etiam tradit Salicet. in d.*
l.ſi pro ea ſi i num. 9. quod benè etiam aptatur ad
caſum noſtrum, cum iam Campſor ſoluerit.

Secundo dicebatur opinionem Petri,Bart.& alio-
rum, de quibus ſupra, intelligi ad effectum, vt ſi fi-
30 deiuſſor † non ſoluat, non teneatur ad intereſſe paſ-
ſum per reum, vt puta quia creditor pignora diſtra-
31 xerit, licet aliàs qui ſuſcepit mandatum, † teneatur
ad intereſſe mandantis, ſi mandatum non impleat.
l.ad comparandas. C mand.Surd. deciſ.304. num 4.
& 5. fuit dictum in *Romana multiplici 25. Februa-*
rij 16 9.coram me. Ita *Bald.in d.l.ſi pro ea, num.6.*
& ibi Salic.num.9. verſ. fateor. Card. Mantic. vbi
ſupra num 6. & ideo ſi Campſor non ſoluiſſet, &
Dominus Titularis paſſus fuiſſet aliquod damnum,
32 † non teneretur, cum principalis ſit in pari,vel ma-
iori culpa, *vt dicit Bald.& alij locis citatis,* ſed inde
non ſequitur, vt cum debito tempore ſoluerit, non
intelligatur ſoluiſſe de mandato Domini Titularis.

Vltimo addebatur, quod hic nō ſumus propriè in
fideiuſſore, qui propriè eſt ille, qui quod à debitore
33 promiſſum † eſt, fide ſua eſſe iubet, *Inſt.de fideiuſ.*
in princ. ibi, dum curant, vt diligentius ſibi cautum
ſit. l.1.§.verbis. in fin.ff.de act.& oblig. tradit *Con-*
nan. lib.6. Comment.iur. ciuil. cap.6. & poſt alios
Pichard,dicto princ. inſt. de fideiuſ. num.2. Pirrus
Macerus de fideiuſſor. part.1.cap.6.num.1.& cap.5.
num.2. ſed conſiderabant Domini, quod præter fi-
34 deiuſſores † ſunt etiam alij affines, & ſimiles fide-
iuſſoribus pro alijs intercedentes, quales ſunt man-
datores, ſponſores, expromiſſores, conſtitutores, vt
per *Marſil. in rubr. de fideiuſſor. num. 3. & ſeqq.*
Pichard. d. princ. inſtit. de fideiuſ.num.4. Valent.
Franch.tract.de fideiuſ.cap.1.nu 9.& ſeqq. Maur.
vbi ſupra cap.1. ſed alijs omiſſis videmur verſari in
conſtitutore,ex quo enim D.Rotulus Campſor pro-
35 miſit ſe ſoluturum abſq. aliqua exceptione † D Pē-
ſionario in terminis conuentis penſionem,& hoc ad
inſtantiam D.Hieronymi Titularis cenſetur conſti-
tutor,& nō fideiuſſor, *l cū qui,§.quod exigimus,ff.de*
conſt.pec. Azo.in ſumma 6.eod.tit.num.9. Franch.
d.tract.de fideiuſſor.d.cap.1. num.14. Pichard. dicto
princ.inſt.de fideiuſſ.num.4.Pirrus Maurus vbi ſu-
pra cap.4.num 1.& ſeqq.

Nec releuat quod omne id quod in Iure diſponi-
36 tur in † fideiuſſore etiam in conſtituente locum ha-
beat, *Faber in §.in perſonam num.6.inſt. de act.per*
text.in l.fin. C. de conſt. pecun. quia id eſt intelligen
quoad beneficia, ſeu priuilegia conceſſa fideiuſſori-
37 bus, † vt eſt beneficium excuſſionis, quæ etiam
competunt conſtituenti, niſi in caſibus, quos excipit
gloſſ.in l.ſi remunerandi, § ſi paſſus, in verbo,& niſi
ff.Mand & benè declarat *Franch.d.cap.1.num.26.*
Bald.in tract. de conſt. num. 13. aliàs autem latius
38 patet † conſtituere, quam fideiubere, vt probant
Moderni Germani in ſuo lexicon Iuris in verbo con-
ſtituere, plures ſunt differentiæ inter fideiuſſorem;
39 † & conſtitutorem, *vt per Buranen. in l.5.ſatis ac-*
ceptio,ff.de verb.oblig. dicti Moderni Germani loco
citato. Franch.vbi ſupra num. 27. Card. Mantic. de
tacit.lib.16.tit.1. num. 4. & 5. Pirrus Maurus vbi
ſupra cap.4.num.4. & præter ipſos *Bald. conſ. 180.*
lib.5. quarum præcipua eſt, quod fideiuſſio requi-
40 rit † ſtipulationem,quæ niſi inter præſentes fieri po-
teſt, *§ ſatis acceptio, l. Blanditus, C. de fideiuſſ.* ſed
41 conſtituens poteſt † ſe obligare pacto nudo, *§. con-*
ſtituta, vbi Doctor. Inſt. de act. Bald. loco citato.
42 Item fideiuſſor, † quamuis fidem ſuam interponat,
tamen ſemper retinet obligatum debitorem, contra
quem habet actionem mandati, vt ſupra dictum eſt,
43 ſed conſtitutor, † ita demum ſi fuerit conuentum,
Franch.vbi ſupra num. 28. Vnde cum in obligatio-
ne mercatoris, de qua agitur, non legatur præſentia
D.Penſionarij,ad cuius fauorem ſe obligauerit, nec
vlla interuenerit ſtipulatio dicen. eſt nos non verſa-
44 ri † in fideiuſſore, ſed potius in conſtitutore,& cum
penſionarius acceptauerit dictam cedulam, & ha-
45 beat illam in manibus,perfectum eſt pactum † inter
ipſos, vt in terminis conſiderat *Caſtr. conſ. 9. alias num. 1. par 1. cui*
397, incipit, ad primum quæſitum
non obſtant illa verba, *del quale di quel tanto, che*
in virtù di queſta cedola pagherò, ne douerò eſſer
rimborſato, come nell'Inſtrumento rogato nelli atti
d'Antonio Colonna. Quia iſta conuentio non repu-
46 gnat conſtituenti † ſe pro alio ſoluturum, vt dictum
eſt, ex quibus ſequitur, vt cum in cedula dicatur,
qual promeſſa faccio ad inſtanza dell'Illuſtriſſimo
Sig.Girolamo Colonna, ſolutiones factæ à mercato-
re conſtituente cenſeantur factæ ex mandato habito
47 ab † homine, non autem ſimpliciter à lege, vt ex
aduerſo prætenditur in terminis ſimplicis fideiuſſo-
48 ris, & quod propterea ſolutio ſit attribuēda † D.Hie-
ronymo

ronymo mandanti non autem Rotulo mercatori, vt
in decisione de qua agitur, cum factum mandatarij
49 propriè, & verè sit factum † mandantis, *vt post Bald.*
Dec. Rota Ianuen. decis. 67. num. 2. Fab. de ann. cons.
82. num. 21. & propterea cum constet de solutione
ex supra latè deductis dicen. est D. Episcopum esse
50 in quasi possessione † exigendi contra D. Hiero-
nymum ad cuius instantiam Campsor se obligauit, &
cuius nomine soluit.

Qua stan. quasi possessione clara, & non turbida,
ex prædictis non obstant decisiones in contrarium
allegatę, quarum nonnullis fuit sigillatim responsum
in decisione, & inter alias Colimbrien Pensionis co-
51 ram D. Manzanedo, quæ † est decisio 617 par. 1. in
recent. quæ etiam iterum inculcatur, cum ibi consta-
52 ret de extinctione † prout constabat *in Mediolanen.*
pensionis 5. Nouembris 1607. coram Reuerendissimo
Lugdunen. vt ibi expresſè dicitur, & ideo Rota ibi
53 censuit intrare arbitrium ad effectum † superseden-
di in solutione pensionis cum præsertim esset decisum
extinctionem esse validam, sed hic non constat de
extinctione, seu reductione pensionis nisi per sen-
54 tentiam, † quæ fuit appellatione suspensa, & ex
probationibus factis per testes, quæ possunt contra-
rijs probationibus elidi, vt in decisione *& sensit Ro-*
ta dec. 801. in fin. part. 1. diuers non autem per rem
55 iudicatam, † vt requiritur *per decis. Veralli 321. par.*
1. vel per Instrumentum cessionis pensionis, vt erat in
allegata Clusina pensionis coram Card. Platto.

Aliæ decisiones *in Inuicen. Parochialis coram D.*
Manzanedo, & in Eugubina Iurisdictionis coram
Reuerendiss. Lugdunen. procedunt in terminis tur-
56 bidæ possessionis, vel intentionis eius, † qui pete-
bat manuteneri, Rota inclinauit pro supersessoria,
quæ turbiditas visa est Dominis cessare in hoc casu
ex supradictis.

Ex quibus Domini permanserunt in decisis, &c.

☞ *Decisio hæc in præsenti causa emanata sub die 25. Februarij 1622. coram eodem bo. me Vbaldo, est supra in hoc Tomo decisio 352. vbi alias decisiones in hac causa factas annotaui.*

R. P. D. REMBOLDO.

Leodien. Dominij.

Lunæ 2. Maij 1622.

ARGVMENTVM.

Exceptio spolij valens est, quem repellere à limine iudicij, & spolium vltimum de iure prius purgandum venit. Possessor, si absque refectione melioramentorum è sua possessione fuerit eiectus, dicitur nulliter eiectus, & id procedit multò magis si talis eiectio secuta fuerit, dum pendebat terminus assignatus à Iudice ad effectum, vt illa melioramenta liquidarentur. Spolij purgatio, vt euitetur, quid requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Spolij exceptio repellit quem a limine iudicii.*
2 *Spoliatus per sententiam, quando quis indebite fuit, id magis confirmat suum bonum ius.*
3 *Minor non potest priuari possessione per venditionẽ à tutore alteri factam, quod limita si minor eam venditionem approbauit. & nu. 4.*
4 *Spolium vltimum est purgandum.*
5 *Possessor non potest priuari eius possessione vigore pacti de retrouendondo non solutis sibi prius meliorамentis.*
6 *Sententia lata contra possessorem est minimè valida, si constito de melioramentis, non condemnet reum ad ea reficienda.*
7 *Melioramenta tunc multò magis sunt soluenda antequam quis exeat ex sua possessione, si super hoc ita fuerit conuentum.*
8 *Melioramenta, quando sunt illiquida, tunc quis potest eijci è possessione, data cautione de illis reficiendis quando &c.*
9 *Cautioni de reficiendis melioramentis quando erũt liquidata, quo casu non intret.*
10 *ad Melioramenta reficienda non datur cautio, quãdo illa non sunt penitus illiquida, sed debet dari terminus ad faciendum meliorem liquidationem.*
11 *ad Melioramenta liquidanda dum fuit datus terminus, & ille pendet, quis non potest eijci è sua possessione.*
12 *Dilatio ad aliquid probandum, dum pendet, Iudex nulliter procedit ad expeditionem causæ.*
Dilatione pendente Iudicis officium conquiescit. numer. 12.
13 *Spolium excusari non potest, quando Iudex procedit, dum eius officium conquiescit.*
14 *ad Spolij purgationem euitandam an satis sit constare de bono iure spoliantis, & quod ipse paratus est refundere refundenda.*
15 *de Spoliantis bono iure vt dicatur constare, requiritur vel confessio partis, vel res iudicata.*
16 *Facto vbi opus est, non sufficit oblatio verbalis.*

DECISIO CCCLXXXVII.

☞ DOMINI steterunt in decisis, * quia constat de vtroque extremo, vt in dicta decisione firmatur. Et possessio quidem Matthæi controuerti non potest, quia de ea constat ex ipsamet sententia contra eum lata, & qua idemmet Emanuel vtitur, nec non etiam ex testibus, qui dantur in nouo summario additionali num. 1.

Nec obstat, quod Matthæus fassus fuit se fuisse à
dicto Emanuele spoliatum, ex quo infertur dictum
Matthæum non possedisse saltem post spolium, quia
veritas est, quod Matthæus dum esset in pacifica pos-
sessione dominij, de quo agitur, fuit ea vi armata per
dictum Emanuelem spoliatus, & cum postea fuisset
ad eandem possessionem reintegratus, atque dictus
Emanuel cæpisset iudicialiter contra dictum Mat-
thæum agere pro retractu dicti Dominij, protestatus
fuit Matthæus, dictum Emanuelem ob spolium prius
1 ab eo commissum † esse à limine iudicij repellendũ,
nec ad dictum retractum admittendum *ad trad. per*
Bald. in cap. conquerente num. 1. de restit. spoliat. Rot.
diu. decis. 473. lib. 3 par. 3. num. 1. cum alijs adductis
in Anconitana bonorum Sancti Appolinaris, quæ est
decis. 483. num. 1. par. 2. in recent. Vnde tantum abest
vt confessio facta in dicta protestatione præiudicet
Matthæo, quod imo magis ex ea colligatur bonum
2 ius ipsius † atque iniustitia sententiæ per quam post
dictam protestationem fuit dictus Matthæus indebi-
te possessione, in qua tunc reperiebatur, spoliatus, vt
fuit in dicta decisione deductum.

Minus facit quod Emanuel fuit in possessione dicti
Dominij ante Matthæum, quodque ea non potuit
3 † ab eius tutore mediante venditione facta Matthæo

pri-

priuari, quia omisso etiam, quod Emanuel dictam
4 venditionem † approbauit & præsertim dum vigore pacti, de quo in Instrumento seu Apoca dictæ venditionis egit contra Matthæum ad retractum dicti Dominij, fuit responsum, quod in omnem euentū quod dici posset Emanuelem fuisse per Matthæum dicta eius possessione spoliatum, nihilominus dictus Matthæus reponi deberet ad statum, in quo tempore commissi vltimi spolij per dictum Emanuelem reperiebatur ex trita illa regula, quod vltimum spolium prius est purgandum *cap. fin. de ordin. cognit. Rot. decis. 27. de appellat. in nou.* Card. *Seraph. decis. 96. in fine.*

Nec releuant quæ pro exclusione spolij per dictum Emanuelem commissi deducuntur, quia iniustitia sententiæ, qua dictus Matthæus fuit à possessione eiectus est clara, ex quo dictus Matthæus non po-
5 terat dicta eius possessione priuari vigore † pacti de retrouendendo non solutis sibi melioramentis non solum iure communi inspecto *l. intra vtile §. 1. ff. de minor. Natt. cons. 256. num. 1. & cons. 601. nu. 1. & 2. Bald. cons. 167. in fin. & cons. 303. vol. 1. cum alijs per Tiraq. de retract. conuent. §. 7. glos. 1. nu. 2. & 3.*
6 & in terminis † sententiæ latæ non refectis melioramentis. *Rota decis. 111. num. 3. p. 1. in rec.* sed & mul-
7 to magis quia hoc expresè fuerat conuentū in † Instrumento venditionis vigore cuius egit Emanuel.

Nec dicatur prædicta procedere quando melioramenta sunt liquida, secus verò si sunt † illiquida, ex
8 quo tunc sufficit oblatio seu cautio de restituendo postquam sunt liquida *ad not. in l. 4. §. ait Prætor ff. de re iudic.* quia præterquam quod non potuit Mathæus dicta eius possessione priuari non refectis sibi
9 melioramentis, etiam quod dicta † melioramenta fuissent penitus illiquida, neque hoc casu locus erat dictæ cautioni *ad tradit. per Castr. cons. 270. num. 3. lib. 2. cum alijs per Rotam dicta dec. 111. num. 4. par. 1. in recent.* cessat etiam difficultas, quia in casu isto dicta melioramenta non solum non erant penitus illiquida, ideoque præfigi omninò debebat terminus
10 † ad faciendum meliorem liquidationem, nec interim erat admittenda dicta cautio *Put. decis. 461. & 464. lib. 2. iuxta nouam impress. Rota decis. 120. par. 2. diu. & fuit dictum in vna Perusina melioramentorum 3. Martii 1617. coram me.*

Verum etiam partim erant iam liquidata per relationem Peritorum, & pro alijs fuerat præfixus terminus Matthæo ad illa liquidanda, & nihilominus d.
11 Matthæus † fuit à dicta eius possessione eiectus, non solum nō refusis dictis melioramentis liquidis, quod fieri non potuit ex supra allegatis, sed quod peius etiam est durante termino sibi præfixo, & sic nulli-
12 ter, † cum pendente dilatione Iudicis officium conquiescat, vt fuit in alia decisione deductum, ita quod
13 † spolium excusari non valeat.

Nō obstat quod dicitur ad effectum euitandi purgationem spolij per dictum Emanuelem commissi,
14 constare de ipsius bono iure quodque † est paratus refundere refundenda, quia de bono iure ad hunc
15 effectum non † potest constare nisi per confessionem partis vel rem iudicatam *Lancell. de attent. cap. 24. num. 66. Rota diuers. decis. 269. num. 7. par. 2. Card. Seraphin. decis. 869. num. 6. & decis. 983. numer. 7.* quorum neutrum adest in casu isto, & oblatio verba-
15 lis non attenditur, † vbi facto opus est, in casu autem isto opus est reali numeratione melioramentorū fructuum, & expensarum, qua facta poterit Emanuel audiri super retractu.

☞ *Idest sub die 11. Martii 1622. est supra in hoc Tomo decisio 363.*

REVERENDISS. COCCINO.

Fauentina Pecuniaria.

Mercurij 4. Maij 1622.

ARGVMENTVM.

Venditionis, & emptionis contractus resoluitur, quando non fuit perfectus, ac ille, in quem fuit collatum arbitrium declarandi pretium, ante declarationem decessit. Ad emptionis, & venditionis contractus substantiam, quidnam requiratur. Tertius electus ad declarandum pretium rei venditæ, si noluerit illud declarare, licet de iure Canonico recurratur ad arbitrium boni viri, tamen id non procedit, quo ad fideiussores.

SVMMARIVM.

1 *Emptionis contractus, quando est perfectus, & arbitrator pretii est defunctus, in eius intrat locum arbitrium boni viri.*

2 *Emptionis contractus, si non fuerit perfectus, quo ad substantialia, & declaratio pretii fuerit collata in tertium, ac eius mors ante d. declarationem secuta fuerit.*

Tunc contractus est dissolutus, & fideiussor liberatus.

3 *Sententia, quæ transiuit in iudicatum exequenda venit, dum non constat de causis restitutionis in integrum.*

4 *ad Venditionis contractus perfectionem requiritur consensus, res, & pretium.*

5 *ad Pretium declarandum in venditione facta quādo: quis fuit electus, id arguit contractum non fuisse perfectum.*

6 *Pretium certum est de substantia emptionis, & venditionis.*

7 *Defalcationes minores, & maiores fieri solent, iuxta quantitatem crediti &c.*

8 *Canna panni, si est in petia plus valet, quam si sit de per se.*

9 *Actus dum est factus ad vnum effectum, non est ad diuersum trahendus.*

10 *Pretium certum, quod in contractu venditionis nō fuerit determinatum ex coniecturis etiam argui potest.*

11 *ex Laudo desumitur magnum adminiculum pro veritate eruenda, licet ab eo fuerit appellatum.*

12 *in Venditione, quod non fuerit constitutum certū pretium, multum facit relatio periti, scilicet eum fuisse electum ad calculandum quantum illud importet.*

13 *Pretii declaratio in emptione, & venditione, quando partes remiserunt in arbitrium Tertii, tunc de Iure Canonico, illo non declarante reciditur, & curritur ad arbitrium boni viri.*

14 *Quod tamen intellige verum, quo ad principales, non quo ad fideiussorem, qui voluit se obligare respectu declarationis à certa persona facienda.*

DE-

DECISIO CCCLXXXVIII.

FINITA Societate inita inter Ioannem Bapti-
stam de Bentinis, & Blasium de Pallis, dictus
Io. Baptista, vt sunt verba Instrumenti titulo vendi-
tionis alienauit, atque concessit Blasio omnia, &
quæcumque eius iura, quæ habebat in mercibus, &
crediris existentibus in lista, quæ fuit registrata in
fine instrumenti cum omni commodo, & incom-
modo, & hanc alienationem, & iurium cessionem
fecit Io. Baptista Blasio pro pretio & pretijs in dicta
lista contentis, quod pretium Blasius, & Ioannes
de Cranis eius fideiussores promiserunt soluere Ioã-
ni Baptistæ hoc modo videlicet, libras 1075. in festo
Sancti Michaelis, nec non per sex menses continuos
incipien. per totum mensem Octobris quolibet men-
se libras 100. & residuum hoc modo partem, & por-
tionem declarandam per dictum Io. Pasqualinum in
die festo Sancti Michaelis anno 1608. & successiuè
postea quolibet anno in die festo Sancti Michaelis il-
lam partem, & portionem declarandam per dictum
Io. Baptistam Pasqualinum, quibus stantibus pro-
miserunt etiam soluere debita in dicta lista contenta,
& additur in dicto Instrumento, insuper dictus Ioã-
nes Baptista Bentinus, & dictus Blasius communiter
& communi concordia elegerunt in eorum arbitrũ,
& arbitratorem, & amicabilem compositorem, &
declaratorem dictum Ioannem Baptistam Pasqua-
linum ad declarandum quantum importet pretium
dictorum iurium supra per Ioannem Baptistam ven-
ditorum dicto Blasio iuxta formam dictæ listæ, & ad
declarandum quantum importet pretium dictorum
iurium supra per Ioannem Baptistam venditorum
dicto Blasio iuxta formam dictæ listæ, & ad declaran-
dum portionem, & portiones dictorum iurium ven-
ditorum, vt supra per dictum Blasium fideiussorem
declarandum; Et in fine instrumenti fuerunt addita
hæc verba: *Con patto che si trouassero delle dette fal-
lite nelli debitori della compagnia contenuti nella li-
sta, Gio: Battista habbia da far buono à Biagio la ra-
ta che toccarà ad esso Gio: Battista nelli vltimi paga-
menti.*

Hoc stante dubium in hac causa est, an contractus
1 fuerit perfectus quoad substantialia, † quia si sic, cum
Io: Baptista Pasqualinus electus arbitrator sit desũ-
ctus in eius locum, intrat arbitrium boni viri, secus
2 autem si contractus non erat perfectus † quoad sub-
stantialia, tunc enim contractus est dissolutus, & fi-
deiussor liberatus, *l. vltim. C. de contrab. empt. & l.
si merces, 28. in princ. ff. locat. l. si quis arbitratu ff.
de verbor. oblig. vbi Bartol. num. 4. latè Card. Man-
tic. de tac. & ambig. conuent. lib. 2. tit. 1. num. 35.
cum plurib. seq.* & Domini dixerunt contractum,
quoad substantialia fuisse, & sic placuit decisio vlti-
3 mo loco facta † pro confirmatione sententiæ retulit,
itaut non constet de causis restitutionis in integrum
aduersus illam sententiam, quæ transitum fecit in
iudicatum, Ratio decisionis fuit; quia ad essentiam
4 contractus venditionis, † & illius perfectionem re-
quiritur res, & pretium *l. pacta conuenta & l. 2. ff. de
contraben. empt. §. pretium Instit. eod. tit.* in hoc au-
tem casu expressè fuit actum, vt Io: Baptista Pasqua-
linus declararet quantum importet pretium dictorũ
iurium per Ioannem Baptistam Bentinũ Blasio ven-
ditorum iuxta formam dictæ listæ, & ad declarandũ
portionem, & portiones dictorum iurium venditorũ,
vnde cum Pasqualinus fuerit electus ad declarandũ
5 † quantum importet pretium iurium, dubitari mini-
mè potest, quin venditio non esset imperfecta, cum
6 † certum pretium non adesset, *vt in dicta l. pacta cõ-
uenta & in l. 2. ff. de contraben. emption.* & in alijs
iuribus supra citatis.

Non obstat, quod venditio iurium in principio in-
strumenti fuerit facta pro pretio, & pretijs in lista
contentis, & fuerunt determinatæ certæ solutiones
in certis temporibus, & in facultate data Pasquali-
no ad declarandum quantum importet pretium iu-
rium, fuit dictum iuxta formam dictæ listæ; Nam
fuit responsum, quod ex natura negotij, & ex serie
facti constat dictam listam fuisse factam ad dilucidan-
dos effectus societatis, non autem pro forma æstima-
tionis dictorum effectuum, quia vt notum est, minus
7 valet creditum † Titij, quam creditum Meuij, & ma-
iores, & minores fieri solent defalcationes circa
credita, quando quis in se illa suscipit, & minus va-
8 leat † canna panni si est in petia maioris quantitatis,
quam si sit de per se, & ideo fuit appositum pretium
mercibus, & creditis, vt firmaretur status effectuum,
9 non autem vt firmaretur verus † valor ipsius nego-
tij, quod manifestissimè depræhenditur ex facultate
data Pasqualino declarandi quantum importet pre-
tium dictorum iurium, & ex conuentione posita in
fine instrumenti, cum pacto, *che se si trouassero del-
le dette fallite nelli debitori della Compagnia conte-
nuti nella lista, Giouanni Battista le habbia a
far buoni à Biagio nelli vltimi pagamenti*, & pro-
pterea venditio facta pro pretio, & pretijs contentis
in lista stat demonstratiuè ad dicta pretia cum sua ta-
men qualitate, scilicet declaratione faciẽda per Pas-
qualinum arbitrum electum, & solutio determinata
statis diebus non repugnat, cum certum esset adesse
effectus in societate, & Bentinũ remanere creditorẽ.

Et prædicta comprobantur ex compromisso postea
10 facto per easdem partes de anno 1612. † & laudo in-
de lato in quo Pasqualinus tanquã electus à partibus
declarauit quantitatem spectantem ad Ioannem Bap
tistam Bentinum, & illius valorem per illa verba,
*sopra la liquidatione del prezzo, e valore delle ragio-
ni di detta Compagnia vendute, & anco sopra il mo-
do, e forma de pagamenti*, & liquidat tam portionẽ
spectantem ad Bentinum, quam valorem debitum
11 per Blasium, & ex hoc † laudo desumitur magnum
adminiculum, & licet ab ea fuerit appellatum, ni-
hilominus Ioannes Baptista Bentinus non reclama-
uit nisi ratione valoris liquidati, in quo prætendebat
se læsum, vt postea per alium peritum fuit relatum,
12 & multum etiam facit † relatio eiusdem periti, vbi
dicit se electum ad calculandum *quanto importi la
portione venduta da Gio. Battista Bentino à Biagio,
secondo la lista*, & deinde declarat quantitatem ca-
pitalium.

Neque obstat, quod de iure canonico à persona
13 non † declarante receditur, & recurritur ad arbitriũ
boni viri. *Soccin. sen. in d. l. si quis arbitratu nu. 28.
vers. postremo sequitur. Paris. cons. 132. num 5. lib.
4. Coras. in l. qui liberos num. 83. ff. de ritu nuptiar.
Menoch. de arbitrar Iud. q. 68. num. 55. lib. 1. & cons.
93. num. 28. Mantic. de tacit. & ambig. conuent lib.
2. tit. 1. nu. 40.* Quia hoc est verum quoad principales
14 non † quoad fideiussorem, qui voluit se obligare
respectu declarationis à certa persona faciendæ.

Et ita conclusum, &c.

R.P.D.

R. P. D. REMBOLDO.

Ciuitatis Castelli Fideicommissi.

Lunæ 9. Maij 1622.

ARGVMENTVM.

Filij in conditione positi, licet non censeantur vocati, tamen hoc non procedit stantibus coniecturis vocationis, de quibus in decisione.

SVMMARIVM.

1 *Per substitutionem reciprocam inductam inter filios institutos, an possint censeri vocati filij filiorũ per fideicommissariam.*

2 *Ex filiorum vocatione non potest inferri ad eorum grauamen, ad fauorem sequentium.*

3 *Filij in conditione positi non censentur vocati, sed appositi ad explicationem substitutorum.*

4 *Filij in conditione positi, vt censeantur vocati, cõiecturis probatur.*

5 *Et tunc leuiores admittuntur, quando agitur de descendentibus Testatoris.*

6 *Filij in conditione positi censentur vocati, quando testator facit reciprocam substitutionem inter filios hæredes institutos.*

7 *Filij in conditione positi censentur, quando Testator digreditur ad plures gradus substitutionum.*

8 *Filij in conditione positi censentur vocati stante geminatione.*

9 *Testatoris voluntas magis arguitur ex geminatione.*

10 *Filij in conditione positi. censentur vocati, si Testator post mortem filiorum sine filiis, vocauit filias, & eorum filios, & demum proximiores agnatos suæ familiæ.*

11 *Filii in conditione positi censentur vocati, quando testator habuit respectum ad stirpes, & non ad capita.*

12 *Filii in conditione positi, censentur vocati, quando testator prohibuit detractionem quartæ cuiuslibet.*

13 *Coniecturæ, licet de per se non iuuent, simul tamen iunctæ suffragantur.*

DECISIO CCCLXXXIX.

LICET aliàs coram R. P. D. meo Pamphilio fuerit decisum, per obitum Antonij sine filijs fuisse factum locum fideicommisso ad fauorem Iacobi, & filiorum, nihilominus, quia dubium subesse poterat quoad filios d. Iacobi, Bartholomæum scilicet iuniorem, & Curtium, placuit DD. qui merita causarum prius, quam ad earum expeditionem deueniant, exacte rimari solent, particulariter videre, An constet de fideicommisso Bartolomæi senioris ad fauorem filiorum d. Iacobi, quo dubio per me dicta die proposito, fuit affirmatiuè conclusum.

1 Nam etiam quod per reciprocam inductam † inter filios institutos nõ possint cẽseri vocati filij filio-
2 rum per fideicommissariam, cum regulariter ex † vocatione filiorum non possit inferri ad eorum grauamen ad fauorem sequentium ex latè traditis, in Auximana fideicommissi coram R.P.D. meo Vbaldo; quæ est *decis. 357. par. 1. in recent.* & in Meleuitana fideicommissi 12. Nouembris 1619. coram R.P.D. meo Caualerio, sitque regula quod filij in conditio-
3 ne † positi non censeantur vocati, sed appositi ad explicationem substitutorum, *iux. glos. in l. Lucius, ff. de hæred. inst.*

Attamen dubium non est, quod ab hac regula re-
4 ceditur ex coniecturis, † quæ quidem, quando, vt in casu isto, agitur de descendentibus Testatoris,
5 sufficiunt leuiores, vt post alios *Honded. cons. 65. nu. 31.* vbi testatur de communi *lib. 1.* & fuit dictum in Meleuitana hæreditatis 4. Maij 1619 coram Reuerendiss. Seleucien. & in Bononien. fideicommissi de Turri 14. Maij 1621. coram R.P.D. meo Verospio, & aliàs sæpijssimè.

Prima autem coniectura hic deducitur ex eo,
6 quod testator fecit reciprocam † substitutionem inter filios hæredes institutos, ex hoc enim resultat, quod eorum filij in conditione positi censeantur vocati, *Crauett. cons. 130. num. 6. Surd. cons. 344. nu. 7. Intrigliol. de subst. q. 16. cent. 3. num. 113. Menoch. præsumpt. 76. nu. 52. lib. 4.*

7 Secunda, quod digressus est † ad plures gradus substitutionum, vt patet ex lectura testamenti, *Cephal. cons. 114. num. 26. & cons. 251. num. 79. Ruin. cons. 139. num. 19. lib. 3. Menoch. cons. 310 num. 12. post med. & seqq. Intrigl d. q. 26. num. 113.* vbi testatur de communi, *Card Seraph. decis. 1329. nu. 10.*

8 Tertia quod filij filiorum † fuerunt in conditione positi, primo ibi, *si vnus ex filiis decederet sine filiis*, secundo ibi, *si ambo sine filiis decesserint*, ex qua
9 † geminatione magis arguitur testatoris voluntas ad *l. Balistam, ff. ad Trebell. Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 11 tit. 3. nu. 27.*

10 Quarta, quia post mortem filiorum sine † filijs vocauit filias, & eorum filios, & demum proximiores agnatos suæ familiæ, ex quo magis censeatur, vocasse filios filiorum in conditione positos, *Cephal. d. cons. 251. num. 76. Menoch. de præsumpt. 76. nu. 3. & nu 56. Intrigl. d. q. 26. nu. 120.*

11 Quinta, quia testator habuit † respectum ad stirpes non ad capita *Rustic. in tract. An quando filii &c. lib. 5. cap. 6. num. 8.* vbi appellat pulcherrimam & veram coniecturam.

12 Sexta, quia testator omnibus prædictis casibus † prohibuit detractionem cuiuslibet quartæ, quę detractio propria est fideicommissi, non autem vulgaris, & eam veram, & communem appellat coniecturam *Rustic. d. cap. 6. nu. 21.*

13 Quæ coniecturæ licet † singulæ per se satis non essent; simul tamen iunctæ sufficiunt, *Cephal. cons. 259. num. 11. & seqq. Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 5. in recent. sub num. 5. Rot. dec. 453 numer. 7. part. 1.* Itaut ex omnibus simul iunctis indubitanter videatur posse concludi, dd. filios Iacobi esse in d. fideicommisso vocatos, vt in similibus planè terminis fuit dictum in d. Bononien. fideicommissi 14. Maij 1621. coram R.P.D. meo Verospio, & in Imolen. fideicommissi 2. Martij præteriti coram R. P.D. meo Vbaldo, in quibus latè dictæ coniecturæ ponderantur.

Nec propterea obstant, quæ in contrarium adduci possunt, quia procedunt in terminis, in quibus loquuntur, non autem quando agitur de vocatione descendentium, & omnes supradictæ coniecturæ insimul concurrunt, &c.



R. P.D.

R. P. D. VBALDO.

Romana, seu Lateraneñ Pensionis.

Lunæ 9. Maij 1622.

ARGVMENTVM.

Iudex habens in facultatibus procedere appellatione remota, tunc lata ab eo sententia transit in iudicatum, constito de eius iustitia, & validitate. Debitor soluendo iussu Iudicis creditori sui creditoris, consequitur liberationem, etiamsi reperiatur, quod ille non erat verè creditor, quod multo magis procedit, quando mandatum Iudicis erat executiuum, & pœnale, nam sperni non potest. Iudex postquam functus est officio suo, si in causa se intromittat nulliter agit, & quando id non procedat.

SVMMARIVM.

1 *Solutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio.*
2 *Vicarius Ecclesiæ Sancti Ioannis Lateraneñ habet in facultatibus procedere appellatione remota.*
3 *Sententia Iudicis, qui habet in facultatibus procedere appellatione remota, transit in iudicatum constito de eius iustitia, & validitate.*
4 *Confessione propria nulla melior est probatio.*
5 *Confessio præiudicat non solum confitenti, sed etiam eius hæredibus, & successoribus.*
6 *Confessio inducit approbationem actus.*
7 *Solutiones, quando quis semel approbauit, non potest eas amplius retractare.*
8 *Debitor soluendo de mandato Iudicis creditori sui creditoris, consequitur liberationem, etiamsi is cui soluit non sit verè creditor.*
9 *Vel illi non esset soluendum ob cessionem intimatam, num. 8. & tanto magis, si mandatum Iudicis erat pœnale, num. 9.*
10 *Soluens creditori sui creditoris de mandato Iudicis causatur in eo bona fides.*
11 *Vt Soluatur idem bis, id bona fides non patitur.*
12 *Sententia, quæ fuit reuocata, non releuat.*
13 *Mandatum Iudicis executiuum, & pœnale quis non potest spernere.*
14 *Relatio facienda est ad verba proximè præcedentia, & num. 15.*
16 *Relatio, cum sit facienda ad immediatè dicta, non est trahenda ad superius dicta, stante particulari prouisione.*
17 *Confessio non potest dici erronea, nisi de errore doceatur, cum ille non præsumatur.*
18 *Iudex postquam functus est officio suo non potest amplius sententiam ab eo latam retractare.*
19 *Iudex, si postquam functus est officio suo, reuocet sententiam ab eo latam, ea est nulla ex defectu iurisdictionis.*
20 *Mandata Iudicis circumducuntur per productionem nouorum iurium.*
21 *Et tanto magis repositione à Iudice facta.*

DECISIO CCCXC.

LATA sententia absolutoria ad fauorem R.P.D. Menochij, fuit dubitatum, An hæredibus Equitis Zerlæ aduersarijs obstaret res iudicata, in qua disputatione fuit resolutum die 29. Aprilis 1619. intimationem cessionis pensionis à Zerla factam D. Menochio non fuisse legitimam, à qua resolutione fuit recessum, stante notitia dictæ cessionis sub die 24 Maij anni præteriti, vnde hodie reassumpta disputatione super dubio principali, Domini censuerunt cõstare de re iudicata, quæ obstet dd. hæredibus, quia D. Menochius docuit de solutionibus pensionis à die reseruationis vsque, & per totum annum 1598. & ab inde citra pẽsio fuit soluta ipsi Zerlæ cessionario, vsque ad obitum Lamberti pensionarij, & cedentis,
1 quod non controuertitur, solutione † autẽ eius quod debetur, tollitur obligatio, *instit. quib. mod. oblig. in princ. Surd. decis. 13. num. 3.* & ideo D. Menochius
2 rectè fuit absolutus, & † cum Vicarius S. Ioannis Lateraneñ, qui sententiam tulit, habeat in facultatibus, vt possit procedere appellatione remota, eius
3 † sententia si fuit valida, & iusta, transiuit in iudicatũ, iustitia autem sententiæ apparet ex confessione partis sub die 31. Iulij 1599. in qua fatetur se recepisse scuta 90. pro residuo termini pensionis Natiuitatis anni proximè præcedentis 1598. & subdit, *Qual pensione si comincia à pagar à me come creditore di detto Lamberto, hauendo detto Sign. Menochio pagato per lo passato se il residuo al Sig. Tomasso Lupaccino come gl'altri decorsi à certi altri creditori del sopradetto Lamberto*, ex quibus inducitur non solum confes-
4 sio, qua † nulla est melior probatio, *l. cum te. C. de transact. cap. per tuas de probat. l. generaliter. C. de non numerata pecunia* latè *Surd. cons. 60 nu. 1.* quæ
5 confessio † præiudicat etiam hæredibus, & successoribus Zerlæ confitentis, *l. si superatus, vbi Bart. ff. de pignor. Bald cons. 364. num. 2. vers. tertio quia lib. 2. Surd. d. cons. 60. sub num. 1. Seraph. 553. num. 3. & fuit dictum in Romana dotis 6. Iunij 1611. quæ est decis. 349. num. 2. par. 2. recent. & in eadem causa 25. Maij 1612. coram me, & in Florentina, seu Romana pecuniaria 13. Nouembris 1615. etiam coram*
6 *me*, sed etiam inducitur † approbatio præcedentium solutionum à D. Menochio factarũ, iuxta *cons. Castr. primum num. 3. lib. 1. Aym. cons. 204. num. 14.* qua stante non poterat amplius Zerla agere contra Me-
7 nochium † retractan. dd. solutiones semel approbatas, *cap. quod semel de reg. iur. in l. Pomponius 1. vbi glos. ff. de neg. gest. Osasch decis. Pedem. 62. num. 18.* & sanè veritas istius confessionis, & approbationis multum corroboratur ex quo de anno 1597. emanauerat mandatum exequutiuum in vim sententiæ diffinitiuæ à bo. mem. Robusterio latæ contra D. Menochium ad instantiam Lupaccini pro scut. 1080. pro pensionibus decursis, & non solutis Lamberto, cuius creditor fuit per sententiam eiusdem Iudicis declaratus idem Lupaccinus casso, & annullato credito,
8 itaut Menochius † soluen. plenam fuit consecutus liberationem etiamsi is cui soluit, alias non esset verus
9 creditor, vel illi non † esset soluen. ob cessionem intimatam, iuxta *glos. in ait Prætor. §. qui permittitur in verbo imputandum. ff. de minor. Barbat. cons. 26. col. 1. lib. 3. Ruin. cons. 171. nu. 3. lib. 4. cum alijs per Menoch. cons. 68. num. 12. & seq. & de arbitr. Iudic. cas. 137. & per Surd. cons. 436. nu. 6. Rota decis. 848. num. 2. & decis. 849. num. 2. par. 2. diu. & decis. 345. nu. 1. par. 1. in rec. fuit dictum in Romana de Grandis 14. Ianuarij præteriti coram R.P.D. meo Caua-*
10 *lerio*, & tanto † magis cum mandatum Iudicis esset pœnale, *Bart. in l. creditor num. 3 ff. de solut.* quem & sequitur *Afflict. decis. 150. num. 17. vers. si non apparet, & num. seq.* ex quo etiam iussu Iudicis causatur bona fides in soluente, *l. non videntur §. qui iussu,*

vbi

vbi Dec. & Cagnol. ff. de reg. iur. quæ bona fides non
11 patitur, †vt semel solutum iterum solui debeat *l. bona fides. ff. de reg. iur. Afflict. d. dec. 150. num. 19.*

Non obstat, quod eadem sententia fuerit postea
12 †reuocata de anno 1600. à bon. me. Iusto, quia vltra quod dicebatur commissa eidem Iusto causa, sine præiudicio executionis, responsum fuit etiam quod Menochius stante dicto mandato Iudicis executiuo,
13 & pœnale de anno 1597. emanato, †non potuit expectare finem litis, cum soluere omnino cogebatur, vt notat *Menoch. d. cons. 68. num. 26. vers. non obstat tertium.*

Non obstant verba præseruatiua in fine apocæ, de qua supra, *senza pregiuditio delle ragioni dell'vno,*
14 *e l'altro*, quia placuit responsio, †quod referantur ad verba proximè præcedentia, ibi, *& detto Sig. Menochio dice pagar la detta somma sẽza pregiuditio delli 200. ducati dice hauer pagati per la compositione per detto Monsig. Lamberto, delli quali dice volersene valere, come d'altri conti, che son tra loro*, & sic prosequitur Zerla dicens. *Et in fede ho fatto la presente di propria mano senza pregiuditio delle ragioni dell'vno, e dell'altro &c.* vnde debet intelligi reseruatum præiudicium quoad Menochium ipsum, & Lambertum quoad compositionem à Menochio solutam, &
15 alia computa inter ipsos de quibus immediatè † facta fuerat mentio, iuxta *l. si idem cum eodem. ff. de iurisd. omn. iudic. vbi glos. Rot. decis 8. nu. 11. par. 2. diuers.* non autem quoad ipsum Zerlam, qui simpliciter antea solutiones à Menochio factas confessus fuerat, & approbauerat, quod & clarius colligitur ex eo, quod idem Zerla alias pecuniarum summas postea exegit ab eodem Menochio ad computum
16 †eiusdem pensionis absque vlla reseruatione, *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præs. 139. num. 2.* & quatenus pro parte hæredum Zerlæ non controuertantur solutiones factæ Thomæ Lupaccini vigore sententiæ, & mandati bo. me. Robusterij, tamen viget alia ratio, de qua supra, quod ipse in dicta quietantia approbauit solutiones non solum factas Lupaccinæ, sed etiam alijs creditoribus vsque ad illam diem à qua profitetur inchoari solutiones sibi fieri tanquam creditori Lamberti, vt supra, & consonant solutiones postea receptæ per se, & per suos procuratores, vltra quod solutiones alijs etiam ostenduntur factæ à D. Menochio de mandato Iudicis, nec dicatur confessionem
17 † fuisse erroneam, quia error non præsumitur, nisi probetur *Bald. in l. Imperator 1. in princ. ff. de stat. hom. cum alijs per Menoch. præs. 22. n. 1. lib. 6. Surd. decis. 104. num. 16.*

Nec demum obstare videbantur, quæ dicebantur circa nullitatem sententiæ, de qua agitur quasi Iudex qui antea relaxauerat mandatum contra D. Menochium pro scut. 350. non potuerat ferre sententiam
18 † eiusdem Menochij absolutoriam, quasi esset functus officio suo, *l. Iudex posteaquam. ff. de re iud.* &
19 sic sententia videatur nulla ex †defectu iurisdictionis quia fuit responsum dicta mandata fuisse circumdu-
20 cta per productionem † nouorum iurium ad *decis. Afflict. 115. num. 2. & decis. 173. num. 2. Alex. cons. 72. num. 7. lib. 3. Rota decis. 1. de testib. in nou. & in Hidruntina pecuniaria 17. Martij 1621. coram me,*
21 *& alias sæpè*, & tanto † magis stante repositione à Iudice facta, *iuxta trad. per Modern. de comm. par. 2. num. 57. fol. 22.*

Et ita decisum &c.

R. P. D. NAVARRO.

Hispaleñ Primitiarum.

Veneris 13. Maij 1622.

ARGVMENTVM.

Parochus habet iuris assistentiam pro se quoad perceptionem omnium oblationum, quæ fiunt intra fines suæ Parochiæ, nec alius ab eo deputatus potest prætendere manutentionem super earum perceptione, cum iste non dicatur sibi, sed Parocho possidere, & alia plura circa hanc materiam.

SVMMARIVM.

1 *Possessio antecessoris in officio, suffragatur etiam successori, cum illa dicatur acquisita officio, seu dignitati.*
2 *Possessio si sit probata de tempore motæ litis, est manutenenda.*
3 *Verbum oblatio sumptum largo modo continet quemlibet actum, per quem aliquid alicui offertur.*
4 *Verbum, oblatio, strictè sumptum, illud referre videtur quod ad cultum DEI offertur.*
Parochus est medius inter DEVM, et homines, n. 4.
5 *Oblationes sunt de iure Parochiali, et num. 17.*
6 *Ecclesia Parochialis habet intentionem fundatam super omnibus oblationibus, quæ fiunt intra suam Parochiam.*
7 *Et hoc procedit etiamsi fiant in Capellis, vbi erecta essent distincta beneficia.*
8 *Oblationes sunt debitæ propter administrationem Sacramentorum.*
9 *Parocho, et non ab eo deputatis debita est manutentio super receptione oblationum.*
10 *Testes examinati ante motam litem an sint attendendi.*
11 *Oblationum nomine, quid veniat.*
12 *Collecta est onus fructuum, et sic non collectatur, nisi qui illos percipit.*
13 *in Prothocollo aliquo, si certum quid erat ponẽdum, dato quod in eo id non requiratur, quid sit præsumendum.*
14 *Exceptiones contra testes in iudicio manutentionis non admittuntur.*
15 *in Manutentionis iudicio testes plures non sunt necessarij.*
16 *Testes singulares sufficiunt ad probandum quid in genere.*
18 *Quasi possessio licet sit probata in aliqua re particulari, extenditur tantum ad vniuersale.*
19 *Actus causa magis attenditur, quam ipse actus.*
20 *Testis si non dicat, quo iure aliquem actum faciebat, intelligi debet, vt illum gereret secundum iuris communis dispositionem.*
21 *Possessio talis præsumitur, qualis est titulus qui præcedit.*
22 *Titulus specialis magis attendi debet, quam assistentia iuris communis. declara num. 23.*
24 *Dubium, & æquiuocum id, quod est, non releuat, & num. 25.*
26 *Aequiuoca ea quæ sunt, non faciunt nec adminicula.*
27 *Testes nulliter examinati, & suspecti de falso, nullum faciunt adminiculum.*
28 *ad Finem vnum facta, non debent trahi ad alium & diuersum.*
29 *Iuuari quis non potest eo, quod impugnauit.*

30 Ar-

30 *Articulans non fatetur.*
31 *Procurator non potest sine speciali mandato præiudicare Domino.*
32 *Articuli directi testibus, an aliquid sciant, cum sint per modum interrogatoriorum ex eis articulans non dicitur aliquid fateri.*
33 *Litteræ missiuæ si non sint recognitæ, cum sint scripturæ priuatæ non probant.*
34 *Probationes omnes, quando sunt imperfectæ, non possunt simul coniungi ad implēdam probationem.*
35 *Iuris assistentia, si sit ad fauorem alicuius, tunc pars aduersa contra eum afferre debet plenas probationes.*
36 *Possessio titulata in concursu est præferenda.*

DECISIO CCCXCI.

DOMINI censuerunt dandum esse mandatum de manutenendo, D. Archiepiscopo, & Curatis, quoad oblationem ratione administrationis Sacramentorum; quo vero ad oblationes ad pedem altaris, & ratione funeralium, necnon primitijs, particulariter videatur.

Moti sunt Domini, quia constat de possessione Archiepiscoporum antecessiorum, ac Curatorum ab
1 eis Deputatorum, † quæ etiam successoribus suffragatur, nam dicitur acquisita dignitati, & officio, *Rot. in recent. decis. 623. num. 2. par. 2. & decis. 390. num. 2. vers quod autem par. 1. diuers. & fuit dictum in Pacen. iurispatronatus* 8. Martij 1613. *coram R.P.D.*
2 *meo Manzanedo*; probaturq. † de tempore motæ litis, vt merito sit manutenenda, *§. hodie, §. retinendæ instit. de interdict. Bart. in l. 1. §. quod ait prætor. num. 14. & 18. ff. vti possid. Menoch. de retin. remed. 3. num. 556. Seraphin. decis. 1106. num. 1. & fuit sæpissimè dictum.*

Probatio resultat ex testibus in summ. Archiepiscopi num. 2. & ex alijs datis in hac causa, de quibus in decisionibus factis coram *R.P.D. meo Pamphilio 4. Iulij 1612. & 19. Aprilis, & 21. Iunij 1613. inter recent. decis. 480. & 511. par. 1.*

Et confirmatur ex assistentia iuris ad fauorem
3 Archiepiscopi; Oblationis namq. verbum, † licet largo sumpto vocabulo contineat quemlibet actum, per quem aliquid alicui offertur, propriè tamen ad
4 illud tantum † referri videtur, quod ad cultum DEI Ecclesiæ, & Sacerdoti, tanquam medio inter Deum, & populum, *cap. quia Sacerdotes, 13. c. Sanctorum 14. et c. seq. 10. quæst. 1.* Et licet plures sint oblationum species, de quibus per *Marian. Socin. in tract. de oblat. libell. 1.* de his tamen tractatur, quæ in vsus
5 Ministrorum exponuntur, † & istæ sunt de iure Parochiali dicto *cap. quia Sacerdotes, et d. c. Sanctorum, 10. quæst. 1. et admonet lex Regia Castellæ 6. tit. 19. par. 1. per text. in cap. doctos, et cap. moderamine*
6 *16. quæst. 1.* Ecclesia enim Parochialis † habet fundatam intētionem de iure communi super omnibus prouentibus intra Parochiam, *cap. statuimus, cap. in sacris, cap. decimas, 16. q. 1. cap. pastoralis, de his quæ fiunt à Prælat. cap. ad audientiam de Eccles. ædific. Abb. Barb. & Imol. in d. cap. Pastoralis. Decian. cōsil. 16. lib. 1. n. 8. Ferret. cons. 143. n. 4. Ioan. Guttierez. quæst. Canon. lib. 2. cap. 21. num. 139. Marc. Ant. var. resolut. 112. cas. 2. Troil. Maluet. de oblat. 4. dub. numer. 29. Marian. Socin. d. tract. libell. 18. nu. 9. & 10. Rebuff. in tract. de decim. q. 1. num. 29. Borgnin. decis. 17. nu. 71. par. 2. Franc. Marc. decis. 385. nu. 2. par. 2. Pedemont. decis. 99. num. 2. & fuit dictum in Beneuentana spolij 2. Decembris 1587. coram Orano, & in Aquilana nullitatis erectionis coram R.P.D. meo Pirouano 20. Decembr. 1610. inter recent. decis. 256. par. 1.* Adeo vt procedat etiamsi oblationes fierent
7 in Capellis, vbi erecta essent distincta † beneficia, quia nihilominus Parochiali, & Parocho non Capellis, & Beneficiatis cederent, *Abb. d. cap. Pastoralis num. 2. Soccin. d. tract. & libell. num. 10. Fuscus de visit. lib. 1. cap. 24. num. 12. Maluet. d. dub. 4. nu. 29. & seq. Graß. decis. 16. num. 6. Rot. dec. 256. par. 1. & dec. 368. num. 2. par. 2. recent. & in hac eadem causa inter recent d. decis. 480.*
8 Quia propter administrationem † Sacramentorum sunt debitæ, *Host. in summ. tit. de Parroch. n. 3. vers. & hæc presbytero. Abb. in c. ex transmissa n. 5. Roman. cons. 356. num. 3. vers. idem in oblationibus, Ioan. Andr. in cap. cum qui, num. 3. vers. sed Ioannes de Deo, Anchar. num. 3. vers. circa hoc, Gemin. in §. insuper num. 9. vers. quid de Clerico Capellæ, Franc. ibidem nu. 4. vers item illa de præb. in 6.* & ideo cum D. Archiepiscopus Hispalen. sit solus parochus in
9 sua Diœc. quod non controuertitur, illi, & † ab eo deputatis, est debita manutentio, quia isti dicuntur possidere, non sibi, sed Archiepiscopo, iuxta trad. der *Vitalin. in clem. vnic. num. 23. de offic. Vic. Lap. alleg. 5. num. 8. vers. secus in temporalibus.*

Prædictis accedunt pro adminiculo, depositiones testium plusquam 150. ad fauorem Curatorum, cōtra singulos Beneficiatos factæ, & sententiæ ad fauo-
10 rem Curatorum emanatæ, † etiam ante motam, summ. Archiepiscopi num. 3. quibus multum esse deferendum, tradunt *Doct. in c. cum super de re iud. & in l. sæpè ff. eod.*

Quamplurimæ licentiæ ab anno 1524. citra, datæ per Archiepiscopos pro tempore, qui deputabant Curatos pro administratione Curæ, assignabant pro eorum salario, obuentiones, emolumenta, & iura Parochialia, summ. Archiepiscopi num. 4. quorum
11 † nomine venire huiusmodi oblationes, fuit firmatū in *d. decis. 480. num. 1. par. 1. in recent.*

Necnon repartitio excusati, & subsidij ab anno 1567. citra summario Archiep. num 5. vbi inter redditus Curatorum ponuntur obuentiones, quibus in repartitione iniungitur onus soluendi subsidium, & excusatum, pro istis fructibus, signum quod illas per-
12 cipiunt, † quia collecta est onus fructuum, neq; colectatur, nisi qui illos percipit, *Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 18. num. 14. 15. 16.*

Datur etiam prothocollum factum auctoritate ordinaria, de anno 1559. summ. Archiepiscopi nu. 6. in quo adnotatis omnibus redditibus singulorū beneficiorum Diœcesis pro Beneficiatis, non adnota-
13 tur nisi participatio tertiæ partis decimarum, † ex quibus infertur, quod si percepissent oblationes, illæ fuissent adnotatæ sicut decimæ, *l. cum prætor. ff. de iudic. cum concord.*

Neque obstare dixerunt obiectiones, quæ contra supradicta, adductæ fuerunt pro Beneficiatis.

Nam quoad exceptiones personales, quæ dantur septem, ex 49. testibus pro D. Archiepiscopo exami-
14 natis, † in iudicio manutentionis, non admittuntur, *Couar. pract. qq. c. 17. num. 4. vers. septimo, Peregr. de fideic. art. 46. num. 34. Rot. diuers decis. 28. nu. 4. & 9. par. 1.* & in proposito, neque iustificantur in
15 facto, † & alij sufficerent pro manutentione.

Nec releuat, quod testes sint singulares, quia agi-
16 tur de probanda quasi possessione † in genere, quo
casu sufficiunt, *Neuiz. consf. 8. n. 14. Menoch. de retin.
rem. vlt. num. 34. Seraph. decis. 1411. num. 1. Rot. in
recen. d. decis. 511. num. 8. par. 1.* vltra quod de aliqui-
bus locis, deponunt plures testes contestes.

Minus obstat quod testes non deponunt genera-
liter de omnibus locis Diœc. Hispalen. sed de aliqui-
bus locis particularibus, quia cum causa quam ha-
bet Archiepiscopus proueniat ex assistentia iuris
17 † communis, vt supra firmatum est, in tota Ciuita-
te, & Diœcesi Hispalen. cuius solus Parochus est
Archiepiscopus, quasi possessio probata de locis par-
18 ticularibus, † extenditur ad omnes alios in eadem
Diœcesi comprehensos, *Oldrad. consf. 267. num. 10.
Aym. consf. 55. nu. 1. vers. sed respondeo, & de antiq.
temp. par. 4. sect. 1. num. 57. & seq. cum alijs adduct.
in decis. 17. num. 2. par. 2. diu. & in recent. decis. 480.
19 num. 2.* Ea ratione quod magis † attendi debet causa
actus, quæ est vniuersalis, quam ipse actus, *Bald. in
l. 1. num. 24. vers. tu dic, de emancip. liber. Aym. con-
sil. 75. num. 15.*

Nec subsistit quod testes D. Archiepiscopi depo-
nant de perceptione Curatorum, qui erant etiam
Seruitores, & Beneficiati, & sic oblationes perce-
perint vti Beneficiati, non vti Curati. Quia vltra
quod non omnes ita deponunt, immo aliqui dicunt,
quod perceperunt vti Curati, cæteri, cum non distin-
guant, an vti Curati, vel Beneficiati perceperint,
20 censetur illas percepisse vti Curatos, & secundum
iuris dispositionem, *Aym. consf. 284. num 6. Caputaq.
decis. 226. num. par. 2. & fuit dictum in Iuuenacen.
præheminentiarum 22. Aprilis 1622. coram* R. P. D.
meo Caualerio, & in sæpius alleg. decis. 480. par. 1. in
21 *recent. nu. 3.* talis enim præsumitur † possessio, qua-
lis est titulus qui præcedit, *l. quadam mulier, & ibi
Bald. ff. de rei vend. Mantic. decis. 3. num. 6.*

Neque obstant Constitutiones Synodales addu-
ctæ pro Beneficiatis, ad probandum titulum, ex iure
22 speciali, † qui magis attendi debet, quam assistentia
iuris communis, pro D. Archiepiscopo, & Curatis,
ad trad. per Aym. consf. 238. nu. 7. maximè cum sint
intitulati in Ecclesijs *ex Caputaq. decis. 306. part. 3.
Seraph. decis. 908. num. 3. & 4. & alijs adductis in
Ciuitaten. decimarum 26. Martij 1618. coram R. P.
D. meo Verospio,* quia in eisdem decisionibus, & si-
gnanter coram Seraphino sub num. 8. firmatur assi-
stentia iuris ad fauorem Curatorum, & Beneficiatis
resistere, vt fuit etiam ex superius allegatis compro-
23 batum, & † iura prædicta procedunt quando titula-
res inseruiunt Curæ, & administrāt Sacramenta, quæ
seruitia Beneficiati prætendunt non debere præstare.

Possessionem autem Beneficiatorum Domini exi-
stimarunt non esse sufficienter probatam, singula
pro eorum parte adducta ponderando.

Nam Constitutiones Synodales æditæ de anno
1555. summ. Benefic. num. 5. sunt satis dubiæ & æqui-
uocæ, non loquuntur de oblationibus debitis ratione
administrationis Sacramentorum, & exercitij Cu-
24 ræ, & verba de Clericis Parochialibus potius intel-
ligenda sunt de Curatis, quibus Parochiæ Cura im-
minet, *Rot. in recent. d. decis. 511. num. 7.*

Alia constitutio de anno 1572. d. summ num. 5. di-
sponit de quantitate pecuniarum, quam habere de-
bent Clerici Parochiales, pro velatione sponsalio-
rum, quæ fiunt in Ecclesijs, & super eodem dispo-
nunt aliæ de anno 1586. 1604. Quæ propterea, vel
loquuntur de Curatis *d. decis. 511. num. 7.* vel saltim
sunt æquiuocæ, & propterea deseruire minimè pos-
25 sunt † pro beneficiatis, *l. neque tales 10. de prob. cum
concord.* & duæ vltimæ de anno 1586. & 1604. sunt
æditæ lite pendente, quæ fuit cœpta de anno 1572. vt
firmatur sub die 21. Iunij 1613. coram R. P. D. meo
Pamphilio, & probatur ex summ. actorum Archiepi-
scopi num. 1. Ianuarij 1618. quia nec adminiculum
26 † facere tradunt *Mars. sing. 385. Rol. consf. 3. nu. 48.
& seq. lib. 3. Soccin. consf. 118. num. 8. lib. 1. Grat. consf.
58. num. 41. lib. 2. Menoch. de arbitr. casu 99. num. 7.*

Alij testes 2. examinis in vim remissorialium fue-
runt pariter declarati nulli, & suspecti de falso vt in
hac causa Rota resoluit 11. Martij, & 9. Decembris
1620. ita quod pro sanatione nullitatum DD. nequ
27 arbitrium impartiri † voluerunt, & propterea nullū
faciunt inditium, *Cresc. decis. 2. de testib. Caput de-
cis. 208. num. 8. par. 1.* & licet consideratione Domi-
norum fuerit reseruatum quanta fides adhibenda es-
set, attamen in proposito non releuare placuit ex
supradictis.

Confessiones Archiepiscoporum, vna fuit deducta
ex narratiua Breuis Gregorij XIII. à bon. mem. Car-
dinali de Castro tunc Archiepiscopo obtenti de an-
no 1584. in summ. Beneficiat. nu. 1. quam confessio-
nem iūctis adminiculis præiudicare etiam successo-
ri dixit Rota 17. Iunij 1616. coram R. P. D. meo Pā-
philio, sed nec suffragari ad effectum præsentis di-
sputationis dixerunt Domini, quia non percutit tē-
28 pus litis motæ, † & potest verificari in perceptione
de facto, *decis. 511. par. 1. in recent.* & facta ad vnum
finem non debet trahi ad alium, *Surd. consf. 311. nu-
mer. 67. & consf. 351. num. 62. & consf. 425. num. 21.
lib. 3. Rota in Romana, seu Anagnina cambiorum,
Lunæ 11. Decembris 1606. coram R. P. D. meo De-
cano,* & tandem quia fuit impugnata per Beneficia-
tos sub Sixto V. à quo obtinuerunt commissionem
obreptionis directā Cardinali Blanchetto Rotæ Au-
29 ditori, vt in summ. resp. Archiepisc. num. 5. & † pro-
pterea illa iuuari non possunt *Surd. decis. 196. nu. 2.
Rota in recent. d. decis. 511. num. 5.*

Alia confessio deducta ex articulis datis pro veri-
ficatione dicti Breuis, & eius effectuatione, nec suf-
30 fragatur, † quia articulans non fatetur *Abb. in c. cum
venerabilis in fin. de except. Alex. consf. 70. lib. 2. col.
pen. vers. præterea, Ioan. Andr. in cap. fin. de iur. iur.
lib. 6. Ant. de Butr. & Doct. in cap. fin. de confess.* & Breui
patitur easdem exceptiones, quæ militant in
prædicto.

Nec obstat confessio adducta ex positionibus, &
articulis datis in causa Com. Oliuares in summ. Be-
nef. num. 12. quia sunt præsentati per procuratorem,
31 † qui sine speciali mandato præiudicare non poterat
*Rota Maceraten. decis. 139. Mohed. decis. 15. de rest.
spol.* sunt ad alium finem, & inter alios, *Alciat. in
l. 1. §. si quis ita ad fin. in 2 lect. num. 4. ff. de verb.
oblig. & fuit dictum in allegata Romana, seu Ana-
gnina cambiorum,* & non videntur positiones, sed
32 † articuli directi testibus, & per modum interroga-
toriorum ibi, An sciat Beneficiatos percipere &c. ex
quib. propterea nihil affirmari potest quia articulans
non fatetur ex supra alleg.

Adminicula neque releuant, quia solutiones subsi-
dij & excusati summ. Benefic. num. 16. sunt de anno
1615. & 1616. lite pendente.

Litteræ

Litteræ missiuæ aliquorum Curatorum sunt scriptæ de anno 1612 nec sunt recognitæ, & † sunt scripturæ priuatę, quæ fidem non faciunt, præcipuè non recognitæ; *c.2. et ibi glos. et Doct. verb. authentica, de fid. instr.* Rot. *in recent. decis. 158. num. 7. p. 2.*

Ex quibus omnibus fuit conclusum, quod istæ 34 singulæ probationes, omnes imperfectæ † non possunt recipere adminiculum, *vt fuit dictum in Lucana Canonicatus 2. Decembris 1620. et 22. Martii 1621. coram* R.P.D. *meo Remboldo, et in eadem sub die 19 Nouemb. 1621. coram* R.P.D. *meo Burat.* eo magis quod stante Iuris assistentia ad fauorem 35 Curatorum Beneficiati † indigent plena probatione, *Capic. decis. 205. num. 9. Menoch. de retin. remed. num. 589. Caput. decis. 196. num. 4 part. 1. Gabr. de testib. concl. 4. num. 23. et 34. et seqq.* & in concursu 36 possessio, † Curatorum Titulata præferenda est, *c. licet causam, et ibi Felin. num. 9. vers. quarta causa de probation. Alex. cons. 88. nu. 9. lib. 5. Verall. dec. 336. par. 2. et in recent. decis. 480. num. 3. par. 1.*

REVERENDISS. COCCINO.

Pampilonen. Matrimonij.

Veneris 13. Maij 1622.

ARGVMENTVM.

De matrimonij dissolutione, quando agitur ob impotentiam coeundi, antequam ad dictam dissolutionem deueniatur, debet à mulieribus inspici mulier, & à viris maritus, & quid sit faciendum, quando ex eorum relationibus appareat, signa dictæ impotētiæ esse æquiuoca. Ac plura habentur circa deputationem obstetricium faciendam à Iudice, quando mulier est inspicienda, an sit verum, vt sit impotens ad coeundum. scilicet circa numerum obstetricium, peritiam, & ætatem.

SVMMARIVM.

1 *de Matrimonij dissolutione, quando agitur ob impotentiam coeundi, tunc quid sit ordinandum.*

2 *Impotentiæ coeundi signa, quando sunt dubia, & præsumptiua, eo casu pro declaratione nullitatis matrimonij, requiritur cohabitatio triennalis.*

3 *ad Matrimonij dissolutionem, vt deueniatur quando signa coeundi sunt dubia, necesse est, vt vir, & vxor constet simul cohabitasse, & incubuisse operi nuptiali, & alia vt hic.*

4 *Coniuges dicuntur incubuisse operi nuptiali, si constet cohabitasse in eodem lecto.*

5 *Mulier, quando est inspicienda, an sit potens ad coeundum, sufficit deputatio duarum obstetricium expertarum, ac partibus non suspectarum.*

6 *Obstetrices tres sunt deputandæ, an mulier sit impotens ad coeundum, quando sumus in magna ciuitate, cum in ea plures, quæ habent hanc peritiam, reperiri possint.*

7 *Obstetrices quot sint necessariæ ad cognoscendum, an mulier sit impotens ad coeundum, nec ne, est remissum religioni iudicantis.*

8 *Ostetrices deputandæ ad cognoscendam impotentiam coeundi mulieris, necesse est, vt sint aptæ ad referendum, & sic expertæ in opere nuptiali. & nu. 9.*

10 *Obstetrices deputandæ ad cognoscendam impotentiam coeundi mulieris debent esse ex peritioribus, quæ nec senio confectæ, nec iuuenes sint.*

11 *Experientiam in aliqua re, quando quis non habet, de facili eluditur.*

12 *Obstetrices deputatæ ad cognoscendam impotentiam mulieris si sint ætatis 70. annorum, magna est, hoc tamen suppletur, si istæ aptè referant.*

13 *Obstetrices deputatæ ad cognoscendam impotentiam mulieris, ad hoc vt rite dicantur referre, quid sufficit. & num. 15.*

14 *Periti dum faciunt suam relationem, sat est iurare de eorum credulitate.*

16 *Mulier, quando est inspicienda ab obstetricibus, an sit habilis ad coeundum, ante inspectionem debet poni in balneo, ibique permanere per tres quartas partes horæ. & num. 17.*

18 *ad Matrimonij dissolutionem non est deueniendum, quando impedimentum coeundi est aliquo modo medicabile absque tamen periculo vitæ.*

19 *Obstetricium peritia, quando non esset sufficiens ad resoluendum, an impotentia coeundi mulieris possit tolli, tunc est adhibenda inspectio virorum peritorum.*

Vel saltem periti debent audire relationes obstetricium, & super illis suam proferre sententiam.

21 *Iudex in materia graui consideratè debet procedere, maximè si lex de eo confidendo, id eius arbitrio commiserit.*

---

22 *Matrimonium antequam dissoluatur ob impotentiam coeundi, opus est, vt præcesserit habitatio triennalis, quando dictum tempus incipiat currere.*

23 *Iudici an sit arbitrarium, quando matrimonium est dissoluendum ob impotentiam coeundi vti habitatione præcedenti. eius decreto cohabitandi simul coniuges per triennium.*

24 *Maritus, quando cum vxore impotens est coire quando talis defectus accidentalis, & non naturalis sit.*

25 *Maritus, & vxor quando simul coire non possunt ex vitio accidentali, hortandi sunt, vt mediantibus piis operibus Deum sibi propitium reddant, remouendo tale impedimentum.*

26 *Matrimonium antequam dissoluatur ob impotentiam coeundi, & dubitatur an tale impedimentum sit naturale, vel accidentale, a maleficio opera Dæmonum, aut Magorum perpetratum, tunc recurrendum est ad remedia naturalia diuina, & ecclesiastica.*

27 *Matrimonium est magnum Sacramentum.*

ad Matrimonij dissolutionem antequam deueniatur ob aliquod impedimentum, adhibenda est omnis cautela, & diligentia.

28 *in Matrimonij dissolutione cauendum est ne interueniat error, vel fraus.*

29 *Ecclesia induxit exquisitas diligentias, quando matrimonium est dirimēdum ob impotentiam coeūdi.*

30 *Matrimonium nunquam est dissoluendum ob impotentiam coeundi, quotiescunque hoc impedimentū est medicabile.*

31 *Maleficium nunquam dirimit matrimonium, nisi sit tale, vt ex solo Dei omnipotentis miraculo possit tolli.*

32 *Maleficium ad effectum dissoluendi matrimonium non præsumitur perpetuum, nisi post triennalem cohabitationem.*

33 *Impotentia ex maleficio consurgens quando est perpetuum, dirimit matrimonium.*

34 *Matrimonium est à principio nullum ob impotentiam perpetuam.*
35 *Matrimonium ibi non adest, ibi nec dos, nec lucrum, nec donatio propter nuptias esse potest.*
36 *Lucrum dotis non debetur quando matrimonium est nullum ob impotentiam viri.*

DECISIO CCCXCII.

AGitur de dissolutione matrimonij ob impoten-
1 tiam coeundi; vnde fuit primo loco † ordina-
tum, vt à mulieribus inspiceretur vxor, a viris autem
maritus, *iuxta not. in cap. fin. de frigid. & maleficiat.*
& ita fuit seruatum in causa *Taurinen. Matrimonij*
2. Decembris 1591. *coram bo. me. Card. Blanchetto*, &
meis tẽporibus in causa *Romana inualiditatis matrimonij 28. Februarij 1603. coram bo. me. Penia*,
& cum mulieres retulerint vxorem esse valdè arctã,
& periti virum non posse coire cum muliere valde
arcta, sub die 11. Decembris 1605. coram me fuit di-
ctum, quod signa huius impotentiæ coeũdi erant du-
bia, & præsumptiua, & ideo quod pro declaratione
2 nullitatis matrimonij requirebatur † cohabitatio
triennalis, & noua inspectio mulieris, & iuramen-
tum coniugum cum septima manu propinquorum
firmantium iuramento se commisceri carnaliter ne-
quiisse. Vnde cum hodie quæratur, an sit locus dis-
solutioni matrimonij, videndum est an prædicta fue-
rint adimpleta.

Et quantum attinet ad cohabitationem trienna-
A nalem, A & iuramentum coniugum, & propinquo-
rum, animaduertebatur, quòd licet die 9. Octobris
1617. mulier fuerit consignata viro, quam accepit li-
3 bentissimè, tamen † non constat quod insimul habi-
tauerint per triennium, & incubuerint operi nuptia-
li, & quod non potuerint insimul commisceri, quod
coniuges tenẽtur iuramento firmare, *vt in cap. fin. de*
frigid. & malef. nec apparet septimam manum pro-
pinquorum affirmare, quod interea coniuges incu-
buerint operi nuptiali, prout requiritur, ex *text. in*
d. cap. fin. vt per glos. ibid. in fin. vbi dicit, satis hoc
4 probari, † si constat coniuges cohabitasse in eodem
lecto, *Hostien. in cap. fraternitatis, ante num. 1. de*
frigid. & malefic.

Quantum attinet ad inspectionem Iudex subdele-
gatus in partibus die 2. Aprilis 1621. decreuit vxo-
rem inspiciendam per Angelam Fydalgam, Philippã
die 3. & Mariam Braz obstetrices; vnde circa istam
inspectionem de pluribus est videndum. Et primo,
an sufficiens numerus mulierum fuerit deputatus,
5 & affirmatiuè Domini resoluerunt; quia † sufficit de-
putatio duarum mulierum expertarum, & partibus
non suspectarum; hic autem fuerunt deputatæ obste-
trices, secundum sententiam *Baldi in cap. proposui-*
sti num. 4. vers. & licet, de probat. & cessat omnis dif-
ficultas cum fuerint deputatæ tres mulieres quæ vi-
6 dentur necessariæ † in Ciuitate magna, cum plures
quæ habeant peritiam in ea possint inuenire, vt vide-
tur voluisse *Barbat. in d. cap. proposuisti num. 7.* qui
7 postea † etiam hoc videtur relinquere iudicantis re-
ligioni. Secundo est videndum, an dictæ obstetrices
8 essent † aptæ ad referendum, cum *tex. in d. cap. final.*
9 requirat, quod mulieres deputandæ sint † expertæ in
opere nuptiali, & fuit dictum, quod sic, cum istæ essent
obstetrices; & cum *Hostien. in cap. fraternitatis ante*
10 *num. 1. de frigidit. malefic.* requirat vt † deputentur
matronæ peritiores, quæ nec senio confectæ, nec in-
uenes sint, nec illæ beneficio visus frustratæ, cum eæ
11 quæ carent † experientia facili eludantur. In hoc
casu vna istarum obstetricium erat ætatis 50. annorũ,
aliæ vero duæ ætatis 70. annorum, quæ ætas licet vi-
deretur magna, itaut dictum Hostiensis videretur fa-
12 cere † aliquam difficultatem, nihilominus ex quali-
tate relationis, & ex diligentijs factis visum fuit di-
ctis relationibus esse adhibendam fidem. Tertio est
13 viden. an ritè † fuerit facta relatio, & affirmatiuè
pariter fuit resolutum, cum dictæ mulieres retulerint
medio iuramento de veritate dicenda, cum tamen
14 sufficeret † iuramentum de credulitate, prout periti
iurant. *Abb. in cap. proposuisti num. 11. vers. venio*
nunc ad secundam probation. Et istæ mulieres fuerũt
deputatæ die 2. Aprilis 1621. & eadem die fecerunt
inspectionem, & duæ etiam relationem, tertia autem
fecit relationem die 3. Aprilis, in quibus relationi-
15 bus referunt se fecisse † inspectionem nedum die 31.
Martij, & prima Aprilis de mandato Iudicis, de quo
non constat, attamen referunt etiam fecisse inspe-
ctionem eadem die 2. Aprilis. Quarto est videndum,
an dicta inspectio fuerit rectè facta; & visum fuit,
quod sic; quia eadem die immediatè ante inspectio-
16 nem fuit mulier † posita in balneo, in quo perman-
sit per tres quartas partes horæ, iuxta cautelam *Ho-*
stiens. in cap. causam matrimonij num. 4. de probat. &
in cap. fraternitatis ante num. 1. vers. & propter me-
dicinas mulierum, de frigid. & malefic. quem sequi-
tur *Abb. in dicto cap. fraternitatis num. 4. not. 3. vers.*
& consuluit. & Gregor. Lopez. par. 4. tit. 8 lib. 1. super
verb. Mujeres. & postmodum deuentum fuit ad in-
17 spectionem, & tactum, & relatum quod mulier fuerit
reperta virgo, vnde non potest negari, quin ista in-
spectio non fuerit bene facta, super qua inspectione
cum tantum informaretur, super ea Domini respon-
sum dederunt omissis alijs supra citatis, de quibus
poterit videri.

Aliqui tamen ex Dominis circa istam inspectionẽ
considerabant, quod si omnia concurrerent; nihilo-
minus non sufficerent pro separatione thori; cum ex
dicta inspectione non constet, an impedimentum ar-
ctitudinis sit medicabile, saltem per scissionem absq.
18 periculo † vitæ, quo casu vtendum esset isto remedio,
non autem deueniendum ad dissolutionem matrimo-
nij, vt post alios, quos allegat, dicit *Sanchez de ma-*
trim. lib. 7. disput. 93. num. 15. & quando peritia mu-
lierum non esset sufficiens ad resoluendum an impe-
19 dimentum possit tolli, esset † admittenda inspectio
virorum peritorum, vt voluit *Franc. Aretin. in*
cons. 142. num. 17. vers. ne igitur facultas, qui loqui-
tur in terminis, & respondit omnibus contrarijs, vel
20 saltem periti † deberent audire relationes mulierũ,
& super illis suam proferre sententiam. Et cum ista
21 materia sit grauis, † omnis modus est quærendus,
quia Iudex nimis est oneratus, cum talia eius arbi-
trio sint commissa, vt dixit *Hostien. in dicto cap.*
fraternitatis ante num. 1.

Et ita &c.

ANNOTATIO.

A CONtrouersum tamen est, quando sumus in dubio,
an impedimentum sit accidentale, vel naturale,
à quo tempore triennalis ista habitatio currere inci-
22 piat, an a die primæ cohabitationis ante decretum
Iudi-

Iudicis, vel a die dicti decreti; & verior est opinio, vt prædictum tempus currere incipiat a die decreti, non obstante, quod plures Doctores contrarium teneant, & præsertim *Innocent. in cap. fin. in fin. de frigidit. & malef. & ibi Abb. antiquus in fin. & alter Abb. num. vltim. & Card. pariter in fin Rosell. in verb. Diuortium num. 4 & ibi supplem. Pisan. num. 4. Gregor Lop. l. 5. verb. Dar plazo, tit. 8. par. 4 Matienzo l. 5. Recop. titul. 1. rubr. gloss. 1. num. 203. Enriquez lib. 12. de matrimon. cap. 7. nu. 2.* cum aliis allegatis per *Sanch. de matrim. lib. 7. disputat. 110. n. 4. & 5.* & adde *Menoch. de arbitrar. centur. 6. lib. 2. cas. 519. num 14. vers. Rectius senserunt &c.* Qui tamen DD. passim reprobantur, & præsertim *à Gonzal. super Regul. 8. Cancell. glos. 56. n. 74. vers. Eius opinio &c.*

Nam, vt dixi, contraria opinio, quod d. tempus cohabitationis triennalis sit computandum a die decreti, est verior, eamque tutiorem appellat *Hostien. in dicto cap. fin. de frigid. & malef. num. 10. & in Summa eodem titul. §. qualiter, & quando, num. 12. vers. verum dici potest, Io. Andr. in d. cap. fin. num. 8. & 10. Anchar. num. 9. Butr. num. 10.* vbi dicit hanc opinionem esse veriorem, *Henric. Boich. num. 1. & 2. Brunell. de sponsal. conclus. 28. limit. 1. num. 10. & 14. Capell. Tholos. decis. 381. num. 6. in fin.* vbi recitatis opinionibus concludit quod opinio Hostiens. est valde secura. *eandem sententiam videtur tenuisse Sanctus Raymundus in tract. de Matrim. in summ. lib. 4. titul. de impotentia coeundi §. sexto.*

Prædictam quoque opinionem constanter retinuit Rota, *vt in decis. 192. num. 4. & 5. & decis. 226. nu. 1. post 2. tom. consil. Farinacc. & decis. 277. nu. 13. part. 4. diuers. & coram bo. me. Orano in Neapolitana dissolutionis Matrimonij 5. Maii 1591. et in Treuiren. dissolutionis Matrim. 30. Octobris 1596. & in Neapolitana dissolutionis Matrimonij 5. Maij 1597. coram eodem, & coram bo. me. Buratto in Camerinen. Matrimonij 9. Februar. 1624. est inter eius impressas 763. num. 12. & 14. & recent. fuit responsum in causa Toletana nullitatis Matrimonij 18. Febr. 1639 coram bo. me. Coccino*, vbi testatur de tutiori, & veriori opinione, prædictamque sententiam perpetuo in Rota fuisse amplexam.

Nec obstat, quod videatur arbitrarium esse Iudici
23 posse vti cohabitatione præcedenti decreto, *vt in d. decis. 226. num. 1. vers. nihilominus post 2. vol. consil. Farinacc.* Quia est aduertendum, quod in maleficiato, semper expectatur lapsus triennij, & in frigido nō semper, *vt scribit Hostien. in cap. laudabilem, de frigid. & maleficiat. num. 1. Io. Andr. num. 8. Abb. nu. 2. Alexand. de neuo num. 3. Præposit. num. 2. vers. secus in maleficiato, Butr. num. 15. vers. quod autem in maleficio*, sensitq. Rota *in d. causa Toletana Nullitatis Matrimonij coram Coccino*. Sed id non fuit admissū in casu illius decisionis, quia, vt ibi dicitur *in §. vltim.* Vir potens erat cum alijs mulieribus, vt ex mul-
24 tis constabat, sed cum eius vxore † impotens erat, quo casu impotentia prædicta potius iudicanda erat accidentalis, quam naturalis ex frigiditate. *Capell. Tholos. decis. 381. vers. ad primum*, & fuit resolutum *in causa Bononien. Rescissionis Matrimonij 12. Ianuarij 1596. coram bo. me. Card. Blanchett.* & sic in his terminis cessare debet arbitriū abbreuiandi triēnium, sed illius lapsus expectandus est, *vt patet ex prædictis, & ex Pet. Ledes. de matr. quæst. 18. art. 2.*

Insuper, quando sumus in maleficiatis, Iudex eos hortari debet vt quantum in ipsis est, procurent con-
25 sumare matrimonium, & interim frequentent Sacramenta, & offerant Sacrificia, elargiantur eleemosynas, ieiunent, & faciant opera pia loco pœnitentiæ, vt benignius Deus noster, qui in misericordia est diues annuat eorū precibus, remouēdo tale impedimētum, vt animaduertit Rota *coram b. m. Card. Seraph. decis. 687. sub n. 4. vers. Deus misertus coniugū &c.*

Quando enim dubitatur, an impedimentum sit naturale, vel accidentale, vel à maleficio opera Dæmonum, vel Magorum perpetrato; vt non appareat de
26 vitio, † & morbo, vel defectu membrorum genitalium visibili, tunc ad remedia naturalia, diuina, & ecclesiastica recurrendum est, *can. si per sortiarias 33. quæst. 1. vbi latè per scribentes*, & concordant Theologi *super 4. sentent. Sancti Thom. S. Bonauent. Petrus de Palude, Sotus, Durandus, & alij. Ioan. Nider. in formicario lib. 5. cap. 6. vers. pro solutione. Martin. del Rio tom. 3. disquisit. Magicar. lib. 6. cap. 2. sect. 3.* debet enim deueniri ad exorcismos, qui quomodo sint faciendi praxim ponit *Frater Hieron. Menghius in suo fuste dæmonum, seu flagello dæmonum exorcismo 6. & melius Theoricam ponit Siluest. de Strigib. lib. 2. cap. 12.* & omnia debent fieri iussu Iudicis.

27 Quando enim agitur de † dissolutione Matrimonij, quod est magnum Sacramentum, omnis diligentia, & cautela adhibenda est, vt quantum humana fra-
28 gilitas patitur, omnis † fraus, & error excludatur, sic ratiocinatur *Hostien. in d. cap. fin. num. 10. vers. & bene caueat Iudex &c. de frigid. & malef. & ibi Ant. de Butr. num. 6. vers. de cautela.* ideoque Ecclesia induxit tam exquisitas solemnitates antequam simi-
29 lia † Matrimonia dirimantur. Vnde quotiescunque
30 impedimentum est medicabile, † numquam est locus dissolutioni, *vt asserunt plures relati per Comitul. respons. moral. 118. lib. 18.* sentitq. Rota *in hac causa Pampilonen. Matrimonii 16. Ianuarii 1623. coram bo. me. Coccino, & infra suo loco.* Et maleficium numquam dirimit Matrimonium, nisi sit perpetuum, & tale, vt ex solo DEI Omnipotentis mira-
31 culo † tolli possit. *vt ex text. in cap. 1. 30. quæst. 1. et ex d. cap. fin. de frigid. & malef. notant plures Doctores relati per Martin. del Rio Disquis. Magic. lib. 3 sect. 8. & per Sanchez de Matrimon. lib. 7. disput. 94. num. 7.*
32 *& 8* Et maleficium † non præsumitur perpetuum, nisi post triennalem cohabitationem, *vt aduertit Rota coram bo. me. Buratto decis. 764 nu. 10.* post quod tempus computandum tamen à die (vt dixi) decreti Iudicis super dicta cohabitatione, si sequatur impo-
33 tentiæ impedimentum, † Matrimonium tunc dirimitur, iuxta *tex. in can. vlt 32. quæst. 1.* ibi, *separari valebunt*, & sic tenet vniuersa cohors Doctorum, & præsertim *Veracrux in speculo coniug. part. 1. articul. 60. conclus. 1. Bartholom à Ledesma dubit. 49. de Matrimon. conclus. 3. Petrus à Ledesm. de Matrimon. quæst. 58. art. 2. post Princip. Nauar. in Man. cap. 22. nu. 59. Stephanus de Gaeta in sua solemni repetitione can. ad limina 30. quæst. 1. §. 4. quæst. 234. num. 537. et 538. Sprenger. in malleo maleficiorum par. 1. quæst. 8. ad finem. Alexand. Garrer. lib. 5. de spons. cap. 18. Philiarc. de offic. Sacerd. tom. 1. par. 2. lib. 3. cap. 10. Ant. Cucc. institut. moral. lib. 5. titul. 12. num. 266.* & in hac sententia sunt quoque *S. Thom. 4. distinct. 34. quæst. vnic. art. 3. corp. & ibi Albertus Magnus artic. 10. S. Bonouentura art. 2. quæst. 2. Scotus q. vnic. col. penul. in solutione ad vltimum. Card. Caiet. in summa verb.* Ma-

Matrimonium impediment. 12. *S. Antonin. in summ.* 3. *part. tit.* 1. *cap.* 12. *§.* 3. *Abulens. in cap.* 19. *Matth. quæst.* 90. *ad finem, Card. Bellarmin. lib.* 1. *de Matrimon. cap.* 18. *col.* 2. *vers. ex his, &c.* cum alijs plenamanu relatis per Sanchez *in tractat. de Matrimon. lib.* 7. *disputat.* 94. *num.* 8.

34 Nam & Matrimonium est † à principio nullum ob impotentiam perpetuam. *cap.* 2. *ibiq. late Doctores de frigid. & malef.* cum alijs abundè adductis per *R. P. Bonaccin. de Matrimon. quæst.* 3. *punct.* 13. *n.* 9.

35 quo † casu nec intrat statutum de lucro dotis, quia vbi Matrimonium non adest, nec dos, nec lucrum, seu donatio propter nuptias esse potest, & in terminis,

36 quod lucrum dotis non † debeatur, quando Matrimonium est nullum ob impotentiam viri, *asserunt Bald. in cap. iurauit num.* 1. *de probat. Phanucc. de lucr. dot. glos. num.* 6. *Gomez. ad leg.* 50. *Tauri num.* 7. *Barbos. in l.* 2. *par.* 1. *num.* 158. *ff. solut. matr. Molphes. ad consuetud. Neapolit. tom.* 1. *par.* 7. *nu.* 7. nec ab hac opinione *Rot.* dissentit, *vt videre est in causa Rom. quarti dotalis* 26. *Nouēb.* 1633. *coram Reuerendiss. P. D. meo Dunozetto, quæ decisio confirmata fuit postea coram eodem sub* 30. *Nouembris* 1634. *easq. posui infra part.* 6. *recent. & sunt in ordine decisiones* 237. *&* 307.

Paulus Rubeus.

R. P. D. VBALDO

Ciuitatis Castellanæ Iuris pascendi.

Veneris 15. *Maii* 1622.

ARGVMENTVM.

In mala fide possessor constituitur à die motæ litis, & propterea à dicta die non facit fructus suos, & quando procedat id etiam respectu eius, qui litem non mouit. Ad damna, & interesse, quando quis in sententia non fuit condemnatus, tunc ab eis censetur absolutus, quando illa à parte fuerunt petita, & Iudex renuit condemnare, secus verò, si non fuerunt petita. Fructus, licet post rem iudicatam peti nequeant, tamen quando hæc conclusio non habeat locum.

SVMMARIVM.

1 *Possessor à die motæ litis constituitur in mala fide, & propterea à dicta die non facit fructus suos.*

2 *Possessor à die motæ litis constituitur in mala fide respectu eius, qui mouit litem non autem respectu tertij.*

3 *Sententia, quando fuit lata in rem, & super iure reali super eius libertate facit ius, quo ad omnes. Sententia lata ad fauorem locatoris suffragatur etiam conductori num.* 4.

4 *Fides mala inducta per litis contestationem cum locatore, videtur etiam facere pro conductoribus.*

5 *Sententia est stricti iuris, & non extenditur ad ea, quæ verbis non continentur.*

6 *à Damnis, & interesse, quis non dicitur absolutus, dum de hoc nihil dicitur in sententia, si illa non fuerunt petita.*

7 *Fructuum petitio est accessoria ad absolutionem obtentam.*

8 *super Fructuum petitione potest institui nouum iudicium.*

9 *Fructus post rem iudicatam amplius peti nequeunt.*

10 *Fructus post rem iudicatam amplius tunc peti nequeunt, quando illi à principio fuerunt petiti. Tunc enim, si non legeretur condemnatio in fructibus, quis censeretur absolutus, & num.* 10. *Fructus etiam post rem iudicatam peti possunt, quando illi à principio non fuerunt petiti. nu.* 10.

11 *Fructus, quando debentur, & iam consumpti fuere, eorum loco debetur æstimatio loco damnatorum, et interesse.*

DECISIO CCCXCIII.

POST sententias in causa latas, & rem iudicatam fuit mihi commissa causa restitutionis consignationis, & liquidationis fructuum à Communitate Ballesana perceptorum à die motæ litis, nec dum damnorum, & interesse. Vnde proposito dubio, An Communitas ad prædicta teneretur fuit resolutum affirmatiue eam teneri ad fauorem illorum de Paparotijs, qui sunt conductores tenutæ, de qua agitur a Monialibus Sancti Siluestri, fundamentum fuit,
1 quia a die motæ litis Communitas fuit constituta in mala fide, & proinde ad fructus ab inde citra perceptos teneretur, *l sed, et si lege, §. si ante, vbi glos. et Bar. ff. de pet. hæred. Caputaq. decis.* 27. *num.* 6. *par.* 2 *Rot. decis.* 7. *de dolo, et cont. in nou. & apud Seraph. dec.* 38. *num.* 3. *et decis.* 638. *sub num.* 8. *par.* 1. *recent. Surd. cons.* 293. *num.* 9. *l.* 2. *Peregrin. de fideic. art.* 49. *n.* 137.

Nec obstat quod iudicium fuerit agitatum nomine Monialium, & illarum fauorem sententiæ fuerint latæ, non autem ad fauorem conductorum, & sic Com-
2 munitas fuerit † constituta in mala fide per Moniales, non autem per Paparotios, quia responsio appa-ret ex deductis in decisione in hac causa facta 3. De-cembris præteriti, in qua fuit firmatum sententiam fuisse latam per verba directa in rem, & super Iure
3 reali † pro libertate fundi, ideo facere ius quoad omnes, præsertim cum sententia lata ad fauorem loca-tionis suffragetur etiam conductori, *Put. decis* 11. *nu.* 5. *lib.* 1. *in nou. cum alijs in decis. adductis*, & ideo mala fides inducta in Communitate per litem conte-statam cum Monialibus videtur etiam facere pro conductoribus ad hunc effectum, & cum fuerit pro-
4 nunciatum † Communitati nullum ius competere super tenuta, possit iuuari d. sententia, & petere fru-ctus in alio tamen Iudicio, vt iam dicetur.

Non igitur obstat quod in sententijs Rotalibus nulla de fructibus, nec de damnis, & interesse men-tio facta fuerit, sed solum fuerit Communitas con-demnata ad refectionem expensarum, quia in hoc so-lum infertur illa peti non posse in exequutionem di-
5 ctarum sententiarum, & rei iudicatæ, cum † senten-tia sit stricti Iuris, & non extendatur ad ea, quæ ver-bis non continentur, *Aymon. cons.* 74. *num.* 10. *Se-raphin. decis.* 35. *num.* 5. *et* 6. non tamen sequitur.
6 QuodCommunitas fuerit absoluta cum † non appa-reat fructus, & damna, & interesse fuisse in illo Iu-dicio petita, immo nec forte potuerunt peti a Mo-nialibus fructus, cum non pertinerent ad ipsas, sed ad Paparotios afficturarios fructus, sed non sequitur, quod cum sententia iuuet Paparotios, & sic lata su-per iure reali, vt dictum est, non possint Paparotij agere ad fructus lite pendente perceptos cum pe-
7 titio † fructuum sit accessoria ad absolutionem ob-tentam super dicta seruitute, vt eleganter declarant *Cuman.*

Cuman. in l. si quis cum totam col. penult. ante fin. vers. sententia lata in princ. ff. de except. rei iud. quem sequitur Seraph. d. decis. 835. num. 6. vel su-
8 per † fructibus instituere nouum Iudicium, iux. decis. eiusdem Seraph. 1255. num. 2. Rota decis. 317. num. 2. par. 1. in recent.

Non obstat quod post rem iudicatam fructus am-
9 plius peti † non possint, ex allegatis, quia hoc procederet si fructus ab initio fuissent petiti, l. 4. C. de poss. Guidopap. decis. 405. par. 2. tunc enim si non le-
10 geretur † condemnatio in fructibus Communitas censeatur absoluta, Peregr. de fideicom. art. 49. num. 147. Rota decis. 807. num. 4. par. 1. diuers.

Nec demum obstat quod fructus isti dicantur cō-
11 sumpti, quia † eorū loco debetur æstimatio pro damnis, & interesse, Card. Mantic. decis. 281. num. 1. quæ est decis. 837. par. 4. diuer. & dictum fuit in Romana vineæ de Fabris 20. Nouembris 20. Nouemb. 1604. coram Reuerendiss. Decano, quæ est apud Modern. Perus. de censibus decis. 79. num. 10.

Et ita fuit decisum, &c.

☞ * *Infra in eadem causa habetur altera decisio coram eodem Vbald. sub die 1. Decemb. sequentis anni 1623.*

R. P. D. VBALDO.

Bononien. Fideicommissi de Rubeis.

Mercur. 18. Maij 1622.

ARGVMENTVM.

Bulla fel. rec. Pij IV. contra illegitimos, quid disponat, & quo casu operetur suum effectum, & an habeat locum, quando successio legitimati sortita est suum finem, quo ad successiones vnius portionis bonorum, & secus quo ad alteram. Legitimatio licet sit indiuidua, quo ad personam legitimati, nempe circa restitutionem natalium, abolitionem maculæ, &c. tamen potest dici diuidua respectu successionis. Regul. Cancell. reuocatoria vnionum, quare non comprehendat vniones in parte effectum tantum sortitas.

SVMMARIVM.

1 *Bulla Pij IV. contra illegitimos annullat quascunque legitimationes de quibuscumque naturalibus spurijs, per quoscumque legitimatos in præiudicium vocatorum ex fideicommisso.*
2 *Bulla Pij IV. contra illegitimos præseruat tantum legitimationes tempore eius editionis effectum sortitas, vel ius in re sortitas.*
3 *Hæreditas non dicitur delata, nec successionis habetur ratio, nisi post mortem.*
4 *Bulla Pij IV. contra illegitimos, quando sine dubio obstet.*
5 *Legitimatio, quando non dicatur sortitam fuisse effectum.*
6 *Successionis materia est diuidua,*
7 *Legitimatio potest dici sortitam esse effectum respectu successionis vnius, & secus, quoad successionem alterius.*
8 *Legitimatio potest esse, vt respectu vnius successionis subsistat, & respectu alterius nequaquam.*
9 *Legitimatio est indiuidua.*
10 *Legitimatio dicitur indiuidua respectu personæ, quæ non potest esse pro parte legitima, & pro parte non.*
11 *Legitimationis materia est, quid diuersum à successionis effectu.*
12 *Regula Cancell. reuocatoria vnionum, non comprehendit vniones in parte effectum sortitas.*
13 *Vnio beneficiorum in parte effectum sortita, quare non reuocetur per regulas reuocatorias vnionum. Papæ intentio, quando vnit plura beneficia pro dote vnius Ecclesiæ, qualis sit. num. 13.*
14 *Papa successor, quare non censeatur voluisse reuocare vniones in parte effectum sortitas.*
15 *Legitimatio dicitur indiuidua quoad personam legitimatam, scilicet; quo ad abolitionem maculæ, restitutionem natalium, & similia.*
16 *Legitimatio potest dici effectuata, quo ad vnam successionem, licet secus, quo ad aliam.*
17 *Bulla Pij IV. contra illegitimos, loquitur de legitimationibus, per quas succeditur contra voluntatem testatoris.*
18 *Testator, si vocauerit ad successionem filios legitimos, & naturales, & ex legitimo matrimonio natos, id non verificatur in legitimatos.*
19 *Legitimatio, quando dicatur contra mentem testatoris, itaque comprehendatur in Bulla Pij IV. contra illegitimos.*
20 *Testator non præsumitur voluisse vocare legitimatos, licet instituerit hæredem eius filium legitimatum, si post eam substituerit filios legitimos, & naturales, & ex legitimo matrimonio natos.*
21 *in Fideicommissis succeditur testatori.*
22 *Decedere, quis non debet pro parte testatus, & pro parte non.*
23 *Decedere quis non dicitur pro parte testatus, & pro parte non, dum alicuius portionis hæres est incapax, & fit locus alijs vocatis in testamento.*

DECISIO CCCXCIV.

CONTRA hæredes Ioannis Galeatij senioris de Rubeis prætendentes successionem in bonis Andreæ iunioris, vltimo loco defuncti ex testamento quondam Mini, opponebatur de Bulla fel. record. Pij Quarti excludente filios legitimatos, qualis fuit Ioannes de Galeatijs in præiudicium vocatorum ex fideicommisso, & quia oppositio fiebat, tum à Comite Thadeo de Blanchis hærede Artemitiæ matris Andreæ, & bonorum possessore, tum ab alijs de Rubeis descendentibus Nestoris fratris Mini, quoad Comitem quidem fuit resolutum Bullam prædictam non obstare, vt in decisione 14. Maij anni præteriti, quo verò ad dictos descendentes fuit tunc reseruatum, vt particulariter videretur, & hodie fuit resolutum Bullam, quoad ipsos obstare Ioanni Galeatio, & eius hæredibus, & sic esse recedendum in hoc à decisione bo. me. Cardinalis Lancellotti 9. Iunij 1596. in qua contrarium fuerat firmatum; Bulla enim annullat quascumque legitimationes de quibuscumque naturalibus spurijs per Romanos Pontifices, ac Comites Palatinos, & quos-
1 cunque alios factas † in præiudicium vocatorum ex fideicommisso, aut ex testamento, vel quauis alia valida dispositione sub quibusuis tenoribus, & formis, & cum quibusuis verborum formis, & expressionibus nondum adhuc viuentibus vltimis bonorū huiusmodi possessoribus, per quorum obitum ad legitimos deuolui deberent effectum sortitas, nec ius in

2 in re consecutas, vnde Bulla † præseruat tantum legitimationes tempore eius editionis effectum sortitas, vel ius in re consecutas, vt proximè dictum est, & tradit *Cardin. Mantic. de coniect. lib.* 11. *tit.* 10. *num.*46.*vers.extat etiam*, sed de anno 1562. vel de anno 1564. quo dicta Constitutio edita, vel publicata est, vt in Bullario antiquo num. 64. & in nouo num. 45. legitimatio Ioannis Galeatij non erat sortita effectum, quoad successorem Andreæ iunioris, de qua in præsenti causa agitur, cum is obierit de
3 anno 1590. Nec dicatur delata hæreditas, † nec habeatur ratio successionis, nisi post mortem. *cap. cum Marta de celebrat. Miss. l. delicta. cum ibi not. ff. de verb. signif. & in l. si cognatis. ff. de reb. dub. §. in extraneis. instit. de hæred. qualit. & differ.* merito talis legitimatio non videtur præseruata per dictam Bullam, sed potius annullata, & consequenter descendentibus dicti Ioannis Galeatij, qui prosequuntur
4 idem iudicium ab Auo institutum, videtur † obstare dicta Bulla, & tanto magis ponderando illa verba, viuentibus bonorum possessoribus, per quorum obitum ad legitimos deuolui deberent, & sic cum Bartholomæus, & Andræas iunior eius filius viue-
5 rent post editam Bullam, & per eorum obitum † bona deuolui deberent ad legitimos, dici non potest legitimationem Ioannis Galeatij fuisse effectum sortitam quoad ista bona.

Neque obstat quod Ioannes Galeatius vigore legitimationis successerit in bonis Ludouici patris sui, & reportauerit in Rota sententias fauorabiles, & sic videatur legitimatio effectuata, vt consideratur in dicta decisione Cardinalis Lancellotti, in fine, quia
6 fuit † responsum nos versari in materia successionis diuidua, *l. hæredes mei. §. cum ita ff. ad Trebell. Alex. cons.* 15. *in fin. lib.* 4. *Abb. cons.* 58. *in fin. vers. Praete-*
7 *rea, & 4. par.* 2. vnde quantumuis † legitimatio possit dici effectuata quoad successionem Galeatio debitam in portione patris, & illi delatam ante Bullam, tamen potest etiam dici non effectuata quoad successionem in portione Andreæ delata post Bul-
8 lam, & alias non inconuenit, † quod legitimatio pro parte successionis subsistat, pro alia verò parte non valeat, ex tradit per *Decian. cons.* 19. *num.* 66. *lib.* 1. *Castr. in l. ex facto. num.* 7. *ff. de vulgar. Ruin. cons.* 81. *num.* 8. *&* 9. *lib.* 3. *Bursatt. cons.* 390. *num.* 43. *Lancell. Perus. inter cons. vlt. volunt. lib.* 1. *cons.* 176. *nu.* 63. *cum alijs per Surd. cons.* 337. *num.* 53. *lib.* 3.
9 Nec dicatur legitimationem † esse indiuiduam. *glos. in cap. cum inhibitio. in verb. si ambo. de clandest. despons.* Quia id benè procedit quoad statum
10 personæ, † quæ non potest esse pro parte legitima, & pro parte non legitima, secus verò quoad effectum
11 successionis bonorum longè † diuersum à reintegratione personæ. *Castren. in d. l. ex facto num.* 7. *ff. de vulgar. Decian. & Bursatt. locis supra citatis*, benè *Surd. d. cons.* 337. *num.* 50. *&* 53. *in fin. Acchill. decis.* 6. *num.* 2. *& seq. qui fil. sint legit. & ibidem nu.* 4. *respondet ad dictam glos. in d. cap. cum inhibitio*, & benè facit *Rot. decis.* 505. *num.* 9 *par.* 1. *diuers.*

Nec placuit simile de vnione, & regula vnionum
12 reuocatoria, † quæ non comprehendit vniones in parte effectum sortitas, *Garz. de benef. par.* 12. *cap.* 2. *num.* 294. *Rota in Alerien. vnionis* 16. *Nouembris* 1616. *coram R. P. D. meo Caualerio, & sæpè aliàs*; quia fuit responsum, id euenire ex intentione Papæ
13 vnientis, quæ est indiuidua, cum voluerit † vnire tot beneficia pro dote alicuius Ecclesiæ, nec aliud separatum, & diuiduum in ea considerari potest, quam intentionem contra sequi non potest ex vnio-
14 ne partis beneficiorum, & ideo † successor non censetur voluisse reuocare vniones in parte effectum sortitas. *Roman. cons.* 327. *num.* 1. quem sequitur *Rota decis.* 468. *num.* 1. *par.* 1. *diuers.* sed in casu nostro in legitimatione potest cõsiderari effectus quoad
15 personam legitimati, videlicet quoad † restitutionem natalium, abolitionem maculæ, & similia, & hic est indiuiduus, vt supra dixi, sed quoad effectum successionis, de quo agitur in Bulla penitus separatũ, & distinctum, ille diuiduus est, cum possit pro vna
16 parte bonorum † legitimatio dici effectuata, pro alia vero non, ex supra deductis.

Non obstat quod Bulla loquatur de legitimatio-
17 nibus, per † quas succeditur contra voluntatem testatoris, *Eugen. cons.* 52. *num.* 63. *lib.* 1. *Laderch. cons.* 23. *in fin. Rota decis.* 388. *num.* 1. *&* 2. *par.* 1. *in recen.* In proposito autem Ioannes Galeatius non videatur vocatus ad successionem contra voluntatem quamuis legitimatus, cum Minus instituerit filios suos, & Nestoris legitimatos, quia quicquid sit de institutione, certum est, quod successiuè fuerunt in
18 substitutionibus † vocati liberi institutorum legitimi, & naturales, & ex legitimo matrimonio nati, quæ verba non verificantur in Ioanne Galeatio legitimato per rescriptum. *Bald. Aret. & alij in l. Gallus. §. si eius. ff. de liber. & posth.* & fuit latè comprobatum *in Romana fideicommissi 9. huius mensis, & anni coram me*, & licet respondeatur in decisione Cardinalis Lancellotti, hoc cessare, stante clara mente, & potestate legitimantis, tamen sat est, quod
19 hodie in terminis Bullæ, † de qua agitur legitimatio dicitur contra voluntatem testatoris, & sic comprehendi sub dicta Bulla quoad bona, in quibus legitimatio non habuerat effectum.

Nec facit quod reperiatur etiam substitutus An-
20 dræas filius testatoris legitimatus; quia ipse † fuit etiam institutus, & post omnes institutos vocantur filij legitimi, & naturales, & de legitimo matrimonio nati.

21 Neque applicatur † quod in fideicommissis succeditur testatori, *l. cum hæredi, §. cum filiæ, ff. de vulg.* vnde si Ioannes Galeatius iam successit Mino quoad portionem Ludouici, & nunc non possit succedere quoad portionem Andreæ iunioris, continget
22 † Minum decedere pro parte testatum, & pro parte intestatum, *contra l. Ius nostrum, ff de reg. iur.* quia si non possit succedere in ista portione, tanquam
23 incapax effectus † per Bullam Pij Quarti, erit locus alijs vocatis in testamento.

Et ita fuit decisum, &c.

R. P. D. REMBOLDO.

Sancti Seuerini Domus.

Veneris 20. *Maij* 1622.

ARGVMENTVM.

Emptori licitum est retinere pretium rei emptæ, propter imminentem euictionem dictæ rei, & quando non tantũ dicatur imminere euictio, sed etiam sequuta. Emptori, quod liberè non fuerit tradita res empta, ex quibus probetur, & docere de tali libera traditione, id incumbit venditori agenti ad assecutionem

tionem pretij. Emptori non dicitur liberè tradita domus empta, si ei solum fuerit consignata] clauis vnius cubiculi, cum sit necessaria traditio clauis ianuæ principalis, si non omnium cubiculorum. Euictio, quando dicatur secuta culpa venditoris, & non emptoris.

SVMMARIVM.

1 *Emptor propter imminentem euictionem potest retinere pretium rei.*
2 *Emptor, dum imminet euictio rei emptæ, si venditor petat pretium, potest eum repellere exceptione rei non traditæ, vel non adimplementi.*
3 *Emptori non potest dici res libere tradita, dum ante traditionem secuta fuit euictio.*
4 *Censum imponens super aliqua domo, quid ex hoc arguatur. & num 5.*
6 *Emptori, quid fuerit facta libera traditio rei venditæ, id probare spectat ad venditorem, dum agit ad pretij consecutionem.*
7 *Testes ex quibus non probent, emptori fuisse liberè traditam rem emptam.*
8 *Emptori, quod liberè fuerit tradita aliqua domus, non sufficit probare ei fuisse traditam vnius cubiculi, quia ad hunc effectum requiritur traditio clauis ianuæ principalis, si non omnium cubiculorum.*
9 *Emptori, quod fuerit consignata tota domus liberè, non arguitur, si aliquid in eam de eius mandato fuerit inuectum, maximè quando deinde fuit prohibitus, ne vlterius aliud asportaret.*
10 *Consignatio domus non potest dici emptori liberè facta, dum ab alio ea semper fuerit possessa.*
11 *Clausula, constituti, non operatur sine actuali traditione possessionis.*
12 *Emptor, sufficit ante pretij solutionem rem ei fuisse euictam, ad effectum, vt ei liceat dictum pretium retinere.*
13 *Euictio cedere debet in damnum emptoris, si eius culpa fuerit secuta.*
14 *ad Venditorem spectat defensio rei venditæ, ne euincatur.*
15 *in Euictionis iudicio, si emptor, & venditor fuerint simul conuenti ab eo, qui rem euincit, potest emptor superatus absque alia denunciatione agere contra vend. torem de euictione.*

DECISIO CCCXCV.

IVLIANVS in quadam permutatione vnius domus facta cum Gilandro, & Lelio promisit sub obligatione in forma Cameræ soluere illud plus, quod domus Gilandri, & Lelij æstimaretur per duos æstimatores communiter eligendos, quoad medietatem statim facta æstimatione, & quod ad reliquum intra annum. Vnde cum domus Gilandri, & Lelij fuisset æstimata plus scut. 586. domo Iuliani, obtinuerunt dicti Gilander, & Lelius mandatum exequutiuum aduersus Iulianum pro dicta summa scutorum 586.

Verum causa ad Rotam delata, dubioq. proposito, An dictum mandatum esset exequendum, Domini censuerunt non esse exequendum, quia constat dictam domum fuisse à quodam Commissario, occasione cuiusdam prætensi delicti à Lelio commissi venditam, nedum ante solutum pretium per dictum Iulianum, sed etiam antequam ei fuisset tradita actua-
1 lis dictæ domus possessio. Vnde † non solum licuit dicto Iuliano propter imminentem, & imo etiam sequutam euictionem, pretium dictæ domus retinere, *l. si post perfectam C. de euict.* sed poterat etiam dictos Gilandrum, & Lelium agentes, vigore con-
2 tractus dictæ permutationis, exceptione † non adimplementi, seu rei non traditæ repellere, ad not. in *l. Iulianus, §. offerri, vbi glos. & communiter Doct. ff. de act. empt. Corn. cons. 79. num. 17. lib. 1. Crauett. cons. 151. num. 10. Put. decis. 357. lib. 3.*

Nec obstat quatenus prætendatur dictam domum fuisse traditam Iuliano, antequam fuerit euicta, quia hoc nullibi probatur, & imo quod dicta domus deti-
3 neretur tempore subhastationis † ab ipsomet Gilandro, probatur ex testibus, qui dantur Summario Iuliani num. 6. deponentibus, quod quando dicta domus fuit subhastata, habitabat in ea Angelina famula Gilandri, & quartus Testis dicit in actu subhastationis superuenisse dictam Angelinam, eamque dixisse, *che voleua stare in possesso per parte di Gilan-*
4 *dro*, idque confirmatur † etiam ex impositione census facta super dicta domo per dictum Gilandrum, & Lelium. Et maximè quia in dicta impositione affirmauerunt dictam domum ad ipsos pleno iure spe-
5 ctare, † ita quod satis videatur constare dictam domum nunquam fuisse liberè traditam dicto Iuliano, cum tamen adimplementum, & sic libera traditio
6 dictæ domus † probari deberet ab ipsomet Gilandro, & Lelio, qui agunt ex contractu permutationis *Crauett. d. cons. 151. sub num. 10. vers. & adeo fauorabilis est. Alex cons. 101. num. 7. lib. 2. Menoch. consil. 1. num. 369. lib. 1.* Rot. *decis.* 515. *num. 4. par. 1. in recent.*

Nec obstant testes, qui conantur deponere de traditione clauis vnius cubiculi facta Iuliano, quod-
7 que † de eius mandato fuerunt inuecta in dicta domo aliqua ligna, quia quidquid sit dicendum circa depositionem dictorum testium, certum est quod ex ea non resultat sufficiens probatio implementi, hoc
8 est, quod domus fuerit liberè † tradita, quia ad hunc effectum requiritur traditio clauis ianuæ principalis domus, si non omnium cubiculorum, *Alberic. in l. 1. §. si iusserim, ff. de acquir. poss. Menoch. de retin. poss. remed. 3. num. 569. cum ibi alleg.* & licet fuissent inuecta aliqua ligna in dictam domum de man-
9 dato Iuliani, tamen inde non † sequitur, quod ei fuerit tradita possessio totius domus libera, & vacua, quia imo omnis præsumptio liberæ traditionis excluditur, tum ex eo quod ijdemmet testes deponũt, quod fuit prohibitum ne vlteriùs inueherentur dicta ligna, tum etiam quia ex supra deductis constat di-
10 ctam domum fuisse semper detentam † vsquequò fuit vendita à dicto Commissario per Gilandrum, vnde dici non potest, quod fuerit tradita libera, & vacua, *ad l. si emptione, §. vacua, & §. fin. cum l. seq. ff. de act. empt. Surd. cons. 13. num. 15. & decis. 253. num. 8. & seq.*

Neque aliquid facit clausula, constituti, apposita in contractu permutationis, quia illa non opera-
11 tur † sine actuali traditione possessionis. *Alexan. cons. 28. num. 7. lib. 2. Surd. dicto cons. 13. num. 12. & seqq. Pedemont. decis. 36. num. 5. cum alijs latè deductis per Tiraquell. in tit. de iur. constit. poss. par. 1. num. 10.*

Et in omnem euentum sufficit Iuliano, quod ante
12 solutionem † pretij fuit dicta domus euicta, ad effe-

ctum,

ctum, vt ei liceat dictum pretium retinere. *d.l.si post perfectam C.de euict. cum alijs adductis in Firmana pecuniaria 30. Maij 1616. coram me.*

13 Non obstat quod dicta † euictio cedere debet damno Iuliani, quia hoc non subsistit, ex quo dicta euictio secuta est nedum culpa Lelij, sed etiam dictis Gilandro, & Lelio domum possidentibus, ipsisq. ci-
14 tatis. Vnde defensio dictæ † domus spectabat ad ipsos, *ad tradita per Alex. in l.2.§.voluntatem nu.15. & seq. ff. sol matr.* vbi etiam in fortioribus tradit,
15 quod si emptor, & venditor † in eodem iudicio fuerint simul conuenti ab eo, qui rem euincit, potest emptor superatus absque alia denunciatione agere contra venditorem de euictione, *per glos. in l. si victũ §.1. in verb. denunciari, ff. de euict.*

R. P. D. VBALDO.

Bononien. Terrarum.

Veneris 20. Maij 1622.

ARGVMENTVM.

Conductor, quando cadat à commodo locationis. Reconductio in prædiis rusticis ad quantum tempus censeatur facta. Conductio, & reconductio semper censetur facta, quatenus conductor soluat pensionem.

SVMMARIVM.

1 *Conductor cessans per biennium à solutione affictus, de iure commun, cadit à contractu, & potest expelli.*

2 *Quod procedit etiam si adsit pactum de eo non expellendo dum durat locatio, quia tale pactum intelligitur sub conditione, si pensio soluatur.*

3 *Statut. Bononien. lib.5. in rub. de pan. vend. rem alien. disponit, quod ad effectum expellendi conductorem, sufficit, quod deficiat in vno termino.*

4 *Reconductio in prædijs rusticis, de iure communi non censetur facta pro eodem tempore, sed de anno in annum.*

5 *Conductio tam expressa, quam tacita reconductio intelligitur facta, quatenus pensio soluatur.*

6 *Locationis renouatio numquam censetur facta, nisi quatenus conductor adimpleat pro parte sua.*

7 *Locatio, quando est finita, censentur etiam expirasse omnia pacta.*

8 *Locatio, si sit facta cum pacto francandi, hoc pactum non censetur prorogatum in renouatione locationis.*

9 *Conductor, si velit interuertere ius, & dominium locatoris, cadit à commodo locationis.*

DECISIO CCCXCVI.

FVIT responsum pro parte informante, in magna alterius partis contumacia, videlicet, Fabium cecidisse à commodo locationis, & Collegio locatori esse conceden. mandatum de associando. Constat enim de cessatione Fabij à solutione affictuũ per biennium, eoque amplius, vnde de iure commu-
1 ni videtur cecidisse † à contractu, & posse expelli, quamuis in contractu adesset pactum de non expel-
2 len. † intra tempus conductionis, quod hic tamen non adest, quia tale pactum intelligitur sub conditione, dummodo pensio soluatur *l. quaero, §. inter locatorem, ff. locat. & ibi Bart. num. 2. Bald. in l. æde, in princip. C. eod. tit. Becc. cons. 9. num. 1. & alijs per Surd. cons. 82. num. 15. & seqq.* Et accedit Sta-
3 tutum † Bononien. *lib.5. in rubric. de pan. vend. rem alien. §. volumus etiam, vers. liceat etiam locatori,* vbi disponitur sufficere ad effectum expellendi conductorem, si deficiat in vno termino, & ibi plene per *glos. in verb. termino.*

Nec obstat reconductio tacita ad aliud septenniũ,
4 quia de iure communi † reconductio non censetur facta in prædijs rusticis pro eodem tempore, sed de anno in annum, *l. item quæritur, §. qui impleto, vbi Bart. ff. locat. Berous cons. 152. num. 12. lib. 1. Card. Mantic. de tacit lib. 5. tit. 15 num. 2. & seq.* Et quatenus prætendatur vigore Statuti, de quo supra, ex quo non processit disdicta per tres menses ante lapsum primi septennij, vt in eodem Statuto disponitur in *§. Præterea statuimus,* & fuit in hac causa resolutum pro manutentione Fabij 21. Februarij 1620.
5 respondetur, quod tam expressa conductio, quàm tacita reconductio intelligitur, quatenus pensio sol-
6 uatur, *d. §. inter locatorem,* & renouatio † locationis nunquam facta censetur, nisi quatenus conductor adimpleat ex parte sua *Alex. cons. 76. num. 6. lib. 5. Ruin. cons. 78. num. 3. & cons. 114. sub num. 5. lib. 1. Aym. cons. 87. num. 3. cum alijs per Menoch. præs. 85. num. 43. lib. 3. Trentacinq. var. resolut. lib. 3. de locat. & conduct. resol. 2. num. 5.*

Non obstat, quod dictum Statutum non comprehendat locationes, cum pacto francandi, qualis fuit ista, de qua agitur, quia contrarium tenet *glos. ad d. Statutum in ver. liceat, vers. sed tamen,* & in
7 omnem euentum, † si finita est locatio, censetur etiã expirasse illud pactum, *Felin. cons. 25. nu. 22. & 23. Surd. decis. 39. num. 6. Rota Bonon. decis. 119. nu. 92. in nouiss.* Et quatenus etiam censeretur prorogata
8 locatio, † non tamen censeretur prorogatum pactũ francandi secundum veriorem, & magis receptam opinionem, de qua per *Beroum cons. 153. num. 18. & seqq. lib. 1. Alex. cons. 17. num. 12. lib. 4. Menoch. præsumpt. 85. num. 22. lib. 3. Card. Mantic. dicto tit. 15. num. 32. Trentacinq. loco supra citato num. 14. vers. duodecima, Rota Bononien. in nou. in addit. ad decis 20. 80. & 119.*

Vltimo placebat etiam motiuum, quod Fabius male versatus fuerit circa rem conductam, dum prædia conducta primum vendidit tamquam sua de anno 1616. & postea eandem locauit de anno 1619. ad septennium, & sic vltra tempus suæ tacitæ prætensæ reconductionis, vt in summario num. 5. & sic
9 videtur voluisse interuertere ius, † & dominium locatoris, vnde cecidit à commodo contractus locationis, *Bald. in l. æde, num. 23. vers. sed quid sit non destruxit. C. locat. Berous cons. 102. num. 59. lib. 1. Natt. cons. 479. num. 9.*

Et ita fuit decisum.

REVERENDISS. COCCINO.

Hildesimen. Optionis.

Veneris 20. Maij 1622.

ARGVMENTVM.

Iudicialiter satis, superque dicitur fuisse processum, quando interuenit Iudex, actor, & reus, item si fuerit

rit porrectum libellum, vel fuerit imploratum officium Iudicis nobile ad aliquid assequendum, aut constet, sententiam fuisse latam, quod est manifestissimum signum, tractatur enim de appositione sequestri, dum possessio fuit capta appellatione pendente, quod sequestrum venit apponendum, etiamsi constaret Iudicem non habuisse iurisdictionem, & quare. Procedens de facto non debet esse melioris conditionis, quam ille, qui de iure coram Iudice procedit.

SVMMARIVM.

1 *absque Attentatorum vitio non potest capi possessio appellatione pendente.*
2 *Iudicialiter satis dicitur processum, ex porrectione libelli.*
3 *Iudicialiter, quod fuerit processum negari non potest, dum imploratur officium Iudicis nobile ad aliquid assequendum.*
4 *Iudicium constituitur ex tribus personis, nempe Iudice, actore, & reo.*
5 *ad Iudicij constitutionem non est necessaria citatio, quando omnia fuerunt gesta partibus præsentibus.*
6 *Iudex fatuus est, qui facit citare præsentem.*
7 *Iudicium, quando est duplex, ex quo vtraque pars prætendit aliquid ad se spectare, tunc vterque est actor, & reus.*
8 *Verba sunt reducenda ad germanum intellectum.*
9 *in Iudicio duplici, quilibet est actor, & reus.*
10 *Iudicialiter, quod fuerit processum, id manifestissimè apparet, dum sententia fuit lata.*
11 *Optionis materia potest extraiudicialiter determinari per Capitulum.*
12 *Extraiudicialiter, si materia aliqua potest tractari, tamen dum partes voluntariè iudicium ingrediuntur, non prohibetur iudicialiter procedi.*
13 *Lis non datur sine iurisdictione.*
Attentata non dantur sine lite. num. 13.
14 *Iudex, quando est ab vtraque parte approbatus tanquam Iudex, standum est huic approbationi, donec contrarium fuerit probatum.*
15 *Capitulum de consuetudine potest habere iurisdictionem.*
16 *de Facto agens non debet esse melioris conditionis, quam ille, qui de iure agit coram Iudice.*
17 *Sequestranda est possessio capta appellatione pendente, saltem ex officio Iudicis, & constaret Iudicem non habuisse iurisdictionem.*
18 *Et hoc saltem, ne altera pars eludatur, dum consensit, vt coram non Iudice iudicialiter procederetur.*

DECISIO CCCXCVII.

TERTIO loco * fuit resolutum constare de attentatis; quia cum Capitulum iudicialiter
1 processerit, possessio non † poterat capi appellatione pendente absque vitio attentatorum, *cap. non solum, de appell. in 6. tot. tit. nil nouari appellatione pendente.*

2 Quod autem Capitulum iudicialiter processerit, satis patet ex porrectione † libelli pro parte Arnoldi, in quo fuit petitum sententiam proferri super iustitia optionis suæ cum adiudicatione expensarum, fructuum, damnorum, & interesse, & reddituum, quod Capitulum iudicialiter declaret, &c. & similiter Rembertus petijt coram eodem Capitulo declarari, quod sibi competit dicta obedientia vacans im-
3 plorando † officium Iudicis nobile, vnde negari non potest, quin fuerit processum iudicialiter, cum inter-
4 uenerint tres personæ, † nempe Iudex, actor, & reus, de quibus *in cap. forus. de verb. signif.*

Neque obstat, quod fuerit processum absque cita-
5 tione; quia † omnia gesta fuerunt partibus præsentibus, & ideo non fuit opus alia citatione. *Angel. in l. de vnoquoque num. 4. ff. de re iudicat.* vbi quod fa-
6 tuus est Iudex, † qui facit citare præsentem, *& in cons. 267. num. 2. V ant. de nullit. ex defect. citat. n. 17. Iason. in l. 1. ad fin. ff. de in ius vocan.*

Sicut nec obstat quod fuerit dictum neminem esse actorem, vel reum, quia cum iudicium esset duplex,
7 ex quo quilibet † prætendebat optionem ad se spectare, vterque erat actor, & reus. *l. inter cohæredes, §. qui familiæ ercisc. ff. famil. ercisc. l. in tribus istis iudicijs. ff. de iudic.* & propterea cum iudicialiter fuerit processum, verba illa neminem esse actorem,
8 & neminem reum, † sunt reducenda ad germanum intellectum, scilicet, vt in iudicio duplici quilibet
9 teneretur probare suam intentionem, itaut non releuaretur ab onere probandi.

Et quod iudicialiter fuerit processum compro-
10 batur manifestissimè ex sententia † postea lata per Capitulum, in qua dicitur, quod lis vertebatur inter partes, & deinde sequitur abdicatio, & absolutio ab expensis per mutuam compensatiouem, vnde
11 quamuis † materia optionis possit extraiudicialiter determinari per Capitulum. *cap. concertationi,*
12 *de appellat. in 6.* tamen si partes voluntariè † iudicium ingrediantur, non prohibetur iudicialiter procedi.

Non obstat quod prædicta fuerunt agitata coram
13 Capitulo iurisdictione carente, † & sine iurisdictione, non datur lis, & sine lite non dantur attentata;
14 quia † cum Capitulum fuerit ab vtraque parte approbatum, tanquam Iudex standum est huic approbationi, donec contrarium fuerit probatum,
15 cum de † consuetudine Capitulum possit habere iurisdictionem. *cap. irrefragabili. 13. §. excessus. de offic. Iudic. ordin. cap. cum contingat 13. in fin. de foro compet. Selua. de Benef. par. 3 cap. 11. nu. 12. Gloss. in cap. vnic. in not. vers. nota finaliter. de maior. & obed. in 6.* Et prædicta videntur de plano procedere, cum agatur ad effectum sequestri, ne
16 melioris † conditionis sit pars agens de facto, quam quæ de iure agit coram Iudice, vnde quatenus Ca-
17 pitulum non haberet iurisdictionem † Domini non dubitarunt apponendum esse sequestrum ex officio, si non per viam attentatorũ, saltem ne alia pars elu-
18 datur, quæ † consensit, vt coram non Iudice iudicialiter procedatur.

Et ita conclusum, &c.

☞ * *Primò enim fuit resolutum sub die 25. Iunij 1621. secundò vero sub die 25. Octobris 1622. prima decisio tota consistit in facto, ideo ponere eam neglexi, altera est supra in hoc Tomo decisio 313. infra quoque in eadem causa habetur altera decisio sub die 28. Nouembris 1622.*

REVERENDISS. COCCINO.

Nouarieñ Legati.

Veneris 20. Maij 1622.

ARGVMENTVM.

Legatum, si quis fœminæ reliquerit, dum matrimoniũ contrahit, an tale legatum debeatur, si nupserit in Domino, monasterium ingrediendo, resolutio est affirmatiua, quia si testator fuisset interrogatus, an quoque illud relinquebat, dum illa monialis effecta esset, censeri potest affirmatiuè respondisse, & licet ab hac conclusione recedatur, quando testator apparet intellexisse de nuptijs carnalibus, & non spiritualibus, tamen in his terminis non sufficit testatorem sensisse de nuptijs carnalibus, nisi etiam senserit ad exclusionem nuptiarum spiritualium. Et quid dum dixit relinquo legatum Seiæ, quando se matrimonio copulauerit.

SVMMARIVM.

1 *Legatum, quando est factum certæ personæ, vt matrimonium ineat, debetur etiam quod monasterium ingrediatur.*

2 *Testator legando aliquid Titio, vt nubat, illud debetur etiamsi monachus efficiatur, quia dum testator oppositum non declarauit, ius præsumit fore, vt idem disponeret, si meminißet.*

Et hæc est opinio receptissima, & communissima, num. 6.

3 *§. Sed, & hoc præsenti Auth. de sanctiss. Episcop. & auth. nisi rogati. C. ad Senatus Consult. Trebell. non disponunt contra voluntatem testatoris, vt aliqui malè putant.*

4 *Testator, si dixerit dotem relinquere puellæ ob carnale coniugium, illa quoque debetur, dato, vt monialis efficiatur.*

5 *Dos, dum fuit relicta puellæ pro carnali coniugio, eam consequitur etiam si ingrediatur monasteriũ, & hoc ne impediatur vita contemplatiua, & an ista ratio sit vera.*

Beja in summa post cas. 66. reprobatur à Sanchez. de matr. lib. 1. disput. 33. num. 29. & à Mantic. de coniectur. vltim. vol. lib. 11. titul. 18. num. 34.

7 *Testatoris præsumpta voluntas, quod legatum factum ab eo pro nuptijs carnalibus, debeatur etiam ob ingressum Religionis, ista præsumptio cessat, si constet, quod intellexerit de nuptijs tantum carnalibus.*

8 *Sed aduerte non sufficere testatorem sensisse de nuptijs carnalibus, nisi quoque sentiat ad exclusionem nuptiarum spiritualium, & num. 23. & 29.*

9 *Legatum occasione nuptiarum debetur etiam propter ingressum, & quare num. 10.*

11 *pro Nuptijs carnalibus relictum, debetur etiam pro nuptijs in Domino, nisi aliter mens testatoris concipi possit.*

12 *Legatum relictum alicui, cum se matrimonio copulauerit, ista verba important matrimonium carnale, per copulam consumatum.*

13 *Mulier non dicitur matrimonio copulata, nisi matrimonium sit carnaliter consumatum.*

14 *Statutum dum defert lucrum dotale marito, postquam mulier fuerit matrimonio copulata, certe d. statutum loquitur de matrimonio carnali, exclusiuè ad spirituale.*

15 *in Matrimonio spirituali non cadit lucrum dotale.*

16 *Statutum deferens lucrum dotale marito, postquã mulier fuerit copulata, intelligi debet post matrimonium per copulam consumatum.*

17 *Testator legando alicui, cum se matrimonio copulauerit, ista verba non stant exclusiuè ad matrimonium spirituale, licet importent matrimonium carnale.*

18 *Testator dum legatum fecit alicui, quando se matrimonio copulauerit, ista verba per necesse non requirunt copulam, & sic non excludunt matrimonium spirituale, & num. 26.*

19 *in Nuptijs copulandis nec curatoris, nec consanguineorum requiritur auctoritas.*

20 *L. in copulandis. C. de nupt. loquitur de matrimonio simpliciter contrahendo non autem de matrimonio per copulã de necesse consumando, & n. 21.*

21 *in Matrimonio spectanda est voluntas eius de cuius coniunctione tractatur.*

22 *Copula coniugalis vsque ad quartum gradum est restricta.*

25 *de Matrimonio carnali, ad exclusionem spiritualis, testator præsumitur intellexisse, dum disposuit de matrimonio contrahendo cum certa persona.*

27 *Testator, dum disposuit, vt quis non debeat se nubere absque consensu, & consilio alicuius, an ista verba, concludant matrimonium carnale, ad exclusionem spiritualis.*

28 *Dotis magna quantitas non repugnat ingressui monasterij.*

30 *Testator loquendo de matrimonio, si disponat de filijs ab eo nascendis, dicendum est intellexisse de matrimonio, tantum carnali, & non spirituali.*

31 *Filios habere conducit ad matrimonium carnale, excluso spirituali.*

32 *Legatum, si factum sit, cum conditione dummodo quis matrimonio se copulauerit, & filios habuerit, vel cum matrimonio se copulauerit, ista sunt inter se diuersa.*

33 *Monasterium, quando sit loco filij, itaut excludat substitutum.*

34 *Monasterium, quando excludat substitutum.*

35 *Monasterium an succedat loco filij, non est discutiendum, dum monachus de cuius hæreditate agitur, est adhuc viuus.*

36 *Dotem, si testator alicui reliquerit, & donec nubat iussit eidem præstari victum, & vestitum, tunc ante nuptias non debentur eidẽ fructus dotis.*

37 *Nupta in Domino tunc monialis dicitur, quando professionem emittit.*

38 *Dotis fructus vt debeantur ob retardatam solutionem dotis, duo copulatiuè requiruntur.*

39 *Primò, quod mulier fecerit diligentias pro habenda dote.*

40 *Secundo, quod aliunde non habeat, vnde viuere possit.*

41 *Dotis fructus debentur marito substinenti onera matrimonij.*

42 *Fructus dotis assignatæ moniali, debentur monasterio, qui substinet onera matrimonij spiritualis.*

43 *Argumentum de matrimonio spirituali ad temporale validum est, itaque à pari procedunt.*

44 *Dos matrimonij spiritualis, & carnalis non indicantur ad imparia.*

45 *Doti matrimonij carnalis ille fauor, qui tribuitur, quoque spirituali, dũ nõ militat diuersa ratio.*

46 *Fru-*

46 *Fructus dotis non solutæ regulariter solet taxari ad quinque pro centenario.*
47 *Hæredes tenentur ad legata præstanda pro virili.*
48 *Hæredes, quando plures fuerunt instituti, non potest vnus tantum condemnari in solidum ad præstanda legata, licet alii cohæredes non adsint, nisi probetur, quod ille fuit hæres vniuersalis.*

DECISIO CCCXCVIII.

HOC dubium; An constet de bono iure Monialium, itaut sint reijciendæ nullatenus iuxta rescriptum Sanctissimi pendet ex tribus. Primo An legatum sit debitum, cum Hippolyta fuerit effecta Monialis. Secundo An taxatio ad rationem sex pro centenario, & anno à die ingressus sustineatur. Tertio An condemnatio solius Alexandri hæredis sit iusta. Et quantum attinet ad primum fuit dictum, legatum esse debitum, quia cum sit factum certæ per-
1 sonæ, † vt matrimonium ineat debetur etiam quod Religionem ingrediatur, *§. sed & hoc præsenti auth. de sanctiss. Episc. & authen. nisi rogati. C. ad Sen. Consul. Trebell. Socin. sen. in l. mulieri num. 12. ff. de cond. & demon. Felin. in cap. Eccl. S. M. num. 79. vers. cæterum de constit.* latè *Sanchez. de matrim. lib. 1. disput. 33 num. 29. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 18. num. 19. vers. potest etiam probabiliter dubitari, & fuit resolutum in causa Bononien. legati 19. Martij 1607. coram S. D. N. quæ est decis. 130. par. 1. in recent. et Rot. in recent. decis. 450. n. 3. par. 1.*

Ratio autem huius dicti innititur in præsumpta
2 voluntate † testatoris, quia si oppositum non declarauit, ius præsumit fore, vt idem disponeret, si meminisset, quod iussus matrimonium inire, religionem ingrederetur, & hoc ipsius religionis fauore, *Castr. in d. auth. nisi rogati num. 3. et 6. C. ad Trebell. Alex. cons. 121. nu. 12. vers. præterea lib. 2. et cons. 35. numer. 9. vers. potest responderi lib. 3. Dec. cons. 419. numer. 3. & seq. & in cap. in præsentia num. 18. ad fin. de probat. Couar. var. lib. 6. cap. 19. num. 8. & 11. ver. ex quibus ea vera est ratio, Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. cap. 18. num. 34. Sanch. de matrim. lib. 1. disp. 33. & fuit dictum in dicta causa Bononien. legati coram Sanctiss. num. 6.*

Et ista est vera ratio, licet alij voluerint quod au-
3 thenticæ † prædictæ disponant contra voluntatem testatoris, prout *Bald. Nouell. de dot. priuil. 77. & 5. par. 6. qui num. 2.* tenet etiam quod testator dixe-
4 rit, † dotem relinquere pro puella maritãda per carnale coniugium, quam sequitur *Surd. cons. 192. numer. 19. lib. 2.* & sentit *Felin. in cap. Ecclesia S. M. num. 79. vers. cæterum de constit.* dum inquit rationem esse, ne impediatur vita contemplatiua, *Beia*
5 *† in summa post cas. 66. quos allegat Sanchez. loco præcitato* vbi hanc rationem expressè reprobat prout etiam reprobat *Mantic. de coniect. vltim. volun. lib. 11. tit. 18. num. 34.* & merito quia alia ratio, de
6 qua supra quod si testator de monasterio cogitasset, idem disposuisset, † est receptissima, & communissima.

Non obstat, quod retenta prima ratione communi fundata in præsumpta voluntate testatoris, ista
7 præsumpta † voluntas testatoris cessat, quando adsunt coniecturæ, quod testator intellexerit de nuptis carnalibus, *Guliel. de Bened. in cap. Rayn. ver. qui cum alia num. 23. de testib. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 18. num. 29. ver. quod autem* dictum est, *Menoch. præsumpt. 148. nu. 2. lib. 4. Guttier. quæst. canonicar. lib. 1. cap. 32. num. 17. Sanch. d. lib. 1. disp. 33. num. 30.* nam fuit responsum non suffi-
8 cere, quod testator senserit de nuptijs † carnalibus, nisi etiam senserit exclusiuè ad nuptias spirituales, quod patet ex ratione Doctorum, qui volunt legatũ occasione nuptiarum deberi, etiam propter ingres-
9 sum scilicet, † quia si testator cogitasset de ingressu, ita de eo disposuisset, sicuti disposuit de nuptijs in sæculo, ergo pernecesse sequitur quod coniecturæ di-
10 cantur † esse tales, vt excludant nuptias in Domino, vt etiam clarè colligitur ex verbis, *Card. Mantic. in d. vers. quod autem dictum est* inquit enim quod re-
11 lictum pro nuptijs carnalibus, debetur † etiam pro spiritualibus, nisi aliter mens testatoris concipi possit, & bene etiam per *Sanch. loco allegato num. 30. & seqq.*

Et propterea non obstant coniecturæ in contrarium adductæ, non prima, quod testator legauit Hippolytæ, cum se matrimonio copulauerit, quæ verba
12 important † matrimonium carnale per copulam consumatum, *Bald. cons. 200. nu. 3. lib. 3. & in l. non sine num. 1. vers. sed quid si vxor. C. de bon. liber.* vbi quod mulier non dicitur matrimonio copulata, nisi
13 matrimonium † sit carnaliter consumatum, nam copula ponitur pro coniunctione actuali, non autem pro habituali, *Castren. ibidem num. final. Corn. nu. 8. et 9. Menoch. præsumpt. 147. num. 9. vsque ad fin. Rol. de lucr. dot. quæst. 108. nu. 2. et 3. Brun. de statut. exclus. fœmin. art. 6. num. 286. Paris. cons. 62. num. 28. lib. 4. Alex. cons. 129. num. 2. lib. 7.* Nam fuit responsum quod isti Doctores sunt intelligendi in casum,
14 in quem loquuntur, scilicet in statuto † quod defert lucrum dotis marito, postquam mulier fuerit matrimonio copulata, & sic indubitatum est, quod statutum loquitur de matrimonio carnali exclusiuè ad
15 spirituale, quia in † spirituali nõ agitur de lucro dotis, & propterea cum statutum deferat lucrum dotis marito, postquam mulier fuerit copulata, pernecesse dicendum est quod statutum sit intelligendum post
16 matrimonium † per copulam consumatum. At in casu nostro, nullo pacto verba illa, cum se matrimonio copulauerit, stant exclusiuè ad matrimonium
17 † spirituale, licèt importent matrimonium carnale, quia pernecesse ad effectum, quod legatum debeatur
18 de sui significatione non requirunt † copulam, & sic non excludunt matrimonium spirituale, *l. in copulandis. C. de nupt.* vbi quod in copulandis nuptijs,
19 nec curatoris, † nec consanguineorũ requiritur auctoritas, qui text. licet loquatur de nuptijs copulandis, indubitatum est loqui de matrimonio simpliciter contrahendo non autem de matrimonio pernecesse per copulam consumando quod clarè demon-
20 strant verba sequentia text. † sed spectanda est eius
21 voluntas, de cuius coniunctione tractatur † ad idem est *tex. in cap. non debet. §. vers. cum ergo de consang.*
22 *et affinit.* vbi quod vsque † ad quartum gradum coniugalis copula est restricta, & *in cap. fin. eod. tit.* vbi
23 distante à stipite quarto gradu, licitè possunt † matrimonialiter, *et in cap. sponsam alterius*, ibi nullus consanguineorum aliquo modo sibi potest matrimonio copulare, quæ iura certum est quod non sunt restricta ad matrimonium contrahendum absque consumatione, vt notum est, & notant ibi omnes Doctores.

Vnde sequitur, quod ista coniectura nihil facit, quia

quia opus esset, vt nedum verba includerent matri-
24 monium †carnale, sed etiam quod talis inclusio per-
necesse excluderet spirituale, vt si testator disposuis-
set de matrimonio contrahendo cum certa persona;
quia tunc verba nedum includerent matrimonium
25 carnale, † sed excluderent spirituale, ex quo con-
trahendum cum certa persona, *Bald. Nouell. de dot.*
par. 6. priuileg 77. num. 3. Couar. cap. 3. de testam.
num. 15. vers. sexto ex proxima, Rosella vers. lega-
re num. 28. Acosta in l. cum tale. §. si arbitratu limit.
6. num. 2. ff. de condit. & demonstr. Mantic. de con-
iect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 18. num. 29. vers. sed si
conditio, Menoch. præsumpt. 148. num. 2. cum seqq.
lib. 4. Guttier. quæst. canonic. lib. 1. cap. 32. num. 17.
Sanch. de matrim. lib. 1. disputat. 33. num. 30. quod
non faciunt verba de quibus agitur, videlicet, cum
se matrimonio copulauerit, quia licet concludant
26 ad matrimonium †carnale, nihilominus cum in ca-
su isto pernecesse ex voluntate testatoris non requi-
ratur copula, vt supra probatum est, ista conditio non
est talis, quæ includat matrimonium carnale cum
exclusione spiritualis. Et ex hac responsione tolli-
27 tur alia coniectura, quod Hippolyta non valeat † se
nubere absque licentia, & consilio Hieronymi, &
Alexandri, quia quatenus ista verba concluderent
ad matrimonium carnale, non tamen stant exclusi-
uè ad spirituale, & alia etiam ex qualitate dotis, quia
28 quantitas dotis † magna non repugnat ingressus,
licet conueniat doti dandæ in sæculo, vt enim dictũ
est, non sufficit quod verba conueniant matrimonio
29 carnali, † sed ita debent conuenire, vt pernecesse
excludant spirituale.

Minus etiam obstat alia coniectura ex eo, quod
moriente Hippolyta sine filijs legitimis & naturali-
30 bus, † & de legitimo matrimonio natis & procrea-
tis in pupillari ætate, & postea quandocumque te-
stator substituit Hieronymum, & Alexandrum, vn-
de habetur coniectura, quod sensit de matrimonio
carnali. Nam fuit responsum quod licet habere fi-
31 lios concludat ad matrimonium carnale, itaut †ex-
cludat spirituale, tamen legatum non est factum sub
conditione si matrimonio se copulauerit, & filios
habuerit, sed tantum sub conditione cum se matri-
32 monio copulauerit, quod est †valde diuersum; vn-
de habere filios non est de essentia legati, sed de es-
sentia exclusionis conditionis, sub qua Hieronymus
& Alexander fuerunt substituti, nec hodie agen-
dum est, An in hoc casu monasterium sit loco filij,
33 itaut excludat substitutum † propter verba sine fi-
lijs legitimis, & naturalibus, & de legitimo matri-
monio natis, & procreatis, quo casu esset recur-
rendum ad coniecturas, an testator senserit de filijs
exclusiuè ad monasterium, itaut si cogitasset de mo-
nasterio, ita de eo disposuisset, sicuti de filijs, quæ
34 est ratio quare monasterium excludat †substitutum
ex alleg. per Card. Mantic. de coniectur. vltim. vo-
lunt. lib. 11. tit. 7. num. 7. sed sufficit hodie, quic-
35 quid sit post mortem monialis, †nam ipsa viuente
non dicitur purificata conditio, *Cardin. Mantic. de*
coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 7. num. 23. Peregrin. de
fideicom. art. 28. num. 81. & seq.

Quantum attinet ad secundum principale quæsi-
tum, An constet de bono iure respectu condemna-
tionis ad rationem sex pro centenario, & anno à die
ingressus, visum fuit non constare de bono iure,
quia cum durante anno probationis hæredes solue-
36 rint alimenta ad filios non tenebantur, † cum
testator expressè cauerit quod donec Hippolyta
se nuberet, debeat habere victum, & vestitum,
37 nuptæ autem in domino tunc † profitentur, quan-
do ingressus vota solemnia emittat *cap. vnic. de*
voto in 6. S. Thom. 2. 2. quæst. 88. art. 7. in corpore, &
art. 11. in corpore, & latè *Sanchez de matrim. lib.*
7. disput. 24. lib. 7. Quo vero ad sequentes annos cum
agatur de legato dotis de duobus est videndum. An
post emissam professionem ob retardatam solutio-
nem dotis fructus debeantur, secundo quatenus sic,
an taxatio fuerit excessiua, & quantum attinet ad
38 primum, quando agitur † de matrimonio carnali ad
effectum quod fructus dotis debeantur, duo copula-
39 tiuè requiruntur, † quod scilicet mulier diligentias
fecerit pro dote habenda. Secundo quod aliunde nõ
40 habuerit vnde viuere †possit *Afflict. decis. 284. Tbe-*
saur. decis. 43. & fuit resolutum in causa Spoletana
vsusfructus 18. Maij 1589. coram Card. Mantica,
41 *& aliàs sæpius*, & isti fructus † debentur marito su-
stinenti onera matrimonij, *Doctor. in cap. salubri-*
ter de vsur. & fuit resolutum in causa Bononien.
dotis 4. Februarij 1605. coram bon. mem. Car-
dinali Lancellotto, sic in casu isto, isti fructus deben-
42 tur monasterio, † quod sustinet onera matrimonij
43 spiritualis, validum enim est argumentum † de ma-
trimonio carnali ad spirituale, adeoque à pari pro-
cedunt *cap. sicut vir 7. quæst. 1. Marsil. singul. 215.*
num. 1. incip. validum est, Natt. cons. 269. num. 3.
44 *lib. 2.* vbi quod dos matrimonij carnalis, & † spiri-
tualis non iudicatur ad imparia, sed fauor, qui tri-
buitur doti matrimonij carnalis, tribuitur etiam
45 spirituali, quando † non militat diuersitatis ratio,
Gail. obseruat. 94. num. 16. & seqq. lib. 2. Quan-
tum vero attinet ad secundum, cum taxatio fuerit
facta ad rationem sex pro centenario, & anno, visa
46 fuit Dominis minus excessiua, cum † regulariter
taxatio fieri soleat ad rationem quinque pro cente-
nario, *Cæs. de Graß. decis. 2. num. 3. & 4. de vsur.*
Natt. cons. 407. num. 11. Honded. cons. 30. num. 20.
lib. 1. & sic quoad taxationem durante anno proba-
tionis non constat de bono iure, prout non constat
ex taxatione ad rationem sex pro centenario pro an-
nis sequen.

Quantum attinet ad tertium principale quæsitum
cum fuerint scripti duo hæredes, An vnus tantum
potuerit condemnari, visum fuit Dominis indubi-
47 tanter negatiue respondendum, quia † hæredes te-
nentur ad legata pro virili, *l. 1. in fin. C. si vnus ex*
pluribus glos. in l. 1. vers. in omnibus. C. commun.
de legat. Bart. l. si tibi domo. §. si fundus in princip.
ff. de legat. 1. Angel. in l. si hæredes 50. num. 2. ff. de
legat. 2. Negusant. de pignor. par. 2. membr. 4. nu-
mer. 160. & quamuis huic motiuo replicaretur,
48 quod de † tempore sententiæ esset superstes solus
Alexander, hoc non facit cum non probetur quod
ipse fuerit hæres vniuersalis Hieronymi qui ex præ-
dictis tenebatur pro portione hæreditaria.

Et ita conclusum &c.



R.P.D.

R. P. D. VBALDO.

Firmana Tutelæ.

Lunæ 23. Maij 1622.

ARGVMENTVM.

Appellatio parum iuuat, quod in tempore fuerit interposita, si intra legitima tempora non fuerit prosecuta. Fatalia ne currant ob impedimentum partis, vel Iudicis, vt id habeat locum, concludenter est probandum impedimentum, & maximè illud Iudicis. De re iudicata, vt dicatur constare non sufficit docere de lapsu temporis, sed etiam de validitate, & iustitia sententiæ. Tutores plures, quando fuerunt dati, omnes sunt condemnandi ad reddendam rationem, & quando secus.

SVMMARIVM.

1 *Sententia transit in iudicatum, quamuis in tempore sit appellatum, sed intra terminum iuris reditum non fuit pro Apostolis, nec commissa causa appellationis intra mensem.*

2 *Commissio obtenta; absque eo, quod in termino iuris non fuerit reditum pro Apostolis, vt valeat, quid requiratur.*

3 *Sententia lata postquam sunt lapsa fatalia, non tenet.*

4 *Fatalia, vt non dicantur labi propter impedimentum partis, vel Iudicis, vt releuent, debent probari.*

5 *Pars, non potest dici impedita, ad hoc, vt non currant fatalia, si constet ipsam fecisse instantiam pro expeditione causæ.*

6 *Fatalia, vt propter impedimentum Iudicis non currant, est plenè, & concludenter probandum per partem.*

7 *Fatalia currunt etiam stante impedimento Iudicis, quando potest recurri ad Superiorem.*

8 *ad Rei iudicatæ effectum non sufficit lapsa esse fatalia, sed etiam requiritur, vt doceatur de validitate, & iustitia sententiæ.*

9 *de Re iudicata non dicitur constare, nisi docto de validitate, & iustitia sententiæ, & hoc præsertim in Rota, quæ non confirmat sententias aliorum Tribunalium, nisi iustificentur.*

10 *Tutor, vel eius hæredes quando possint arguere inuentarium de falso, eo quia in illo fuerunt addita aliqua bona, quæ non erant patris pupilli.*

11 *Remissoria, vt concedatur, sufficit, quod detur fumus veritatis. & num. 15.*

12 *Inuentarium regulariter probat contra conficientem, eiusque hæredes, ac habentes causam ab eo.*

13 *Tutores, quando plures fuerunt constituti, non debet tantum vnus condemnari ad reddendas rationes, sed omnes.*

14 *Testes dicuntur nulliter examinati absque citatione partis.*

16 *Instrumentis potius standum est, quam depositionibus testium.*

17 *Testes non releuant, si deponant contrarium eius, quod pars ipsa fassa est.*

18 *Tutelæ ratio, quando est reddita.*

19 *ex Tutoribus pluribus, si vnus reportauerit quietantiam de administratione per eum gesta, id non iuuat alijs tutoribus, quo ad eorum administrationem.*

20 *Sententia, dum continet id, quod pars se obligauit in forma Cameræ adimplere, non potest argui, vt sit iniusta.*

DECISIO CCCXCIX.

FILIIS infantibus q. Ambrosij Balduccij fuere in partibus dati decreto Iudicis Tutores Diana eorum mater, Dominicus, & Orpheus, qui confecerunt inuentarium, & successiuè Dominico in exilium acto, & Orpheo defuncto, Diana obtinuit filijs dari in Tutorem Aemilianum fratrem suum, quo defuncto, relicto hærede, eodem Dominico iam in patriam restituto, contra dictum Dominicum iudicium fuit motum in partibus pro reddenda ratione administrationis tutelæ per Aemilianum gestæ, & postea contra hæredes Dominici prosecuto iudicio, emanarunt diuersæ sententiæ, sed quæ in Curia nouissimè lata est ad fauorem Deodati filij Ambrosij prætendebatur transitum fecisse in iudicatum, ideo iuxta formam commissionis vltimo loco emanatæ, dedi dubium, An constaret de re iudicata, & fuit affirmatiuè resolutum, dicta enim sententia fuit
1 lata 30. Octobris 1617. & quamuis † fuerit in tempore appellatum, tamen pars non redijt intra terminum Iuris pro Apostolis, nec commisit causam appellationis, nisi 16. Decembris eiusdem anni, & sic longe vltra mensem. *Clem. Quamuis de appell. cap. ab eo de appell. in 6. Rota decis. 54. eodem tit. in antiq. Caputaq. decis. 38. par. 1. Vestr. lib. 7. 3. num. 37.* & licet antea esset obtenta alia Commissio, tamen in ea non legitur derogatio pendentiæ termini Iu-
2 ris, nec quod † appellans non teneatur redire pro Apostolis, *iuxta praxim de qua Vestr. loco citato num. 37. vers. Quamobrem,* vltra quod dicebantur
3 etiam lapsa † fatalia absque vlla prorogatione ad prosequen. appellationem à Iure constituta, *l. fin. C. de temp. appellat. cap. cum sit Romana eod. tit.*

Neque in facto verificantur asserta impedimenta,
4 vel ex † parte Deodati, vel ex parte Iudicis, quominus causa expediretur, quia quoad Deodatum ap-
5 paret eum fecisse instantiam pro † causæ expeditione, vt in eius Summ. num. 5. quo verò ad Iudicem impedimẽtum deberet plenè, & concludenter pro-
6 bari † per allegantem, *iuxta notat. per Aym. cons. 270. num. 1. & seqq.* & omni casu poterat recurri ad Superiorem, quod cum non fuerit factum etiam im-
7 pedimento † facto Iudicis currunt fatalia, *vt fuit dictum in causa Perusina de Vbaldis 17. Iunij 1588. coram bo. me. Card. Pamphilio.*

Cæterum quia ad effectum rei iudicatæ non suffi-
8 cit lapsa fatalia post interpositam † appellationem absque prorogatione, sed debet constare de validitate, & iustitia sententiæ, quæ prætenditur transisse in iudicatum, *l. 4. §. condemnatum, ff de re iudic. Felin. in cap. super litteris num 15. de rescriptis. Seraph. decis. 1123. num. 6. & fuit dictum in Salernitana præcedentiæ 14. Martij præteriti coram R. P. D.*
9 *meo Caualerio,* præsertim in Rota, † quæ non exequitur sententias aliorum Tribunalium, nisi iustificentur, *vt in decis. 18. in fine par. 1. recent. & sæpissimè alias.* Vnde Domini transeundo ad validitatem, & iustitiam sententiæ, de qua agitur, & quoad validitatem nihil fuit appositum.

Quo verò ad iustitiam opponebatur. Primo quia in ea condemnantur hæredes Aemiliani ad redden. rationem administrationis gestæ per Aemilianum bono-

bonorum Deodati in Inuentario cōtentorum, quod
10 Inuentarium prædicti hæredes † arguunt de falso,
quasi in eo fuerint addita multa bona, quæ non fue-
runt hæreditaria Ambrosij patris Deodati, & in
specie quoad viginti Boues, quos nituntur probare
non fuisse repertos in dicta hæreditate, & tamen le-
guntur in Inuentario descripti, & probationem de-
ducunt tam ex fide Archiuistæ, quam in libris Ga-
bellæ animalium, Ambrosius, quo anno decessit *as-
segnò bestie grosse numero quattro*, quam ex testi-
bus in summario datis, qui tamen nec sufficienter
probant, cum solum dicant Nicolaum Patrem Am-
brosij pro laboranda quadam possessione non dedis-
se, nisi duos Boues, & tres vltimi reddunt rationem,
*perche stauano per il lauoreccio, e perche detta pos-
sessione era piccola*, & isti testes fuerunt considera-
11 ti † pro fumo ad effectum concedendi Aemilianis
remissoriam in *d. decis. 21. Maii anni præteriti*, prout
deseruire posset fides prædicta, licet ipsi numquam
curauerint remissoriam expedire, alias standum est
12 Inuentario, † quod regulariter probat contra con-
fitentem, & habentes causam ab eo, *l. vlt. C. arbitr.
tutel. Bart. in l. Tutor, qui repertorium num. 12. ff.
de admin. tut. Paris. cons. 26. num. 55. lib. 2. Rota
decis. 71. num. 3. & decis. 800. in fine par. 1. diuers. &
decis. 426. num. 2. par. 1. rec. & decis. 762. num. 1.
par. 2.*

Opponitur secundo contra iustitiam dictæ senten-
tiæ, quia cum non fuerit solus Tutor Aemilianus,
13 sed etiam Diana mater Deodati, non poterat † con-
demnari ad redden. rationem totius administratio-
nis solus Aemilianus, vel eius hæredes; Quod autem
Diana administrauerit tutelam, vel curam filiorum
allegantur testes in summario hæredum num. 3. sed
14 vltra quod testes de partibus dicuntur † examinati
nulliter, & sine citatione partis, licet conentur de-
ponere, quod per mortem Ambrosij ipsa percipie-
bat fructus tanquam Domina, & exigebat, & solue-
bat credita, & respectiuè, & quod retinuit in domo
massaritias, quæ numquam fuerunt inde remotæ, re-
15 spondetur eodem modo, quod † ista fuerunt consi-
derata pro fumo ad dan. remissoriam, vt in dicta de-
cisione supra relata, prout etiam ad dictum effectum
fuit habita ratio vnius testis in Curia formiter exa-
minati, cuius etiam dictum nunc datur pro Aemilia-
nis. Ideo alijs probationibus non factis, Domini
existimabant magis stan. Instrumento deputationis
Aemiliani ad instantiam eiusdem Dianæ asserentis
nullum remansisse Tutorem filijs suis ob condem-
nationem Dominici, & mortem Orphei, & alias
16 certum † est magis credendum esse instrumentis,
quam testibus, *l. census, ff. de probat. cap. Tertio loco,
17 vbi glos. eodem tit.* præsertim † cum deponant con-
trarium eius, quod ipsa Diana confessa est, *ad trad.
per Caputaq. decis. 283. num. 6. par. 3. Cæs. de Grass.
decis. 6. num. 2. de testib.*

Denique opponebatur contra iustitiam sententiæ,
18 ex eo quod Dominicus, qui fuit primus Tutor, † &
in cuius locum fuit datus Aemilianus frater, dum
Dominicus exulabat, postquam reuersus est, prose-
quutus fuit administrationem, & reddidit rationem,
& reportauit quietantiam, de qua in summario hæ-
redum de Aemilianis num. 4. sed illa quietantia
19 apertè † loquitur de administratione gesta per Do-
minicum, de qua hodie non agitur, sed solum præ-
tenditur redditio rationis administrationis gestæ per
Aemilianum, de qua loquitur sententia, de qua agi-
tur, quam ex prædictis iustam fuisse, Domini con-
20 cludebant, præsertim † cum id ipsum contineat ad
quod se Aemilianus obligauit per Instrumentū ob-
ligatione Camerali vallatum in susceptione admini-
strationis tutelæ, iuxta inuentarium antea confe-
ctum, quod ipse Aemilianus expresè acceptauit, vt
in summario Deodati num. 1.

Et ita fuit decisum, &c.

R. P. D. VBALDO.

Leodien. Abbatiæ.

Mercurij 25. Maij 1622.

ARGVMENTVM.

Executor merus ex quibus dicatur sibi assumere par-
tes Iudicis, & quando iudicialiter procedere cœpit,
quo casu non possit redire ad viam executiuam, & in
hoc fit distinctio, aut executor declarauit se velle
procedere iudicialiter, & tunc non est licita varia-
tio, aut non fecit talem declarationem, & tunc licet
in aliquo actu processerit iudicialiter, non præcludit
sibi viam procedendi executiuè, cum censeatur hoc
factum ad maiorem cautelam. Appellatio admissa,
cum clausula, si, & in quantum de iure admitti de-
beat, si ea de Iure admittenda non venit, non præ-
iudicat. Contradictor legitimus literarum Apostoli-
catum, quis dicatur, & quis è contra. Sequestro,
quando quis non dicatur consensisse, ita vt sibi non
præiudicauerit.

SVMMARIVM.

1 *Executor meus, dicitur sibi assumere partes Iudi-
cis, dum aliquis admisit pro legitimo contradicto-
re, decernendo ei dari copiam suæ commissionis.*
2 *Executor merus, facit se mixtum, dum contradi-
ctori præfigit terminum ad probandum. & nu. 3.*
4 *Executor merus, si assumat partes Iudicis, non po-
test variare, faciendo se merum.*
5 *Executor merus, quando declarauit, se iudiciali-
ter procedere, & tunc variatio non est licita.*
6 *Executor merus, dum in aliquo actu iudicialiter
processit, non tenetur in alijs sic procedere, dum
non declarauit se iudicialiter velle procedere.
& num. 9.*
7 *Executor, vbi cœpit cognoscere tamquam Iudex,
potest omissa via iudiciali transire ad aliam.*
8 *Executor merus, si citet, & procedat in aliquo actu
iudicialiter, censetur potius id facere ad cautelam,
quam vt præcludat sibi viam potestatis.*
10 *Appellatio admissa cum clausula, si, & in quantum
de iure admitti debeat, nec aliter, nec alio modo,
operatur, vt sit admissa quatenus de iure venit
admittenda.*
11 *Conditio apposita in aliquo actu, si resoluatur, actus
etiam euanescit.*
12 *Electio non datur sine vacatione.*
13 *Confirmatio cessare dicitur, si confirmatam non
habeat iuris subsistentiam.*
14 *Contradictor legitimus, vt quis dicatur ad impe-
diendum executionem litterarum Apostolica-
rum, spectatur, an quis se opponat cum pari ti-
tulo.*
15 *Executor literarum Apostolicarum, concedendo
collationem, & mandatum de immittendo, vigore
dd. litte-*

dd.litterarum, iste est actus indifferens, cum tam iudicialiter, quam extraiudicialiter possit fieri.

16 *Executor merus faciendo actum, qui & iudicialiter, & extraiudicialiter potest expediri, ille potius est attribuendus viæ executiuæ, quam ordinariæ.*

17 *Executor merus, dum inuenit possessionem vacantem, & non adest legitimus contradictor, censendum est voluisse procedere exeeutiuè, licet faciat aliquem actum, qui potest esse quoque iudicialis.*

18 *Litteræ Apostolicæ habent executionem paratam, vbi non adest legitimus contradictor.*

19 *Executio litterarum Apostolicarum potest impediri subsistente iusta causa, ab eo, qui habet titulum à Papa.*

20 *Contradictor legitimus appellando, facit, vt possessio tradita, ea pendente, dicatur attentata.*

21 *Ius eligendi ad aliquod beneficium, dum habet ex indulto Apostolico, intelligitur quando vacare contigit beneficium.*

22 *Indultum Apostolicum iuris eligendi ad aliquod beneficium, non comprehendit renunciationem eius factam in manibus Papæ, & ab eo admissam.*

23 *Sequestrum non est remouendum, quamuis sit iniustè appositum, stante consensu partis super appositione.*

24 *Sequestro, quis censetur consensisse, dum pars non appellauit.*

25 *Sequestro, quis non dicitur consensisse, si fuerit factum citra eius consensum, ac approbationem, & multò magis si adsit contradictio.*

26 *Protestatio conseruat ius protestantis.*

27 *Per Sequestrum Prætorium, possessor non dicitur amittere possessionem.*

28 *Possessio, quando amittitur, propter sequestrum.*

29 *Sequestrum, si fuerit appositum ex causa attentatorum, dum illa absunt, sequestrum est reuocandum.*

30 *Sequestrum equum est, vt reuocetur, si falsa sit causa, propter quam fuit appositum.*

DECISIO CCCC.

CENSVERVNT Domini standum esse in de-
cisis coram me 14. Ianuarij præteriti,* ex ra-
tionibus tunc deductis, & quoad primam gratiam
in forma dignum, & possessionem inde secutam, an
fuerit attentata nec ne, non videretur insisteñ, cum
ei expresse Nicolaus renunciauerit, & innitatur se-
cunda gratia in forma gratiosa, vt in decisione, tamen
1 ex abundanti dicebatur non obstare, quod executor
priorum litterarum, quamuis aliàs esset † merus, ta-
men assumpserit partes Iudicis, & fecerit se mixtũ,
2 cum admiserit Marottum pro legitimo contradi-
ctore, ex quo mandauit † ei copiam dare litterarum
gratiæ Nicolai, & præfixit illi terminum ad probandum,
vt per *Achill. Person. de adipisc. num. 440. vers.*
3 *si autem. Menoch. eod. tit. remed. 4. num. 555. & 564.*
in fin. & de termini † præfixione, *Butr. in cap. cum*
4 *contingat num. 23. de reseruat.* vnde non potuerit po-
stea variare faciendo se merum executorem, & dan-
do immissionem Nicolao, cum variatio non deceat
Ecclesiasticis. *cap. cum autem, de iurepatronatus.*
Felin. in cap. fin. num. 34. de præsumpt. quia fuit re-
5 sponsum cum distinctione. *Felin eodem loco,* nam
aut executor declarauit † se velle iudicialiter proce-
dere, & tunc variatio non sit licita, aut verò nihil di-
6 xit, & tunc † licet processerit in aliquo actu iudicia-
liter, non tamen tenetur in alijs sic procedere, cum
isti actus sint separati, & confirmant auctoritatem
Bald. in d. cap. fin. vbi sub num. 18. tenet quod vbi
7 executor † cæpit cognoscere tanquam Iudex, possit
omissa via iudiciali transire ad aliam. *Arg. text. in*
cap. pastoralis, de caus. poss. & propr. potius enim
videtur citasse, & processisse ad dictos actus iudicia-
8 les ad cautelam, quam † vt præcludat sibi viam po-
testatis. *arg. l. 3. ff. de mil. test. & ibi Felyn. in cap. or-*
dinem. num. 3. vers. & dicit, de reseruat. & benè fa-
cit *Anchar. cons. 224 num. 2. Maresc. var. resol. l. 2.*
cap. 1. num. 155. & per *Modern. de legitim. contract.*
q. 3. art. 1. num. 34. & seqq. & dum distinguunt inter
Iudicem, & partem, in proposito autem dato, & non
concesso, quod executor in actibus prædictis proces-
9 sisset via † iudiciali, non tamen constat de aliqua eius
declaratione, nec facit quod fuerit appellatum, &
10 executor detulerit appellationi; quia illa † legitur
admissa, si, & in quantum de iure admitti debet, vt
sit admissa, si tamen de iure admittenda sit, *ex alle-*
gatis in decisione, & cum hodie non appareat legi-
timus contradictor deficiente titulo, dum Abbatia
non vacabat per dimissionem Canonicatus à Nico-
lao factam, vt in decisione fuit firmatum, resoluta
11 conditio remanet † perinde, ac si appellatio non
esset admissa, & similiter cessat confirmatio Aposto-
lica, quæ allegatur pro pari titulo contra Nicolaũ,
12 ex quo † sine vacatione non datur electio Marotti,
quæ prætenditur per Capitulum facta, & sine ele-
13 ctione † euanescit confirmatio, & alias certum est,
quod in hac materia, an adsit legitimus contradi-
14 ctor † potissimum spectatur, an quis se opponat cum
titulo æquali. *Bart. in l. fin. num. 21. vers. an compa-*
reat aliquis. C. de edict. Diu. Adr. toll. & in his ter-
minis fuit resolutum in *causa Meten. Canonicatus*
30. Martij 1603. coram Reuerendiss. Lugdunen. &
in Caputaquen. beneficij 23. Martij 1609. coram
eodem, & in causa Citernen. Canonicatus 1. Iulij
1607. coram R.P.D. meo Decano.

Non obstat quod executor concessit Nicolao col-
lationem, & mandatum de immittendo in vim lit-
15 terarum, qui est actus † indifferens tam iudiciali-
ter proceden. quàm extraiudicialiter. *Felyn. in dicto*
cap fin. num. 34. & ibi Imol. num. 10. de præsumpt.
& ideo ex hoc non arguatur, quod executor volue-
rit redire ad viam iudicialem, qui si est actus indif-
16 ferens, † potius attribui debet viæ executiuæ, cum
iudicium præcedens etiam fuisset executiuum, cum
17 nemo ex aduerso esset in possessione, † vel legitimus
contradictor ex supradictis, & ex allegatis in deci-
sione, de qua agitur.

Quo verò ad gratiam secundam eius executor
absque dubio fuit merus, qui potuit procedere exe-
18 cutiuè ad immissionem vigore litterarum, † quæ ha-
bent executionem paratam, vbi non adest legitimus
contradictor, prout Marottus verè non erat *Mohed.*
decis. 5. vt lit. pend. cum alijs in decis. alleg.

Nec obstat quod Capitulum esset saltem legiti-
mus contradictor, cum haberet ius eligendi Abba-
19 tem ex indulto Apostolico, & sic † subsisten. iusta
causa posset impedire executionem, *vt dicitur in il-*
la Ispalen. Canonicatus 27. Iunij 1605. coram San-
20 *ctissimo, allegata in decisione,* & cum † interposue-
rit iteratas appellationes, executio tradita remaneat
attentata. quia fuit responsum, quod Capitulum non
habeat

21 habeat † ius eligendi, si Abbatia non vacat, vltra quod indultum non comprehendit renunciationem
22 factam † in manibus Papæ, & ab eo admissam, vt fuit firmatum in *Elnen. Præpositura* 10. *Iunij* 1621. *coram Reuerendiss. Lugdunen.*

Demum non obstat quod sequestrum remanere
23 debeat,† etiam si esset iniustè appositum, propter
24 consensum partis, quæ non appellauit,† immo concordauit de sequestratore, *Rota apud Put. dec.* 73. *in fin. lib.* 1. *& decis.* 249. *etiam in fine, lib.* 2. *in nou. & in Illerden. Canonicatus* 31. *Ianuarij* 1594. *coram bo. me. Card. Pamphilio*, quia in primis iste consen-
25 sus negatur, ex quo † sequestratio pro Nicolao fuit facta citra consensum in sequestrum, & illius approbationem, immo dando de illius nullitate, & citra
26 animum dimittendi possessionẽ Abbatiæ, quæ † protestatio conseruat ius protestantis. *l.* 4. *§.* 1. *vbi Bart. ff. quib. mod. pign. vel hipoth. soluatur. cum alijs per Surd. decis.* 246. *num.* 11. & hæc protestatio fuit iuri
27 conformis, cum de iure per sequestrum † Prætoriũ, quale istud erat, non amittatur possessio. *Bald. in l. vnic. num.* 8. *C. de prob. sequestri pec.* & sic cessant prædictæ decisiones, in quibus erat expressus con-
28 sensus partium † sine vlla reseruatione, nec seque-
29 strum fuerat appositum ex capite prætensorum † attentatorum, quæ cum hic non adsint, apparet de in-
30 iustitia sequestri, vt merito † illud veniat reuocandum.

Ex quibus Domini permanserunt in decisis, &c.

* *Decisio ista, quæ hic allegatur, in præsenti causa emanata sub die* 14. *Ianuarij præsentis anni* 1622. *habetur supra in hoc Tomo decisio* 333. *vbi quoque adduxi aliam in causa quoque factam.*

REVERENDISS. PIROVANO.

Regieñ translationis Pensionis.

Lunæ 25. *Maij* 1622.

ARGVMENTVM.

Gratia translationis pensionis an laboret vitio subreptionis, si Papæ non fuerit narratum, quod beneficium, super quo adest pensio, grauatum est alia pensione, cum facultate quoque eam transferendi. Pensionis translatio dicitur noua gratia in substantia, quamuis nomen sonet in translationem, & talis translatio dicitur noua pensio, quando ea est apta conseruare pensionem post mortem pensionarij. Materia translationis pensionis est odiosissima, cum agatur de prorogatione seruitutis beneficij.

SVMMARIVM.

1 *Papa, verisimile non est, si sciuißet antiquam pensionem alicuius beneficij, voluisse addere nouam ex facultate transferendi resultantem.*
2 *Pensionis translatio non dicitur noua pensio, licet obligationis mutatio fiat de persona in personam.*
3 *Pensio translata in effectu, & substantia est eadem cum prima.*
4 *in Facultate transferendi pensionem, an sit facienda mentio alterius facultatis pariter transferendi pensionem, de qua quoque est grauatum beneficium.*
5 *Gratia translationis pensionis non est subreptitia, non expresso, quod aderat alia pensio super eodem beneficio.*
6 *Papa forsitan non concessisset facultatem transferendi pensionem, si sciuisset alteram pensionem, qua idem beneficium erat grauatum, subiacebat quoque translationi.*
7 *Pensionis translatio dicitur noua pensio in substantia, quamuis nomen sonet in translationem.*
8 *Pensionis translatio siue dubio dicitur noua pensio, dum dicta translatio apta est conseruare pensionem post mortem pensionarij.*
9 *Pensionis natura regulatur secundum naturam vsusfructus, qui per mortem vsufructuarij extinguitur.*
10 *Pensio, cum secundum eius naturam extinguatur per mortem pensionarij, dum post eius mortem prorogatur per translationem, ea ex nouo iure substinetur, non autem ex antiquo post mortem extincto.*
11 *Pensionum translationes, negari non potest esse seruitutis beneficij prorogationes.*
Pensionum translationes est materia odiosissima. num. 11.
12 *Gratia Principis quando continet rem odiosam, si de hoc ipse habuißet notitiam, denegasset talem concessionem.*
13 *de Præiudicio tertij, quando agitur, qualibet gratia dicitur constituere nouum ius.*
14 *Gratia secunda translationis pensionis annullatur, quando prima à qua dependet, non est valida.*
Probatio etiam leuis, & præsumpta admittitur, quando agitur de probando aliquid incidenter. num. 14.
15 *pro Subreptione euitanda facienda est interpretatio stante varietate opinionum, & rationum, ac stante effectuatione.*
16 *pro Subreptione euitanda non est facienda interpretatio, quando de ea clarè constat.*
17 *Taciturnitas præiudicij tertij, quando est qualificata, tunc gratia non potest saluari à subreptione.*
18 *Narratum aliquid ad effectum euitandi subreptionem, an sufficiat narratio virtualiter facta per relationem.*
19 *Papa, vt aliquid intellexerit per relationem (ad effectum euitandi subreptionem) debet esse talis, vt potuerit intelligere præiudicium, ex dicta gratia tertio resultan.*
20 *Expressio qualibet facta Papæ ad effectum præiudicandi tertio, sufficiens non est.*

DECISIO CCCCI.

TRANSLATA fuit pensio de anno 1618. 22. Septembris per bo. me. Card. Tuscum ducat. 200. de Camera super fructibus Præceptoriæ S. Antonij Regieñ Diœcesis in personam D. Dominici Tusci nepotis, iuxta tenorem facultatum, quas obtinuit primo à Clemente Octauo de mense Iunij 1596. pro reseruan. fructibus eiusdem Præceptoriæ, & super eisdem constituendi pensionem ducat. 200. de Camera, & illam transferendi in personam sibi beneuisam. Secundo à Paulo V. 28. Decemb. 1608. pro transferendo residuo fructuum scutor. 300. eiusdem Præceptoriæ reseruatis quinquaginta Titulari. Tertio ab eodem Papa de anno 1614. 27. Nouembris pro regressu pensionis dictorum ducator. 200. de Camera iam translatæ per eumdem Cardinalem in Bartholomæum Tuscũ eius fratrem de anno 1605. 9. Martij, vt, scilicet, per dicti Bartholomæi obitum, vel

vel priuationem, aut de eius consensu, vel alias quocumque modo cessante, eidem Cardinali, non autem Antonio Maffeo Titulari cederet, aut accresceret. Quarto ab eodem pariter Papa de anno 1617. 20. Iunij pro denuò obtinenda facultate transferendi dictã pensionem ducatorum 200. ad se reuersam per mortem Bartholomæi de anno 1616.

Cuius translationis vigore cum actum fuisset cõtra Antonium Titularem pro terminis eiusdem pẽsionis decursis, ab eodem fuit oppositum de inualiditate translationis ex eo, quod tertia gratia diei 27. Nouembris 1614. super regressu esset inualida.

Primò ob non factam mentionem alterius facultatis concessæ eidem Cardinali de anno 1608 28. Decembris, quæ est secunda gratia supra narrata, transferendi residuum fructuum eiusdem Præceptoriæ vsque ad summam scut. 300.

Secundo quia in eadem facultate non fuit facta mentio alterius facultatis concessæ de eodem anno 1614. 31. Ianuarij Bartholomæo Tusco transferendi eandem pensionem ducat. 200. de Camera, quam idẽ Cardinalis in eumdem transtulerat de anno 1605. 5. Martij.

Cæterum quia in disputatione suscepta contendebatur ex parte D. Dominici, de gratia Bartolomæi nõ debuisse fieri mentionem tanquã nulla ob non factam mentionem gratiæ antea concessæ Cardinali de anno 1608. quæ est secunda supra narrata transferendi, scilicet, residuum fructuum dictæ Præceptoriæ vsque ad summam scutor. 300. Domini voluerunt pro faciliori resolutione dubij principalis videre, An facultas Bartholomæi fuerit valida, quam esse inualidam responderunt, reseruando videre de effectu huius resolutionis.

Fundamentum decisionis fuit, quia in facultate eiusdem Bartholomæi transferendi pensionem ducat. 200. de Camera iam eidem translatam per Cardinalem super fructibus dictæ Præceptoriæ non fuit facta mentio, quod Ecclesia remanebat grauata duplici onere, scilicet, reseruatione aliorum fructuum remanentium pro eodem Cardinali dempta pensione iam traslata dictorum ducatorum 200. de Camera, & facultate transferendi eosdem vsque ad sũmam
1 scutor. 300. quæ si Papa sciuisset, verisimile non † est, quod antiquæ voluisset addere nouam ex facultate transferendi resultantem. *Caputaq. decis. 301. & 312. par. 2. Mantic. decis. 93. num. 1 Rota in Saluciarum pensionis, quæ est 739. num. 1. par. 2. in recent.*
2 *Gig. de pens. q. 29. Cassador. decis. 3. de pens.*

Non obstat, quod pensio † translata non sit noua pensio, licet obligationis mutatio fiat de persona
3 in personam, sed in effectu, & substantia sit † eadem cum antiqua, *ex Vitalin. Paris. Cresc. & alijs alle-*
4 *gatis*, vt propterea de ea non † sit facienda mentio in facultate transferendi, *vt in specie dicitur resolutum in Veronen. pensionis 14. Ianuarij 1613. coram R. P. D. Verospio, quæ est registrata in tract. Marches par. 2. fol. 555.*

Quia quoad auctoritatem Rotæ ex *dicta decis. Veronen. allegata* stringere non videtur, quia & si
5 admittatur gratiam translationis non esse † subreptitiam, non expresso, quod adesset alia pensio, attamen concurrebat alia qualitas cum ipsa antiqua
6 pensione; quod, & ipsa erat cum facultate transferendi † concessa Cardinali. Vnde bene poterat timeri si Papa sciuisset antiquam subiacere translationi, quod hanc Bartholomæo non concessisset.

Sed nihilominus ratio etiam decisionis non est tu-
7 ta, quia *Rota in † Eugubina pensionis 19. Decembris 1561. coram Rubeo*, quæ data fuit, tenuit translationem esse nouam pensionem in substantia, quamuis nomen sonet in translationem, *& in Aretin. & Senen. Pensionis, coram Accorambono*, quæ pariter data fuit, ponitur ratio euidentior, dum translatio
8 est † apta conseruare pensionem post mortem pensionarij contra illius naturam, quæ regulatur ad in-
9 star vsufructuarij, † in quo per mortem terminatur vsusfructus, vnde ex nouo iure debet sustinere, non
10 autem ex antiquo iam per mortem † extincto, vt idem Rota considerauit *apud Caputaq. decis. 303. num. 11. & 14. par. 2. & decis. 100. par. 3.* vel saltem
11 negari non potest huiusmodi translationes esse † seruitutis beneficij prorogationes, & odiosissimas, *Sarnen. super reg. de infirm. resign. q. 16. num. 2. Gig. cons. 21. num. 8. Caputaq. eadem decis. 303. num. 10.* quarum qualitates possunt remouere Principem à
12 gratia concedenda † quando de illis notitiam habuisset, & maximè in tertij præiudicium, cuius re-
13 spectu † quælibet gratia dicitur cõstituere nouum ius *Dec. in cap. de causis num. 10. vers. 3. prædicta conclusio limitatur de offic. deleg.*

Non obstat, quod etsi præualeret prædicta opi-
14 nio, vt scilicet annulletur † gratia secunda facultatis transferendi, quando prima à qua dependet, non est valida, attamen cum agatur de illa incidenter nõ requireretur, secus verò si ageretur principaliter de illius canonizatione, *Rota diuers. decis. 31. num. 18.*
15 *par. 2. & in recent dec. 739. par. 2.* vt ideo stante † varietate opinionum, & rationum, & quod iam habuit effectum pro euitanda subreptione, debeat sustineri.

16 Quia visum † fuit subreptionem esse claram omissa narratione antiquæ pensionis, & qualitatis illam transferendi, neque auctoritates, & rationes deser-
17 uire † in taciturnitate qualificata, vt hic factum fuit, & si dicatur, quod virtualiter narrata dicuntur, tam pensio antiqua, quam facultas illam transferendi
18 per † relationem ad Breue prioris gratiæ, *vt per Seraph. decis. 1496. num. 4. cum alijs allegatis*, potest
19 euitari obiectum, † quia relatio debet esse talis, vt
20 Papa potuerit intelligere præiudicium, alias † quælibet expressio ad effectum præiudicij sufficiens non est, *glos. in cap conuitationi de appellat. in 6. Surd.* latissimè *cons. 150. num. 33. & 136.*

Et ita, &c.

☞ *Infra in eadem causa adsunt tres aliæ decisiones, idest sub diebus 26. Nouembris 1622. 17 Iunij 1624 & 5. Martij 1625. coram eodem bo. me. Pirou.*

REVERENDISS. COCCINO.

Romana Palatij.

Lunæ 30. Maij 1622.

ARGVMENTVM.

Pacta aliqua in contractu emptionis, & venditionis quando sunt reseruata, quæ tamen non respiciunt substantialia contractus, sed accidentalia, tunc si partes non concordent, recurritur ad arbitrium boni viri. Emens rem subiectam fideicommisso dicitur securus stante derogatione Apostolica. Creditores super fideicõmisso conditionali sui debitoris, durante illius vita possunt prætendere fructus illius, &c.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Venditio facta cum illis verbis*, con li patti, e conditioni, che trà noi saremo d'accordo, *ista verba non respiciunt substantialia venditionis, sed illius accidentalia.*
2 *Venditio non rescinditur ex defectu accidentalium contractus, cum recurratur ad arbitrium boni viri, si partes non concordent.*
3 *Venditor tenetur dare fideiussorem de euictione, dum vult exigere pretium, maximè si iam immineat euictio.*
4 *Emptor emens rem subiectam fideicommisso, satis dicitur ei consultum, dum dicto fideicommisso fuit per Papam derogatum.*
5 *Creditores super fideicommisso conditionali sui debitoris, durante eius vita possunt prætendere vsumfructum eius.*
6 *Cautionem de euictione non præsumitur voluisse dare venditor ex verbis generalibus, quando stat in malo statu.*
7 *Pretium rei venditæ, quando iam in limine contractus imminent creditores, est deponendum, et est soluendum creditoribus venditoris, data cautione per recipientes de restituendo prioribus, et potioribus.*
Quod multo magis procedit, quando id vltro offert emptor.
8 *Decis. in causa* Romana Palatii 5. Iulii 1621. *quæ est in hac causa coram Coccino, declaratur.*

DECISIO CCCCII.

1 IN venditione huius Palatij fuit dictum, quod venditio † fiebat, *Con li patti, conditioni, cautele, e sicurezze, che saremo d'accordo fra noi.* Quæ quidem verba fuit firmatum, non respicere substan-
2 tialia venditionis, sed illius accidentalia † declaranda arbitrio boni viri, propterea cum fuerit actum de importantia dictarum clausularum die 5. Iulij superioris anni, & fuerit resolutum, quod venditor te-
3 neatur † dare fideiussorem de euictione, maximè cum immineant creditores.

Hodie tamen reproposita causa fuit cōsideratum quod palatium erat subiectum fideicommisso, cui per
4 † Summum Pontificem fuerat derogatum, vnde satis videbatur consultum emptori, sed quia durante vita venditorum cum fideicommissum esset cōditio-
5 nale multa † prætendere possent creditores DD. de Ferratinis, & indubitatum sit potuisse prætendere fructus durante vita ipsorum, nec verisimile visum fuit quod cum tunc DD. de Ferratinis quoad sub-
6 stantiam † propter debita essent in malo statu, voluerunt se obligare per prædicta verba ad dandam cautionem de euictione.

Ideo Domini arbitrati sunt pecunias esse depo-
7 nendas in Monte † Pietatis prout etiam obtulit Reu. P.D. Viues emptor soluendas creditoribus DD. de Ferratinis, vel alijs, quibus de iure, data tamen cautione per recipientes de restituendo prioribus, &
8 potioribus, & † ita esse declarandam prædictam desisionem sub die 5. Iulij superioris anni. Et ita &c.

☞ *Decisio ista, quæ hic allegatur in hac causa emanata sub die 5. Iulii 1621. est supra in hoc Tomo decisio 307. vbi alias plures decisiones in hac causa adduxi.*

REVERENDISS. MERLINO.

Monopolitañ Beneficij, seu Capellæ.

Lunæ 6. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

De validitate, & existentia codicillorum quando non sit dubitandum, quæ probatio eò fortior redditur quando adest obseruantia contentorum in eis. Obseruantia dat robur scripturæ, etiā informi, & quando attendatur etiam si sit nimis remota, & quo casu nō dicatur nimis remota. Iuspatronatus dū deducitur incidenter qualiter sufficiat, vt probetur, ac in eo lex imposita à fundatore æquum est, vt seruetur. Beneficio simplici vt quis sit capax, qualis ætas in eo requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura minus perfecta probat stante obseruātia.*
2 *Obseruantia minus remota non releuat.*
3 *Scriptura ex quibus appareat erronea.*
4 *Obseruantia, quando non possit dici remota.*
5 *Obseruantia refluxi temporis facilè præsumitur, quando constat de præsenti obseruantia.*
6 *Obseruantia nimis remota, quando attendatur.*
7 *Scriptura in parte vera, & in forma probanti præsumitur in totum vera, & in forma probanti.*
8 *Scripturam producens non potest eam, vti minus solemnem impugnare.*
9 *Iuspatronatus probatur leuioribus probationibus, quando illud incidenter fuit deductum.*
10 *Substantia probata, qualitas leuioribus probationibus docetur.*
11 *Iuspatronatus illi est adiudicandum, qui habet qualitates à testatore requisitas.*
12 *in Iurepatronatus lex à fundatore scripta, est seruanda, & nefas est illi contrariari.*
13 *Sacerdotij qualitas, quando de tempore præsentationis requiratur.*
14 *Clericus primæ tonsuræ est capax beneficij.*
15 *Tonsura prima etiam puero septem annorum conferri potest.*
16 *Beneficio simplici puer septem annorum est capax.*
17 *ad Iuspatronatus etiam minor 14. annorum secundum dispositionem iuris communis, quis potest præsentari.*
18 *Conformare quis præsumitur cum ea lege, quæ de eius tempore vigebat, & non cum futura.*
19 *Concilium Tridentinum de anno 1515. nondum erat apertum.*
20 *Iurispatronatus fundator, si mandet in defectum Sacerdotis præsentari simpliciter clericum, non est necesse, vt clericus sit annorum 14. & an obstet dispositio Concil. Trident.*
21 *Papa super ætate necessaria ad obtinendum beneficium, quando tacitè videatur dispensasse.*

DECISIO CCCCIII.

PROPOSVI dubium, An esset recedendum à decisis sub die 17. Iunij 1619. & 17. Februarij 1640. coram R. P. D. meo Pamphilio, & Domini vnanimiter censuerunt esse recedendum. Visum enim fuit scripturæ codicillorum quondam Sanctis iurispatronatus, & beneficij, de quo agitur fundatoris

tis plenam fidem esse adhibendam, quia constat de ipsorum codicillorum, & dispositionis in eis contentæ obseruantia, saltem ab anno 1549. vsque ad annum 1616. de quo tempore contingit vltimo loco vacatio. apparet enim de dicto anno 1549. Nicolaum Mariam codicillantis nepotem, & dicti beneficij possessorem permutasse quasdam oliuas, quas in dictis codicillis leguntur fuisse pro eiusdem beneficij dote assignatas, vt in summ. Francisci num. 1. 5. & 18. & successiuè ipsum Nicolaum Mariam illud resignasse ad fauorem Marij Mazzalorse, vt in d. summ. num. 6. quem ex testium depositione, de qua in eodem summ. num. 7. constat fuisse institutũ, ipsumq. beneficium vsque ad annum 1598. de quo tempore obijt, possedisse, & post illius obitum fuisse à Compatronis dicti codicillantis descendentibus præsentatum Cæsarem Pisanum, qui ad docendum de iurepatronatus in specie articulauit fundationem factam in codicillis, quos etiam produxit vt in d. summ. nu. 8. & 9. & successiue de anno 1599. ab Ordinario per diffinitiuam sentẽtiam declaratum, omnia per dictum Cæsarem expressa fuisse vera, ipsumque vti à veris patronis præsentatum esse instituendum, & in possessionem immittendum, prout fuit institutus, & immissus eodem summ. num. 10. post cuius obitum Vincentius vti descendens ex linea fundatoris, ac à medietate patronorum præsentatus derogationem pro alia medietate obtinuit cum expressione, quod ipsum beneficium fuerat dotatum per d. q. Sanctem, & quod in eius fundatione expressè dicitur, ad illud pro tempore vacans vnum ex familia, seu parentela fundatoris præsentari debere, & postea expresse articulauit d. q. Sanctem beneficium prędictum fundasse prout in codicillis ab eo factis quos loco probationis produxit, & tandem fuit per Ordinarium institutus prout in d. summ. nu 11. & 12. & demum constat etiam de anno 1616. eundem Vincentium beneficium prædictum resignasse ad fauorem Francisci sui fratris germani, & obtentam pariter fuisse derogationem pro medietate, ipsumq. Franciscum idem articulasse, & codicillos etiam produxisse, vt in d summ. num. 14. & 15.

Ex quibus omnibus Domini indubitanter constare existimarunt omnia de certa, & continuata dd. codicillorum, & dispositionis in eis contentæ obser-

1 uantia, quæ † operatur, vt illorum instrumentum, siue scriptura etiam si alias videri possit minus perfecta, & in formis plenam fidem faciat *Bart. inter cons. Bald. lib. 4. cons. 400. num. 5. Bald. cons. 40. n. 9. lib. 5. Crauett. cons. 105. num. 4. & cons. 274. num. 7. & cons. 277. num. 2. Gramat decis. 106. num. 9. Becc. cons. 103. num. 26. Menoch. cons. 423. num. 20. & 21. Surd. cons. 262. num. 26. Card. Seraphin. decis. 929. num. 2. Rot. diuers. decis. 375. nu. 4. & decis. 598. numer. 5. 1. par. & fuit dictum in Burgen. iurispatronatus Iulii 1611. coram Illustriss. Card. Sacrato*, & in terminis codicillorum in quibus fuerat fundatum iuspatronatus *in Mediolanen. iurispatronatus 29. Aprilis 1613. coram R. P. D. meo Pirouano inter recent. decis 482 num. 3. par. 1.*

2 Nec visum fuit obstare, quod obseruantia prædicta tanquam † nimis remota ad effectum, de quo agitur, minime suffragari videatur ex deductis *in Tarraconen. iurispatronatus die 14. Octobris 1588. coram bon. mem. Bubalo, & fuit dictum, sub dicto die 17. Februarii 1620.* quoniam obiectum tollitur ex eo, quia constat codicillorum instrumentum siue scripturam fuisse in rei veritate cõfectam de anno 1515. non autem anno 1415. vt patet ex copia modo rite compulsata, & apertissimè etiam probatur ex inspectione, & exhibitione protocollorum, & fasciculorum vltimarum voluntatum Notarij Colantonij, qui de dictis codicillis rogatus extitit, quæ omnia apparent fuisse confecta de anno 1511. & seqq. vsque ad annum 1518. & ex priuilegio Notariatus eiusdem de anno 1510. itaut omnino dicen. sit illos fuisse confectos de dicto anno 1515. sub cuius anni data conseruari dicuntur in Archiuio Ecclesiæ Monopolitanæ, vt patet ex fide compulsationis d. summ. nu-

3 mer. 19. & datam anni 1415. in dicta † scriptura antea producta fuisse erroneam, iuxta tradita per *Mascard. de probat. conclus. 644 num 15.* & consequen-

4 ter clare patet † obseruantiam nullo pacto dici posse nimis remotam.

Præsertim, quia licet non appareat de quo tempore dictus Nicolaus Maria codicillantis nepos fuerit præsentatus, constat tamen ipsum de anno 1549. beneficium, de quo agitur, possedisse, & oliuas in dictis codicillis pro illius dote relictas permutasse, vt superius fuit dictum, & consequenter cum fieri possit, quod præsentatio, & institutio per multos annos antea facta fuerit, & appareat etiam codicillantem deputasse, & nominasse in Capellanum primo loco Stephanum de Librando, & post illius mortem disposuisse, quod præsentari, & institui deberet alius, q. esset de linea masculina ipsius codicillantis, & deficiente linea masculina eligeretur ex fœminina, reddi videtur admodum verisimile, quod post dicti Stephani mortem fuerit dictus Nicolaus Maria nepos ex linea ipsius codicillantis secũdum eiusdem dispositionem, præsentatus; itaut codicilli prædicti fuerũt à dicto anno 1515. quo conditi fuerunt, siue à die fundationis beneficij semper, ac perpetuò inuiolabiliter obseruati, quemadmodum postea semper ob-

5 seruatos fuisse apparet, † obseruantia enim retrofluxi temporis facilè præsumitur, *vt trad. Surd. d. cons. 262. num. 27.* stantibus maximè dictis Ordinariorum sententijs ex alijs etiam actibus adminiculatis, quæ satis iustificarent cõtinuationem status præ-

6 sentandi secundum formam dd. codicillorum, † etiãsi obseruantia esset nimis remota, vt in specie respondit *Rota coram R. P. D. meo Pirouano d. decis. 482. num. 10. par. 1. recent.*

Nec etiam obstat quod non videatur probata obseruantia omnium eorum, quæ in dictis codicillis continentur; tum quia illa quoad concernentia beneficium, de quo agitur, & illius fundationem, satis probata videtur, vt patet ex superius deductis, tum etiam quia talis probatio non est necessaria, eo enim ipso quod apparet scripturam quoad aliqua fuisse

7 obseruatam, † & consequenter illam esse in parte veram, & in forma probanti in totum vera pariter, & in forma probanti præsumi debet, iuxta *trad per Paris. in cons. 90. num. 4. & 5. lib. 1.* quem sequuta est *Rota in Rom. dotis, seu pecuniaria 10. Iunij 1604. coram Sanctiss. D. N. inter impress. decis. 124. num. 4. par. 2. recent.*

Prætereà cum dicti codicilli non solum pluries antea ab alijs antecessoribus, qui dictum beneficium obtinuerunt, sed etiam ab ipsomet Cæsare fuerint in hoc iudicio producti pro suæ præsentationis iustificatione, Domini dixerunt illos ab eodem hodie impugnari

8 pugnari † non posse sub prætextu quod non sint in forma probanti, *Ias. in cons.* 181. *num.* 12. *ad fin. & seq. lib.* 2. *Paris. cõs.* 125. *n.* 20. *lib.* 1. *Crauet. cons.* 275. *num.* 2. *vers. versus &c. & fuit etiam dictum in Lucana capellæ* 1. *Februarij* 1610. *coram S.D.N. vt in decis.* 274. *num.* 12. *in fin. par.* 2. *recent. & in alia Monopolitana hebdomadæ* 5. *Decemb.* 1614. *coram* R.P.D. *Verospio.*

Quæ omnia tanto magis visa fuerunt absque vlla difficultate procedere, quia ex noua compulsatione dictorum codicillorum scripturam esse valde antiquam, in eaq. descriptos esse quinque testes, & consequenter cessat illorum defectus in quo præcipuè fundantur decisiones factæ sub dicta die 17. Iunij 1619. & 17. Februarij 1620. & hodie non agitur de probanda substantia iurispatronatus, cum illud non
9 controuertatur; sed est in confesso apud † partes, ex quo tàm Franciscus, quàm Cæsar fuit de dicto beneficio prouisus tanquam de iure patronatus, sed agi-
10 tur solummodo de probanda † qualitate, videlicet, quod illi de genere, & linea descendente fundatoris sint admittendi etiamsi sint Clerici primæ tonsuræ, quæ facilius probatur, ac præsumitur etiam ex leuioribus probationibus, & cõiecturis, *glos. in l. talis scriptura in verb. vniuersa. ff. de leg.* 1. *Alex. in l. si certis annis. C. de pact. Cephal. cons.* 297 *num.* 16. *Surd. cons.* 168. *num.* 7. *& fuit dictum in Vrbeuetana dotis* 7. *Iunij* 1610. *coram S.D.N.*

Præsuppositis autem dictis codicillis Domini exinde manifestè resultare dixerunt, beneficium esse adiudicandum Francisco, fundator enim in iurepatronatu mandat præsentari Capellanum de sua linea masculina, & in illius defectũ de fœminina etiamsi Clericus primæ tonsuræ, & vtraque linea deficiente extraneum, qui tamen sit Sacerdos. Vnde cum linea masculina iam defecerit, & Franciscus sit de li-
11 nea fœminina, & † Clericus primæ tonsuræ apertè sequitur quod ipse non autem Cæsar, qui est extraneus, & de tempore præsentationis, nec erat Sacerdos, nec sufficientem ætatem habebat pro sacerdotio ad beneficium prædictum præsentari debuit iuxta fundatoris intentionem, & voluntatem, & legem
12 † ab eo in ipsa fundatione præscriptam, quæ omnino seruari debet, vt per *Anchar. in clem. quia contingit in* 9. *not. de relig. dom. & Rota decis* 112. *nu.* 3. *&* 5. *& dec.* 155. *num.* 1. *& decis.* 496. *num.* 1. *&* 2. *par.* 1.
13 *in recent.* vbi vlterius etiam dicitur quod † qualitas sacerdotij requiritur de tempore præsentationis, & quod ita fuit in Rota sæpissimè resolutum.

Nec visum fuit Dominis obstare, quod fundator in dictis codicillis expresse non disposuerit, quod posset præsentari minor annis 14. prout erat Franciscus de tempore præsentationis, & consequenter in dubio censendum videatur ipsum intellexisse de Cle-
14 rico primæ tonsuræ, qui tamen esset † capax benefi. cij, & sic constitutus in 14 anno, iuxta dispositionẽ *Sacri Concilij Tridentini sess.* 23. *cap.* 6. *de reform.*

Quia fuit responsum satis esse, quod fundator voluerit sufficere quod præsentandus ex sua linea masculina, vel fœminina esset Clericus primæ tonsuræ,
15 † quæ etiam septimum dumtaxat ætatis annum agẽtibus conferri potest *cap. nullos, & ibi glos. in verb. infanti de temp. ord. in* 6. qui propterea de iure cõ-
16 muni est etiam † simplicis beneficij prout est hoc, de quo agitur indubitanter capax, *cap. si eo tempore,* vbi post alios *Franc. nu.* 10. *in fin. de rescript. Imol. in cap. super inordinata num.* 4. *de præbend. Lambert. de iurepatron par.* 2. *lib.* 2. *num.* 6. *fol. mihi* 593. *Mandos. de ætat. min. cap.* 3. *num* 21. *& cap.* 4. *nu.* 13. *&* 15. *cum alijs per Garz de benef. par* 7. *cap.* 4. *numer.* 4. 5. *&* 6. ex hoc enim satis apertè expressisse
17 videtur, quod etiã † minor 14. annis præsentari posset secundum iuris communis dispositionem, quæ de tempore fundationis vigebat, & cum qua præsu-
18 mendum est conformare se † voluisse, vt per *Mobed. decis.* 18 *de caus. pos. et propr. et Gonzal.* qui alios congerit *super reg* 8. *glos.* 5. *num.* 81. ex quo Sacrũ
19 Concilium † de dicto anno 1515 nondum erat apertum, & consequenter fundator se cum eo conformãdi intentionem habere nullatenus potuit, & in fortioribus terminis, quod si fundator in defectum Sacer-
20 dotis † simpliciter mandauerit præsentare clericum non obstet d. Concil. Tridentini dispositio, nec sit necesse, quod clericus præsentatus sit annorum 14. est *decis. Rot. diuers.* 482. *ad fin. par.* 1. Vbi quod ita censuerunt Illustrissimi Cardinales Sacræ Congregationis Concilij, quàm etiam refert *Garz. d. par.* 7. *cap.* 4. *num.* 9. *et* 10. Vnde multo minus dicendum est necessariam esse in casu præsenti in quo fundator expresse voluit sufficere, quod præsentatus esset clericus primæ tonsuræ.

Demum aliqui ex Dominis dixerunt non esse omittendum, quod Franciscus videatur dispensatus quoad dictam ætatem, cum fuerit narrata in mandato, de prouidendo fel. rec. Paulo V. cum derogatione medietatis iurispatronatus fueritq. concessum
21 ex bonis inditijs puerilis ætatis, † ex quibus verbis Papa saltem tacite dispensasse censetur ex *congest. per Gabr. de præsumpt. concl.* 8. *num.* 1. *et seqq.*

Ex quibus Domini vtraque parte informante recesserunt à decisis.

☞ *Infra in eadem causa habetur altera decisio sub die* 14. *Nouemb.* 1622. *coram eodem bo. me Merlino.*

R. P. D. REMBOLDO.

Lamaceñ Beneficij.

Lunæ 6. *Iunij* 1622.

ARGVMENTVM.

Rota non solet vti arbitrio ad effectum sanandi nullitates, quando illæ sunt claræ, & iam directæ, maximeq. dum aliquid attentatè fuit gestum. Beneficij possessio capta litteris non expeditis est nulla, ac infecta. Et aliqua habentur circa materiam, quando Commissarius Cameræ accepit possessionem beneficij nomine eiusdem Cameræ.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, arbitrio, relaxat aliquantulum iurisrigorem, facultatemq. Iudici tribuit amplectendi æquitatem.*

2 *Rota non solet, vti arbitrio ad effectum sanandi nullitates, quando sunt claræ, etiam detecta.*

3 *Arbitrio Rota non vtitur, quando tractatur. de confirmanda possessione nulla, et attentata. ab Aequitate omni esset alienum, confirmare quem in ea possessione, quam nulliter, et attentate habuit, num.* 3.

5 *Nullitas, quando est turbida, tunc intrat arbitrium pro illius sanatione.*

6 *Beneficij litigiosi possessio capi non potest lite pendente*

dente absque vitio attentatorum.

7 *Sententia lata super executione Breuis de capienda possessione nomine Cameræ, dicitur lata ad fauorem Commissarii Cameræ, ideo non potest suffragari prouiso de beneficio ad effectum capiendi possessionem nomine proprio.*

9 *Beneficii possessio, quæ accipitur à Commissario Cameræ, nomine eiusdem Cameræ, in ea ipse tantum habet nudum nomen, et commodum est prouisi de beneficio.*

10 *Possessio beneficii, quæ capienda venit à Commissario Cameræ, nomine eiusdem Cameræ, est ab eodem accipienda, vel à procuratore ab eodem substituto, et postea per Commissarium cedenda ipsi prouiso de beneficio.*

11 *Et si possessio erit aliter capta, est nulla.*

12 *Commissarius Cameræ capiendo possessionem beneficii, nomine eiusdem Cameræ, non seruata forma Breuis, non tenet.*

13 *Rescripti forma seruanda est, aliàs actus corruit.*

14 *Beneficii possessio capta non expeditis litteris, est nulla, et infecta, iuxta Constit. Iulii III quæ habet decretum irritans ac clausulam sublatam.*

15 *Possessio quando est nulla, et infecta non est in ea faciendum fundamentum.*

16 *Beneficii possessio, quod fuerit capta post expeditionem litterarum, hoc non probatur ex data in dictis litteris.*

17 *Litteræ Apostolicæ super prouisione beneficii non conceduntur ante expeditionem Breuis.*

18 *Breuia super prouisione beneficii conceduntur donec expediantur litteræ non autem post expeditionem litterarum.*

DECISIO CCCCIV.

POST resolutionem in hac causa factam, quod possessio Cardosij erat nulla, & attentata, ideoque sequestranda, Cardosius adiuit Signaturam, atque ab ea obtinuit mihi rescribi in hæc verba, vel si magis placet committatur eidem, qui reiecta arbitrio Rotæ nullitate prædicta procedat in causa prout iuris fuerit.

Vnde dubitaui An intret arbitrium ad effectum reijciendi dictam nullitatem, & Domini censuerunt 1 non intrare, quia licet clausula arbitrio † Rotæ relaxet aliquantum iuris rigorem, facultatemq. Iudici tribuat amplectendi æquitatem, vt fuit sæpius dictũ in casu tamen isto nulla subest æquitas reijciendi di- 2 ctam nullitatem, non solum quia † dicta nullitas est clara, & iam detecta, quo casu non solent Domini 3 interponere arbitriũ † ad effectum etiam sanandi, vt fuit dictum *in Parmen. status coram Sanctiss. D.N. tunc Rotæ Auditore, quæ est decisio 235. par. 1. in recent. & in Calaguritana quatuor quartarum 22. Iunij 1615. coram R.P.D. meo Caualerio, & aliàs sæpissimè*, verum etiam quia per dictum arbitrium 4 confirmaretur possessio nulla, & † attentata, vt dictum est, in præiudicium alterius partis, quod certè esset ab omni æquitate alienum.

Nec obstant quæ fusè deducuntur ad ostenden. quod vel non adsit dicta nullitas, vel illa sit adeo tur- 5 bida, † vt merito intrare possit dictum arbitrium, quia quicquid dicatur nullitas est patens estq. mixta cum attentatis, quia possessio legitur in instrumento quod datur capta nomine dicti Cardosij, quod † ta- 6 men fieri non potuit pendente lite super beneficio de quo agitur, vt fuit in alia decisione firmatum.

Nec obstat, quod fuit capta vigore sententiæ A.C. 7 latæ super † exequutione Breuis de capienda possessione nomine Cameræ, quia dicta sententia emanauit ad fauorem Commissarij Cameræ, ideoq. non 8 potuit suffragari † Cardosio ad effectum capiendi possessionem nomine proprio.

Nec obstat, quod emanauit ad commodum Car- 9 dosij, quodq. in † ea habuit nudum nomen dictus Commissarius, quia nihilominus possessio erat capienda ab ipsomet Commissario, vel Procuratore substituto ab eo, & postea per dictum Commissarium 10 † cedenda Cardosio, vt per *Salust. in sua praxi lib. 3.* 11 *cap. 6. num. 10. & seq.* vbi quod possessio † aliter capta est nulla.

Eoq. magis, quod in dicto Breui fuit præscripta certa forma, quod Commissarius Cameræ consignet possessionem Cardosio postquam ipse litteras Apo- 12 stolicas præsentauerit, nam hoc † stante non solum non potuit Cardosius vigore dicti Breuis capere dictam possessionem nomine proprio, sed immo nec Commissarius Cameræ potuisset dictam possessionẽ 13 † eidem cedere nisi seruata dicta forma, *cap. cum dilecta de rescript. cap. cum de non Sacerdotali de præbend. in 6. Alex. cons. 137. num. 15. lib. 2. Ceph. cons. 219. num. 4. Cabutaq. decis. 143. num. 5. lib. 3.* & sic postquam Cardosius ei præsentasset litteras Aposto- 14 licas, & præsertim quia dicto † Cardosio obstabat etiam Constitutio Iulij Tertij in qua adest decretum irritans, & clausula sublata, adeo quod possessio nõ expeditis litteris capta fuisset nulla, & infecta, itaut 15 nec † potuisset allegari, nec aliquod in ea fundamẽtum fieri, *Ruin. cons. 76. num. 9. ad med. lib. 5. Put. decis. 50. lib. 1. & decis. 377. lib. 3. Verall. decis. 134. numer. 4. par. 3.*

Nec obstat quatenus prætendatur, quod tempore 16 quo † fuit capta possessio per Cardosium essent expeditæ litteræ, quia hoc non probatur ex data in dictis litteris apposita, nam si ea esset attendenda ap- 17 pareret dictas † litteras fuisse expeditas longè ante expeditionem Breuis, quod tamen non potest sub- 18 sistere, cum dicta Breuia † concedantur donec expediantur litteræ, non autem post expeditionem litterarum &c.

REVERENDISS. MERLINO.

Terracineñ Bonorum.

Lunæ 6. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Relatio regulariter facienda est ad id, quod immediatè fuit dispositum, & non ad omnia superius dicta, & hoc multo magis si sequeretur aliquod absurdum. Clausulæ, dum Iudicis auctoritate non fuerunt extensæ, non releuant, ac in eorum extensione est seruandus stylus Notarij, qui instrumentum stipulatus est. Hæredi succedenti ab intestato non est danda immissio, quando quis non decessit ab intestato, & quid si prætendatur testamentum non habere subsistentiam.

SVMMARIVM.

1 *Relatio facienda est ad id, quod immediatè dictum fuit.*

2 *Clausulæ referendæ sunt ad ea solummodo quibus*

quibus accessoriè apposita fuerunt.
3 *Bona aliena non possunt hypotecari.*
4 *Clausulæ referendæ sunt ad id, quod immediatè est dispositum, & hoc maximè si alias sequeretur aliquod absurdum.*
5 *Clausulæ cœteratæ dum Iudicis auctoritate non sunt extensæ, non sunt habendæ in consideratione.*
6 *Dominium alicuius rei, quando quis sibi reseruauit, ex hoc non sequitur, quod habeat facultatem capiendi possessionem propria auctoritate.*
7 *Stylus non attenditur, si non sit in forma probanti.*
8 *Clausulæ cœteratæ sunt extendendæ iuxta stylum illius Notarij, qui instrumentum stipulatus est. Non autem secundum stylum generalem quorumcumque Notariorum.*
9 *Filius in successione patris primum obtinet locum.*
10 *Hæres immittenda est in possessionem bonorum defuncti, vel remedio quorum bonorum, vel officio Iudicis.*
11 *Remedio, quorum bonorum, quando agitur, debet præcedi libellus, vel monitorium.*
12 *cum Testamento, quando quis decessit, tunc perperam petitur immissio ab hærede succedente ab intestato.*
13 *Testamenti probatio non concludens non impedit aditionem hæredi ab intestato.*
14 *Testamenti validitatis dubietas est sufficiens ad impedienda remedia possessoria, succedenti ab intestato.*
15 *super Testamenti validitate pendente lite, hæres ab intestato nedum debet admitti in possessionem. Verum nec etiam effectualiter adire hæreditatem, sed exitus litis est expectandus.*
16 *Appellationi suspensiuæ locus est ratione mixturæ possessorij cum petitorio.*
17 *Hæres, quando dubitatur quis sit, tunc necesse est ingredi petitorium.*
18 *Aegidiana, quod ob mixturam non intret, non est, qui dubitet.*

DECISIO CCCCV.

DOMINI perstiterũt in decisis coram me sub die 21. Februarij præteriti, videlicet non intrare Aegidianam ex rationibus tunc ponderatis, quæ nequaquam adimitti visæ sunt ab informantibus pro Diambra.

Quibus etiam DD. addebant, quod aut ipsa Diãbra prætendebat iustificare decretum immissionis ex instrumento dotali confecto inter Zenobiam, & Cinthium eius virum, aut ex eo, quod eadem esset hæres ab intestato prædictæ Zenobiæ, & neutrum visum est suffragari.

Non inquam instrumentum dotale, quia ibi postquam Cinthius promiserat conseruare bona dotalia Zenobiæ, illaq. in euentum restitutionis restituere, cui de iure, subdit, & pro dote, sunt verba præcita instrumenti, cautelauit, hypotecauit, & inuestiuit dictam Zenobiam vxorem præsentem super omnibus, & singulis suis rebus, & bonis &c. dans potestatem &c. constituens &c. Vnde dictæ clausulæ tan-
1 quam immediatè † subsequentes hypotecationi bonorum eiusdem Cinthij, ad ea tantum, non autem ad bona dotalia Zenobiæ referri debent, quia clau-
2 sulæ referuntur ad † ea solummodo, quibus accessoriè apposita fuerunt *l. fin. §. Titia, vbi Bart. ff. de libert. legat. Felin. in c. causam nu. 4. de rescript. Capyc. dec. 108. num. 12. Rota apud Card. Seraphin. decis. 611. num. 4.* Quod & euidentius visum fuit, quia ibidem Zenobia reseruauit sibi dominium suorum bonorum dotalium; absurdum esset autem, quod Cin-
3 thius bona Zenobiæ hypotecasset, † cum bona aliena hypotecari non possint *l. 2. §. si prædium. C. si res alien. pignor. data sit DD. in l. aliena. ff. de pignorat. act.* & ideo dictæ clausulæ necessario ad euitandum
4 hoc absurdum referendæ, & restringendæ † sunt ad bona dumtaxat ipsius Cinthij, iuxta tradita per *Abb. in cap. Ecclesia num. 5. de elect. Dec. in cap. 2. requiris num. 3. vers. quarto si ratione de appell. Gabr. con. cl. 9. num. 28. tit. de clausulis,* Et propterea quatenus dictæ clausulæ aliquam inferrent vtilitatem pro immissione, hæc tota competeret quoad bona Cinthij tantum, non autem Zenobiæ, de cuius hæreditate modo agitur.

Minus etiam dictis clausulis, & cœteratis niti poterat Diambra, quia quatenus dictæ clausulæ legitimè extensæ comprehenderent bona dotalia Zeno-
5 biæ, attamen † cum vsque adhuc Iudicis auctoritate non fuerint extensæ, non erant habendæ in consideratione à Iudice, *Grat. cons. 9. num. 123. lib. 1. Surd. cons. 350. num. 29. & dixit Rota in Romana hæreditatis, & paragij dotis 12. Iunij 1615. coram R. P. D. meo Buratto.*

Nec suffragatur, quod Zenobia reseruauit sibi do-
6 minium, † quia ex hoc non sequitur, quod facultatem habuerit Diambra deinde propria auctoritate possessionem apprehendendi horum bonorum, & as-
7 sertus stylus Curialium † non videtur attendendus, quia non est in forma probanti, & pro clausulis, & cœteratis petendus est sensus, & stylus particularis
8 illius † Notarij, qui instrumentum conscripsit, non autem generalis quorumcumque Notariorum, *Bald. in l. Gallus. §. idem credendum num. 1. & Ias. nu. 23. ff. de liber. & posthum. Corn. cons. 225. in fin. vers. nam illæ dictiones lib. 3. Surd. dec. 223. num. 8.* & alij quos bene congessit *R. P. D. meus Burattus in dicta Romana hæreditatis, & paragii dotis.*

Neque etiam iustificari posse visum est dictum decretum immissionis ex eo, quod Diambra vti filia
9 Zenobiæ eiusdem successionis ab intestato primum gradum haberet *§. 1. auth. de hæred. ab intest.* & consequenter immittenda esset in possessionem bonorum
10 matris ex remedio † quorum bonorum, vel Iudicis officio, quoniam Iudex ex tali titulo immissionem concedere noluit, & non potuit, noluit, nam in decreto processit vigore tantum instrumenti dotalis, vt
11 ex illius lectura patet; non potuit, † quia non præcessit monitorium, nec congruus libellus, nec sententia vt in prima decisione fuit ostensum, & demum quia pro parte Cinthij fuerat exhibitum testamentum
12 Zenobiæ conscriptum à Parocho, † in quo ipse erat hæres institutus, & propterea stante huiusmodi testamento non erat locus immissioni Diambræ filiæ vti hæredis ab intestato *ad l. quamdiu. ff. de acquir. hæredit.* & in his terminis *est cons. Bald. 317. num. 3. lib. 1. & dixit Rota in Romana testamenti 17. Iunii 1611. coram Illustriss. D. meo Card. Sacrato.*

Nec obstat, quod dictum assertum testamentum pluribus impugnetur ab informãtibus pro Diambra, & habeat magnas difficultates pro illius validitate,
13 † & quod testamenti probatio non concludens non impediat aditionem hæredis ab intestato, vt reprobata *glos. in l. 2. C. de bon. poss. secundum tab. docet Bald,*

Bald.ibi num.5.verſ.Modo aduerte ad caudam gloſæ, Caſtren.num.7 & Alex.num.7. & idem *Bald.in l.3. num.4. C. de ſent. quæ ſine cert. quant. profer.* Quoniam vltra, quod Domini noluerunt pro nunc firmare, an dicta probatio teſtamenti ſit concludens nec ne, & hãc diſcuſſionem ad aliam diſputationem reiecerunt; Viſum fuit, vel quod hæc dubietas cir-
14 ca † validitatem teſtamenti eſſet ſaltem ſufficiens ad excludenda remedia poſſeſſoria ab inteſtato, *l.1. & ibi gloſ & DD.C.de bon. poſſ. ſecundum tab. l. ſi ſcriptum C.de probat.vbi etiam gloſ.& DD.Menoch. de adipiſcen.remed.4. num.861. verſ.cum ergo eſſet probabilis dubitatio,& Salycet.in d.l.2. num.3.verſ. Et ita ego concilians dictum Baldi cum gloſa tra-*
15 *dit*, quod pendente lite ſuper validitate † teſtamenti hæres ab inteſtato non poteſt nedum immitti in poſſeſſionem, verum nec etiam effectualiter adire hæreditatem, ſed exitus litis eſt expectandus, & hanc Salyceti conciliationem videtur ſequi, *ibidem Alex. num 7.verſ.Salyc.tamen.*

Vel denique cum in illo iudicio factæ hinc inde fuerint probationes circa exiſtentiam, & validitatẽ teſtamenti, & tamen iudex conceſſerit immiſſionem hæredi ab inteſtato, & ſic ſimpliciter reiecerit dictas probationes, & declarauerit eſſe locum ſucceſſio-
16 ni ab inteſtato viſum fuit, quod ratione mixturæ poſſeſſorij cum petitorio eſſet locus appellationi ſuſpenſiuæ, vt in terminis tradit *Bald in conſ.331.ſuper prædicto in prin. lib.1.* & latè proſequitur *Menoch.d.remed.4.de adipiſcen. num.856.& 561. vbi prudenter monet in verſ.Cum ergo*, quod quando eſt
17 probabilis dubitatio, quis ſit † hæres, neceſſe eſt ingredi iudicium petitorium; ob mixturam autem non
18 intrare Aegidianam non erat, † quod dubitaretur *Contard. in l vnic. C. de mom. poſſ. limit.2. num 9. & 95.* & in ſimilibus terminis fuit dictum *in Ariminen. Hæreditatis 4.Maij præteriti coram me.*

Et ita vtraque parte informante Domini conſtiterunt in deciſis, &c.

☞ * *Deciſio iſta in hac cauſa emanata ſub die 21. Februarij 1622.coram eodem Merlino, eſt ſupra in hoc Tomo deciſio 349.*

REVERENDISS. COCCINO.

Romana Præcodij.

Veneris 10.Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

1 Alienatio bonorum pupilli facta ſine auctoritate tutoris, ac decreto Iudicis, vt corruat neceſſe eſt, cum non habeat iuris ſubſiſtentiam & ad hoc non ſuffragatur præſentia Iudicis, quum aliud ſit præſentia, & aliud decretum. Iudici, ſi aliquid ſit indultum, id non debet ſuffragari parti. Alienatio bonorum minoris ab initio, quando eſt nulla, ad eam ſubſtinendam ſat non eſt, vt ex poſt doceatur eam fuiſſe factam ex cauſa neceſſaria. Alienatio bonorum minoris facta ſine ſolemnitatibus, tunc ſolum ſubſtinetur, quando vtilitas eſt ſatis euidens, & euidenter probata, alias ſecus.

SVMMARIVM.

1 *Intereſſe non habens in cauſa, non auditur.*

2 *Alienatio bonorum pupilli, quando ſit, vna cum auctoritate tutorum, neceſſe eſt decretum Iudicis.*

3 *in Alienatione bonorum pupilli ſunt ſeruandæ ſolemnitates ſtatutariæ, quibus non interuentis negari non poteſt, quin prædicta alienatio ſit nulla. & num.7.*

4 *de Mandato legitimo debet doceri ad effectum renunciationis.*

5 *Creditores defuncti debent eorum creditum capere de manu hæredis.*

6 *Immitti in poſſeſſionem petens fatetur ſe non poſſidere, & ille contra quem petit talem immiſſionem fatetur poſſidere.*

8 *Iudicis præſentia aliud eſt, & aliud decretum, dum requiritur, vt ipſe interloquatur. & num.9.*

10 *Bona minorum, quando ſunt vendenda, debent palam poni edicta.*

11 *Bonorum debitoris decocti, diſcuſſione pendente, poteſt fieri conſignatio bonorum eius creditoribus, data cautione de reſtituendo, prioribus, & potioribus, & hoc ex Bulla Pij IV. ſuper reform. Signaturæ Iuſtitiæ.*

12 *Iudici, quando aliqua facultas tribuitur, ea non eſt vſurpanda à parte.*

13 *Solemnitates debitæ ſunt ſeruandæ in alienatione bonorum pupilli, aliàs corruit.*

14 *L.in cauſæ cognitione, §. interdum, ff. de minor. quando intret.*

15 *Factum non præſumitur, niſi probetur.*

16 *Venditio, quando eſt nulla ab initio, ſcilicet, de tempore venditionis ex poſt non conualeſcit.*

17 *Venditio bonorum pupilli, ſi ab initio ſit nulla, non ſufficit, vt ex poſt doceatur eam fuiſſe factam ex cauſa neceſſaria, & ideo ſubſtineri.*

Venditionis bonorum pupilli data nullitate vſque ab initio, an ſubſtineatur, ſi ea fuerit vtilis pupillo. num.17.

18 *Bonorum pupilli venditio, quando ſit, requiritur conſenſus tutoris.*

19 *Creditores pupilli non poſſunt propria auctoritate vendere illius bona, ſed requiritur auctoritas tutoris.*

20 *Alienatio bonorum minorum facta ſine ſolemnitatibus neceſſarijs, tunc ſtante vtilitate ſubſtinetur, ſi ipſi minores volunt ſtare contractui, aliàs ſecus.*

21 *Alienatio bonorum pupilli an teneat, ſi facta ſit ſine ſolemnitatibus debitis, ſtante eius vtilitate, eſt opinio ſatis controuerſa.*

22 *Alienatio bonorum pupilli ſine ſolemnitatibus neceſſarijs facta, tunc ſubſtinetur quando vtilitas eſt ſatis euidens, & euidenter de ea conſtat.*

23 *Confirmatio Apoſtolica non tollit nullitates, ſi de eis nulla facta fuerit mentio.*

24 *Ratificatio, quando non poteſt fieri expreſsè, multo minus poteſt fieri tacitè.*

25 *Ratificatio contractus nulli, vt valeat, ratificans debet habere ſcientiam indubitatam, & certam qualitatis nullitatum.*

26 *Audientia non eſt deneganda, quamuis non reſtituerit accepta, quando proceditur per viam nullitatis.*

DECISIO CCCCVI.

PROPOSVI dubium, an venditio præcodij facta D.Raphaeli Caſali eſſet nulla, vel potius ſuſtinere-

neretur, & cum Domini de Cecchinis darent de hu-
iusmodi nullitate, cum opponeretur, quod illorũ nõ
intererat, Rota ordinauit, quod informaretur super
1 huiusmodi interesse, nam † interesse non habens non
auditur. *l. ex conuentione. C. de pact.* Roman. *conf.*
499. in princ. & tenetur illud probare *Roman. vbi*
supra num 2 & cum non posset capi resolutio, fuit
deputatus peritus, qui saluis prætensionibus vtriusq;
que partis, retulit DD. de Cecchinis remanere cre-
ditores in scut. 1779. 23. vnde præsupposito isto cal-
culo, ex quo constat de interesse, non poterat dene-
gari audientia super ista nullitate venditionis, & pro-
pterea quoad primam partem dubij fuit responsum
venditionem fuisse nullam, & ad secundam non sub-
stineri. Ratio resolutionis primæ partis fuit; quia
cum DD. de Cecchinis, tunc pupilli, mediante Tu-
trice essent in possessione prædij, quod fuerat pa-
tris, quæ quidem Tutrix adiuit hæreditatem cum
2 beneficio legis, & inuentarij, † debuit omnino fieri
alienatio cum decreto Iudicis, *l. 1. & l. magis puto.*
§. non passim. ff. de reb. eor. Roland. conf. 33. num 9.
vers. tertio requiritur. lib. 1. & cum auctoritate tu-
tricis. *l. neque 2 C. de autor. præstan. tot. tit. 21. In-*
stit. de autor. tut. Roland. in d. conf. 33. num. 9. & de-
3 buerunt insuper in alienatione seruari † solemnita-
tes *Statuti Vrbis lib. 1. cap. 113.* videlicet consensus
duorum consanguineorum, quæ cum non interue-
nerint, negari non potest, quin prædicta venditio
fuerit nulla.

Non obstat quod actor ad lites renuntiauerit ad-
ministrationi; quia non constat de legitimo mandato
4 dicti † actoris, & quatenus constaret, non releuaret;
quia non inde sequitur, quod tutrix dimiserit posses-
sionem bonorum pro filijs acquisitam, imo post di-
ctam comparitionem actoris creditores institerunt
pro immissione, contra quam DD. de Cecchinis se
opposuerunt allegando, quod creditoribus non cõ-
5 petebat immissio, ex quo eorum creditum † de ma-
nu hæredum capere debebant, signum euidens, quod
per dictæ administrationis renunciationem Domini
de Cecchinis non dimiserunt possessionem, nec cre-
6 ditores illam acquisiuerunt, cum petens † immitti
fateatur se non possidere, & è contra fateatur posses-
sionem esse penes eum, contra quem petit immis-
sionem, & in omnem euentum ista non operantur,
7 quod venditio fuerit † valida tanquam facta cum de-
creto Iudicis, & interuentu proximiorum, quæ erant
necessaria, vt supra deductum est.

Neque etiam obstat, quod in congregatione cre-
ditorum fuisset in præsentia Iudicis resolutum, quod
8 prædium venderetur; Nam fuit † responsum,
quod aliud est præsentia Iudicis, aliud decretum;
9 quod quidem requirit, quod Iudex † interloquatur,
iuxta notata per Bald. in conf. 348. per tot. lib. 4. &
fuit resolutum in *causa Romana hæreditatis, & pa-*
ragij dotis 12. Iunij 1615. coram R. P. D. meo Burat-
to, quæ est in recentior. par. 2. num. 3. decis. 723. Vl-
tra quod in congregatione fuit ordinatum, quod
renouarentur edicta pro venditione vaccarum, &
equarum pro die 20. Maij 1597. & tamen hoc non
10 fuit † obseruatum, quod etiam de iure communi
necessarium in venditione rerum pupillarum. *l. & si*
sine 8. §. 1. ff. de minor. Paris. conf. 100. num. 8. lib. 1.
Roland. d. conf. 33. num. 13. & seq. lib. 1. Menoch. de
arbitr. casu 129. num. 2. lib. 2.

Nec Bulla fel. rec. Pij Quarti super reformatione
Signaturæ Iustitiæ suffragatur, in qua licet permit-
tatur, quod discussione pendente, possit fieri consi-
11 gnatio bonorum † debitoris decocti creditoribus
data cautione de restituendo, tamen nullo pacto pro-
batur, quod versemur in istis terminis, & cessat om-
12 nis difficultas, quia huiusmodi facultas † tribuitur
Iudici, non autem ipsis creditoribus, nec concedit
facultatem creditoribus distrahendi, prout fuit factũ
in casu isto, & ideo in distrahendo requirebantur
13 debitæ † solemnitates, vt dictum est, nec etiam ap-
paret de tali consignatione facta creditoribus, à qui-
bus emerit D. Raphael, sicut non est verum, quod
14 illi ab actore bona fuerant data in solutum, † & ideo
intrare dispositionem, *l. in causæ cognitione. 14. §. in-*
15 *terdum, ff. de minor.* Quia hæc † nullibi probantur
nec sunt præsumenda. *l. in bello. §. facta. ff. de ca-*
ptiu. & post limin. reuers. l. 1. C. de probat. l. adseue-
ratio 10. C. de non num. pecun.

Quantum attinet ad secundam partem dubij, ra-
tio quare ista venditio non sustineatur illa fuit; quia
16 cum sit nulla † ab initio scilicet tempore ipsius vẽ-
ditionis, ex post non conualescit, *cap. non firmatur,*
de regul. iur. in 6. l. penult. ff. de reg. iur. Oldr. conf. 94.
in princ. vers. & quantum ad primum, & in consil.
276. vers. ad tertium. & in conf. 306. num. 2. vers.
accedat, & propterea non sufficit, quod hodie osten-
17 datur † venditionem fuisse factam ex causa necessa-
ria, & ideo sustineri, *vt in causa Romana nullitatis*
obligationis 18. Maij 1616. coram me, & quod fuerit
vtilis pupillis, quia quicquid sit de ista necessitate
18 ad minus requirebatur † consensus tutricis, qui non
adest in hoc casu, & propterea non poterant credi-
19 tores propria † auctoritate vendere, cum pupilli es-
sent in possessione. *gloss. in l. Pomponius in verb. ha-*
beri, vers. sed si dicas, ff. de neg. gest. & hac respon-
sione tollitur etiam, quod venditio fuerit vtilis pu-
pillis, quia quicquid sit de hoc, cum essent in pos-
sessione, requirebatur consensus tutricis.

Et vlterius consideratur, quod vtilitas operatur,
20 quod venditio † sustineatur etiam sine solemnitati-
bus, si minor velit stare contractui, aliàs secus. *Gabr.*
conf. 20. num. 67. lib. 2. Put. decis. 2. lib. 1. Surd. decis.
278. num. 22. Rota decis. 177. num. 6. par. 1. in recen.
quia aliàs est controuersa opinio, an alienatio bono-
21 rum minoris † quando est vtilis, sustineatur absque
solemnitatibus, & negatiua est magis communis,
pro qua est *text. in l. nemo solum, § fin. de ritu nupt.*
Seraphin. decis. 1242. num. 3. subdens. quod contra-
22 ria † opinio procedit, quando vtilitas est satis eui-
dens, & euidenter de ea constat, *Rota dictæ dec. 177.*
num. 3. & seq. & decis. 678. num. 7. par. 1. in rec.

Neque confirmatio Apostolica cõualidat dictam
venditionem nullam, cum in rei veritate fuerit facta
ad tollendum vitium litigiosi propter litem motam
per creditores illorum de Trincijs, vt expressè in
ea legitur, non autem potest trahi, vt tollat prædictas
23 nullitates, † cum de eis nulla fuerit facta mentio.
Castrens. conf. 107. incipiens, quantum ad primum.
num. 2. vers. circa secundum lib. 2.

Neque approbatio potest deduci ex lite mota cõ-
tra D. Raphaelem pro relatione peritorum ad arbi-
trandum pretium, ad illud deponendum, ad soluen-
dum, & conficiendum instrumentum, quia sicuti ra-
24 tificatio † non poterat fieri expressè sine Iudicis
decreto, ita nec tacitè, & prædicti actus fuerunt fa-
25 cti per actorem ad lites, eoque magis † quia requi-
reba-

rebatur scientia indubitata, & certa qualitatis nullitatum Gabr.cons.36.num.60.vol.1.

Non obstat quod Domini de Cecchinis non possint audiri, nisi restitutis acceptis, quia ipsi nihil receperunt, sed creditores, & in omnem euentum cum agant via nullitatis † non est deneganda audientia, etiam non restitutis acceptis. *Natta cons.631.nu.7. Roland.cons.7.num.4. lib. 3. Riminald. iun. cons. 5. num.71.lib.1.* & fuit resolutum *in causa Valentina Baroniæ 21. Iunij 1602. coram Reuerendissimo Attrebaten.*

Et ita fuit resolutum præsupposito calculo dato venditionem fuisse nullam, & non sustineri.

R. P. D. VBALDO.

Astoricen. Præstimoniorum.

Lunæ 13. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Partis contumacia stante, quia monitionibus Iudicis parere recusat, ad declaratoriæ relaxationem est deueniendum, & quando satis dicatur constare de tali contumacia. Iudici monitionibus quis dicitur parere, præstando patientiam, & requiritur quoque, vt non faciat actus contrarios patientiæ. Mandato Rotali, quod quis nolit parere, satis constare dicitur ex recursu ad Iudices Laicos.

SVMMARIVM.

1 *pro Declaratoriæ concessione requiritur partis contumacia.*
2 *Contumacia tunc committitur, cum quis monitionibus Iudicis parere recusat.*
3 *Monitionibus Iudicis, quis parere sine dubio non dicitur, si intimatio ei facta de mandato Iudicis, dum noluit eam acceptare, ac carcerare fecit nuncium. & num.8.*
4 *Declaratoria, quibus seruatis concedatur.*
5 *pro Paritione monitionis Iudicis sufficit præstare patientiam.*
6 *Possessionem, quis non tenetur dimittere, nec aliter cedere iuri suo, ad hoc vt dicatur paruisse Iudici, sed sufficit sola præstatio patientiæ.*
7 *Possessor tenetur obedire mandato de manutenendo Iudicis ad fauorem aduersarij relaxato, & non facere actus contrarios patientiæ.*
9 *Recursus ad Iudices Laicos præsumuntur habiti ad instantiam eius, de cuius interesse agitur.*
10 *ad Declaratoriæ concessionis effectum sat non est præsumptiua probatio.*
11 *Mandato Rotali, quod quis nolit parere, satis constat ex recursu ad Iudices Laicos.*
12 *Declaratoria datur ob non paritionem.*
13 *ad Iudices Laicos, quod quis recursum habuerit non dicitur præsumptiuè probatum, quando constat de speciali mandato eius, de cuius interesse agitur.*
14 *Manutentio ex nouiter deductis potest quandocunque reuocari.*
15 *Feriæ non obstant, quo minus in causis possessorijs possit procedi.*

DECISIO CCCCVII.

1 FVIT resolutum pro declaratoria, † ad cuius effectum requiritur contumacia, *Cassad. decis.5.nu.7. de const.* quæ quidem contumacia tunc
2 committitur, cum quis monitionibus † Iudicis parere recusat, *l. Contumacia vers. Contumaces non videntur, ff de re iud. Socc.in cap. Nulli num.7.de sent. excom. cum alijs per Rot.decis.591. num 5. in fine par.2.in recent.* in casu autem isto videtur in D. Michaele adesse contumacia, ex quo intimato sibi mãdato de manutenendo Rotali à Notario, non est pas-
3 sus † totum sibi legi, nec voluit acceptare transumptum, quod petebat, sed dixit, vt Notarius post prãdium reuerteretur, & interim idem Notarius fuerit carceratus à ministris eiusdem Michaelis, & ei ablatum transumptum, *vt in Summ. Ferdinandi num.1. & 2.* & adsunt etiam recursus habiti ad Iudices laicos, à quibus habuit præceptum contra Ferdinandum de exhiben. in Consilio Regio litteris Apostolicis super hoc beneficio obtentis, & nouissimè fuit exhibitum mandatum eiusdem Michaelis ad recurren. in hac causa contra Ferdinandum, & petitio procuratoris, vt retinerentur in Consilio litteræ executoriales Rotales, nec Ferdinando restituerentur, *vt d. Summ. num. 4.* Vnde cum fuerint reproductæ intimationes, & alia prædicta in Rota, & fuerint ser-
4 uati quatuor termini ad hoc necessarij, † contra quos non fuit doctũ de paritione, nihil aliud superest, nisi deuenire ad declaratoriam, iuxta stylum Rotæ. *Mobed.decis.1.de sent.excom.Cresc.dec.1.de sequestr. poss & fruct. Cassad.decis.6 num.10.de caus.poss. & propr. Felin. in in cap ad proban. num. 6. de re iud.* fuit dictum *in Cremonen. Pensionis 28. Maij 1612. in Mantuana bonorum 1.Iulij 1615.in Vlixbonen. Beneficij 10. Aprilis 1617. coram me*, in qua fuit etiam ponderata sola protestatio recurrendi ad Iudices laicos.
5 Non obstat quod † sufficiat pro paritione præstare patientiam, *iuxta decis. Mobed.9. de sent. & re iud.Seraph.decis.756.num.1* fuit dictum *in Maioricen.beneficij 24.Nouembris 1610.coram R.P.D.meo Manzanedo, & in Sorana Beneficiorum 27.Iunij 1616.coram R.P.D.meo Pirouano, & in Toletana admissionis 2.Decembris 1619. coram me*, nec tene-
6 retur † Michael dimittere possessionem, vel aliàs cedere Iuri suo, *vt in dictis decisionibus, & fuit resolutum in causa Burgen. Iurisdictionis de Birbiesca. 10 Decembris 1597.coram bo.me.Peregrino, & alias*
7 *sæpè*, quia licet hæc vera sint, tamen possessor † tenetur parere mandato de manutenendo, non faciendi actus contrarios patientiæ, prout hic facti sunt, vt apparet ex recusatione intimationis, & transumpti,
8 quod Michael ad aliud tempus † remisit, & interim successit carceratio Nuncij cum ademptione transumpti, vt supra dictũ est; Et coadiuuatur inobedien-
9 tia ex recursibus habitis, † qui præsumuntur habiti ad instantiam interesse habentis, *vt sæpissimè censuit* Rota *vt in Burgen. Abbatiæ coram me, quæ est decis. 529.num 4.par.1. in recent.* Et licet ad effectum de-
10 claratoriæ non sufficiat præsumptiua † probatio, *vt in Tuden.Beneficij 5.Aprilis, & 25. Iunij 1604. coram bo.me.Penia, & in Placentina Beneficij 27.Nouembris 1613.confirmata 20.Maij 1614.coram me*,
11 tamen sat est, quod † ex istis recursibus appareat animus Michaelis non parendi mandato Rotali, ob

 quam

12 quam † non paritionem datur declaratoria, vltra quod stante dicto mandato procuræ ad recurren-
13 dum † specialiter in ista causa cum instantia, vt retineantur executoriales ponderatis vt supra, esset vera probatio recursuum,& non præsumptiua.

Quæ dicebantur contra iustitiam mandati Rotalis, & contra decisiones non sunt præsentis indaginis,& quoad recognitionem iurium, quibus nititur Ferdinandus, & poterit fieri ante relaxationem declaratoriæ.

Non obstat quod mandatum fuerit relaxatum tempore feriarum,& quod pendeat remissoria super probatione iurispatronatus, quia hoc postremum
14 non impedit manutentionem, † quæ ex nouiter deductis poterit quandocumque reuocari, & primum non arguit nullitatem, cum feriæ non obstent quo-
15 minus † in causis possessorijs procedi possit, *iuxta decis. vnic. Achill. de fer.*

Ex quibus fuit conclusum dandam esse declaratoriam nisi intra mensem fuerit paritum, &c.

☞ *In hac eadem causa habentur supra duæ decisiones sub diebus 29. Martij 1621. & 5. Iunij eiusdem anni, coram eodem bo. me. Vbaldo, sunt supra in hoc Tomo 283. & 305.*

REVERENDISS. COCCINO.

Romana iuris creandi Notarios.

Lunæ 13. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Protonotarij Apostolici de numero Participantium gaudent priuilegio creandi Notarios, tam Romæ, quam extra,& in hoc sunt in quasi possessione. Item quæritur, an isti Notarij ab eis creati possint exercere officium Tabellionatus, absque eo, quod fuerint descripti in Collegio Archiuij, & responsio est negatiua, quia Bulla Sixti V. ex qua dd. Protonotarij habent tale priuilegium, non derogat Bullæ Iulij II. latæ ad fauorem Archiuij, in qua cauetur, vt nullus possit exercere officium Notariatus, nisi sit descriptus in d. Archiuio.

SVMMARIVM

1 *Protonotarij Apostolici de numero Participantiũ vigore Bullæ Sixti V. habent facultatem creandi Notarios publicos.*
2 *Protonotarij Apostolici de numero Participantium possunt creare Notarios publicos, non obstante Bulla Iulij II. ad fauorem Archiuij lata.*
3 *Bulla Sixti V. dans facultatem Protonotarijs Apostolicis creandi Notarios, compatitur cum Bulla Iulij II. lata ad fauorem Archiuij, quo ad ipsam creationem.*
4 *Reformatio Pauli V. titul. de Notar. num. 54. cauet ne Prothonotarij Apostolici possint creare Notarios, qui exerceant officium in Vrbe, nec extra eam per vnam dietam legalem in præiudicium Collegij Archiuij,& priuilegiorum eius.*
5 *Sed super hoc habitus fuit recursus à dd. Protonotarijs ad eumdem Summum Pontificem, qui eos reintegrauit ad suam pristinam possessionem.*
6 *Protonotarij Apostolici de numero participantium erant in quasi possessione creandi Notarios, tam in Vrbe, quam extra, ante reformationem Pauli Quinti.*
7 *Lex posterior derogat priori.*
8 *Notarij creati à Protonotarijs Apostolicis non possunt exercere officium, nisi fuerint descripti in Archiuio Romano.*
9 *Notarij cuiuscumque conditionis sint, nequeunt in Vrbe, & Curia exercere officium Notariatus, nisi præcedente descriptione eorum in Collegio Archiuij.*
10 *Constitutio, quando est clara ad fauorem alicuius, non est vlterius discutienda.*
11 *Protonotarij Apostolici licèt habeant facultatem creandi Notarios, non tamen fuit eis indultum, seu derogatum Bullæ Iulij II. vt omnes Notarij antequam exerceant officium, describantur in Collegio Archiuij.*
12 *Bulla Sixti V. circa facultatem concessam Protonotariis Apostolicis creandi Notarios, nihil disponit de exercitio absque descriptione in Archiuio.*
13 *Constitutio Iulij II. edita ad fauorem Collegij Archiuij, cum habeatur pro lege, comprehendit Notarios, quandocumque creatos.*
14 *Lex semper loquitur.*
15 *Cap. vnic. de excess. Prælat. in 6. licet loquatur de Monasteriis hactenus ædificatis, tamen est intelligendum quoque de Monasteriis postea ædificandis, quia lex semper loquitur.*
16 *Dictio, hactenus, posita in lege, intelligitur, vt operetur semper, quando casus venerit.*

DECISIO CCCCVIII.

FVIT resolutum intrare priuilegia Reuerendissimorum DD. Protonotariorum de numero Participantium quoad facultatem creandi Notarios, creatos tamen non posse exercere, nisi fuerint descripti in Archiuio, quatenus quasi possessio non suffragetur dictis Reuerendiss. Protonotarijs, de quo erit particulariter videndum. Ratio primi dicti fuit, quia hoc expressè legitur in Constitutione fel. rec.
1 Sixti V. sub datum nonis Februarij anno primo † sui Pontificatus, ibi, *Notariosq. & Tabelliones publicos creandi, ac creatos de Tabellionatus, & Notariatus officijs huiusmodi per pennam, & calamare, vt moris est, recepto prius ab eis solito iuramento instituendi*; huic enim creationi non videntur obstare clau-
2 sulæ † Constitutionis Iulij Secundi ad fauorem Archiuij, quæ licet amplissimæ sint, non comprahen-
3 dunt hũc casum creandi Notarios,& sic in hac † parte Constitutio Iulij se compatitur cum Constitutione Sixti.

Neque obstat reformatio *fel. rec. Pauli V. in tit. de Notarijs num. 54.* in qua cauetur, quod D. Pro-
4 tonotarij non † possint creare Notarios, nec iurisdictionem, aut potestatem aliquam in Vrbe, & extra eam per vnam dietam legalem exercere in præiudicium Collegij Archiuij, & priuilegiorum eius, quia dicti Domini Protonotarij recursum habuerunt ad eumdem Summum Pontificem, qui motu proprio
5 per hæc † verba declarauit in suo Chirographo dato Protonotarijs: *Per la presente ordiniamo, che essendo stati li detti nostri Protonotarij Apostolici participanti in tal possesso* (scilicet creandi Notarios) *auanti la nostra riforma, per l'auuenire, tanto il detto Collegio vnitamente congregato, quanto ciascuno de*

de nostri Protonotarij Apostolici participanti, possa continuare di crear Notarii tanto in Roma, quanto fuori, conforme alli sudetti loro Indulti, & Priuilegii, si come per il passato hanno fatto, & non altrimente, non ostante la sudetta riforma, &c. quare
6 cum † constet de possessione Dominorum Protonotariorum creandi Notarios ante reformationem,
7 cessat ex Chirographo prædicta † reformatio cum posteriora derogent prioribus.

Ratio autem secundi dicti, quare dicti Notarij nō possint exercere officia, nisi describantur in Archiuio, desumitur ex eadem Bulla Iulij II. in nouo Bullario *num. 15. in §. teneantur omnes alii Notarii le-*
8 *gitime † creati, vel pro legitimis habiti, qui in Vrbe, & Curia existunt cuiuscunque conditionis fue-*
9 *rint, qui officium Tabellionatus † exercere intendunt, quibus licere volumus de quibusuis Instrumentis posse rogari, dummodo antea per dictos correctores examinati, & in Archiuio velut in matricula descripti, & pro legalibus, & authenticis appro-*
10 *bati fuerint*, & propterea cum Constitutio † sit clara ad fauorem Archiuij, non est discutiendum, an clausulæ Priuilegij Reuerendiss. D. Protonotariorum derogent huic Constitutioni, quia licet creatio No-
11 tariorum † concedatur Reuerendiss. Protonotarijs, tamen non legitur sublatum hoc priuilegium Archi-
12 uij, quia Constitutio Sixti nihil loquitur de † exercitio absque descriptione in Archiuio.

Neque placuit, quod Constitutio Iulij sit intelligenda de Notarijs, qui erant de tempore editæ Con-
13 stitutionis, quia cum hæc dispositio † habeatur in lege, comprehendit Notarios quandocunque exer-
14 centes, cum † lex semper loquatur. *l. Ariani. C. de hæretic. Francus in c. vnico num. 1. & ibi Geminianus num. 8. de excess Prælat in sexto*, vbi quod licet
15 ille textus loquatur † de Monasterijs, hactenus ædificatis, tamen est intelligendus de Monasterijs post ædificandis, quia cum lex semper loquatur, dictio,
16 hactenus † est intelligenda, vt operetur semper quādo casus venerit. *Castren. cons. 235. num. 1. post medium, vers restat respondere lib. 1.* & fuit dictum in *causa Comen. Capellæ 7. Februarij 1620. coram R.P. D. meo Remboldo.*

An autem Reuerendiss. DD. Protonotarij sint in tali quasi possessione creandi Notarios, itaut exerceant absque alia descriptione in matricula, erit particulariter videndum.

Et ita conclusum, &c.

REVERENDISS. MANZANEDO.

Patriarcha Hierosolymitano.

Arimineñ Legatorum.

Veneris 17. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Hæreditatis status debet prius firmari ad effectum, vt constet, an in eius, vel legati renunciatione interuenerit enormissima læsio, & an satis dicatur firmatus ex inuentario bonorum hæreditariorum ab hærede confecto. Filius de iure habet intentionem fundatam super legitima ei debita super bonis paternis.

SVMMARIVM.

1 *In Renunciatione hæreditatis facta ab aliquo, vt firmetur, an adsit enormissima læsio, debet constare prius de statu hæreditatis,*

Hæreditas an sit opulenta, nec ne, debet prius detrahi æs alienum.

2 *Hæreditatis status satis dicitur firmari ex inuentario, de bonis ac iuribus hæreditarijs confecto.*

3 *Inuentarium bonorum hæreditariorum plenè probat contra conficientem, eiusq. hæredem.*

4 *Testator faciendo aliquod pingue legatum, censetur bene scire vires sui patrimonij.*

5 *Filius habet intentionem fundatam super legitima ei debita super bonis paternis.*

6 *Legatum est soluendum, dum vires hæreditariæ suppetunt. & num. 7.*

8 *Legato sibi facto, quando quis renunciauit, quo casu dicatur enormissimè læsus.*

DECISIO CCCCIX.

NON acquiescentibus Com. Ricciardellis duabus decisionibus * in ista causa factis. Tertio illam repropofui, & DD. in decisis steterunt moti Iuribus, & fundamentis in decisionibus adductis, quæ Dominis placuerunt. Vnde quamuis in contrarium eadem, quæ in alijs positionibus afferebantur de nouo opponerentur, illis omnibus, cum in decisionibus latè fuerit satisfactum non fuit opus illa eadem reiterare. Sed tantum ad fundamētum, quod
1 ad cognoscendum, An adsit † enormissima læsio, vel non, opus erat prius firmare statum hæreditatis detracto ære alieno, cum ex hac cognitione pendeat
2 quantitas patrimonij relicti per testatorem, † & exinde læsio, cui obiecto respondebant DD. satisfactum ex inuentario primo hæredem confecto, quod
3 continet opulentam bonorum † quantitatem, & plenè probat contra hæredem illud conficientem, *ad tex. in l. fin. C arbitr. tutel. Surd. cons. 290. nu. 27.* & tenuit *Rota in vna Bonon. pecuniaria dotis coram me, quæ est decis. 426. par. 1. recent. & fuit dictum in prima decis.* Et vltra Inuentarium adest præsum-
4 ptio pro patre testatore, quod † sciret vires sui patrimonij quando tale legatum reliquit, habetq. Eleonora pro se fundamentum in sua legitima, à qua
5 tanquam à causa † necessaria prouenit paternum legatum, nec contra inuentarium facit continere etiam in illo descripta bona patris testatoris tanquā communia, quia etiam hoc admisso verum erit, quod
6 dicta hæreditas † pro scutis 5000. huius legati erat soluendo, vltra quod iam per duas sententias, & vltimam latam ab Episcopo Britonorien. fuerat pronunciatum Octauiæ sorori eiusdem Eleonoræ debe-
7 ri † integrum legatum similium scut. 5000. & deinde per transactionem fuerūt illi assignata scut. 3000. Ex quibus visum fuit Dominis satis ex prædictis re-
8 sultare † vires istius hæreditatis sufficere pro isto legato, & læsionem enormissimam probari, iunctis reliquis in alijs decisionibus adductis, &c.

* *Causa ista primò proposita fuit sub die 26. Iunij 1619. secundò verò sub die 15. Nouembris 1621. coram eodem Reuerendiss. Manzanedo, suntq. supra in hoc Tomo decisiones 130. & 318. Ac infra habentur quoque tres aliæ decisiones in eadem causa, & coram eodem nempe sub 27. Ianuarij 1625. 16. Ianuarij 1626. & 17. Martij 1627. ista vltima est in Appendice.*

REVERENDISS. MANZANEDO,

Patriarcha Hierosolymitano.

Romana Domus ad Turrim sanguineam.

Veneris 17. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Domus aliqua an fuerit in bonis fideicommittentis, ex quibus dicatur probatum, quodque in facto satis, superque discutitur. A transactione, si quis habeat facultatem recedendi in casu contrauentionis, & redire ad primæua iura, stante contrauentione, quando censeatur voluisse redire ad dicta primæua iura. Iuramentum licet dicatur indiuiduum, tamen id non procedit, quando capitula sunt separata. Hæres omittendo aliquid describere in inuentario, non præiudicat fideicommissarijs, & quare.

SVMMARIVM.

1 *à Transactione, quis censetur recessisse, si agat ad illius rescissionem.*
2 *in Transactione illa non potest fieri fundamentum, à qua fuit recessum.*
3 *Sententia retrotrahitur ad tempus moti iudicij.*
4 *Contractus sunt sui natura indiuisibiles.*
5 *ad Iura primæua, quis non potest pro parte redire, & pro parte non.*
6 *ad Iura primæua in totum quis censetur voluisse redire, quando causa fuit commissa super omnibus.*
7 *Vidua curare debet, ne remaneat sine dote, & re, sibi assignata pro dote.*
8 *Locatio non est contraria iudicio reditus ad primæua iura, antea intentato.*
9 *Hæres, si aliquid non descripserit in inuentario, quid ex hoc arguatur.*
10 *Mandatum probatur indicijs, & coniecturis.*
11 *ad Iura primæua, quando quis voluit redire, quo casu non censeatur in totum voluisse redire.*
12 *Sententia, ex quo appareat ad vnum tantum caput prætensionis fuisse restrictum.*
13 *Hæreditaria an desinat esse domus, si census super ea impositus detur alicui insolutum.*
14 *Instrumentum dicitur diuiduum, si constet fuisse factum per capitula separata.*
15 *Dictio, respectiuè, quid importet.*
16 *Bona, quod deuenerint ad aliquem iure hæreditario, probari potest ex eius confessione.*
17 *Hæres omittens aliqua bona defuncti describere in inuentario, id non præiudicat fideicommissarijs, nec aliquid contra eos probat.*
18 *in Inuentario bonorum defuncti, ex quo appareat, aliquid hæredem omisisse describere per errorem.*
19 *Hæres dicitur agnoscere rem aliquam, puta domum tamquam hæreditariam fatendo eius pensiones recipere tamquam hæres.*
20 *Testator supponens eius bona fideicommisso, cum conditione, vt intelligatur de illis bonis, quæ per hæredem non fuerint alienata, secuta alienatione, expirat fideicommissum in bonis alienatis.*

DECISIO CCCCX.

IN ista causa fuerunt factæ duæ decisiones * coram Illustriss. Card. Sacrato, tunc Rotæ Auditore, in quibus fuit dictum, domum, de qua agitur, constare fuisse in bonis Lucretiæ Paluzzellæ senioris. Posteaque fuit idem * coram me resolutum 2. Iunij 1621. * Nihilominus non acquiescente Lucretia Paluzzella iuniori prędictis decisionibus, causa super eisdem iterum, & quarto loco proposui, & Domini à prædictis decisionibus recedendum dixere. Vnde cum causa videatur aliquo modo intricata, ex quo resultat quod difficilis appareat, operæ prætium duxi in hac quarta decisione substãtialia facti recensere, posteaq. fundamenta principalia decisionum prædictarum referre, ac tandem ad responsionem ad dicta fundamenta per Dominos data deueniam, & sic ad fundandam eorum Dominorum sentẽtiam, qua à decisis recesserunt.

Cum autem non controuertatur, domum de qua agitur, fuisse vnquam in bonis Lucretiæ senioris ante transactionem anni 1554. sed post dictam transactionem, & de tempore mortis ipsius ventiletur, An in illius bonis relicta sit huiusmodi domus, reminiscendum est, quod Lucretia senior habuit in dotem ducata 3000. de carlenis, & vnum bacile cum boccale argenteo, & quartum dotale, quæ omnia fuerunt assecurata super bonis mariti, & fratrum. Ipsa autem Lucretia vidua relicta à Ioanne Baptista illius viro, cœpit prætendere sibi de sua dote, quarto dotali, alimentis præteritis, augumento monetæ veteris, & alijs satisfieri. Et super hoc lite pendente in Rota coram Chisaneñ, deuentum fuit ad dictam transactionem, in qua Annibal, Asdrubal, Lelius, & Carolus filij, & hæredes Petri, & Pauli fratris prædicti Ioannis Baptistæ, mariti Lucretiæ, possessores bonorum hypothecæ subiectorum pro restitutione prædictæ dotis, imposuerunt vnum censum scutorũ annuorum centum auri super quodam eorum Casali ad fauorem Lucretiæ, illiusque filiorum, & hæredũ, & successorum quorumcumque pro satisfactione ducatorum 3000. pro residuo verò, & supplemento dotium, & donationis propter nuptias prædictarum, Gaspar filius Lucretiæ suo nomine, & Iacobi fratris sui dedit in solutũ, & assignauit dictæ Lucretiæ duas ipsius Gasparis, & Iacobi fratris domos, quarum vna est illa, de qua agitur: Insuper Annibal fratres Gaspar, quibus supra nominibus promiserunt dictæ Lucretiæ præsenti. &c. quod medietas dicti Casalis, & domus, iuraque prædicta sunt ipsorum Annibalis fratrum, & Gasparis, ac Iacobi respectiuè, & ad ipsos spectant, & pertinent pleno iure dominij, &c. Vlterius quod si promissa omnia, & singula plenariè seruata non fuerint, & dictæ in solutum dationes respectiuè quouis modo in totum, vel in partem nullas, aut inualidas, vel effectum sortiri non posse reperiri contigerit, voluerunt præfati teneri eidem Lucretiæ de euictionis, ac iuris, & facti defensione, & vlterius teneri ad 2000. scuta pro medietate Lucretiæ, pro alia verò Cameræ Apostolicæ loco pœnæ, & illa soluta, vel non, nihil præmissa firma perdurent, & dictæ Lucretiæ, suisque præfatis liceat ad iura sua redire, & illæ ea, ac prior hypotheca ipsi, & ipsis salua sint, & præsensa, perinde ac si ab illis, & illa recessum, & præsens Instrumentum confectum non fuisset, cuius data fuit 9. Aprilis 1554. In qua transactione adsunt duo capitula distincta, & inter diuersas personas, nempe constituit censum scutor. 100. annuorum pro satisfactione dotis ducatorum 3000. facta per Annibalem, & fratres ad fauorem Lucretiæ, & hæredum quorũcumque. Secundum verò caput continet assignationem duarum domorum Lucretiæ factam per Gasparem

Gasparem suo,& Iacobi fratris nominibus pro residuo, & supplemento dotium,& donationis propter nuptias, ita quod in constitutione census prædicti tantum Annibal, & fratres interuenerunt: In assignatione verò dictarum domorum datarum in solutum Lucretiæ pro residuo,& supplemento dotium,& donationis propter nuptias interuenit tantum Gaspar nomine suo, & Iacobi fratris. In promissione autem de euictione supradictarum dationum in solutum interuenerunt tàm Annibal, & fratres, quàm Gaspar suo,& Iacobi fratris nominibus respectiuè, nempe Annibal,& fratres pro censu, Gaspar verò, & Iacobus pro assignatione duarum domorum, & hoc significat dixisse, quod respectiue supradicti omnes se obligarunt de euictione,& casu quo promissa omnia, & singula plenariè obseruata non fuerint & dictas in solutum dationes respectiue quouis modo in toto, vel in parte nullas,aut inualidas, vel effectum sortiri non posse reperiri contigerit, licere Lucretiæ, suisq. hæredibus ad iura sua redire, & ea ac prior hypothecа ipsi,& ipsis salua sint,& illæsa, perinde ac si ab illis,& illa recessum, & præsens instrumentum non confectum non fuisset; quæ præseruatio redeundi ad primæua iura respicit defectū non obseruantiæ transactionis in toto,vel in parte,ac si præsens instrumētum confectum non fuisset. Vnde licet Annibal, & fratres non teneantur ad satisfactionem, nisi pro dictis ducatis 3000. & censu pro illis constituto, & Gaspar,& Iacobus non teneantur ad satisfactionem pro residuo, & supplemento dotium, & donationis propter nuptias, nisi tantum respectu duarum domorum, nihilominus reseruatio redeundi ad primæua iura, & validitas transactionis intrat, quotiescumque contenta in transactione, obseruata non fuerint in toto,vel in parte. Quo casu contrahentes voluerunt instrumentum transactionis haberi pro non confecto,& ratio est, quia quamuis respectu dictorum duorum capitulorum distinctorum Annibal, & fratres ex vna, & Gaspar, & Iacobus ex alia remanerent obligati respectiue pro parte cuilibet tangente,attamen in casu non obseruantiæ transactionis in totum,vel in parte, omnes conuenerunt quod daretur regressus ad primæua iura, & transactio censetur,ac si confecta non fuisset, quia Lucretia ad dictam transactionem non venisset, nisi in totum esset adimpleta,cuius respectu implementum Annibalis, & fratrum,& Gasparis, & Iacobi dicitur indiuiduū, taliter quod quolibet ipsorum non obseruante promissa, tota transactio corrueret.

Cum autem ex post facto ipsa Lucretia molestias circa suam dotem, & bacile, & boccale, & donationem propter nuptias pateretur, & non dum esset legitime satisfacta 9. Iulij 1560. obtinuit remitti causam restitutionis dotis, bacilis, & boccalis, & donationis propter nuptias Senatori, & quod per illum præfixo partibus termino ad docendum de prioritate, quo elapso constito de anterioritate oratricis, eamdem super executione instrumentorum dotaliū satisfieri mandet. Qua causa pendente obijt Lucretia, & illam Gaspar eius filius fuit prosequutus, & deuentum fuit ad sententiam Senatoris, iuxta votum assettamenti, in qua declarauit Gasparem filium, & hæredem dictæ Lucretiæ habuisse,& habere obligata, & hypothecata bona Annibalis, Asdrubalis, & Lelij,& Caroli de Sanguineis pro censu scutoꝝ. 100. singulo anno imposito per Annibalem, & fratres, super integra medietate Casalis nuncupati Monteforte, & omnibus alijs contentis in instrumento transactionis initæ inter dictam Lucretiam, & dictos fratres, & prosequitur eadem sententia in hæc verba. Et quia omnia,& singula in ea transactione contenta, non fuerunt obseruata per dictos Annibalem, & fratres erga dictam Lucretiam, declaramus licere ipsi Gaspari, vt supra,vti pacto,& facultate illi reseruata redeundi ad sua primæua iura; quorum dicimus,& declaramus illum habuisse, & habere specialiter obligatam, & hypothecatam integram partem,integræ medietatis Casalis Monteforte,quæ fuit q.Ioannis Baptistæ de Sanguineis iunctam pro indiuiso, cum alijs tribus quartis partibus Bernardini, Marij,& Petri Pauli de Sanguineis germanorum fratrum ipsius D.Ioannis Baptistæ, & enumerat eadem sententia alia bona sibi hypothecata, & interius prosequitur: Et super istis bonis pro summa, & quantitate supradicta præfatum Gasparem habuisse, & habere meliora,potiora,& anteriora iura, quàm habeant supradicti hæredes, nec supradicti, aut infrascripti creditores, saluo iure dicti Gasparis vti hæredis præfati super dicta quarta parte,quæ fuit dicti Ioannis Baptistæ eius patris pro summa ducatorum 80. data, dicto Ioanni Baptistæ pro boccali argenteo,& bacile nomine dictæ Lucretiæ, aut si quid aliud sibi competit tanquam hæredi patris sui.

Posteaq.26. Augusti 1564. dictum Casale fuit vēditum,& de pretio illius Gaspar fuit satisfactus de ducatis 3000. de carlenis pro dote Lucretiæ, itaut ex voto Assettamenti,& sententiæ Senatoris, iuxta dictum votum lata, appareat Gasparem fuisse declaratum anteriorem creditorem in istis ducatis 3000. dotis Lucretiæ, nihilq. ibi fuisse actum de donatione propter nuptias, nec de alimentis, & alijs à Lucretia petitis, & transactis. Quod confirmat præfata venditio Casalis, & solutio Gaspari facta de dictis 3000. ducatis de carlenis tantum.

Vlterius apparet dictā Lucretiam 11. Iunij 1560. locasse domum, de qua agitur, ad nouennium, quam locationem ex illius data apparet præcessisse commissionem Senatoris directam 9. Iulij 1560. & sic ante introductionem litis, & non multo postea Lucretia decessit. Apparet enim vltima Decembris 1562. suum vltimum testamentum condidisse,& iam defuncta. 26. Maij 1562. fuit confectum Inuentarium bonorum in illius hæreditate repertorum, instante Gaspare illius filio,& hærede,in quo nulla fuit facta mentio de ista domo,de qua agitur, prout de alijs bonis relictis in hæreditate Lucretiæ.

Postquam autem Iacobus fuit absolutus de homicidio perpetrato, tanquam filius, & hæres vniuersalis Lucretiæ, mediante persona sui procuratoris, & de consensu Gasparis sui fratris, & cohæredis accepit possessionem medietatis dictarum domorum, & postea ijdem Iacobus,& Gaspar fratres venerunt ad compromissum super diuisione cum huiusmodi narratiua, videlicet, Volentes deuenire ad diuisionem omnium bonorum inter ipsos fratres pro indiuiso possessorem vsque in præsentem diem, & ad ipsos pertinentium iure hæreditario materno, seu aliàs quomodolibet, & arbitri declararunt (ex quo dictæ domus non patiebantur commodam diuisionem) dictum Iacobum teneri vendere dicto Gaspari totam eius partem, prout ipse Iacobus mediante persona sui procuratoris eius portionem vendidit Gaspari, iuxta

iuxta formam laudi cum hac narratiua, videlicet,
De, & super diuisione bonorum possessorum inter
ipsos fratres iure hæreditario materno. Quam ven-
ditiouem idem Iacobus postea ratificauit cum ea-
dem narratiua iure hæreditario materno.

Quibus accedunt duo testes deponentes Lucre-
tiam possedisse istam domum vti suam, eamque lo-
casse, & pensiones exegisse; Adsunt etiam positiones
datæ per q. Octauianum Torellum, contra cuius fi-
lios, & hæredes agitur, in quibus & præsertim in
sexta posuit, quod dictus Gaspar domum, de qua
agitur semper retinuit vti hæreditariam dictæ Lu-
cretiæ eius matris; ex quibus omnibus videtur ap-
parere domum istam per Lucretiam vsque ad sui obi-
tum fuisse possessam. Hæc sunt quæ in facto magis
conducere videntur ad effectum de quo agitur.

Quibus suppositis in facto, decisiones coram Illu-
striss. Card. Sacrato, & coram me factæ nituntur po-
tissimè sequentibus fundamentis; quamuis enim per
dictam transactionem fuerit præfatæ Lucretiæ con-
signata domus, de qua agitur, nihilominus cum re-
seruauerit sibi in casu molestiarũ facultatem redeun-
1 di ad primæua iura, videbatur † à præfata transa-
ctione recessisse, mouendo iudicium coram Senato-
re Vrbis, quod prosequutus fuit Gaspar ipsius filius,
& hæres reportando sententiam fauorabilem, & cũ
obtinuerit de dote Lucretiæ matris satisfieri ex pre-
tio eiusdem Casalis venditi, nullum visum fuit pos-
2 se fieri fundamentum in dicta assignatione facta Lu-
cretiæ in transactione. Sententia enim obtenta per
3 Gasparem retrotrahitur ad tempus † moti iudicij
per Lucretiam, & sic proinde est, ac si Lucretia non
possedisset de tempore obitus, qui successit longe
post motum iudicium, *glos. in cap. cum quis vniuer-
salis incurrisset de sent. excom. in 6.*

Nec potest dici quod Lucretia recessit à prædicta
transactione, solum respectu census assignati pro do-
te, de qua fuit satisfactus Gaspar super dicto Casali,
non autem respectu iurium dotalium, super quibus
fuit facta assignatio domus, de qua agitur, quia
4 cum † contractus sit de sui natura indiuisibilis *Alex.
cons. 145. num. 2. in fin. lib. 7. Aym. cons. 156. num. 8.*
non poterat Lucretia pro parte redire ad primæua
5 iura, † & pro parte non, vnde tenebatur in totum
illi stare, vel in totum, iuxta formam pacti ad pri-
mæua iura redire, maxime cum causa fuerit com-
6 missa, † non solum super dote, sed etiam super dona-
tione propter nuptias, & argenteis, in quibus con-
sistit residuum, & supplementum dotis, pro quo fuit
facta assignatio præfatæ domus.

Nec ex eo, quod illam locauit ad nouennium,
postquam dedit de inobseruantia transactionis cen-
setur Lucretiam ad primæua iura non redijsse, quia
respondebatur, quod quousque non fuerit dos in pe-
cunia restituta, & effectuatus reditus ad primæua
7 iura, ne interim remaneret † sine dote, & re assi-
gnata pro illa, bene potuit locare domum, cum lo-
8 catio non sit contraria iudicio reditus ad † primæua
iura, antea intentato.

Vlterius in prædictis decisionibus fuit considera-
tum domum, de qua agitur, non fuisse descriptam
per Gasparem in Inuentario bonorum Lucretiæ, ex
9 quo colligebatur † illam non remansisse in illis bo-
nis, sed esse comprehensam in iudicio reuersionis ad
primæua iura.

Minus obstat defectus mandati in personam il-
lius, qui obtinuit committi causam super rescissio-
10 ne dictæ transactionis, † quia cum mandatum pro-
betur indicijs, & coniecturis, satis videbatur de illo
constare ex coniecturis in præfatis decisionibus
consideratis.

Quibus tamen non obstantibus hodie contrariũ
fuit decisum, & moti fuerunt Domini ex eo, quod
non videbatur obstare iudicium intentatum per Lu-
cretiam, vt redire posset ad primæua iura, quia non
11 fuit intentatum ad effectum † rescindendi transa-
ctionem, sed ad defensionem census sibi assignati ex
primæuis iuribus contra posteriores creditores, vt
apparet ex sententia, in qua fuit declaratum licere
ipsi Gaspari dictæ Lucretiæ hæredi redire ad primæ-
ua iura, & habere Casale, & alia bona fratrum hy-
pothecata pro summa ducatorum 3000. & sic con-
12 stat dictum Iudicium, & sententiam fuisse † præcise
restrictum ad cessionem census scutorum centum
per Annibalem, & fratres factam, non autem ad da-
tionem in solutum domus, de qua agitur, factam per
Gasparem nomine suo, & Iacobi fratris, quod clarius
apparet ex eo quod præfati fratres, qui censum im-
posuerunt in illius extinctionem ex pretio Casalis
venditi) mandarunt solui Gaspari ducat. 3000. tan-
tum, pro quorum solutione asseruerunt censum præ-
fatum fuisse impositum; & sic non intrat obiectum.

Ex eo enim quod Gaspar receperit dicta ducat.
3000. pro quibus fuerat per dictos Annibalem, &
fratres datus in solutum census præfatus, inferri nul-
13 latenus potest, † quod desierit esse hæreditaria do-
mus, de qua agitur, dictæ Lucretiæ, quæ per dationem
in solutum omnino distinctam, & separatam, non
quidem prò ducat. 3000 sed pro residuo dotium do-
nationis propter nuptias, & alijs dictæ Lucretiæ ces-
sa fuerit per ipsummet Gasparem.

Et ex his cessat, quod dicebatur Instrumentum
14 transactionis esse indiuiduum, † cum contrarium ap-
pareat ex eo, quod contineat duo capitula separata,
& duas dationes in solutum, & sic duo sint contra-
ctus, vnus respectu census celebratus cum filijs Petri
Pauli, alter respectu domorum celebratus cum Ga-
15 spare, † cum dictione, *respectiuè*, quæ operatur, vt
vnus non obligetur pro alio, sed vnusquisque tan-
tummodo pro rebus traditis.

Vlterius visum fuit Dominis istam domum re-
mansisse in hæreditate Lucretiæ ex pluribus, & si-
gnanter ex eo quod Gaspar filius, & hæres illius post
mortem dictæ suæ matris dedit medietatem istius do-
mus procuratori Iacobi fratris cohæredis relicti à d.
Lucretia, & hoc fuit vigore testamenti materni, &
ex compromisso inter dictum Gasparem, & Iacobum
16 fratres facto, in quo asseritur domum, † de qua agi-
tur, ipsis prouenire ex iure hæreditario materno.
Quæ omnia comprobantur ex solutione pensionis
facta Gaspari per Inquilinum, tanquam hæredi Lu-
cretiæ, & ex confessione Octauiani Torelli in posi-
tionibus facta, in quibus affirmat, quod Gaspar tan-
quam hæres Lucretiæ possedit hanc domum. Ex qui-
bus omnibus visum fuit Dominis etiam non obsta-
re, quod Gaspar illam non scripserit in Inuentario,
17 † & sic non posse dici hæreditariam, quia vltra quod
hoc non præiudicat fideicommissarijs, nec aliquid
contra ipsos probet. *Bart. in l. tutor, qui reperto-
rium num. 6. & in l. Chirographis num. 1. ff. de admi-
nistrat. tutor. Capic. decis. 107. num. 11.* apparet fuis-
18 se per errorem † omissam dictam domum in Inuen-
tario

tario ex subsequentibus declarationibus factis per Gasparem nempè ex receputis ab Inquilinis, in qui-
19 bus asserit pensiones recepisse ex † eis tanquam hæres Lucretiæ, ex quo etiam colligitur quod semper illam tanquam talis possederit.

Nec videbatur hodie agendum de prætensa alienatione per Gasparem & Iacobum facta, ex quo in-
20 formantes inferebant domum † præfatam, de qua agitur nō comprehendi sub fideicommisso, quod apparet fuisse restrictum ad ea bona tantum, quæ per dd. Gasparem & Iacobum alienata non essent. Hoc enim videbatur esse extra dubium, cum hodie non dubitetur, nisi tantum an ista domus fuerit relicta in bonis Lucretiæ senioris, cui dubio affirmatiuè fuit responsum, & sic à præfatis decisionibus recessum ex supradictis.

Decisiones istæ in hac causa emanatæ coram bon. mem. Card Sacrato, & quæ reuocatæ fuerunt, sunt sub diebus 23. Februarii 1617. & 9. Februarii 1618. prima est infra in Appendice, alteraq. est supra in hoc Tomo decis. 7. Alia verò decisio coram eodem Reuerendiss. Manzanedo etiam reuocata sub die 2. Iunii 1621. est pariter supra decisio 295. vbi supple diem & annum. Et aduerte, quod tandem Rota recessit à præsenti decisione, ac stetit in decisis in tribus supradictis superioribus, vt apparet ex decisione in hac causa emanata 10. Iunii 1624. coram eodem Manzanedo, est infra suo loco.

R. P. D. VBALDO.

Zamoreñ Professionis.

Veneris 17. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Appellatio cum detur à decreto Iudicis declarantis se competentem, ideo ea pendente quidquid gestum erit, vitio nullitatis subiacebit. Tractatur enim in præsenti decisione de Moniali, quæ statim lata prima sententia super inualiditate professionis, egressa fuit è Monasterio, habitumq. dimisit, ac maritum duxit stante etiam appellatione à d. sententia, & resoluitur hic, cum d. mulier dicatur stare in statu periculoso, & nutritiuo peccati ex causis hic deductis in decisione, ideo fuit resolutum, vt illa sequestraretur in aliquo Monasterio, donec causa discuteretur.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio datur à sententia Iudicis, in qua se competentem declarat.*
2 *Attentata sunt omnia gesta appellatione pendente vel intra tempus datum ad appellandum.*
3 *Monialis habita sententia super nullitate professionis, appellatione pendente non potest exire è Monasterio, ac maritum ducere.*
4 *Attentata, quando sunt turbida, procedendum est ad cognitionem causæ principalis.*
5 *à Sequestro causa non est incipienda.*
6 *Clausula, arbitrio, intelligitur prout de iure.*
7 *Iudex sententiam ferens pro inualiditate professionis, non parum dubitandum est de eius validitate, si constet de professione expressa.*
8 *Monialis discedens à Monasterio, ac ducens maritum, vigore primæ sententiæ pro se latæ quoad inualiditate, professionis, & à qua fuit appellatum, dicitur constituta in statu periculoso.*
9 *in Possessione nutritiua peccati, quis non est manutenendus.*
10 *Mulier sequestranda quando veniat in aliquo Monasterio, donec cognoscatur de validitate, vel inualiditate matrimonij.*

DECISIO CCCCXI.

CAVSA nullitatis professionis D. Eleonoræ fuit ad eius instantiam commissa Ordinario Zamoreñ vigore Breuis fel. rec. Pauli V. ad quam causam fuit pro suo interesse admissus Christophorus de Miranda, qui Ordinarius die 8. Ianuarij 1619. se competentem Iudicem in dicta causa declarauit, & Eleonoram probasse requisita, & circumstantias per dictum Breue petitas, & eam audiri posse circa negotium principale, à quo decreto die sequenti Christophorus appellauit, cui appellationi Iudex detulit de iure quantum locus sit q. Christophoro mortuo, idē Ordinarius sententiauit in negocio principali pro nullitate professionis Eleonoræ, quæ sententia fuit lata die 26. Octobris 1619. non citato Procuratore Christophori Domino ad lites effecto, D. Didaco eius filio, nec eius Curatore, sed tantum citato Monasterio, in quo mulier degebat, & professionem emiserat, quo Monasterio non reclamante, Eleonora statim ab eo recessit, & nupsit alteri Didaco, cum quo, vt dicitur, liberos procreauit, & nunc habitat, & interim à die notitiæ pro parte Didaci de Miranda fuit appellatum ad Nuncium Hispaniarum, qui decretum interposuit pro sequestratione mulieris in aliquo Monasterio, & demum pronunciauit pro reuocatione d. sententiæ, & validitate professionis, & nouissimè cōmissa causa in Rota cum facultate mulierem sequestrandi arbitrio Rotæ, cum vtrinq; prætenderentur attentata, dedi dubium an de illis constaret, vel potius intraret arbitrium in casu &c.

Et quidem quoad primam partem dubij pro parte Eleonoræ prætendebat Miranda fuisse commissa attentata. Primo quia Christophorus appellauit à de-
1 creto, in quo Ordinarius se declarauerat † Iudicem competentem, à qua declaratione dabatur appellatio, *cap. significantibus de offic. deleg. Menoch. de adip. rem. 4. num. 822. cum alijs per Becc. cons. 21. ad fin. & cons. 31. num. 2. & 3. & per Gonz. ad reg. 8. gloss. 9. in annot. num. 196.* vnde sequitur, vt omnia
2 post dictam appellationem, † vel intra tempus ad appellandum gesta videantur attentata, *cap. non solum de appellat. in 6.*

Præterea post latam diffinitiuam sententiam super inualiditate professionis intra tempus ad appellandum mulier dicitur à monasterio egressa, & habitum dimisisse, & matrimonium contraxisse die 29. Nouembris 1619. vt in summ. Mirandæ nu. 12. cum
3 † tamen die præcedenti fuisset pro eius parte à die notitiæ appellatum, vt in processu coram Nuncio fol. 138. E contrario vero D. Eleonora fuisse attentatum pro parte Christophori, seu Didaci eius filij, quia ipse causam appellationis à sententia Ordinarij de qua supra obtinuit cōmitti in Rota die 21. Octobris 1620. & citationem cū inhibitione die 30. eiusdem, & tamen obtinuit post d. causam in Rota penden. sententiam à Nuncio reuocatoriam sententiæ Ordinarij, necnon decretum de sequestran. muliere die 11. Nouembris eiusdem anni, vt in summar. Eleonoræ num. 3. & sequen. & licet replicaretur fuisse

fuisse antea causam coram Nuncio introductam, ac etiam instructam, de qua pendentia nulla fuit facta mentio in commissione Rotali, tamen in isto attentatorum conflictu, quo negari non potest quin essent
4 †saltem turbida, & propter varias DD. super ijs sententias transitum fecerunt vnanimes ad secundã partem dubij, & resoluerunt vt sequestrata muliere in aliquo monasterio videretur de bono iure, licet
5 enim regula sit† non esse incipien. à sequestro *tot. tit. C. de probib. sequestr. pecun.* & sæpius Rota dixit, & signanter in illa *Augustana hospitalis coram me*, *quæ est 293. num. 2. par. 1. in rec.* & clausula arbitrio
6 intelligatur prout de iure, vt per *Bart. in extrauag. ad reprimen. in verb. videbitur num. 8. cum aliis per Rotam decis. 365. num. 1. par. 1. recent.* tamen considerabant Domini ratificationem expressam professionis ab Eleonora factam per publicum instrumen-
7 tum † vsque de anno 16 4. qua stante dubitari potest de validitate sententiæ Ordinarij, cum illi esset commissa causa à Summo Pontifice cum clausula, dummodo exponens professionem tacitè vel expressè non ratificasset, quæ tamen erunt in negocio principali examinan. Propterea mouebantur, quia
8 cum lata tantũ vnica † sententia pro Domina Eleonora, ipsa statim virum duxerit, & suscepit liberos, & cum eo adhuc inhabitet, videtur constituta in sta-
9 tu valde periculoso, & † nutritiuo peccati & possessio viri non videtur attendenda, præsertim si supradicta attentata subsistunt. Ideo eligentes tutiorem viam
10 arbitrati sunt DD. pro† sequestratione mulieris in aliquo monasterio, donec discutiatur causa iuxta textum *in cap. litteras, & ibi Abb. not. num. 5. de rest. spol. cap. 2. cum ibi not. de dol. & contum. Crescent. decis. 3. num. 1. de sequestr. poss. & fruct.* faciunt *not. per Abbat. in cap. dilectus nu. 12. eodem tit. facit tex. in cap. tenor litterarũ de re iudic. & per D. cons. 162. & in causa matrimoniali num. 11. vers. secundo respondetur post Imol. cons. 125. num. 2. & fuit tentum in Rauennaten. matrimonij 20. Decembris præteriti coram R. P. D. meo Buratto.*

Et ita fuit decisum vtraque parte informante.

REVERENDISS. D. COCCINO.

Romana Dotis.

Lunæ 20. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Pater constituendo dotem filiæ in tot scutis, cum relatione ad scuta data primæ filiæ in dotem, tunc ad cognoscendum, an dicta scuta debeant esse auri, vel argenti videndum est an prima dos fuerit intellecta de scutis auri, vel argenti, & quatenus fuerit intellectum de scutis auri, an secundæ filiæ noceat, quod filia prima non in scutis auri, prout poterat, sed in scutis argenti dotem receperit.

SVMMARIVM.

1 *Relatum est in referente cũ omnibus qualitatibus.*
2 *in Castro Buroni adest statutum, quod fauore dotis appellatione scuti simpliciter prolati veniat scutum auri, in auro.*
3 *Statutum loquens de promissis in instrumento, habet quoque locum de promissis in apoca.*
4 *Rationis identitas vbi adest, ibi idem ius debet seruari.*
5 *Statutum respiciens fauorem dotis parum attenditur, an ea fuerit promissa in instrumento, vel in apoca.*
Et hoc quamuis statutum loquatur de dote promissa in instrumento.
6 *Statutum dum habet limitationem in ventre, si ita intret, cessat statuti dispositio.*
7 *Partes, quicquid ex conuentione faciunt, id non debet præiudicare veritati.*
8 *Iuri suo quilibet potest renunciare.*
9 *Conditio iniqua alteri per alterum nõ est facienda.*
10 *Dos, dum soluenda erat in scutis aureis, & maritus contentus fuit eam recipere in scutis monetæ, ex hoc non tollitur, quod non esset soluenda in scutis auri.*

DECISIO CCCCXII.

PVNCTVS difficultatis consistit in eo, An dos promissa in partibus primæ filiæ nuptæ sit intelligenda de scutis auri in auro; quia si sic, & dos constituta Romæ secũdæ filiæ debet intelligi de eisdem scutis, cum habeat relationem ad scuta promissa occasione primæ dotis, siue fuerint in auro, siue
1 monetæ, relatum enim† est in referente cum omnibus qualitatibus, *l. ait prætor. §. 1. ff. de re iudic.*

Et visum fuit Dominis affirmatiuè respondendũ, quia prima dos fuit constituta in Castro Buroni, in
2 scutis quattuor millibus, in quo quidem † Castro adest statutum, quod fauore dotis, & in legatis pijs fauore piæ causæ appellatione scuti simpliciter prolati veniat scutum auri in auro, quod statutum licet loquatur de promissione facta in instrumento, tamen
3 habet †locum etiam in promissione facta in apoca,
4 prout in casu isto, cum †militet identitas rationis in apoca, sicuti in instrumento, cum statutum respiciat
5 fauorem † dotis, *Aym. de antiquit. tempor. par. 1. vers. quarto limitatur num. 85. & 86. alias n. 245. & seq. Mandos. ad Rom. cons. 23. num. 2. in verb. in casu nostro, Bursatt. cons. 144. nu. 37. lib. 2. Modern. de script. priuat. dub. 1. num. 30.*

Non obstat quod statutum habeat limitationem
6 in ventre, †nisi de contraria mente disponentis alias apparuerit, quia in hac facti specie de mente contra-
7 ria non constat, licet enim † in partibus fuerit facta solutio in scutis monetæ, tamen ista solutio non debet nocere veritati promissionis, cum quilibet iuri
8 suo †possit renunciare, & sufficit quod solutio in partibus esset facta in scutis simpliciter, & quod iuxta formam statuti esset intelligenda de scutis auri in
9 auro, & si pars †fuit contenta recipere scuta monetæ, non tamen hoc tollit quin dos censeatur promis-
10 sa †in scutis auri in auro iuxta formam statuti.

Et ita conclusum &c.

R. P. D. NAVARRO.

Romana pretij Vaccarum.

Lunæ 20. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Appellatio non operatur, vt sententia in rem iudicatam non transeat, nisi quoque ipsa appellatio fuerit prosecuta, committendo causam scilicet intra legitimum tempus. Cedula bancaria regulariter non habet vim solutionis, & quando id indubitanter procedat, ac præsertim, quando d. cedula data fuit potius pro assecuratione, quàm pro solutione.

SVMMARIVM.

1 *Appellare in tempus non sufficit, nisi quoque appellatio prosequatur.*

2 *Iudex, quando detulit appellationi, & dedit reuerentiales, appellans tenetur intra 10. dies præsentare saltem appellationis commissionem in banco Cursorum.*

3 *Appellatio in tempore non prosequuta, facit vt appellatio, & sententia transeat in rem iudicatam.*

4 *Appellationem non prosequi, & non appellare paria sunt, cum ex vtraq; causa idem resultet effectus.*

5 *Cedula bancaria non operatur liberationem debiti ante solutionem, etiam pecuniam deponendo.*

6 *Cedula bancaria, vt inducat nouationem vel delegationem debiti, debent adesse necessaria requisita.*

7 *Mercator, qui soluere debet cedulam bancariam, ex quibus constet, quod non habeat pecuniam in manibus eius, qui dedit d. cedulam, & num. 8.*

9 *Cedulæ bancariæ assignatio facta creditori, quando censeatur potius data pro assecuratione, quam pro solutione.*

10 *Cedula bancaria, quando certè vim solutionis habere nequeat.*

11 *Cedula bancaria habet vim solutionis, quando fuit data in vim nouationis, per promissionem nouæ personæ.*

12 *Contractus nullus translatiuus, nec mutatio personæ, quando nullatenus interuenit, non potest dici nouatum debitum.*

13 *Debitor non potest dici liberatus, quando nec nouatio, nec solutio interuenit.*

14 *Cedula bancaria, quod non habuerit vim solutionis ex mente eam consignantis, ex quo doceri potest, & num. 16.*

15 *Interpretatio facienda est contra eum, qui clarius locutus non est.*

DECISIO CCCCXIII.

DOMINI responderunt constare de re indicata, nam sententia A.C. lata 12. Ianuarij 1621.
1 à qua licet fuerit in tempore † appellatum, non tamen fuit appellatio in tempore prosecuta, Iudex
2 nempe deferendo appellationi, † & dando reuerentiales, appellans tenebatur intra decem dies præsentare saltem appellationis commissionem in banco Cursorum iuxta stylum Curiæ, *Caßad. decis. 4. de appell. in nou. & in Lunen. Sarzanen. iurispatronatus 18. præsentis coram R.P.D. meo Merlino.*

Commissio vero post multos dies fuit præsentata,
3 & sic apparet non fuisse † in tempore prosequutam appellationem, sententiamque in rem transijsse iudicatam, vt textus loquuntur *cap. cum inter. cap. quo ad consultationem de re iud. l. fin. §. illud. C. de tēp. appell. l. si contra. l. quoniam nonnulli. C. de appell. Alex. cons. 135. num. 1. lib. 2. Aym. cons. 103. num. 2.*
4 *in fin.* Paria enim sunt appellationem † non prosequi & non appellare, cum ex vtraque causa idem resultet effectus, *cap. personas. cap. cum sit cum aliis de appell. Abb. in d. cap. cum sit num. 4. & in d. cap. personas. num. 1. Innoc. in cap. ex ratione eodem titulo*

Sententia A.C. iuris nititur fundamentis ex adductis in decisione R.P.D. mei Verospij, * vnde apparet Albertum de Leonibus Capitanei Henrici debitorem scut. 500. pro residuo pretij Vaccarum obligationi astrictum remãsisse, neque liberatum per da-
5 tionem cedulæ bancariæ, quæ non † operatur liberationem ante solutionem etiam pecuniam deponendo *l. si soluturus. ff. de solut. & DD. in l. singularia præcipuè. Cagnol. num. 165. Ias. 36. Bologn. 92. ff. si cert. pet. & fuit dictum in causa Beneuentana census 29. Maij 1593. coram bo. me. Card. Pamphilio.*

Vnde rectè Iudex sententiam tulit condemnando Albertum ad solutionem scutorum 500. nam non ad-
6 fuerunt necessaria requisita in consignatione † cedulæ ad hoc, vt vel nouationem vel delegationem inducant.

Præterea mercator non erat debitor Alberti, ne-
7 que eius pecunias † in manibus habebat, vt ex ipsius cedulæ verbis constat, *de' quali douerò essere rimborsato,* & ex deposito post cedulam facto scut. 500. ab
8 Alberto † penes mercatorem, vt benè perpensum fuit in decisione R.P.D. *mei Verospii post Seraphin. decis. 1419. num. 1. & duobus seqq. & alios ibi allegatos,* quibus accedunt *Gabriel. 155. num. 29. lib. 1. Rota decis. 244. num. 7. & 8. part. 4. diuers. Surd. decis. 23. num. 8.*

Cedulæ autem consignatio potius dicenda acces-
9 soria obligatio, quæ † pro maiori securitate, quam pro solutione data fuit ex ipsius verbis colligitur, videlicet cedula data *à pagarsi al Natale*, quæ vim so-
10 lutionis † haud habere potest *ex Seraphin. d. decis. 1419. num. 3.*

Nec mutare sententiam cogit *Bald. cons. 348. n. 3. vers. amplius lib. 1.* quinimo nostram fouet, cum hic actum non fuerit, vt per promissionem nouæ personæ
11 prima tollatur † obligatio quasi nouando, quo casu, nec durare antiquam, sed hic nullus est factus contractus translatiuus, nec mutatio scripturarum, nec
12 † Albertus, ad cuius instantiam fuit facta cedula, fuit effectus creditor, nec Henricus extitit creditor in li-
13 bro mercatoris, & sic neque nouando, † neque soluendo Albertus liber ab obligatione contractus potuit remanere, mire docuit *Gabr. d. cons. 155. nu. 22. & seqq. lib. 1. & Seraph. d. decis. 1419. num. 3. Rota Ianuen. decis. 2. num. 13. quæ sequitur cons. Baldi 348. supra alleg.*

Confirmantur præterea supra deducta ex reserua-
14 tione dominij à venditore in eadem † apoca, in qua ambo conuenerunt de danda cedula non abdicando à se dominium donec, & quousque integrè persolutum fuerit pretium, quæ verba clarius stare non pos-
15 sunt pro venditore, † cum contra eum esset facienda interpetatio *l. veteribus. ff. de pact. l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verb. oblig. cum aliis,* namq. si cedula esset loco solutionis, frustra retentionem dominij præseruasset cum si pacti fuissent consignando ce-
16 dulam liberari † consignatio cederet loco pretij, *l. si debitori. ff. de precat. Soc. iun. cons. 86. num. 7. lib. 4. cum aliis, & fuit dictum 9. Aprilis huius anni in causa Romana vineæ coram R.P.D. meo Vbaldo.*

Sic sancitum à Sacra Rota vtraque parte informante.

☞ *Scilicet sub die 15. Iunii anni 1620 sub titulo Romana pecuniaria est supra in hoc Tomo decisio 228.*

REVERENDISS. PIROVANO.

Lucana Pensionis.

Lunæ 20. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Valor beneficij narratus in gratia reseruationis pensionis

sionis super eo, vt dicatur iustificatus, quid requiratur, & quando non dicatur adesse talem iustificationem. Gratia prouisionis beneficij vt substineatur, ne corruat ob defectum valoris narrati, Rota solet admittere augmentum in sexta parte eius, & hoc quia est materia Ecclesiæ vtilis, & ideo non sic est dicendum, quando sumus in terminis pensionis, quæ est materia odiosa.

SVMMARIVM.

1 Confessio actoris non destruitur per depositiones testium.

2 Testes non probant quantitatem fructuum recollectorum, quando non deponũt se recollectioni fuisse præsentes, nec de visu.

3 Valoris narrati probatio debet percutere tempus reseruationis pensionis.

4 Testes vt probent valorem grani, non sufficit, vt deponant, tanti publicè solitum esse vendi, nisi etiam distinguant tempus anni, & hoc ad effectum, vt constituatur communis valor.

5 Valor grani augetur, & minuitur secundum qualitatem temporis, quo venditur, & num.6.

7 Pretium augetur stante bona rei qualitate.

8 Probatio propter defectum qualitatum erit semper irreleuans.

9 Ducata de Camera, secundum Cancellariam solent æstimari ad rationem iuliorum 12. pro quolibet ducato.

10 Ducatorum nouæ valutationi standum est.

11 Gratia ne corruat ex defectu valoris narrati stante dictione, in circa, operatur vt possit dari augmentum in sexta parte.

12 Sed id procedit, quando agitur ad substinendam gratiam in prouisione beneficii, quæ est vtilis Ecclesiæ, sed secus est dicendum, quando sumus in materia reseruationis pensionis.

13 Pensionis materia, & maximè si sine causa fuerit reseruata dicitur odiosa, & Ecclesiæ onerosa.

14 de Pensione beneficiorum, quando agitur, cum sit materia odiosa inconuenit, vt lata fiat interpretatio.

15 pro Gratia reseruationis pensionis substinenda, ne ex defectu valoris narrati corruat, augmentum paruæ summæ tantum Rota solet admittere.

16 Et quæ dicatur ista modica summa.

DECISIO CCCCXIV.

IN hac causa sub die 29. Decembris 1619.* fuit resolutum valorem beneficij, de quo agitur, non esse iustificatum, determinando magis disputationem oneris probandi, quàm veritatem probationis valoris, exinde die 9. Decembris 1620.* ad eundem effectum Domini voluerunt videre, an versaremur in distributionibus quotidianis, vel in fructibus propter clausulas reseruationis, quæ de distributionibus quotidianis non loquebantur, sed de fructibus, & de quotidianis fuit responsum affirmatiuè: Demum fuit suscepta alia disputatio cum præsupposito quod versaremur in distributionibus quotidianis, an pensio fuerit super distributionibus reseruata propter verba litterarum, super fructibus, redditibus, & prouentibus, quæ latè patebant, & ex parte pensionarij prætendebatur distributiones comprehendi, & in hoc quoque articulo fuit resolutum, valorem non esse iustificatum, postremo quia contendebatur ex alijs probationibus constare de valore narrato, noua audientia fuit concessa, & hodie dato dubio, an ex alijs valor esset iustificatus, negatiuè fuit determinatum.

Valor enim beneficij fuit narratus in ducatis 220. de Camera, qui secundum æstimationem de tempore reseruationis in ratione iuliorum saltem 14. conficiunt 308. monetæ Romanæ.

Redditus autem beneficij non excedunt staria 210. frumenti, & salmas 10. vini, prout ab eodem Blasio fuit articulatum, & illius assertioni est standũ etiam quod testes de maiori quantitate deponerẽt,
1 ne cõfessio actoris destruatur, *Caputaq. dec. 283. n. 7 p. 3. Grauet. cons. 171. n. 10.* sed nihilominus quatuor testes dati ad proban. granum in quantitate stariorũ
2 230. salmas 10. vini, nempe 1. 2. 6. & 7. vltra quod in dicto patiuntur exceptiones ponderatæ in decisione 9. Decembris 1619. dum non dicunt se fuisse præsentes recollectioni, nec de visu, dempto secun-
3 do, alij non videntur percutere tẽpus reseruationis.

Quoad valorem grani testes dati pro Blasio sub num. 3. nempe septimus deponit de libris septem pro quolibet stario, & octauus de libris sex cum dimidio, rationem reddentes, quia ista viderint publi-
4 cè vendi in Ciuitate Lucana, sed cum non distinguant de quo anni tempore tali pretio fuerit venditum parum videtur deferendum eorum dicto propter va-
5 riationem augmenti, & diminutionis impedientem conclusionem communis cursus, *Seraph. decis. 792. num. 5. Rota decis. 65. nu. 6. par. 2. diuers.* Pro Francisco autem dantur in eius summ. num. 3. Testes de libris sex, deponentes videlicet, primus, secundus, & sextus, & attestationes plurium ex Ciuitate Lu-
6 cana asserentium etiam de minori valore, ita ut placuit Dominis in hac varietate firmare valorem grani in libris sex pro quolibet stario.

Et quãtum ad valorem vini in libris sex similibus fuit determinatum, quia Franciscus probat non excessum ex septimo teste dato in summario illius nu. 5. Blasius contrariũ non probat, quia testes ab eo examinati alij, vt secundus, loquens de vino istius beneficij concludit de libris sex, alij vero loquuntur de vino aliorum locorum, quæ sunt cæteris meliora, &
7 ratione differentiæ bonitatis nulli dubiũ, quod pretia rerum possunt augeri, sed probatio propter de-
8 fectum qualitatum erit semper irreleuans, *Cagnol. in l. 2. nu. 233. vers. videtur etiam. C. de rescind. vend. Hond. cons. 31. num. 19. lib. 1.* & his positis clarè patet staria 210. grani cũ salmis 10. vini in pretio lib. 6. non æquiualere ducatis 220. de Camera excedentibus ferè tertiam partem in valore.

Non obstat consideratio ducatorum de Camera
9 secundum Cancellariam, qui solent æstimari ad rationem iuliorum 12. pro quolibet secundum rationem decisionis *in causa Burgen. pensionis 4. Nouembris 1583. coram Gipsio*, nam & hoc valore attento multum etiam excresceret valor narratus, sed nihilominus de eo anno, & tempore poterat contingere communis illa valutatio, sed dato postea augmento, & scutorum aureorum distinctione, *vt in Romana aureorum octo zeccarum 20. Iunij 1592. coram bo.*
10 *mem. Card. Lancellotto* resolutum fuit nouæ valutationi standum esse, de qua *in decisione Mantuana pensionis 12. Iunii 1617. coram Reuerendiss. D. Pamzetto*, scilicet, vt soluatur aureus stampæ, cum iulio vno pro quolibet ducato de Camera.

Demum non obstat quod valor fuerit narratus in ducatis

ducatis 220. de camera cum dictione *in circa*, quæ
11 ad †sustinen. gratiam potest dare augmentum in sexta parte pretij narrati, *Mantic. decis. 327. num. 7.*

Quia quicquid sit ad sustinen. gratiam in prouisio-
12 ne beneficiorum, quæ †vtilis est Ecclesiæ, vt latè sumatur interpretatio in reseruatione tamen pēsio-
13 nis †sine causa, quæ odiosa est, & Ecclesiæ onerosa,
14 ideo seruanda non est, prout Domini etiam ab †hac lata interpretatione recesserunt *in decisione 10. Ianuarii præteriti in hac causa*, & vlterius de modica
15 †summa Rota etiam intellexit in *alleg. decis. Burgen. pensionis*, nempè in narratiua ducatorum 450. contenta fuit de probatione valoris ducatorum 438.
16 quæ †modica dicitur respectiuè ad totam summam. Et ita &c.

☞ *Decisiones istæ in hac eadem causa emanatæ, quæ hic allegantur, nempè sub die 29. Nouembris 1619. & 9. Decemb. 1620. coram eodem bon. mem. Pirouano sunt supra in hoc Tomo decisiones 144. & 262. & infra habentur duæ aliæ scilicet 14. Iunij, & 10. Maij 1624. coram eodem Pirouano.*

R. P. D. VBALDO.

Fulginateñ Emphyteusis.

Lunæ 20. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Pro Immissione bonorum feudalium, & emphyteuticorum datur quoque remedium l. fin. C. de edict. D. Adrian. tollend, & ad eam impediendam, quis dicatur legitimus contradictor. De identitate bonorum emphyteuticorum ex quibus dicatur constare. Immissio non est danda contra eum, qui Iudicis auctoritate possidet, & habet parem titulum, sed est procedendum ordinariè. Ius accrescendi, quando sine dubio intret, & aliqua circa clausulam, ad habendū.

SVMMARIVM.

1 *Remedium l. fin.* C. *de edict. D. Adr. tollend. datur etiam pro immissione bonorum feudalium, & emphyteuticorum.*
2 *ad Immissionem impediendam, quis dicitur legitimus contradictor, si habeat titulum, & possideat.*
3 *de Descendentia alicuius ab inuestito quando non possit dubitari, & num. 4.*
5 *Ius accrescendi, regulariter non habet locum in portione quæsita.*
6 *de Identitate bonorum emphyteuticorum ex quibus satis dicatur constare, & num. 7.*
8 *ad Identitatem probandam sufficiunt duæ demonstrationes.*
9 *Inuestitura concessa cum clausula sine præiudicio habentium priora, & meliora iura, quid importet.*
10 *Iuri accrescendi, quando non dicatur derogatum per decisionem.*
11 *Immissio non est danda contra eum, qui Iudicis auctoritate possidet, & babet parem titulum, cum illo, qui petit immissionem.*
12 *Linea inuestiti, quando est finita, tunc locum habet ius accrescendi ad fauorem superstitis.*
13 *Ius accrescendi sine dubio inducitur inter plures inuestitos.*
14 *Alienatio facta ab hærede grauato non præiudicat vocatis, nam tunc illa alienatio expirat per mortem alienantis.*
15 *Iure datoris resoluto, resoluitur etiam ius acceptoris.*
16 *Alienatio bonorum concessa in decisione fideicommissi, qualiter intelligatur data & num. 17.*
18 *Dictio, etiam, tanquam copulatiua repetit qualitates præcedentes.*
19 *Clausula, ad habendum, solet operari, vt res sit transitoria ad hæredes extraneos.*
20 *Clausula, ad habendum, posita in clausulis executiuis non alterat principalem dispositionem.*
21 *Clausula, ad habendum, restringitur ad naturam contractus.*
22 *Contrahentes semper intelliguntur disponere secundum naturam contractus, & dispositionem iuris communis de eo loquentis.*
23 *Emphyteusim alienandi facultatem habet à iure solū primus acquirens, non autem cæteri inuestiti.*

DECISIO CCCCXV.

DVÆ reperiuntur factæ inuestituræ à mensa Episcopali Fulginateñ, de qua agitur, altera de anno 1508. altera de anno 1596. & nouissimè mortua quadam Clara, Eques Petrus Gregorius vigore primæ inuestituræ fuit à Vicario Fulginateñ in possessionem domus immissus in qua reperitur, causa autem per appellationem ad instantiam Equitis Orphini aduersarij, in Rota commissa, Dubitaui an ipsi esset danda immissio, & Domini negatiuè respō-
1 derunt, licet enim †pro bonis emphyteoticis & feudalibus detur remedium *l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. per text. in cap. 1. §. inter filiam. vers. defuncto si de feud. fuer. contr. inter dom. & agn.* vel saltim ex inuestitura detur immissio ad effectum *d. l. fin. vt per Rolan. cons. 1. num. 51. & seqq. lib. 1. Caldas. de iur. emphyt. lib. 2. q. 8. num. 33.* dicitur, cum Gregorius habeat simílem inuestituram anteriorem de ea-
2 dem domo, & sit in† possessione, vt dictum est, dicitur legitimus contradictor ad impedien. immissionem Orphini, vt post *Bart. in d. l. fin. num. 21. Zuccard. ibidem num. 374.* notat alios congerens *Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 565.*

Nec enim dubitatur de descendentia Petri Grego-
3 rij à Hieronymo †primo inuestito, cum sit eius ex alio Petro filio nepos, & consequenter comprehensus in inuestitura anni 1508. facta Hieronymo, & fra-
4 tribus vsque †in ipsorum, & cuiuslibet eorum insolidum tertiam generationem masculinam, & fœmininam, & in superuiuentem, & proinde cum Clara defecerit, quæ erat in tertia generatione Philippi vnius ex dd. fratribus, eius portio pertinet ad Petrū nepotem Hieronymi, si non per ius accrescēdi, quod
5 † regulariter non habet locum in portione quæsita, sed vel virtute cuiusdam tacitæ, & repetitæ concessionis, vel ex pacto, & inuestitura ipsa, vt per *Doct. in l. si mihi, & Titio, vbi Bart. num. 5. Alex. Ias. & alij. ff. de verb. oblig. Clar. in §. emphyteusis. q. 39. num. 2. & 3. Card. Mantic. de tac. lib. 25. tit. 34. n. 8. & seqq. & fuit tentum in Romana domuncularum 20. Iunij 1611. coram Reuerendiss. Attrebaten. & in eadem 16. Decembris dicti anni coram me.*

De identitate verò domus videtur constare, quia
6 ex† instrumento primæ inuestituræ factæ Hieronymo, & diuisione facta inter filios de anno 1559. in qua fit mentio de domo emphyteutica, necnon ex in-

instrumento venditionis factæ à Clara de parte dictæ
domus eius patri in diuisione obuenta, & demum
ex vltima inuestitura facta Orphino, & alijs de an-
no 1596. apparet concordare in pluribus demon-
7 strationibus, † videlicet quod sit posita iuxta viam
publicam *della contra stagna*, iuxta bona illorum
de Marcellesijs, & dd emphyteutarum de Grego-
8 rijs, & †tamen ad proban. identitatem duæ demon-
strationes sufficiunt *Bart. in l. demonstratio falsa. in
princ. num. 14. ff. de cond. & demonstr. cum alijs per
Surd. cons. 235. num. 11. & seqq. lib. 2.* Rota in *Me-
diolanen. bonorum 25. Februarij 1611. coram me,
quæ est decis. 295. num. 9. par. 1. in recent. & decis
277. num. 4. & decis. 459. num. 1. ead. par. 1. & sæpissi-
mè aliàs.*

Non obstat, quod immissio fuerit concessa Gre-
9 gorio, cum clausula † sine præiudicio habentium
priora, & meliora iura, quia satis esset dicere adhuc
non constare, & quod Orphinus habeat meliora, &
potiora iura, id enim pendet à prædicta diuisione fa-
cta inter filias Hieronymi primi acquirentis, cuius
vigore hæc domus siue eius pars peruenit ad Philip-
pum vnum ex dictis filijs, cuius tertia generatio fuit
finita per obitum Claræ vt supra dixi, quæ tamen
Clara domum vendiderat Dianæ sorori Orphini, vn-
10 de videndum † esset an per dictam diuisionem fuerit
præiudicatum iuri accrescendi, vel alteri iuri, de quo
supra ad fauorem descendentium Hieronymi, itaut
alienatio facta sustineatur, & propterea sit locus in-
uestituræ factæ de anno 1596. interim clarum vide-
tur non posse dari Orphino immissionem cōtra Gre-
11 gorium † possessorem auctoritate Iudicis, & haben-
tem parem titulum inuestituræ, & quidem anterio-
rem ex supradictis, & tamen ex abundanti Domini
aliquid etiam tangebāt circa allegatam diuisionem,
& alienationem, quam diuisionem putabant non ob-
12 stare, quominus finita linea † alterius ex diuidenti-
bus, prout isto casu fuit finita linea Philippi per mor
tem Claræ habeat locum ad fauorem superstitis ius
accrescendi, *Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. n. 24.
ff. de verb. oblig. Dec. cons. 325. num. 2. vers. simili-
ter. Mantica de tacit. lib. 22. tit. 34. nu. 32. Peregr.
cons. 101. num. 4. & seqq. lib. 1.* & tanto magis stan-
13 tibus verbis inuestituræ supra relatis † in ipsorum
& cuiuslibet ipsorum insolidum tertiam generatio-
nem, *Aldobr. cons. 68. nu. 3. & 4. & nu. 7. & 8. lib. 1.
Decian. cons. 73. nu. 15. vers. 6. considerat lib. 2. Hond.
cons. 54. num. 22. & num. 25. lib. 1.* & ferè in his ter-
minis *fuit dictum in Forolivien. bonorum 14. Decem
bris 1618. coram* R.P.D. *meo Remboldo.*

Non obstat alienatio facta à Clara, quia stante vo-
14 catione aliorum comprehensorum † in inuestitura,
quatenus alienatio fuerit vera, & habuerit effectum
non potuit præiudicare alijs vocatis, sed per mortē
15 Claræ fuit resoluta, cum resoluto † iure datoris re-
soluatur ius acceptoris, *l. lex vectigali. ff. de pign. l.
fin. §. cum autem. C. com. delegat.*

Nec facit facultas alienandi in eadem diuisione
concessa cum promissione de non contraueniendo
16 alienationi, quia debet intelligi † durante linea de-
scendentium ab eo, cui talia bona per diuisionem
obtigissent, vt expressè colligitur ex verbis præce-
dentibus, ibi, *à talche, sinche durarà la linea di ogn'
vno di essi contrahenti, l'vno non possa pretendere
ragione sopra li beni emfiteotici toccati all'altro*, &
postea subditur, *dando anco licenza l'vno all'altro*
17 *&c.* † vnde ista facultas venit intelligenda durante
linea alienantis, quæ cessat in morte Claræ, quæ
alienauit vt dictum est, & facit illa dictio, etiam, quæ
18 † tanquam copulatiua, repetit qualitates præceden-
tes, *Surd. post alios decis. 210. num. 14. & seq.*

Nec facit clausula, ad habendam, in prima inue-
19 stitura apposita, quæ † solet operari, vt res fit tran-
sitoria ad extraneos, *Curt. iun. cons. 4 sub nu. 1. vers.
sed quoniam. Clar. in §. emphyteusis. q. 28. num. 9. Ro-
ta decis. 152. num. 1. par. 2. in recent.* quia est appo-
20 sita in clausulis executiuis, quæ non † alteratur, nec
ampliat dispositionem principalem, *Clem. 1. de præ-
ben. Osasch. decis. Pedem 164. nu. 1. & 2. & cons. 16.
num. 21. cum alijs allegatis in Farfen. bonorum co-
ram* R.P.D. *meo* Buratto, *quæ est decis. 642. num. 6.
par. 1. in recent. & decis. 294. num. 7. par. 2.* vltra
21 quod in omnem euentum † restringitur ad naturam
contractus, *Seraphin. decis. 794. num. 8. cum alijs sem-*
per contrahentes intelligantur disponere secundum
22 naturam † contractus, & dispositionem iuris com-
munis de eo loquentis, *iuxta not. in l. si duo. ff. de
acquir hæred. & in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad
23 Treb.* sed de iure communi prædicta † facultas alie-
nandi datur primo acquirenti tantum, non autem
alijs, vt per *Doct. in l. quod dicitur. ff. de verb. oblig.*
Ex quibus ita in puncto tenuit *Rota decis. 11. nu. 1.
par. 1. diu. &* Corbul. *de caus. priu. ob alien. irreq.
dom. lim. 3. num. 9.* Et ita fuit decisum &c.

R. P. D. VBALDO.

Vlixboneñ Beneficij.

Mercurij 22. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Litis desertionem allegans, & in illa se fundans, concludenter eam probare tenetur, ac maxime, quia sapit renunciationem proprii iuris. Appellatio licet sit deserta in possessorio, non tamen ex hoc censetur quis habuisse animum dimittere ius suum in petitorio. Beneficij collatio facta à Legato postquam functus est officio suo, non valet, limita quando legatio in eo fuit prorogata. Beneficii prouisio facta sub conditione, euanescit deficiente conditione.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio, dum non est prosequuta, operatur vt sententia transeat in rem iudicatam.*
2 *Triennalis possessor beneficij non debet molestari.*
3 *Litis desertio concludenter est iustificanda ab eo, qui in ea se fundat.*
4 *Litis desertio, cum sapiat iuris proprij renunciationem, non præsumitur.*
5 *à Sententia lata in possessorio, si appelletur, & ipsa appellatio nō prosequatur, non tamen censetur ex hoc fuisse dimissum animum prosequēdi ius suum in petitorio. amplia num. 6.*
7 *Beneficium collatum alicui à Legato Apostolico, postquam functus est officio legationis, inanis est, limita num. 9. 10. & 11.*
8 *ad Tempus permissum, post illius lapsum censetur probibitum.*
12 *in Indulto conferendi beneficia, quando non comprebendantur reseruata.*
13 *in Indulto conferendi beneficia concesso Cardinali, sine dubio comprebenduntur etiam reseruata.*

14 Relatio comprehendit omnia in relato comprehenſa
15 Clauſula, quorum tenores, operatur expreſſionem cum omnibus ſuis qualitatibus.
16 Beneficij prouiſio dum eſt facta cum decreto, vt litteræ expediantur intra ſex menſes, alias beneficium eo ipſo vacet.
17 Quo ſtante, ſi non doceatur de tali expeditione beneficium vacat vigore dicti decreti.
18 Subrogatio ad poſſeſſionem eius, de quo conſtat talem non habuiſſe poſſeſſionem, nō releuat, & n. 20.
19 Clauſula, ſi aliquo quouis modo vacet, poſita in prouiſione beneficij, non ſuffragatur, quando nec de iure, nec de facto vacatio non iuſtificatur.
21 Vacatio beneficii dicitur conſumpta, per prouiſionem eiuſdem alteri factam.

DECISIO CCCCXVI.

VACANTE hoc beneficio per obitum Emanuelis de menſe Septembris 1596. fuit de eo tanquam reſeruato à Sede Apoſtolica prouiſus Antonius: A Vicelegato verò Sereniſſimi tūc Cardinalis Auſtriaci, & Legati de Latere in Regno Luſitaniæ illud obtinuit Laurentius. Vnde orta lite inter duos iſtos prouiſos fuit vſque de anno 1614. 20. Iunij coram me* deciſum, titulum ſuæ prouiſionis Laurentio ſuffragari. Quo defuncto de menſe Mart. 1615. in eius locum obtinuit ſubrogari Michael Nunez cuius gratiam eſſe iuſtificatam Rota reſoluit 4. Maij 1616.* & demum quia Michael obtinuit litteras exequutoriales, quibus Antonius non paruerat, fuit etiam deciſum contra eum dandam eſſe declaratoriam, vt in deciſione 10. Aprilis 1617. & cum omnes iſtę deciſiones in eius contumaciam emanaſſent, tandem comparuit, & obtinuit ſuper eiſdem audiri, Rota autem in deciſis ſtandum cenſuit ex rationibus adductis in deciſionibus, niſi vnum obſtare de quo infra.

Non enim obſtare putabant Domini, quod primo loco adducebatur, videlicet, quod Antonius fuerit immiſſus in poſſeſſionem vigore ſententiæ A.C. vſque de anno 1598. & licet Laurentius commiſerit
1 cauſam in Rota, tamen non fuerit † proſequutus appellationem, & ſic ea deſerta ſententia tranſierit in iudicatum, & ipſe Antonius remanſerit triennalis
2 † pacificus poſſeſſor, qui non debuerit moleſtari à Michaele ſubrogato Laurentij, quia iſta deſertio
3 melius debuerit † iuſtificari per allegantem, quia
4 non præſumitur, cum ſapiat renunciationem † proprij iuris, *l. cum de indebito ff. de probat. Rota in his terminis deciſ. 383. num. 3. par. 2. in recent.* præſertim cum ſententia pro Antonio fuerit in poſſeſſo-
5 rio lata, à qua licet † appellatio interpoſita fuiſſet deſerta, non tamen ſequitur Laurentium dimiſiſſe animum proſequendi ius ſuum in petitorio, *vt per Rot. d. deciſ. 383. num. 4.* Immo apparet de contrario.
6 Tum quia Laurentius reportauit † pro ſe deciſionem in petitorio, videlicet titulum ſuæ prouiſionis ſibi ſuffragari, vt in prima deciſ. 1614. ſupra relata.

Secundo quatenus in prima deciſione fuit firmatum collationem Laurentij ſuſtineri ex facultate conceſſa Legato, cum poteſtate ſubſtituendi Patriarcham Hieroſolymitanum in illius partibus tūc collectorem, vt in duobus Breuibus Clementis Octaui, à quo collectore Laurentius habuit prouiſionem, impugnabatur deciſio, quia munus legationis
7 † cum omnibus facultatibus, & indultis Legato cōceſſis, durabat tantum per triennium, vt in Breue expedito ſub die 2. Auguſti 1593. beneficium autem vacauit de menſe Septembris 1596. vt ſupra dictū eſt, & ſic poſtquam expirauerat facultas Cardinalis Legati, & conſequenter collectoris ab eo ſubſtituti,
8 cum † permiſſum ad tempus poſt illius lapſum cenſeatur eſſe prohibitum *l. ſi vnus. §. 1. vbi Bald. ff. de pact. cum alijs per Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloſ. 2. num. 46. & ſeq. Surd. conſ. 8. num. 7. Rota deciſ. 475. nu. 1. in fin. par. 2. in rec.* ſed fuit reſponſum, quod quatenus legatio expiraſſet. Tamen cum Cardinalis maneret apud Hiſpaniarum Regem pro
9 eius Regni negotijs, † Idem Pontifex ei indulſit vt ad biennium eius legationis munere fungeretur, & interim reſcripſit eidem collectori, vt eiſdem facultatibus à Legato ſibi olim attributis perinde ac ſi à Pontifice ipſo eſſent attributæ ad Papæ tamen, &
10 † Sedis Apoſtolicæ beneplacitum vteretur, vt apparet in Breui die 22. Iulij 1596 ex quibus reſultat prorogatio legationis, & facultatū collectori attri-
11 butarum, & ſic † beneficium, de quo agitur, tempore habili, & legitimo à collectore fuiſſe Laurentio collatum.

Neque dicatur in tali conceſſione non comprehendi reſeruata, quia conceſſio habet relationem ad
12 † facultates Cardinalis, & per Cardinalem collectori communicatas, vt apparet ibi nonnullas ex dictis facultatibus alias pro dicta legatione conceſſis, & ibi nonnullas ex dictis facultatibus ſibi conceſſis
13 attribuerit. Vnde cum in dictis † facultatibus Cardinalis ſine dubio comprehenderentur etiam beneficia reſeruata, vt in deciſione deducitur, ſequitur
14 vt relatio ad dictas facultates intelligatur, † quoad omnia in relato comprehenſa, *l. aſſe toto. ff de hæred. inſtit.* præſertim accedente clauſula quorum teno-
15 res ibi poſita, quæ operatur expreſſionem, cū † omnibus qualitatibus, *Butr. conſ. 2. num 4. Felin. in cap. nonnulli ſub nu. 6. verſ. addatis de reſcript cum alijs per Modern. clauſ. 119. num. 1. Rota deciſ. 460. num. 5. & deciſ. 506. par. 1. rec.*

Vltimo opponebatur, quod in prouiſione Lauren-
16 tij † aderat decretum, vt intra ſex menſes teneretur expedire litteras Apoſtolicas, alioquin lapſis eiſdem ſex menſibus beneficium eo ipſo vacaret, vnde cum
17 † non doceatur intra iſtud tempus fuiſſe litteras expeditas, beneficium vacauit vigore decreti, & ſic nō videbatur intrare ſubrogatio Michaelis ad ius, & poſſeſſionem Laurentij, quia ipſe non obijt in poſſeſ-
18 ſione, & † ius habere non poterat, cū litteras Apoſtolicas non expediuerit, & cum non iuſtificetur vacatio, nec de iure, nec de facto clauſula generalis,
19 † ſiue alio quouis modo ſuffragari non poteſt, iuxta *deciſ. Put. 400. num. 2. & 3. lib. 1.*

Hoc motiuum Dominis videbatur releuans, & de eo reſeruarunt particulariter videre, & poſtea in relationibus cauſarum fuit mihi ordinatum, vt viderem an ex actis conſtaret de hac negatiua non expeditionis litterarum, & re vera de ea in actis non conſtat,
20 quando tamen ſubrogatio Michaelis † fuit etiam ad ius & poſſeſſionem Emanuelis, per cuius obitum vacauit beneficium, vt ſupra, prout de litteris ſubrogationis in actis conſtat & firmatur in ſecunda deciſione 4. Maij 1626. volo de hoc iterum conſulere Dominos, an ſubrogatio ſuſtineatur quoad ius, & poſſeſſionem Emanuelis. Non obſtan. eo quod dicebatur

21 per informantes, quod † illa vacatio erat consumpta per prouisionem Laurentij, & Antonij.
Et ita fuit decisum, &c.

☞ * *Decisiones istæ in hac causa factæ sub die 14. Iunij 1614. & 4. Maij 1616. prima est decisio 595. par. 3. recent. altera est decisio 266. par. 4. recent. Ac infra habetur altera sub die 19. Decembris 1622. coram eodem bo. me. Vbaldo.*

REVERENDISS. COCCINO.

Bononien. Fideicommissi de Lucio.

Lunæ 27. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Identitas bonorum fideicommisso subiectorum probari potest ex diuersis inuentarijs, diuerso tempore ab hæredibus grauatis confectis, item probatur ex instrumentis diuisionum inter vocatos factarum, & ex alijs, vt hic in decisione. Bona fideicommisso subiecta, si in eius vita fideicommittens alienauerit cum pacto de redimendo, dum ea postea reperiuntur in hæreditate, præsumuntur ab eodem redempta, & quid si non fuerint redempta, an sint describenda in Inuentario, & quid an ea veniant in fideicommisso.

SVMMARIVM.

1 *Identitas bonorum fideicommisso subiectorum probari potest vigore inuentarij bonorum ab hærede grauato confecti, & quidem plenius quando sunt diuersa inuentaria diuersis temporibus facta.*
2 *Inuentarium bonorum factum à primis hæredibus, non suffragatur secundis, quominus aliud conficere teneantur.*
3 *Inuentarium probat contra conficientem, ac habentes causam ab eo.*
4 *Adminicula sunt coniungenda cum alijs probationibus, ad eas implendas.*
5 *Bonorum fideicommissariorum identitas, probatur ex instrumentis diuisionum.*
6 *Hæres grauatus possidens aliqua bona, quando sine dubio dicantur hæreditaria.*
7 *Identitas bonorum clarè ostenditur ex testibus examinatis, & ex alijs, vt hic.*
8 *Bonorum identitas leuioribus probationibus docetur, quando sumus in antiquis.*
9 *Dominium bonorum fideicommisso subiectorum non est probandum, quando agitur contra hæredem grauatum, vel causam ab eo habentem.*
10 *Nec est facienda distinctio an habeat causam mediatè, vel immediatè, quia sufficit etiam habere causam mediatè.*
11 *Alienatio facta à testatore de bonis ab eo fideicōmisso subiectis, cum pacto de redimendo, si ea reperiantur postea inter eius bona, & descripta ab hærede in inuentario, præsumuntur ab eodem medio tempore redempta. & num. 12.*
13 *Probare, & non simpliciter asserere aliquid, est, ad hoc vt releuet.*
14 *Testator alienando bona fideicommissaria cum pacto de redimendo, tunc eo mortuo hæres non potest capere possessionem eorum.*
15 *Licet in inuentario ea veniant describenda, cum sint hæreditaria, &c. ac num. 16. & 17.*
18 *Alienatio bonorum fideicommisso subiectorum facta pro solutione æris alieni, vt iuuet alienantem, opus est vt constare faciat de dicto ære alieno.*
19 *Et hoc, quando fideicommissarij, qui agunt, non habent causam à dicto alienante.*

DECISIO CCCCXVII.

☞ FVIT resolutum constare de identitate apothecarum, busiorum, ac mansionum sitarum sub Voltis pullarolorum vulgariter nuncupatis, ac domus propè plateam S. Barbaræ dictis apothecis, busis, ac mansionibus contiguam ex duobus inuentarijs factis diuerso tempore, videlicet, de anno 1529. & de anno 1562. per Bartholomæum, Ludouicum,
1 & Iulium primos hæredes, & Vincentium † Melchiorem, & Aeneam secundos hæredes Hieronymi fideicommittentis, *l. fin. C. arbitr. tutelæ. l. fin. C. de iur. deliber. Castr. in l. cum tali. §. Titius hæres. n. 2. vers. & hoc dicunt. ff. de condition. & demonstr. Peregr. de fideicomm. art. 44. num. 2. vers. ex inuenta*rio, & fuit dictum *in hac causa 28. Iunij 1617.* corā *Illustriss D. Card. Sacrato.* *Rota decis. 407. num. 2. par. 2. in recent.* Et quamuis *Bart. in l. in ratione. §. quod vulgo num. 3. & 9. ff. ad leg. falcid.* dicat quod
2 Inuentarium non suffragatur † secundis hæredibus, quominus teneantur facere inuentarium, attamen negari non potest, quin ex prædictis noceat illis,
3 qui inuentarium fecerunt, & † qui ab illis causam habuerunt, & in omnem euentum inuentarium facit aliquem gradum probationis ad effectum, de quo
4 agitur, itaut coniungi possit cum alijs † probationibus, vt habeatur plena probatio etiam contra secundum, & alios hæredes.

Concurrunt insuper instrumenta diuisionum factarum de annis 1564. & 1570. inter Melchiorem, & Vincentium ex vna, & Bartholomæum filium ex altera defuncto Iulio, & extincta eius linea, in quibus prædicti tanquam fideicommissarij Hieronymi testatoris diuidunt dictas apothecas, & busos, & ideo
5 ex dictis † instrumentis diuisionum probatur identitas. *Marzar. in epit. de fideicom. q. 58. Alex. consil. 152. num. 1. vol. 7. Ruin. cons. 40. num. 3. lib. 3. Natt. cons. 235. num. 15. lib. 2. Soccin. cons. 46. in princ. lib. 3. Rimin. iun. cons. 23. num. 280. Decian. cons. 76. num. 9. lib. 3. Peregr. de fideicom. art 44. num. 5. Castren. cons. 94. vers. clarum est in fin. lib. 2.*

Et dubitari non potest, quin ista sint illamet bona,
6 quæ hodie † possidentur per Ludouicum, cum concurrant eadem confinia viarum publicarum, & platearum, quæ sunt notissima, & apparentia. *Bald. cons. 420. num. 1. lib. 1. Bonifac. de furtis. §. possessionis fue. num. 68.* itaut qui dicit fuisse mutata, teneatur probare. *Bald. in l. in finalibus 11. ff. finium regundorū. Felin. in cap. cum causam num. 5. Bald. num. 2. vers. tertio scias, de probation.* eoque magis prædicta procedunt, quia ex testibus examinatis, & ex libello exhibito per q. Alexandrum Ludouicæ authorem, & ex
7 possessione successiuè † capta dictorum bonorum in vim vti fideicommisso q. Hieronymi subiectorum in vim mandati Rotalis clarè ostenditur identitas. *Aym. cons. 200. num. 2. & fuit dictum coram me in causa Vrbeuetana fideicommissi 26. Iunij 1617.*

Et de plano, & sine scrupulo prædicta procedunt,
8 quia cum simus † in antiquis leuiores probationes sufficiunt, cum tamen prædictæ sint vrgentissimæ, *cap. cum causam, vbi Felin. num. 12. de probat. Cardin. in clem. 1. in 3. opposit. de probat. Bald. cons. 267. lib. 2.*

lib.2. Soccin.sen.cons.187.num.13.lib.2. Paris. cons.
104.*num.24.& seq lib.1.* nec est opus probare do-
9 minium fideicommittentis † sed sufficit probare bo-
na fuisse in eius bonis, cum Ludouica habeat cau-
sam ab hærede grauato. *Cephal. cons. 386. num.35.*
lib.3. Rimin.iun.cons.190. num.34. Peregr. de fideic.
art.44.num.6 & 16. & art. 48. num.51. nec est fa-
cienda distinctio an habeat mediatè, vel immediatè,
10 quia sufficit, † quod etiam mediatè habeat causam,
vt fuit resolutum in causa Montisfalisci fideicom-
missi 12.Maij 1603.coram bo.me.Card.Pamphilio,
tunc Rotæ Auditore, & in alia Aesina fideicommissi
20 Martij 1604 coram me, & aliàs sæpius.

Non obstant alienationes factæ per Hieronymum
11 testatorem; quia † omnes fuerunt factæ ante confe-
ctionem dictorum Inuentariorum, videlicet de annis
1505.1515. & 1525. Inuentaria autem fuerunt fa-
cta, vt supra dictum est, de anno 1529. & 1562. & cũ
pars non neget, quod venditiones fuerunt factæ cum
12 pacto redimendi, † potuerunt medio tempore redi-
mi, prout præsumitur, ex quo fuerunt descripta tam-
quam reperta in hæreditate Hieronymi. Et quamuis
replicaretur, quod etiam bona non subiecta fidei-
13 commisso † fuerunt apposita in Inuentario, nihilo-
minus hoc gratis dicitur, & quoad bona, de quibus
agitur, obstant confessiones, vt supra dictum est, &
quamuis hoc prætendatur probari, ex quo in aditio-
ne hæreditatis Hieronymi noluerunt capere posses-
sionem apothecæ venditæ de anno 1515. Bartholo-
mæo Mardanino, quæ nihilominus fuit descripta in
14 Inuentario, † tamen hoc non facit; quia cum præ-
tendatur fuisse venditam cum pacto redimendi, vti-
que illius possessio capi non poterat, licet in Inuen-
15 tario deberet describi, quia spectabat † ad fideicom-
missum, & si fuit redempta fideicommissarij non po-
terant prætendere, nisi pretium, *Peregr. de fideicom.*
art.49 num.27. & seq. & num.48.

Et hac responsione tollitur, quod dicitur contra
apothecam signatam littera K. nam omisso quod
fuit descripta in Inuentarijs, etiam in aditione præ-
dicta fuit capta illius possessio, & quatenus admit-
16 teretur, quod † transactio facta de anno 1530. die
30.Maij, super recuperatione istius apothecæ, pro-
baret non fuisse recuperatum in vita testatoris, sed
17 postea, non inde fit, quod non sit supposita † fidei-
commisso, licet fideicommissarij essent creditores
pretij per supradicta.

Non obstat alienatio facta per grauatos de anno
1531.29.Iulij de vna mansione subterranea cum
magazeno pro pretio librarum 300. quia non con-
18 stat de † aliquibus debitis, pro quibus dicta aliena-
tio potuerit fieri, & onus probandi incumbit alie-
nanti. *l.ei qui. ff. de probat. l. actor quod asseuerat.*
19 *C. eod. tit.* cum fideicommissarij, qui hodie agunt
non habeant causam à dictis alienantibus.

Et ita conclusum vtraque parte informante, &c.

☞ *Infra in eadẽ causa habetur altera decisio sub die 2.Maij 1622.coram eod.Coccino, est sup. dec.385.*

REVERENDISS. COCCINO.

Romana separationis Thori.

Luna 27. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Vxor, eum diuertit à marito ex iusta causa, ipse mari-
tus tenetur eidem alimenta præstare, & in qua quan-
titate, id in arbitrio Iudicis est remissum, qui in taxa-
tione oculum habere debet ad quantitatem patri-
monij, redditum, & qualitatem personarum, ac in
his terminis ad quantitatem dotis, & taxationem
fructuum à Statuto factam. Filia in nullo loco me-
lius potest custodiri, quàm sub tutela matris, & ma-
ximè dum est honestissima.

SVMMARIVM.

1 *Vxori debentur alimenta ab eius viro, dum ex iu-*
sta causa ab eo diuertit.
2 *Maritus tenetur alimentare vxorem ex iusta cau-*
sa ab eo diuertentem, & hoc casu d. iusta causa
non est plenè iustificanda, sed sufficiunt admi-
nicula.
3 *Iuris præsumptionem is pro se habet, dum obtinuit*
sententiam fauorabilem.
4 *Alimenta, vt debeantur collitiganti, requiritur*
bonum ius, & paupertas.
Mulieres non præsumuntur habere, nisi dotem.
num. 4.
5 *Alimentorũ taxatio relicta est in arbitrio Iudicis.*
6 *in Alimentorum taxatione, Iudex debet habere re-*
spectum ad quantitatem patrimonij, redditum,
& qualitatem personarum. & num.7.
8 *Filiæ nulla melior custodia dari potest, quam sit*
sub custodia matris. & num.11.
9 *Ecclesiastic. verba in cap.41. num. 21. Erubescite*
à patre, & matre de fornicatione, &c. decla-
rantur.
10 *Filij ignominia, est ignominia patris, & matris.*

DECISIO CCCCXVIII.

FVIT resolutum alimenta debere præstari à ma-
rito Apolloniæ vxori in domo matris ad ratio-
nem scutorum decem pro quolibet mense. Ratio
1 primi dicti fuit, quia cum † hæc mulier ex iusta cau-
sa diuerterit à viro, ipse vir tenetur ad alimenta.
Doctor. in l.si cum dotem. § si autem in sæuissimo. vbi
Alex.num.7. vers. quorum dictis. ff. solut. matrim.
Bald. in l.quod in vxorem num.2. & ibidem Cyn. &
alij C. de neg. gest. Ias. in l.1. num.4. C. de legat.1.
Guidop. decis. 349. num.6. Afflict. decis. 1. num.1.
Thom. de Thanis dec.11. Curt.iun.cons.328. num.7.
& seq. lib.3. & fuit resolutum in causa Bisuntina
separationis thori 1. Aprilis 1596. coram bo. mem.
Card. Pamphilio, & in causa Veronen. separationis
thori 26. Ianuarij præteriti coram R.P.D. *Merlino,*
2 & hæc quidem causa ad effectum alimentorum † non
est plenè probanda, sed sufficit de ea adesse admini-
cula. *Castren. cons.65. num 4. vers. illud autem lib.1.*
Afflict. decis.10 sub num.1. & fuit dictum in prædi-
cta causa Bisuntina, quæ quidem adminicula sine
dubio hic adsunt ex depositionibus testium.

Et cessat in hoc casu omnis difficultas; quia cum
3 Apollonia habeat præsumptionem boni iuris † ex
sententia ad sui fauorem lata super separatione, &
constet de eius paupertate, quia non habet nisi suam
4 dotem, quæ penes † virum existit, nullo pacto ei pos-
sunt denegari alimenta, prout concurrentibus his
duobus in nullo casu denegantur. *Aretin. in cap. si*
qui testium num.14. vbi Felin. num. 9. vers. secun-
dus casus, de testib. Cephal. cons. 127. num.3. & 4.
lib.1. Guidopap. dec.561. nu.1. & 2. Crescent. dec 8.

de iudic. Couar. practic. quæst. cap. 6. num. 5. & 6. & fuit resolutum in causa Romana bonorum de Setta. 17. Februarij 1580. *& in causa Vrbeuetana Castrorum* 10. *Iunij* 1587. *coram bo. mem. Cardinale Blanchetto.*

Ratio vero secundi dicti, quare huiusmodi alimenta debeant taxari ad scuta decem menstrua,
5 illa † fuit, quia taxatio alimentorum relinquitur arbitrio iudicis, qui debet habere respectum ad quan-
6 titatem † patrimonij, redditum, & qualitatem personarum. *l. 2. ff. vbi pupill. educ. deb. l. cum alimenta pen. vbi Bartol ff. de alim. & cibar. leg. Alex. cons. 72. num. 7. lib. 5. Gozzad. cons. 95. nu. 4. Aym. cons. 189. num. 10. Roland. cons. 22. num. 21. lib. 1. Aldobrand. cons. 31. num. 8. lib. 1. Menoch. de arbitr. casu 169. num. 3. lib. 2. & fuit dictum in causa Spoletana alimentorum 24. Maij 1593. coram bon. mem. Gypsio,* hic autem considerata quantitate dotis, taxatione
7 fructuum, quam facit statutum, † & conditione personarum, taxatio visa fuit satis iusta, & legitima.

Ratio verò tertij dicti, quod huiusmodi alimenta præstari debeant in domo matris, ea fuit, quia nul-
8 la † melior custodia haberi potest, quam sit custodia matris, hinc *Ecclesiastici cap. 41. num. 21. habetur, Erubescite à patre, & matre de fornicatione,*
9 quorum verborum † sensus est, si fornicatores estis, erubescatis fornicari saltem propter patrem, & matrem, quia ignominia filij est ignominia patris, &
10 matris, † vnde cum Apollonia sit mulier honestissima, & hoc non controuertatur, nec in dubium re-
11 uocetur, † in nullo loco melius potest custodiri, quam sub tutela matris.

Et ita conclusum, &c.

REVERENDISS. MANZANEDO.

Patriarcha Hierosolymitano.

Romana de Mazzatostis.

Lunæ 27. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Obligatio Cameralis continet etiam in se assecurationem, quo ad bona futura. Hypoteca retrotrahitur ad diem contractus, quando sumus in conditionibus causalibus, & hoc etiam in præiudicium tertij, qui medio tempore ius acquisiuit, sed secus est, si essemus in conditionibus potestatiuis. Ac declaratur casus *textus in l. qui Balneum. §. Titia. ff. qui potior. in pign.* habeantur.

SVMMARIVM.

1 *Obligans se pro obseruatione contractus in ampliori forma Cameræ Apostolicæ, hæc obligatio comprehendit bona etiam futura.*
2 *Obligatio Cameralis licet expreßè non comprehendat bona futura, quia est cœterata, tamen ea quoque comprehendit.*
Et sic etiam extendenda venit.
3 *Bona acquisita post quam quis se obligauit pro obseruatione contractus in forma Cameræ, subsunt pariter obligationi. & num. 12.*
4 *Donatio est conditionalis, quando fuit donatum aliquid, in casu quo donator sine filijs moreretur.*
5 *Hypoteca non retrotrahitur ad diem contractus in præiudicium tertij, cui vendita, vel obligata fuit res medio tempore, quando conditio est protestatiua.*
6 *Conditio, si sine filijs, est casualis.*
7 *Hypoteca in conditione casuali, ea eueniente retrotrahitur ad diem contractus, etiam in præiudicium tertij, ad cuius fauorem medio tempore fuit facta aliqua dispositio. & num. 13.*
8 *Pignori, quando fuit data res aliena per debitorem, primo creditori, & deinde secundo, si postea debitor illam vendidit, & de pretio satisfecit primum creditorem, secundus creditor non poterit eam auocare ab emptore.*
9 *Quia ei nunquam fuit obligata.*
10 *Creditori secundo, dum aliquid obligatur; quod iam primo creditori pariter erat obligatum, censetur sub ea conditione inita talis obligatio, nempè quando primo creditori obligata esse desijsset.*
11 *Vnde si de tempore, quo illa res desijt esse obligata primo creditori, iam reperiatur vendita, non potest dici vmquam fuisse obligata secundo creditori.*
13 *Hypoteca anterior semper est præferenda posteriori.*

DECISIO CCCCXIX.

PROSEQVENDO ordinem disputationis incæptum, dubitaui hodie, An bona acquisita post primam donationem veniant sub hypotheca eiusdem primæ donationis, & Domini informantibus tantum DD. de Castro, parte aduersa pluries citata, & informare recusante partem affirmatiuam sunt amplexi ex eo potissimè, quia in prima dona-
1 tione ad fauorem Caroli facta Iulius donator, † pro dictæ donationis obseruatione obligauit se, ac bona sua præsentia, & futura in ampliori forma Cameræ Apostolicæ, quæ clausula quamuis expresse futura
2 non † exprimat, quia est cæterata, nihilominus comprehendit etiam futura, *vt ex Galles. de obligat. Camer. in princ. & infra in quæst. 6. num. 3.* & ita etiam extendenda, *& fuit dictum in Romana donationis de Luraghis 3. Decembris* 1599. *coram bo. me. Iusto.*
3 Vnde sequitur bona acquisita † post dictam primam donationem comprehendi sub obligatione, & in hypotheca illius.

Nec in contrarium facit, quod ista donatio fue-
4 rit conditionalis, † nempe in casu, quo Iulius donator sine filijs moreretur, quia non versa-
5 mur in conditione † potestatiua, in qua non retrotrahitur hypotheca ad diem contractus in præiudicium tertij, cui vendita, vel obligata res illo medio tempore fuit, *vt notat Bart. in l. aliena res, ff. de pignor. act. Castr. cons. 446. num. 1 lib 2.* sed ver-
6 samur in † conditione casuali, prout ista est, vt fuit resolutum in hac causa coram Domino meo Verospio, in qua retrotrahitur hypotheca ad diem con-
7 tractus, etiam in † præiudicium tertij, ad cuius fauorem medio tempore fuisset facta alia donatio, vel dispositio, *l. qui balneum vers. sed etsi hæres, & gloss. verb. conuenisset, ff. qui pot. in pign. hab. Olirad. cons. 114. num. 4. Castr vbi supra dicto num 1. cons. licet non sic quando esset casualis. Ias. in l. quoties num. 11. C. de rei vindic. Gabr. cons. 141. nu. 8. lib. 1. Anton. Gabr. de empt. & vendit. conclus. 2. num. 29. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 23. num. 29.* qui plures adducit pro hac parte in hanc sententiam iecuta fuit Rota *apud Mohed. decis. 1. num. 1. de pignor.* per

per text. *in d,l. qui balneum, qui tex. in §. Titia.* Non obstat supradictis, cum non loquatur in nostris
8 terminis, ibi †enim res aliena fuit pignori data per debitorem primo loco Titio, secundo Caio, postea debitor illam vendidit Sempronio, & de pretio satisfecit Titio primo creditori, deciditur ibi, quod Caius secundus creditor non poterat illam auocare
9 ab emptore, † quia illa nunquam fuit ei obligata, vt notant ibi *gloss. verb. Meuio, & Bart. vers. huius timore, & Salyc. vers. ideo puto primam solutionem,*
10 illa res fuit obligata, † cum conditione videlicet, si primo creditori obligata esse desijsset. Vnde cum de tempore existentis conditionis, nempe satisfactionis factæ primo creditori, per quam desijt illi esse
11 obligata non reperiretur †illa res in bonis debitoris, quia antea fuerat Sempronio vendita, non potest dici quod illa res vllo tempore fuerit obligata secundo creditori, vt benè notat, & istum text. declarat *Negusan. de pign. 2. membr. 5. par. num. 41. vers. & probatur optimè.*

Quod longè distat à casu nostro in quo Carolus est primus creditor, & de tempore secundæ dona-
12 tionis †bona reperiebantur penes Iulium, quamuis obligata pro obseruatione primæ donationis, & licet illa donauerit D. Bonauenturæ, tamen quia sic illi donando, contrauenit primæ donationi in actu ipso acquisitionis Bonauenturæ, intrauit hypoteca ad fauorem Caroli, & adueniente postea pro dicta condi-
13 tione casuali †intrauit retrotractio hypothecæ Caroli ad diem primæ donationis etiam in præiudiciū tertij, & sic D. Bonauenturæ, cui isto medio tempore donatio fuit facta ex iuribus, & doctrinis supra
14 adductis, & semper reperitur †hypoteca Caroli anterior donatione, & obligatione dicti Bonauenturæ, quia hypotecę Caroli fecit locum secunda donatio ex qua resultauit non obseruantia, quinimo contrauentio primæ donationis.

Ex quibus ita fuit resolutum.

☞ *Supra in hac eadem causa habetur altera decisio sub die 22. Aprilis 1622. coram eodem Reuerendiss. Manzanedo, est supra in hoc Tomo decisio 377. & infra aderit alia sub die 23. Ianuarij 1623. coram eodem.*

R. P. D. VBALDO.

Romana Domus.

Lunæ 27. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Domus inuestitura, alicui facta ad vitam ipsius, & suorum filiorum, & nepotum per lineam rectā descendentium masculorum tantum, dubitatur modo in casu, quo mortuus est inuestitus, ac eius filius, relictis filiabus fœminis, an istæ comprehendantur in inuestitura, ac dato, quod Dominus directus capiat possessionem domus tāquam deuolutæ per mortem filij inuestiti, non citatis eius filiabus fœminis in possessione existentibus, an sint reintegrandæ ad possessionem, vel manutenendæ.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditatis aditio ex quibus actibus probetur.*
2 *Hæres exigendo pensiones domus hæreditariæ dicitur adiuisse hæreditatem.*
3 *Testes deponentes super aliquo actu, optimam reddunt rationē asserendo quod ipsi fuerūt præsentes in eo.*
4 *Statutum Vrb. lib. 1. cap. 147. continuat possessionem defuncti in suum hæredem.*
5 *Statutum continuans possessionem defuncti in hæredem, eius vigore hæres est manutenendus.*
6 *Et hoc procedit siue statutum requirat aditionem, seu immissionem, siue non.*
7 *Statutum continuans possessionem defuncti in hæredem, statim operatur suum effectum transferendi, & continuandi suam possessionem.*
8 *Filius immiscendo se hæreditati paternæ, est manutenendus, & hoc multo magis stante statuto continuante possessionem patris in filium.*
9 *Possessio posterior tanquam turbatiua, & clandestina non est attendenda, & præsertim dum non est capta citatis citandis.*
10 *Statutum continuans possessionem defuncti in hæredem non habet locum in iure personali.*
Ius emphyteuticum est personale. num. 10.
11 *Emphyteuticum ius vigore statuti continuantis possessionem defuncti in hæredem, non transfertur in illum hæredem, qui non est capax d inuestituræ.*
12 *Fœminæ sunt capaces emphyteusis ecclesiasticæ.*
13 *Emphyteusis inuestitura durat semper, dum adsunt personæ inuestitæ.*
14 *Emphyteusis concessio, quando fuit facta pro masculis tantum, non intrant fœminæ.*
15 *Inuestitura facta ad fauorem alicuius, & suorum filiorum, & nepotum per directam lineam descēdentium masculorum tantum, hoc casu non est ita clarum, vt non sint comprehensæ fœminæ.*
16 *Inuestitura, quando est facta pro descendentibus per virilem sexum, in ea comprehenditur fœmina dummodo descendat à masculo.*
17 *Filia recipientis inuestituram pro descendentibus per virilem sexum, in ea non censetur vocata, cum non sit de descendentibus per lineam masculinam quia est principium & caput lineæ fœmininæ,*
18 *Filia nata ex filio recipientis inuestituram pro descendentibus per virilem sexum, comprehenditur in ea, cum hæc dicatur per lineam masculinam.*
19 *Et hoc multo magis procedit, quando primus acquirens fuit fœminæ.*
20 *Caducitas, quando est turbida, non potest Dominus directus capere possessionem rei, non citatis existentibus in eius possessione, & interim isti sunt manutenendi. num. 21.*
22 *Emphyteusi aperta, manutentio datur Domino directo vigore possessionis ciuilis ad recuperandam naturalem, existentem penes hæredes vltimi inuestiti.*
23 *Emphyteusis, quando non est finita, vel dubium est an expirauerit, hoc casu hæredi vltimi grauati datur manutentio, dum cœpit possessionem.*
24 *Petitoriū potest suspendi in qualibet parte iudicij.*
25 *Locatio domus non probat eius possessionem, dum est facta lite pendente.*
26 *Litis sumptus, & alimenta petens ab aduersario, ille qui eiectus fuit de possessione, ac simul instans pro reintgratione, dicitur quod habuit se pro spoliato. limita num. 27.*
27 *Litem aliquam promittens Dominus directus ei, qui inuestiuit super re inuestita non inferre, immo omnem litem super ea mouendam in se suscipere, & prosequi propriis sumptibus, tunc ipse Dominus*

nus moueat litem, & inuestitus petat dd. sumptus in aliquo sibi non præiudicat.

28 Reintegrationis petitio non concludit necessariò, quod petens habuerit se pro spoliato, & quare.

29 Reintegrari se, & manuteneri petens, intelligitur vt respectu ciuilis possessionis reintegretur, respectu vero naturalis manuteneatur.

30 Possessio ciuilis sufficit pro manutentione.

31 ad Manutentionis effectum sufficit possessio ciuilis.

32 Descendentiæ exacta probatio respicit petitorium.

33 Filiatio probari potest ex testamento alicuius in quo instituitur aliquis hæres, tanquam filius.

34 Institutio in hæredem valde facit ad probandam filiationem, tanquam actus filijs valde proportionatus.

SVMMARIVM ANNOTATIONIS.

35 Emphyteusis, quando est finita, tunc possessio ciuilis Domini directi statim attrahit ad se possessionem naturalem.

36 Emphyteusis dum finita est, illico dominium vtile cum directo consolidatur, ac confunditur.

37 Quæ consolidatio fit ipso iure, nec Domini directi scientiam requirit.

38 Vsusfructus, quando est finitus, statim consolidatur cum proprietate.

39 Argumentum ab vsufructu ad emphyteusim tenet.

40 Feudo aperto, illud statim potest auferri detentori, & si vassallus includat ostia, dominus poterit ea aperire.

41 Emphyteusi finita dominus directus ratione suæ ciuilis possessionis poterit obtinere manutentionem respectu naturalis.

42 Emphyteusis, quando est finita dum hæres defuncti velit eam restituere, competit domino remedium reintegratorium in vim l. si quis conductionis. C. locat.

43 Conductio vbi est finita, si conductor inferat quæstionem dominij, antequam super hoc cognoscatur, debet restitui domino, res conducta, & n. 72.

44 L. si quis conductionis. C. locat. egregia notanda, & non parum singularis est.

45 Locator, si timeat sibi inferri quæstionem dominij à conductore, debet exprimere in libello, quod intentat conditionem ex l. si quis conductionis. C. locat.

46 Spoliatus est ante omnia restituendus, postposita omni exceptione, & cognitione super meritis.

47 in Spolii iudicio non habet locum regula illa dolo petis, quod statim restituturus es.

48 Locatori agenti contra conductorem remedio l. si quis conductionis. C. locat. non potest obiici exceptio dominii, & num. 67.

49 L. si quis conductionis. C. locat. loquitur, quando quæstio est inter locatorem, & conductorem, non autem contra singulares successores.

50 L. si quis conductionis. C. locat. licet loquatur in conductore, tamen secundum veriorem competit aduersus omnes habentes causam ab agente.

51 L. si quis conductionis C. locat. loquitur non solum in conductore, sed etiam in quolibet recognoscente, & recipiente rem ab alio cum onere restituendi, & num. 68.

52 contra Hæredes eorum, qui rem acceperunt cum onere restituendi, habet quoque locum dispositio l. si quis conductionis. C. locat.

53 in Contractibus omnibus habet locum l. si quis conductionis. C. locat. ex quibus oritur obligatio rem restitui.

Ac contra omnes illos, qui rem aliquam alieno nomine possident, nec iustã causam retinendi habẽt.

54 Emphyteuta non domino, sed sibi possidet.

55 Conductor, si finito tempore restituere recusat rem conductam, spoliare dicitur, quod non sic est in emphyteuta, cum sibi possideat, & vide num. seq.

56 in Emphyteusi dominium vtile, & naturalis possessio subalternatur directo dominio, ac ciuili possessioni.

in Emphyteusi dominium vtile, & possessio naturalis non transferuntur, nisi limitatim ad certum tempus, num. 56.

Quo pendente emphyteuta non possidet, nisi cum illa qualitate, & conditione dictæ limitatæ conditionis.

57 Emphyteusis quando est finita, necesse est vt ipse emphyteuta desinat possidere, cum sit expiratum tempus, quo ipse intendebat possidere.

58 Concessio limitata, & possessio limitata limitatum producit effectum.

59 Emphyteusis vtile dominium, licet aliquo modo reuertatur ad dominum directum, tamen non perdit emphyteuta possessionem, nisi eiiciatur foras.

60 Emphyteuta non cadit ipso iure à possessione naturali, licet cadat ab ipsa emphyteusi.

61 Sed hoc non intellige, quando emphyteusis naturali fine suo finitur, licet secus sit, cum per delictum, vel culpam amittitur.

62 Caducitas emphyteusis per delictum, vel culpam non inducitur, nisi dominus directus velit, & ideo requiritur eius declaratio.

63 Caducitas non inducitur ob culpam, nisi præcedat declaratio domini.

64 Emphyteuta si in caducitatem ob eius culpam, vel delictum incidit, & dominus directus eam in vita non declarauit, postea eius hæredes non possunt eam acceptare.

Quod procedit etiamsi adest pactum, vt vigore culpæ, vel delicti emphyteuta incurreret in caducitatem.

Emphyteusis priuatio ob non solutum canonem, non est in facto esse, sed in potentia fieri, num. 64.

Mortuus, quando aliquis est, eius quoque voluntas extinguitur, nec potest dici amplius pœnitere, cum in eo extinguantur organa sensitiua, num. 64.

65 Emphyteusis, quando est deuoluta ob lineam finitam tunc ea intrat absolutè, nec requiritur declaratio domini directi, & eo mortuo emphyteusis potest vendicari ab eius hæredibus.

66 contra Emphyteutam recusantem domino restituere emphyteusim, vt intret dispositio l. si quis conductionis. C. locat. est opinio retinenda, & quare.

69 Dominii quæstionem conductor domino refricare non potest, licet possit esse, quod ille potuerit concedere rem alienam.

70 Emphyteuta compellendus est, rem ipsi domino restituere, antequam audiatur super dominio.

71 Caducitas, & priuatio dominii, nullo modo potest conuenire simplici conductori, sed potius emphyteutæ.

73 Emphyteusi, vel feudo aperto, dum emphyteuta, vel vassallus, aut eius hæredes, resistunt, vel contradicunt restitutioni, dicuntur dominum spoliare.

Vel

Vel impedire in consequenda naturali possessione, ratione suæ ciuilis, quæ semper apud eum remãsit.
74 *L. si quis conductionis. C. locat. habet etiam locum in feudalibus.*
75 *Domino competit remedium l. si quis conductionis. C. locat. non tantum, quando vasallus est priuatus feudo per sententiam.*
Verũ etiam eo casu, quo ipso iure feudo est priuatus.
76 *Condicere regulariter nemo potest rem suam, sed hoc est verum respectu dominii, nõ autẽ possessionis.*
77 *Vasallus, qui propter delictum, vel feloniam ipso iure feudo priuatus est, loco prædonis habetur.*
78 *Dominus potest rem suã cõdicere à fure, & prædone.*
79 *Domino directo, post lineam finitam, si denegetur ingressus in emphyteusi, cum dicatur spoliatus, bene potest resistentes expellere, vt suam ciuilem possessionem tueatur.*
80 *Locatoribus, dominis directis &c. longè vtilius est pro recuperatione rerum suarum intentare condictionem ex l. si quis conductionis. C. locat. quam quodlibet aliud remedium. & quare nu. 81.*
82 *Dominii exceptio, opposita inuestienti dum est clara, ac notoria, est valens ad repellendum eum ab agendo, & vide num. 91. & 93.*
83 *Exceptio notoria de non iure agentis, admittitur etiam in iudicio recuperandæ, vel reintegrandæ, ac adipiscendæ possessionis, num. 84.*
85 *Exceptio incontinenti probanda admittitur etiam aduersus executionem sententiæ.*
86 *Exceptio incontinenti probanda impedit quoque remedium l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.*
87 *Proprietatis exceptio dum clara est, admittitur quoque in summariissimo iudicio manutentionis.*
In Manutentionis summariissimo iudicio admittitur exceptio proprietatis, si perimat ipsam possessionem, num. 87.
88 *Exceptiones incontinenti probatæ, vel probandæ, admittuntur in quolibet iudicio quantumuis summario, & executiuo.*
89 *Exceptio nulla, si statutum disponeret, vt in certo casu non admitteretur, nullatenus censetur sublata ea, quæ incontinenti offertur probari.*
90 *Exceptio incontinenti probata, admittitur, vbi alias non esset admittenda.*
92 *Possessio, quando lex iubet vt prius restituatur, ac postea cognoscatur super proprietate, tunc Iudex non debet audire reum super exceptione dominii, & quid si probatio sit subitanea, num. 93.*
94 *Spoliatori ante restitutionem denegatur audientia, etiamsi incontinenti velit docere de iure sui dominii. declara vt num. 96.*
Spoliantes, quia legibus non parum sunt exosi, cũ ausi sint propria manu ius sibi dicere, ideo ante restitutionem irremissibiliter non audiũtur, n. 94.
95 *Spolium, quando est commissum cum violentia, tunc spolianti clausa est omnis via, ac Iudex pro eo omnino est surdus, si velit opponere aliquam exceptionem, quantumuis incontinenti probandã.*
Possessio, casu quo, absque violentia, & vitio ad manus alicuius deuenit, qui & si vti spoliator conueniatur, tamen non dicitur verè, sed fictè spoliator. num. 95.
Circuitus etiam inutiles in spolio admittuntur, & quando num. 95.
96 *Spolium non potest dici violentum, quando nulla vis illata fuit, neque metus, non fractura commissa, nec actus alius hostilis perpetratus.*
97 *Spoliator fictus auditur opponendo exceptionem dominij incontinenti probandam.*
Spoliator fictus ius propria manu sibi non dixit, & sic legibus non est odiosus, num. 97.
98 *Remedium l. si quis conductionis. C. locat. non competit contra tertios possessores.*
99 *Condictiones, cum sint actiones personales, non dantur contra tertium possessorem.*
100 *Actiones personales non competunt contra tertios possessores.*
Quod procedit, etiamsi illa obligatio, ex qua actio personalis descendit, sit contracta habito respectu ad rem, quæ apud tertium possessorem reperitur.
101 *Locator non tenetur probare dominium in terminis l. si quis conductionis. C. locat.*
102 *ad Locationis, & conductionis effectum vltra rem, & consensũ requiritur certa conuẽta merces.*
103 *Remedium l. si quis conductionis. C. locat. cessat, quando non fuit probata locatio.*
104 *Sententia absolutoria ab obseruatione iudicij cõtra actorem, fertur quando actio intentata non competit.*

DECISIO CCCCXX.

HÆC domus fuit locata à Custodibus Vẽn Archiconfraternitatis Confalonis de Vrbe vsque de anno 1531. Magdalenæ ad vitam ipsius, & suorum filiorum, & nepotum legitimorum, & naturaliũ per directam lineam descendentium masculorum tantum; Mortua Magdalena, & successiuè Roccho eius filio, relicta Anna, & sororibus filiabus Rocchi, & introducta causa contra Confraternitatem cuius ministri possessionem domus tanquam deuolutæ per mortem Rocchi acceperant, fuit dubitatum, an dictis sororibus esset dandum mandatum de manutenendo, vel de reintegrando ad possessionem dictæ domus; & post varias propositiones Domini censuerunt ijs esse dandum mandatum de manutenẽdo.

Quia in primis de possessione sororum de tempore motæ litis constat ex testibus de nouo examinatis,
1 qui deponunt de aditione hæreditatis paternæ † per dictas sorores facta, & de exactione pensionũ à conductoribus, vt dicit primus testis super secundo articulo, & secundus super tertio, de requisitione facta
2 pro pensionibus ab Inquilino domus, de qua † agitur, qui obtulit se soluturum, dummodo reaptaretur granarium ab Inquilino, & excomputare pensiones cum dicta impensa, & reddunt bonam rationem
3 scientiæ; quia † viderunt, & fuerunt præsentes, vnde sequitur, vt possessori tempore litis motæ non possit denegari manutentio, *§. hodie instit. de interd.*

Præterea hic adest statutum Vrbis cap 147. lib. 1.
4 de † continuanda possessione in suum hæredem, vnde cum obierit Rocchus, qui possidebat dictam domum, relictis istis fœminis suis filiabus legitimis, & naturalibus, vt probant testes nunc, & alias dati;
5 † Vtique eis ex d. statuto non potest denegari manutentio, cum talis possessio vigore statuti sit manutenibilis, *Gabr. de acq. poss. conclus. 7. nu. 3. & 6. Hond. cons. 18. 15. 21. & 31. lib. 2. alter Gabr. cons. 36. n. 12. lib. 1. Menoch. de retinen. rem. 3. nu. 59. Tiraq. tract. le mort. saisit. 5. par. declarat. 7.* & in terminis statuti Vrbis *fuit dictum in Romana hæreditatis 31. Maij 1613. coram me,* & cauetur in ipso statuto, vt fuit consideratum *in Signina bonorũ 22. Iunij 1615.*

coram

6 *coram bon.mem.Andrea*, & siue statutum † requirat
aditionem, seu immissionem, *vt in illa Romana de Fuschis coram R.P.D. meo Pirouano*, siue non. Sed
statutum statim operetur effectum suum transferē-
7 di, † & continuandi possessionem in suum hæredem,
vt inclinauit *Rota in d.Romana hæreditatis coram D.Andrea*, hic cessat difficultas ex dictis testibus
8 nouiter examinatis, qui probant, filias † Rocchi statim se immiscuisse eius hæreditati. Et ideo non obstat possessio postea capta per Confraternitatem.
Quia cum nō esset vacua, sed reperiretur penes istas
mulieres, illa tanquam posterior non attenditur, sed
9 † præsumitur clandestina, & turbatiua, præsertim ijs
non citatis prout requirebatur, *cap. licet Episcopus, vbi Doct.de præb.in 6. l.fin.C.si per vim, Cassad.decis.1.num.7.de restit.spol.Rot.decis.106.nu.2.par.1.recent.& in Pampilonen.beneficij 6.Februar. 1615.coram me.*

Non obstat, quod dictum statutum non habeat lo-
10 cum † in iure personali, quale est istud emphyteuticum, *l.hæres in omne, vbi glos. ff.de acquir. hæredit. Cuman.cons.173. in fin. Rub.Alexandrin. cons.121. num.2. Ias.cons.152. in princ. lib.4. Gabr.de acquir. possess.conclus.vlt.num.13.& fuit resolutum in causa Imolen.bonorum 10.Aprilis 1591.coram bon.me. Card.Pamphilio, & in causa Mediolanen. bonorum 18.Martij 1598. coram Illustriss. Card.Millino, & in Romana vineæ 13.Martij 1606.coram bon.mem. Penia, & in Romana de Lucatellis 30. Octob.1609. coram R.P.D. meo nunc Decano, quæ est decis.263. num.2. par.2 recent.* & proinde possessionem, quæ
11 erat in Roccho vti masculo comprehenso in † inuestitura, non fuisse translatam in eius filias virtute statuti, tanquam fœminas, & sic non capaces dictæ
inuestituræ.
12 Quia negabatur fœminas † nō esse capaces, *Clar. in §.emphyteusis, quæst 32.num.1.& Surd.decis.95. num.14.* & in casu nostro concessio cantat ad fauorem Magdalenæ, & suorum filiorum, & nepotum.
13 Vnde † cum istæ sorores sint neptes ex Roccho filio, sequitur, quod duret concessio.
14 Nec videbatur obstare, † quod videatur facta concessio pro nepotibus masculis tantum; quia non est
verum, sed est facta ad vitam Magdalenæ, & suorum
filiorum, & nepotum legitimorum, & naturalium
per directam lineam descendentium masculorum
15 tantum, quo casu † non est ita clarum, quod fœminæ descendentes ex masculis, prout in casu nostro,
non sint comprehensæ, vt constat ex tradit. per *Peregr.de fideicom.art.26.num.23.& seqq. Card.Mantic.de tacit.lib.22.tit.14. num.27.* immo quando dictum est de descendentibus per virilem sexum, quod
16 † fœmina comprehendatur, dummodo descendat à
masculo tenet idem *Peregr.d.tit.26. num.23. & numer.25.* & infra post *Alex.cons.43.nu.6. lib.3.* quod
est repetitum *cons.53 lib.6.* concludit distinguen.,
17 quod aut agitur † de filia recipientis, & hæc non sit
de descendentibus per lineam masculinam, quia est
principium, & caput lineæ fœmininæ.

Aut agitur de filia nata ex filio recipientis, vt hic
& hæc dicatur de descendentibus per lineam mascu-
18 linam, † quam distinctionem à pluribus approbatā
sequitur *Peregr. vbi supra num.29.* Et tanto magis
19 cum hic primus acquirens † fuerit fœmina, vnde
conijcitur contrahētes respexisse etiam ad fœminas
descendentes ex masculis, *Rolan.cons.76.nu.6.lib.3.*
Benint.decis.52.num.1. vers.contrarium tamen, Vinc.de Franch.decis.30.sub num.1. Mantic.dicto
20 *tit 14.num.25.* & saltem † negari non potest; quin
caducitas, & deuolutio ob mortem Rocchi esset turbida ex prædictis, & sic non potuerit Confraternitas
capere possessionem non citatis istis sororibus in
21 possessione existen. † & quod interim ijs sit danda
manutentio, vt in similibus terminis fuit resolutum
in Ariminen.deuolutionis bonorum 27. Iunij 1608. coram Illustriss.Sacrato.

Nec facit, quod finita emphyteusi detur manu-
22 tētio Domino directo vigore † possessionis ciuilis ad
effectum recuperandi naturalem existentem penes
A hæredes vltimo loco inuestitos, A *Bero.cons.102.numer.43.& seqq. lib.1. Honded.cons.21. nu.19.lib.2. fuit dictum in Mantuana bonorum 14. Maij 1612. coram me.* Quia hic negatur fuisse emphyteusim finitam, vel saltem non est ita clarum, vt dictum est,
23 quo † casu hæredi vltimi grauati datur manutentio,
si possessionem cœpit, *vt in d.Ariminen.bonorum 27.Iunij 1608.& in eadem causa 16.Februar.1609. coram Illustriss Sacrato, Corn.cons.193.nu.3.lib.3. Gabr.cons.67.num.17.lib.2.fuit dictum in causa Bononien.de Carnalibus 11.Ianuarij 1602. coram bo. me.Card.Pamphilio.*

Non obstat, quod sorores consenserint disputari
24 super petitorio, quia nihilominus † petitoriū potuit
suspendi in quacumque parte iudicij, prout factum
fuit, *Clem.1. de caus. poss. & propr. Rot. decis.115. num.5.par.1. in recent.*

Non obstat locatio facta de hac domo per Con-
25 fraternitatem cuidam Marco, quia † tanquam facta
lite pendente est potius attētata, nec attenden. Rota in similibus terminis *decis.74. in princ. & decis. 124.num.2 par.1.in recent.*

Nec etiam facit, qnod sorores petierunt, & habuerunt à Confraternitate de mandato Iudicis non-
26 nullas pecuniarum quantitates pro alimentis, † &
sumptibus litis, ex quo inferebant informātes, quod
se habuerint pro spoliatis; maximè cum petierint se
reintegrari; quia quoad primum illud fuit vigore
27 eiusdem contractus inuestituræ, † in quo societas
promisit litem aliquam non inferri, super domo, quinimo omnem litem super ea mouendam in se suscipere, & prosequi vsque ad finem proprijs sumptibus,
& expensis.

Quo vero ad secundū petitio reintegrationis non
28 concludit necessario, † quod petens se habuerit pro
spoliato, & in casu nostro sorores petierunt etiam
se manuteneri, & hoc intelligitur respectu ciuilis
possessionis, quæ animo retinetur, reintegratio vero
29 respectu naturalis † quatenus illa fuerit amissa, iuxta *decis.Put.419.lib.2.* & sæpè censuit Rot.& signāter *in Romana domorum 24.Februarij 1612.coram*
30 *me.* Et aliàs ciuilis † sola sufficiat pro manutentione,
Menoch.de retinen.remed.3.num.23.& 26. Rota decis.19.num.12.par.2.diuers. & sæpè aliàs.

Nec demum obstat, quod non probetur descendentia Rocchi à Magdalena, quia ad effectum pos-
31 sessorij vigore statuti, sufficit probasse, † quod domus fuerit possessa à Roccho, & quod filiæ adiuerint
eius hæreditatem ex supradictis. Et probatio exacta descendentiæ respicit petitorium, pro qua tamen facit actus possessionis captæ nomine societatis cum enunciatiua deuolutionis per obitum Roc-
32 chi, † quæ non verificaretur, nisi Rocchus fuisset filius

lius Magdalenæ primæ acquirentis, & sic compre-
hensus in inuestitura.

Et accedunt solutiones pensionum factæ à Roc-
cho vti filio, & hærede Magdalenæ cum quietantijs
factis per exactorem societatis per plurimos annos.
33 Et demum † testamentum Magdalenæ, in quo insti-
tuit hæredem Rocchum eius filium, quæ institutio
34 tanquam actus proportionatus † valde facit ad pro-
ban. filiationem, *Ruin.cons.53 num.6. & seq. lib.5.*
vt sæpè censuit Rota, & signanter in Baren. benefi-
cii 1.Iulii 1611. coram me. Et quicquid ex aduerso
dicatur, testamentum fuit in actis productum die
26. Ianuarij præteriti. Et ita fuit decisum.

ANNOTATIO.

A. 35 EMPHYTEVSIS enim, quando est aperta, tūc
possessio ciuilis † Domini directi statim ad se
trahit, & absorbet possessionem naturalem, & vtra-
que connectitur in proprietario, iuxta *doctrinam*
Bald.in l.1. num.38.vers.& nota., quod tenetur ff.de
rer.diuis.& in l.clam possidere. §. qui ad nundinas.
num 73.vers.adde secus. ff. de acquir. possess. Scader.
de feud.par.3. cap.2. num.14. vers.præterea. Reue-
rendiss.D Argel.in tractat.de legitim.cōtradict.q:16.
art.1.num.12.& 13. dominiumq. vtile, cum directo
36 consolidatur, ac † confunditur, *Bald. in cap.qua in*
Ecclesiarū col.7. de constitut. Barbat.in cap.ex par-
te.de feud. Boer. quæst.172. num.13. Laores. in l.fi-
liusfamilias. §.diui. ff. de legat.1.ante nu.174.& seq.
Valasc.de iur.emphyteu.quæst.18.num.9 Tellius in
37 *l.16.Tauri num.63.* intelligens hanc † solidationem
fieri ipso iure, nec domini directi scientiam exigere,
& est in huius traditionis confirmationem *glos in l si*
hæres 70.in verb directè. ff. ad Trebell. cuius ad id
meminit *Aretin. in l. qui absenti. §.1. ff. de acquir.*
possess comprobans ex eo, quod in simili scriptum
38 est in *§. finitur instit. de vsufruct.* vbi † vsusfru-
ctus finitus statim consolidatur cum proprietate,
quare idem respondendum censet in emphyteusi,
39 † prout Iuris consultus per argumentum à contra-
rio sensu, probat in *l.fin. ff. si ager. vectigal.*

Idemq. procedit in feudalibus, nam aperto feudo
40 illud statim potest auferri detentori, & si † vassallus
includat ostia, dominus poterit ea aperire, *In-*
nocent.in cap.1.de immunit.Eccles.cum alijs relatis
per Rosental.de feud.cap.7.conclus.23.num.2. in fin.
et conclus.60.num.13. vers.quo casu. Et sicuti domi-
nus directus post apertam emphyteusim ratione suę
41 † ciuilis possessionis potest petere, & obtinere ma-
nutentionem respectu naturalis, *Bart.in l.1.§.vltim.*
ff.vti possidet Natt. cons.419.num.3. Menoch.consil.
139.num.16.& 21.lib.2. Castill.de vsufruct. cap.61.
nu.7.Cassan.in consuetud. Burgund.titul. de success
§.1.num.7.vers.plus dico. Menoch.de retinend. rem.
3.num.22.Ioseph.Ludouic.decis.Perus.17.nu.9.Va-
lasc.de iure emphyt.lib.1. quæst.18. num.8. Cald.de
emphyteut.quæst.78.num.2. ac pluries dixit, & spe-
ciatim in præsenti decisione num.22. ac in Ciuitatis
Castelli bonorum 8.Nouemb.1589.coram rec.mem.
Cardin.Pamphilio. in Ciuitatis Castellanæ iuris pa-
scendi, & lignandi 14.Martii 1601.coram bo.mem.
Card.Mellino. in Ariminen.bonorum 16. Februarii
1609.coram bo.me. Card.Sacrato. in Romana deuo-
lutionis 18 Aprilis 1616.coram bon.mem.Andrea.in
Colimbrien. prædii 14. Maii 1618. coram bo.me. Re-
uerendiss. Archiepiscopo Dunozetto, est supra in hoc
Tomo decis.21.n.3.in Assisien.bonorum 2.Iun.1627.
coram bo.me. Card. Virili. in Regien. bonorum 15.
Mart.1630.coram bo.me. Coccino, sūt decisiones 79
nu.3. & 359. num.1. infra par.5. recent. aliàs to.1.
à me select. & nuper fuit responsum in causa Por-
tuen. spolii 27.Aprilis 1640.§.tertio responsum fuit.
vers.quinimò ratione solius ciuilis, &c. & in eadem
causa 10.Iunii 1641. §.tertium.quia sicuti.vers.ra-
tione suæ ciuilis possessionis &c.coram Eminentiss.&
Reuerendiss.D.Card.Panzirolo.

Ita pari ratione eidē aduersus nolentem emphy-
42 teusim † restituere competit remedium reintegra-
torium in vim *l. si quis conductionis. C.locat.* in quo
per hæc verba disponitur. *Si quis conductionis titu-*
lo agrum, vel aliam quācumque rem accepit, posses-
43 *sionem prius † restituere debet, & tunc de proprie-*
tate litigare &c. Qui text.egregius, ac notandus est
& secundum *Argel.ibi ante num.1.* est non parum
44 singularis, ac ideo aduertit, si locator timet, ne quæ-
stio dominij sibi refricetur, vt in libello exprimatur,
quod intentat condictionem ex hac lege. *Et Ca-*
stren. in l.qui rem. num.3 ff. deposit. asserit, quod si
aliquis agit vtili condictione *ex d. l. si quis condu-*
45 *ctionis*, tunc † non potest illi obijci exceptio proprij
dominij, quia agitur possessorio restituendæ, in
quo non admittitur exceptio proprietatis, etiam si
46 excipiens paratus esset de ea docere, ex quo † ante
omnia restituēdus est spoliatus, postposita omni ex-
ceptione, & cognitione super meritis, *text.in cap.in*
litteris, & in cap.conquærente.de restit. spoliat. in
l si coloni. C.de agric.& censit. lib.10. in l.1.§.1. ff.
de vi, & vi arm. & ibi glos. in verb. ad recuperan-
dum. & est text. in l. si quis ad se fundum. C. ad l.
Iul.de vi public. Bald. in l.conquærente. de restitut.
spoliat.Surd.cons.28.num.31.& cons.66.num.5.Ci-
riac.controuers.389.num.15.& 18.Rota decis.3.nu-
mer.1 in fin. & ibi Papazon.num.6. de restitut.spo-
liat.in nou.Caputaquen.decis.260. num.5.par.2. de-
cis.537.num.5.par.1.decis.741. num.5.par.2. decis.
515.num.1.par.3 decis.58. num.1. par.4.recent. &
fuit dictum coram bon.mem.Card.Seraph.decis.983
num.7.et coram bon.mem.Card.Caualer. decis.384.
47 *num.6.* quia in iudicio spolij non habet † locum tri-
ta illa regula, dolo petis, quod statim restiturus
es, *Peregr.cons.2.num.62.lib.1. Ciriac.d.controuers.*
389.num.16. Andr. Gaill. obseruat. Imperial. lib.2.
obseruat.75.num.4.vers.locum non habet regula do-
lo facit &c. respondítq. Rota *in Romana spolii 9.Iu-*
nii, et 10.Decembris coram rec.mem. Merlino. in
Assisien. spolii 26.Iunii 1613.coram bon.mem. Du-
nozett. in Imolen.spolij 31. Martii 1618. coram bo.
mem.Card.Virili, idem fuit tentum coram bo.mem.
Card.Seraph.decis.304.num.1. coram bo.mem. Coc-
cino decis.97.num.2.coram bon.mem. Buratto decis.
731.num.1. et 2. coram san mem.Gregor XV. decis.
105.num.10. et recentius coram R.P.D. *meo* Rojas
in causa Perusina spolii 18. Iunii 1642. §. quæ de-
mum.vers.contra agentem spolio, nec admittitur re-
plicatio dolo petis etc. et nuper corā R.P.D. *meo Bi-*
cho in causa Lauretana domus 10. Iunij 1644. §.
non obstat. vers.quia in iudicio spolij non habet lo-
48 *cum etc.* & in puncto locatoris agentis † contra lo-
catorem remedio *d.l. si quis conductionis*, assentiūt
Bart.in l.non ab re num.1.ante med.vers.certè glos.
dicit verum, et num. 4. C.vnde. Felin. in cap. inter
dilectos.num.22.post med.vers.vbi autem locator. ff

de fid.instrum. Purpur.in l.2.nu.21.et 22. ff.si cert.
pet.et est opinio Dec. in cons.20. num.3. paulò post
med.vers.& secundum Angelum . Neuiz. consil.37.
num.21.in fin. Valasc.decis.42.num.2. vers. condu-
ctor egit vigore l.si quis conductionis , &c. & quod
ista sit communis, verior ac magis communis opi-
nio , testatur Viu. in sylua commun. opin. in verb.
Conductor lib.1.opin.135. incip. Conductor ante te-
netur restituere, & pluries ponderauit Rota, & po-
tissimum in causa Bononien.euacuationis domus 10.
Nouembris 1628.coram bo.me. Reuerendiss. Merli-
no, §.Regula est;vers.nec dominij quæstionem valet
refricare , vbi etiam ampliat id procedere , vt nec
quæstio dominij possit per hæredem conductoris cõ-
tra hæredem locatoris refricari.

Et licet prima facie id hoc casu nihil releuare
videatur, cum remedium d.l.si quis conductionis. lo-
49 quatur , quando quæstio † est inter locatorem , &
conductorem , non autem contra singulares succes-
sores, iuxta text.in l.1. §.si hæres. ff. ad Trebell. &
in l.fin.§.fin.ff.de contrah.empt.

Nihilominus aduertendum est remedium d. l. si
quis conductionis, non restringi tantum in casu , de
50 quo ibi agitur,cum secundùm † veriorem , & magis
communem opinionem competit aduersùs omnes
habentes causam ab agente , vt affirmarunt Angel.
in d.l.num.1.vers.quod dicitur. Felin. in cap.inter
dilectos num.2.vers.& hoc habet. extr. de fid. instr.
Purpurat.in l.2.nu.22.vers. locum habente, ff.si cert.
pet.Dec.consil.28.num. 3.vers.Nam illa.Neuiz.cons.
37.num.22. Marant.in specul.par.4.distinct.7. in
princ.num.49. vers.sed vtilis. Nicol. Bellon. supput.
iur.lib.4.titul.6.num.2.post med. vers. nam illa . &
censuit Rota coram bo.me.Card. Mantic. decis.237.
num.4. & coram bo. me. Card. Caualer. decis. 171.
num. 2. in quibus apertè dicitur , quod dispositio d.
51 textus non solùm habet locum † in Conductore ,
sed etiam in quolibet recognoscente , & recipiente
rem ab alio cum onere restituendi , vt notat. in cap.
dilectus de fid.instr.Aym.consil.157.num 2. Guidop.
consil.49.in fin.Contard.in l.vnic.in 75. ampliat. C.
si de moment. possess.fuer. appell. ac prædicta lex vin-
dicat sibi quoque locum contra hæredem eius , qui
52 non accepit cum obligatione † restituendi,vt scribit
Cagnol.in l.pignus num.5.ff.de reg.iur. Cephal.in
consil.47.num.40. & annuit Rota coram Card.Mã-
tic.decis.237.num.6.vers. quod locum etiam habet in
hærede eius,qui rem accepit cum onere restituendi.

Et quod condictio ex d.l.si quis conductionis , ha-
53 beat locum in commodato , deposito , † præcario ,
omnibusque contractibus , ex quibus oritur obliga-
tio rem restitui , ac contra omnes illos , qui rem ali
quam alieno nomine possident , nec iustam causam
retinendi habent est glos.1.in d.l.si quis conductionis,
et ibi Salic.circa finẽ.et Card. Paris.in addit.ad Bart.
C.locat.& conduct.Bart.& Paul.de Castr.in l.cõmo-
dare 15.ff.cõmodat.idem Paul de Castr.in l.qui rem
15.ff.deposit. Bart.& Alex.in l.qui rem alienã 15. ff.
solut.matr.Cagnol.in l.pignus 45.n.8.ff.de regul.iur.

Nec est dicendum, quod d.l.si quis conductionis .
non procedat in casu nostro, nempe in emphyteota,
54 ea ratione,† quia sibi,& non Domino possidet,quia
si conductor finito tẽpore restituere recuset , spolia-
re dicitur , l.conductores. C.locat.l.non ab re. C.vn-
de in l.colonus,& l.cum fundum.ff de vi, & vi arm.
l.qui possidere, §.qui ad nundinas. ff. de acquir. pos-
55 sess. non autem emphyteota,qui ratione † vtilis do-
minij sibi naturaliter possidet , vt per Angel. in d.l.
fin.Dec.consil.28.num.3.& consil.56 sub num.4.Ce-
56 phal.cons.47.num.40 lib.1. Nam † animaduertendũ
venit,quod regulariter in emphyteusi , dominium
vtile,& naturalis possessio subalternantur directo do-
minio,& ciuili possessioni,ac non transferuntur, nisi
limitatim ad certum tempus,quo pendente emphy-
teuta, non possidet, nisi cum illa qualitate,& condi-
tione huius limitatæ conditionis . Vnde aperta em-
57 phyteusi, necesse est, vt desinat † possidere , nam
& ipse recipiens non intendit accipere,vel retinere
58 possessionem,vltra tempus concessionis , † & sic li-
mitata concessio , & limitata possessio limitatum
producit effectum. l.in agris.ff. de acquir.rer.domin.

Nec obstat,quod tradit Bald.in tract.de pac.Con-
stant.in vers.pactiones,in fin. vbi ait, licet dominium
59 vtile emphyteutæ,† aliquo casu , ipso iure reuerta-
tur ad Dominum directum , tamen quoad possessio-
nem nullus perdit,nisi eijciatur foras . Vnde idem
60 Bald.in addit.ad Specul.tit.de locat.col.2.ait,† em-
phyteutam non cadere ipso iure à possessione natu-
rali,licet cadat ab ipsa emphyteusi . Quoniam Bald.
61 intelligi debet, seu loquitur non quando † census,
vel emphyteusis naturali fine suo finitur, sed cum
aliàs per delictum, vel per culpam amittitur , nam
62 isto casu caducitas incurritur,† quatenus Dominus
directus velit,& ideo requiritur declaratio, vt præ-
cedat. Bart.in l.2.num.7. C.de iure emphyt. quem
Doctores communiter sequuntur , vt dicit Paris.in
consil.108.num.33.lib. 1. communem quoque dicit
Riminald.iun.in consil 94.num.16.Io.de Anan. con-
sil.84.in princ.Ias.qui etiam de communi in l.2.nu.
10.de iur.emphyt.Bec.cons.146. col.3. Cassador. de-
63 cis.2.& 3.de locat. & sine † declaratione non potest
dici res caducata. Alex.consil.82.num.3.lib.7. Clar.
in §.Emphyteusis. q.9.in princip. vbi de communi.

Itaque quando Dominus directus in eius vita
64 † nullatenus acceptauit caducitatem,censetur illam
remisisse,ita vt illius hæredes non possunt acceptare
eam, arg.leg.fin.C.de reuoc. donat. sic in puncto di-
cunt Bald.in auth.qui rem col.fin. C. de Sacrosanct.
Eccles. ibi inquit , quod priuatio emphyteusis pro-
pter culpam emphyteutæ puta non soluendo cano-
nem,non est in facto esse,sed in potentia fieri .glos.in
l.omni modo, in verb.non licebit. C.de inofficios. te-
stam. & ibi Castren. ante fin. num. 5. vbi declarat
d.glos.& Salicet.num.6. & videtur quoque text.cla-
rus in l.fin.C.de reuocand. donat. & pluribus relatis
assentiunt Sebastian. Medic. in tract. Mors omnia
soluit.par.2.concl.100.num.279. Corbul. de iur.em-
phyt.caus.15.priuat.ampl.45. nu.17. & seq Caldas
de extinct. emphyt.cap.19. num.24. & in quæst.fo-
rens.cap.20.num.51. Barbosa in l.2.par.1.num.136.
ff.solut. matrim. & in l.si quis intentione ambigua.
num. 72. de iudic. Card. Mantic. de tacit. & ambig.
lib.2.titul. 27. num.34. Gaspar Rodriquez de ann.
reddit.lib.3.quæst.7.num.67 Gonz. ad regul. octau.
Cancellar glos.56.nu.53.Menoch.consil.155.nu.17.
lib.1. Hippolit.de Marsil.in l.vnic. nu.63.C.de rapt.
virg.Rip.in d.l.fin.num.206.C. de reuocand. donat.
Tellius Fernandez in l. Tauri 4. num. 53. & seqq.
vbi dicit hoc procedere etiam stante pacto, vt in casu
culpæ incurratur caducitas. Paris.in cons.108.num.
33.lib.1. Afflict.in cap.1.§.porro num.38. titul. quæ
fuit prima causa. Curt.de feud.4.part. num.156.qui
de

de communi testatur, ac respondet contrarijs *Tob. Non.consil.2.num.50. & seq. Bursat. consil 91. sub num.5.* vbi de communi testatur *lib.1. & pluries respondit Rota*, & præsertim *in causa Romana prætensæ deuolutionis 18.Februarij 1636.coram Reuerediss.P.D meo Dunozetto Decano §. secundo considerabant Domini*, & quam decisionem deinde secuta est *Rota in causa Mantuana Feudi 17.Iunij 1641. coram R.P.D.meo Rojas*.

Ita quoque in diuersis alijs supremis Orbis Tribunalibus fuit indubitanter iudicatum, ac specialiter in Camera Imperiali, *teste Ioach. Mynsig. obseruat. Imperial. centur. 3. obseruat. 97. num. 1.* in Regno Franciæ, *affirmante Guidopap.decis.214. num.4.* In Senatu Lusitano, vt scribit *Anton. de Gamma decis. 17.num.2.* in Senatu Mantuano, *apud Io.Petr.Surd. decis.57.num.12.& decis.194 num.7.* in Rota Bononien. *vt videre est apud Petr. Benintend. decis. 37. num. 15. & apud Barz. decis.50.* in Senatu Pedemontano, *vt refert Octauian. ab Osasch. decis. 39. num.11.& seq.* in Rota Lucensi, *secundum Franciscum Merlinum decis.30. num.2.* in Rota Florentina *asserente Hieronym.Magon.decis.70.num.1. & seq.* & in Foro Fiuizanen. *teste Borg. Caual. decis. 31.num.130.par.2.* Mortuo enim aliquo, eius quoque voluntas extinguitur, nec potest amplius dici pœnitere, cum in eo extinguantur organa sensitiua, *est bonus text.in l.4.ff. locat.*

Quando verò sumus in casu, prout est iste de quo loquimur, veluti si emphyteusis caducetur, quia linea est finita, & tunc absque alia declaratione hu-
65 iusmodi † extinctio fit, ac consolidatio absoluta ipso iure intrat, nec à Domini directi voluntate id pendet, *vt optimè cum Speculatore consuluit Ias.in l.2. num.10.C. de iure emphyt. & latè scribit Caldas in tract.de emphyt.extinct. lib.4. cap. 16. num. 17.* vbi affirmat, se pluries vidisse simplicem colonum, & rei emphyteuticæ detentorem post finitam generationem ab hæredibus Domini directi conuentum, & allegantibus finitam esse generationem, obtinuisse tam in petitorio, quam in possessorio.

Sed redeundo in viam, inconcussum est apud Doctores condictionem quæ oritur ex *d. l. si quis conductionis, C.locat.* sibi vindicare locum, non tantum ad fauorem locatoris, sed quoque propitiatur Domino directo contra emphyteutam, vt optimis rationibus, ac validis fundamentis defendunt *Alberic. in l.non ab re. C.vnde vi. Bart.in l. legata inutilia, ff. de adempt. leg. Clar.in §. emphyteusis q.25. in princ. Corbul.de iur.emphyteut. in princ. num. 2. Carocc. de Locato par.6.remed.14.num.4.& 5. Valasc. de iur.emphyt. q.18. num.17. post med. vers. quamuis.*
66 subdens huiusmodi † opinionem tenendam pro cōmuni vtilitate, ne emphyteutæ Domino ex facto suo queant præiudicium inferre, quandoquidem, & ipse *Bart in d.l.legata inutilia num. 2. vers. nam si quidem*, loquitur in contractu emphyteutico, dum
67 dicit, † quod si Ecclesia agat actione personali ex cōtractu emphyteutico, non potest illi inferri quæstio dominij, iuxta dispositionem *d. l. si quis conductionis. Paris.in addit.ad Bart. in d. l.si quis conductionis in littera A. post med.* ibi, Item nota, quod ista
68 regula procedit etiam in † emphyteuta. *Bald.consil. 77.num. 4. vers. si emphyteuta lib.3. Bursat.consil. 330.num.30. & seq. lib. 3.* qui loquitur aduersus colonos perpetuos Monasterij Sancti Benedicti de Padolirone in agro Mantuano. *Florian.cons.1.nu.2. & 13.vers.addo*, vbi apparet loqui in simili contractu emphyteutico. *Card.Mantic.de tacit.& ambig. lib.22.tit.31.num.6.* vbi respondendo obiecto, quod
69 Ecclesia potuit † concedere in emphyteusim rem alienam, replicat, quod is, qui ab Ecclesia conduxit non potest referre quæstionem dominij, *per text.in l. si quis conductionis.* & quod ita videtur sentire *Speculator de locat.§.nunc aliqua num.82. Practic. Papien.in forma libelli, quo agitur ad ficti præstationem, verb.super solutione, sub num. 5. vers. imo*
70 *compellendus*, dicens, quod emphyteuta est† compellendus, rem ipsi Domino restituere antequam audiatur super dominio, & hoc vigore *d. l.si quis cōductionis. Scrader de feud.2.par.9.part.principal. sect.9.num.26.Dec.in d.cons.28 num.3.vers. & in proposito,& num.4.& 6.vers.sed hic.* quem constat loqui in terminis emphyteusis, supponit in eodem libello, allegatam fuisse caducitatem, & priua-
71 tionem dominij, † quod nulla ratione potest conuenire simplici conductori, sed potius emphyteutæ. *Ioseph.Ludouic.decis.Lucen.9.num.25.& seq.* hancq. opinionem laudauit *Rota in causa Ariminen bonorum 4.Februarij 1611.coram bo.me. Cardin. Marquemontio, est decis 325. num.5. par.3. recent. quæ decisio cum quoque reperiatur impressa in par.1. rec. decis.290. ideo in d.3.part.eam decisionem 325.reijci ad replicatam in d.1.par. vbi quoque annotaui, quod perperam in d.decis.sub num.9. addita fuit particula (non) vt ibi videre est.* prædictam quoque opinionem retinuit *Rota in causa Assisien. bonorum 2.Iunij 1627.coram bo.me.Card.Virili, quam decisionem retuli infra in par.5.recent.decis 79. nu.8. ac melius in causa Portuen.Stagni 27. Aprilis 1640. coram Eminentiss.& Reuerendiss D. Card. Panzirolo, quæ decisio fuit postea confirmata sub die 10.Iunij 1641. coram eodem.* Vbi etiam habetur, quod sicuti finita locatione per condictionem *d. l.si quis conductionis.*
72 locator repetit rem suam † locatam à conductore, vel ab hæredibus, & iste resistendo videtur locatorē spoliare, atque ideo aduersùs hunc spoliatorem datur prædictum remedium restitutorium, eadem prorsus ratione aperta emphyteusi, vel feudo Domino
73 directo si emphyteuta, †vel vassallus, vel ab eis causam habentes resistunt, vel contradicunt, denegando rei emphyteuticæ, vel feudalis restitutionem dicuntur Dominum spoliare, vel impedire in consequenda naturali possessione ratione suæ Ciuilis, quæ semper apud ipsum remansit, ideoque præcisè est compellendus restituere prius quam audiatur super prætenso dominio, vt in specie ponderat *Pract. Papien. in form. libell. quo agitur ad ficti præstat. verb. super solutione sub num. 5. vers. imo compellendus.*

Insuper, quod remedium *d. l.si quis conductionis*,
74 pariter sibi vsurpet locum in terminis † feudalibus, notant *Icob.de Beluis in cap.1.vers.prædictis modis, ibi, agi potest condictione ex l. si quis conductionis, quæ fuit prima causa benefic.amitt. Præposit. eodem titul.§.Item, qui Domino col.2. circa med. vers. vel condictione legis si quis conductionis. Bald. in cap.1. num.2.vers.item, quia prætendit causam ab eo titul. de controuers.inter Domin.& emptor.feud. Schrad. de feud.par.9.2.part. princip. sect.9. num.25. ac adhæsuit Rota in d. Portuen. Stagni 10. Iunij 1641. confirmata deinde die 16. Decembris eiusdem anni coram*

coram Eminentiss.D.Card.Panzirolo.

Ac condictio ex *dicta l.* descendens, Domino feudi contra vassallum competit, non tantum eo casu, quando vassallus est priuandus feudo per sententiam, verum etiam eo casu, quando vassallus est priuatus feudo ipso iure. Namque licet nemo regu-
75 lariter rem † suam condicere possit. *l. 1. §. fin. & ibi DD.ff.de triticar.cōdict. l.1.ff.vsusfruct.quemad. cau.§.sic itaque,& ibi Ias. & DD. Instit. de action.* attamen hoc est verum respectu dominis, secus au-
76 tem respectu possessionis, illo enim respectu† cuilibet rem suam propriam, etiam iure pleni dominij condicere permissum est. *l.2.& ibi glos.Bart.Paul. de Castr.ff.de condit.triticar. l.indebiti 15. §.sed si nummi,ff.de condit.indebit.Bart. & Doctores in l.si quis nec causam 4.§.res pignori. ff.si cert.pet. Ias.in §.sic itaq. num.34.Instit.de act.glos.1. in cap.1. de controuers.inter domin.& empt. feud.glos.fin. in l.si vmquam.C.de reuocand.donat.Schrader.de feud. d. par.92.part.princip. sect.9. num.27.* Insuper is vas-
77 sallus qui † propter delictum, vel felloniam ipso iure feudo priuatus est, loco prædonis habetur. *Bald. Aluar.& Præpositus in cap.1.§.sed nec est alia,quæ*
78 *fuit causa.* & clari iuris est, quod † Dominus potest rem suam propriam condicere à fure, & prædone. *l.fin.ff.quemadmod.vsusfruct.cau.cum simil.*nec non à quolibet malæ fidei possessore. *glos.in d.§.sic itaq. in verb.rem actio,& ibi Ias.num.36.& Angel.instit. de action.Ioannes de Imol.in l.scire debemus, §.fin. col.1.ff.de verb.obligat.* Et in terminis, vt Dominus
79 directus possit emphyteutam detentorem, † & resistentem expellere, in specie resoluit *Bald. in consil. 177. num.4. lib.3.* ac etiam Caldas *in tract. de emphyt.extinct. lib.4. cap. 17. num.20.* Crottus *in l.1. num.28.C.de acq.possess.* nec dissentiunt *glos. in cap.locati, in verb.expelli, de locat. & in l.2. in verb.repellere.C.de iur. emphyteot. & vtrobiq. DD. Aretin.* asserens communem *in l. clam possidere. §. fin. num. 12.ff. de acquir. possess. Alex. consil. 105. num.18.lib.3.& cons.117.num.11.lib.4. Dec.consil. 146.num.8.Gozadin.consil.86 num.9. Abb cons.67. num.2.lib.2.Corn.consil 271.num.2. lib.1. & consil. 193.eod.Crauet.consil.18.num.7. Cassador. decis.2. num. 1.vers.Dominum emphyteutam propria auctoritate expellere,&c. de locat. & conduct.* & fuit dictum *coram bo.me.Vbaldo in* Mantuana Bonorum, *est decis.409.num.7.vers.potuerit Dominus propria auctoritate apprehendere possessionem absque vitio spolij,&c.par.1.recent.* & nuper respondit *in d causa Portuen.spolij* 10. *Iunij* 1641. *coram Eminentiss. D.Card.Panzirolo. §.Quartum fundamentum,* ibi, *eo ipso quo Domino directo denegatur earum ingressus, dicitur spoliatus, & bene potest sic resistentes expellere,&c.* Quæ decisio loquitur, quando emphyteusis est aperta ob defectum lineæ inuestitæ, & ad-
80 ditur, ad hoc † optimè facere regulam, quod lapsus temporis lineæ finitæ habet vim renunciationis, per *text.in l.1.§.videndum. ff. de successor. edict. Surd. consil.97.num.24.& seq. Corbul.de caus. priuat. ob temp.finit.sub num. 8. Gratian. discept. forens. cap. 725. num.3.*

Sed ne deseram loqui in terminis supradictæ *l. si quis conductionis C. locat.* Nota, vt aduertunt plu-
81 res Doctores, quod bonum, ac insuper † vtile erit experiri condictione ex dicta l. descendēte, ac longe facilius, quàm agere rei vindicatione, vel publiciana, tum per *textum in l.is qui destinauit.24.ff.de rei vindic.* tum quia conuentus nullo modo poterit refricare exceptionem proprij, vel alieni dominij, vt supra dixi.

Limita tamen supradicta, nisi exceptio de domi-
82 nio inuestiti, Domino opposita, † sit clara, ac notoria, tunc enim hanc exceptionem Domino obstare, eumque ab agendo repellere, tradunt *Alexand. in l.rem, quæ nobis num.35.ff.de acquir. possess Paris. in additione ad Bart.in d.l.si quis condictionis. C.de locat.Curt.sen.consil.70. num.7. Francisc. Rip.in l. naturaliter, §.nihil commune num.35.ff. de acquir. possess* Quodque confirmatur ex eo, quia etiam is,
83 qui † recuperandæ, vel reintegrandæ possessionis agit, repellitur per talem exceptionem, ex qua, veluti per confessionem partis, vel rem iudicatam, notoriè constat de non iure agentis, & de iure rei, vt *cōmuni calamo asserunt Doct.in d. l. naturaliter. §. nihil commune,& præsertim ibi Corn.num.67.Ripa num. 35.& 70 ff.de acquir.possess.Abb. in cap.solicite de restitut.spoliat.idem Corn.in l.2. ad fin. C. de edict.D.Adr.tollend.Alex.consil.77.colum.penultim. lib.2.Dec.cons.191.& cons.302.& cons.449. nu.20. Oldrad.cons.224. Albert.Brun.cons.19. nu.17. Paris.cons.1.num.163.& 170.lib.1.& cons.11. nu.10.*
84 *lib.4.Ioannes Neuiz.cons.81.num.32.* ac in † terminis agentes adipiscendæ *Bart.in l.fin.num.21. C.de edict.D.Adr.tollend.Ripa in l.1.num.12.ff.quorum bonorum,* vbi ait id communiter esse receptum. *Becc.consil.89. num.18. lib.1.* latè *Menoch.de adipiscend.remed.4.num.381.& seq.& num.751. Put. decis.222.num.3.& decis.308. num.7. & seqq. lib.1. in correct.& Card.Seraphin.decis.83.num.4.& decis.757.lib.1.* ac fuit dictum *in causa Bononien.fideicommissi de Manzolis 15.Martij 1630.coram bo.me. Coccino, est infra par.5.recent. alias par.1. à me se-*
85 *lect.decis.360. num.1.* & in terminis † executionis sententię, vt ea retardetur per exceptionem incontinenti probandam, *est text.in l.4. §. condemnatum. ff.de iudic.& asserit Gratian.discept.forens.cap.384.*
86 *num.9.* ac in terminis † remedij executiui *l.fin. C. de edict. D. Adr.tollend.plura adduxi iam in annotation.ad decis.16.num.1.supra par.3. recent.* ac in puncto iudicij summarijssimi manutentionis, licet in eo irrefragabiliter non admittatur exceptio respiciens
87 petitorium, vt satis vulgatum est, † tamen quando exceptio esset clara, ita vt incontinenti iustificaretur, omnino admittenda venit. *Dec. in cap. interposita, sub num.1.vers.ista regula de probat.* & fuit resolutum in *Rota coram fe.rec.Gregor.XV.decis. 425. num.2.* Sicuti etiam in eodem iudicio admittitur exceptio proprietatis, quando ipsa valens est ad perimendam ipsam possessionem aduersarij, vt benè dixit *Bald.in consil.141. num.3. lib.1.* quam doctrinam secuta est *Rota decis.605.num.9. in residuo par.5. recent.* & nuper *in causa Romana domus ad Transtyberim 18. Aprilis 1644. coram R. P. D. meo Bicho.* Sed loquendo in terminis, de quibus supra.

88 Pertritum enim est in iure, † quod exceptiones incontinenti probatæ, vel probandæ admittuntur in quolibet iudicio, quantumuis summario, & executiuo. *l.3.in princip.ff.vt possess. caus. legat. & ibi glos. in verb. hodie, & Bart. num. 1. idem Bart.in l.fin. num.21. C.de edict.D.Adr.toll. Dec. in cap. interposita num. 1. de probat. Angel. consil. 135. num. 2. Roman.*

*Roman.consil.*244.*nu.*7.*Abb.consil.*54. *num.*2. *lib.*2.
Gozad.consil. 2.*num.*2.*&* 3. *Osasc. decis. Pedemont.*
26.*num* 1.*& hanc opinionem laudauit* Rota *in cau-
sa* Auenionen.*Hæreditatis* 16.*Ianuarij* 1632. *coram*
R.P.D. *meoGhisilerio*,vbi aliæ decisiones allegantur.
Immo si Statutum disponeret,vt in certo casu nul-
89 la exceptio admitteretur,nullatenus † censetur sub-
lata,ea,quæ in continenti offertur probari. *glos.in c.
suscitata in verb. effectum de restitut. in integr.* vbi
etiam *Abb.* motus auctoritate eiusdem glos. *Idem
Abb.in cap.super num.*7. *de offic. delegat.& in consil.*
44.*in fin.vol.* 1.*Roman.in l.si vero §.de viro numer.*
164.*in* 30.*fallent. vers.secunda ratio est*. *Corset.sin-
grl.*62.*in verb.exceptio la* 2.*Ias.in l.iuris gentium §.
quod fere num.*15.*ff.de pact.Dec.in cap.an sit num.*2.
*de appellat.& consil.*424. *num.*6. *Aretin. cons.*15. *in
fin. Marsil.in pratic. §.vltim.num.*16. *Bero. in cap.
item cum quis numer.*29.*de restitut.spoliat. Honded.
consil.*18.*num.*79.*lib.*1.*Surd cons.*252. *num.*6.*lib.*2.
vbi aduertit,hoc bene notandum esse. *Cumia super
ritus Regni Neapolitan.cap.*16.*num.*61. *&* 62.*cum
alijs relatis per Garol.de Graff. de exceptionib. excep.*
7.*per tot. per Phanucc.de moment.temp.cap.*14.*num.*
4. *& per Paul.Bello.de potest. eorum cap.* 132. *num.*
3.*lib.*2.atque sensit *Francisc.Viu. dec. Audient. Ba-
ren.* 107.*num* 3.*& Io: Petrus Fontanella dec.* Sena-
tus Cathaloniæ 139. *num.* 17. admisitque Rota *Ro-
mana coram sa me.Gregor.XV. d dec.*425.*numer.*3.
*vers.exceptio clara numquam censetur reiecta &
in causa Conchen. Beneficiorum* 4. Maij 1611.*corā
bo.me.Card.Sacrato,est decisio* 348.*num* 5. *part.* 3.
90 *recent.* vbi dicitur, exceptionē in continenti † pro-
batam admitti, vbi alias non esset admittenda, *&
fuit dictum coram eodem in causa Romana Pecu-
niaria* 15. *Nouemb.*1613.*coram eodem,& in* Roma-
na de Marescotis 20. *Nouemb.*1613. *coram eod. est
decis.*516.*n.*16. *p.*1.*rec. & vide infra dec.*425.*n.*12.
Nec obstat, nonnullos DD. supradictis conclu-
sionibus, in terminis nostris (nempè si agatur vigo-
gore *l.si quis conductionis C. de locat. & conduct.*)
91 non acquiescere, & sic nullo modo admitti † quæstio
dominij in continenti probanda ea ratione, quia lex
dum expressim ordinat vt prius restituatur possessio,
ac deinde super proprietate cognoscatur pro vt ha-
92 betur *in d.l.si quis conductionis*, † tunc absque du-
bio Iudex non debet audire reum super exceptione
dominij, *vt post Io.refert glos.in d. l.si quis restitu-
ere ibidem etiam Salicet.*
Nam plures alij Doctores, quos congessi supra
num.82.contrarium tenent, quorum opinio absque
93 dubio procedit, † quando dominij probatio esset
subitanea. Et quamuis spoliatori meritò denegetur
audientia, & Iudex pro eo omnino sit surdus, dum
aliquid opponit etiamsi incontinenti velit docere de
iure suo, vt constat ex iuribus, & Doctoribus supra
allegatis num. 46.
Tamen aduertendum venit, id procedere,quando
64 sumus in vero spoliatore,qui spretis † legibus, te-
merariè ius sibi propria manu dixit, ideo non est mi-
rum, si leges tamquam ab ipso irritatæ, disponunt
vt seclusa omni via, ille nullatenus audiatur, nisi
prius spolium & quidem in totum, ac vsque ad mi-
nimum quadrantem purgauerit, parum quoque cu-
rando, an exceptiones antea oppositæ subita proba-
95 tione † potuerint verificari, & in his terminis iura,
quasi proprijs regulis oblita,admittunt inanes cir-
cuitus restitutionis, & hoc maximè si penitus non
sint inutiles, *Card. in Clem. Auditor quæst.*14.*num.*
16.*vers.vbi nota de rescript.Ripa in l.*1.*nu.*25. *vers.
ista regula ff. de legat.* 1. *cum alijs relatis per Tiraq.
de retract conuentional.§.*1.*glos. vnic. num.*71. & in
odium spoliantiū animaduertit Rota *in causa Foro-
liuien. de Monsignanis* 17. *Nouembris* 1600.*coram
bo.me.Penia,est decis.*692.*num.*16. *inter eius a me
imprimendas ibi.Circuitus, quando non sunt omni-
no inutiles,tunc absque legum violatione admittun-
tur, quod maximè habet locum in odium spolian-
tium &c.*
Secus verò affirmandum est, vbi absque violentia,
& vitio possessio ad alicuius manus deuenit, qui
licèt vti spoliator conueniatur, tamen non dicitur
96 verè, sed fictus spoliator (cum spolium † non possit
dici violentum, quando nulla vis illata fuit, neque
metus,non fractura commissa, nec alius actus hosti-
lis perpetratus) in quibus terminis cum non militet
ea ratio,quod sua manu ius sibi dixerit, cessare quo-
que debet talis rigor,ideoque opponendo exceptio-
97 nem dominij † celeri probatione iustificandam,au-
diendus, ac admittendus venit ad tuenda iura sua,
*sic Bart. communiter receptus scribit in l si de vi in
fin.vers.in eo vero quod dicit ff.vnde vi*, & latè supra
hac materia plura adducendo, disseram *in annota-
tione ad decisionem quintam supra part.* 1.*recent. in
littera B.*ac in terminis,vt quamuis Locatori agen-
ti vigore *d.l.si quis conductionis C.de locat.* non pos-
sit obijci exceptio dominij à conductore, tamen sūt
non nulli casus in quibus rectè conductor excipit &
audit *& de hoc scribam in annotatione ad decisionem
63 in littera A. pariter eadem p.* 1. *recent.*
Præterea pro coronide præsentis annotationis sub-
dam,condictionem descendentem *ex d.l.si quis con-
98 ductionis*, contra tertium possessorem † non com-
petere,vt tradit *Paris. in addit. ad Bart. in d.l si quis
conductionis in litera I. vers.non habet locum con-
tra tertium possessorem,&c.* eam ob causam, quia
hæc condictio sicut reliquæ quoque condictiones,
99 † actio personalis est, *§. appellamus. Instit. de act.
l.actionum genera* 25. *ff de actionib. & obligat.* ideo
illæ condictiones contra tertios possessores non dan-
tur. *Alex.consil* 92.*nu.*7.*lib.* 1 sicut,& reliquæ actio-
nes personales non competunt *l.fin. §.fin ff. de con-
trahend.empt.l.*1.*§.hæres & l.cogi* 16. *§. vnde quæ-
ritur ff.ad Trebell. l.cum cui* 13.*C.de action. & ob-
ligat.l.fin.C.de hæredit.action l.*1. *C. de condict. in-
dubit.l.cum fundo* 36.*& ibi Bald.C.de seruit.rustic.
præd.* etiamsi illa obligatio, ex qua actio personalis
100 descendit, sit contracta † habito respectu ad rem,
quę apud tertium possessorem reperitur *l quædam* 9.
*§.nihil interest,& ibi Ias.vol.*2.*vers quarto tu pon-
dera ff.de edend.l. cum hæreditas ex causa* 36.*& l. si
hæres institutus* 70.*§ fin.ff.ad S. C. Trebell.l.fin. §.
fin. C.de contrahend.empt. Franc. Aretin. Ludouic.
Roman.& Doctores in l. quæ neptis* 98.*ff. de acquir.
hæred.idem* Roman.*consil.*417.*Paul. de Castr. cons.*
329.*lib.* 1. & in puncto supradictæ conductionis *ex
d.l.si quis conductionis C. de locat.* descendentis re-
spondit *Rota in causa* Regien.*Bonorum* 27. *Nouem-
bris* 1577. *coram bo.me.*Card. *Blanchetto, est decisio*
464.*num.*1.*part.*1.*diuers.*
Tandem animaduertatur in practica, licet in ter-
minis remedij *d.l.si quis conductionis.C.locat.* com-
petentis locatori contra conductorem, nō sit neces-

101 se †probare dominium, cum de eo principaliter
non agatur, vt in rei vindicatione, sed incidenter deducatur, & ideo sufficit præsumptio illa dominij, quæ insurgit ex actu locationis, vt benè per *Menoch de recuperand. remed. 11. num. 31. & seq. & secuta est Rota decis. 292. num. 9. par. 1. recent.* & in puncto *in causa Bononien. euacuationis domus 10. Nouembris 1628. coram clar. me. Merlino. §. & quamuis in hoc remedio. vers. nec opus sit iustificare dominium &c.*

Tamen, vt vigore illius remedij quis obtineat victoriam, necesse est, concludenter probare
102 locationem, & sic† certa, ac conuenta merces, quæ
vltra rem, & consensum est necessaria ad perficiendum contractum locationis, & conductionis, *l. 2. & l. si merces. ff. locat. l. 2. §. 1. & l. pacta conuenta ff. de contrahend. empt. & §. pretium. instit. eodem Azon. in summa. C. de locat. num. 1. Alex. cons. 184. num. 4. & 5. lib. 6. Surd. cons. 400. num. 9. lib. 3. Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 5. titul. 1. num. 5. & titul. 2. n. 1. Rota in Perusina syluarum 7. Maij 1576. coram bon. mem. Cantucc. est decisio 37. num 20. vers. certa mercede in pecunia numerata, deindeque sensit in causa Vrbeuetana rescissionis contractus 24. Ianuarij 1633. coram eodem Merlino, est infra par. 6. recent. decis. 172. num. 3.* & in puris terminis, quando non †fuit doctum de certa, ac conuenta merce-
103 de, vt agens remedio
d. l. si quis conductionis. C. locat. succumbere sit ei necesse, respondit, seruauitq. *Rota in causa Romana domus 1. Decembris 1623. coram bon. mem. Reuerendiss. Patriarcha Manzanedo. §. & moti fuerunt. vers. visum fuit Dominis non competijsse remedium d. l. si quis conductionis, cum non fuerit probata certa ac conuenta merces &c.*

In iuris enim angulo est, sententiam ferendam es-
104 se absolutoriam ab obseruatione iudicij †quoties-
cumque actio, seu remedium intentatum non competit, iuxta notata per DD. *in l. admonendi. ff. de iureiur. Petr. Anton. Ferrarien. in sua praxi titul. de form. libell. act. real. num. 3. vers. quia libellus est male conceptus. Robert. Marant. in prax. iudic. part. 5. principal. num. 5.*

Paulus Rubeus.

R. P. D. VBALDO.

Firmana Fideicommissi.

Vener. 1. Iulij 1622.

ARGVMENTVM.

Donatio facta absenti, quando sit inualida, & data eius validitate, debet constare de eiusdem acceptatione, ac effectuatione. Petitio subdelegationis Iudicis in partibus, ad effectum extendendi clausulas cœteratas, & relicta in albo, in aliquo instrumento, quando nullatenus concedatur, eò quia necessaria talis diligentia non sit. Donatio facta absenti cum imbreuiatura, quid importet. Stipulationes solent apponi in quocũque cõtractu, immo & præsupponuntur.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta absenti, & sine stipulatione, & clausula constituti, et iuramento, est inualida.*
2 *Donatio est validè facta absenti, vt sustineatur debet doceri de acceptatione, et effectuatione.*
3 *Iudicis delegatio in partibus ad effectum apponendi verba in instrumento in albo relicta, quando non sit necessaria.*
4 *Locus loci an sit de substantia instrumenti.*
5 *Confines facilè mutantur ex cursu temporis.*
6 *Notarius censetur rogatus apponere in instrumento clausulas solitas, et consuetas.*
7 *in Instrumento, dum deficit aliquod verbum, quod facilè subintelligi potest, tunc subintelligendum est, absque alia solemnitate.*
8 *Probationes irreleuantes non sunt admittendæ.*
9 *Donatio quando est facta absenti, cum imbreuiatura, ea venit legenda, me Notario stipulante, et num. 14.*
10 *Stipulationes solent apponi in quocũque contractu.*
11 *Stipulationes in quocumque contractu habentur pro appositis.*
12 *Notarius potest apponere in instrumento constitutum, et iuramentum, quatenus in eo non fuerint apposita.*
13 *Notarii ex communi praxi in instrumentis apponunt clausulas constituens etc. iurans etc.*

DECISIO CCCCXXI.

INSTRVMENTVM donationis factæ à Francisco Formono de Firmo vsque de anno 1549. ad fauorem Petrotij sui patrui continet nonnulla spatia in albo relicta, necnon clausulas cœteratas, & quia in decisione in hac causa facta 20. Nouembris 1620. coram me fuit dictum hanc donationem esse
1 inualidam tanquam absenti factam, † & sine stipulatione, & clausula constituti, & iuramento, *iuxta l. absenti. ff. de donat. Seraph. decis. 724. num. 1.* Ideo Agentes pro Hieronyma, quæ est in possessione bonorum, de quibus agitur, & quæ nititur dicta donatione, petierũt subdelegationem Iudicis in partibus ad effectum extendendi clausulas cœteratas, & relicta in albo, super quo dato, & proposito dubio, Domini responderunt vt infra.

Rursus quia in eadem decisione dicebatur quatenus prædicta donatio fuisset valida, non tamen
2 constare eam † fuisse acceptatam, vel habuisse effectum; fuit obtenta remissoria pro eadem Hieronyma ad proban. acceptationem, & effectuationem, de qua hodie nõ agitur, sed erit suo loco agen., quo igi-
8 tur ad delegationem † respectu relictorum in albo Domini absolutè censebant eam non esse dandam, quia in primo spatio deest nomen loci in quo no-
4 tarius habitabat in partibus † Dalmatiæ, quod non est de substantia, in secundo verò deest enunciatio confinium respectu domus in Castro Gryptæ in
5 dicta donatione comprehensæ, qui confines † facilè variari potuerunt intra spatium plusquam 70. annorum à tempore donationis, vt fuit consideratum in *Mantuana bonorum 14. Maij 1612. coram me*, & ideo videntur posse suppleri ex alijs notulis ipsius
6 Notarij rogati, vel ex generali consuetudine † Notariorum, qui est effectus, & praxis delegationis petitæ, vt per *Surd. decis. 223. num. 6. et seq.* In tertio ve-
7 ro albo deest verisimiliter verbum † capiendi, vel quid simile, quod facile ibi subintelligi potest, & alias scriptura habet bonum sensum, vnde delegatio
8 tanquam † irreleuans non est concedenda, *l. ad probationem. C. de probat. Caputaq. decis. 68. nu. 2. par. 3.*
9 Quantum verò attinet ad clausulas † cœteratas, Domini admittebant posse extendi imbreuiaturam post verbũ, absenti &c. itaut sit legendum me Notario

10 tario stipulante, cum stipulationes solitę † sint appo-
ni in quocumque contractu *ex alleg. per Surd. d. de-*
11 *cis. 223. nu. 7.* vel haberi † pro apposita, *vt per Surd.*
ibidem num. 15. sed quoad constitutum, & iuramen-
tum non videbatur Dominis concedenda delegatio,
12 cum Notarius ea non possit † apponere, si non fue-
rint expressa, vt de iuramento, tradit *Gabr. de con-*
suetud. conclus. 3. nu. 24. Farin. de falsit. q. 157. nu. 83.
& de vtroque *Bertazz. claus. 4. gloss. 34. sub num. 2.*
et *Cagnol. post alios in l. si librarius num. 48. ff. de*
reg. iur. præsertim quia imbreuiatura non est appo-
13 sita in loco † in quo solet apponi iuramentum, vel
cōstitutum, & communis practica seruat, quod No-
tarij dicant constituens &c. iurans &c. quæ verba
hic non adsunt.

Concluserunt igitur Domini admissa extensione
14 imbreuiaturæ post verbū absenti, vt sit legen. † me
Notario stipulante in cæteris non esse dandam dele-
gationem. Cætera autem quæ latè congerebantur
per informantes circa merita causæ visa sunt extra
dubium propositum.

Et ita fuit decisum.

¶ *Infra in eadem causa adest altera decisio sub die 14. Nouembris præsentis anni 1622. coram eodem Vbaldo.*

REVERENDISS. COCCINO.

Ceruien. Fideicommissi.

Veneris 1. Iulij 1622.

ARGVMENTVM.

Rota, licet indubitanter sequatur opinionem, vt filij in conditione positi non censeantur vocati, tamen à prædicta opinione passim recedit ex coniecturis, pro vt est de mente iuris, vt recedatur, & vocatio inducatur, pro vt accidit in casu præsenti, in quo multæ coniecturæ pro vocatione filiorum positorum in conditione concurrebant, quæ eò facilius admittuntur, quando agitur de descendentibus testatoris, & coniecturæ non de per se, sed simul sunt considerandæ.

SVMMARIVM.

1 *Filij in conditione positi non censentur vocati, & & hanc opinionem sequitur Rota.*

2 *Filij positi in conditione censentur vocati, stantibus coniecturis vocationem suadentibus.*

3 *Filij positi in conditione, vt censeantur vocati, leuioribus coniecturis probatur, quando sumus in descendentibus testatoris.*

4 *Filij in conditione positi censentur vocati, dum fuerunt positi sub conditione legitimitatis.*

5 *Filij in conditione positi præsumuntur vocati, stante probibitione alienationis bonorum facta à testatore.*

6 *Cum ea censeatur facta non ad fauorem patris, sed liberorum in conditione positorum. & num. 7. & 19.*

8 *Testator præsumitur magis diligere descendentes, quam extraneos. & num. 9.*

10 *ad Agnationem ciuilem, quando testator valde respexit, colligitur argumentum, quod multò magis ad agnationem naturalem. & num. 16.*

11 *Filij positi in conditione censentur vocati, dum testator respexit ad conseruationem agnationis.*

12 *Eoque magis, quando voluit filias proprias dotari, solosque masculos instituendo.*

13 *Filiorum appellatione in vltimis voluntatibus, veniunt etiam fœminæ. amplia num. 14. & 15.*

17 *Fœminæ sunt de agnatione, licet sint principium, & finis ipsius agnationis.*

18 *Agnationem naturalem censetur testator magis dilexisse, quam ciuilem.*

20 *Filij in conditione positi ad hoc, vt censeantur vocati, coniecturæ id suadentes, sunt simul, & coacervatim considerandæ.*

DECISIO CCCCXXII.

IOANNES Vianus senior instituit Bernardinum filium, & alios nascituros, fœminasq. dotari mandauit, quibus filijs institutis, si sine filijs legitimis, & naturalibus decesserint, substituit filium secundogenitum Genebriæ suæ filiæ, & Alexandri Martinelli, & si secundo genitus decederet substituit tertium, & deinceps cum onere assumendi nomen, & insignia familiæ de Vianis, & istis deficientibus vocauit etiā primogenitum DD. Genebriæ, & Alexandri, cum onere immiscendi cum nomine, & insignibus proprijs nomen, & insignia de Vianis, cui morienti cū filijs substituit vnum ex eius filijs per eundem primogenitum substitutum eligendum cum onere assumēdi nomen, & insignia de Vianis, & omnibus prædictis deficientibus substituit prædictum Alexandrum durante eius vita, & post illius obitum substituit eiusdem testatoris proximiorem, vel ipso non valente, vel nolente alterum minus distantem, cum onere quod ipsi, & eius descendentes habitent Cesenæ, quibus contrauenientibus substituit piam causam arbitrio Reuerendissimi Episcopi, ac testamentum conclusit per hæc verba: Prohibens, ac vetans dictus testator tam supradicto D. Bernardino suo filio, vt supra primo hæredi instituto, quam cæteris successiuè substitutis alienationem aliquorum bonorum hæreditatis eiusdem testatoris, etiam in quacunque modica, & minima quantitate ipsorum, etiam respectu legitimæ, falcidiæ, & trebellianicæ, & cuiusuis alterius detractionis, quam, & quas expressè prohibuit omni meliori modo.

Stante hac serie facti, dubitaui, an constaret de
fideicommisso ad fauorem Ioannis Vincentij, &
fratrum filiorum Bernardini, qui in testamento Ioan-
nis senioris sunt positi in conditione, & affirmatiuè
fuit resolutum; quia licet vera sit opinio, quam Ro-
1 ta sequitur, quod † filij in conditione positi non cen-
seantur vocati, *de qua gloss. in l. Lucius la 2 ff. de hæ-*
2 *red. instit.* tamen ab ista opinione † passim recedit
ex coniecturis, prout est de iure, quod recedatur, &
vocatio inducatur. *Soccin. iun. cons. 158. num. 73.*
lib. 2. Aym. cons. 62. num. 6. Surd. decis. 162. num. 5.
3 *& 6.* eoque magis quando agitur de vocatione † de-
scendentium, quo casu etiam sufficiunt leuiores con-
iecturæ. *Clar. in §. testamentum q. 77. ad fin. vers.*
aut vero aliqua. Cardin. *Mantica de coniectur. lib.*
11. tit. 2. nu. 2. vers. sed putat Superiorem. & tit. 3.
sub num. 1. Dec. cons. 242. circa finem, vers. & quo-
niam filij. Honded. cons. 65. num. 45. lib. 1. Put. *decis.*
215. num. 2. lib. 3. Rota *decis. 133. num. 7. decis. 146.*
num. 4. par. 1. in recent.

In hac autem facti specie visum fuit coniecturas sufficientes adesse, fuit enim consideratum, quod in

4 conditione fuerunt † positi filij legitimi, & naturales, ex quo deducitur potissima coniectura vocationis. *Soccin. iun. cons. 147. num. 39. lib. 3. & cons. 110. num. 25. lib. 3. Surd. decis. 162. num. 7. Honded. cons. 65. num. 42. lib. 1. & cons. 54. num. 22. lib. 1. Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11 tit. 3. num. 7. & seq. Seraphin. decis. 956. num. 6.* & fuit dictum *in causa Perusina de Alphanis 22. Iunij 1607. coram Sanctis. D. N. tunc Rotæ Auditore*.

Secundo fuit considerata prohibitio alienationis, quæ cum sequatur substitutiones, dicendum est filios
5 in conditione † positos fuisse vocatos, & non solum conditionaliter, sed etiam dispositiuè, non enim dicere possumus hoc casu adiectionem conditionis fuisse positam fauore hæredis, cum per prohibitionem alienationis appareat testatorem non cogitas-
6 se † ad fauorē hæredis, sed potius liberorum, qui legitimi hæredes patrui futuri erant. *Alciat. in l. Lucius, la 2. num. 53. ff. de hæred. instit. Sfortia Oddus de fideicom. par. 1. q. 2. art. 9 num. 153. Card. Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 3. num. 14. Rustic. de liber. in condit. posit. lib. 5. cap. 6. num. 21.*

Et quamuis diceretur quod prohibitio alienationis censetur facta ad fauorem expressè vocatorum,
7 tamen hoc non placuit, quia maior adest ratio, † quod censeatur facta principaliter ad fauorem descendentium, quam aliorum vocatorum, cum præsumatur
8 magis diligere descendentes, † quam extraneos, immo ex prædicta vocatione expressa etiam penitus
9 extraneorum deducitur optima coniectura, † quod filios positos in conditione vocauerit. *Rustic. de liber. in condit. posit. lib. 3. cap. 1. num. 15. vers. vltimo, & cons. 1. num. 58. ad fin. vers. vnde, & consil. 2. num. 47.*

Vlterius fuit consideratum, quod testator valdè respexit ad agnationem ciuilem, vt apparet ex præ-
10 dicta † serie facti, vnde colligitur optimum argumētum, quod multo magis respexerit ad agnationem
11 naturalem, quo casu etiā elicitur coniectura, † quod filij in conditione positi censeantur vocati. *Seraph. decis. 1329. num. 3. & 4. Rota decis. 266. num. 15. par. 1. in recent.* eoque magis cum voluerit filias
12 proprias dotari, † solosq. masculos instituerit. *Hond. qui alios cumulat in cons. 65. num. 35. lib. 1.*

Neque obstat, quod testator non respexit ad agnationem, cum posuerit filios simpliciter in conditione, quorum appellatione in vltimis voluntatibus
13 veniunt † etiam fœminæ. *l. si quis ita. in princ. ff. de testam. tutel. Gabr. de verbor. sign. concl. 6. nu. 11.* quod hic de plano procedit, quia in alijs locis ex-
14 pressè vocauit, & in conditione respectiuè † posuit filios masculos, in hoc autem puncto filios simpliciter in conditione posuit. Nam fuit responsum quic-
15 quid dicendum esset, si de hoc † principaliter ageretur, *ex deductis per Marium Giurbam dec. 32. per tot.* hic non agi an filiæ fœminæ excludant substitutum, sed an testator ita, & taliter respexerit ad agnationem ciuilem, itaut dicendum sit agnationem na-
16 turalem † positam in conditione censeri vocatam, & dicendum est, quod sic; quia dato etiam quod sub nomine filiorum venirent etiam fœminæ, negari ta-
17 men non potest, quin & ipsæ sint † de agnatione, licet principium, & finis agnationis. *§. cæterum Instit. de legitim. agnat. success.* & propterea non esse credendum, quod tam enixè vocare voluerit agnationem
18 ciuilem, † non autem ipsam naturalem, quam testator censetur magis prædilexisse.

Ex quibus fuit resolutum constare de fideicommisso ad fauorem Ioannis iunioris, & fratrum tum
19 quia coniecturæ sunt vrgentissimæ, † cum alias sufficerent leuiores; tum quia omnes coniecturæ simul
20 sunt † considerandæ, & sic intrat regula, quod si singulæ non prosunt, omnes simul collectæ iuuant, vt in his terminis dicit *Bero. cons. 104. num. 13. & 14. lib 2. Mantic. de coniectur. lib. 11. tit. 3. num. 26. Seraphin. decis. 1329. num. 12. & 13. Rota decis. 146. num. 1. par. 2. in recentior.*

Et ita conclusum, &c.

R. P. D. REMBOLDO.

Bononien. Alimentorum.

Veneris 1. Iulij 1622.

ARGVMENTVM.

Alimenta, dum alicui sunt promissa, cessat talis promissio, data illius morte cum ea conuentio minimè extendatur ad personas non specificatas. Agens ad bona fideicommissaria, vt possit prætendere sibi subministrari alimenta, nedum requiritur, vt constare faciat de eius paupertate, sed etiam de eius bono iure, ad effectum assequendi dd bona, & hoc per sententiam, vel aliunde, & quando de dicto bono iure nullatenus dicatur constare, sed potius è contra.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta, dum sunt restricta ad vitam alicuius, cum eius vita euanescunt.*
2 *ad Fideicommissum agenti interim debent subministrari alimenta à parte.*
3 *Alimenta, vt debeantur agenti ad fideicommissum requiritur, vt nedum constet de paupertate, sed etiam de bono iure.*
4 *per Sententiam, vel aliunde petens alimenta, debet iustificare eius bonum ius.*
5 *Fideicommissum, quando est restrictum ad filios institutos, & substitutos inuicem, non extenditur ad pronepotes fideicommittentis.*
6 *Fideicommissum particulare declarare potest vniuersale.*
7 *Dispositionis vna pars alteram declarat.*
8 *Testator, dum vocauit ad fideicommissum descendentes saluis prærogatiuis graduum, tunc filij nō concurrunt cum patre ad successionem.*

DECISIO CCCCXXIII.

FVIT dictum alimenta non esse subministranda Dominæ Isabellæ, & eius filijs, quia vel prætendūtur ex conuentione facta inter Comitem Alexandrum, & Prosperum, & eo casu non debentur, quia
1 dicta conuentio apparet † restricta ad vitam naturalem ipsius Comitis Alexandri, sicque minimè debet extendi ad alias personas in dicta conuentione non specificatas. *l. stipulatio ita, §. sicut autem, ff. de verb. obligat.* & alia sunt alimenta vnius personæ, & alia alterius, *§. finitur instit. de vsufruct. Bart. in l. cum Titio num. 2. in fin. ff. ad l. falcid.*

Vel prætenduntur dicta alimenta ex eo quod filij
2 dictæ Isabellæ velint agere ad bona † fideicommisso Constantini eorum patrui supposita, & interim ipsis debeant subministrari alimenta, *ad l. si institutis §. de inoffic. ff. de inoffic. testam.* & minus talis prætensio

tensio subsistit, quia ad effectum, vt debeantur ali-
3 menta agenti ad bona † fideicommisso supposita, requiritur quod nedum cōstet de paupertate, verum etiam de bono iure petentis alimenta per sententiam, vel aliunde *ex tradit per Couar. practic. quæst. cap. 6. vers. quantum ad primum. Surd. de aliment. tit. 1. q. 119. num. 1. & 2. Card. Seraph. decis. 1098. num. 2. Rota decis. 749. num. 1. par. 2. in recent.*

Et tamen in casu isto quidquid esset dicendum circa requisitum paupertatis. non constat de bono iure
4 dd. filiorum, nec † per sententiam nec aliunde, & imò potius apparet ex fideicommisso dicti Constantini patrui, dictos filios non esse sub tali fideicommisso comprehensos, cum illud sit restrictum ad fi-
5 lios † institutos, & inuicem substitutos, & eorum filios, ita quod ad pronepotes fideicommittentis, quales, vt dictum est, sunt dicti filij minime porriga-
6 tur, quod & clarius etiam deprehenditur † ex particulari fideicommisso ab eodem Constantino super eius Palatio, sub hac verborum formula relicto, *nel quale vole che succedono non solo i nepoti del sopradetto Testatore, come sopra, ma li descendenti in perpetuo, finche mai vi saranno de maschi legitimi, e naturali*, nam ex hac dispositione apparet, quod
7 in fideicommisso aliorum bonorum † vocauit filios, & nepotes tantum, non autem etiam alios descendentes in perpetuum, prout fecit in hoc particulari fideicommisso.

8 Nec obstat quod saltem constet de bono iure dictorum filiorum quoad dictum Palatium, quia † cum testator eos vocauerit, *salue le prerogatiue de gradi, & in stirpe* & per ordine successiuo non possunt censeri vocati nisi mortuo eorum Patre, & etiã tunc videndum esset, An ex quo descendunt ex linea infecta, censeantur sub fideicommisso comprahensi, nec interim possit dici constare de bono iure dictorũ filiorum, &c.

REVERENDISS. COCCINO.

Romana Fructuum.

Veneris 1. Iulij 1622.

ARGVMENTVM.

Emptor, si retineat rem, & pretium, omnis æquitas suadet, ne locupletetur cum aliena iactura, & teneatur ad fructus cōpensatiuos, quousque pretium soluat, ac liquidatio eorum fructuum spectat ad eos, qui illos petit, & quid si nulli fructus fuerint percepti ex re empta. an tunc cesset æquitas l. curabit C. de act. empt. & resolutio est affirmatiua.

SVMMARIVM.

1 *Fructus recompensatiui debentur ab emptore venditori, ob retardatam solutionem pretij.*

2 *Fructus liquidandi onus spectat ad eum, qui eos petit, & num. 6.*

3 *Vinea dum solum deseruit ob oblectamentum, & deductis expensis nullos ferè fructus deducit, tunc non intrat æquitas l. curabit C. de act. empt.*

4 *Fructus, quando ex re vendita non percipiuntur, ex quo non existunt, eo casu cessat dispositio l. curabit C. de act. empt.*

5 *Fructus non possunt dici, nisi deductis expensis.*

7 *Fructuum liquidatio fieri nequit, dum circa eorũ perceptionem nulla affertur probatio.*

DECISIO CCCCXXIV.

POST resolutionem factam 25. Octobris superioris anni, * quod fructus recompensatiui
1 erant debiti † iuxta quantitatem quot annis perceptam. Dubitaui solo D. Didaco informante, An, & ad quam summam sint liquidandi fructus, & Domini resoluerũt ad nullam summam esse liquidandos, quia nihil fuit probatum pro parte Equitis petentis
2 dictos fructus, ad quem spectat † onus liquidandi, vt in eadem decisione dicitur, imo pro parte D. Didaci fuit probatum nullos fructus ex hac vinea fuisse perceptos ex resolutione facta *in alia causa Romana donationis 18. Maii 1612. coram Illustriss. D. meo Cardinali Sacrato, vt in decis. 394. par. 2. in recent.*
3 in qua fuit dictum, quod ista † Vinea solum deseruiebat ad oblectamentum, & deductis expensis nullos ferè fructus afferebat, vnde sequitur, quod cessat æquitas, *l. curabit C. de act. empt.* & omnis alia actio
4 ad fructus, cum † non fuerint percepti, ex quo non existebant, *vt latè per Lup. de vsur. qui de communi testatur, & alios refert comment. 1. §. 7. num. 141. & fuit in hac eadem causa resolutum 10. Iunii 1620. coram R.P.D. meo Pamphilio.*

Et eo magis placuit Dominis, quia in causa, quæ vertebatur coram Illustriss. Sacrato, quæ modo pendet coram R.P.D. meo Buratto pars fecit probationes super fructibus huiusmodi Vineæ, quas Rota 19. Aprilis huius anni censuit irreleuantes, ex quo
5 non probantur fructus deductis expensis, † & propterea non possunt dici fructus, *l. fructus, l. diuortio §. impendia ff. sol. matrim. l. 1. C. de fruct. & lit. expens.* & postea ante extensionem huius decisionis in Congregatione habita 29. huius mensis ordinauit eidem R. P.D. meo Buratto, vt causam expediret.

Ex quibus cum onus liquidandi spectet ad peten-
6 tem fructus recompensatiuos † ex deductis in dicta decisione facta 25. Octobris præteriti meritò fuit re-
7 solutum fructus † ad nullam summam esse liquidandos, quia nulla affertur probatio, & de veritate facti quod nulli fuerunt percepti fructus, patet ex prædictis, &c.

Decisio ista in hac eadem causa emanata quæ hic allegatur sub die 25. Octob. superioris anni 1621. coram eodẽ bo. me. Coccino, est supra in hoc Tomo decisio 325. Et ista præsens decisio fuit deinde confirmata coram eodẽ Coccino sub die 1. Februarii 1623. est infra suo loco.

R. P. D. PIROVANO,

Ferrarien. Aquarum.

Lunæ 14. Nouemb. 1622.

ARGVMENTVM.

Aquarum naturalis cursus, cum ignoret seruitutem nisi ea imponatur, ideo si per quantumuis tempus ille decurrerit puta ad aliquod molendinum, nihilominus dominus fũdi superioris, ex quo aqua defluit potest diuertere cursum, & alio modo vti etiam in præiudicium molendini inferioris. Aqua postquam est ingressa fundum meum ad libitum volũtatis meæ possum facere de ea, quidquid intendo.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Aqua postquam est ingressa fundum superiorem, dominus illius potest illa vti, diuertendo eius naturalem cursum.*

2 *Et hoc in præiudicium etiam molendini inferioris.*

3 *Alueus si priuatus est, eius quoque aqua priuata est.*

Aquarum naturalis cursus noscit seruitutem nisi ea imponatur nu.3.

4 *Aqua semel ingressa fundum recipientis, remanet sub eius libera dispositione, quoad diuersionem, & mutationem cursus naturalis.*

Et hoc procedit etiamsi aqua sit concessa ad certum & limitatum vsum, puta pro irrigandis prædijs, vel pro vno molendino. num.4. & num. 17.

5 *Concessio specialis tollit generalem.*

6 *Aquarum cursus etiamsi per mille annos continuauerit, inferri non potest ad aliquam seruitutem & quare.*

7 *Cursus longissimus aquarum an possit haberi loco iuris constituti.*

8 *Consuetudo longa, veluti iure imposita seruitus videtur.*

9 *Aqua, quando ducitur iure familiaritatis & non iure seruitutis, tunc inferior non potest agere, quin superior de aquis pro libito suæ voluntatis disponat.*

Surd. in cons.447.num.10 quo casu loquatur.nu.9.

10 *Immemorabilis continet titulum.*

11 *Titulus cum possessione longissima implet probationem præscriptam, & facit in possidente præsumi pactum, & priuilegium.*

12 *Immemorabilis cõfunditur quãdo constat de initio.*

13 *in Seruitute negatiua sine possessione titulata per contradictionem dari non potest.*

14 *Aqua, quando defluit ad loca inferiora per cauos manu factos, tunc non iure familiaritatis, sed seruitutis decurrisse videtur.*

Cum illi fieri nequeant citra ius, & nomen seruitutis num.14.

15 *Et hoc est verum, si d. caui sint facti in fundo vicini superioris, aliàs vero si aliunde.*

16 *Actus reuersionis aquarum fieri nequit citra ius, & nomen seruitutis.*

18 *Seruitus negatiua, vt initietur, requiritur partis acquiescentia ad contradictionem.*

19 *Actus positiui, nisi præcesserint ad acquirendum cursum aquarum, si reperiatur aquam fuisse cõcessam, censetur potius id factum iure familiaritatis, quam seruitutis imponendæ.*

20 *Molendini construendi facultatem, si quis a Domino loci obtinuerit, per eam non infertur per necesse ad concessionem dominii, seu seruitutis aquarum fundi superioris.*

21 *Principis concessio semper intelligitur sine præiudicio iuris tertii.*

DECISIO CCCCXXV.

CENTENSES deriuant aquam, de qua agitur, è territorio S. Ioannis in Persiceto agri Bononien. ad oppidum Centi agri Ferrarien. ex concessione facta per Regimen Bononiæ Herculi II. tunc Duci Ferrariæ vsque de anno 1508. & secundum naturalem cursũ egrediendo fines territorij eiusdem flueret per territorium S. Augustini, & ad molendina DD. de Angelellis posita in agro Bononien. exindeque per nouam excauationem, & seu per canalis antiqui, sed parui ampliationem eadem aqua aliũde dirigeretur, diuersioni prædictæ se opposuerunt Regimen, & DD. Angelelli ratione eorum respectiuè interesse, & cognitio huius facultatis diuertendi, concordatis inter partes nonnullis præsuppositis, Rotæ fuit demandata.

In qua DD. responderunt Bononienses, & Angelellum non posse impedire diuersionem aquarum. Regula enim est pro Centensibus. quod postquam
1 aqua † ingressa est fundum superiorem, dominus illius potest illa vti diuertendo naturalẽ cursũ in præiudicium fundi, vel molendini inferioris, *l. 2. §. item labeo. ait si vicinus flumen ff. de aqu. plu. arcend. l. vsũ C. de aqueduct. lib. 11. l si quis diuturno ff. si seru. vẽd.*
2 & hanc conclusionem † in præiudicium habentium molendina firmauit *Bald. in c. cum omnes num. 43. vers. in cõtrariũ videtur, de const.* dicens cui alueus,
3 est priuatus eius † quoq; aqua priuata est, & ꝙ naturalis cursus noscit seruitutem, nisi imponatur, *& Bald. sequuti sunt Ias. in l. 1. col. 18. num. 81. vers. tertio in contrarium ff. de acq. poss. & in repet. l. quominus q. 28. num. 170 ff. de flumin. Crau. de antiq. temp. part. 4. in verb. circa præmissa num. 40. Cæpoll. de seruit. rust. præd. c. 4. num. 51. vers. & primo. Menoch. cons. 447. num. 42. Thesaur. decis. 245. num. 2. Surd. cons. 447. num. 12. Rim. iun. cons. 86. num. 1. Bursatt. cons. 41. num. 13. & cons. 87. in princ. Rota decis. 164. nu. 2. par. 1. diuers.*

Erit igitur de intentione Regiminis & DD. de Angelellis vt aquarũ diuersio impediri debeat probare dominium, vel seruitutem actiuam ducendi aquam ad prædia inferiora.

Et quantum ad DD. Bononienses dominium nõ probatur, nam & si ab eis emanauit concessio, & titulus aquarum, attamen non possunt post actum perfectum concessionis, illius effectum tollere, aut
4 limitare, etiam si aqua fuisset ad certum, & † limitatum vsum concessa puta pro irrigandis prædijs, vel pro vno molendino, quia semel ingressa fundum recipientis concessionem, remanet sub libera dispositione eiusdem quoad diuersionem, & cursus naturalis mutationem *l. ex meo ff. de seruit. rust. præd. Dec. cons. 244. num. 3. & 7. vers. secundo responderi. Surd. cons. 41. nu. 2. vol. 1.*

Neque obstat;, quod dicta concessio legatur sine alterius præiudicio, quia præiudicium præseruatum fuit expresse quoad homines S. Ioannis, & alios ibi bona habentes, quibus indubitatum est hanc diuer-
5 sionem nullum afferre præiudicium, † non autem quoad Commune S. Augustini, aut bona in eo possidentes, quibus incertus erat vsque tunc naturalis aquarum decursus, & similiter verba illa eiusdem concessionis, ibi, quia sperabatur ex hac concessione commodum Comitatui Bononiæ redundaturum, non restringunt libertatem recipientis, quia concedentes non probant eorum spe delusos remansisse.

Quantum vero ad DD. Angelellos similiter non probatur actiua seruitus ex solo decursu aquarum, & vsu, quia etiam si per mille annos continuauerit, in-
6 ferri † non potest ad aliquam seruitutem propter libertatem ex naturali cursu conseruatam, *l. Proculus, l. Fluminũ. §. videamus ff. de damn. infect. Thesaur. dec. 245. n. 3. Burs. cons. 87. n. 11. & omnes supra allegati hoc probant.*

Non

Nō obstat, quod ille decursus aquarum per centum annos, & vltra ad vsum Molendini DD. de Angelellis habeatur loco iuris constituti, *l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aq. quotid. & æstiu.* & longam
8 consuetudinem veluti iure † impositam seruitutem videri. *Cæpoll. de seruit. rustic. præd. d. c. 4. num. 52. Surd. post multos, quos allegat cons. 447. num. 10. lib. 3.*

Quia *Cæpoll. eod. c. 4. num. 54. vers. secundo casu se declarat*, quod quando aqua ducitur iure facultatis, vt in præsenti, & non iure seruituris, tunc inferior nō
9 † potest agere, neque resistere, quin superior de aquis pro libito suæ voluntatis disponat, *l. Proculus cum l. sequenti l. fluminum §. videamus ff. de damn. infect. Surd.* autem *d. cons. 447. numer. 10.* loquitur quando probata est immemorabilis consuetudo, & tunc mirum non est, quod inferior molestari non
10 possit, † cum immemorabilis contineat titulum, & titulus cum possessione longissima implet proba-
11 tionem præscriptionis, & facit in † possidente præsumi titulum pactum, & priuilegium *gloss. fin. in l. itē lapilli ff. de rer. diuis. Rip. in l. quominus num. 95. vers. tertio limita ff. de flumin. cum aliis allegatis per eundem Surd. d. cons. 447. num. 11.* quæ omnia hic cessant dum constet de initio concessionis, per quod
12 immemorabilis † confunditur, *Molin. de primog. lib. 2. c. 6. num. 50. Rot. decis. 285. num. 4. par. 2. in recent.* nec de initio alicuius seruitutis appareat per
13 contradictionem domino superiori factam, † sine qua possessione titulata in seruitute negatiua dari non potest, *glos. magna in l. 1. C. de seruit. & aqu. Ias. in repet. l. quominus num. 95. & 96. ff. de flum. Cæphal. cons. 130. num. 6. cum aliis allegatis per Burs. consil. 87. num. 10.*

Neque dicatur, quod prædicta non procedant, quādo aqua defluxit ad loca inferiora per cauos manufactos probatur in casu præsenti, ex quo tunc non
14 iure familiaritatis, †, sed seruitutis decurrisse videatur; tamquam actus qui fieri non possit citra ius, & nomen seruitutis, *Cæpoll. de seruit. rust. præd. eod. c. 4. num. 56. Thesaur. d. decis. 245. num. 4. & admittūt omnes supra allegati.*

Quia non sufficit probare cauos manufactos fuisse
15 sed quod in fundo vicini superioris † facti fuerint, vt inde actus seruitutis contrahi possit, *Cæpoll. d. c. 4. num. 56. 58. & 60. & Rota sequitur dec. 164 num. 2. p. 2. diuers. Menoch. cons. 447. num. 42. idem aduertēs & Rim. iun. cons. 86. num. 1. & seqq. Burs. cons. 156. num. 29. lib. 2.* quod hucusque probatum non apparet.

Non obstat, quod immo probetur reuersionem aquarum, quæ obtenta fuit tempore molestiarum, habuisse initium in fundis, & territorio Centensium, vt videntur deponere 6. 10. & 11. testes dati in sum. partis num. 5. & vlterius extet confessio ipsorum Centensium data in sum. num. 6. quod scilicet ingres-
16 sum fuit territorium Centi, † vt aquam diuerterent, qui actus nedum implicitam contradictionem continere videantur, sed nec etiam fieri poterint citra ius, & nomen seruitutis.

Quia quantum ad testes fuit responsum aduertendo quod Centenses dupliciter molestarunt DD. Angelellos in vsu aquarum, primo diuertendo aquas ab ipso molendino, & illas dirigendo per canale antiquum, per quod aquæ solebant transire, tollendo quendam cauedonum, & de hac molestia deponunt testes dati in sum, num. 4. quæ nihil pertinet ad contradictionem factā domino in fundo suo; aut ad opus manufactum in territorio superiori, ex quo Centenses apparent hæc omnia fecisse in territorio S. Au-
17 gustini, in quo † postquam aquæ ingressæ erant, nullum ius habebant illas diuertendi, *Bart. in l. quominus num. 25. ff. de flum. Dec. cons. 224. num. 3. & 7. Surd. eod. cons. 447. num. 2.* Altera vero est molestia de qua deponunt testes prædicti in sum. num. 5. quod scilicet Centenses diuerterunt aquam super eorum territorio, & tunc omnes affirmant, quod Molendinum per plures menses non macinauit, & à paucis diebus tunc citra homines Centi restituerunt partē aquæ in canale molendini, cum qua in præsenti macinat, ex quibus duo inferuntur, primum quod Centenses vsi sunt iure proprio diuertendo aquas in suo territorio inferendo damnum molendino inferiori per multos menses. Secundum quod contradictioni
18 † non acquieuerunt, prout necessarium est pro initiāda seruitute, vt supra dictum est, *ex Burs. & aliis allegatis, quibus accedunt idem Cæpoll. d. c. 4. num. 57. & 58. Carpan. ad Stat. Mediol. c. 247. num. 12. vol. 2. Rot. d. decis. 164. num. 3. par. 2. diuers.* Et quamuis postea fuerit restituta pars aquarum potius iure facultatis, & familiaritatis, ac passiuę seruitutis, id factum dicendum est quàm actiuę seruitutis, ex quo non præcesserunt actus illi positiui in fundo superiori
19 † ad acquirendam possessionem, nempe secare mamillas, purgare cauum, nouum etiam conficere, *de quibus per Cæpoll. d. cap. 4. numer 56. & 58. vers. aut habens fundum, & Rimin. iun. cons. 86. num. 2. & seqq.* & ex prædictis resultat responsio ad confessiones iudiciales, quia etiam illis suppositis sequuta fuit contradictio, & non acquiescentia postquam sustinuerunt diuersionem.

Demum non etiam subleuat DD. Bononienses, &
20 Angelellos licentia † Clementis VII. de cōstruendo molendino, quia per eam non infertur per necesse ad concessionem dominij, vel seruitutis aquarum fundi superioris, & vbi esset consequentia necessaria,
21 illa semper intelligeretur † sine præiudicio dominij aquarum, *l. 2. §. merito & si quis à principe ff. ne quid in loc. publ. Cæpoll. d. c. 4. num. 48. & 50.*

Et ita, &c.

REVERENDISS. COCCINO.

Romana Palatij.

Lunæ 14. Nouembris 1622.

ARGVMENTVM.

Vendita, quando est vna res duobus, quamuis præferatur ille, cui primo ea res fuit tradita, tamen id fallit, quando secundus emptor, cui primo fuit res consignata, notitiam habuit de prima venditione, cum tunc participet cum venditore ad præiudicium primi emptoris. Emptor cui res non fuit tradita, licet non possit inhibere venditori, ne rem alteri vendat, tamen quæ cautela in hoc seruari possit. Alienatio bonorum fideicommisso subiectorū, valida est, stante derogatione fideicommissi facta per Summum Pontificem.

SVMMARIVM.

1 *Vendita quando est vna res duobus, ille præfertur, cui primò facta est traditio.*

Emptor

2 *Emptor secũdus non præfertur primo, etiam stante traditione rei emptæ, quando sciuit rem alteri fuiße venditam.*

3 *Emptor emendo rem, quam sciuit alteri fuisse venditam, participat cum venditore ad præiudicium primi emptoris.*

Et propterea etiam stante traditione, secunda venditio non est præferenda primæ.

4 *Inhibitio Rotalis, siue iusta, siue iniusta est timenda, & causat attentata.*

5 *Venditio attentata dum est, non suffragatur.*

6 *Emptor, cui res nondum tradita fuit, non potest petere inhiberi, quominus venditor rem alteri tradat, & vendat.*

7 *Sed hoc procedit, quando non pendet lis, secus verò dum lis iam pendet, num.9.*

8 *Emptor, cui res empta non fuit tradita, licet dum lis non pendet, non poßit inhibere venditori, ne rem alteri tradat.*

Tamen cautela est, quod appelletur à futura venditione faciẽda, quia si fuerit contrafactum, venditio tanquam attentata poterit reuocari.

9 *Alienatio rei, quæ subest fideicommisso, est nulla, stante expressa prohibitione fideicommittentis alienandi.*

10 *Bona fideicommißaria validè alienantur stante gratia super hoc obtenta à Summo Pontifice.*

11 *Alienatio bonorum fideicommisso subiectorum valida est, stante licentia Papæ, et ad hoc sufficit, vt supplicatio sit signata licet non sit datata.*

12 *Gratia data solum requiritur, vt probetur tempus gratiæ, Bulla verò, vt ipsa gratia probetur, et sic seruat Rota.*

13 *Venditio rei prohibitæ alienari, ex quibus censeatur confirmata à Papa.*

14 *Promittens aliquid facere, videtur confirmare iam factum.*

15 *Gratia perinde valere, quid operetur, et num.16.*

17 *Papæ declarationi standum est, et num.18.*

19 *in Ignorante sola præiudicij ratio impedit, ne trahatur ad iam factum.*

20 *Papa verisimile est, vt de re valde pia, et commendabili, et quæ tendit ad Fidem Catholicam propagandam, fuerit informatus.*

21 *Papa verisimiliter præsumitur informatus de re, quæ summam lætitiam ei fuisset allatura.*

DECISIO CCCCXXVI.

DVBITAVI An D. Felix esset præferenda in emptione Palatij, de quo agitur, & Domini negatiuè resoluerunt; nã licet regula sit, quod quan-
1 do vna † res ab eodem duobus venditur, ille præferatur, cui primo facta est traditio *l. quoties. C. de rei vendicat.* Tamen hæc regula fallit, quotiescumque
2 secundus emptor, cui fuit facta traditiõ, scit † alteri rem fuisse venditam, quia tunc participat cum venditore ad præiudicium primi emptoris, & propterea
3 † secunda venditio non est præferenda, *Salyc. in d.l. quoties. num.5 in 10. appositione, et ibi etiam Ias. numer.26 in 9. limit. idem Ias. in §. item si quis in fraudem. instit. de action. Paris. cons.11. num.108. lib.1. Gabr. de emptio. et vendit. conclus.2. num.30. Aym. cons.77. sub nu.18. vers. simile videmus quando. Rolan. cons.9. num.27. vol.1. Gail. obseruat.55. num.11. lib.2.* quæ quidem scientia satis probatur ex ipso instrumento venditionis, & ex inhibitione emanata à Rota occasione litis, quæ pendebat super effectuatio-
4 ne primæ venditionis. † quæ siue iusta, siue iniusta erat timenda, & causat attentata, *Rota decis.26 numer.3. de appellat. in antiq. Achill. decis.29. num.1. de*
5 *appellat.* & propterea cum ex† capite attentatorum secunda venditio sit attentata, non suffragatur.

Neque obstat quod *Ias. in d.l. quoties. num.3.* di-
6 cat quod emptor cui nondum † res est tradita, non potest petere per Iudicem inhiberi quominus alteri
7 tradat, & vendat. quia hoc procedit † quando non pendet lis. secus vero si lis pendet, & propterea Ias. dat cautelam, quod appelletur à futura venditione
8 faciẽda, † & si fuerit contrafactum, tanquam attentatum poterit reuocari, vt docet *Innoc. in cap. bonæ. num.3. vers. sed quæres si quis appellaret. de appellat. Gerard. de Petra Sancta sing.98. num.6. vers. tamen cautela esset.* In hoc autem casu cum penderet lis
9 † super effectuatione primæ venditionis, benè potuit inhiberi, itaut possessio sit attentata.

Nec subsistit quod venditio facta Reuerẽdissimo
10 D. Viues fuerit nulla, cum † adsit expressa prohibitio fideicommittentis alienandi, *Alex. cons.81. nu.11. vers. tum attento, et num.13. vers. præterea clare. et num 18 lib.3. Surd. cons.495. num.5. lib.4. Rota decis.49 num 11. et seqq. et decis. 110. num. 3. par.2.* quia hoc bene procederet, si non fuisset obtenta à
11 Summo Pontifice derogatio fideicommissi, † & sufficit vt suffragetur, quod tunc supplicatio esset signata, prout constat ex testibus, & ex fide tunc Reuerendiss. Datarij, licet supplicatio non esset datata,
12 nec minus litteræ expeditæ, quia data solum requiritur vt probetur tempus gratiæ, Bulla verò vt ipsa gratia probetur, *Caputaq. decis.88. num.2. par.3.* & quicquid nimis subtiliter in contrarium dicatur, ita seruat Rota, & in omnem euentum cum postea om-
13 nia incumbentia fuerint facta, † negari non potest quin censeatur confirmata venditio *ad tex. in l. si quis filio. §. irritum. vers. qua ratione igitur. ff. de iniust. et irrit. testam. vbi Castr. nu.4. et seq. Bald. nu.5.*
14 dicens, quod† promittens aliquid facere, videtur confirmare iam factum, & latè *Surd. cons.351. n.45. in fin. vers.4. respondet. et seqq.* & præsertim *n.47. 48. et 49.*

Et videtur cessare omnis difficultas, quia in gratia
15 † perinde valere, obtenta per Faratinos habetur clausula, quod omnis venditio facta vigore priorum litterarum, seu facienda vigore gratiæ, perinde valere, & censeatur facta sine præiudicio litis pendentis, ac omnium & quorumcumque iurium partium, ita quod nec Faratinis, nec Ruspolæ aliquod nouum ius prælationis, vel quodcumque aliud censeatur quæsi-
16 tum, etiamsi ad traditionem Palatij deueniatur, † sed iura partium illæsa remaneant, ac si eidem Ruspolæ prædicta traditio facta & præsens gratia etiam con-
17 cessa non fuisset, † cui declarationi Papæ omnino stãdum est, *Crescen. decis.9. ad fin. de probat Sarnen. in reg. de annal. q.42 col.4. vers. limitarem tamen. nu.6. Cassad. decis.2. num.17 de vnion. Felin. in cap. cum à nobis. sub num.3. in 4. notab. de testib.*

Neque resistit quod Papa nesciret venditionem
18 factam, quia cum non agatur † de illius præiudicio, non refert, vt distinguendo dicit *Castren. in d.l. si quis filio. §. irritum. num.5. et Surd. num.49. in fin.* vbi quod omnes sequuntur Castrensem, & quod in
19 ignorante sola præiudicij ratio † impedit, ne trahatur ad iam factum, & ibi in principio respondet ad *decis.*

decis. Afflict. 355. vltra quod cum Reuerendissimus D. Viues emisset ea intentione, vt opus pium pro augumento Fidei construeret, & emptio fuisset facta coram Illustrissimo d. Cardinali Burghesio tunc ne-
20 pote Summi Pontificis, valde verisimile est quod de re tàm pia, & cōmendabili, quæ tendebat ad Fidem Catholicam propagandam, Summus Pontifex fuerit
21 certioratus †maximè cum ei summam lætitiam esset allatura.

Et ita conclusum vtraque parte informante.

Plures decisiones in causa emanarunt, quas congessi supra ad decisionem 407. quæ est in eadem causa.

REVERENDISS. MERLINO.

Monopolitana Beneficij, seu Capellæ.

Lunæ 14. Nouembris 1622.

ARGVMENTVM.

Instrumentum originale, si sit adeo corrosum, & vetustate, & tempore, ac murium iniuria labefactatum, itaut in eo non legatur id, quod est in controuersia, tunc si ex aliquibus verbis antecedentibus, & subsequentibus, satis comprehenditur, quidnam in verbis corrosis continetur, ideoq corrosio ipsa obesse non debet. Ac plura habentur circa hanc materiam corrosionis, abrasionibus, & consumptionis scripturarum antiquarum, & quid si simus in substantialibus. Instrumentum producens dicitur illud tanquam validum approbare.

SVMMARIVM.

1 *Corrosio scripturæ, quando non obsit.*
2 *Abrasio scripturæ, licet in loco substantiali non nocet, quando ex accidentibus, & subsequentibus veritas deprehendi potest.*
3 *Omissum, quando aliquid est, illud suppletur & habetur pro scripto, si ex præcedentibus, & subsequentibus percipi valeat, quod fuit omissum.*
4 *Scriptura, quando est vetustate consumpta, & à muribus corrosa, id non nocet, quando veritas ex præcedentibus, & subsequentibus percipitur.*
5 *Consumptio, & corrosio regulariter instrumento non nocet.*
6 *Corrosio scripturæ, quando nullatenus præiudicet.*
7 *Priuilegij corrosio non obest, quando reperitur illud registratum in libro eius, qui illud concessit.*
8 *Scripturæ rasura non obest, quando veritas ex alijs scripturis comprobatur.*
9 *Scripturæ rasura non nocet, quando veritas aliunde apparet, etiam ex coniecturis, & adminiculis expiscata.*
10 *Scripturæ corrosio etiam in parte substantiali non obest, quando veritas aliunde haberi potest.*
11 *Obseruantia stante, ea dat robur scripturæ, etiamsi propter corrosionem, vel alium defectum, non videretur ea non esse in forma probanti.*
12 *Obseruantia, vt releuet debet esse in specie probata.*
13 *Præsentatio ad iuspatronatus in dubio præsumitur facta iuxta formam traditam in eius fundatione, & num. 15. 16. & 17.*
17 *Scriptura cum sit indiuidua fieri non potest, quod sit legalis, & faciat fidem in vna parte, & non in totum.*
19 *Instrumenti exemplo extracto à Notario publico, quando plena fides sit adhibenda, licet originale sit deperditũ, vel corrosum, & n. 20. & 21.*
22 *Instrumenti transumptum producens ac repetens, ac iuxta illius formam obtinens iudicari, non potest deinde illud impugnare.*
23 *Sumpto instrumenti, quando sit plena fides adhibenda, & maximè dum sumus in antiquis.*
24 *Instrumentum producens dicitur illud tacitè approbare.*
25 *Confessio contra confitentem plenè probat.*
26 *Confessioni propriè non est contraueniendum, nec impugnanda venit.*
27 *de Iurepatronatus, & illius fundatione cum certa qualitate, & ordinatione, ex pluribus simul iunctis dicitur constare.*

DECISIO CCCCXXVII.

DOMINI steterunt in decisis sub die 6. Iunij præteriti coram me†.* Non enim visum fuit obstare quod ex transumpto vltimo loco ex originali in vim compulsoriæ exemplato, & ex transumptantis attestatione appareat, ipsum originale esse adeo corrosum, & vetustate, & tempore, ac murium iniuria labefactatum, vt in eo hodie non legatur codicillantem disposuisse, quod primo loco præsentari posset, ac deberet, qui esset de linea masculina ipsius, & deficiente seu non existente dicta linea masculina deueniretur ad fœmininam, etiamsi præsentatus esset tantũ Clericus primæ tonsuræ, & deficientibus ambabus lineis eligeretur extraneus, qui tamen esset Sacerdos Ecclesiæ Cathedralis; nam quamuis re vera nonnulla verba sint omnino corrosa, & legi nullatenus possint, attamen ex alijs verbis antecedẽtibus
1 & †subsequentibus satis comprehenditur quidnam in dictis verbis corrosis contineretur, ideoq. corrosio ipsa obesse non debet, vt in specie docet *Bart. in l. 1. §. si rosæ. num. 2. vers. aduerte si testamentum. ff. de bon. pos. secundum tabu.* quem sequitur *Ruin. cons. 217. num. 14. lib. 1. et Surd. cons. 173. num. 55.* Quem-
2 admodum nec etiam abrasio in loco †substãtiali nocet, quando ex antecedentibus, & subsequentibus veritas deprehendi potest *glos. fin. in cap. cum venerabilis, de relig. dom. Bald. in l. fin. num. 17. vers. attende hic, et ibi etiam Ias. num. 19. vers. 4. limita, et Dec. num. 37. C. de edict. Diu. Adr. tollen. Natt. cons. 132. num. 3. Caputaq. dec. 3. num. 7. par. 2.* cum alijs congestis per *Surd. d. cons. 173. num. 55. Farinac. de fals. q. 151. num. 52. et seqq. et q. 153. num. 82.* sicuti
3 etiam quando aliquid fuit omissum, † illud suppletur, & habetur pro scripto si ex præcedentibus, & subsequentibus percipi valeat, quod fuit omissũ, ita etiam multo magis suppleri potest id, quod fuit ve-
4 tustate †consumptum, & à muribus corrosum prout sunt prædicta verba, vt in proposito dicit *Bart. in l. fin. §. sin autem aliquis num. 3. vers. si illas quem ibi sequitur Ang. num. 3. & 4. Salicet. num. 11. in fin. Ias. num. 19. vers. 4. limita. Alex. num. 18. in fin.*
5 *C. de edict. D. u. Adr. toll.* talis enim †consumptio, & corrosio regulariter instrumento non obest, vt tradit *Bald. in tract. de tabell. num. 93. per tex. in d. l. 1. §. si rosæ. ff de bon. poss. secundum tab.*

Præterea adsunt etiam plura exempla antiqua per publicos Notarios extracta, & coram diuersis Iudicibus producta, & signanter illud quod fuit exhibitũ in iudicio ab ipsomet Cæsare, cum quo ipsum originale

nale in omnibus suis partibus, quæ legi possunt, &
non sunt corrosæ, apparet de verbo ad verbum egre-
6 giè concordare, illiq. adamussim respondere, † &
consequenter corrosio prædicta præiudicare nullate-
nus potest, vt in fortioribus terminis tradit *Ruin.d.*
cons.217.num.14. vers.& tanto magis lib.1. vbi lo-
quens de quodam priuilegio corroso, respondet, cor-
7 rosionem non obesse, † eo quia reperiebatur non
quidem à Notario, vel à persona publica, sed ab ip-
somet, cui illud concessum fuerat in eius libro inte-
grè registratum.

Idq. satis etiam apertè confirmatur ex eo, quia
quemadmodum rasura non obest, quando veritas ex
8 † alijs instrumentis, vel scripturis, aut aliunde com-
probari, vel detegi potest *Butr.in cap.ex litteris cir-
ca fin.& ibi Abb.num.4.vers.vel quando de fid.instr.*
Baldus in l.falsus nu.2. C.de furtis, Natt. cons.132.
num.2. & seqq. Caputaq.d.decis.3.nu.8. par.2. cum
alijs per Mascard. de probat. conclus.1255. num.21.
9 *Farinac. d.q.153. num.90.* etiam † ex adminiculis,
præsumptionibus, vel coniecturis, *Specul. in tit. de*
instr.edit. §.restat num.1. Alex.cons.14.nu.13.vers.
septimo est aduertendum lib.6. Surd. præalleg. cons.
173.num.56. & seqq. ita nec etiam consumptio, vel
10 corrosio nocere† debet, vt in terminis corrosis etiã
in parte substantiali, tradit idem *Surd. cons.535.*
num. 2.

Vlterius cum constet de obseruantia subsequuta
11 scriptura prædicta plenam fidem † faceret etiam si
propter dictam corrosionem, vel alium defectum
non videretur esse in forma probanti, vt latè fuit de-
ductum in decisione coram me, & in terminis instru-
menti corrosi tradit *Ruin.cit.cons.217. nu.14. vers.*
ex omnibus igitur, quem sequitur *Menoch.cons.422.*
num.36.

Neq; obstat, quod non videatur probata obseruã-
12 tia† in specie præsentandi scilicet illos qui essent de
linea masculina, & in illorum defectum de linea fœ-
minina ipsius codicillantis, quia immò illa satis pro-
bata remanet ex eo, quod apparet huiusmodi benefi-
cium de anno 1549. tãquam de iurepatronatus fuis-
se possessum per Nicolaum Mariam codicillantis ne-
potem, & sic de linea illius, & quamuis non constet
ipsum fuisse præsentatum vti talem, tamen cum cer-
13 tum sit præsentationem † debuisse beneficij de iure-
patronatus possessionem necessario anteire, præsu-
mendum est illam fuisse factam, iuxta formam funda-
tionis, & in dictorum codicillorum executionem,
14 cum de alia fundatione† in vim cuius fieri potuerit,
non appareat *l.3.§.verum quæri potest de manumis.*
Alciat.de præsumpt.reg.2. præsumpt.24. nu.1. et seq.
Surd.cons.19.num.18.19. et seqq. et cons.61. nu.76.
& apertius etiam probatur ex præsentatione facta
15 in personam †Cæsaris Pisani ex eo quia non aderat
Clericus de familia fundatoris, & ex alia præsenta-
tione facta de anno 1608. in personam Vincẽtij Ma-
riæ vti de domo, & familia prædicta.

Et nihilominus ad effectum, de quo agitur satis
16 esset, quod constaret† beneficium fuisse fundatum
cum assignatione oliuarum, & præsentationes fuisse
factas à successoribus ipsius codicillantis iuxta for-
mam, & tenorem scripturæ prædictæ, quia non est
17 † necessarium, quod appareat de obseruantia in om-
nibus, vt in puncto fuit dictum in *Aprutina Iurispa-*
tronatus 27. Februarij 1587. coram Bubalo, quæ est
decisio 569.num.2. par.4. diu. vbi quod ita fuit etiam
resolutum *in Caurien. iurisdictionis coram Blan-*
18 *chetto.* Cum enim scriptura sit† indiuidua, fieri non
potest, quod sit legalis, & fidem faciat in vna parte,
& non in totum.

Denique etiam si de dicto Instrumento originali
nullo modo constaret, vel ipsum nullam fidem face-
ret, adhuc tamen sufficeret exemplum per Petrum
Iacobum Ficolam publicum notarium exemplatum
19 antequam dictum † originale esset Corrosum, quod
exemplum est omnino integrum, & in præsenti
probat, tum quia plura concurrunt adminicula
resultantia ex dicto originali, cum quo in omnibus,
20 quæ legi † possunt perfectè concordat, & ex illius
productionibus, & repetitionibus factis per præsen-
tatos, & ex eorum confessione in positionibus pro
21 eorum parte datis expressè † emissa, & ex Institu-
tionibus illius vigore subsequutis, quibus concurren-
tibus etiam copiæ fides adhibetur, *Caputaq.dec.284*
part.1.& fuit dictum in Romana Dotis de Sfortia 14
Decembris 1612.quæ est decis.368.num.6.impressa
post cons. Farinac. par.2. tum etiã ex hoc ipso quod
dictus Cæsar Pisanus, qui beneficium tanquam de
Iurepatronatus obtinuerat, & Vincentius, qui à pa-
tronis fuerat præsentatus ad docendum de ipso Iure
patronatus transumptum prædictum coram Ordina-
22 rio produxerunt. † ac repetierunt; & Ordinarius se-
cundum illud iudicando per definitiuam sententiam
pronunciauit omnia narrata vera fuisse, & esse ip-
sosque tanquam à veris patronis præsentatos insti-
tuendos fore, prout instituit, aperte sequitur eidem
23 † sumpto fidem esse adhibendam maximè cum sit
antiquum, *vt post Paris.cons.104.num.54. & 55.&*
alios tradit Mascard.de probat. concl.711. num. 89.
Mastrill.decis.43.nu 8.& 13.

Et visum etiam fuit cessare omnem difficultatem,
quia ipsemet Cæsar Marzatus non solum beneficij
de quo agitur, obtinuit tanquam de Iurepatronatus
& postea ad illud probandum dictum Codicillorum
24 transumptum † produxit, & sic illud tacitè probauit
sed positiones etiam exhibuit, in quibus omnino ex-
pressè affirmauit, & fassus est ipsam Capellaniam
fuisse à q.Sancte Codicillante fundatam cũ pactis,
& conditionibus contentis in codicillis ab eo factis,
& in prædicto illorum transumpto, quod produxit,
vt in primo processu pag. 10. & 15. & in summario
præteritæ positionis fuit datum a Francisco sub num
25 9. quæ confessio † contra ipsum ponentem plenè
probat *Alex cons.71.numer.4.lib 3 Gabr. de confess.*
conclus.1.num.12. Honded. cons.52. num. 30. lib.1.
Rota coram Sanctiss. dec.385.num.3. & decis. 408.
num.1. Et consequenter non potest Cæsar hodie eos-
dem Codicillos, & eorum scripturam quam non so-
lum tacitè, sed etiam omnino expresse approbauit
26 impugnare, & † propriæ confessioni contrauenire,
quæ ipsi omninò præiudicat, *vt in terminis Iurispa-*
tronatus fuit resolutum in Taurinen. Capellaniæ 8.
Martij 1588.coram Orano, et coram Sanctiss. in de-
cis.452.num.2.vbi, et aliæ decisiones afferuntur.

Ex quibus omnibus maximè simul iunctis visum
fuit Dominis de iurepatronatus, & illius fundatione
27 cum† qualitate, & ordinatione, de qua agitur, suffi-
cienter constare, vt in simili etiam aduertit *Ruin.d.*
cons.217. num.14. vers.ex omnibus igitur lib.1. &
consequenter standum esse in decisis, & ex latius de-
ductis in dicta decisione 6. Iunij præteriti corã me.

Quæ autem de descendentia ab informantibus de-
duce-

ducebantur. Domini ad aliam particularem disputationem reijcerunt.

Et ita vtraque parte informante.

* *Decisio ista in hac causa facta sub die 6. Iunij præsentis anni 1622. coram eodem clar. me. Merlino, est supra in hoc Tomo decisio 403.*

R. P. D. VBALDO.

Firmana Fideicommissi.

Lunæ 14. Nouembris 1622.

ARGVMENTVM.

Donatio facta absenti absque stipulatione Notarij viribus non subsistit, sed ea interueniente, quidquid nonnulli DD. autument, valida est, ac irreuocabilis, parum ad hoc obstando, an sit acceptata nec ne, cum ea acceptatio non sit necessaria ad acquirendũ ius in ea. Donationis acceptatio præsumitur ex scientia illius, cum simus in merè lucratiuis. Donatio prima, quando nullo modo possit reuocari per secundam.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, absenti, cæteratum, positum in instrumento donationis factæ absenti, continet stipulationem* Notarij.

2 *Donatio facta absenti absque stipulatione Notarij, est inualida.*

3 *Donatio facta absenti per stipulationem Notarij, vt valeat, debet constare de acceptatione, & effectuatione eiusdem.*

4 *Notarij stipulatio dum interuenit in donatione facta absenti, ea est valida, & irreuocabilis, etiam non constito de acceptatione, vel ratificatione.*

5 *ex Stipulatione Notarij interposita in donatione facta absenti, operatur, vt in eum transferantur vtiles actiones personales.*

Et dicuntur competere ex contractu, non autem ex ratihabitione donatarij.

6 *Donatio facta absenti stipulante* Notario, *sine dubio valida est, saltem ad effectum vt reuocari non possit.*

7 *Donatio facta absenti stipulante* Notario, *etiam non constito de acceptatione donatarij, nec tacitè, nec expressè potest reuocari.*

8 *Acceptatio donatarij absentis, an præter stipulationem Notarij, requiratur ad effectum acquirendi dominium, & possessionem rerum donatarum, ardua est quæstio.*

9 *Donatarij absentis acceptatio non est necessaria ad acquirendum ius, & actionem in re donata.*

10 *Hæredi donatarij competit actio ad consequendum bona donata defuncto.*

11 *Actio cui competit ad aliquid assequendum, multò magis debet competere exceptio ad illud retinendũ.*

12 *in Donatario præsumpta scientia donationis habetur loco acceptationis.*

Scientia habet vim acceptationis in merè lucratiuis. num. 12.

13 *Scientia bene probatur ex coniecturis.*

14 *in Donatione non est discutiendum, an aliquid comprehendatur, dum ipsa donatio non subsistit.*

15 *Donatio facta absenti stipulante Notario, nullatenus ea potest reuocari per secundam donationem, nec per alienationem. num. 7.*

16 *Verba generalia restringuntur per verba sequentia specialia.*

17 *Donatio secunda, si habeat constitutum, an reuocet primam, quæ eo caret.*

18 *Constitutum, si sit appositum rei incertæ, nihil operatur.*

DECISIO CCCCXXVIII.

DOMINI recesserunt à decisis in hac causa die 20. Nouembris 1620. * & præcipuum fundamentum, in quo Domini conueniebant, fuit, quia cum fuerit firmatum die 1. Iulij præteriti, * clausulam cæteratam, de qua in prima donatione anni 1549. facta per Franciscum, alias Cicchum Pie-
1 rotium, posse continere stipulationem † Notarij pro absente, vt præter tunc allegatos est *decis. Seraph. in his terminis* 1184. *num.* 10. sequitur, vt cesset fundamentum d. decisionis die 20. Nouembris, in qua ad sustinen. secundam donationem ab eodem Ciccho factam de anno 1594. ad fauorem Ludouici sui patruelis cum fideicommisso perpetuo ad fauorem proximiorum de familia de Formonis, fuit dictum
2 primam donationem fuisse inualidam † vti factam absenti sine stipulatione Notarij, & quatenus esset valida, non constare eam fuisse acceptatam, vel ha-
3 buisse † effectum, cessat, inquam hoc fundamentum cum stante stipulatione Notarij pro absente, ea fuit
4 valida, & irreuocabilis, etiam † absque alia acceptatione, vel ratificatione, ex tali enim stipulatione transferuntur vtiles actiones personales in donatarium, *l. 1. 2. & 3. ff. rem pup. salu. for.* & ponderat *Ruin. cons. 119. num. 7. & cons. 47. num. 2. & 3. lib. 5. per text. in l. 1. §. exigere, vers. Planè, ff. de Mag. conu.*
5 & dicuntur competere ex contractu, † non autem ex ratihabitione donatarij, *vt post Bart. Crau. Alex. & alios concludit Ceph. cons 33. num. 8. vbi de communi lib. 1. Rol.* latè *cons. 19. num. 22. lib. 1.* cum alijs plurimis relatis *in causa Romana donationis* 21. *Aprilis* 1614. *coram me confirmata* 11. *Martij* 1615. vbi aliæ auctoritates fuerunt additæ, & fuit dictum in *Perusina censuum* 13. *Febr.* 1615. *coram D. meo Remboldo, quæ est decis.* 132. *num.* 1. *vbi de magis commu-*
6 *ni apud Modern. Perus. de censib.* & saltem † ad effectum, vt reuocari non possit, firmat *Rota pro regula decis* 683. *num. 3. par. 1. diuers. Cephal. d. cons. 33. num. 5. & cons. 440. nu. 42. lib. 3. Surd. cons. 60. nu. 16. vers. Nec dico lib. 1. & clarius decis. 111. num. 6.* vbi quod hæc opinio est communis, & rationabilis, *& decis. 206. num. 4. & 5. cum alijs cumulatis per Modern. Cusentin. de virib. patr pot. par. 1. cap. 8. num. 158. & par. 4. cap. 1. num. 47. Rota in d. Perusina censuum 1. Iunij 1616. quæ est decis. 174. nu. 1.*
7 *post dictum tract. de censib.* & quod reuocari † non possit, nec expressè, nec tacitè per alienationem, & alio quocumque modo, qui est casus noster. *Cephal. d. cons. 33. num. 7. cum alijs per Surd. d. decis. 206. num. 5. vbi de communi*, & licet quoad effectum ac-
8 quisitionis dominij, & possessionis rerum donatarũ, ardua sit quæstio, An præter stipulationem Notarij pro absente requiratur etiam acceptatio donatarij,
9 tamen certum est, quod ad † acquiren. ius, & actionem talis acceptatio non requiritur, ex latè traditis per *Rolan. dicto cons. 19. num. 17. vbi de communi Thes. decis. 70. num. 5. Rota decis. 683. num. 5. vers. Præterea par. 1. diuers. & fuit firmatum in dictis decisionibus in causa Romana donationis, quæ etiam*

Dominis placuerunt. Vnde cum Hieronyma sit hæ-
10 res Ludouici filij Pierotij donatarij † videtur ex d.
donatione competere actio ad consequen. bona do-
11 nata ex proximè allegatis, & multò magis cum † ea
possideat, debet competere exceptio ad eam retinen.
l. inuitus, §. cui damus. ff. de reg. iur. & accedebat
12 præsumpta scientia † in donatario, quæ habetur lo-
co acceptationis in mere lucratiuis. *Bald. dicto con-
sil. 19. num. 34. Dec. in l. traditionibus num. 15. C. de
pact. Surd. dicta decis. 111. num. 13. & dicta decis.
206. num. 11. Seraph. decis. 1184. num. 12. cum alijs
plurimis allegatis in dicta Romana donationis 21.
Aprilis* 1614. *coram me.* & addi possunt alij cumu-
lati per *Modern. de virib. patr. pot. par. 4. cap. vltimo*
13 *num. 50.* quæ scientia bene † probatur per coniectu-
ras, vt per *Doctor. locis citatis*, hic per informantes,
& quatenus hæc non essent tuta; sufficit acquisitio
actionis ex prædictis,

Quibus stantibus non est necessarium insistere, An
secunda donatio comprehendat bona Cripta Azzo-
linæ, quod in prima decisione fuit affirmatiuè reso-
14 lutum, cum si valuit † prima donatio, quæ expressè
facta fuit de dictis bonis reuocari per secundam, stan-
te stipulatione Notarij, vt supra dictum est, parum
15 referat quod hæc secunda sit apta † comprehendere
eadem bona, & nihil nonnulli ex Dominis dubita-
bant etiam de dicta comprehensione, quia, & si ver-
16 ba sunt generalia, † tamen videantur restringi per
expressionem loci firmi. *l. quæsitum §. Mæuia, & ibi
Bart. in fine, ff. de leg. 3. Oldrad. cons. 8. num. 2. cum
alijs in ipsa decis. allegatis*, & ad responsiones, &
coniecturas, de quibus in eadem decis. replicabatur
per Informantes, & præsertim per D. Marionum,
sed non opus est latius insistere ad responsionem
iam datam.

Non obstat quod secunda donatio habeat consti-
17 tutum, † quo caret prima, & ideo videatur reuoca-
ta, *ex alleg. per Gabr. de empt. & vendit. conclus. 2.
num.* 8. quia cum fuit appositum in secunda dona-
18 tione, omnibus bonis † sine specificatione confi-
nium, & sic rei incertæ nihil operatur. *Bart. in l. 3. §.
incertam, ff. de acquir. poss.* Dec. *cons. 225. num. 3.
Gabr. loco citato num. 23.*

Cæterum quia obijciebatur, Instrumentum d. do-
nationis anni 1549. non esse in forma probanti, po-
terit de hoc, si opus erit, particulariter videri.

Et ita decisum, &c.

☞ * *Decisionem hanc, à qua* Rota *recessit, ponam in-
fra in Appendice, post decisiones anni* 1626. *Alte-
ra vero sub die* 1. *Iulij* 1622. *est supra in hoc Tomo
decisio* 421.

REVERENDISS. PIROVANO.

Romana Fideicommissi.

Mercur. 16. *Nouemb.* 1622.

ARGVMENTVM.

Sub facultate amplissima alienandi sine dubio venit alienatio, quæ fit in vltima voluntate. In institutione vniuersali, quid veniat. & alia plura circa hanc materiam. Positus in conditione censetur vocatus ad eam portionem, cuius initu fuit positus in conditione, & quando secus, &c.

SVMMARIVM.

1 *Hæredis institutio, & legata sine dubio veniunt sub concessione amplissima alienandi.*
2 *Alienandi facultas non restringitur, per sequentia verba, prout de Iure.*
Ius commune multos permittit modos alienandi, & dominia transferendi, num. 2.
3 *Exclusio vnius est inclusio alterius.*
4 *Appellatione bonorum testatoris non veniunt bona vinculata.*
5 *in Institutione vniuersali totum id comprehenditur, quod subiacet liberæ facultati disponendi.*
6 *Descendentes ab intestato censentur vsi facultate alienandi in venientes ab intestato.*
7 *Fideicommissum conditionale deficiente conditione, euanescit.*
8 *Vocatus si quis sit in tota hæreditate, censetur multò magis vocatus in parte.*
9 *Pluralitas quando resoluatur in singularitatem. & num. 10. & 11.*
12 *Osasc. decis. 110 & alij quo casu loquantur.*
13 *Substitutio reciprosa, quando non dicatur adesse inter plures vocatos.*
14 *Conditio relata ad patris portionem, non potest adaptari ad portionem patrui.*
15 *Et quamuis aliud suadentibus coniecturis posset dici, tamen illæ debent esse vrgentes, & necessariæ. & num. 16. & quando illæ non dicantur adesse.*
18 *Error in aliquo contractu, quando adest, dicitur deficere consensus.*
19 *super Fideicommisso transactio non valet deficiente causa, per quam fuit inita transactio.*

DECISIO CCCCXXIX.

CENSVERVNT Domini standum esse in de-
cisis * tam ex verbis codicilli Iuliæ, quàm ex
☞ dispositione testamenti eiusdem, in quibus de ali-
quo fideicommisso ad fauorem Portiæ Damianæ con-
stare non videtur.

Clarà enim visa fuerunt verba codicillorum pon-
derata in decisione, quæ nunc reuidetur, per quæ am-
pla facultas legitur tributa hæredibus circa bona te-
statricis omnia faciendi ad eorum libitum volunta-
1 tis, † ex hac enim concessione permissiua alienandi
nemo est, qui dissentiat comprehendi hæredis insti-
tutionem, & legata. *Decian. hoc asserens cons. 78.
num. 19. lib. 3* & hanc opinionem firmarunt *Surd.
cons. 10. num. 13. Peregr. art. 40. num. 57. Menoch.
cons. 323. num. 9. Natta cons. 505. num. 38. lib. 3. iam
allegati in 1. decis.* quibus accedunt *Alex. cons. 226.
num. 7. lib. 6. Hieronym. Gabr. cons. 125. nu. 15. lib. 1.
idem Natt. cons. 78. num. 1. lib. 1. Roland. cons. 32.
num. 17. lib. 1. Menoch. cons. 497. num. 11. & Paris.
cons. 74. num. 23. lib. 2. Anchar. post alios quæst. 12.
num. 4. & 5. Honded. cons. 33. num. 48. vol. 1.* & verba
sequentia, prout de iure permittitur, non alterant
præcedentem facultatem, quia ius commune multos
2 permittit modos alienandi, † & dominia transferen-
di, de quibus per *Specul. in tit. de locat. & emphyt. §.
nunc aliqua num.* 179. ad quos testatrix potius au-
gendo facultatem, quam restringendo voluit se
referre.

Neque obstat, quod codicillans voluerit testamé-
3 tum in alijs legatis firmum remanere, † quia ex hoc
magis videtur confirmata libertas disponendi per in-
clusio-

clusionem cæterorum in testamento contentorum, *l. alumnæ, §. qui filias, vbi Bart. ff. de adim. vel transfer. leg Natt. cons. 483. num. 4. volum. 3.*

Similiter nec releuat, quod Aurelio hæredi instituto ab Honufria nedum necesse fuerit, vt eadem Honufria facultatem haberet faciendi omnia ad eius libitum voluntatis, sed etiam quod tali facultate voluerit vti, quam tamen omisisse dicebatur ex tenore institutionis restrictæ ad bona propria testatricis ibi
4 in omnibus alijs eiusdem testatricis bonis, † quorum appellatione non veniunt bona vinculata. *Roland. cons. 71. num. 26. lib. 2.* ponderans verba, *in omnibus suis bonis.*

Quia in vniuersali institutione totum id comprehenditur, quod subiacet liberæ facultati disponen-
5 di, † & quod testando censeatur Honufria vsa facultate disponendi in specie responderunt *Honded. post alios dicto cons. 33. num. 48. volum. 1. Peregr.* latissimè examinans quæstionem *d. art. 40. num. 57. & ampliando sub num. 59.* pluribus confirmat etiam ab
6 intestato decedentes censeri vsos facultate † alienandi in venientes ab intestato *per l. conficiuntur. ff. de iure codicill. & alijs allegatis*, omnibusq. contrarijs respondet, & illis accedunt *Alba. cons. 17. num. 4. & cons. 73. num. 6. lib. 1. Surd. decis. 93. num. 2. & cons. 73. num. 62. & seqq. & cons. 357. num. 6. & seqq.* Nec vim facit, quod eadem Honufria videatur declarasse de bonis vinculatis non sensisse, dum legauit eadem scuta 50. eidem Aurelio, pro quibus Iulia in suo testamento dederat facultatem disponendi Antonio, Honufriæ, & Ludouicæ hæredibus institutis, quatenus omnes decessissent sine filijs legitimis, & naturalibus, quæ legata non fuissent, si omnia bona voluisset comprehendere in institutione, Quia ex legato prædicto potest quidem dubitari Honufriam cogitasse de fideicommissi substantia, sed quod de illius intentione excluderentur ea, quæ sub eius libera dispositione posita erant necessario non infertur ex prædicto legato, & stantibus prædictis necessarium minimè videbatur quærere de fideicommisso ex testamento eiusdem Iuliæ.

Sed nihilominus Domini examinando tenorem illius, dixerunt etiam non euenisse casum ad fauorem Portiæ, quæ fuit filia Antonij.

Fuerunt enim hæredes instituti ab eadem Iulia, Antonius, Honufria, & Ludouica pro æquis portionibus, deinde leguntur formalia verba, *Et casu quo omnes suprascripti Antonius, Honufria, & Ludouica obirent sine filijs legitimis, & naturalibus, succedant, & succedere debeant proximiores consanguinei dictæ testatricis,* vnde cū Antonius susceperit Por-
7 tiam nunc ream conuentam, & ita conditio † quod omnes moriantur sine filijs reddatur iniustificabilis, inde conditione deficiente fideicommissum sustineri non potest. *l. qui hæredi. §. Plautius, vbi glos. ff. de cond. & demonstr. Socin. iun. cons. 122. nu. 14. lib. 3. Ias. cons. 232. num. 3. lib. 2. Berou. cons. 80. num. 1. lib. 2. Roland. cons. 58. num. 14. lib. 3. Dec. consil. 594. num. 1.*

8 Neque obstat, quod Portia tamquam proximior debeat succedere in portionem amitarum, etiam quod † alter ex institutis decesserit cum filijs per rationem si vocati sunt in tota hæreditate, multo magis in parte, de qua in *l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell.* vbi dictio, *si omnes*, resoluitur in singularitatem. *Peregr. de fideicomm. art. 13. num. 35. Card. Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 5. num. 17. Rota decis. 296. num. 1. coram Sanctissimo, & decis. 804. par. 1. diuers.*

Quia hodie quæstio esse non potest, cum Portia tamquam cum proximiori consanguineo substituto, testatrix enim vocauit proximiores post mortem institutorum sine filijs, vnde absque repugnantia non potuit intelligere de filijs institutorum, prout est Portia, quia aut omnes instituti decedunt sine filijs, & proximior non potest esse de filijs, aut decedunt cum filijs, proximior non admittitur, & nihilominus etiam in præsenti, in quo dictum fuit, si omnes decesserint sine filijs, pluralitas non resolueretur in
9 singularitatem, † sed eo casu tantum, quando simpliciter facta sit substitutio sub conditione si decesserit sine liberis, cum respiciat diuersas personas, quæ separatim potuerunt contemplari, *Menoch. præsum-*
10 *pt. 186. num 42. lib. 4.* vel † quando præcessit reciproca inter institutos secundum veriorem, de qua in *decis. Seraph. 1190 num. 1. & 4.* ac demum quan-
11 do substitutio † non continet dictiones restrictiuas ad collectiuam vniuersalem, *vt hic Menoch. post alios cons. 1028. num. 23.* & in his terminis intelligendus
12 est † *Ozasc. decis. 110. & decis. Rotæ 804. par. 1. diuer. & decis. Sanctissimi 296.* quæ præsupponit reciprocam extare inter institutos, quæ in præsenti considerari non potest, cum non sit facta, nec expresse, nec
13 vltimo morienti, † sed omnibus decedentibus sine filijs, & ea circumscripta induci non potest. *Alba cons. 31. num. 4. & sequentibus. Seraph. ead. decis. 1190. num. 1. Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 5. nu. 6.*

Quod si alia ratione Portia prætendat vti posita in conditione, & consequenter vocata ex Statuto Vrbis in portione proprij parentis eodem modo venire tanquam vocata in portione amitarum, regulæ
14 omnes sunt contra eam, non † enim conditio relata ad patris portionem potest adaptari ad portionem amitarum *l. 4. 5. toties, ff. de damn. infect. l. ita autem in princip. ff. de adimp. tut.* & per hanc rationem ita concludit *Ruyn. cons. 141. num. 14. vol. 3* & idem responderunt *Crau. cons. 130. num. 5. Hieron. Gabr. cons. 115. num. 8. & cons. 121. nu. 33. vol. 1. Menoch. cons. 348. num. 10. lib. 4.*

15 Et quamuis vrgentibus coniecturis † contrarium esset dicendum, vt idem *Crau. cons. 130. num. 6.* respondit, & tenuit *Rota inter recentiores decis. 266.*
16 *num. 4 & 20 par. 1.* debent tamen esse non † possibiles, sed necessariæ, *Alba cons. 31 num. 10 lib. 1. Seraph. decis. 939. num. 8.* quæ in præsenti concurrere non probantur, dum neque masculinitas, aut agna-
17 tio contemplata † fuere, neque digressum fuit ad plures substitutionum gradus.

Demum non releuat, quod saltem prædicta tanquam dubia, & controuersa potuerunt dare causam transactioni, quia fuit satisfactum ex responsione data in prædicta decisione, quod scilicet non agebatur de transactione, sed de simplici approbatione possessionis bonorum captæ per Portiam, sub prætextu fi-
18 deicommissi ad fauorem illius, † quo errore detecto licuit Aurelio à prædicto consensu recedere, & nunc additur, quod *Seraphin. decis. 1190.* tenet idem
19 in transactione † super fideicommisso non subsistenti ex defectu causæ, quando illud dedit causam transactioni. Et ita, &c.

Videlicet sub die 24. Februarij 1620. coram eodem bo. me. Pirouano, vt supra in hoc Tomo dec. 186.

R. P. D. V B A L D O.

Romana Legitimæ.

Lunæ 16. Nouembris 1622.

A R G V M E N T V M.

Pro legitimatione, quando ſtat publicum inſtrumentum, & conſtat de poteſtate legitimantis, tunc aliud non eſt quærendum. Facultas legitimandi, quâ gaudent DD. de Campegijs eſt ſatis clara, & notoria. Legitimatus, quando quis fuit actiuè ad ſucceſſionem ſuorum agnatorum, cenſetur quoque legitimatus paſſiuè, ſcilicet, vt ipſi agnati poſſint ei ſuccedere. Succeſſionis effectus non eſt de ſubſtantia legitimationis, ſed eius ſequela. Et hic diluuntur multæ oppoſitiones iactæ contra legitimationem, de qua in præſenti deciſione.

S V M M A R I V M.

1 *Inſtrumentum publicum facit probationem probatam.*

2 *Legitimatus, quando quis actiuè fuit, ſcilicet, vt poſſit ſuccedere in bonis omnibus ſuorum agnatorum, & cognatorum, videtur è contra habilitatus etiam paſſiuè, vt ei agnati ſuccedere poſſint. & num. 3.*

3 *Legitimatio, vt dicatur valida, debet conſtare de poteſtate legitimantis.*

4 *Legitimandi facultatem, quod habeant DD. de Campegijs, non debet controuerti, cum ſit notoria, & ſæpè in Rota canonizata.*

5 *Clarum quod eſt, non indiget probatione.*

6 *in Actis, niſi fuerit facta oppoſitio, non releuat.*

7 *de Legitimantis poteſtate, quando amplius non poſſit controuerti.*

8 *Legitimatio dicitur facta extra Curiam, dum fuit facta extra mænia Vrbis,*

9 *Ordinarij collatores conferentes beneficia ad ſe ſpectantia extra mænia Vrbis, dicuntur illa conferre extra Curiam.*

10 *Legitimatus, quando quis fuit ad effectum ſuccedendi in certis bonis, ea potius dicitur diſpenſatio, ſeu habilitatio, quam legitimatio.*

11 *Legitimatio facta vltra volũtatem patris, eſt nulla.*

12 *Legitimatus, quando quis fuit, quoad ſucceſſionem patris in quantitate expreſſam, vltra eam nec iure legitimæ legitimatus aliud prætendere nequit.*

13 *Legitimatio, ſi fuerit limitata, quo ad vnum effectum, non cenſetur reſtricta, quo ad omnia.*

14 *Succeſſio non eſt de ſubſtantia legitimationis, ſed eius ſequela.*

15 *Succedendi effectus eſt ſeparatus à legitimatione perſonæ.*

16 *Legitimatio eſt generalis, dum adeſt clauſula, vt legitimatus, poſſit ſuccedere in bonis quorumcumque agnatorum.*

17 *Pater, quando fuit præſens legitimationi, cenſetur conſenſiſſe legitimationi, eo modo quo facta fuit, recedendo à priori voluntate.*

18 *Pater conſentiendo legitimationi eius filij naturalis, vt poſſit ſuccedere ad omnia bona agnatorum, non cenſetur voluiſſe præiudicare ipſis agnatis, vt non poſſent ſuccedere d. filio.*

19 *Legitimare aliquem, vti ſuum filium, quando quis petit, ex hoc probatur filiatio, ſaltem donec contrarium probetur.*

20 *Legitimationis petitio eſt ſola ſufficiens ad probandam filiationem.*

21 *Filiatio probatur ex nominatione, educatione, & tractatu.*

22 *Legitimationis cauſa dicitur ſufficiens, quando adeſt conſenſus, & inſtantia patris.*

23 *Legitimatio an dicatur ſubreptitia, dum fuit expreſſa qualitas matris, ac fuit dictum filium eſſe naturalem, licet re vera eſſet ſpurius.*

24 *Subreptio non inducitur ex taciturnitate eorum, quæ non retraxiſſent concedentem à gratiæ conceſſione.*

D E C I S I O C C C C X X X.

FRANCISCVS del Nero petijt, & obtinuit vſque de anno 1551. legitimari Cecchinum filiũ ſuum naturalem à bo.me.Alexandro Campegio Epiſcopo Bonon.& Cameræ Apoſtolicæ Clerico, quem Cecchinum Franciſca Anechina mater hæredem inſtituit, donec viueret, & ei ſubſtituit nonnulla pia loca Vrbis, excepta tamen legitima Cecchino debita, quo ſine filijs ab inteſtato mortuo loca pia, tum reliqua bona vigore ſubſtitutionis, tum etiam legitimam, quæ prætendebatur delata fiſco, ex gratia obtenta à fe.rec.Clemente VIII. adepta ſunt, & in eorum bonorum poſſeſſione reperiuntur. Cæterum inſurgentibus DD.del Nero, tanquam agnatis Cecchini eius bona vendicantibus poſt factas alias reſolutiones in Rota, quia ad probandam eorum agnationem reſpectu Cecchini exhibebant eius legitimationem, Dubitaui, an illis ſuffragaretur dicta legitimatio. Et fuit vtraque parte informante reſolutum affirmatiuè, quia pro legitimatione ſtat pu-
1 blicum Inſtrumentum, † quod eſt probatio probata. *Bald.in l.intereſſe. C.de reſolut.& in l.quoties. in fin.C.de Iudic. Caputaq. deciſ. 421. num. 1. par.2. Rota dec.294 num.1.par.1.in recent.*& in eo expreſ-
2 sè legitur habilitatio Cecchini,†vt in quibuſcumque ſuorum agnatorum, & cognatorum bonis, iuribus, actionibus ex teſtamento, & ab inteſtato ſuccedere poſſit, vnde è contra videtur habilitatus, etiam paſ-
3 ſiuè, † vt ſibi agnati ſuccedere poſſint. *l.ſi ab eo, vbi Salic.in fin.C.de legit.hæred.§.filium, in fine, à contrario ſenſu. Auth.quib.mod.nat.effic.ſui.Lup.tract. de illegit. comment.3.§.1.num.67.verſ.ſimilium, & fuit dictum in* Romana *ſucceſſionis de Maffeis 9. Iunij* 1585.*coram bo.me.Litta.*

Nec obſtare putarunt DD. plura quæ contra dictam legitimationem opponebantur; nam omiſſis leuioribus, quibus benè ſatisfaciebant informantes, non obſt. Primo, quæ dicebantur circa poteſtatem legitimantis, eo quod non probetur Epiſcopum
4 Alexandrum deſcendere ab ijs, quibus data † eſt facultas in primis, quoad facultatem conceſſam Campegijs illa non poteſt controuerti, cum ſit notoria, & ſæpe in Rota canonizata, *vt in deciſ.387. num.6.*
5 *par.1.in recent.* Quo verò ad deſcendentiam † illa clara viſa eſt. Ideoque non indigere probatione,
6 præſertim cum de tali † defectu non fuerit in actis oppoſitum. *Decian. conſ.1. num. 148.* & *facit Rota deciſ.526.num.1.par.1.in recent.* & accedit atteſtatio trium teſtium ad perpetuam rei memoriam examinatorum ſuper deſcendentia dicti Epiſcopi Alexandri à Laurentio patre, cui eiuſque filijs, & deſcendentibus indubitatum eſt aliàs fuiſſe talem facultatem legitimandi conceſſam, & adminiculatur

lapſus

7 lapsus plusquam † 60. annorum à die factæ legiti-
mationis, vnde non videtur amplius dubitandum
de potestate legitimantis, *vt per Passett. consil. 72.
num. 1.*

Non obstat secundo quod legitimatio fuerit facta
in Curia, & sic contra facultates in priuilegio con-
cessas à fel. rec. Leone X. quia placuit respõsio, quod
8 hæc † legitimatio fuit facta extra mænia Vrbis, &
sic stante stylo & communi obseruantia satis dicitur
9 facta legitimatio extra Curiam, quæ † obseruantia
etiam obtinet in ordinarijs collatoribus volentibus
extra Curiam conferre beneficia ad se spectantia, *vt
per Seraphin. decis. 5. num. 8. Sarnen. in reg. de non
Iudic. iuxta formam supplic. q. 3. in fin. Couar. lib. 3.
var. resol. cap. 20. sub num. 9. Eneas de Falcon. de
referco q. 10. 4. princ. num. 13.*

Tertio non obstat quod Franciscus in petitione
legitimationis protestatus fuerit se illa petere solum
& dumtaxat ad effectum, vt Cecchinus legitimatus
habere posset ex eius bonis scut. 15000. & non vltra,
10 vnde vel videbatur † quædam dispositio potius, &
habiliatio ad certum effectum, quam legitimatio *ad
trad. per Peregr. de fideic. art. 23. num. 33*, vel quate-
11 nus legitimatio tanquam facta vltra † volunta-
tem Patris sit nulla *ad not. per Dec. cons. 343. num. 1.
vers. bis præmissis. Menoch. post alios cons. 108. num.
5. cum aliis allegatis*, quia respondebatur quod licet
12 legitimatio fuerit restricta † quoad successionem Pa-
tris ad quantitatem expressam, itaut nec iure legiti-
mæ consequi aliud posset ex rebus bonis, & mobili-
bus debitorum ipsius Francisci, vt expressè legitur
& reperitur in dicta legitimatione, tamen cum po-
stea Episcopus illum legitimauerit, & habilem & le-
gitimum fecerit etiam ad quoscunque actus legiti-
mos, libertates, & prærogatiuas, honores, & digni-
13 tates, & quod in alijs quorumcunque suorum agna-
torum, & cognatorum præterquam dicto Francisco
sui patris nisi vt prętenditur bonis, iuribus, & actioni-
bus ex testamento vel ab intestato etiam ad æquales
cum legitimis portiones succedere posset ista vide-
tur vera, & propria legitimatio potiusquam dispen-
14 satio etiamsi sit limitata causa successionis, † quæ
successio non est de substantia legitimationis, sed
eius sequela, *Socc. cons. 246. num. 3. circa med. lib. 2.
Paris. cons. 7. nu. 17. & in addit. num. 6. lib. 2. Gozzad.
cons. 6. num. 63. & seq. Rol. cons. 26. num. 11. & seqq.
lib. 2. Surd. cons. 453. nu. 3. Laderch. cons. 10. Seraph.
15 decis. 351. num. 1.* vbi quod affectus † succedendi est
separatus à legitimatione personæ. Et benè facit
*decs. Acchill. 6. per tot. qui fil. sint legit. & decis. 201.
num. 80. coram Sanctiss. Domino Nostro* vbi *Add.
& decis. 195. num. 7 par. 2. in recent.* & illa clausula,
16 vt possit succedere in bonis quorũcumque † agna-
torum fuit consideratũ *in Romana de Iauellis 1614.
coram me*, vltra quod cum patre præsente patiente
fuerit facta legitimatio itaut legitimatus posset suc-
cedere in bonis quorumcumq; suorum agnatorum
17 † censetur Pater à priori voluntate recessisse, & ac-
quieuisse legitimationi eo modo, & forma, & *per Pa-
ris. d. cons. 7. num. 28. & num. 31. lib. 2.* nec sanè ve-
18 risimile est Patrem † voluisse eum acquirere iura
agnationis, & voluisse præiudicare agnatis, vt non
possent succedere Cecchino in bonis per eum acqui-
sitis, cum immo voluerit, vt moriente Cecchino sine
filijs illa summa scutorum 15000. ad quæ fecerat il-
lũ habilitatum, reuerterentur ad Augustinũ fratrem
suum, & eius filios vt legitur in legitimatione.

Non obstat quarto quod non probetur fuisse filiũ
Francisci, quia sat est quod Franciscus institerit eum
19 legitimare, † asserendo eum esse filium suum, & fuisse
præsentem saltem donec contrarium probetur. *De-
cian. d. cons. 1. num. 143. in fin. & num. 151. lib. 3. &
fuit firmatum in* Romana *hæreditatis de Fuschis 25.
Maij 1618. coram R. P. D. Pirouano*, & nihilominus
20 vltra legitimationem † à patre petitam, quæ sola
sufficit ad proban. filiationem, *vt per Rot. decis. 238.
num. 11. par. 1. diuers. & in Romana de Iauellis 13.
Nouembris 1613. coram me*, concurrunt etiam aliæ
21 duæ coniecturæ nominationis, † educationis, & tra-
ctatus, de quibus latè *in Romana de Iauellis, & in
Romana de Barellis 17. Februarij 1617. coram me,
& cumulatur hic per informantes*.

Non obstat quinto defectus causæ legitimationis,
22 quia sufficit † consensus & instantia patris, *Decian.
d. cons. 1. num. 145. Menoch. cons. 19. num. 21. &
seq. cum alijs per Surd. cons. 1. num. 104. Lup. dicto
tract. de illegit. com. 35. 5. num. 9.*

Quæ dicebantur circa subscriptionem, vel obre-
ptionem legitimationis cum non fuerit expressa
23 qualitas matris, † & fuit dictum quod Cecchinus
esset naturalis non autem spurius, non videbantur
esse talia, quæ potuissent retrahere, aut difficiliorem
24 reddere legitimantem, & propterea † nec causare
subreptionem, *cap. super litteris vbi DD. Cassad.
decis. 12. num. 14. de præbend. Rota decis. 418. num.
1. in fin. par. 1. in recent.*

Ad alias obreptiones bene respondebant infor-
mantes, cum quibus Domini transierunt.

Et ita decisum, &c.

REVERENDISS. MANZANEDO
Patriarcha Hierosolymitano.

Vlixboneñ. Matrimonij.

Mercurij 16. Nouembris 1622.

ARGVMENTVM.

Vir, & mulier, si inter se concordes sint in contrahendo matrimonium, ac vocare faciant Parochum dolosè, & fraudulenter, veluti sub fictione, quod aliquis laborat graui infirmitate, ideo inuitatus fuit, vt veniret ad illius confessionem audiendam, quo accersito, & clauso cubiculo, ibi, volentes contrahere matrimonium, si reciprocè proferant verba concludentia matrimonium, dubitatur modo, an tale matrimonium sic contractum, validum sit, ac affirmatiuè respondetur. Sacerdos habens a Parocho generalem cõmissionem administrandi Sacramenta comprehendit etiam Sacramentum Matrimonij.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contractum coram Parocho, ad quẽ actum dolosè, ac fraudulenter fuit vocatus, an sit validum.*

2 *ad Matrimonij validitatem requirit Concil. Tridẽt. tantum, vt celebretur coram Parocho aut alio Sacerdote de licentia ipsius Parochi & duobus, vel tribus testibus.*

3 *Quod procedit etiamsi Parochus interfuerit vi, metu, vel fraudulenter.*

4 *Sacerdos, ex quibus dicatur exercere curam animarum, & administrationem Sacramentorum de*

Ordine ipsius Rectoris, & Parochi.

5 sub Commissione generali administrandi Sacramenta, comprehenditur etiam administratio Sacramenti Matrimonij.

6 Parochus, quando dicatur reasumpsisse, curam animarum, & administrationem Sacramentorum alteri commissam et nu. 7. 8. & 9.

9 Infirmus etiam quis dicitur, dum conualuit, sed adhuc reperitur infirmus, ac conualescens.

10 Matrimonium est validum, dum est contractum coram Parocho, vel coram alio, stante illius commissione.

11 Matrimonium non vitiatur ex defectu denunciationum.

12 Sententia lata contra validitatem matrimonij, quādo sit reuocanda.

SVMMARIVM ANNOTATIONIS.

13 in Matrimonij celebratione Concil. Trident. ad aliū effectum non requirit præsentiam Parochi, nisi, vt de eodem matrimonio contracto constet Ecclesiæ. Et hoc ne viuente prima vxore, vel primo marito alter possit denuò contrahere, eo quod matrimonium non constabat Ecclesiæ nu. 13. & 20.

14 Parochus, dummodo sit præsens dum contrahitur matrimonium, non est curandum discutere an adsit sponte, siue vi, siue metu, siue cum dolo.

15 Parochi præsentia sufficit in matrimonio, quamuis dissentiat.

16 Parochus, dum fuit præsens, quando fuit contractum matrimonium, parum curandum est, si aufugiat, nolens habere rationem matrimonij.

17 Matrimonium valet, si cōtrahatur coram Parocho, & testibus, licet ad hoc vi sint detenti.

18 Præsente aliquo dicitur aliquid fieri, quamuis inuitus adsit, si aduertat ad id, quod fit.

19 Parochus quando est præsens celebrationi matrimonij, cum dicatur satisfactum menti Concil. Trident. requirentis præsentiam Parochi, vt de matrimonio constet Ecclesiæ, non aliud quærendum.

21 Matrimonium, dum est validum, si contrahatur coram Parocho vi detento, à fortiori valebit, si dolo fuit vocatus, & sic fuit præsens, dum coniuges dederunt sibi fidem.

22 Matrimonium est validum, si celebretur coram Parocho, & testibus, casu transeuntibus, dummodo aduertant.

23 Parochi, & testium præsentia, in celebratione matrimonij petita, contenta est sola intellectus aduertentia.

Qua recte testimonium contracti matrimonij perhiberi possit.

24 Transeuntes, dum ad aliquid aduertunt, possunt ita testificari, sicuti data opera interessent.

25 Parochi & testium præsentiā dum Concil. Tridēt. requirit in celebratione matrimonij, non intelligēda est de præsentia physica, idest corporea, sed de morali, & humana.

Præsentia humana, præter physicam, addit vsum rationis, & aduertentiam num. 25.

26 Parochus, & testes dum adsunt celebrationi matrimonij, necesse est, vt vsum rationis habeant, & intelligant consensum contrahentium.

Matrimonium celebratum coram Parocho, & testibus, qui essent ebrii, vel dormientes, vel non aduerterent, vel testes essent infantes, non ualeret num. 26.

27 Præsens in iure is non dicitur, qui non adest more humano, intelligens, & aduertens, quid agatur.

28 Lex, dum requirit præsentiam personæ, non intelligit aliquem præsentem esse, nisi intelligatur, quid agatur.

30 Matrimonium celebratum à coniugibus, statim vt Parochus discedere cœpit a cubiculo, vbi ipsi manebant, ita vt signum dationis fidei fuit alienum a sensu parochi, non valet.

31 Matrimonij validitas, a quo dependeat.

32 Parochi, vel alterius Sacerdotis de eiusdem Parochi, vel Ordinarij licentia, & testium præsentia, est de forma, & solemnitate, in celebratione matrimonij.

33 Forma præcisa, & substantialis, quando a iure est præscripta in certo casu, si sine ea celebretur, actus corruit, nec adimpleri potest per æquipollens.

34 Matrimonium, statim quod constat, non fuisse celebratum coram proprio Parocho, vel alio Sacerdote, de eius, vel Ordinarij licentia, tunc sola declaratoria opus est.

Matrimonium Ducis Parmæ fuit annullatum à Paulo V. Romano Pontifice, quia non fuit contractum coram proprio Parocho.

35 in Matrimonij celebratione est seruāda forma tradita à Concil. Trident. sess. 24. c. 1. de matr, nec quis excusari debet sub prætextu, & velo necessitatis.

36 Casus refertur, qui primo intuitu videtur magnæ necessitatis, vt dicatur matrimonium validum, licet fuerit celebratum coram Sacerdote, qui nec propriam, nec delegatam habebat potestatem super tali actu. & num. 37. & 38.

39 Concubina, si grauiter cum periculo vitæ sit infirmata, itaque proximum DEI iudicium timens, velit contrahere matrimonium cum amasio. Vnde vocato Parocho ac reperto quod eadem hora diem clausit extremum, an ista sit vrgens causa, vt matrimonium celebretur coram alio Sacerdote.

pro Salute animæ concubinæ, in extremo vitæ constitutæ, non est necesse, vt matrimonium contrahat cum amasio, sufficit enim, pro eius salute æterna contritio ante actum vitæ, & propositum abstinendi a peccatis num. 39.

40 Concubina existens in mortis articulo, si habeat contrictionem peccatorom, & propositum abstinēdi ab eis, hoc sufficit pro eius salute, & sic non interest siue nupta, vel innupta decedat.

41 Aequitatis, ac bonæ fidei ratio non est habenda, quando maius, & perniciosus imminet periculum.

Necessitas non est considerabilis in actu mero volūtario. num. 42.

42 Matrimonia clandestina Sacri Canones summopere abhorruerunt.

Iniqui videtur habere omne malum exemplum, quod contra singulos vtilitate publica rependitur.

43 Lex statuenda non est super his, quæ rarò accidunt.

44 propter Fœminas bonas lex statuenda non est, quia raræ sunt, sed propter malas, quæ multæ sunt.

45 Mulieris alicuius bonæ mentio non habetur in toto corpore iuris Ciuilis, nisi in l. mulier bona ff. de iur. dot. quæ lex tamen sic dicit mulier bona sua omnia dedit in dotem. &c.

46 Ex hominibus mille Rex Salamon vnum bonum inuenit,

inuenit, sed ex omnibus mulieribus nec vnam reperit bonam.
47 Adam per Euam deceptus fuit, non Eua per Adam.
Mulier statim creata decepit socium suum. nu. 47.
48 Fœmina est malorum dux, & scelerum artifex.
Fœmina semper hoc vnum opus didicit nempe componere fraudes. nu. 48.
Mulieres tot habent fraudes, & mala, quot sunt in aere volucres, & in æquore pisces. num. 48.
Mulier toties periurat, quoties iurat. nu. 48.
Mulieri hoc vnum credendum est, vt dum mortua est, ne reuiuiscat num. 48.
49 Mulier est amarior morte, laqueus venatorum, sagena cor eius, & vincula manus illius secundum Salamonem.
50 Ex mulieribus licet plures sint iniquæ, non tamen damnandæ sunt bonæ.
51 Propter mulierem bonam saluatus est homo malus.
52 Maritus beatus est, qui vxorem bonam habet, & duplex erit numerus annorum eius secundum Salamonem.
53 Mulieres, si scriberent, prout faciunt homines, quàm plurima in eorum honorem, & prærogatiuas reperirentur, ac plura contra homines exararent.
54 Philosopho cuidam, cum fuisset ostensa tabula, in quo depicti erant multi leones ab hominibus dilacerati, prorupit in hæc verba. O si Leones pingere scirent.
Eua ex costa Adæ fuit formata, ex quo colligi debet, quod in viro, & muliere est vna natura, cum prius vir, & deinde ex eodem viro, mulier creata fuit. num. 54.
55 Concil. Tridentini dispositio de necessario interuẽtu Parochi in celebratione matrimonij, cessat in terris illis, quæ sunt sub temporali dominio Hæreticorum, in quibus non adsunt Parochi, nec Episcopi.
56 Sicuti nec intrat, in locis in quibus d. Concil. non fuit publicatum, vbi sufficit celebrare matrimonium secundum iura antiqua, & nu. 57.
58 Mulierem aliquam dum quis promisit ducere in vxorem, fidem promissam implere tenetur, maximè dum eam carnaliter cognouit.
59 Agendum est studiosè, vt ea, quæ promittuntur, opere compleantur.
60 Consensus est causa efficiens, ac substantialis matrimonij.
In matrimonio stante consensu, copula non requiritur, cum consensus & non copula faciat nuptias.
61 Sponsus dum recusat sponsam ducere in vxorem debet omnibus modis compelli, vt fidem suam seruet, limita vt num. 71.
Fidem fallere graue est. num. 61.
62 Sponsus tenetur ducere sponsam, quamuis simpliciter id ei promiserit, nec iurauerit, & mortalis pœnæ reus efficitur, dum recusat præstare consensum coniugalem, & nihilominus fidem seruare tenetur. & num. 63.
64 DEVS non facit differentiam inter simplicem loquelam, & iuramentum.
65 Sponsalium validitate data, promittens omninò cogi debet ad contrahendum matrimonium. & vide num. 71.
66 Sponsalia per copulam subsequentem ante Concil. Trident. transibant in matrimonium.
67 Sponsalia, quando à principio mutuo consensu contrahentium fuerunt inita, nõ possunt deinde vnius consensu tantum dissolui.
68 Sponsalia, quando sunt legitimè contracta, quidquid sit de iure Ciuili, de quo in l. 1. C. de sponsal. tamen de iure Canonico est necessarius mutuus dissensus pro valida dissolutione illorum.
69 in Sponsalibus sicuti requiritur vt mutuus consensus contrahentium conueniat, ita in eorum dissolutione pariter requiritur simultaneus dissensus & num. 70.
71 pro Sponsalium dissolutione est iudicandum, quando prudens Iudex aduertet, recusantem contrahere matrimonium habere iustam causam contradicendi.
Ecclesia sancta, tamquam pia Mater summopere timet infaustos euentus coactarum nuptiarum ideoque ex causa abstinet a coactione nu. 71.
72 Nuptiæ, quando sunt coactæ, quæ mala ex eis non sequuntur, quæ delicta non perpetrantur, quæ scãdala non oriuntur, manendo coniuges in perpetuis liuoribus, & dissidijs?
Sponsalia non sunt indissolubilia, sicuti est matrimonium.
73 Pax est origo, & fons omnium bonorum.
Pax est optima rerum, ac innumeris triumphis gloriosior. num. 73.
74 Discordia est initium, & causa omnium malorum, ac omnium bonorum depredatrix.
Discordia est mortiferum venenum, ac malum summum, & acutissimum diaboli telum, ac malum omni malo peius.
75 in Discordia nemo benedicit Dominũ, & sicuti nihil prætiosius est DEO dilectione, ita nihil desiderabilius diabolo discordia.
Pacẽ Christus nobis solũ reliquit in suo testamento.
Bellum, qui desiderant, disperdendi sunt secundum Dauid.
76 Leo Bizantius erat tam pingui, & crasso corpore vt homines ad risum mouebat, eiusque vxor eo erat pinguior, & corpulentior,
77 Et tamen asserebat d. Leo, vt dum erant concordes breuis admodum lectulus eos capiebat, discordes vero nec tota domus quidem,
78 Ac, quid ex hoc faceto dicto reportauerit.
a Nuptiarum coactione abstinet Ecclesia, subsistente legitima causa recusationis, & præsertim parte persistente pertinaciter in recusatione nu. 79.
80 a Nuptiarum coactione, abstinere debet Iudex, vbi adest verisimile periculum scandali, aut mali exitus, & quod matrimonium posset vergere in perniciem.
81 Sponsus debet contrahere matrimonium cum sponsa quamuis inter eos disparitas conditionum adsit.
82 inter Coniuges summa ea beneuolentia, mutua amicitia, concordia, & familiaritas, quæ beatitudinẽ, quamdam inter eos parit, ex eorum inæqualitate, & dissimilitudine destrui solet.
83 Matrimonia plerunque infelices exitus habere solẽt quando contrahuntur inter conditione dispares.
84 Ioanna II. Regina Neapolis, tali odio prosecuta fuit eius maritum ob disparitatem conditionis, vt eum miserabiliter trucidare fecit.
85 Matrimonia inter pares contrahenda sunt, & sic vt plurimum effugiuntur pericula, & dissidia.

86 Matri-

86 *Matrimonia inita inter amore excæcatos, solent habere infaustos exitus.*
87 *Coniuges, qui amore se capiunt, rabie se dimittũt.*
88 *Amor, post primum impetum, tedio est, & marcescit.*
89 *Virgo, quando ex promissione viri volentis eam ducere in vxorem, tradidit eidem corpus suum, ac passa fuit deflorationẽ, partem suam adimpleuit, vnde alter tenetur etiam adimplere.*
90 *Quod procedit, etiamsi vi fictè contraxerit, dum ex iustitia verè tenebatur, & sic fictus promissor adimplere tenetur, eam ducendo in vxorem.*
91 *Mulier plus semper diligit virum à quo fuit deflorata, & quare.*
Virginem deflorans sub fide contrahendi matrimonium cum ea, difficulter auditur opponendo causã, vt retrahat à matrimonio.
92 *Virginem deflorans sub fide futuri matrimonij, tenetur eam in vxorem ducere, quamuis a principio non adfuit mutuus consensus, scilicet mulieris volentis d. virum ducere in maritum.*
Quia ipsa tradendo corpus suum, innituit promissioni viri & sic contractus est perfectus.
93 *Declarare aliquid factis, est plus, quam verbis.*
94 *Seruum vinctum, dum quis vendidit, si accidat vt ab emptore ille aufugiat, non poterit deinde agere contra venditorem, quasi illius naturam ei non significauerit, quia facto ipso id emptori significauit.*
95 *Facta potiora sunt verbis.*
96 *Episcopi, alijque Ecclesiastici facto ipso vitam exẽplarem ducere debent, quia (vt inquit Sacra Synodus Tridentina) vita ipsa exemplaris est perpetuum quoddam prædicandi genus.*
97 *Homines magis credunt oculis, quam auribus secũdum moralem Senecam.*
98 *in Sponsaliorum contractu non requiritur vtriusq; iuramentum, aut consensus, sicuti in matrimonio, quia sufficit, vt tacitè contrahantur. nu. 88.*
99 *Virginem deflorans sub promissione futuri matrimonij, si non sequatur matrimonium, id est in graue damnum mulieris.*
100 *Virginem deflorans sub promissione futuri matrimonij, hoc casu satis non est pecunijs satisfacere, & sic recusando eam, velle assignare dotem. sed tenetur eam ducere in vxorem, cum in propria specie promissa possit satisfacere.*
101 *Solui non potest vnum pro alio inuito creditore.*
102 *Sponsalia promittens non potest ab illis recedi, si fœminæ infamia sequatur, quod procedit etiam non secuta copula.*
103 *inter Sponsum, & sponsã disparitas non est valens ad dissoluenda sponsalia, si alter ex coniugibus sciuit inferiorem conditionem alterius.*
104 *Iuri suo, quis potest renunciare, & excessus in contractu facit donationem.*
105 *in Foueam a se factam, si quis incidat, de se tantum conqueri debet.*
106 *Sponsus sciens disparitatem conditionis mulieris, sibi imputet, dum cum ea sponsalia contraxit, aliter enim a principio sibi prospicere debebat. num. 106. & 113.*
107 *Emens scienter rem alienam, vel alteri obligatam si ea res ei fuerit ablata, non poterit agere contra venditorem nec de euictione, nec ad ipsius pretij recuperationem.*
108 *Vxor non tenetur sequi maritum vagabundum.*
109 *Vxor tenetur sequi maritum vagabundum, quãdo constat ab initio habuisse notitiam dictæ eius qualitatis.*
110 *Virginem deflorans absque tamen promissione futuri matrimonij, si eam recusat ducere in vxorẽ, tenetur dotare,*
111 *Ad quod non tenetur, dum ipsa mulier se ingessit vltrò, quia volenti non fit iniuria.*
114 *Matrimonium sine dubio dissolui non potest ob inæqualitatem diuitiarum alterius coniugis.*
115 *Quod maximè est dicendum dum processit scientia coniugis diuitis, de paupertate alterius.*
116 *Matrimonium, vt dicatur contractum sub conditione seruandæ virginitatis, non probatur ex assertione vnius tantum coniugis, cum hoc tendat ad illud infirmandum.*
in Coniugis vnius facultate non est tollere ius alteri quæsitum, num. 116.
117 *Consensus coniugum coram Parocho per verba de præsenti declaratus, ex hoc perficitur matrimonium, & iudicari debet purum, & liberum.*
Matrimonium non dicitur contractum sub conditione seruandi virginitatem, dum ea non fuit apposita, tempore præstiti consensus coram Parocho. num. 117.
118 *Conditio apposita post celebrationem matrimonij, non habet eundem effectum, quem habet ab initio.*
119 *Matrimonium iam in facie Ecclesiæ contractũ nõ dissoluitur ex quo puella asserat, uelle profiteri uitam monasticam in aliquo Monasterio.*
120 *Per professionem alterius ex coniugibus dissoluitur matrimonium ratum.*
121 *Quod tamen non procedit, quando verè fuit emissa professio, & non sufficit, si id tantum asseratur.*
122 *Verbum, velle, iunctum verbo infiniti temporis, denotat actum de futuro, nec disponunt in his, quæ simul alterius consensum requirunt.*
123 *Professio, vt valide emittatur requiritur, consensus personæ habentis potestatem acceptandi nomine ipsius Religionis, illamque obligandi profitenti.*
124 *ad Professionis validitatem requiritur, vt solemniter emittantur tria vota paupertatis scilicet, castitatis, & obedientiæ.*

DECISIO CCCCXXXI.

CVM Margarita, & Emanuel iuuenes essent concordes in contrahendo inter se matrimonium absque denunciationibus, quodam die Mercurij 27. Februarij 1613. iam noctu fecerunt vocare Antonium Suarez commissionem à Curato exercendi curam in illa Parochia habentem, sub fictione quod quædã fœmina laborabat infirmitate, & quod veniret ad illius confessionem audiendam sub quo prætextu idem Antonius associatus ab illo qui ipsum vocauerat perrexit ad domum Hieronymi Nuñes, vbi Antonio ingresso cubiculum, in quo iacebat in lecto Maria Aluarez mater Margaritæ ibi etiam ad statim accessit dictus Emanuel, ac etiam Margarita, & clauso cubiculo, tàm ipse quàm Margarita apprehenderunt d. Antoniũ Suarez, & reciprocè protulerunt verba concludentia matrimonium, nempè Marga-

Margarita dixit, *Emanuel ego accipio te in meum maritum*, ipse verò dixit, *Margarita ego te accipio in meam vxorem*, sicq. apparet Antonium vices Cu-
1 rati gerentem dolosè, & fraudolenter vocatum † fuisse, & interuenisse dicto matrimonio, quod sit contractum non est dubium, quin teneat, & sit firmum iuxta formam Concilij Tridentini sess. 24. cap. 1. de reformat. matrim. vbi ad matrimonij validitatem A tantum requirit celebrari coram Parocho, A aut
2 alio † Sacerdote de Parochi licentia, & duobus, vel tribus testibus, quod procedit etiamsi Parochus in-
3 terfuerit vi, † metu, aut fraudolenter, vt Congregatio Illustrissimorum Sacr. Concil. Interpretum non semel censuit, vt referunt & sequuntur *Salzed. in prax. cap. 73. vers. tertio Enriquez de matrim. lib. 11 cap. 3. num. 1. Spino. in specul. testamentorum glos. 15. num. 49. Ledesm. de matrim q. 45 art. 5. punct. 3. dub. 2. fol. 189. §. quo posito*, cum alijs quos refert, & sequitur *Sanch de matrim. lib. 3. disput. 39. nu. 9.* quæ omnia vt supra relata, ita euenerunt in facto. Et quia ex his vnum tantum inter partes controuertitur, nempe an Antonius Suarez de tempore contracti matrimonij haberet commissionem à proprio Parocho interessendi contractui matrimonij, & visis per Dominos probationibus benè inde factis, & datis in summarijs istius positionis, fuerũt in voto pro
4 affirmatiua, nam † ex eisdem probationibus constat quod Prior Sancti Nicolai erat Rector, & Parochus illius Ecclesiæ, & illius viæ Rector erat Dominicus Duarte, qui cum aduersa valetudine laboraret, idem Prior tàm verbo, quàm in scriptis Antonio Suarez commisit generaliter curã administrationis Sacramentorũ in d. Parochia, donec Dominicus Duar-
5 te benè valeret † sub qua generali commissione comprehenditur etiam administratio Sacramenti matrimonij, vt tenuit *Rota in decis. 750. nu. 1. & 2. par. 1. diuers.*

Non obstat, quod Dominica prima Quadragesimæ 24. eiusdem mensis Februarij idem Dominicus
6 † accesserit ad Ecclesiam, Missamque celebrauerit, & alicuius confessionem audierit, & quod Antonius illi porrexerit claues sacrarij, vt ex tunc ipse Dominicus curæ Animarum assisteret, quia ipse Dominicus claues renuit accipere, quin Antonium rogauit,
7 † quod ipse continuasset vsque ad diem sequentem, quia, & dictus Prior eadem Dominica videns d. Do-
8 minicum Duarte in Ecclesia, ab eo quæsiuit quomodo valeret, qui respondit † adhuc esse imbecillem, & Prior replicauit, quod non veniret ad curandam dictam Ecclesiam nisi postquam omnino bene valeret, prout Dominicus ita se facturum dixit. Vltra quod eadem die idem Prior in scriptis iniunxit dicto
9 Antonio Suarez, vt curam administraret, † cum generali commissione, & ipsemet Prior declarat, quæ vltima commissio videtur facta eo, quod Dominicus illa die ad Ecclesiam accessisset, & reperiretur ad-
10 huc imbecillis, & imbecillitate, † seu conualescentia durante, semper quis dicitur infirmus, *Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 60. num. 14. & seqq. & maximè num. 17.*

Ex quibus visum fuit Dominis Antonium habuisse sufficientem commissionem à Priore nempè Rectore ad interessendum huic matrimonio tempore, quo fuit contractum, & per consequens illud fuisse validum, & ratum iuxta prædictam Sacri Concilij B Tridentini dispositionem. B

Minus obstat defectus denunciationum cum illa-
11 rum † omissio non vitiet matrimonium, iuxta declarationem Illustrissimorum Interpretum Sacri Concilij, quam refert *decis. 71. num. 11. par. 1. recent.* & notat *Seraph. decis. 1099. nu. 4.* & his fuit resolutum
12 sententias de partibus contra validitatem † istius matrimonij latas esse reuocandas.

Confirmata fuit præsens decisio in eadem causa sub 19. Nouembris 1625. coram bo. mem. Reuerendiss. Pirouano, est infra suo loco.

ANNOTATIO.

A) PAROCHI enim testiumq. præsentia in matrimonij celebratione, ad aliud Concil. Triden.
13 *sess. 25. cap. 1. de matrim* non requisiuit, † nisi ad effectum, vt possit Ecclesiæ constare de eodem matrimonio contracto, & de eo testificari possint, ne viuente prima vxore, aliquis possit ducere secundam,
14 eò quod matrimonium non constabat Ecclesiæ, † ideoq. qualitercumque, & quomodocumque siue vi, siue metu, siue fraudolenter interueniant, parum est curandum, *vt dicitur hic in decisione, & præter ad hoc corroborandum adducta, addo alteram decisionem in causa Vlixbonen. matrimonij 2. Decembris 1594. coram bon. mem. Card. Seraph. est inter eius impressas decis. 1099. num. 5. vers. quia sola præsentia sufficit, cum adhibeatur ad tollendam clandestinitatem &c.* vbi quoque additur, sæpius Sacram Congregationem Concilij Trident. S. R. E. Cardinalium re-
15 spondisse † solam præsentiam sufficere Parochi etiam dissentientis, ita quoque iterum sensit *coram Eminentiss. & Reuerendiss D. Card. Verosp. iun. in vna Granaten. matrimonij 28. Aprilis 1636. est decisio 124. num. 17. infra par. 7. recent. aliàs par. 3. à me select.* vbi etiam affirmatur id esse de mente Sac. Congregat. Concil. additurq. hoc casu nihil nocere, si Pa-
16 rochus † nolit habere rationem matrimonij, aufugiendo, postquam intellexit vtriusque coniugis volũtatem, vt tradit *Guttierez in tract. de matrimon. cap. 69. num. 8. vbi refert hoc pluries tenuisse Sacra Congregat. Concil. & asserit Pont. de matrimonio lib. 5. cap. 21. num. 12.*

Quod enim valeat matrimonium, quando Parochus, & testes vi detenti intersunt in eius celebratio-
17 ne, dummodo † intelligant consensum contrahentiũ probatur *ex l. coram Titio 209. ibi*, scire autem, non etiam velle is debet, nam etiam eo inuito rectè fit, *ff. de verb. signif.* vbi deciditur, dici aliquid co am
18 aliquo fieri, † quamuis inuitus adsit, si aduertat, *quod idem docet glos. in extrauag. execrabilis. in verb coram. il primo de præbend.*

Cum ergo Concilium Tridentinum, solum exigat matrimonium celebrari coram Parocho, & testibus,
19 satisfit, si ipsis præsentibus, quamuis inuitis celebretur, præterea quia saluatur finis illius decreti Cõcilij, cum iam matrimonium illud talium cõstet Ec-
20 clesiæ, nec † eo spreto possint aliud inire, *sic docent asserentes declarationes Congregationis Sacri Concilij Salzedo in practic. cap. 73. vers. tertio Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 3. nu 1 Spin. in specul testament. glos. 15. num. 49 vers. quo fit, aut si Parochus sit præsens. Petr. de Ledesma de matrimon quæst 45. à n. 5. punct. 3. dub. 2. §. quo posito. Veracrux appendic. ad p. 8. Speculi. vbi de coactione fol. 111. Anastasius Germon.*

mon.de indult.Cardinal.§.quid si quoad vixerit.n.3.
*Albronz.lib.4.de art.contract.titul.*1. Manuel.1.to.
*summ.*2.*edit.cap.*219. *nu.*11. *Vega lib.6.summæ cas.*
116.*Sanchez de matrim.lib.*3.*disputat.*29.*num.*9.
Hinc à fortiori infertur valere matrimonium, quã-
21 do Parochus, vel testes† dolo ad aliud vocati (prout
accidit in casu præsentis decisionis Reuerendissimi
Manzanedi, cum Sacerdos prætextu confitendi mu-
lierem grauiter infirmam fuerit vocatus.) intersunt
matrimonio, probatur eisdem rationibus, & docent
*Nauar.lib.4.consil.titul. de sponsal. cons.*20. *& in*
*titul.de clandest.de spons.con.*11.*Salzedo afferens de-*
clarationem Sacræ Congregat. Concilij, Enriquez
Spino.Manuel. superius allegati.
Idem quoque intellige, si matrimonium celebre-
22 tur coram Parocho, & testibus casu †transeuntibus,
quia nihilominus validum est, quia si aduertant verè
dicuntur præsentes, cum præsentia ad valorem ma-
trimonij petita, contenta sit sola intellectus aduer-
23 tentia, qua rectè† testimonium contracti matrimo-
nij perhiberi possit *sic Petrus de Ledesma de matri-*
*mon.quæst.*45.*à* 5.*punct.dub.*2.*ad finem* dicens, hoc
esse fere certum, quamuis *eodem dub.*2. *vers. ex his*
dictis sequitur, asserat, aliquos probabiliter dicere
non esse matrimonium. Nam casu transeuntes non
dicuntur moraliter præsentes, sed hoc est minus ve-
24 rũ, †cum transeuntes ita testificari possint dum ad-
uertũt, ac si data opera interessent. Et de testibus sic
casu transeuntibus, docent satis esse ad matrimonũ,
Segura 2.*par.director.iud. cap.*15. *num.*54. *& San-*
chez de sponsal.lib. 3.*d.disput.*10.*num.*11.
Aduertendum enim est, in præsenti materia, dum
Concil. Tridentinum ad valorem matrimonij, præ-
sentiam parochi, & testium, requirit, non tantum
25 physicam idest corpoream, †sed præsentiam mora-
lem, & humanam, quæ vltra physicam, addit vsum
rationis, & aduertentiam, itaque exigitur vt paro-
chus, & testes, vsum rationis habeant, & intelligant
26 consensum vtriusque contrahentis, vnde si † essent
ebrij, vel dormientes, vel non aduerterent, vel testes
essent infantes, non valeret matrimonium, quia
Concil. Triden. sess.24.cap.1. de matrim. inquit. *Qui*
aliter quam præsente parocho, & duobus, vel tribus
testibus, atque ita postulat parochi, & testium præ-
sentiam, sed qui non adest more humano intelligẽs,
27 †& aduertẽs quid agatur, non censetur in iure præ-
sens *text.est apertus in l.coram Titio*, ibi, *non vide-*
tur præsẽte eo fecisse, nisi is intelligat, itaq. si furiosus,
aut infans, aut dormiens, non videtur co. am eo fe-
cisse &c. ff.de verb.signif. vbi Rebuff.*in vers.oct.auo*
intellige, ait, vbi ius requirit præsentiã personæ non
28 intelligit aliquem præsentem esse, † nisi intelligat,
quid agatur, *quod idem notat glos. in extrauag. exe-*
crabilis. in verb.coram el 1.*de præbend. & in cap.in*
primis in verb.præsente 2.*quæst.*1. *& in cap.testes.*
in verb. præsentia 3.*quæst.* 9 *ac* latè *Felin.in procem.*
*Decretal.num.*21.*&* c.& ratiocinata est *Rota in cau-*
sa Maceraten. censüs 21. *Iunij* 1641.*coram* R.P.D.
meo Roias. §. *neque obstat. vers. non potest contro-*
uerti eius præsentia.ac consequenter scientia.ergo etc.
29 Atque in †terminis matrimonialibus, sic affirmant
indubitãter *Gutier.in tractat.de matrim.cap.*39. *n.*8.
vbi refert resolutiones Sacræ Congregat. Concil. Tri-
dent. *Ledesm.eodem tractat.quæst.*45.*art.*5. *in prim.*
dub.§.*quo posito col.* 3. *Enriquez lib.*11. *de matrim.*
*cap.*3. *num.*1.*&* 9.*Spino. in specul. testam. glos.*15.
*num.*47.*&* 48. optimèq. perpendit *Rota in causa*
Granaten. matrimonij 1.*Aprilis* 1639. *coram Emi-*
nentiss. & Reuerendiss.Card. Verosp. iun. §. *& non*
poterat dubitari. vers.cum præsentia parochi requi-
sita à Concilio, debeat esse non solum corporalis, seu
physica, sed etiam moralis, vt intelligat, quid agatur
à contrahentibus &c. Ibique Rota annuit pro con-
cessione remissoriæ, eo quia in casu dictæ decisionis,
30 dum coniuges dederunt sibi manus, hoc † signum
dationis fidei matrimonialis fuit remotũ à sensu pa-
rochi, quoniam iam ille tunc cœperat descendere ex
scala cubiculi, vbi fuit data dicta fides. Vnde necessa-
rium erat inquirere super veritate huius facti, & ape-
rire viam illius probationis, quæ respiciebat con-
31 sẽsum eorũdem coniugum, †& illius declarationem
factam coram parocho à quibus dependere debebat
validitas eiusdem matrimonij, *vt notatur in cap.tuæ*
& in cap ex parte.de sponsal. & cautum fuit in sa-
*cra Synodo Tridentina sess.*24. *cap.*1.*de matr.*
B SACROSANCTA Synodus Tridentina *sess.* 24.
*c.*1. *de matr.* requirit ad validitatẽ matrimonij, vt
sit celebratum, coram parocho, vel alio Sacerdote,
32 † de ipsius parochi, seu Ordinarij licentia, & duo-
bus, vel tribus testibus præsentibus, & vlterius sub-
ditur *in d.cap.*1. ibi, *qui aliter contrahere attenta-*
bunt, eos sancta Synodus, ad sic contrahendum om-
nino inhabiles reddit, ac huiusmodi contractus nul-
los, & irritos esse decernit, prout eos præsenti decre-
to irritos facit & annullat, ex quibus verbis clarè
33 †apparet induci formam præcisam, & substantialem,
sine qua actus subsistere non potest, quæ nec potest
adimpleri per æquipollens, dum irritat fœdus, sine
illa forma specifica, *Felin.in cap. cum dilecta.de re-*
*script.num.*6 *Bart.in l.de his. ff. de transact. cum si-*
mil. & quod in obseruãtia formæ reddat actum nul-
lum, *est text.in l.cum hi.*§.*prætor ait. ff. de transact.*
in cap.venerabilem de offic. de legat. & in cap.Pisa-
nis. de restitut spoliat. Grammat. *decis.*79. *num.*11.
*Vincent.de Franch. decis.*185. *num.*2. *& latè Fran-*
*cisc. Viu. decis.*335.*nu.*3. & in puncto respondit Ro-
ta sæpè sæpius, & præsertim *fuit dictũ in causa To-*
letana matrimonij 10. *Decemb.*1625.*coram clar.me.*
Merlino, vbi ex mente sacræ Congregationis Emi-
34 nentissimorum †interpretum dicitur, statim proba-
to matrimonio coram Sacerdote, vel alieno paro-
cho absque Ordinarij, vel proprij contrahentium pa-
rochi, licentia contractum fuisse ipso iure irritum
esse, adeo vt sola declaratoria opus sit, *est quoque*
in hac materia celebris decisio in causa Mutinen. ma-
trimonij 27.*Februarij* 1637. *coram Reuerendiss. P.*
D.meo Dunozetto Decano. Hinc Paulus V. Roma-
nus Pontifex, dissoluit matrimonium Serenissimi
Ducis Parmæ, cum eius subdita initum, ex quo co-
rã proprio Episcopo, seu Parocho non fuerat con-
tractum, vt refert *Io. Dominic. Tasson. in suis obser-*
*uat.iurisdictional.super Prag.de Antifat.vers.*8.*ob-*
*seruat.*2.*sub num.* 72.
35 Insuper prædicta forma est † quoque seruanda, li-
cet quis vellet se excusare sub prætextu, & velo
necessitatis non potuisse matrimonium celebrare
coram parocho, vel alio Sacerdote cum eius licentia,
vel Ordinarij, prout optimè resoluit *Rota in causa*
Vicentina matrimonij 11.*Martij* 1624. *coram bon.*
mem.Reuerendiss.Archiepiscopo Dunozetto, vbi vi-
debatur euenisse casum magnæ necessitatis. Qui-
dam enim Ciuis Vicentinus, viduam amauit, pudi-
ciciam

36 citiam † expugnauit, ac prægnantem reddidit, quæ
proxima partui, vultu squalido, lāguentibus oculis,
summum dolorem præseferens, grauiter cum vitæ
discrimine cœpit ægrotare, vnde d. Vicentinus, enixis d. mulieris periclitantis precibus, lacrymis turgidiq. ventris miseratione delinitus, & impulsus, deliberauit eam in vxorem ducere, ac vocare illico
mandauit parochum, vt coram ipso, & testibus legitimè nuberet.

37 Sed cum eadem die, & forsitan † hora illorū Parochus diem clausisset extremū, nec vllus alius Sacerdos reperiretur ibi, præter vnū aliū, qui paulò antea
vocatus fuerat, vt dicto Parocho moribundo Sacramenta Ecclesiæ ministraret, & illo tunc mortuo funera persoluebat, vnde d. Sacerdote vocato coram eo, & duobus testibus supradictus vir, & mulier declararunt se simul matrimonium contrahere, quod
ad relationem deinde d. Sacerdotis fuit adnotatum in libro Parochiali.

38 Postmodum mulier, edito feliciter † partu à morbo conualuit, & per aliquot menses sub velo, & figura d. matrimonij insimul cum dicto viro cohabitauit, quousque fuerunt auctoritate Ordinarij ex officio à Thoro separati, tandem vir pœnitentia facti
ductus intentauit iudicium nullitatis supradicti matrimonij coram Vicario, obtinuitq. sententiam fauorabilem pro nullitate matrimonij, tanquam celebrati à Sacerdote nullam habente potestatem, neque propriam, neque delegatam, à qua sententia cū
fuerit pro parte mulieris appellatum, Rota prædictā
sententiam cōfirmauit, stante super hoc clara dispositione Concil. Triden. annullantis similia matrimonia, vt supra dictum est.

39 Non enim visum fuit adesse talem † necessitatem,
quæ posset cogere supradictum virum, & vxorem ad
contrahendum matrimonium, non seruata forma
Concilij sine licentia Parochi, aut Episcopi, quia
nulla potest assignari necessitas, cum pro salute æterna concubinæ non esset necessarium matrimonium,
sed sufficiebat contritio ante actum vitæ, & propositum abstinendi à peccatis, potuitque expectari licentia Episcopi, nullo existente parocho, cum pro-
40 pterea nullum adesset periculum animæ, † siue illa
mulier nupta, vel innupta decederet, & sic in terminis congrua responsione labefactat dictam obiectionem, *Rota in d. Vicentina matrimonij* 11. *Martij*
1624. *coram Dunozetto.*

Vbi quoque additur, nec in illo casu habenda erat
41 ratio bonæ fidei, & æquitatis, quando maius, † &
perniciosius imminent periculum, si sub prætextu,
& velo necessitatis, quæ in actu matrimonij mero
voluntario, non est considerabilis, eluderetur forma
essentialis à sacra Synodo Tridentina requisita, *vt obseruat. Nauarrus conf.6.de clandest.de spons. nu.2.*
& via aperiretur fraudibus, clandestinisq matrimo-
42 nijs, † quæ sacri Canones tantopere abhorruerunt,
siquidem videtur habere speciem iniqui omne magnum exemplum, quod contra singulos vtilitate pu-
43 blica rependitur, nec super his, † quæ raro accidere
solent statuenda est lex *l. ex his. ff. de legib. cum alijs
ibi adductis per glos. in verb. ex ijs*, vbi ponit plura
exempla, & præsertim *de text. in l. scripta. auth. vt
sine probibit. ma. debi. & cred. §. quia vero*, vbi dici-
44 tur, quod propter bonas † fœminas, non debet fieri
lex, quia raræ sunt, sed propter malas, quæ multæ
sunt. Nec ad hunc propositum tacere volo id, quod
asserit *Iudoc. Damboud. in tractat. locorum comm. par. vel simil. vtriusque iuris in littera M. in verb. mulier philosopha*, vbi testatur, se ad hoc, vt ibi aliquid diceret in honorem fœminarum, reuoluisse
omnes iuris ciuilis textus, ad effectum reperiendi si
in eis fieret mentio de aliqua muliere bona, & incidit in textum *l. mulier bona. ff. de iur. dot.* qui cum
45 diligenter inspexisset, inuenit † legem sic dicere *mulier bona sua omnia in dotem dedit*; & vt apparet verbum, bona, non esse hoc loco nominatiui casus, vt sit
epitheton mulieris, sed accusatiui casus, & sic in
toto corpore iuris ciuilis mulierem bonam inuenire non valuit.

Et addo, licèt Rex Salamon *in Ecclesiast. c. 7. in fin.*
46 asserat, ex mille hominibus reperijsse † vnum bonū,
subdit tamen quod ex omnibus mulieribus, non inuenit vnam bonam, ibi, *virum de mille vnum inueni, mulierem ex omnibus non inueni &c.* Atque
textus in can. Adam 3. quæst. 6. inquit, ibi *Adam*
47 † *per Euam deceptus est, non Eua per Adam*, &
ecce, statim creata prima muliere decepit socium.
Congruitq. dictum Senecæ in suo Hippol. *Tu Dux*
48 † *malorum fœmina, & scelerū artifex.* & Propert.
Elog. lib. 2. inquit.

. . . . . . componere fraudes.
Hoc vnum didicit fœmina semper opus

ac vt cecinit Antonius Borbon.

Aere, quot volucres insunt, quot in æquore pisces
Tot mala, tot fraudes mens muliebris habet.

& vt inquit *textus in §. quia vero. auth. vt sine prohib. matres.* mulier toties periurat, quoties iurat. Ac mulieri, *vt dicebat Antis. Orator*, hoc vnum
creditur, vt dum mortua est, ne reuiuiscat. Dolenterq. dixit Plaut. in Mil. *Quid peius muliere?* Salamon. vero in d. cap. 7. afflictim asserit. *Inueni ama-*
49 *riorem* † *morte mulierem, quæ laqueus venatorum
est, & sagena cor eius, vincula sunt manus illius etc.*
sed de his hactenus, hæcq. pauca quoad malas mulieres tātum dicta sint, relictis bonis, nam licèt plu-
50 res ex eis sint † iniquæ, vt constat ex superius relatis, non tamen etiam bonæ sunt damnandæ. Nam
iniqua est illa sententia, vt de omnibus credatur,
quod de aliquibus diffamatum est, vtique si Iudoc.
in loco relato perscrutasset corpus Iuris Canonici,
inuenisset quod quærebat, nempè *text. in can. quod aut. in fin. 27. q. 7.* vbi ponuntur verba *Paul. Apost.*
51 1. *Corinth. cap. 7.* ibi: Et propter † mulierem bonam
saluatus est homo malus, & in *Ecclesiastic. cap. 24.*
52 *dicitur*, vxoris bonæ beatus vir, numerus enim † annorum illius duplex.

Verumtamen quamuis multa, ac infinita scripta
sint contra mulieres, tamen hæc exarata ab hominibus fuere, quoniam si mulieres scriberent prout
53 faciunt † homines, quamplura in eorum honorem,
ac prærogatiuas reperirentur, *vt post Senecam, ex nostris aduertit Neuiz. in syl. nupt lib. 4. num. 95. vers. si mulieres scriberent.* Atque hic mihi subue-
54 nit, festiuum dictum cuiusdam Philosophi, qui † cū
in magna tabula depictū viderit multos Leones ab
hominibus dilaceratos, in hæc verba prorupit: *Oh si Leones pingere scirent.* Et reminiscantur homines
illi qui liberis habenis obloquuntur de mulieribus
quod Eua ex costa Adæ formata fuit, *nam secundum text. in can. nec illud. 33. quæst. 5.* id, ideo factum fuit,
vt sciremus vnam in viro, & in muliere esse naturā,

vnum fontem generis humani, cum primum vir, & de inde ex eodem viro mulier creata fuerit.

Sed ne obliuiscar loqui super materia principali, ideo recto tramite ad eam redeundo, notandum est, quod dispositio Concil. Tridentini, de necessario interuentu Parochi ad validitatem matrimonij, non
55 habet locum † in terris illis, quæ sunt sub dominio temporali Hæreticorum, in quibus non adsunt Parochi, nec etiam Episcopi, qui sacramenta possint gregi ministrare, *vt dicitur in d. Vicentina Matrimonij*. Sicuti, quoque cessat, quando tractatur de terris, vbi Concil. Tridentinum non fuit publicatũ,
56 cum eo casu Concilij dispositio † non licet, vt habetur in fine publicationis decreti in eo appositi, & ideo sufficit ibi si matrimonium sit contractum iuxta dispositionem iuris antiqui, *ita Sanchez. de matrim. lib.3.disput.18.num.1.Pont. de Leon. eodem tractat. cap.7.num.7.lib.5.* aduertitque *Rota coram bon. me. Cardin.Seraphin. decis.189.num.9.*& nuper respondit *in causa Colonien.matrimonii 22.Ianuarii 1640. coram Eminentiss. & Reuerendiss. Card. Panzirolo, §. Nec refragatur*, ibi dicitur in Ducatu Motensi Archiepiscopatus Coloniæ Concilium Tridentinum
57 †non fuerit publicatum, vt constabat ex attestatione in forma authentica transmissa,ideoq. sufficiebat, vt ibi matrimonium secundum ius commune contraheretur.

Animaduertendum tamen hic puto,licèt, vt sæpè dictum est, ad matrimonij validitatẽ Concilium requirat, vt coram parocho, & testibus contrahatur,
58 non tamen ex hoc arguendum est, vt si quis † promiserit aliquam ducere in vxorem,fidem promissam implere nõ teneatur *super quo videnda est decisio in causa Tullen.sponsalium 22.Iunij 1620. coram bon. mem.Eminentiss.Card.Sacrato est supra in hoc Tomo decis.232.à num.5. & est optima decisio in causa Feretrana matrimonij 28. Iunij 1593. coram bo. mem.Gyps.in fin.*ibi *Nec obstat si dicatur matrimonium esse clandestinum propterea intrare Conc.Trident. de matrim.sess.24.cap.1. quia promissio viri solum continet sponsalia de futuro, quæ in matrimonium transir e debebant,secundùm præcepta S.R.E. propterea non intrat d.Concil.Trident.&c.*

Dum enim, quis promisit aliquam ducere in vxorem, constito de validitate sponsalium, omnino co-
59 gi potest †ad contrahendum per verba de præsenti, quia studiosè agendum est, vt ea, quæ promittuntur opere compleantur *cap.1.& cap. qualiter in Sardinea de pact.* Consensus enim est causa efficiens, ac substantialis matrimonij, *cap.cum locum, cap.cum apud. cap cum tuæ. de sponsal. can. sufficiat 27. q.2.*
60 *l. nuptias. ff. de regul. iur.* itaque stante † consensu copula non requiritur *d.l. nuptias. Abb. in cap.licet. num.4.de spons.duorum.Rota coram bo.mem. Card. Caual.decis.166. nu.4. vers. consensus enim solus facit nuptias, & non copula, & coram Eminentiss.D. Card. Panzirolo, & in d. Colonien. matrimonij 22. Ianuarij 1640. §. verum quia. vers. stante consensu copula non requiritur &c.*

Quare dum sponsus recusat sponsam in vxorem
61 ducere, †debet modis omnibus compelli vt fidem promissam seruet *cap.2.in princip. de spons.* graue est enim fallere fidem *l.1.in princip. ff.de constit. pecun.* Tritumq. est sponsalia obligare sub pœna læthali, *Petr.Sot lect.18.de matr.§.quo ad primum. Couarr. de sponsal. par.1.par.4. in initio num.2. Sarmient. select.lect.lib.1.cap.5.n.3.F.Emman. in summ. to.1. cap.244.nu.1.Bei.respons.cas.conscient par.1.cas.18. Vega in summa lib.6.cas.105. Brunell.de sponsal.cõclus.16. nu.9.Ledesm. de matrim. q.43.art.1.dub.3. Viuald. in calebr. aureo. de sponsal. cap.4. num.23. Sanchez de matrim lib.1.*

Idq. procedit quãuis simpliciter quis promiserit,
62 nec iurauerit,tamen mortalis culpæ reus † efficitur si cõsensum coniugalem præstare deneget,ita *S.Tho. in 4.distinct.17. quæst.2. col.1. Imol. in l.Titia in fine prim. ff. de verb. obligat. cum alijs adductis per Didac.Couar.in epito 4.decretal. p.1.c.4.in princip. nu.2.quam sententiam sequitur Soccin. iun.cons.30. num.3.lib.2. Menoch cons.386. num.1.& 2.* & nihi-
63 lominus † fidem seruare tenetur *cap. 2. cap.sicut. cap.requisiuit de sponsal. Surd.cons.364. num.8.* qui alios refert in proposito, & promissor compellendus est, contrahere,iuxta *text.in cap.ex litteris.de spons. & notat Abb.in cap.de illis. de spons.impub.Couar. super d.4. decret. p.1. cap.4. in princip.* responditq. Rota *coram bon.mem.Card. Seraph.decis.1112. n.1. & coram Card. Caualer. decis.415. num.1.* DEVS
64 enim† non facit differentiam inter iuramentum, & simplicem loquelam, qui dixit, sit sermo vester, est, est, non, non. *Soto in 4. sententiarum distinct.27. q.2.art.1.* vbi plura. Vnde data validitate sponsa-
65 lium promittens omnino cogi debet ad contrahendũ, vt pluries dixit. Rota, ac recentius fuit animaduersũ *in causa Vlixbonen.matrimonij 4.Maij 1639. coram bon.me. Pirouano, & melius in causa Calaguritana matrimonij 13. Martij 1643. coram R.P. D. meo Meltio, quæ deinde fuit confirmata sub die 3. Iunij eiusdem anni coram eodem R.P. D. Meltio.*

Vbi quoque dicitur, supradicta eo magis seruanda esse, dum præter promissionem ducendi aliquam
66 in vxorem etiam† adfuit copula carnalis subsequẽs, cum per eam sponsalia simpliciter contracta ante Sacr Concil.Trident. transibant in matrimonium *Abb.in cap. præterea.nu.4. de spons in cap. ex tenut. num.4.de testib.& in cap. 1. de sponsal. impub.lib.6. circa med.Gemin.cons.61.nu.6. vers.ad contrarium. Federic.de Sen. cons.194. circa med. vers.item cohabitando.Castr.cons.155.in princip.lib.2.*

Insuper, quando à principio sponsalia fuerunt cõ-
67 tracta mutuo consensu cõtrahentium,† non possunt postea,vnius tantùm consensu dissolui *cap.2.vbi gloss. & cap. sicut de sponsal. Butr.in cap.de illis nu.6. vbi etiam Præposit.nu.4.de condit.apposit. Dec.cons.368. & 603.nu.4.Menoch.cons.15.num.1 Surd.cons.364. num.10.* Quicquid enim sit de Iure Cæsareo, de quo *in l.1. C. de sponsal.* certum est de Iure Canonico, quod in hoc est seruandum, sponsalia, quãdo sunt le-
68 gitimè contracta †non aliter, quàm per mutuum sponsorum dissensum dirimuntur, vt per *Brunell.de sponsal.conclus.9. num.2.* & plures refert *Gened. ad collectan. Iuris Canonici collect.97. num.4.* quibus adde *Sanchez de matrim.lib.1.disput 97.num.4. Rebell.de obligat.iustit. par.2.lib.4. quæst.8.sect.1.n.1. Frater Moln.de rit.nupt.lib.1.comp.15. nu.23. Bonaccin.de matrim.quæst.1. par.10.num.1. Aegid.de ConincK de sacrament.&censur.tom.2. disputat.23. dub.1.n.1.Guttierez de matrimon.cap 24.à princip.*
69 Et sicuti in sponsalibus requiritur,vt mutuus† cõsensus interueniat *cap.tuæ de sponsal.cap. sufficit.& cap.matrimonium 27.quæst.2.Io.Andr. Bald. Butr. Præposit. & alij citati per Paris. cons.55. num.14. vol.4.*

vol.4. ita etiam in eorum dissolutione erit necessa-
70 rius consensus † simultaneus, quod probari videtur *per text. in cap.2. de sponsal.* ibi, sin autem se ad inuicem admitti voluerint &c. vbi *Abb. num.5. & Praeposit. num.6. Archidiacon. in d. cap. sufficit. de spons. Riminald. cons.538. num.16. & seq. Surd. cons.136. num.18. & seq.* Quod limita, nisi prudens Iudex animaduerteret partem recusantem habere iustam causã
71 sponsalia† dissoluendi, timet nam summopere tanquã pia Mater Ecclesia sancta infaustos euentus coactarum nuptiarum, & ideo abstinet à coactione, quãdo adest iusta causa ea dissoluendi, quae enim mala
72 ex coactis nuptijs non sequuntur? quae † delicta non perpetrantur? quae scandala non oriuntur? hinc perpetua dissidia, & liuores inter coniuges, supercilia inter eorum affines, hinc maritus insalutata vxore discedit, hinc adulteria, hinc vt saepe accidit, machinatio vitae inter ipsos coniuges.

73 Et sicut pax† est origo, & fons omnium bonorũ, eaq. est optima rerum, ac innumeris triumphis gloriosor, ita è contra discordia est fons, & origo om-
74 nium malorum ea, est diabolicum venenum, † & omnium bonorum depredatrix. O malum summum & acutissimum satanae telum, ò malum omni malo
75 peius, in discordia † enim, vt inquit *S. Ambrosius*, nemo benedicit Dominum. & sicuti nihil est pretiosius DEO dilectione, ita nihil desiderabilius diabolo discordia. Et CHRISTVS ipse ascensurus à Patrem nobis in hac valle lacrymarum aliud in testamento non reliquit, nisi praetiosam illam gemmam pacis, *Ioan. cap.14.* nam ea, vt dixi, est rerum omnium optima. Hinc Regius Vates Dauid, vir secundùm cor DEI, iusto zelo accensus conuersus ad Dominum inclamauit in Psalm.67. *Dissipa gentes, quae bella volunt*, & aliqua circa virtutem pacis dire exprobando lites, ac controuersias, hortando omnes ad concordiam, iuxta illud Ouid. de art. aman.

Este procul lites, & amarae praelia linguae,
Dulcibus est verbis mollis alendus amor.
Odimus accipitrem, quia viuit semper in armis,
Et pauidum solitos in pecus ire lupos.

adduxi *in Epistola ad Iuris vtriusque Doctores in princip. par.7. recent. aliàs tom.3. à me select. n.117. & in annotat. ad decisionem 12. à num. 66. supra par.3. recent.* Et quia tractatur de discordia inter virum, & vxorem placuit hic referre quod scribit *Ioan. Rauis. Text. in sua officin. lib.2. titul. de Hominib.*
76 *ping.* vbi narrat quod Leo Byzantius † Sophista fuit adeo pingui, & crasso corpore, vt quum ad pacandã factionem Athenis, vbi tunc Legatus agebat, suggestum conscendisset, risum vnicuique mouerit, at ille Quid ridetis, inquit, Athenienses? an quod vobis videar pinguis? scitote meam vxorem esse è me longe
77 pinguiorem, † & si tales, ac tam corpulenti appareamus, tamen *quando sumus concordes, breuis admodum nos lectulus capit, discordes vero, nec tota*
78 *domus quidem.* Quibus verbis tẽpestiuè, † & pro re adductis populo restituit pacẽ &c. ac modo ad nos.

Ex coactis ergo nuptijs, quia plurima mala, vt dixi, sequuntur, & cum sponsalia non sint indissolubi-
79 lia, † sicut est matrimonium, ideo legitima subsistente causa Ecclesia absolutè abstinet à coactione, & praesertim parte persistere pertinaciter in recusatione, quod procedit etiamsi sponsalia essent iurata, vt firmatur *per Io. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Abb. Proposit. in cap. requisiuit. de sponsal. Syluest. in summa in verb. sponsalia num.10. Ruin. cons.263. num.3. vers. & plus etiam dico lib.1. Gabr. cons.186. lib.2. num.4. Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib.3. titul.17. num.13.* ac saepius respondit Rota, & potissimum fuit dictum *in causa Valentina matrimonij 6. Februarij 1579. coram san. mem. Clement. Octauo est decisio 467. nu.2. par.1. diuers. in Hispalen. sponsalium de anno 1580. coram bon. mem. Rubeo in Toletana matrimonij 27. Ianuarij 1595. coram bo. me. Orano. in Romana matrimonij 15. Februarij 1588. coram eodem. in Tullen. praetensi matrimonij 27. Ianuarij 1595. & 15. Ianuarij 1598. coram bo. me. Card. Seraph. sunt inter eius impressas decis.1112. num.4. & 1258. num.2. & in altera Tullen. matrimonij 13. Maij 1596. coram bon. me. Penia. erit inter eius à me imprimendas decis.405. à n.6. & coram fel. rec. Gregor. XV. decis.376. nu.59. & in Mediolanen. matrimonij 1. Iulij 1619. coram bo. me. Reuerendiss. Patriarcha Manzanedo. in Romana sponsalium 9. Februarij 1629. coram bon. mem. Pirouano. in Carthaginen. sponsalium 25. Februarij 1630. coram bo. mem. Coccino, & in Vlixbonen. matrimonij 2. Decembris eiusdem anni 1630. coram eodem Pirouano.* In quibus decisionibus firmatur, quod vbi adest verisi-
80 mile periculum scandali, † aut mali exitus, † seu matrimonium vergat in perniciem, semper Iudex debet abstinere à coactione, & sic id in arbitrio iudicis est relictum, quod tamen iuri consonum esse debet, & retulissem casus singularum decisionum, sed cum hanc limitationem incidenter adduxerim, ideo ex professo praedictos, ac alios casus referam alibi, ideo loquendo in casu de supra num 66.

Praeterea amplia supradicta vt procedant licet in-
81 ter sponsũ, & sponsam † adesset disparitas qua stante non videtur, quem cogendum esse ad contrahendum matrimonium, ea ratione, quia summa ea beneuo-
82 lentia, mutua amicitia, † concordia, & familiaritas, quae beatitudinem quandam inter virum, & vxorem parit vt legitur *in Ecclesiastic. cap.25. & apud Aristotel lib.2. Oeconomicon. cap.3.* haec inquam ab ipsorum inaequalitate, & dissimilitudine destrui solet, vt inquit *Menoch. de praesumpt. praesumpt.10. num.40. lib.10. Gabr. cons.186 nu.2. lib.4.* matrimonia enim
83 infelices exitus plerumq. habere solent, † quãdo inter impares contrahuntur *Menoch. cons.385. num.6. Sanchez de matr. lib.2. disput.6. nu.2.* & pro exemplo adduci potest, quod refert *Fulgos. lib.6. histor. cap.11.* de Ioanna Secunda Neapolitanorum Regi-
84 na, quae † deperiendo Ioannem Carazolum Roseum ignobili genere ortum, illumq. in virum duxerit, & tandem ob maximam conditionis disparitatem illũ contempsit, & adeo graui odio prosecutus est, vt eũ miserabiliter trucidare fecerit. Super hoc exempla infinita adducere possem, sed breuitatis studio ea
85 relinquo. Quae sanè pericula & dissidia† effugere docuit Ouidius *dum in Epistola Deianirae ad Herculem*, ita cecinit

Quàm malè inaequales veniunt ad aratra iuuenci
Tam premitur magno coniuge nupta minor,
Honor non est, sed onus species laesura ferentes,
Si qua voles aptè nubere, nube pari.

Sicuti quoque infaustos exitus habere solent illa
86 matrimonia, † quae inter amore excaecatos contrahuntur,

huntur, vt notum est, ac obseruant *Gutierez. canonic. quæst. lib. 1. cap. 20. ex num. 18. & Cened. in Collectan. Iur. Canonic. ad cap. veniens de sponsal. num. 5.* vbi
87 adducit antiquum illud prouerbium *Amore,*† *qui se coniungunt, rabie se dimittunt.* Addoque dictum
88 eruditi† hilosophi *Amor post primum impetum* † *tædio est, & marcescit.* Sed relicto caduco isto amore, ad nos. Videmus etiam & hoc, vt nuptiæ plena libertate gaudeant, si quis virginem deflorauerit, nō cogitur inuitus eam ducere in vxorem, nam si renuat contrahere cum ea, tenetur tantum eam dotare *iuxt. text. in cap. 1. & 2. de adult.* & alia adducā infra.

Tamen ad hæc rectè in terminis de quibus supra num. 66. respondetur per Rotam *coram R. P. D. meo Meltio in d. Calaguritana Matrimonij 13. Maij 1643. in §. Quia dum Angela*. Vt scilicet, quando virgo ex promissione viri volentis eam ducere in
89 vxorem, tradidit † eidem suum corpus, ac passa fuit deflorationem, partem suam adimpleuit, vnde alter tenetur etiam adimplere, quamuis fictè contraxerit, dum ex iustitia verè tenebatur, & sic fictus pro-
90 missor adimplere tenetur, † eam ducendo in vxorē, *vt docent S. Thom. 4. distinct. 28. quæst. vnic. art. 2. ad 4. Riccardus ibi art. 1. quæst. 3. in fin. Scot. 4. distinct. 30. quæst. 2. vers. stante ille dolo. Sanchez. de matrim. lib. 1. disputat. 10. num. 3. & disputat 11. n. 4.* Congruitque sententia *Aristotel. 4. part. problem. 11. ac ex nostris adducit Neuiz. in Sylu. nupt. lib. 2. cap. 1. num. 4.* mulier semper plus diligit virum a quo
91 fuit † deflorata, quoniam ab eo suam perfectionem accipit. Hinc stante defloratione, cum præuia promissione matrimonij, vir non est audiendus, vel saltem difficulter deducendo causam, quæ coactionem cōtrahendi matrimonium reprimat, *vt considerauit Rota decis. 25. num. 6. part. 4. diuers. vers. cogendus est sub censuris Ecclesiasticis ad contrahendum matrimonium cum* Lauinia, *quam sub promissione futuri matrimonii deflorauit &c.* ibique plura allegantur *& præsertim decisio in* Abulen. *matrimonii* 28. Maii 1593. *coram Card. Blanchetto*, & idem fuit dictum *in decis. 497. numer. 2. par. 1. diuers. vers. alioquin ex duplici dolo, & culpa Petrum commodum reportaret nempe ex defloratione, & ex renitentia de non adimple do promissa.*

Notanter vtique aduerte superius relatam cōclusionem procedere etiamsi promissio non fuisset mu-
92 tua, quia dum mulier promissioni viri innitens † tradidit corpus suum, contractus est perfectus, & sicuti ipsa iam impleuit, per consequens vir etiam tenetur perficere, illam scilicet in vxorem ducendo, nam
93 mulier facto ipso consensum præstitit, plus † est enim aliquid declarare factis, quàm verbis, & ad hoc expendere intendo egregium textum *in l. si tamen §. ei qui ff. de ædilit. edict.* Vbi quidam Dominus vēdidit suum seruum Titio, illumque ei videre fecit cum
94 ligaminibus, vnde secuta venditione, ac seruo † cōsignato emptori, aufugit d. seruus, quæsitum fuit an Titius posset agere contra emptorem, quasi naturam illius non significasset, sic prudenter respondit ibi Iuris consultus ei, qui seruum vinctum vendiderit, edictum remitti æquum est, multò enim amplius est id facere, quam pronunciare in vinculis fuisse, Quare
95 non est dubitandum, † quod facta dictis sunt potiora. Hinc Sacra Synodus Tridentina *in sess. 25. cap. 1. de reform.* zelanter monet Episcopos, aliosque Ecclesiasticos, vt vitam exemplarem ducant, potentem
96 illam † expendendo rationem, ibi, factis etiam ipsis, & vitæ actionibus, quod est veluti perpetuum quoddam prædicandi genus &c. Quippe homines, vt inquit Magnus ille Stoicus Romanus, Senecam
97 dico, multò plus credunt oculis, † quamuis auribus sed de his satis, in qua materia aliqua *supradixi inp. 3. recent. in annotation. ad decisionem 18. à num. 180. & seqq.* Quare denuò redeundo in viam fortius prædicta regula procedit in terminis nostris, quia in spon
98 saliorum contractu † non requiritur vtriusque iuramentum aut consensus, licet secus sit respectu consensus in matrimonio, satis enim est, quod tacitè vel expresse sponsalia contrahantur, *vt perpendit Rota in causa Romana Matrimonii 15. Februarii 1588. coram bo. me. Orano, vers. quia in sponsaliorum cōtractu non requiritur, &c. & in d. causa Calaguritana Matrimonii 3. Iunii 1643. coram R. P. D. meo Meltio § Quod autem tale. vers. sat est, quod consensus quoquomodo exprimatur, &c.* Vlterius plurimū debet considerari graue damnum, quod mulieri in-
99 ferretur, dum illi non † permitteretur aliud matrimonium inire, cogereturque continenter viuere, *vt inquit Sanchez alibi disputat. 10. num. 4. & 5.* nec tali casu satis esset pecunijs satisfacere, cum in propria specie possit satisfieri, nam sponsalia contrahēs, ac sub spe futuri matrimonij virginem deflorans
100 † tenetur eam ducere, & moraliter loquendo, nequit aliter iniuriam resarcire, ad quod persona iustitiæ est alligata, nec vnum pro alio inuito creditore
101 † reddi potest, *text. est in l. 2. §. mutui ff. si cert. pet.* considerauitque *Nauarr. consil. 6. in fin. lib. 3. tit. de vot.* idem *Sanchez. de matrim. lib. 1. disputat. 10. qu. 3. num. 20. & disputat. 44. eodem lib. 1 num. 3.* Vbi
102 de communi Theologorum sententia firmat, † promittentem sponsalia non posse ab illis recedere, si fœminæ infamia sequatur, etiam copula non secuta.

Nec disparitas inter sponsum, & sponsam, de qua
103 supra dixi, potest considerari, † quando vir, vel mulier probatur notitiam habuisse de inferiori conditione alterius coniugis, vnde si non obstante tali scientia, fuerunt contracta sponsalia, dicitur renunciatū
104 iuri suo, † & excessus facit donationem pars enim, quæ prætenditur læsa ob disparitatem alterius coniu-
105 gis, de se conqueri debet, cum inciderit † in foueā quam fecit, & poterit canere illud vulgatum dictum Ouidij.

Heu patior telis, vulnera facta meis.

Debuerat namque sibi prospicere sciens qualita-
106 tem eius, † cum quo sponsalia contraxit, *congruit text. in l si quis domum §. vult. ff. de locat. Salicet. in l. si familiæ in fin. vers. secundo, quod vbi res euincitur numer. 6. Cod. famil. ercisc.* facitque quod dicimus in terminis, quando quis emit rem, quam sciebat esse alienam, vel alteri obligatam, si ei dicta res fue-
107 rit ablata † non solùm clausa erit via agendi contra venditorem ad euictionem, sed nec etiam, quod peius est, ad pretij restitutionem, *vt satis iam demonstraui superius part. 3. recent. in annotatione ad decisionem decimam in litera A.* & sunt in hac materia celebres decisiones *coram R. P. D. meo Cerro in causa Romana Cambiorum 26. Martii 1640. 18. Iunij eiusdem anni, & 3. Iunii 1641.*

Sicut ferè in simili reperimus dispositū, licet vxor
108 nullatenus teneatur sequi † maritū per Orbē vagabundum, *vt per Bernardum regul. 800. limit. 2. Farinac.*

Farinac. in prax.criminal.quæst.142.num.269. tamen id est intelligendum, quando vxor de tempore con-
109 tracti matrimonij ignorabat maritum esse † vagabundum, secus si sciebat, quia tunc tenetur eum sequi, *vt per Palat. Rub. in repetit.cap. per vestras §. 9.num.13 de donat.inter vir.& vx.Couarr.de sponsal.par.2.cap.7.num.5.Nauar.in manual.cap. 14.nu. 20.Gulier.de Benedict.in cap.Rainutius in verb. cuidam Petro num.89.de testam.Tiraquel.in leg. 2. connubial.glos.1.part.1.numer. 39. Frater Emanuel in summ.cap.2.part.1 num.15.Perez l.29.tit.11. lib.4. Menoch. de arbitr.cas.469.num.4.et 5. Azeued.l. 29. in fin. tit.3. lib.3. nou. recompil. Bonac. de matrim. part.4.punct.6.num.24.*

Accedit quoque aliud simile, de eo qui deflorauit
110 virginem, absque tamen fide † ducendi eam in vxorem, vt tunc aut teneatur illam dotare, aut ducere in vxorem, tam de iure Diuino *Exod. cap. 22.* quam de iure Pontificio *cap.si seduxerit 1. et cap. peruenit 2. de adulter.vel strup.Cassan. consil. 40.n. 1.vers.ant tenetur virginem ducere in vxorem, aut ad interesse.Thesaur.decis.3. num. 3. vers. stuprans tenetur &c. & sic sentiunt Hostien. in d.c. seduxerit in verb.noluerit.Io.Andr. num.5. Anan.num.4. Anchar.pariter num. 4.& in d. peruenit nu.3.vbi etiam Butr.num.2.* & ita esse in vsu docet *Iul. Clar. in §. stuprum vers.sed quæro.Chouero in tractat.de public. concubinar. rub. de stupro num.10. Papo lib. 22. tit, 6. Aresto 9. Osasc.decis.107.* sentitque *Rota in causa Taurinensi Matrimonij 24.Ianuarij 1590.coram bo.me.Penia, est decisio 64 inter eius a me imprimendas num.3. etiam impressa reperitur in part 4.diuers. decis.779. num.2.* Et notandum est, licet *in d. cap.1. de adulter.* dicatur ibi, *dotabit eam, & habebit in vxorem,* tamen ista duo copulatiuè non requiruntur
111 sed alternatiuè, sicque dictio illa, & † resoluenda est, in disiunctiuam, vel & ista est communis omniũ interpretatio, *vt notat Petr. Aug. Morl. in Empor. Iur. part. 1. tit.1. quæst.6 num.25. vers. vt obiter dicam notandum est cum alijs copiosè relatis per Augustin. Barbos. in collectaneis iuris Canonici ad d.cap.1.sub num.7 de adulter.*

Sed quod facit ad propositum, stuprans non tene-
112 tur neque ad ducendam † mulierem stupratam, nec ad eam dotandam, quando quis stuprauit virginem volentem, scilicet, quando mulier se ingessit, & consensit absque aliqua violentia, dolo, vel persuasione viri, *& sic pugnantes Doctorum sententias ad cõcordiam reducit Anton.Gomez ad Leges Taur.leg.80 num.10.vers.si verò expressè constet, quod ipsa se ingessit &c. Sanchez de matrim. lib.7 disputat. 14.sub num.11.vbi plures adducit ad hoc etiam allegari possunt Bursat.consil.69.num.13.lib. 1. Menoch. de arbitrar.casu 288.num.18. in addit. Fariac. consil. 90. num.1.& seqq Stephan.Gratian.discept.Forens cap. 5.numer. 24. & seqq. & cap. 35. à numer. 34. lib.1.* & faciunt iuris regulæ, quod volenti non irrogatur iniuria *l.1.§.adeo ff de iniur. cap. scientia de reg iur. in 6.l.nemo fraudare ff. eodem titul.l.qui autem §.præterea ff.de his, quæ in fraud.credit l.cum donationis ff.de transact.* Et satis lucratur, qui suam adimplet voluntatem *l.penult.ff.de condit. & ob caus.* & contractus ab initio sunt voluntarij, & deinde necessarij, *l.sicut C.de action.& obligat.cum simil.*

In puncto vero sponsalium, vt ea minime dissol-
113 uantur, ob disparitatem conditionum † contrahentium, data dicta scientia animaduertit' *Rota in d. Calaguritana Matrimonij 13. Martij 1643. coram R.P.D.meo Meltio in §. Sed quia ibi, Vnde dum ipse etiam tali scientia non obstante, contentus fuit spõsalia contrahere videtur iuri suo renunciare &c.* Ac in terminis matrimonialibus, vt disparitas conditio-
114 num coniugum sine dubio non † irritet matrimonium ritè contractum *est textus in cap.super 10.& ibi DD.de test.lib.Menoch.cons.385.num.5.Molin.de Iustitia, & iur. disput.27.num.4.* & hoc maxime, quãdo habita fuit notitia disparitatis alterius coniugis, vt põderauit *Rota in causa Romana matrimonii 10. Maii 1641.coram bo.me. Reuerendiss. Pirouano, & 20. Nouembris eiusdem anni 1641. coram Eminentiss. & Reuerendiss, D.Card.Panzirolo.* Vbi mulier agebat ad dissolutionem matrimonij ritè in facie Ecclesiæ contracti, inter alias causas propter inæqualitatem diuitiarum mariti, quem defectum Rota penitus tamquam frustratorium aspernata est, & eò li-
115 bentius, quia † Mulier notitiam habuit paupertatis viri, & cum à quibusdam super hoc monita fuisset respondit se esse pro illo diuitem.

Nec non *in d.causa Romana Matrimonii tam coram bo.me.Pirouano, quam coram Eminentiss D. Card. Pãzirolo,* fuit reiecta alia obiectio; quæ a puella fuit facta, ne matrimonium suum effectum sortiretur, scilicet, quod matrimonium fuerat contractum sub conditione seruandæ virginitatis, dum id constat
116 ex sola assertione mulieris, † quæ cum tendat ad infirmandum matrimonium, ei standum non est, non est enim in facultate vnius coniugis tollere ius quæsitum alteri. Sufficit enim huiusmodi conditio non
117 fuisse appositam tempore præstiti consensus † corã Parocho per verba de præsenti, qua perficitur matrimonium ad hoc, vt illud iudicari debeat purum ac liberum, conditio enim apposita post illius celebra-
118 tionem non † habet eumdem effectum, quam habet ab initio, *vt benè declarat Pont.de matrim. lib.3. cap.11. vers.aliter iudicandum.*

Vlterius nec in casu proposito, aliquid obstare
119 deberet, quamuis puella declararet medio † iuramento se velle profiteri Monasticam vitam in aliquo Monasterio, quoniam licet per professionem alterius
120 † ex coniugibus dirimatur matrimonium ratum *cap.ex publico de conuers.coniugat. can. desponsatam 2.quæst.2.can.decreta regalia 28.q.2.* & fuit sancitum *in Sacro Concil. Trident. sess. 24. de matr. cap. 6.*
121 Hoc tamen procedit, quatenus † verè, & cum effectu fuerit emissa professio. *Sanchez de matr.lib.1. disputat.18.sub num.3.vers. et quamuis.*

Ideoque secus venit dicendum, quando mulier simpliciter declarauit se velle profiteri, quod verbum
122 velle, † iunctum verbo infiniti temporis quale est, profiteri, denotat actum de futuro, nec disponit in his, quæ simul alterius consensum requirunt, *iuxta singularem theoricam Bart.in l. 1 sub num.3. C. de Summ. TRINIT. et fide Catholic. quam sequitur Ias.ibidem num.24.et in terminis matrimonii carnalis Sanchez de matrim. lib.1.disput.18.num.26.Molin. de rit. nupt.lib. 1. comparat. 20. num.36. et 37.* aduertitque *Rota in d. Romana Matrimonii 1. Iulii 1643. corã R.P.D.meo Bicho §.sed in casu nostro etc.*
123 Vlterius ad effectũ professionis † requiritur consensus personæ habentis potestatem acceptandi nomine ipsius Religionis, illamque obligandi profitenti, *cap. porrectum, et ibi glos. in verb. Monachus,* &

et cap.ad Apostolicam de regul. Innocent. in d. cap. porrectum num. 5. Ioann. And. num. 4. Sanchez in præcept.Decalog. lib.5.cap.4.sub num. 62. Azor. Instit.moral. par.1.lib.12. cap.5. quæst.6.Valer.Reginald. in prax. for. pœnitent.lib.18. cap.385.Franc. in cap.1. nu.2. vers.& intellige de votis. Ruin. cons. 128.num.3. lib.1. asseruitq. Rota in causa Firmana professionis 2.Decembris 1639.coram R. P. D. *meo*
124 *Roias.§.quod dicitur,* necesse est pariter,quod † solemniter emittantur tria vota paupertatis,castitatis, & obedientiæ, *cap.cum ad monasterium. in fin. de stat. Monach.cap.omnes fœminæ 27.quæst.1. Rebuff. cons.2.num.11.Nauar.cons.10.num.6.de regul.Rota decis.216.num. part.2. diuers. & decis.579.nu.1. par.1. recent. & coram bo mem.Card.Caualer.decis. 271.num.2.& fuit in d.Firmana professionis.§.primò, & principaliter quia &c.*

Paulus Rubeus.

REVERENDISS. PIROVANO.

Regień Translationis pensionis.

Sabbati 26.Nouembris 1622.

ARGVMENTVM.

Vitio subreptionis, licet laboret gratia,quando tacitum fuit id, quod si Papa sciuisset, vel gratiam non concessisset, vel difficilius, tamen id non procedit, quãdo illud,quod fuit tacitum,inualidum erat. Subreptionis defectus excluditur ex sciẽtia generica,& virtuali Papæ. Agitur hic de validitate cõcessionis gratiæ circa translationem cuiusdam pensionis, vt substineatur,non obstantibus multis contra eã deductis.

SVMMARIVM.

1 *Gratia est inualida, dum Papæ non fuit narratum id, quod si sciuisset, vel eam non concessisset, vel difficilius.*
2 *Gratia non vitiatur,quando fuit tacitum, quod inualidum erat.*
3 *Subreptionis vitium, vt excludatur, sufficit scientia generica in Papa.*
4 *Scientia generica, ac virtualis in Papa si valens est ad excludendam subreptionem, multo magis id erit dicendum, stante speciali eius scientia.*
5 *Verbum repetitiuum, dicti, licet repetat supra narrata, non tamen operatur circa ea, quibus repetitio non venit.*
6 *Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus.*
7 *Scientia per relationem ad actum certum dicitur specialis.*
8 *Relatio generica, & virtualis non sufficit ad effectum præiudicij, & num.9.*
10 *Expressio generica facta Papæ, non sufficit, dum ipse non intellexit præiudicium tertij.*
11 *ad Gratiæ validitatem,requiritur vt ex relationibus Papa potuerit intelligere præiudicium tertij.*
12 *Relatio, quatenus est generica non potest plus continere, quam est in relato, & num.13.*

DECISIO CCCCXXXII.

IN dubio principali, An translatio pensionis ducatorum 200. ad fauorem D. Dominici facta substineatur, excipiebatur de inualiditate ex parte Titularis,ex eo quia facultas bon.mem.Cardinalis Tuschi pro transferenda pensione deducebatur ex Indulto eidem concesso per Paulum V. vsque de anno 1614.27.Nouembris, in quo narratum non fuerat, quod eodem anno de mẽse Ianuarij similis facultas cõcessa fuerat Bartholomæo eiusdem Cardinalis fratri transferendi eandem pensionem, itaut Ecclesia cogebatur pati à duobus pensionem transferri,& vlterius idem Cardinalis ab eodẽ Papa de anno 1608. 28.Decembris obtinuerat aliud Indultum transferendi pensionem scut. 300. pro residuo fructuum, quod erat grauamen duplicatum attenta supradicta pensione ducat.200. de Camera, quod nec pariter fuerat narratũ, quæ onera tàm respectu personarum
1 † quam fructuum si Papa sciuisset, vel gratiam non concessisset, vel difficilius, *Innoc. in cap.veniens. de præscript. Gig.de pens.q.29. Cassad. decis.3.de pens.*
Prima difficultas fuit sublata ex particulari resolutione sub die 25 Maij præteriti, in qua fuit dictum
2 gratiam Bartholomæi fuisse inualidam † de qua propterea non erat facienda mentio per bon mem. Cardinalem Tuscum in suo indulto transferendi eãdem possessionem ducat.200. Secunda vero quæ tunc indecisa remansit,hodie reassumpta principali disputatione non obstare similiter fuit responsum,translationemq. exinde sustineri.
Nam ad excludendum vitium subreptionis suffi-
3 cit † scientia generica Papæ, *Felin. in cap. nonnulli num. 18. de rescript. Corn.cons.201. num.14. lib.2. Crau.cons.79.num.8. Caputaq. decis.49. ad finem par.1. & decis.296. par.2.& decis.217. par.3.* Quod etiam fuit firmatum *in Bonon. Metropolit. 23.Iunij 1606.coram bon.mem.* Card.*Lancellotto, & in Policastren. pensionis 27. Februarij, & 1. Iulij 1587. coram bon.me.* Card.*Platto.*
In præsenti autem non solum de generica, & vir-
4 tuali, sed † de speciali scientia Papæ visum fuit constare ex verbis eiusdem Indulti anni 1614. 27.Nouembris, quia postquam fuit in eo narratum pensionem fuisse translatam in Bartholomæi Tuschi personam vigore Indultorum sibi per Nos, & Clementem Octauum concessorum, exinde subiungitur gratia reuersionis pensionis per decessum, aut delictum Bartholomæi ad ipsum Cardinalem Tuschum, non autem ad Maphæum Titularem, ac demum formalia verba sequuntur. *Ita quod tu illam in personis tibi beneuisis, & in mortis articulo, ac alias iuxta formam dictorum Indultorum transferre liberè, & licitè possis, & valeas Apostolica auctoritate tenore*
5 *præsentium concedimus*, vnde cum ex verbo † illorum dictorum, repetantur pernecesse Indulta Clementis, & Pauli desuper narrata, & non alia postquam verba non conueniunt *Ruin. cons.123. num. 12. lib.3. Rota coram* S.*D. N. decis.384.num.2.* tenorq. alterius eorum relatus Pauli scilicet de anno 1608. ex quo ab eodem Papa vsque tunc aliud non emanauerat fauore eiusdem Cardinalis contineat gratiam trãslationis residui fructuum Præceptoriæ pro summa scut.300. satis colligitur specialis scientia grauaminis propter effectum relati,
6 † quod solet esse in referente cum omnibus suis qualitatibus, *l.asse toto.§. de hæred. inst.Paris cons.9. num.17.lib.3. Rota in rec. decis. 35. num.6. par.1.* & huiusmodi scientiam
7 per † relationem ad actum certum esse specialem responderunt *Ruin.cons.29. nu.4. lib.2. Paris.d cons.9. num.10.*

num.18. lib.3. & conf. 97. num.96. lib.1. Menoch. consf.287.num.29.

Non obstat quod neque etiam sufficiat generica,
8 † & virtualis relatio ad effectum præiudicij, vt admissam dicebatur in supradicta decisione 25. Maij præteriti, vnde inferebatur, quod aut illa venit reuo-
9 canda, † si verior est hæc postrema opinio, & sufficiat pro sustinenda inualiditate translationis, dum gratia Bartholomæi est valida, & de ea debuerat fieri mentio, aut responsio data in eadem decisione est
10 attendenda, & † non sufficiet generica expressio, dum Papa non intellexit secundum grauamen.

Ad prædicta enim fuit responsum aduertendo ad verba eiusdem decisionis, ibi, *potest euitari obiectū,*
11 *quia relatio debet esse talis, vt Papa † potuerit intelligere præiudicium, alias qualibet expressio ad effectum præiudicij sufficiens non est*, nam relatio, de qua in gratia Bartholomæi non erat talis, vt Papa posset intelligere præipdicium duplicis oneris Ecclesiæ, scilicet, transferendi ducat. 200. & scut. 300. pro residuo fructuum, quia narratur tantummodo facultas Cardinalis Tuschi transferendi pensionem ducat. 200. in vim facultatis sibi à Sede Apostolica concessæ, vnde hæc relatio quatenus generica respe-
12 ctu personæ concedentis non † tamen plus referre potuit quam in relato contineat, sed facultas relata continebat tantummodo pensionem ducat. 200. quæ ex indulto Clem VIII. non autem Pauli fuit conces-
13 sa, ergo de alia facultate transferendi scut. 300. † pro residuo fructuum ex suo indulto anni 1508. Papa intelligere non potuit. Diuersum autem legitur in Indulto Pauli anni 1614. 27. Nouembris ibi vigore Indultorum tibi per Nos, & Clementem VIII. concessorum, in quibus vtraque reseruatio continetur, & Papa vtrumque grauamen vti relatiuè narratum, potuit intelligere, atque in suis terminis responsiones absque aliqua contradictione bene conueniunt.

Demum non obstant aliæ nullitates oppositæ ex capite non præsentationis litterarum facultatis trāsferendi coram Prælato, & facultatis consumptæ, quia ex facto euitabantur, & DD. placuerunt responsiones datæ pro parte D. Dominici. Et ita &c.

☞ *Decisio ista in hac eadem causa facta emanata sub die 25. Maij 1622. est supra in hoc Tomo decisio 401. & infra habentur duæ aliæ sub diebus 17. Iunij 1624 & 5. Martij 1625. coram eodem bon. mem. Reuerendiss. Pirouano.*

R. P. D NAVARRO.

Romana Casalis.

Luna 28. Nouembris 1622.

ARGVMENTVM.

Ad constituendum aliquem in mora, sufficit etiam interpellatio extraiudicialis. Interpellatio, quod fuerit facta alicui ad aliquid retrocedendum, quando id ex testibus probetur fuisse factū. Testi singularitas quando est adminiculatiua non infringit eorum dictum, & quando sunt singulares in loco, & tempore nō dicuntur contrarij, si tractetur de probando actu reiterabili. Verisimilitudo valde potens est ad adiuuandas probationes.

SVMMARIVM.

1 *Interpellatio etiam extraiudicialis sufficit ad constituendum aliquem in mora.*
2 *Interpellatio facta alicui non probatur per testes singulares.*
3 *Testes præsumuntur contestes, dum contrarium non docetur.*
4 *Testium singularitas dum non est obstatiua sed adminiculatiua, non infringit eorum dictum.*
5 *inter Testes non reperitur repugnantia, dum omnes, licet per diuersa media idem concludunt.*
6 *Testes singulares in tempore, & loco licèt sint, tamen eis est adhibenda fides si deponant de actu reiterabili.*
7 *Testes non dicuntur contrarij, nec repugnantes iudicantur, quando non concordant in tempore, & loco, si controuertatur de actu reiterabili.*
8 *Testes, quando plenè probent interpellationem, quæ fit ad inducendam in interpellato scientiam voluntatis & animi interpellantis.*
9 *Testium depositiones ex adminiculis redduntur verisimiliores.*
10 *in Probationibus verisimilitudo plurimum attenditur.*
11 *Testes etiam singulares concurrentibus adminiculis probant.*

DECISIO CCCCXXXIII.

PROPOSITO dubio coram Illustrissimo D. Cardinali Sacrato An hæredes Lelij teneantur retrocedere Casale, de quo agitur fuit sub die 28. Ianuarij 1618. negatiuè resolutum, eo præcipuo fundamēto quod in secunda apocha facta à Lelio ad fauorem Iacobi de Casale sibi ab ipso donato retrocedente duæ conditiones adimplendæ erant, quarum neutra docebatur adimpleta. Prima quod Iacobus in vita sua peteret retrocessionem, & eo mortuo amplius purificari non possit conditio.

Altera quod ante retrocessionē essent extinguendæ, & cassandæ omnes obligationes factæ per Leliū, & imbursatus Lelius, siue illius hæres de eo, quod soluit pro Iacobo donatore, prout legitur expressis verbis in secunda apocha, de qua in summ. num. 3.

Hodie reproposita causa super eisdem DD. firmarunt constare de interpellatione. An autem sit sufficiens, & de alijs reseruarunt particulariter videndū.

Dantur namque de nouo in summ num. 4. dicta trium testium quorum primus super tertio deponit quod Lelius fuit requisitus, & interpellatus à Iacobo ad retroceden. Casale pro quinque, vel sex vices, quartus, & quintus, iuxta quintum, & nonum, & super quarto dicunt de interessentia huiusmodi
1 requisitioni, quæ interpellatio † etiam extraiudicialis sufficit ad constituen. in mora, *Alex. in l. vinum. ff. si cert. pet. num.* 15. 16. & 17. cum cumulatis per *Tiraq. de retract. conuent. gloss. 7. num. 39. Ias. in l. quod te. col. 7. vers. etiam sufficit. ff. eod. tit. non requiri. l. scriptura idem Alex in l. non solum. §. morte ff. de nou. oper. nunc. num. 33. & 34. & ibi Ias. nu. 21.*

Neque obstare dixerunt istam interpellationem
2 probari tantum per testes † singulares, qui singulariter non probant ex *text. in cap. nihilominus, & ibi gloss. 3. q. 9. & in cap. tam litteris de testib. vbi glos. in vers. soli, & in cap. cum dilecti de elect. Alex. cons. 18. col. fin. & cons. 20. num. 6. & cons. 82. nu. 4. vol. 4.* cum

cum alijs per Gabr. de testib. conclus. 2. num. 1. & 2.
3 præterquamquod † præsumuntur contestes, nisi probentur singulares. *Castr. cons. 242. vers. 4. dicitur par. 2. Soccin. cons. 143. num. 10 lib. 1. Alex. cons. 156. num. 16. lib. 5. Aym. cons. 58. num. 9. Gabr. de testib. quæst. 64. num. 315.*

4 Singularitas ista non est obstatiua, † sed adminiculatiua, quæ dicta testium non infringit. *Bart. in cap. licet causam num. 11. vbi Dec. nu. 64. de probat.* latè *Farin. d. q. 64. num. 112.* nulla enim reperitur
5 repugnantia inter testes, cum omnes per † diuersa media idem concludant *Caccialup. in l. admonendi num. 91. ff. de iur. iur. Ioseph Ludou. decis. Perus. 9. num. 14. Alberic. in cap. 1. q. 16. num. 63. de hæret. in 6. Petr. de fideic. num. 488. in fin. & num. 485. finalibus verbis.*

6 Quinimo etiamsi † singulares essent in tempore, & loco, esset adhibenda fides, quia de actu reiterabili
7 deponen, nec contrarij, nec † repugnantes iudicantur. *Rol. cons. 82. num. 42. & seqq. lib. 2. cum alijs per Farin. eadem q. n. 45.* sed plenè probant istam inter-
8 pellationem, † quæ fit ad inducen in iterpellato sciētiam voluntatis, & animi interpellantis, *Castr. cons. 391. vol. 3. par. 2. Aym. cons. 73. nu. 33. Card. Mantic. de coniect. lib. 12. tit. 16. num. 18. Surd. cons. 94. n. 47. Farin. de testib. d. q. 64. num. 291. Rota in recent. decis. 763. num. 7. & 8. par. 2. & fuit dictum in Spoletana confidentiæ 22. Aprilis proximè præteriti, & in Romana pecuniaria 7. Iunij præteriti coram* R. P. D. *meo Buratto.*

9 Quibus accedit adminiculum † paupertatis Iacobi, de qua deponunt testes Sum. num. 6. & redditur verisimilior testium depositio super retrocessio-
10 ne Casalis, quæ verisimilitudo † potissimum in probationibus inspicitur. *Bald. in l. scripturæ num. 8. C. de fid. instrum. Curt. iun. cons. 178. num. 11. Decius cons. 272. num. 10. Aym. cons. 73. num. 41.*

Concurrentibus autem adminiculis testes etiam
11 singulares † probare firmant. *Castr. cons. 250. nu. 5. vers. & licet par. 2. Aym. cons. 33. num. 6. & cons. 73. num. 36. & cons. 78. num. 5. & cons. 178. num. 8. Gabr. de testib. concl. 2. num. 76. Farin. dicta quæst. 64. num 302.*

Sic fuit resolutum vna parte tantum informante, &c.

REVERENDISS. COCCINO.

Hildesehemen. Optionis.

Lunæ 28. Nouembris 1622.

ARGVMENTVM.

Optio regulariter spectat ad antiquiorem Canonicum, & quid si sit absens, cum licentia tamen Capituli. Abessendi licentia ad certum tēpus, quando est concessa alicui, à die datæ computan. & tunc currere incipit à dicto tempore, quando vero simpliciter est concessa, & eo casu à tempore ipsius absentiæ fieri debet calculus. Capitulum, quando dicatur habuisse pro valida licentiam ab eo datā Canonico abessendi.

SVMMARIVM.

1 *Optio spectat ad antiquiorem Canonicum.*
2 *propter Absentiam à Capitulo incurritur horribilitas.*
3 *Canonicus habens licentiam à Capitulo abessendi, ea absentia ei non præiudicat.*
4 *Canonicus, qui optare debet, si absens sit ex licentia Capituli, tunc admittitur ad optionem per procuratorem.*
5 *Abessendi licentia concessa per trienniū, ea incipit currere non à die concessionis licentiæ, sed ab ipsius absentiæ tempore.*
6 *Abessendi licentiæ tempus, tūc incipit currere à die concessionis, quando fuit dictum à die datæ præsentium.*
7 *Licentiæ tempus abessendi, quando est datum simpliciter, tunc tantum à die absentiæ computatur.*
8 *Capitulum, quando dicatur habuisse pro valida licentia ab eo data Canonico abessendi.*
9 *Capitulum, ex quo arguatur, vt intellexerit licentiam ab eo datam Canonico abessendi, currere incæpisse à die absentiæ, non autem à die concessionis.*
10 *Absentiæ alicuius ignorantia ab eo allegari non potest, qui admisit eius procuratorem ad aliquem actum, eò quia ille erat absens.*

DECISIO CCCCXXXIV.

FVIT resolutum obedientiam esse adiudicandam Arnoldo; quia cum ipse esset antiquior Canonicus Remberto, quod non controuertitur,
1 ad † ipsum, & non ad dictum Rembertum spectabat optio. *gloss. in cap. fin. in verb. antiquiores, de consuet. in 6. Abb. in cap. dudum nu. 2. vers. noto ex prædictis de elect. Felin. in cap. cum omnes num. 35. de constit. Rota decis. 2. & 3. de consuet. in nou. vbi add. & decis. 411. num. 1. par. 1.*

Neque obstat quod tunc Arnoldus non erat in turno, cum ante ipsum esset in turno Henricus Iodocus, quem antea promisit optare, cum tamen non posset, cum esset horribilis, & ideo in optione Iodochi fuit consumptus turnus Arnoldi. Nam
2 fuit responsum, quod cum † horribilitas incurratur propter absentiam à Capitulo generali, Iodochus
3 habuit licentiam abessendi per triennium, † & cum recesserit 26. Februarij 1613. triennium durabat vsque ad diem 26. Februarij 1616. quare cum Capitulum generale fuerit celebratum 26. Februarij 1616. & sic infra dictum triennium, non potest dici, quod
4 Iodochus esset horribilis, cum adhuc licentia abessendi duraret, vnde merito eius procurator fuit admissus ad optandum.

Neque releuat quod licentia abessendi fuerit cōcessa die 19 Ianuarij 1613. quia hoc non refert, tem-
5 pus enim triennij † non incipit currere à die licentiæ, sed à die, quo Iodocus se absentauit, alias non esset concessa licentia abessendi per triennium, vt benè notat *Castrens. in cons. 217. num. 2. vers. breuiter his non obstat*, non enim fuit dictum à die da-
6 tæ † præsentium, nec licentia fuit concessa iam absenti, quo casu esset dicendum contrarium, vt per *Castrens. d. cons. num. 1. & per tot.* sed fuit concessa licentia abessendi per triennium, & sic licentia ha-
7 bet † initium ab ipsa absentia, *vt benè considerat Castrens. in d. vers. breuiter.*

Et prædicta eo magis placuerunt Dominis, quia Capitulum habuit licentiam abessendi concessam
8 Iodoco pro legitima, † cum admiserit illius procuratorem ad optandum, vnde colligitur, quod senserit tempus absentiæ incipere à die recessus, non
9 autem à die † licentiæ, nec potest allegari ignoran-

10 se absentiam, cum admiserit procuratorem † Iodochi absentis ad optandum, & ipsum Capitulum concesserat licentiam abessendi.

Et ita conclusum, &c.

In hac causa habentur aliæ decisiones, quas annotaui supra ad decisionem 313. quæ est in eadem causa.

REVERENDISS. COCCINO.

Romana administrationis Fundaci.

Lunæ 28. Nouembris 1622.

ARGVMENTVM.

Signatura Gratiæ, si in terminis rei iudicatæ committat causam restitutionis in integrum, prout de iure, & sine præiudicio rei iudicatæ, arbitrio Rotæ, quo stante discutitur, quando intret tale arbitrium, ita vt sit procedendum in causa restitutionis in integrũ absque eo, quod procedatur ad vlteriorem executionem rei iudicatæ; Exceptiones contra rem iudicatam, quando admittantur, licet non incontinenti probandæ.

SVMMARIVM.

1 *Appellare, si tantum semel liceat, vigore rescripti Signaturæ, tunc duæ sententiæ obtinent vim rei iudicatæ.*

2 *Arbitrium licet intelligatur pro vt de iure, remittit tamen multum de rigore iuris.*

3 *Peritorum resolutiones non transeunt in rem iudicatam, saltem ad excludendas contrarias probationes.*

4 *in Causis restitutionis, equum quando sit, vt quis audiatur super suis exceptionibus.*

5 *Res iudicata de iure est, vt executioni demandetur, etiamsi latæ sint duæ tantum sententiæ, si habeant vim trium. num. 6.*

6 *Nullitas incontinenti probata admittitur etiam contra rem iudicatam, secus tamen si requirat altiorem indaginem.*

8 *Signatura, si voluisset, vt in executione rei iudicatæ seruaretur iuris rigor, non eam commisisset religioni iudicantis sed simpliciter rescripsisset, parito iudicato, prout fieri consueuit.*

9 *Exceptiones contra rem iudicatam requirentes altiorem indaginem tunc non admittuntur, quando proceditur de iure stricto, sed secus si de æquitate. & num. 10. & 11.*

12 *Probationes, quæ offeruntur incontinenti, de iure in quolibet casu admittuntur.*

13 *Executio, quando fuit cœpta, non impeditur per restitutionem in integrum.*

14 *Executio dicitur cœpta, secundum stylum Rotæ, quando fuit petita.*

15 *Arbitrium, quando intrat, pro retardatione executionis, licet non operetur, vt ea reuocetur, operatur tamen, vt si consumpta non sit, supersedeatur in vlteriori executione.*

16 *ad Executionem realem, quando non fuit deuentũ, sed solum ea fuit petita, tunc intrat arbitrium pro retardatione.*

17 *Expensæ debent refici non obstante restitutione in integrum.*

18 *Sententiæ trahunt secum executionem. & nu. 20.*

19 *Arbitrium, si quis petat, vt ad sui fauorem declaretur, is multum petit.*

DECISIO CCCCXXXV.

FVERVNT latæ duæ sententiæ * Rotales ad fauorem Cassini contra Albanum, quæ vigore
1 rescripti Signaturæ, quod semel liceat † appellare, obtinent vim rei iudicatæ, Post dictas sententias cũ Albanus diuersa obtinuerit rescripta, tã à Signatura Iustitiæ, quàm à Signatura Gratiæ, cum Cassinus adiuerit Signaturam Gratiæ pro reformatione dictorũ rescriptorum, placuit Sanctiss. D.N. mihi committere causam restitutionis in integrum, prout de iure ad fauorem Albani, & sine præiudicio rei iudicatæ arbitrio Rotæ. Vnde antequam procederem in causa restitutionis, dubitaui an intraret arbitrium, ita vt esset procedendum in causa restitutionis in integrũ, absque eo, quod procederetur ad vlteriorem executionem rei iudicatæ, & Domini affirmatiuè respon-
2 derunt, quia clausula, arbitrio, licet † intelligatur, prout de iure, remittit tamen multum de iuris rigore. *Cresc. dec. 4. num. 3. de testib. Dec. in l certum col. fin ff. vnde liber.* & propterea cum sententiæ Ro-
3 tales sint fundatæ in relationibus peritorum, † quæ non transeunt in iudicatum, saltem ad excludendas contrarias probationes. *Menoch. de præsumpt. lib. 1.*
4 *q. 95. num.* 10. equum videtur, quod in † casu restitutionis in integrum audiatur super suis exceptionibus.

5 Neque obstat, quòd de iure res iudicata † debeat exequi, *clem. 1. de re iudic.* etiam quod non sint
6 latæ duæ tantum sententiæ, † cum habeant vim triũ. *Paris. cons. 109. num. 10. lib. 4.* nisi constet de nulli-
7 tate incontinenti probata, † quæ non requirat altiorem indaginem, prout videntur requirere probationes faciendæ per Albanum. *Vitalin. in dicta clem. 1. num. 16. Verall. dec. 256. num. 1. par. 1.* Quia fuit responsum hoc procedere de stricto iure, sed si-
8 gnatura remisit hoc religioni iudicantis, † si enim voluisset iuris rigorem seruari, commisisset causam restitutionis cum clausula, parito iudicato, prout fieri consueuit. *Verall. dec. 256. Odd. de rest. in integr. q. 43. num. 29. art. 1. limit. 8. par. 1.*

Et propterea non facit, quod in hoc casu proba-
9 tiones requirant altiorem indaginem; quia hoc esset considerandum, si attento iuris rigore esset pro-
10 cedendum in causa, sed cum sit procedendum † ex æquitate, & ex prædictis audiendus sit Albanus in causa restitutionis, absque eo, quod pareat iudicato,
11 sunt admittendæ probationes, etiam quod † altiorem indaginem requirant, secundum communem opinionem, contra *Bart. de qua Ias. in l. 4. §. condemnatum sub num. 26. & ibid. Rip. num. 30. ff. de re iudic. Paris. cons. 10. num. 81. lib. 1. Benint. dec. 85. num. 16. in fin. Odd. de restit. in integr. par. 1. art 4. q. 43. num. 63. vers. sed contrarium. Lancell. de attent. restitut. in integr. pend. par. 2. cap. 18. num. 19. & 20.* & cessat omnis difficultas, quia probationes
12 offeruntur incontinenti, † vnde eo magis sunt admittendæ *Menoch. de adipisc. remed. 4. quæst. 103. num. 913. in secundo casu.*

Neque releuat quod quando fuit cępta executio,
13 restitutio † in integrum non impedit executionem. *l. vnica C. de restit. in integr. postul. Specul. de restit. in integr. §. vlt. num. 1. lib. 2.* & cępta dicitur secun-
14 dum stylum Rotæ, quando fuit petita, † quia hæc etiam

etiam procedunt de stricto iure, sed quando negotiū
est commissum arbitrio, si illud habet locum licet
15 non operetur, quod reuocetur executio † facta,
operatur tamen vt supersedeatur in vlteriori execu-
16 tione, † & sufficit in casu isto, quia non fuit deuen-
tum ad aliquam realem executionem, *vt fuit reso-
lutū in causa Celsonen. præceptoriæ 14. Maij 1604.
coram me, & prius in Tarraconen. Parrocchialis
4. Februarij 1604. coram bo. me. Litta.*

Denique non releuat, quod Cassinus non præten-
17 dat † nisi expensas, quæ non obstante restitutione
debent refici. *Chißanen. dec. 164. mihi 166. incipien-
te, sententiam, qua transiuit. Seraph. decis.* 1326.
18 *num.* 5. quia cum sententiæ trahant secum † execu-
tionem, liberant Cassinum à redditione rationis su-
per administratione, multum enim petit dum in-
19 stat interponi arbitrium † ad sui fauorem, quia nihil
aliud esset quàm imponere perpetuum silentium
Albano, cum, vt dictum est, sententiæ trahant secum
20 executionem ad fauorem Cassini, † cum ipsum li-
berent à redditione rationis super administratione.
Et ita conclusum vtraque parte informante, &c.

☞ *Causa ista in prima instantia fuit coram bo. me. Reuerendiss. Pirouano, & decisiones coram eodem factæ sunt sub diebus 28. Nouembris 1614. 22. Iunij 1615. 14. Decemb. eiusdem anni, & 12. Iunij 1617. Prima est decisio 622. par. 3. recent. secunda, 690. eadem part. tertia, 769. par. 2. recent. & vltima 526. par. 4. recent. In secunda instantia fuit coram bo. me. Buratto, & decisiones coram eo emanatæ sunt sub diebus 6. Nouembris 1619. 18. Iunij 1621. & 24. Ianuarij 1622. habentur inter eius impressas deciss. 419. 546. & 592.*

R. P. D. VBALDO.

Sabinen. Castri Mompei.

Lunæ 28. Nouembris 1622.

ARGVMENTVM.

Fundus traditus marito in dotem, quando dicatur datus æstimatus, ita vt in restitutione dotis tantum cogi possit ad restituendum pretium. Communio inter fratres ex quibus excludatur. Frater possidens iure familiaritatis bona alterius fratris super eis ex hoc non potest prætendere aliquod dominium.

SVMMARIVM.

1 *Fundus quando est datus marito æstimatus, non potest dici fundus dotalis.*
2 *Cum dicta æstimatio faciat emptionem, & venditionem, & hoc maximè stante clausula, ad habendum.*
3 *Et hoc amplia si fuerit actum, vt si ille plus valeret, illud plus deberetur marito, & non vxori.*
4 *Alienandi facultas repugnat fundo dotali.*
5 *Communio in dubio non præsumitur.*
6 *Communionis præsumptio inter fratres tunc multo magis cessat, si tractaretur de damno, cum nemo præsumatur velle iactare suum.*
7 *Possessio præsumitur ex titulo præcedenti.*
8 *ex Possessione rei inter fratres, non infertur ad communicationem dominij non præcedente legitima præscriptione.*
9 *Possessio referenda est ad causam necessariam, non autem ad voluntariam.*
10 *Frater, si possideat rem alterius fratris, ista possessio potius referenda est ad ius familiaritatis, Et conseruandæ beneuolentiæ inter fratres, quam ad titulum donationis, vel renunciationis proprij iuris.*
11 *Diuisio inter fratres, quando non tribuat ius aliquod.*
12 *Effectum ea, quæ non habuerunt, non attenduntur.*

DECISIO CCCCXXXVI.

☞ DVBITAVI, An Castrum Mompei esset effectum commune inter Dominos Fratres de Vrsinis, & fuit negatiuè pro Domino Marchione informante resolutum. Hoc enim Castrum vsque de anno 1560. fuit datum in solutum pro residuo dotis Virginiæ Vrsinæ Comiti Alexandro Vrsino eius viro, & pro eo Comiti Nicolao eius Patri, & legitimo administratori, & fuit datum liberum, expeditum, & absolutum ad habendum, tenendum, possidendum, vtendum, fruendum, gaudendum, vendendum, cedendum, & alienandum pro scutis 12400.
1 Vnde cum fuerit datum æstimatum, † non potest
dici fundus dotalis, sed potius quod dicta æstimatio
fecerit emptionem, & venditionem, *l. quoties, l. in-
ter virum, l. in dotem, C. de iur. dot. l. si ex conuen-
tione C. de pact. l. si æstimatis, ff. solut. matr. Couar.
pract. quæst. cap. 28. num. 1. vers secundo apparet,
Socin. cons. 69. num. 17. lib. 4. Paris. cons. 81. nu. 10.
lib. 3.* Natt. *cons. 650. num. 3. Becc. cons. 42 num. 8.
cum alijs per Honded. cons. 14. num. 43. & seq. &
cons. 41. num. 4. & seq. lib. 1.* Card. *Mantic. de tacit.
lib. 12. tit. 28. nu. 5. Rota in* Romana, *seu Interamnen.
fundi dotalis 20. Februarij 1589. coram Cardinali
Platto, & apud Seraphin. decis. 1207. num. 1. & 2.
1332. num. 1. & in Maceraten. retractus 4. Iulij
1612. quæ est decisio 413. num. 6. par. 2. in recentior.
& in* Romana *dotis 9. Decembris 1613. & in Sancti
Seuerini dotis 4. Maij 1620. coram me, & alias sæpe.*
2 Maximè stante clausula † ad habendum. *Becc. dicto
cons. 42. num. 8. Seraphin. decis. 1480. num. 1.* & tan-
tò magis, quia fuit actum, vt si pluris castrum valeret
illud plus esse deberet viri, & non mulieris, & vt
3 dos † deberet restitui in quantitate. *Bald. in dicta
l. quoties in fin. C. de iur. dot. Honded. dicto cons. 41.
num. 1. lib. 1.* Natt. *cons. 650. num. 4. Rota in dicta*
S. *Seuerini dotis,* & demum idem suadetur ex facul-
4 tate alienandi concessa, † vt supra, quæ repugnat
fundo dotali, *tot. tit. ff. & C. de fund. dotal. instit.
quibus alien. lic. in princ. Surd. decis. 86. nu. 11. Rot.
decis. 619. num. 2. par. 2. in recent.* Quod & docuit
obseruantia subsecuta, cum post mortem Comitis
Nicolai Comes Alexander eius filius possessionem
dicti castri acceperit, & mortuo Alexandro Mar-
chio Bertoldus eius filius, & hæres ex testamento il-
lud descripsit in Inuentario, eiusque possessionem
accepit cum iuramento fidelitatis, & homagij per
Massarios, & Homines dicti castri eidem Marchioni
præstito, vt in summ. num. 6. ex quibus apparet ca-
strum fuisse sine dubio hæreditarium, & proprium
Domini Bertoldi. Vnde si Dominus Cosmus præten-
dit illud fuisse effectum commune, de quo propriè
nunc disputatur, tenetur hoc probare, cum sit fun-
5 damentum suæ intentionis, † & alias communio
non præsumatur, *vt per Bart. in l. Titium §. altero,
ff. de adm. tut. cum alijs per Cephal. cons. 250. num. 8.
lib. 2.*

lib.2. Seraphin.dec.1376.num,1.& dec.1436.nu.3. præsertim cum id esse non posset nisi cum damno Domini Bertoldi, pro quo viget alia præsumptio,
6 quod † noluerit castrum communicare cum fratre, cum nemo præsumatur velle iactare suum, *l. cum de indebito, ff.de probat.* Rot.*decis.134. nu.1. in fin. par.2.in recent.*

Non obstat, quod D. Cosmus à nonnullis annis citra se ingesserit in possessionem huius castri; Quia respondebatur hoc factum fuisse ad excludendos creditores Comitis Alexandri, qui intendebant executionem facere super dicto castro, quos D.Cosmus excludebat iure anterioris hypothecæ, quam habebat ratione dotis maternæ super eodem castro, cum ipse esset hæres matris pro tertia parte vna cum
7 duobus alijs fratribus, † & ideo præsumitur possedisse ex hoc titulo antecedenti per regulam, *l. quædam mulier, ff.de rei vendic.l.2.C. de acquir. possess.* latè *Menoch.præsumpt.67.nu.1.lib.6.Cæs.de Graß. dec.5.num.5. de caus. possess & propriet. Rot. decis. 634.sub nu.7.part.1.recent.& apud Cardin.Mantic. decis.3. num. 6.* & in omnem euentum ex huiusmo-
8 di possessione non infertur † communicatio dominij non præcedente legitima præscriptione, *l. naturaliter, §.nihil commune, ff.de acquir.possess.l.nunquam nuda, ff.de acquir.rer. domin.* Vnde nec obstat quod D.Bertoldus permiserit D.Cosmum pro tertia parte possidere, quia ista patientia non potuit plus iuris tribuere Cosmo, quam haberet, & referenda est ad
9 causam necessaria † pignoris, & hypothecæ, quam Dominus Cosmus habebat super castro, non autem ad causam voluntariam iuxta tradit per *Crauett. cons.106.num.8.* vel ad causam, & ius familiaritatis,
10 & conseruandæ beneuolentiæ inter fratres, † quam ad titulum donationis, vel renunciationis proprij iuris D.Bertoldi, *iuxta alleg. per Peregr.cons.81. num.24.& seqq. lib.1.* vbi quod non obstat diuturna patientia 10.vel 20 annorum. *Menoch. de retin. remed.3.num.566. Ludou.concl.71. col.6. vers. Immo perceptio fructuum.*

Nec obstare videbatur diuisio inter fratres facta de anno 1611. quia vltra quod illa fuit de quibusdam bonis allodialibus; & non de iurisdictione, de qua præ-
11 cipue disputatur, † illa etiam potest referri ad causas supradictas, sicut etiam dici potest de appositione Gubernatoris in castro per D.Cosmum facta pro rata temporis.

Ad venditionem castri factam communi nomine
12 dicebatur eam non habuisse effectum, † & ad confessionem possessionis D.Cosmi in quadam commissione respondebatur eam esse de possessione, quæ non controuertitur ex causis supradictis, non autem de dominio, de quo in præsenti agitur, quæ tamen latius erunt discutienda, si pars D.Cosmi audiri voluerit. Et ita decisum.

☞ *Infra in eadem causa habetur altera decisio coram eodem bo.me.Vbaldo sub die 15.Ianuarij 1625.*

R. P. D. VBALDO.

Messanen. Parochialis.

Veneris 2. Decembris 1622.

ARGVMENTVM.

Tractatur in præsenti decisione, quando concursus ad Parochialem non subiaceat vitio nullitatis, & sic nō intret vacatio, si in eo non seruata fuerit forma præscripta à Concil.Trident. *sess.22.cap.19. de reform.* vbi inter alia statuitur, vt in concursu Parochiales debeant interuenire tres examinatores Synodalis, & quid dum isti non adsunt, quando validus fit concursus data deputatione aliorum examinatorum extra Synodum. Forma, quando seruari non poterit, tunc sufficit facere actum eo modo, quo fieri potest, & quid stante propria colpa.

SVMMARIVM.

1 *in Concursu ad parochialem, quando fit, est seruanda forma præscripta à Concil. Trident. sess.22. cap. 19. de reform.*
2 *Mors alicuius probari etiam potest ex confessione partis.*
3 *Synodus Diœcesana, quod à multis annis non fuerit celebrata ex quo probari possit.*
4 *Nullitas prouisionis Parochialis intrat, dum non fuit seruata forma tradita à Sacr.Concil.Triden. sess.22 cap.19.de reform.& num.5.*
6 *ad Parochialem, quando fit concursus, si non adsint examinatores Synodales, examen non vitiatur, si fiat cum alijs deputatis extra synodum.*
7 *Forma, quando seruari non potest, sufficit actum facere, eo modo, quo fieri potest.*
8 *à Formæ seruatione, quis non est excusandus, quādo illam seruare non potest ob propriam culpam.*
9 *Præsentatus à patrono ad Parochialem, si non fuerit examinatus ab examinatoribus Synodalibus, eo quia Episcopus Synodum non conuocauit, de hoc nihil est imputandum Patrono.*
10 *Nec præsentato debet cedere in præiudicium talis defectus, dum non fuit seruata forma Concilij.*
11 *Synodus Diœcesana, quando non fuit factus à multis retro annis, itaque ferè omnes examinatores mortui sint, si contingat vacatio Parochialis in principio Episcopatus, tunc Episcopus potest deputare alios examinatores. & num.12.*
13 *Capitulum sede vacante, vel eius Vicarius potest congregare Synodum, & in eo deputare examinatores Synodales.*
14 *Concursus ad Parochialem, vt corruat ex eo, quia in examine non interuenerunt tres examinatores Synodales, vt disponit Concil. Trid. quid considerandum veniat. & num.15.*
16 *Parochialis prouisio, quando fuit facta in principio Sedis Episcopalis vacantis, si non aderant examinatores Synodales, & Synodus tam citò non poterat conuocari.*
17 *Tunc intrat excusatio, & alij examinatores extra Synodum possunt deputari, & propter hunc defectum Parochialis non dicitur vacare.*
18 *Examinatores Synodales tres debent adesse, quando fit concursus ad beneficium Parochiale, sic disponente Sacr.Concil.Trident.*
19 *Facultas data ad tempus, expirat lapso tempore.*

DECISIO CCCCXXXVII.

FRANCISCVS impetrauit à Sede Apostolica Parochialem, de qua agitur, tanquam vacantem, iuxta Constitutionem fel. rec. Pij V. incip. In exercendis sub assertione, quod in concursu desuper habito, in quo fuit approbatus Gabriel Aduersarius
1 non † fuerit seruata forma Sacri Concilij Tridentini sess.22. cap.19. de reform. vers. Examinatores, &c.

cum

cum duo tantum, qui pro examinatoribus Synoda-
libus habebantur, fuerint adhibiti, alij verò duo à
Vicario Capituli Ecclesiæ Messanen. Sede Archie-
piscopali, vacante ad eius libitum, sub prætextu,
quod alij essent legitime impediti, cum re vera tunc
obijssent, deputati fuerint, & in Diœcesi Messanen. à
20. annis, & vltra Synodus facta non fuerit. Vnde
causa in Rota commissa, dubitaui, An gratia Fran-
cisci esset iustificata. Domini autem negatiuè respō-
derunt, licet enim ex testibus datis pro Francisco,
in Summ. num. 1. constet duos tantum ex examina-
toribus Synodalibus in cōcursu interuenisse, & quod
2 alii essent mortui, non autem absentes probatur † ex
confessione Vicarij Apostolici, dum hoc exposuit
S. Congreg. Concilij, vt in precibus, quæ dantur
num. 2. & quod Synodus non fuit celebrata à mul-
tis annis, imo ab anno 1588. vsque ad annum 1620.
3 deducitur ex dicta confessione Vicarij, & ex testibus
4 datis num. 3. & sic videatur intrare nullitas † pro-
uisionis ex decreto Concilij Tridentini, loco supra
citato, *vt tradit Lader. in Summ. par. 2. tract. 7. c. 2.
difficul. 13. vers. Ante todas cosas fol. mihi 167. col. 2.
in princ. Garz. de benef. par. 9. cap. 2. num. 52.* vbi re-
fert declarationem Sacri Concilij Interpretum.
Azeued. cons. 9. num. 31. & seqq. vbi dicit prouisio-
5 nes esse nullas, † tam ex prædicto decreto Concilij,
quam ex Bulla Pij V. de qua supra, & consequenter
videatur in hoc gratia Francisci iustificata. Tamen
in proposito DD. considerabant, quod Rota in plu-
6 ribus censuit, † quod quando non adsunt examinato-
res Synodales, examen non vitiatur, si fiat cum
alijs deputatis extra Synodum per regulam, quod
7 quando forma seruari † non potest sufficit actum
facere eo modo quo fieri potest. *Aym. cons. 177. nu. 5.
ita fuit decisum in Literen. Archipresbyteratus 6. Iu-
nij 1582. coram Blanchetto, & in alijs quos refert
Garz. d. par. 9. cap. 4. nu. 87. & seqq. qui licet nu.* 92.
modeste impugnet decisiones Rotales, quasi Or-
8 dinarius sit in culpa non conuocando Synodum, † &
proptera non excusetur ab obseruantia formæ Sacri
Concilij, & cesset ratio Rotæ supradicta, tamen
consideran. est, quod tres decisiones ibi relatæ, vi-
delicet *d. Literen. coram Blanchetto*, facta ad præ-
sentationem Patronorum, quo casu si præsentatus
9 ad parochialem non fuit examinatus † ab Exami-
natoribus Synodalibus, quia non aderant, nihil po-
test Patrono imputari, nec præsentato debet cede-
10 re in præiudicium † talis defectus, si non fuit serua-
ta forma Concilij, & *& ita etiam sensit idem Garz.
loco citato num. 94. post Paris. de resignat. lib. 7.
quæst. 5. num. 20.*

Alia verò *decisio in causa Placentina Parochialis
de Malpartida coram Litta, quæ per eundem Garz.
refertur num.* 90. loquitur in casu, in quo Synodus
11 non † fuerat facta à multis retro annis, & omnes
Examinatores erant mortui, præter vnum, nec Epi-
scopus habuerat tempus ad congregan. Synodum,
vt quia vacatio Parochialis contigerat in principio
12 Episcopatus, † & ideo ibi concluditur potuisse Epi-
scopum alios examinotores deputare.

Quibus ita stantibus viden. est, An simus in casu
in quo Capitulum Sede Episcopali vacante potue-
rit Synodum congregare, & deputare Examinato-
res, & quidem de iure certum est Capitulum Sede
13 vacante, vel eius † Vicarium posse congregare Sy-
nodum, & in ea deputare Examinatores Synoda-
les, *prout in puncto respondet Petr. de Ledesm. in
loco supra citato fol. 168. col. 1. vers. Tambien pue-
de hauer difficultad, &c. & ita censuit Sacra Con-
gregatio Concilij, vt refert Garz. dicta par. 9. cap. 2.
num. 8. vers. 6.* curabit, & tenet *Garz. ibidem nu. 64.*
Vnde punctus est, An Vicarius capitularis potue-
14 rit in tempore congregare † Synodum, & deputa-
re Examinatores, antequam laberetur tempus pro-
uisionibus parochialium præfixum.

Et quidem per Informantes pro Francisco dice-
batur Parochialem, de qua agitur, vacasse de anno
1617. absente Archiepiscopo, qui intra sex menses
decessit, & Vicarium Capitularem deputasse ali-
15 quos examinatores † cum duobus alijs Synodali-
bus electis in Synodo de anno 1588. vnde cum
præsupposito huius facti, prout narratur à parte,
nec ex aduerso contradicitur cum prouisio fuerit fa-
cta in principio Sedis Archiepiscopalis vacañ, &
16 tam † cito non posset Synodus congregari, Domini
existimabant intrare excusationem, de qua in supra-
17 dictis decisionibus Rotalibus, & † consequenter pa-
rochialem non vacasse ob defectum concursus facti
cum duobus tantum Examinatoribus Synodalibus,
18 non † autem cum tribus, prout disponit Conci-
lium, & sic gratiam Francisci non esse iustificatam.

Neque obstat quod Vicarius Apostolicus obti-
nuerit 19. Nouembris 1616. facultatem deputandi
Examinatores ad sex menses, & Vicarius Capitula-
ris Sede vacante obtinuerit etiam similem faculta-
19 tem, vt in summario Francisci nu. 2. quia † quoad
primam illa expirauerat ante vacationē Parrochia-
lis, de qua agitur, & si non expirasset, eo magis ex-
cusabilis redderetur deputatio à Vicario facta, iuxta
dictam facultatem, quo vero ad aliam, illa fuit ob-
tenta 14. Decembris 1618. & sic post dictam vaca-
tionem, & prouisionem parochialis à Vicario fa-
ctam, antequam esset in mōra congregandi Syno-
dum ex supra deductis.

Et ita fuit decisum, &c.

R. P. D. V B A L D O.

Bononien. Successionis.

Veneris 9. Decembris 1622.

A R G V M E N T V M.

Statutum exclusiuum fœminarum a successione paren-
tum existentibus agnatis, an illud habeat locum fa-
uore agnati professi in aliqua Religione capaci bono-
rum, cum in eo non verificetur intentio similium
statutorum, quæ est conseruatio agnationis, cum il-
le non possit habere filios legitimos, & vtrum prædi-
cta statuta Laicorum intrent ad fauorem Religioso-
rum, & agitur in specie de Statuto Bononiensi exclu-
dente matrem a luctuosa successione filij propter pa-
truum, an intret, quādo patruus est Monachus pro-
fessus. Statuta exclusiua fœminarum propter mascu-
los, cum sint contra dispositionem iuris cōmunis, an
in eis requiratur specialis confirmatio Principis, vel
sufficiat generalis, & an d. statuta sint odiosa odio
irrationabili.

S V M M A R I V M.

1 *Filij successio de iure communi, nulla est difficultas
quin spectet ad matrem, & non ad patruum.*
2 *Statutum Bononien. de success. ab intest. &c. disce-
nit,*

nit, vt in successionibus masculi præferantur ascẽdentibus fœminis.

3 Monachus in monasterio capaci successionis gaudet beneficio statuti excludentis fœminas propter masculos.

4 Religiosus masculus in Religione capaci bonorum succedit, exclusis fœminis, stante statuto exclusiuo fœminarum. & nu.46.

5 Frater professus defuncti, & patruus personæ exclusæ præfertur descendentibus fœminis.

6 Patrui appellatione uenit tam patruus monachus, quam Laicus.

7 Statutum Laicorum, si sit fauorabile personis Ecclesiasticis, eos quoque compræhendit.

8 Statutum emanans fauore agnationis non comptæhendit Monachos.

Agnatio per Monachos non conseruatur. nu.8.

9 Monachi, licèt non conseruent agnationem, nihilominus iura sanguinis, & agnationis retinent.

10 Mater non est agnata filio.

11 Sorores, vigore statuti Bononien. de quo hic, non excluduntur a fratribus in sacris constitutis, vel professis in successionis Patris.

12 Sed admittuntur iuxta dispositionem iuris communis.

13 Statutum Bononien. de success. liber. &c. declaratur & nu.19. & 20.

14 Dictio, saluo, modificat præcedentia & subsequentia.

15 Limitationes, quando sunt conceptæ per dictiones demonstratiuas ad oculum, non extenduntur ad alios casus.

16 Dictio, vt supra, stat relatiuè, & repetit omnes qualitates.

17 Dictio, supradicta, restringitur ad ea, quæ oculariter apparent.

18 Dictio, infrascriptum, non verificatur nisi in his, quæ scripta sunt, & oculis corporeis leguntur.

21 Successio Patris magis debita est descendentibus, quam sit successio descendentium ascendentibus.

22 Statuentes, si aliquid voluissent excipere, id sciuissent exprimere, ac maximè dum in simili casu exceperunt. & nu.23.

24 Bononiæ adest statutum disponens, vt clerico agenti cõtra Laicum debeat reddi ius secundum formã Iuris Canonici.

Et sic clericus videtur excludi a beneficio aliorum statutorum.

25 Statutum Bononien. disponens, vt quando clericus agit contra Laicum, seruetur ius Canonicum, quo casu loquatur. & nu. 27.

26 à Statutorum rubrica argui licet.

28 Dictio, si vero, est continuatiua, & aduersatur casui præcedenti, retento eodem themate.

29 Clericus, vel Monachus forensis, an possit dici forẽsis, in loco quo degit.

30 Monachus, si sit originarius alicuius Ciuitatis, & hic inhabitet, non potest dici forensis.

31 Clerici, & Monachi habitantes in loco, possunt si volunt, vti beneficio statutorum Laicorum, et quãdo id quoque colligatur ex eisdem statutis. nu.32.

33 Monachi professi non possunt habere filios legitimos.

34 Monachi profess. possunt habere filios legitimos, scilicet ante ingressum religionis susceptos. et nu.35.

36 Statutum disponens contra ius commune non valet sine confirmatione Principis.

37 Statutum in successione præferens masculos fœminis est contra ius commune.

38 Statutum præferens patruum matri in successione, est contra ius commune.

39 Confessio in forma communi non est sufficiens, quando agitur de statuto condito contra ius commune. et num.40.

41 Legatus de Latere non potest condere statuta iuri communi contraria.

42 Facultates concessæ alicui, vt videatur an ad certũ quid extendantur, illæ sunt exhibendæ.

43 Legatus de Latere non habet facultatem confirmãdi statuta contra ius commune condita.

44 Statutorũ confirmatio quando non dicatur facta à Papa, in forma specifica.

45 Confirmatio statutorum facta à Papa ex quibus appareat, eam fuisse factam in forma communi.

47 Agnationis fauore si sit conditum statutum, est indistinctè fauorabile, quamuis sit iuris communis correctorium.

Statutum, quando est fauorabile, licet sit contra ius commune, nihilominus vt valide dicatur confirmatum sufficit confirmatio facta secundum formam communem. nu.47.

48 Statuta exclusiua fœminarum sunt fauorabilia, vel saltem non odiosa odio irrationabili, attento fauore agnationis. et num.76.

in Statutis exclusiuis fœminarum, inspici debet principaliter fauor agnationis, non autem odium exclusionis. num. 48. et hanc opinionem tenet Rota.

50 Statutum Laicorum, quando est fauorabile compræhendit etiam clericos.

51 Exceptio firmat regulam in cõtrarium, et operatur, vt omnia, quæ possunt includi sub vniuersitate includantur et nu.53.

52 Fœminarum statutum exclusiuum non est contra libertatem Ecclesiasticam.

54 Statutorum confirmatio, quando non dicatur generaliter facta.

55 Papa in confirmatione statutorum, quando non censeatur voluisse stare in simplicibus terminis cõfirmationis.

56 Concessio noua facta in confirmatione concessa in forma communi, illa non plus operatur, quam ipsa confirmatio.

57 in Confirmatione facta in forma communi, si facta sit noua concessio, ea censetur apposita pro maiori confirmationis validitate.

58 Concessio noua, facta in aliqua confirmatione, recipit easdem interpretationes, & exceptiones, quas ipsa confirmatio.

59 in Confirmatione, quando non dicatur facta tantũ noua concessio, sed etiam præceptum de obseruando rem confirmatam.

60 Principi, quod placet, legis habet rigorem.

61 Verbum, sancimus, positum in confirmatione aliqua facta à Principe, vim legis obtinet, idem est si adsit verbum, innouamus. nu.62.

63 Statutum, quando est rationabile, et licitum, venit sub generali confirmatione, quamuis sit contra ius commune.

64 Statutum dicitur odiosum odio irrationabili, si excludat ascendentem a successione descendentis.

65 Statutum excludens matrem propter patrũum est odiosum odio irrationabili.

Sta-

66 *Statutum excludens matrem a successione filij, est iniustum, inhumanum, & contra ius commune,*
67 *in Agnationis conseruatione consistit bonum publicum, & publica vtilitas.*
68 *Statutum excludens fæminam proximiorem propter agnatum remotiorem, est etiam iudicandum fauorabile.*
69 *Corn. in consil. 170. num. 4. lib. 2. et consil. 198. num. 2, lib. 3. declaratur.*
70 *Decis. in causa Vrbeuetana Castrorum 21. Nouembris 1585. coram Card. Blanchet. declaratur.*
71 *Statutum excludens fœminas legitimas propter filios spurios, est illicitum.*
Statutum præbens causam delinquendi est illicitum. & num. 71.
72 *Decis. in causa Mantisfalisci hæreditatis 19. Martij 1584. coram Cantucc. declaratur & reuocata fuit in dubium num. 73. 74. & 75.*
75 *Statutum dum excludit matrem a successione filij propter patruum, non dicitur exclusa propter agnatum remotissimum.*
76 *Statutum excludens matrem a successione filij propter agnatos, redditur minus odiosum, dum eam in totum non excludit.*
Prout est statutum Bononien. dum ei reseruat vsufructum bonorum donec vixerit, & ad secundas nuptias non transiuerit.
77 *Statutum excludens matrem a successione filij propter patruum, videtur in totum odiosum, si patruus sit professus, cum non possit conseruare agnationem. et num. 78.*
79 *in Monacho professo viget etiam ratio conseruandæ agnationis dum viuit.*
Monachus est de agnatione, & retinet iura sanguinis. num. 79.
80 *Decisio in causa Nucerina Bonorū 29. Maij 1602. coram Card. Sacrato declaratur.*
Statuta exclusiua fœminarum propter masculos, recepta sunt per vniuersam Italiam. nu. 80.
81 *Bald. in consil. 83. lib. 5. respondetur. & num. 82.*
82 *Statutum excludens matrem etiam a legitima filij, vel filiæ propter Collaterales est valde odiosum:*
83 *Statutum excludens filium a successione parentum, est iniquum, & contra rationem naturalem.*
Ita, & statutum excludens parentes à successione filij.
84 *Statutum excludens filios à successione parentum, vel è contra, est inhumanum, & per confirmationē superioris generalem non validatur.*
85 *Statutum iniquum, vel iniustum non venit sub generali confirmatione.*
86 *Statutum exclusiuum fœminarum propter agnatos non videtur esse contra ius naturale.*
87 *Matri per statutum videtur posse auferri legitimā filij, ex quo ea illi non est debita de iure naturali, sed positiuo. & nu. 88.*
89 *Mater secundum leges 12. tabularum exclusa erat à successione propter agnatos.*
90 *Et sic quoque potest excludi per statutum.*
91 *Statutum præferens in successione agnatos matri, est validum, & non contra ius naturale.*
92 *Quale statutum non est odiosum, sed fauorabile pro agnatis.*
93 *Statuta exclusiua fœminarum, non merentur odium, nec statuentes sunt earum odio moti ad sic statuendum, sed propter fauorem agnationis.*
94 *Agnationum dignitas conseruatur mediantibus bonis.*
95 *Statuta exclusiua matris a successione filiorum propter agnatos, vigent per totam Italiam, & vide de diuersis statutis num. 96. 98. et 100.*
97 *Mater excluditur a successione filiorum fauore agnationis communiter in Tuscia.*
101 *Causa, dum commissa est alicui, non vti priuatæ personæ, sed ratione officij, quo fungitur, potest bene cognosci, ac expediri per eius successorem stante tamen sub delegatione, vt hic nu. 102. & 103.*

DECISIO CCCCXXXVIII.

MORTVO ab intestato sine liberis Ioanne Floreno superstite matre, quę remansit in possessione bonorum, nec non superstite patruo, sed professo in Venerabili Religione fratrum Prædicatorum Patruus seu Monasterium ex eius persona litem mouit contra matrem, & obtinuit sententiam fauorabilem pro immissione in possessionem bonorum Ioānis, nec non pro reditione rationis administrationis Tutelæ, quam dicti Ioannis filij impuberis mater gesserat, & commissa causa appellationis in Rota Dubitaui, An dicta sententia quoad primam partem esset confirmanda, & DD. confirman. esse censuerunt Et quidem de iure communi nulla est difficultas quia
1 † successio filij spectet ad matrem, non autem ad patruum, *l. 2. ff. ad Tertull. auth. defuncto C. eod. tit. §. sed cum antea instit. eod. §. Vnde consequens auth. de hær. ab intest. ven. Dec. cons. 71. in princ. Hippol. Rim. in rec. cons. 604. num. 9. Rota decis. 59. num. 1. par. 1.* Et hoc respectu Sententia esset iniusta, sed quia Bono-
2 niæ † adest Statutum de success. ab intest. ascenden. & Collateral. in §. si quidem quo expresè cauetur fratres eorumque filios masculos patruos eorumque filios masculos præferri in successione ascendentibus fœminis, ideo stante isto statuto sententia sustinetur remotis difficultatibus, quæ ex aduerso excitabuntur & ad duas principales reduci poterat.

Prima est An istud statutum prosit Patruo professo. Secunda An sit sufficienter confirmatum a superiore. Quoad primam Domini respondebant affirmatiuè. Quia Monachus in Monasterio capaci quale est hoc, de quo agitur, non dubitatur, gaudet
3 † beneficio statuti excludentis fœminas propter masculos, & ex d. statuto masculorum Religiosorum in
4 Religione capaci succedere exclusis † fœminis, tradidit *Bald. in l. Cunctos populos num. 55. vers. includitur in isto beneficio C. de summ. Trinit. et fid. Cath. Abb. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ numer. 25. vers. exemplum, dicit statutum de Const. et ibi Adden. Alex. late ibidem Dec. num. 217. et Felin. numer. 80. Brun. de cons. 211. num. 2. lib. 2. & ibi etiam Adden. Natt. statut. exclus. fœmin. art. 12. num. 165. et seqq. Natt. eodem tract. q. 3. num. 82. et seqq. Lap alleg. 100. nu. 5. et seqq. Mising. obseru. 26. num. 3. centur. 3. Molin. de Hisp. primog. lib. 1. cap. 13. nu. 7. de communi Bursat cons 93. numer. 27. late Modern. de effect. Cleric. effect. 2. num. 277. et seq. Surd. decis. 20. nu. 2. Carpan. ad statutum Mediolanen. cap. 278. nu. 67. et seq. tom. 1. Flamin. Tort. ad stat. Pap. p. 1. rub. 98. num. 83. et de fratribus Prædicatorum Barbat. cons. 50. in primo dubio vbi de receptissima opinione lib. 3. quod refert, et sequitur idem Barbat. in rubr. C. qui admitt. num.* 15. & in fortioribus terminis, quod frater professus
5 defuncti & patruus personæ Ecclesiæ † præferatur descen-

descendentibus fœminis *Lap.alleg.* 101.*nu.*6.*et seqq. vsque ad fin. cui subscripserunt sex insignes Doct.* Et licet afferantur ibi per Doct. multæ rationes, tamen præcipua ratio prędictæ conclusionis est, & con-
6 sistit in proprietate verborum, cum † tàm appellatur Patruus Monachus, quàm Laycus *Brun.d.tract. de Statut.exclus.fœmin.art.*12.*num.*167. *Barbat.d. cons.*50.*in primo dubio lib.*3.*col.*2.*vers. istis præsuppositis in* 2.*arg.Lap.alleg.*101.*nu.*6.*vers.*2.*probatur*. Et quia statutum in capite exclusiuo est fauorabile
7 † masculis, & ideo compræhendit Monachos *Abb.in cap.constitutus num.*4.*ad finem de Constit. Lap. d. alleg.*101.*num.*6.*vers.Primo quia et ibi Adden.Barbat.vbi supra in primo argum. & in responsione ad tertium argum. Dec. in cap. Ecclesiæ S. Mariæ num.*216. *et ibi Felin. num.* 80. *de Const. cum alijs per Thes. q.for. lib.*2.*q.*1.*nu.*4.& 5.
8 Neque obstat, quod hoc statutum † emanauerit fauore agnationis, & ideo non compræhendat Monachos, per quos agnatio non conseruatur. Quia Mo-
9 nachus retinet nihil † iura sanguinis, & agnationis. *Bald.in auth.si qua mulier num.*10.*C.de Sacrosanct. Eccles. Lap.alleg.*101.*num.*7 *Barb.d.cons.* 50.*vers. et licet ista Signorol. cons.*156.*num.*11.*Molin. de Hisp. primog.lib.*1.*c.*13.*num.*73.*et seq. late Decian. consil.* 82.*num.*4.*lib.*4.*vbi de communi, et conseruat agnationem donec viuit Paris.cons.*48.*num.*62.*lib.*3. *Decian.cons.*31.*num.*19.*in fin lib.*5.*Cephal. cons*53.*nu.* 98. *bene facit decisio in Assisien. bonorum prima Iunij* 1607.*coram Reuerendiss. Lugdunen.* Quæ tanto magis procedunt in casu nostro, cum tractetur de exclu-
10 den. matre quæ † non est agnata non autem de excluden agnato remotiori laico, per quem posset conseruari agnatio.
11 Nec obstat præcedens † statutum sub rub.de success. liber. Patre, vel matre, vel alijs ascenden morien.ab intest.in quo sorores non excluduntur à fratribus Clericis in Sacris Constitutis, vel professis in
12 successione communis patris, sed † admittuntur secundum dispositionem iuris communis quasi eo modo, & multo magis non debeat excludi mater à patruo professo, præsertim cum in hoc statuto de quo agitur, adsit clausula, saluo superiori statuto. Quia
13 respondebatur in hoc statuto † poni regulam generalem cum duabus limitationibus; regula est, quod in successione ab intestato seruentur iura communia limitationes sunt saluo superiori statuto, & saluo
14 præterquam in casibus infrascriptis, quæ † dictio, saluo, modificat præcedentia, & subsequentia, *Paris. cons.*70.*num.*15.*et seq. lib.*3.*Surd. cons.*572. *numer.* 20. *lib.* 4. Quæ limitationes cum sint conceptæ di-
15 ctionibus demonstratiuis † ad oculum non extendūtur ad alios casus, vt de dictione supra, quod stet re-
16 latiuè, & repetat omnes † qualitates *Bart.in l.* 1.*§. Hoc edicto ff.de postul.Surd.cons.*567.*num.*2.*Verall. decis.*42.*nu.*2.*par.* 2. & quod similis dictio suprascri-
17 pta † restringatur ad ea, quæ oculariter apparent, *Bart.in l.qui liberis §.hæc verba num.* 7.*ff. de vulg. fuit dictum in Romana pecuniaria* 31.*Maij* 1617.*co-*
18 *ram me*, & de dictione † infrascriptum *Menoch.cons.* 200.*num.*31.*et cons.*347. *num.*7. & pariter non verificatur nisi in his, quæ scripta sunt, & oculis corporeis leguntur *Natt.cons.*476.*nu.*6.*lib.* 2. Vnde cum
19 in præcedenti † statuto non excludatur fœmina a fratre in Sacris Constituto, vel professo, quando agitur de successione patris ab intestato, iste casus est diuersus a nostro, quia scilicet agitur de successi o-
20 ne patris, & inter ipsos agnatos, † non autem inter agnatum, & cognatum scilicet matrem, vt est casus noster, qui in hoc statuto oculariter legitur vltra quod viget etiam diuersa ratio, vt hic per informan-
21 tes, tum quia ibi agitur † de successione patris magis debita descendentibus quam sit successio descendentium ascendentibus, vel Collateralibus *l.scripto ff.Vnde lib.Alex.cons.*144.*sub num.*7. *vers. et pro hoc lib.*6. *et faciunt notata per Peregr. de fideicom. art.* 49 *num.*43.*et sub num.*49.*et per Seraphin.decis.*133.
22 *num.*5.*vbi de communi*. Tum quia † sicuti in superiori statuto fuerunt expresse excepti Clerici in Sacris, & professi, vt per eos non excludatur soror, ita
23 fuissent † excepti in hoc secundo si statuentes illos excipere voluissent, *l.vnde §.sin autem ad deficientis C.de caducit. tollen. et in terminis statuti Decianus cons.*17.*numer.*47.*lib.*1.*et similis statuti Rimin. Iun. cons.* 604 *num.*14.*lib* 5.

Nec obstare visum fuit aliud statutum sub rubr. Quomodo, & qualiter forensibus agen. ius redda-
24 tur, † vbi Clerico agenti contra laicum debet reddi ius secundum formam Iuris Canonici, & sic Clericus videtur excludi à beneficio aliorum statutorum,
25 quia respondebatur dictum statutum † intelligi de Clericis forensibus, vt patet tùm ex rubrica conce-
26 pta, qualiter forensibus Ius reddatur, † à qua licet arguere, *vt per Doct.in l.*1.*ff.si cert.pet. & per Euerard in loc.à verbis Rubricæ*, tum ex verbis præce-
27 dentibus, in quibus dicitur, quod in casu † de quo ibi, reddatur ius forensi, seu non subdito secundum Ius Ciuile subditur. Si vero sit Clericus secundum Ius Canonicum, & sic intelligitur de Clerico foren-
28 si: vt patet ex dictione, *si vero*, quæ † est continuatiua, & aduersatur casui præcedenti, retento eodem themate, *Bart. in l.mariti, §. fin. ff. ad l. Iul. de adult.cum alijs per Surd. cons.*315. *num.* 2. Vnde non applicatur casui nostro, in quo patruus, de quo
29 agitur quamuis † Clericus, vel Monachus professus non potest dici forensis, *Castr. cons.*292. *num.*3. *lib.*1.*& cons.*157.*in princ.lib.*2.*Bart.in l.*1.*num.*10. *& seqq.ff.ad municipal. Alex.cons.*41.*num.*4. *lib.*7.
30 *Anchar.cons.*61 *num.*2.*circa fin.* cum † sit originarius de Ciuitate Bonon, & in ea habitet, *Dec. cons.* 661.*num.*5. *Alex. cons.*34. *num.*5.*lib.*1. & facit re-
31 gula quod Clerici, & Monaci habitantes † in loco, possunt, si volunt vti beneficio statutorum laicorum *vt per Castr. in locis proximè alleg. Rimin. Iun. cōs.* 15.*num.* 97.*et seq. lib.*1. *Plot.in tract.de in lit.ignoran.§.*52.*num.*8.

Et confirmatur, quia in statuto de success. liberorum de quo supra, quando agitur de successione pa-
32 tris expresse † disponitur de clericis in Sac. & Monachis, vt non excludant sorores, signum euidens, quod si expresse non fuisset ita dispositum, possent vti beneficio illius statuti, & sic excludere sorores sicuti eas excludunt fratres laici.

Demum nec obstat, quod statutum, de quo agitur, vocet patruos eorumque filios masculos vnde infer-
33 tur statutum videri † excludere Monachos professos, qui non possunt habere filios legitimos, *vt in his terminis arguit Rim.Iun.d.cons.*604.*num.*10.*et seqq lib.*5. Quia placuit responsio quod illa verba sint in-
34 telligen.de filijs susceptis † per Monachos ante ingressum Religionis, vel professionem, qui legitimi
35 esse possunt, & in his potest verificari † statutum nō

autem propterea sequitur, vt monachi ipsi professi
fœminas non excludant secundum dispositionem
eiusdem statuti, & hæc dicebantur circa primam
difficultatem.

36 Cæterum quia prædictum statutum † certum est
non valere sine confirmatione Sedis Apostolicę *Bald.
cons. 407 in princ. et num. 2. vers. quia secus est lib. 2.
Rota decis. 536. num. 1. et dec. 189. num. 1. part. 1. di-
uers. Seraph. decis. 1004. num. 8. cum alleg. in causa
Feretrana bonorum 3. Iunij 1613. sub num. 1. coram*
R.P.*D. Buratto apud Marches. par. 2. fol.* 552. Et cũ
37 præferat masculos fœminis, est contra ius commune
l. maximum vitium C. de lib. præt. Et se præferens pa-
38 truum matri est etiam contra ius † commune *l. 2.
ff. ad Tertull. cum alijs supra adductis in princ. decis.*
Et pro eo stat regula quod non sufficiat confirmatio
39 † in forma communi, sed requiritur specifica *Cas-
sad. decis. vnic. num. 2. de confirm. vtil. vel inutil. cum
alijs per Gonz. ad reg. 8. glos. 45. §. 1. numer. 75. et seq.
Garz. de benefic. par. 3. cap. 2. num. 221. Rota d. decis.
780. num. 6 p. 1. diu. et decis. 103. num. 27. et dec. 702.
num. 7. p. 2. Surd. cons. 330. num. 19. et fuit dictum
in d. Feretrana bonorum num. 3.* & ideo intrat secun-
40 da difficultas principalis An † statutum sit sufficien-
ter confirmatum, super quo Domini in prima causę
propositione strictè mandauerant informari die 27.
Aprilis præteriti. In hodierna verò causæ proposi-
tione ita materiam distinxerunt, nam quoad con-
firmationem Cardinalis Bessarionis Legati Bononiæ
& Vicarij Apostolici, quæ emanauit anno 1454. tem-
pore fel. rec. Nicolai Papæ Quinti de illa valde Do-
41 mini dubitarunt, ne esset sufficiens, † quia certum
est legatum de latere non posse condere statuta iuri
communi contraria *cap. fin. de offic. leg. Ias. in l. om-
nes Populi in 1. lect. num. 30. ff. de iustit. et iur. Gam-
bar. de potest. leg. lib. 8. rubr. 2. num. 14. Boer. eodem
tract. num. 44. vers. licet enim Rota decis. 103. num.
27. et dicta decis. 780. num. 11 par. 1.* præsertim cum
42 non darētur facultates † concessæ d. Cardinali vt vi-
deri posset, An in ijs contineretur talis facultas sta-
43 tuen. contra ius commune, & in dubio † Legatus
talem facultatem non habet ex proximè allegatis.

Quo vero ad confirmationes fel. rec. Iulij Secundi
emanatas anno 7. 10. Kalen. Decembris 1510. nec
non aliam anno 8. eiusdem Pontificis. Quicquid es-
set dicen. An illæ essent in forma specifica, de quo
dubitabant Domini, & inclinabant in partem nega-
44 tiuam, † cum non fuerit insertus Tenor statutorũ,
nec contineant substantiam statutorum neque appa-
reat compilationem esse factam de mandato Papæ,
nec demum præcesserit causæ cognitio, & contineant
45 clausulam † Dummodo non tendant contra Eccle-
siasticam libertatem, quæ omnia arguunt non fuisse
confirmationem in forma specifica, sed potius com-
muni *Paris cons. 33. num. 51. lib. 3. glos. in cap. 1. in
verb. de quæstione de confirm. vtil. vel inutil. Afflict.
in tit. de iure suo Curiæ obseruan. num. 4. et seqq. rub.
4. lib. 3. Alex. cons. 15. num 2. in fin. et numer. 3. lib. 5.
Garz. d. cap. 2. num. 226. et seqq.* Rota *d. dec. 780. num.
5. par. 1. diuers. decis. 192. num. 3. par. 1. in rec. et dec.
21. num. 3. p. 2. Card. Mantic. decis. 222. numer. 1. et 2.
& fuit latè dictũ in Ferrarien. de Tassonibus 24. Iun.
1621. coram me,* sed quicquid sit de istis, & nihil fir-
man. Domini circa eiusmodi confirmationes adhuc
putabant eas suffragari, ad effectum de quo agitur,
46 † videlicet vt tale statutum comprehendat masculos
Religiosos. Et fundamentum fuit, quia istud statutũ
excludens matrem propter patruum, cum sit condi-
47 tum fauore agnationis indistinctè censetur † fauora-
bile, quamuis sit iuris communis correctorium, &
ideo sufficit confirmatio etiam in forma communi,
vt in puncto fuit resolutum in Rauenaten. *hæredita-
tis 14. Aprilis 1606. corã R P D Pãphilio.* & quod ta-
lia statuta sint fauorabilia, vel saltem non odiosa odio
48 irrationabili † attento fauore agnationis, qui debet
principaliter inspici, non autem odium, quod venit
in consequentiam *tenuit* Brun. *de stat. exclus. fœmin.
art. 4. num 6. vbi de magis communi Rim. Iun. cons.
606. num. 28. lib. 5. Bursatt. cons. 93. num 7. & cons.
302. num. 16. Thes. decis. 37. num. 6. Gabr. cons. 15. nu.
3. lib. 2. Honded. cons. 9. num. 38. lib. 2.* cum alijs pluri-
49 mis, qui apud prædictos videri possunt, & † hanc
opinionem tenet *Rot. vt in causa Amerina successio-
nis 19. Ianuarij 1594. coram bo. mem. Penia. quæ est
decis. 510. num. 1. & 2. par. 4. diu. in causa Nucerina
bonorum 4. Martij 1602. & coram Illustriss. Car-
dinali Sacrato, quæ est decis. 51. num. 11. p. 1. in rec. &
in ead.* Nucerina *29. Maij 1602. coram eodem in pri-
ma opinione ibi relata, & in vers.* Domini *amplexi
fuerunt, &c. In causa Interamnen. de Paradisis 12.
Decembris 1605. coram R. P. D. Pamphilio, quæ est
decis. 104. num. 4. par. 1. in rec. & in dicta Rauenaten.
hæreditatis 14. Aprilis 1606. coram eodem, & in a-
lia* Rauennaten. *bonorum 16. Decembris 1613. corã
me, quæ est decis. 648. num. 4. par. 1. in recent. & in
eadem 4. Febr. 1615. & coram me, quæ est dec. 644.
sub num. 2. par. 2. in recent.* Vnde cum statutum sit
50 fauorabile, bene compræhendit † Clericos, vt latè
supra adductis circa principium decisionis non ob-
stan. quod confirmatio fuerit communis, & genera-
lis, immo addebant Domini, quod cum ibi ponatur
exceptio dummodo statuta non tendant contra Ec-
51 clesiasticam libertatem, dicta exceptio † firmat re-
gulam in contrarium & operatur, vt omnia quæ pos-
sunt includi sub Vniuersitate præmissa inducantur,
& sic compræhendatur istud statutum de quo agitur,
52 quod † certum est non esse contra Ecclesiasticam
libertatem, *vt pulchrè per* Roman. *cons. 221. num. 3.
vers. 2. quia vbi Apostill. in verb. exceptuatis & in
vers. includi. Et in terminis* Rota *d. decis. 51. numer.
18. par. 1 in recent, & d. decis. 510. num. 9 part. 4. di-
uers. & Regula est generalis, vt in cap. Nonne de
præsumpt.* Bald. *cons. 131. vers. super 2. lib. 1. Alex.
cons. 107. num. 2. lib. 1. cum vulg.* licet si non essent
53 alia statuta præmissa, vt quia † illicita, & inhonesta
vel odiosa odio irrationabili, exceptio nõ faceret, vt
cēserētur inclusa sub regula, quæ alias sub ea non ve-
nirent, vel tacitè excluderentur, *vt per Dec. bene in
cap. cum dilecta numer. 14. de confirm. vtil. vel inutil.
Anchar. cons. 178. num. 6. cum alijs per Alex. in l. il-
lud eleganter num. 4 ff. Quod quisque vir. Et in pun-
cto idem Alex. cons. 59. num. 9. lib. 1. & bene etiam*
R*uin. cons. 209. num. 17. lib. 4.*

Et demum confirmabat prædictam vnus ex Do-
minis, quia Papa non solum generaliter confirmauit
54 statuta, † sed de cætero inuiolabiliter obseruari mã-
dauit, & intra habet hæc verba. *Præmiss. quę inuio-
labiliter obseruari, ac vt vim contractus inter nos,
& Communitatem Bononien. habeant, decernimus.*
Ex quibus verbis non videtur Papa stare in simplici-
55 bus terminis † confirmationis sed facere nouam cõ-
cessionem, & dispositionem, declarando vt mox di-
cetur,

cetur, licet enim fi ageretur etiam de noua conceſ-
ſione facta in confirmatione † in forma communi, il-
la non plus tribueret, quam ipſa confirmatio in for-
ma communi, & noua conceſſio cenſeretur appoſita
57 † pro maiori validitate confirmationis *cap. ex par. 1.*
in fin. de priuil. cap. cum dilecta de confirmat. vtil. vel
inutil. Caßad. *deciſ. vnica num. 2. eod. tit. & fuit reſo-*
lutum in cauſa Mediolanen. *Decurſus Aquarum* 28.
Aprilis 1581. *coram S. M. Clemente VIII. & fuit*
dictum in d. Ferrarien. de Taſſonis 14. *Iunij* 1621. *co-*
ram me, & dicta noua conceſſio reciperet eaſdem
58 † interpretationes, & obiectiones, quas ipſa confir-
matio, *vt fuit reſolutum in cauſa Tiraſonen. Iuriſ-*
dictionis de Tudela prima Aprilis 1587. *& in Tira-*
ſonen. Prioratus 26. *Iunij* 1595. *coram bo. me. Car-*
dinali Blanchetto. Tamen in hoc caſu fuit conſide-
ratum adeſſe verba, quæ non ſolum videntur impor-
59 tare nouam † conceſſionem, ſed præceptum de ob-
ſeruan. ponderan. verba ſupra relata obſeruari mãda-
mus, & vim contractus habere decernimus, quæ nõ
inducunt ſimpliciter confirmationem, ſed legis nouæ
60 editionem, quia † quod Principi placuit legis habet
rigorem, *l. quod Principi ff. de legat.* vt in puncto de
61 verbo ſancimus † conſiderat *Abb. conſ.* 101. *num.* 10.
lib. 1. *& conſ* 57. *num* 6 *lib.* 2. *Alex. conſ.* 26. *num.* 30.
62 *verſ. prædictam lib.* 5. Vbi de verbo † innouamus,
Dec. conſ. 341. *viſo puncto ſub num.* 7. *verſ. ſed breui-*
ter Gabr. conſ. 200. *num.* 9. *lib.* 1. *Caur. de Pin. conſ.* 71.
63 *nu.* 10. Quare cum, vt dictum eſt, ſtatutum † ſit ratio-
nabile, & licitũ, venit in diſpoſitione generali etiamſi
ſit contra ius commune ex ſupradictis.

Non obſtat quod prædicta non videantur procede-
64 re cum agatur de excluden. matre, & † ſic aſcendẽ-
te à ſucceſſione deſcendentis propter Patruum quaſi
tunc ſtatutum dicatur odioſum odio irrationabili.
vt per Corn. conſ. 170. *numer.* 4. *lib.* 2. & in puncto
65 † de ſtatuto excluden matrem propter Patruum
conſ. 198. *num.* 2. *lib.* 3. & quod ſtatutum excludens
66 matrem à ſucceſsione filij † ſit iniuſtum, inhumanũ,
& contra ius naturale *dixit Bald. conſ.* 83. *num.* 3. *&*
6. *lib.* 5. *Et dixit Rota in Vrbeuetana Caſtrorum*
21. *Nouembris* 1585. *coram Cardinali Blanchetto*,
& in Montisfaliſci hæreditatis 19. *Martij* 1584. *co-*
ram bo. me. Cantuccio, quæ eſt deciſio 780. *ſub num.*
7. *& ſeqq. par.* 1. *diuerſ. & in deciſ.* 51. *num.* 17. *par.* 1.
in rec. Quia fuit reſponſum auctoritates, & doctrinas
ex quibus fundatur communis opinio de qua ſupra
indiſtinctè loqui, & reſpectu omnium perſonarum,
quæ excluduntur ſemper vigere eandem rationem
67 † conſeruandæ agnationis in qua conſiſtit bonum
publicum, & publica vtilitas, *vt in d. Amerina ſuc-*
ceſſionis coram Penia in d. Nucerina 29. *Maij* 1602.
coram Illuſtriſs. Sacrato in principio, & in reſpon-
ſione ad quartam opinionem in vtraque Rauennaten.
68 *bonorum coram me*, vbi in ſpecie tractatur † de ex-
cludenda fœmina proximiore per agnatum remotio-
rem cum alijs ſupra allegatis.

69 Ad Corn. in ſpecie † reſpondet *Brun. d. ſtatut.*
excluſ. fœmin. ſtant. maſculis art. 4. *num.* 6. *et* 7. *et* Ro-
ta in d. Nucerina ad quartam opinionem:

Ad auctoritates Rotæ in dictis Vrbeuetana, &
70 Montisfaliſci † reſpondet *d. deciſio Amerina coram*
Penia, quæ eſt deciſ 510. *ſub num.* 8. *part.* 4. *diuerſ.*
vbi quod in dicta deciſione Vrbeuetana Caſtrorum
71 tractabatur de excluſione filiarũ legitimarum † pro-
pter filios ſpurios vnde ſtatutum videbatur illicitũ
cum præberet occaſionem delinquendi, & ſubdit, &
72 quod eodem modo reſpondetur ad † deciſionem
Montisfaliſci, quæ tota fundatur in dicta deciſione
Vrbeuetana, & melius etiam reſpõdebatur ad dictam
73 deciſionem Montisfaliſci, quod illa fuit reuocata † in
dubium *in eadem cauſa coram* R. P. D. *meo Decano*
13. *Iunij* 1614. dum fuit ordinatum, vt reuideretur,
& poſtea cum in cauſa Rauennaten. bonorum 9. Fe-
bruarij 1615. coram me incidenter allegaretur d de-
74 ciſio Montisfaliſci, fuit reſolutum † contrarium, vt
patet *in deciſ.* 644. *num.* 2. *par.* 2. *in rec poſt aliam Ra-*
uennaten. coram Pamphilio, et d. Nucerin. 29. *Maij*
coram Illuſtriſs. Sacrato, & ſufficit dicere, quod cũ
dd. deciſiones in Montisfaliſci, & Vrbeuetana *de-*
75 *derint cauſam* † *dubitandi Illuſtriſs. Sacrato in*
prædicta cauſa Nucerina vt patet in d. deciſione 51.
num. 13. *par.* 1. *in rec.* in contrarium allegata, diſpu-
tato articulo coram eodem 29. Maij 1602. fuit reſo-
76 lutum vt ſupra, & ſæpè dictum eſt, ſtatutum non eſſe
odioſum odio irrationabili: Quæ tanto facilius ad-
mittenda videntur in caſu iſto, in quo mater non ex-
77 cluditur propter agnatum remotiſſimum, prout erat
caſus *in dicta deciſ.* 780. *num.* 7. *part.* 1. *diu.* ſed pro-
pter Patruum, qui eſt valde proximus, neq; mater
78 † in totum à ſtatuto excluditur, ſed ei reſeruatur
vſusfructus donec vixerit, & ad ſecũdas nuptias non
tranſierit, *vt bene ad propoſitum conſiderat Rota in*
d. deciſ. 510. *num.* 7. *verſ. præterea, et verſ. ſeq. par.* 4.
diuerſ. et in d. Nucerina 29. *Maij verſ.* 4. *opinio.*

Nec facit, quod prædictæ deciſiones Nucerina, &
Rauennaten. non determinent in indiuiduo caſu m
de quo in præſenti, quando mater concurrit cum pa-
79 truo, † qui iam eſt profeſſus, & ſic in eo non viget
ratio conſeruandæ agnationis, *de qua in d. Nucerina*
quę etiam ratio non eſt expreſſa in hoc ſtatuto prout
80 erat in dicta Rauennaten. Quia quoad † hoc vltimũ
fuit reſponſum in dicta Nucerina in fine, in reſpon-
ſione ad ſextam opinionem, quæ vero ad aliud, iam
reſponſum eſt ſupra, quod etiam in Monacho profeſ-
81 ſo viget ratio † conſeruandæ agnationis ſaltem do-
nec viuit, cum ſit de agnatione, & retineat iura
ſanguinis, *ex latè ſupra allegatis*, Nec contrarium
82 dicit *Deciſ.* 432. *num.* 4. *par.* 2. *in rec.* Vltra † quod di-
cta Nucerina mouetur duplici fundamento, & non
ſolo agnationis fauore, videlicet, quod iſta ſtatuta
ſunt recepta per vniuerſam Italiam, *et in verſ. Domi-*
ni amplexi ſunt, etc.

83 Quo verò *ad conſ. Bald.* † 83. *lib.* 5. illi reſpondet
Rota d. deciſ. 510. *nu.* 7. *verſ. nec prædictis par.* 4. licet
per errorem ibi allegetur *Bald. conſ.* 83. *lib.* 3. qui
84 Bald. loquitur in caſu longè diuerſo, † videlicet, quã-
do ſtatutum excludit matrem à legitima, vel quando
in totum excludit à ſucceſsione filij, vel filiæ, pro-
pter Collaterales; & nihilominus vnus ex Dominis
reſpondebat, conſiderando quod Bald. ibidem num.
85 3. dicit, quod ſicut † ſtatutum excludens filium a
ſucceſsione parentis eſt iniquum, & contra ius na-
turale, ideſt contra naturalem rationem, ita, & ſtatu-
tum quod excludit parentes a ſucceſsione filij. Item
86 num. 6. dicit dictum ſtatutum † eſſe inhumanum, &
contra ius naturale, & per confirmationem ſuperio-
ris generalem validam minimè reddi, & generalis
87 confirmatio non includit ſtatutum iniuſtum † vel
iniquum, & num. 7. dicit quod eſt odioſum, & contra
regulas iuris ciuilis.

Cæterum quod immo dictum ſtatutũ non ſit con-

88 tra ius naturale, †videtur sentire idem *Bald. in l. 1. §. ius naturale num. 22. ff. de iust. & iur.* vbi tradit
89 in fortioribus terminis posse per statutum † auferri legitimam matri, ex quo illi non est debita de iure naturæ, sed de iure positiuo, & idem *Bald. in l. cum lege nu. 4. C. de Episc. & Cleric.* quem sequitur *Alex.*
90 *cons. 3. num. 8. lib. 7.* vbi sensit idem † statutum esse validum, sicut enim lege duodecim tabellarum ma-
91 ter excludebatur à successione †propter agnatos *l. 1. in princ. ff. vnde cognat. instit. de senat. Tertull. in princip. & de legit. agnat. success. in princ.* ita id potest fieri per †statutum, vt per *Alex. ibidem*, & sic etiam per consuetudinem, *vt per Bald. in d. l. cum lege nu. 4.* & idem in terminis tradit *Castr. cons. 340. incipit. quia supra sub nu. 2. vers. illud autem lib. 2. Angel. cons. 105. statuto cauetur sub num. 2. & seq.*
92 vbi quod statutum † præferens agnatos matri est validum, & non est contra ius naturale, sequitur *Dec. cons. 372. num. 4. & cons. 466. num. 1. Abb. cons. 75. sub n. 9. lib. 1.* & est cōmunis opinio, vt testatur *Natt. in addit. ad d. cons. Alex. 3. lib. 7.* & quod tale statu-
93 tū † non sit odiosum, sed fauorabile pro agnatis sensit *Bald. cons. 156. n. 2. in fine. vers. sed ex hoc lib. 2. & clarius* Castr. *d. cons. 340. sub nu. 3. vers. si enim lib. 2.* vbi quod talia statuta nō sunt odiosa fœminis,
94 † quæ non merentur odium in materia successionis, nec statuentes sunt earum odio moti, sed propter fauorem masculorū, vt ad eos decurrerent hæreditates
95 per †quos dignitas agnationis conseruatur, & quod adsit consuetudo per totam Italiam, quod agnati
96 excludant matrem, dicit *Bald. in d. l. cum lege nu. 4.* quam ibidem testatur esse validam vt supra dixi, &
97 de statuto †Mediolani, *Signorol. cons. 66. in princ. & de statuto Senarum, Abb. d. cons. 75. sub num. 9. vers. nunc condescendo lib. 1.* vbi quod communiter,
98 in Tuscia † mater excluditur fauore agnatorum, & in eodem statuto Senarū consuluit *Castr. cons. 175. casus præsens lib. 1. & Dec. cons. 332. licet propositi*
99 de statuto †Lonzini *Signorol. cons. 233. sub num. 1.*
100 *vers. item à successione* de statuto † Cottanen. idem *Bald. cons. 205. præmissis verbis lib. 4. de statuto Sarthiani idem Bald. cons. 467. incipit de iure communi*
101 *lib. 2. & de statuto †Cumarū, Signorol. cons. 153. circa princ. vers. in quibus iuncto num 7.*

Ex quibus satis videbatur iustificari sententiam de qua agitur quoad primam partem.

Nec obstare nullitas opposita, ex quo fuerat per Illustrissimum D. Cardinalem Capponium Legatum Bononiæ commissa causa nominatim Oddo Auditori
102 †generali ad referendum Legato, & relatio fuit facta per R. P. D. Monteuecchium Auditoris successorem, quia successor fuit subdelegatus per Illustrissimum D. Cardinalem Sabellum Legatū successorem
103 Illustrissimi Capponij ad † omnes causas in statu, & terminis, tam ad dicen. quam ad referen. in quibus Auditor prædecessor fuerat deputatus, & sic ex
104 tali † subdelegatione nouus Auditor causas reassūpsit non autem ex officio, quo casu procederet forte obiectum.

Et ita fuit decisum vtraque parte informante.



REVERENDISS. COCCINO.

Romana scut. 2. mill.

Veneris 16. Decemb. 1622.

ARGVMENTVM.

Fideiussio extinguitur per solutionē debiti, quod procedit etiam per compensationem, vel dationem insolutum. Et agitur hic de extinctione fideiussionis per compensationem crediti fideiussoris, cum debito principalis, vt valeat, accedente tamen super hoc consensu vtriusque.

SVMMARIVM

1 *Litteræ quamuis priuatæ probant contra scribentem.*
2 *Debitor liberatur ex ordine soluendi, accedente voluntate creditoris.*
3 *à Debito quis liberatur per remissionem.*
4 *Obligatio Cameralis non admittit compensationem.*
5 *Debitor vigore dationis insolutum consequitur liberationem.*
6 *Creditores possunt simul conuenire ad concedendam dilationem debitori.*
7 *Sed ea concordia non præiudicat illi creditori, qui eam non approbauit.*
8 *Debitum, quando est extinctum, dicitur quoque extincta actio, quam habet creditor aduersus fideiussorem.*
9 *Oppositio de iure tertij non tenet.*
10 *Debitor, quando satisfecit creditori, remanet quoque liberatus fideiussor.*

DECISIO CCCCXXXIX.

PATER Almazanus fideiussit pro quibusdam Polonis ad fauorem Odoardi pro summa scutorum 2000. & cum esset obligatus Simon de Cotto Odoardo, qui in se suscepit onus satisfaciendi creditoribus Odoardi egit contra Patrem Almazanum pro dicta summa, & obtinuit mandatum, quod Rota censuit non esse exequendum ea ratione, quia cum Pater Almazanus diuersas pecunias pro opere insigni ex diuersis fidelium eleemosynis haberet in banco dicti Odoardi, & eisdem titulis fecerit dictam fideiussionem, iniuit concordiam priuatam cum dicto Simone repræsentante personam dicti Odoardi, qui dictum creditum Polonorum assignauit ad cōputū crediti d. Patris Almazani, vt patet ex litteris datis per ipsum Simonem sub diebus 16. & 29. Iunij
1 & 25. Augusti anni 1620. quæ quidem † litteræ etiā si priuatæ plenè probant contra scribentem *Bertaz. cons. ciuil. 28 nu. 63. & 64. Bursatt. cons. 253. nu. 39. Rota Genuen. decis. 41. num. 4. & decis. 51. num. 1.* in prima enim littera habetur, *che quello che deuono li Polacchi si può incontrare, che tutto insieme è buona somma, e defalco vna buona parte del debeto,* & in secunda littera, *quello de Polacchi è certissimo, di modo che leuando quello dal debito, manca qualche cosa,* & clariùs loquitur tertia epistola, ibi, *& il debito de Polacchi tutto si da à Vostra Paternità in conto di quello che ha da hauere, & il resto le sarà pagato &c.* quæ verba clarè important ordinem si-
2 bi soluendi, & liberant †volente creditore, prout vult Pater Almazanus, *Bursatt. cons. 39. lib. 1. nu. 3. & 4.* qui plures cumulat, immo & primæ & secundæ litteræ clarè loquuntur, si coniungantur cum calculo dato in memoriali per Simonem patri Almazano, in

in quo ei ad computum sui crediti assignatur inter alia debitum Polonorum, videntur enim litteræ productæ habere rationem ad iam factam, & propterea
3 per † remissionem fuit liberatus pater Almazanus, *l. solutam. ff. de solut. l. quod iussu. ff. de re iud.* Rota *Genuen. decis. 2 num. 1.*

Neque obstat quod obligatio Cameralis non ad-
4 mittat compensationem, † quia quicquid dicendum sit in hoc articulo, hic non agitur de compensatio-
5 ne, sed de datione in solutum per remissionem, † vnde pater Almazanus fuit liberatus, *Bart. in l. singularia. num. 14. ff. si cert. pet. Castr. cons. 182. in causa. num. 1. vol. 1.* Rota *Genuen. d. decis. 2. num. 2.*

Neque obstat concordia inita inter creditores dũ
6 conuenerint simul † pro dilatione danda, prout ex forma requiritur, *Alex. cons. 205. nu. 1. lib. 2. & fuit dictum in Fauentina dilationis 16. Ianuarij 1609. coram me*, & expressè fuit actum, quod creditoribus recusantibus subscribere, cõcordia prodesse minimè possit, nec constat prædictum patrem Almazanum
7 subscripsisse, aut † approbasse dictam concordiam, & in omnem euentum approbando sibi non præiudicauit, cum de tempore concordiæ iam esset satisfactus, per extinctionem debiti Polonorum, per quam fuit
8 † etiam extincta actio, quam habebat Odoardus occasione fideiussionis patris Almazani.

Neque dicatur hoc non potuisse fieri in præiudi-
9 cium creditorum, † quia creditores hodie non sunt in causa, & pater Almazanus egit cum Simone, qui in se suscepit negotium Odoardi, & sufficit quod op-
10 ponat Simoni ipsum debitum Polonorum † in solulutum dedisse, per quam dationem, & ipse Simon nomine Odoardi fuit pro illa summa liberatus, & ipse pater Almazanus à fideiussione fauore Odoardi prædicti per supra allegata.

Et ita conclusum &c.

Confirmata fuit à Rota præsens decisio in eadem causa coram eodem bon. mem. Reuerendiss. Coccino sub die 28. Iunij sequẽtis anni 1623. est infra suo loco

R. P. D. V B A L D O.

Vlixbonen. Beneficij.

Lunæ 19. Decembris 1622.

A R G V M E N T V M.

De beneficio dũ quis fuit prouisus, & subrogatus ad possessionem, & ius defuncti, ea subrogatio frustratoria remanet, quando defunctum nullatenus obijsse in possessione illius, constat, veluti quia prouisio illi facta, quamuis fuerit valida, tamen infecta remansit decreto irritanti, quod inficit possessionem, & titulum. Subrogatio ad id, quod nullum est, fieri nequit Ac aliqua habes circa materiam possessoriam. Cẽsurarũ iustificatio non debet fieri ex nouiter deductis.

S V M M A R I V M.

1 *Possessio instrumentalis alio non existente in possessione est manutenibilis.*
2 *Possessionem non fuisse vacuam, qui hoc dicit, tenetur probare.*
3 *de Iudicis mandato, quando quis fuit expulsus à possessione, eam amittit.*
4 *Possessioni, dum quis cedit sine dubio illam amittit.*
5 *Appellare à sententia non sufficit, sed & simul debet prosequi appellatio.*
6 *de Possessionis apprehensione, si constet, ea præsumitur continuata, vsque ad litem motam, eiusq. vigore datur manutentio, num. 7.*
8 *Subrogatus ad possessionem alicuius, ea non iuuat, si constet de illius possessione.*
9 *Iudex quando ritè, & rectè procedit, valens est priuare possessorem sua naturali, ac ciuili possessione.*
10 *Probationes, quæ non sunt in actis, non releuant.*
11 *Præseruatiuæ clausulæ operantur, præterquam quoad expressa.*
12 *Subrogatus ad possessionem defuncti, inanis est talis subrogatio, dum apparet defunctum non obijsse in possessione.*
13 *per Decretum irritans remanet infectus & titulus & possessio.*
Subrogari quis non potest ad id, quod non est in rerum natura, num. 13.
14 *Subrogatus repræsentat personam defuncti, in cuius locum subrogatur.*
15 *Beneficij vacatio dicitur consumpta per eius prouisionem.*
16 *Sententia remanet notoriè iniusta, dum non iustificatur ex actis.*
17 *Possessor dum non habuit se pro spoliato, manutenendus venit.*
18 *Possessio instrumentalis, quamuis posterior præualet etiam anteriori infectæ per decretum irritans.*
19 *à Sententia lata, parte absente, et non citata quandocumque à die habitæ notitiæ appellari potest.*
20 *Possessionem ciuilem, quando quis censeatur retinuisse, licet à Iudice ea fuerit priuatus.*
21 *Prouiso de beneficio, si detur certum tempus ad expediendas litteras Apostolicas in Curia; illud non currit, stante impedimento præstito per Datarium, qui reiecit supplicationem.*
22 *sed Ad hoc vt tale impedimentum releuet, ipse petens debet protestari coram Datario, cum Notario, et testibus, quod per ipsum stat, quin illæ non expediantur.*
23 *pro Censurarum iam fulminatarum iustificatione non admittuntur nouæ iustificationes, sed debent iustificari ex antea deductis.*
24 *Petitorium, ea, quæ respiciunt, non admittuntur in possessorio.*
25 *Beneficij collatio à principio potest esse valida, quæ tamen ob non expeditionem litterarum, nulla propter decretum irritans infecta remaneri potest.*

D E C I S I O C C C C X L.

FVIT dictum Antonium esse manutenendum, nam de eius possessione, constat ex instrumento adeptæ pro eo possessionis de anno 1599. die 15.
1 Nouembris, quod sufficit † ad hunc effectũ alio non existente in possessione, *l. prædia, et ibi Bart. ff. de acq. possess.* Rot. *decis. 21. de restit. spol in antiq. et decis. 293. num. 4. par. 1. in rec. et dec. 525. num. 1. par. 2. et in Spoletana parochialis 5. Maij 1621. corã me, et in Crotonen. parochialis 17. Decembris eiusdem anni etiam coram me, et sæpissimè aliàs.*
2 Quod autem alius non existeret † in possessione, vltra quod præsumitur, & qui dicit possessionem nõ fuisse vacuam tenetur probare ad *decis. Seraph. 322. num. 3.* deducitur etiam, quia Laurentius, qui fuerat prouisus à collectore, & immissus in possessionẽ con-

3 conuentus coram A. C. ad instantiam Antonij † per eius sententiam fuit expulsus, & dictæ possessioni cessit soluendo etiam expensas, cuius cessionis vigore Antonius cœpit possessionem, vt dicitur in eodem
4 instrumento, per quam cessionem † non est dubium Laurentium amisisse possessionem, quæ solo animo amittitur *l.2.§.in amittenda.ff.de acq.poss.* & cessat
5 difficultas, quia licet Laurentius † appellasset à sententia Aud.C. tamen in Rota non est prosecutus nisi causam in petitorio, vt dicitur in vltima decisione in hac causa facta 22. Iunij præteriti, * & cum Antonius semel possessionem apprehendisset, censetur
6 in ea continuasse vsque ad † tempus motæ litis *gloss. Bart. et alij in l. siue possidetis. C. de probat. Menoch. præsumpt. 64. nu. 1. & seq. lib. 6. Rot. decis. 397. nu. 2. in fin. & decis. 601. num. 1. par. 2. in recent.* meritò
7 videtur † manutenendus *§. hodie instit. de interdict.*

Non obstat subrogatio obtenta à Michaele in ius & possessionem Laurentij, quia quoad possessionem
8 † ipse non obijt in possessione, vt firmatur in vltima decisione, & patet ex cessione prædicta, & quoad ius, nec illud habebat ob rationem in eadem decisione adductam de qua mox.

Non obstat igitur quod Michael tãquam gratiosè subrogatus obtinuerit immissionem iudicialiter
9 & sic possideat † auctore Prætore, qui si ritè, & rectè processit, potuit priuare Antonium naturali, & ciuili possessione *l. iustè possidet, vbi Bart. ff. de acq. poss. Rota decis. 293. num. 5. par. 1. in rec.* Quia fuit responsum sententiam, seu decretum immissionis videri iniustum, nam de obitu Laurentij in possessio-
10 ne non † constabat in actis, ex quo vltra sententiam A.C. cesserat possessioni vt dictum est, quæ cessio ei præiudicauit non obstante qualibet protestatione re-
11 seruatoria iurium, † quia intelligitur de alijs iuribus, præterquam dimissionis possessionis, *Oldr. cons. 33. in fine Signorol cons. 75. nu. 19. Seraph. decis. 756. num. 2. Rot. in Neapolitana beneficij 28. Ianuarij, & 5. Maij 1617. coram me, et in Cæsenaten. bonorum 21. Febr. præteriti etiam coram me.* Ideo non poterat suffragari subrogatio ad possessionem Laurentij
12 quam non habebat tempore obitus, † nec etiam suffragabatur quoad ius Laurentij propter decretum irritans appositum in eius prouisione de expedien. litteris Apostolicis intra sex menses, quæ non fuerũt expeditæ, vt in vltima decisione firmatur per quod
13 decretum † remanebat, & titulus & possessio infecta, *Cassad. decis. 2. de restit. spol. Caput. decis. 307. et dec. 345. num. 4. par. 3. Gonzal. ad reg. 8. gloss. 67. num. 10. et seq. Rota decis. 613. num. 7. par. 1. in recent.* vnde cum Laurentius non haberet, nec titulum validum, nec possessionem, non poterat Michael subrogari ad id, quod antecessor nõ habebat *argum. l. nemo plus iuris. ff. de reg. iur.* cum subrogatus repræsentet per-
14 sonam † defuncti in cuius locum subrogatur, *Gabr. tit. de reg. iur. conclus. 2. et fuit dictum in Burgen. abbatiæ 17. Decemb. 1612. coram me.*

Neque etiam Michael potuit subrogare in ius & possessionem Emmanuelis, per cuius obitum vaca-
15 uit beneficium, † quia vacatio erat consumpta per prouisionem Laurentij vel Antonij, *Rot. decis. 691. num. 5. par. 2. in recent.* & admittunt informantes pro Michaele, ex quibus sequitur, vt sententia re-
16 maneat † notoriè iniusta quæ nõ iustificatur ex actis iuxta *decis. Cæs. de Grass. 2. num. 6. et seq. de solut.* &
17 consequenter Antonius, qui nõ † se habuit pro spoliato debeat manuteneri, quamuis ipse ostendat solum instrumentum suæ possessionis, cum sola instru-
18 mentalis possessio † quamuis posterior præualeat etiam anteriori infectæ per decretum, *Crescent. decis. 1. in fin. de caus. poss. et propr. et fuit allegata decisio in Asculana pensionis 7. Februarij 1586. coram bo. mem. Card. Pamphilio,* quæ tanto magis pro-
19 cedere videbantur, ex quo † sententia lata fuit absente, & inaudito Antonio, qui statim habita notitia censurarum se contulit ad Curiam, & habuit recur-
20 sum ad Iudicem pro obtinenda † liberatione à molestijs, quod sufficit pro retentione ciuilis possessionis, vt post *Bald. in cap. quarelam de elect. tradit Afflict. decis. 395. num. 7. Put. decis. 419. num. 2. lib. 2.*

Neque obstat quod terminus sex mensium ad expediendas litteras in Curia non curreret in præiudicium Laurentij stante impedimento per Datarium præstito, qui reiecit supplicationem à Laurentio da-
21 tam † pro noua prouisione cum responso, quod beneficium esset alteri collatum ad *decis. Seraph. 397. num. 2.* & in his terminis *Rota in alia Vlixbonen. beneficij 4. Decembris 1600. coram Card. Pamphilio.* Quia respondebatur in primis quod de impedimento deberet doceri aliter quàm per simplicem fidem,
22 sed † debuit fieri protestatio per ipsum petentem nouam prouisionem coram Datario cum Notario, & testibus, quod per ipsum non stabat, quin sibi daretur noua prouisio, vt aduertit in his terminis *Gonzal. ad reg. 3. gloss. 15. num. 110.* Præterea dicebatur non admitti nouas probationes pro iustificatione
23 censurarum † iam fulminatarum contra Antonium sed eas debere iustificari ex antea deductis, vt per *Rot. decis. 333. num. 4. & decis. 346. num. 1. par. 2. in rec.* vbi aliæ allegantur, & interim non videtur deneganda manutentio prout ex supradictis *DD.* concluserunt vtraque parte informante.

Quæ autem dicebãtur circa iustitiam tituli Laurentij, quæ etiam fuit firmata in decisionibus in cau-
24 sa factis † non pertinent ad hoc iudicium manutentionis, quia potuit collatio facta à collectore esse ab initio valida, quæ tamen propter non expeditionem
25 litterarum † nulla remanserit propter decretum ex supra deductis. Et ita fuit decisum &c.

Decisio ista sub die 22. Iunij 1622. in hac causa facta est supra in hoc Tomo decisio 416. vbi alias decisiones in hac causa annotaui.

R. P. D. VBALDO.

Feretrana Pensionis.

Lunæ 19. *Decembris* 1622.

ARGVMENTVM.

Pensionarius quando teneatur probare conditionem appositam in reseruatione pensionis, dummodo remaneant centum pro Rectore, itaut ea non probata frustretur sua intentione exigendi talem pensionem.

Quasi possessio exigendi pensionem quando, & quousque deseruiat.

SVMMARIVM.

1 Pensio si sit reseruata sub conditione clausulæ. Dummodo, & sit apposita ipsi reseruationi, non autem executioni, sequitur quod onus iustificationis spectet ad pensionarium.

2 Et

2 *Et hoc multo magis procedit, si Rector non consensit reseruationi pensionis, sed eius antecessor.*
3 *Quo casu, si pensio sit reseruata cum d. clausula pensionarius tenetur iustificare suam gratiam, quia ille consensus intelligitur sub eadem conditione.*
4 *Pensionis exigendæ quasi possessio non suffragatur, nisi in possessorio respectu solutionis.*
5 *Pensionis solutio non retardatur, donec sit lata tertia sententia, & causa finita per rem iudicatam.*
6 *Beneficij Rector, si dicat reseruationem esse nullã, eo quia non fuit iustificata clausula, dummodo, & ideo se non teneri ad solutionem,*
7 *Tunc quasi possessio non releuat ab onere probandi quod centum remaneant pro Rectore.*
8 *Actore non probante reus absoluitur.*

DECISIO CCCCXLI.

PENSIO, de qua agitur, fuit reseruata cum clausula dummodo centum ducati liberi annuatim remaneant pro Rectore. Et cum pensionarius habuisset ab Auditore Cameræ mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi fuit in petitorio commissa causa in Rota, cum clausula, vt præfixo vnico, & peremptorio termino ad iustificãdum quantitatem, & valorem fructuum, & redditüum Ecclesiæ procedatur appellatione remota: quo termino præfixo cum pensionarius qui remissoriam obtinuerat post nonnullos menses nunquam reportasset ad Curiam processum remissorialem dedi dubium an Rectori esset danda absolutoria. Quod fuit pro eo tantum informante affirmatiuè resolutum:
1 quia hæc pensio † dicitur reseruata sub conditione cum clausula; dummodo, apposita ipsi reseruationi, non autem executioni vt supra apparet. Vnde sequitur vt onus iustificationis spectet ad pensionarium, *vt in Lunen. Sarzanen. pensionis coram Seraphino. quæ est decis. 1017. num. 4. in impres. & in Carpentoraten. pensionis coram bon. mem. Cardinali Lancellotto, quæ est apud Marches. de commis. par. 1. fol. 529. num. 1. vers. & ideo vbi aliæ allegantur, & in specie Salamantina pensionis 26. Martij 1593. coram Gipsio, & fuit dictũ in Lunen. Sarzanen. pensionis 29. Februarij 1616. coram* R. P. D. *meo Cauallerio, & prius in Cremonen. pensionis* 10. *Decembr.*
2 1612. *coram eod.* Quæ † conclusio eo magis procedit, quia modernus titularis non fuit ille, qui consensit reseruationi pensionis, sed eius antecessor: quo
3 † casu si pensio esset reseruata sub conditione vt hic, pensionarius tenetur iustificare suam gratiam, quia ille consensus intelligitur sub eadem conditione, *Seraph. d. decis. 1017. num. 3. & sensit Rota in Cremonen. pensionum coram* R. P. D. *meo Pirouano, quæ est decis. 519. num. 2. par. 2. in recent.* Et cessat difficultas ex quo pensionarius assumpsit in se onus probandi, expediendo remissoriam, vt dixi.
4 Neque obstat, quod sit in quasi possessione exigẽdi, quia illa sibi non suffragatur, † nisi in possessorio
5 respectu solutionis, quæ non retardatur, donec † sit lata tertia sententia, & causa finita per rem iudicatã
6 *vt in dicta Salamantina pensionis coram Gypsio*, vnde cum hodie tractetur † causa in petitorio, & Rector dicat reseruationem nullam, & ideo se non teneri ad soluendũ, quasi possessio non releuat ab one-
7 re † probandi quod centum remaneãt pro Rectore, vt in his terminis fuit resolutum *in Vercellen. pensionis 26. Iunij 1592. coram Card. Mantica, quæ est decis. 196. num. 3. in eius impress.* Quare cum pensionarius nihil adhuc probauerit, quod saltẽ in actis appareat, & fuerit præfixus terminus iuxta rescrip-
8 ptum Signaturæ vt supra, † sequitur vt titulari sit danda absolutoria ex vulgata regula actore non probante reus absolui debet *l. qui accusare, C. de eden. Rot. decis. 409. num. 6. par. 1. in recen.*
Et ita decisum.

Confirmata fuit præsens decisio coram eodem in eadem causa sub die 4. Decembris sequentis anni 1623. est infra suo loco.

R. P. D. VBALDO.

Romana Tutelæ.

Veneris 13. Ianuarij 1623.

ARGVMENTVM.

Notarius, licet regulariter teneatur parti reficere damna, & interesse, quando fideiussor per eum receptũ, idoneus non fuit repertus, tamen id non procedit quando mãdato Iudicis certã personam recepit in fideiussorẽ, quia Notarius Iudici tenetur obedire, & tunc ipse Iudex obligatus erit parti. Iudex, vel Notarius, vt teneantur parti læsæ, eo quia fideiussor ab eis receptus non fuit repertus idoneus, quid sit probandum. Iudex, vel Notarius non tenentur ad aliquid, dum fideiussor ab eis receptus, postea reperitur non soluendo, quando de tempore receptionis communiter habebatur pro idoneo.

SVMMARIVM.

1 *Notarius recipiendo fideiussores minus idoneos, tenetur parti ad damna, & interesse.*
2 *Notarius recipiendo fideiussores de mandato Iudicis, si sunt minus idonei, non tenetur.*
3 *Notarius Iudici obedire tenetur. & num. 6.*
4 *Iudex, dum mandat Notario in genere, vt recipiat fideiussores, hoc casu spectat ad Notarium inquirere de eorum idoneitate.*
5 *Iudex mandando Notario, vt recipiat in fideiussores certas personas, tunc Iudex, & non Notarius tenetur, si sint minus idonei.*
7 *Hæredes Iudicis, qui dedit tutores, & fideiussores non tenentur nisi de dolo, & lata culpa, quando illi reperiuntur minus idonei.*
Dolo æquiparatur lata culpa. num. 7.
8 *Fideiussor datus à Iudice, eo reperto minus idoneo, ipse Iudex, & eius hæredes tenentur ad interesse.*
9 *Tutorum, & fideiussorum idoneitas debet correspondere quantitati patrimonij pupilli.*
10 *Tutor, & fideiussor non dicuntur minus idonei, licet eorum patrimonium non corrispondeat facultatibus pupilli.*
21 *Tutor, & fideiussor, vt dicantur idonei, quid sufficiat.*
12 *Fideiussor, sufficit, vt de tempore dationis reputaretur idoneus, ad hoc vt Iudex, vel Notarius non teneantur.*
13 *Testes illi, in concursu sunt præferendi, qui pro se habent præsumptionem.*
14 *Tutores, quando sunt plures, tunc omnes tenentur insolidum, limita nisi Iudex mandauerit, vt vnus tantum administraret.*

Et

Et an pupillus ex hoc dicatur grauatus, cum perdet contra alios actionem.

15 *Partes, id quod inter se facere possunt, potest quoque per Iudicem fieri cum consensu eorum.*

16 *Tutor forensis, pupillo dari nequit, nisi in subsidium, & quando id procedat.*

17 *Tutoris forensis datio valida est.*

18 *Fideiussores recipiendo* Notarius *de mandato Iudicis, excusatur, si non reperiantur idonei.*

19 *Iudex, mandando* Notario, *vt certos reciperet in fideiussores, aufert actionem parti contra* Notarium, *& an teneatur actione in factum ad omne damnum parti.*

20 Notarius *recipiendo in fideiussorem eum, qui communiter reputabatur idoneus, ad aliud non tenetur.*

21 *Iudex, dum iubet* Notario, *vt certos recipiat in fideiussores, videtur eos approbasse, & sic tanquam approbator tenetur.*

22 *Text. in l. ostendimus, §. fin. ff. de fideiuss. quo casu procedat.*

23 *in Iudice, quando potest considerari aliqua leuis culpa in dando fideiussores, ex ea non tenentur illius hæredes.*

DECISIO CCCCXLII.

PELLICANVS bo. me. Vrbis olim Senator dedit D. Laurentio Butio pupillo Tutorem habenti in Contutorem Franciscum Bettinum, cum onere, vt Franciscus solus administraret, & cum alijs conditionibus, inter quas, vt Franciscus daret solitas cautiones. Mandans nominatim Notario, vt certas personas pro fideiussoribus dicti Contutoris acciperet. Cumque tutela finita constitisset, D. Butium remanere in damno multorum millium scutorum, pro quibus obtinuit mandata contra Bettinum, & eius fideiussores, nec tamen potuit illa vnquam exequi. Ideo monuit Iudicium contra Senatoris hæredes, & disputato dubio 21. Februarij 1613. coram Illustriss. Card. Sacrato, fuit resolutum non constare de dolo, & lata culpa Senatoris, & demum post multos annos, causa coram me reassumpta. Dubitaui, cum præsupposito d. decisionis, An dicti hæredes Pellicani, nec non hæredes Notarij, qui fideiussores receperat tenerentur alio modo erga Lauretium Butium, & fuit tentum neutrius hæredes teneri.

Et quoad hæredes Notarij res videbatur carere
1 difficultate, quia licet Notarius regulariter † recipiens fideiussores non idoneos, teneatur parti reficere damna, & interesse, *l. 1. §. sciendum, ff. de Magistrat. conce. Paris. de Put. de Sindic. cap. 3. alias incipit si Iudex num. 2. Angel. in §. sed hoc Iure in vlt. not. Instit. de Attil. tut.* Io. *Ludou. decis. Lucen. 33. num. 2. fuit dictum in Romana pecuniaria 19. Febr. 1590. coram Card. Platto, quæ est decis. 45. num. 1. post 2. vol. cons. Farin.* Tamen id non proce-
2 dit, quando Notarius recipit tales fideiussores † de mandato Iudicis, prout contigit in casu nostro. *Ludou. d. decis. 33. num.* 13. *cum alijs quos congerit, & sequitur Farin. in prax. quæst. 33. num.* 84. *& nu.* 90.
3 cum certum sit Notarium † debere obedire Iudici, *cap. quod quis mandato de reg. iur. in 6. & ibi not.* & ex mandato Iudicis excusari, tradit *Alex. consil. 39. num. 2. vers. 2. principaliter, & num. 3. lib. 3.*

Nec dicatur debuisse mandatum Iudicis interpretari quatenus fideiussores essent idonei, quia id
4 posset procedere † si Iudex mandasset in genere recipi fideiussores, quo casu ad Notarium spectasset inquirere super idoneitate, alias teneretur ipse, & non Iudex, *ad not. per Clar. in praxi q. 46. sub num.* 12. *Farin. d. q. 33. num.* 88. Secus est in hoc casu, in quo
5 Iudex mandauit recipi in fideiussores certas † personas. Vnde Notarius videtur exemptus à quocumque onere inuestigandi idoneitatem fideiussorum, & intrat *d. decis. Ludou. Lucen. 33. num.* 13. cum Nota-
6 rius teneretur † parere decreto Iudicis præcisi ex supra alleg.

Quod vero pertinet ad hæredes Senatoris licet præsupponatur decisio coram Cardinali Sacrato, in
7 qua fuit firmatum non teneri, † nisi de dolo, & lata culpa, quæ dolo æquiparatur. Tamen fuit etiam ordinatum, vt posset pro parte Butij informari super idoneitate tutorum, & fideiussorum de tempore su-
8 sceptæ tutelæ, & contractæ obligationis cum † si fuissent minus idonei, Magistratus & hæredes eius tenerentur. *l. 1. §. si Curatores ff. de Magistr. conuen.* & quidem multa contra idoneitatem opponebant.

Primo quod cum hæreditas pupilli ascenderet ad summa 30. mil. idoneitas tutorum, & fideiussorum de-
9 bebat † respondere quanti huius patrimonij, *l. 2. §. idoneos, vbi Bart. ff. ad Tertull. Bald. in l. mulier C. de iur. dot.* Sed huic obiecto fuit responsum vltra quod non probatur quantitas istius patrimonij, & quintus testis pro Butio inductus hoc deponit tantum de auditu veriorem esse sententiam, non ideo
10 minus † esse idoneam tutoris, & fideiussorum dationem licet in totum non correspondeat facultatibus pupilli, vt per eundem *Bart. in d. §. idoneos in fin. cum alijs per Guttier. de cutel. par. 1. cap. 12. num. 21.* & sensit *Rota in Romana Tutelæ de Bonmcompagnis 24. Maij 1619. coram me*, & tanto magis ista videntur procedere in casu isto, in quo fuit ex testibus hæredum probatum Tutores, & fideiusso-
11 res † communiter reputari idoneos, & locupletes exprimendo bona stabilia, & mobilia cum domo aperta, & quod decenter se tractabant, retinendo currum, & famulos, vt latius per eosdem testes in Summario num. 2.

Non obstat, quod nonnulla essent bona dotalia,
12 vel alias restitutioni subiecta, quia sufficit, † quod tunc pro idoneis haberentur, *vt per Marsil. in rubr. ff. de fideiuss. num. 201. quæ & alios sequitur Rota dicta decis. 45. num. 2. post 2. vol. cons. Farin.*

Nec videntur obstare testes pro Butio examinati deponentes de paupertate Tutorum, & fideiussorũ, quia vel conquassantur ex testibus pro Senatore
13 examinatis, vel isti sunt præferendi † cum habeant præsumptionem pro se ex approbatione Tutorum facta ab Assentamento Capitulino, & ex alijs rationibus bene deductis in decisione Illustriss. Sacrati.

Secundo principaliter opponebatur, quod Iudex mandait, vt Bettinus tantum administraret, & sic abstulit pupillo actionem, quam habebat contra
14 Contutorem, cum † sine tali mandato Iudicis ambo Tutores tenerentur insolidum. *l. 2. C. de diuid. Tut. cum alijs per Surd. cons. 170. num. 4.* Sed huic etiam obiecto fuit responsum in decis. quod hoc fe-
15 cit Iudex de consensu Contutoris. Vnde sicut † id poterat facere ipse Contutor, *l. duo Tutores, ff. de Magistr. conu.* ita hoc potuit facere Iudex volente alio Contutore, cum diuersitatis ratio reddi non possit.

Ter-

16 Tertio dicebatur quod Bettinus erat † forensis, ideo non poterat dari Tutor, nisi in subsidiũ, *l. 1. §. si quando, ff. de mag. conuen.* sed fuit responsum, quod 17 hoc procederet si Bettinus non fuit Incola Vrbis, & nihilominus datio etiam talis Tutoris forensis sustinetur, *vt per gloss. in l. Diuus, ff. de tut. & curat. dat. ab his &c.*

18 Quarto obijciebatur, quod Iudex mandando recipi per Notarium tales fideiussores, † ex quo mandato Notarius excusatur, vt supra dictum est, sustu- 19 lit actionem parti contra Notarium, ideo † teneretur actione in factum ad omne damnum pupilli, *l. si seruum meum in fine, ff. ad l. aquil. cap. fin. de iur. iur. Surd. decis. 326. nu. 24.* sed respondebatur quod obiectum procederet cessante mandato Iudicis, No- 20 tarius fuisset obligatus suscipien. dd. † fideiussores, sed cum communiter reputarentur idonei, vt supra dictum est, nec Notarius teneretur *ex allegat. in decis. in fine*, & ideo Iudex decernendo recipi dd. fideiussores nullam sustulit actionem parti.

Demum opponebatur, quod ex quo Iudex mandauit recipi dd. fideiussores, videtur eos approbas- 21 se, † & sic tamquam approbator teneri, *l. cum ostendimus, §. fin. ff. de fideiussor. Tutor. cum alleg.* 22 sed ille textus procedit in approbatore, † & publicè electo, vel iudicialiter, vt declarat *Paris. de Put. vbi supra num. 4. Menoch. cons. 79. num. 2. lib. 2.* quod hic non applicatur, & in omnem euentum quatenus in prædictis aliqua leuis culpa considerari posset re- 23 spectu Iudicis, † non tamen ex ea tenerentur ipsius hæredes, contra quos hodie agitur, *l. non similiter, vbi glos. in verb. quod ad hæredem, ff. de Mag. conu. C. eodem tit.*

Et ita fuit decisum, &c.

REVERENDISS. PIROVANO.

Albanen. Confinium.

Veneris 13. Ianuarij 1623.

ARGVMENTVM.

Manutentio possessionis naturalis non impeditur per ciuilem animo retentam. Possessio, vt verificetur, quid sit probandum, & alia de quibus in summario.

SVMMARIVM.

1 *Possessio naturalis est manutenenda, non obstante, quod alius retineat possessionem ciuilem in animo.*
2 *Certitudo loci necesse est, vt probetur ad possessionem verificandam.*
3 *Serere, pascere, lignare, fructus colligere, &c. spectant ad vsum alicuius fundi.*
4 *Possessio controuersa, & turbatiua non releuat.*
5 *Actus possessorius pascendi, si cum alienis animalibus fiat, non releuat.*
6 *Testis singularis non probat, etiamsi sit in dignitate constitutus.*
7 *Testis deponens de auditu à tertijs nihil probat.*
8 *Dictum posterius generale data compatibilitate, & verisimilitudine, non tollit antecedens particulare.*
9 *Testium depositioni magis standum est, si erit emanata ad interrogationem, quam super articulis.*
10 *Possideri non potest sine certitudine loci, & quotæ.*
11 *Confinium probatio debet esse certa.*
12 *Probatio non attenditur, quando à probatione cõtraria eneruatur, & dissoluitur.*
13 *Testes benè informati præferuntur alijs.*

DECISIO CCCCXLIII.

CENSVERVNT Domini standum esse in decisis, quia possessio D. Ducis Cæsarini de secundo tempore ab anno scilicet 1579. vsque ad annum 1599. remanet concludenter probata, possessio vero D. Capharelli pro integro decennio intra dictum tempus intermedium, vel non est probata, vel æquiuoca, & imperfecta est, vel sublata remanet, & conquassata ex concludentiori, & veriori per D. Ducem adducta, vnde stat semper firma conclusio in decisione posita, quod alio naturaliter possidente, ciuilis 1 in † animo retenta non releuat ad impediendam manutentionem naturalis, de qua per *Menoch. præsumpt. 62. num. 42. lib. 6. & alios in decisione allegatos.*

Probatio enim D. Ducis deducitur primo ex depositione D. Alexandri de Maximis, qui iuxta decimum interrogatorium respondit se fuisse affictuarium D. Ducis, & eius patris, & aui per multum tẽpus excedens annos 25. de multis Casalibus, & in specie de Bonriposo, referendo se ad instrumenta locationum, & iuxta 18. asserit initium affictuum fuisse de anno 1579. & iuxta 20. 23. & 33. interrogatus respondit se optime scire pedicam, de qua agitur, esse intra fines Casalis de Bonriposo, & pro tempore suæ locationis ligna incidisse in ea, & asportasse, ac carbonarijs vendidisse, partem illius seruisse, pignora fecisse, contra damna dantes in ea, & in specie hominibus D. Capharelli, & prædicta semper, & continuè, & publicè, dum affictus durauit, nec vmquam fuisse impeditum à D. Capharello, sed è conuerso ipsum impedisse D. Capharellum, quando voluit turbare illum in vsu, & in possessione dictæ pedicæ. Secundus testis Candelorus de Interamno asserens iuxta tertium interrogatorium se habere stabilia valoris scutorum 3000. clarè affirmat ex certa scientia iuxta 17. quod D. Alexander vti affictuarius possedit locum controuersum tàm herbas percipiendo, quàm per alios cum animalibus suis illis gaudendo, & quamuis se restringat ad annum 1591. citra, id tamen de visu deponit, & scientia, sed ante dictum tempus de auditu ab alijs deponit, & super primo, & quinto articulo magis se explicat. Tertius verò testis Ioannes de Practica iuxta 17. respondit se optime scire confinia loci controuersi, & vidisse in eo pasci animalia D. Alexandri affictuarij D. Ducis, & quamuis asserat se ignorare tempus motæ litis huius, attamen replicat se pro certo scire pro tempore à se superius dicto Casale de Bonriposo fuisse possessum per D. Alexandrum vti affictuarium, & ab eo fuisse continuatum per duos, aut tres affictus. Quartus testis Ioannes Ricardi super 18. interrogatorio, & ipse affirmat D. Alexandrum vti affictuarium D. Ducis possedisse locum controuersum ab annis 20. & 25. rationem reddendo, quia fuit Guardianus, & in tempore messis interfuit, & venandi gratia illuc accessit, & clarius de actibus possessorijs se explicat super quinto articulo, & de pacifica possessione.

Ex quibus patet quod omnes cõueniunt in identitate loci in actibus possessorijs, in pacifica possessione in tempore sufficienti pro includendo decennio possessionis D. Ducis, & in perceptione fructuũ

loci

loci controuersi, itaut ad probationem veræ possessionis,& vsum rei omnes regulæ concurrant, quia
2 certitudo loci † conuenit quæ necessaria est ad possessionem verificandam, *l.3. §.incertum, ff. de acq. poss.Berou.latissimè cons.159. lib.1. & Surd. consil. 168.num.48.lib.2.* serere vero,& pascere,ac lignare,
3 fructusq. † colligere iam dictum fuit in prima decisione, quod pertinent ad vsum rei *ex Angel. & alijs per Menoch.adductis de retinend.poss.remed.3.nu. 563.564.567.* pacifica etiam, & continuata conco-
4 mitatur,quia † controuersa, & turbatiua non releuaret, *Mantic.dec.207.& Rot.in recent. decis.643. par.2.* ac demum tempus sufficiens inclusiuum decennij concludunt omnes,& est necessarium D.Duci,qui se in illo fundat, *Mantic.decis.95.num.3. Seraph.dec.1172.Rot.in recent.dec.402.par.2.*

Possessio vero D. Capharelli circa idem tempus intermedium deducitur ex depositione nouem testium primi examinis,& septem secundi examinis ad eius instantiam examinatorum,& hodie fuit addita depositio tertij testis D.Ducis, ex cuius dicto prætenditur alias depositiones coadiuuari.

Verum septem ex prædictis primi examinis, & alij septem secundi examinis non percutiunt tempus intermedium,sed se de tempore Ascanij restringunt,& ad annos supra 1579.de quibus non fuit habita ratio in præcedenti decisione neque in præsenti visum fuit esse habendam per eandem rationem.

Similiter & secundus primi examinis, qui in ordine ponitur septimus, visus fuit non includere tempus intermedium, quia & si de auditu narret confinia Casalis Carozetti, attamen super 14. interrogatus circa actus possessorios loci controuersi, dicit vidisse pascere animalia,boues,equas,& capras,quæ erant D. Capharelli, addens, *per quanto mi diceuano li Caprari, & Cauallari, & questo fu al tempo della pia me.di Pio V.* ex qua additione dictum illius totum infirmatur, quia actus possessorius pascen-
5 di si † cum alienis animalibus ponatur,non releuat, si vero agitur de proprijs D. Capharelli, probatio
6 peccat in duobus, quia à teste † singulari prouenit, qui non probat,*c.licet,c.veniens,il primo,de test.Rot. coram Sanctiss.decis.178.nu.1.* extendens ad quem-
7 cumque in dignitate constitutum, † & de auditu à tertijs,qui pariter nihil probat, *l.testium. C. de testib. cap.tam litteris, eod. tit. cap. testes.3.quæst.9. Rot.coram Sanctiss.decis.517.num.14. & dec. 379. num. 1.* præterea se restrinxit ad tempus Gregorij XIII. in quo intermedia possessio D. Ducis includi non potest,nec cursus decennij impeditur.

Neque obstat,quod idem testis super primo articulo expressè deponat D. Capharellum à 40. annis citra semper possedisse quietè, & pacificè Casale articulatum cum suis membris, & pertinentijs,itaut illius dictum videatur etiam comprehendere collem controuersum, & pro tempore intermedio.

Quia illatio non est necessaria, & verba sequentia hoc bene demonstrant, cum tendant ad reddendam rationem scientiæ possessionis totius Casalis, non autem ad corrigendum tempus restrictum ad Pontificatum Gregorij XIII. quod magis declaratur ex sequentibus verbis ibidem super dicto primo articulo positis, per quæ testis asserit absolutè vidisse pascere animalia D. Capharelli, & tamen in 14. interrogatorio, quod animalia essent D. Capharelli deponit de auditu,signum euidens, quod de possessione totius Casalis, non autem de pedica contro-
8 uersa rationem reddit, vnde † data compatibilitate, & verisimilitudine posterius dictum generale non tollit antecedens particulare, aut remanebit cum qualitate de auditu à tertijs respectu dominij animalium, à quibus pendet actus possessorius, & insimul nullitas illius dicti, vel in omnem casum ma-
9 gis standum † erit depositioni ad interrogationem emanatæ,quam super articulis, *Seraph. decis. 1073. num.9. & idem fuit firmatum in Anconitana Flor. 20.Iunij 1616.coram Gard.Sacrato.*

Testis autem D. Ducis in ordine tertius, qui est Ioannes de Pratica quoad possessionem collis controuersi nihil releuans pro D. Capharello deponere videtur, quamuis enim præsupponatur lectura illius,quod scilicet,*da 25.anni in qua detto Sig.Gio. Pietro,ò suoi ministri hanno posseduto nel Casale di Bonriposo*, attamen hæc verba nihil concludunt dum non determinant locum, in qua parte Casalis possederit, neque etiam exprimunt quotam, & ta-
10 men regulare est, † quod sine certitudine loci, & quotæ possideri non potest, *d.l.3. §.incertum, ff. de acq.poss. ff. Tiraq. de Constit.poss.par. 3. limit.19. num.1.Berou.cons.159.nu.13.lib.1. Surd. cons.168. num.48.& cons.225.num.12.lib.2.*

Remanet primus testis primi examinis in ordine quintus,qui & si deponat D.Capharellum habere tenutam nuncupatam Carozetto, ouero Carocetello,& ipsum testem illam possedisse cum capris, ac etiam de tempore Gregorij XIII. & ab inde citra, semper, & continuè, & cum omnibus membris, & pertinentijs narrando confinia apta comprehendere locum controuersum,attamen quæstio D.Ducis non est super possessione vniuersali dicti Casalis, sed super Colle del contrasto,vnde cum iste testis de actu possessorio particulari super loco controuerso non deponat,quinimmo locum illum, & nomen ignoret, & substantia depositionis illius pendet à veritate, & narratiua confinium, quam cum ignoret, nec aliunde sciat, quam de auditu à factoribus Domini Ca-
11 pharelli sicuti probatio † confinium non est certa tamquam denominata à personis suspectis, *Caputaq.decis. 364. num. 7. par. 3. Rota coram Sanctiss. decis.570.num.3.* vbi ponderatur quando ex eadem depositione apparet, vt hic, ab eisdem ante examen informatus, licet ad veritatem subiunxerit, ita nec assertio testis, quod possederit cum capris totum casale poterit sustineri respectu loci controuersi, de cuius comprehensione adhuc non constat, sed sustinebitur in quo possibilis est, sempe quoad casale, in quo non est controuersia.

Et ex prædictis patet possessionem medij temporis ex parte D. Capharelli non esse probatam, vel æquiuocè, & imperfectè saltem, & quatenus in ali-
12 qua parte † releuans haberi posset, in concursu tamen cum probatione D. Ducis eneruatur, & dissoluitur.

Testis enim ille primus D.Capharelli,in quo posita videtur substantia probationis illius est rusticus de Terra Turani in Regno, vilis, caprarius, subditus,actuq. seruiens D. Capharello, ignorans confinia nesciens nomen loci controuersi, deponens in genere de toto casali, & de auditu in substantialibus,

Secūdus vero pariter rusticus est,& de quadā villa Terræ Taliacotij in Regno,vilis,hospitans in Griptis D.Ca-

D. Capharelli, male informatus quoad animalia pascentia, æquiuocans in dicto respectu medij temporis, & singularis, prout hæc omnia respectu primi, & secundi colliguntur ex eorum depositionibus per extensum datis.

Ex aduerso autem concurrit D. Alexander de Maximis Romanus vir nobilis deponens de facto propriæ conductionis, & specificè de loco controuerso, & priuatiuè quoad D. Capharellum, & vndequaque exceptione maior, & cum eo alij testes cõ-
13 testes, & benè † informati, habentes bona stabilia notabilis valoris, in quibus casibus semper præualere fuit resolutum *coram Sanctiss. decis. 449. & decis. 537. num. 2.* vbi Rota multum voluit tribuere testi bene informato, & de facto proprio deponenti attenta qualitate personæ.

Non obstant, quæ replicata fuerunt de vltimo tempore.

Quia DD. placuerunt responsiones decisionis cõtra quas nihil releuans fuit ponderatum, & cum illis transierunt. Et ita &c.

In hac causa emanarunt duæ aliæ decisiones coram eodem bo. me. Pirouano sub diebus 20. Iunij 1620. & 22. Aprilis 1622. Sunt apud Post. post tract. mandat. de manutenend. decis. 156. & 62. la seconda.

REVERENDISS. COCCINO.

Romana Domus.

Veneris 13. Ianuarij 1623.

ARGVMENTVM.

Ecclesiæ bona, malè alienata, quando recuperantur, fructus eorum debentur, vsque à die alienationis, sed hoc cum distinctione, aut alienatio fuit nulla ex errore facti, & tunc fructus solum debentur à die moti iudicij super d. nullitate, aut fuit erratum in iure, & quia error iuris non excusat, at tunc fructus, vt dictum est, à die alienationis debentur, & quid si error iuris erat valde intricatus, & dic, vt in errore facti.

SVMMARIVM.

1 *Bona Ecclesiæ malè alienata ob defectum solemnitatum, quando recuperantur, fructus debent restitui à die alienationis. & num. 11. & 12.*

2 *Bona Ecclesiæ perperam alienata, tunc non debent restitui cum fructibus à die alienationis, quando fuit erratum in facto.*

Et quando dicatur erratum in facto.

3 *Fructus bonorum Ecclesiæ malè alienatorum debentur à die moti iudicij, quando fuit erratum in facto. & num. 12.*

4 *Error dicitur consistere in iure, quando aliquid dependet ex visione scripturarum.*

5 *Error iuris non excusat.*

6 *Error iuris valde dubij æquiparatur errori facti, & sic excusat.*

7 *Error iuris valde intricati, dum interuenit in alienatione bonorum Ecclesiæ, tunc fructus debent restitui à die moti iudicij.*

8 *in Alienatione bonorum Ecclesiæ, si erretur, quia præsuppositum fuit non fuisse alienatum solitum, iste error dicitur consistere in iure.*

9 *in Alienatione bonorum Ecclesiæ an solitum dicatur alteratum, quo ad substantialia, vel quo ad accidentalia, & an in ea vtile per inutile vitietur, hoc non est ita clarum.*

10 *in Doctorum opinione ea, quæ consistunt, causant errorem iuris valde dubij. & num. 11.*

SVMMARIVM ANNOTATIONIS.

13 *Expensæ, quæ sunt factæ, gratia recolligendi fructus, eos minuunt.*

14 *de Fructibus, quando lex, aut statutum, siue quælibet alia dispositio loquitur, semper intelligitur deductis expensis, ac sumptibus in eis colligendis.*

15 *Iudex, quando condemnat aliquem ad restitutionem fructuum, talis condemnatio est intelligenda deductis tamen expensis.*

16 *Expensarum deductio, quod non fiat, in materia fructuum, nullus reperitur casus.*

17 *ad Terram arandam, & seminandam, si empti sint boues, dato, vt illi perdantur, talis impensa non deducitur ex fructibus, & an ipsa opinio sit vera.*

18 *Fructuum quantitas, vt determinetur, debent prius deduci expensæ, & sumptus facti in eis colligendis.*

19 *Expensas ex fructibus quilibet possessor deducit, quod procedit tam in possessoribus bonæ fidei, quam malæ fidei prædonibus.*

20 *Possessor malæ fidei deducit etiam impensam factam pro custodia fundi, quamuis Bart. contrarium senserit.*

Bart. in l. cum quæreretur, §. prædijs, ff. de legat. 3. malè fuit allucinatus, & mirabile est tantum virum dixisse contra casum expressum, ac in iure determinatum.

21 *Fraudator quoque repetit sumptus, & expensas, quando fructus restituit.*

22 *Ecclesia, quod velit se locupletari cum aliena iactura, nullo modo est dicendum.*

23 *Locupletari nemo debet cum aliena iactura, quod tanto magis procedit in Ecclesia. num. 24. 25. & 26.*

Ecclesia præ cæteris iustitiam profitetur, ipsaq. est sedula cultrix recti. num. 22.

27 *Ecclesia summopere diligit, ac zelanter prædicat æquitatem.*

28 *Profiteri vnum, & contrarium facere, iniquũ est.*

29 *Episcopum, Sacerdotem, vel Clericum se profiteri, & his ordinibus facere contraria, indecorum, ac mendacium est.*

30 *Philosophus, quis non est nominandus, si faciat contra philosophiam.*

31 *Philosophus quidam, petendo ab Imperatore immunitatem à solutione onerum bonorum patrimonialium, quid Imperator in eius faciem præficauerit.*

32 *Philosophiam, quis non debet profiteri, & postea vinci ab auaritia, & rapacitate.*

33 *Professionem suam multi moribus suis impugnant, & factis non probant, quod verbis fatentur.*

34 *Ecclesiastici cum contemptum rerum humanarum prædicent, ac suadeant, absit, vt lucris temporalibus inhiant.*

35 *Ecclesiæ si aliquid debeatur ad diuersas mensuras liberatur debitor soluẽdo ad minorem mensuram.*

ab Ecclesia benigniter est exigendum id, quod ei debetur. num. 35.

36 *Ecclesiastici in lucris temporalibus auidè non debent*

bent insistere, ne in Ecclesia DEI, tantum exactores nominentur, vt clamat text. in can. quia cognouimus 10. quæst. 3.
Ecclesiastici sunt sal Terræ. num. 36.
Clerici, ne attendant lucris temporalibus prohibitum est eis negotiari. num. 36.
in Negotijs secularibus nemo se implicet, qui militat DEO ex sententia Apostol. num. 36.
Clericis, ideo indulgetur beneficium, vt omnibus alijs rebus relictis DEI Omnipotentis misterijs inhæreant.
37 Laici, quod sint meliores quàm Ecclesiastici, hoc nihil magis deturpat Ecclesiam DEI, iuxta can. qualis 8. quæst. 1.
38 DEVS, quas diuitias, & facultates in Ecclesia sua esse diligat.
39 Ecclesiastici, cum sint ascripti militiæ cælesti, ac rerum Diuinarum contemplatione ducantur, est satis probabile, terrena eis non sapere.
40 Terrena calcat, qui cælestia desiderat.
41 Arcanorum cælestium immensitatem contemplantes, humanarum rerum terminos non curant, cum æternis inhianti fastidio sunt transitoria.
42 Pauper non est, nec vmquam eget, qui desiderijs humanis non alligatur.
43 Bona ecclesiastica, si sine solemnitatibus alienarentur, breui tẽpore beneficia remanerent de pertica.
44 in Actionibus omnibus humanis, illud nimis, est damnabile.
Mel, quando est nimis, in bilem vertitur amaram.
Medium est tutissima virtus, & medium tenuere beati, num. 44.
Virtus nihil aliud est nisi mediocritas vitiorum, num. 44.
45 ad Medium quanto quis magis accedit, tanto est melius, & quanto magis recedit, tanto est peius.
46 Nemo minùs sapit, quàm quis nimis sapit, nam bis stultus est, qui nimis sapit.
Omne nimium v[illegible]tur in vitium.
Summum ius, summa iniuria
Feruor nimis, in furorem conuertitur.
47 Alienatio bonorum Ecclesiæ facta incõsulto Romano Pontifice, nulla penitus, ac irrefragabiliter inualida est.
48 Alienatio bonorum Ecclesiæ facta sine Beneplacito Apostolico, est nulla ex defectu consensus.
Contractuum ferè omnium substantia consistit in consensu, etiam attento iure naturali. nu. 48.
49 Bona Ecclesiæ modici valoris possunt alienari sine beneplacito Apostolico.
50 Can. terrulas 12. quæst. 2. non fuit derogatum, nec per Extrauag. ambitiosæ, nec per Concil. Trident.
51 Ecclesia est mater iustitiæ, æquitatis, & dilectionis.
52 Ecclesia respuit in totum hæreditatem eius, qui vt eam hæredem institueret, filios exhæredauit.
53 Pia causa non est valens extinguere amorem inter patrem, & filium, & inter patruum, & nepotem.
54 Ecclesiæ, quando veniunt restituendi fructus, sunt ex eis deducendæ expensæ, & num. 55.
55 Et licet aliqui DD. contrarium generaliter firmarunt tamen eorum opinio falsa est.
56 Salicet. Castren. & Socin. in l. fructus. ff. solut. matrim. toto cælo errarunt.
57 Ecclesia, quatenus velit resilire à cõtractu, eo quia ritè non fuit celebratus, restituere debet, quicquid eius occasione accepit.
58 Quæ conclusio, ab ipso fonte æquitatis emanat, àt æquitate est plenissima.
59 Ecclesia impugnans contractum, quia super eobeneplacitum Apostolicum non fuit obtentum, tenetur ad restitutionem sortis, seu accepti.
60 Ecclesia, rescisso contractu, tenetur restituere pretium, & hoc siue contractus fuerit validus, vel rescindendus, vel ipso iure nullus.
61 Emptor bonorum Ecclesiæ, dum restituit ea, quia contractus fuit ipso iure nullus, potest ex conditione siue causa repetere pretium solutum Ecclesiæ, tanquam sine causa datum.
62 Ecclesia, si vendiderit aliquid, & ex pretio prædium emerit dato, vt sequatur rescissio contractus venditionis ab ea factæ, an teneatur emptori restituere pretium acceptum, vel prædium ex eo emptum, & num. 64.
63 Ecclesia an fuerit effecta locupletior ex contractu venditionis, onus id probandi incumbit emptori, & non Ecclesiæ, sicuti nec incumbit minori.
65 ab Ecclesia aliquid emens, vel conducens, debent esse cautus, & diligens, vt interueniat causa, & solemnitas, aliàs de se ipso, & non de ministris Ecclesiæ debet conqueri.
66 Agens in omnibus cautè, in nihilo damnificari potest.
67 Gladio proprio, dum quis se iugulat id sibi, & non alijs debet imputari.
68 Neuiz. in consil. 100. refutatur, dum dixit, quod cauendum à quouis contractu cum Ecclesia, tanquam à re periculosa.
69 cum Ecclesia libenter est contrahendum, & quare num. 71. seruatis tamen de iure seruandis.
70 Leges non ideo factæ sunt, vt frustra occupent membrana, sed vt vigeant, ac obseruentur.
72 Ecclesia non tolerat, vt aliquid fiat contra iustitiam, aut æquitatem in se, vel in alium.
73 in Emptionis, & venditionis contractu naturaliter licet contrahentibus inuicem se decipere, dummodo non se decipiant vltra dimidiam iusti pretij.
74 Decipere aliquem, etiam in casu alijs permisso, non licet personis Ecclesiasticis.
75 Ecclesiastica persona non potest honestè consequi magnam, & rigorosam pœnam propter modicam contrauentionem.
76 Ecclesia restituere debet, bona sibi delata, quando æquitate naturali suadente ea retinere non potest, licèt alijs de rigore esset permissum.
77 Ecclesia exercet benignitatem, quia redeuntibus numquam claudit gremium.
78 Ecclesiæ vbera plena sunt pietate, & dulcedine.
79 Ecclesia alienat, misericordia commota, bona propria pro redemptione captiuorum, & carceratorum, quod procedit etiamsi adsit culpa eorum num. 80.
81 Ecclesiastici nonnulli, sub clypeo Ecclesiæ, ab ipsa Ecclesia longè dissentiunt. & num. 82. 83.
84 Iudices aliquando sub titulo iustitiæ, iniustitiam impunè committunt.
Iniuria absurdum est, vt nascantur vbi ius oriri deberet. num. 84.
Ecclesia sancta pulcherrima habet faciem, nec rugam, nec maculam habet, ea inuiolabilis sit. n. 84.
85 Iudicandum non est de omnibus, quod de aliquibus diffamatum est.

DE-

DECISIO CCCCXLIV.

1 LICET verum sit, quod in recuperatione rei Ecclesiæ nulliter † alienatæ, vt ex defectu solemnitatis fructus debeant restitui à die alienationis, *l. iubemus nulli §. occorremus* C. *de sacros. Eccles. c. si quis presbyterorum, vbi Bero. nu.* 14. *de rebus Ecclesiasticis non alien.* & fuit latè deductum *in causa* Neapo*litana spolij* 31. *Maij* 1600. *coram bo. me. Card.* Lan-
A *cellotto,* A attamen ista conclusio procedit, quando
2 erratur † in facto, quia tunc error excusat, vt si putasset interuenisse solemnitatem, quæ tamen non interuenit, *Felin. in c. cum causam num.* 27. *vers. procederet, de re iudic. Bero. in cap. si quis presbyteror*ũ *num.* 45. *de reb. eccles. non alienan.* prout fuit factum in casu isto, quia putabatur rem esse solitam locari,
3 & propterea † fructus non debentur, nisi à die motæ litis, *vt tradunt DD. communiter in dicto cap. si quis presbyterorum, & fuit resolutum in causa Vlixbonen. nullitatis locationis* 1. *Iulij* 1596. *coram bo. me. Card. Pamphilio.*

4 Neque facit quod iste videbatur error iuris † ex scripturis enim constabat, an bona essent solita loca-
5 ri, vel non, quia error † iuris non excusat, *Bart. in l. sed, & l. §. scire nu.* 1. *ff. &* 2. *de petit. hæredit. Bero. in d. c. si quis presbyterorum num.* 44. *vers. Ioannes de Imola.* Nam fuit responsum, quod contenta in il-
6 scripturis erant adeo dubia, vt Rota valde dubitauerit, an bona essent solita locari, & † propterea fuit error iuris valde dubij, qui æquiparatur dubio facti,
7 vnde excusat à solutione fructuum † à die nullitatis contractus, aduertit *Pereg. de fideicom. art.* 49. *n.* 120.
8 Minus etiam obstat, quod adsint aliæ † nullitates, nempe quod fuerit alteratum solitum, quia adhuc intrat dubium iuris valde dubij, tamen quia dubium
9 est † an vtile per inutile vitietur, quando agitur in materia diuidua, & an obstet si alteretur solitum circa accidentalia contractus, vel sit opus quod alteretur circa substantialia, quæ omnia consistunt in opi-
10 nione DD. † & ideo causant errorem iuris valde dubij, *vt aduertit Peregr loco citato,* & licet in prædictis hæres conductoris succubuerit, vt patet ex de-
11 cisionibus, tamen ex eisdem apparet † dubietas iuris dubij, vnde merito censendum est fructus non
12 non deberi restitui ab initio contractus, † sed tantum à die motæ litis. Et ita conclusum &c.

ANNOTATIO.

A DECISIO ista coram bo. me. Card. Lancellotto si impressa desideratur, habetur apud *Marches. de commiss. par.* 1. *fol.* 104. Idem quoque fuit resolutum in *causa Pisana liquidationis fructuum* 15. *Octobris* 1571. *coram bo. me. Oradino, est decisio* 14. *num.* 3. *par.* 1. *diuers. & in vna Placentina bonorum* 25. *Iunij* 1585. *coram bo. me. Card. Blanchetto, & iterum in vna Vlixbonen. nullitatis* 1. *Iulij* 1596. *coram bo. me. Card. Hieronymo Pamphilio. & in d. Neapolitana spolij* 30. *Iunij* 1607. *coram eodem Cardin. Lancellot. & in Placentina decimarum* 13. *Maij* 1630. *coram Reuerendiss. Vrgellen. est infra in par.* 5. *recent. decis.* 375. *num.* 2. *& in causa Mediolanen. Pensionis* 19. *Ianuarij* 1635. *coram clar. me. Merlino, est decisio* 3. *num.* 34. *vers. contrahens cum Ecclesia sine solemnitatibus, &c. infra par.* 7. *recent. alias tom.* 3. *à me select.*

Et ex Doctoribus hanc opinionem defendentibus addi possunt, præter adductos hic in decisione *Scribentes in cap. si quis Presbyterorum. §. sed etiam non liceat.* & præsertim *Butr. num.* 6. *Imol. num.* 12. *& alij. de reb. Eccles. non alien.* & prædicta opinio comprobatur *per textum in l. si prædium, ff. de præd. minor. in l. non solum. in l. prædiorum. C. eod. titul. & in l.* 2. *C. si quis ignorans rem pupill. sine decret. comparauer.* & vide Felin. *in cap. cum causa, num.* 30. *vers. & in hac materia de off. delegat.* Pinell. *in repetition. l.* 2. *par.* 3. *num.* 4. *& seq. C. de rescindend. vendit.* Redoan. *in tract. de reb. Eccles. non alien. quæst.* 76. *cap.* 2. *num.* 37. Laym. *mor. lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 10. *num.* 4. *vers. quod si rei.* Marc. Ant. *variar. resolut. lib.* 1. *resolut.* 7. *num.* 8. Bonacin. *de contractib. disput.* 3. *quæst.* 8. *part.* 4. *num.* 12. *vers. addo. Menoch. de recuperand. possess. remed.* 15. *num.* 639. Rebuff. *in compendio alienat. bonor. Eccles. n.* 103 *& in l. bona fidei vers. vigesimusquartus. ff. de verb signif.* Gutierez. *cons.* 1. *n.* 4. Aym. *in cons. pro Genero n.* 286. *vers. Idē in bonis Ecclesiæ.* Dec. *cons.* 173. *in fin. necnon cons.* 556 *num.* 6. *& seq.* Neuiz. *cons* 82. *nu.* 13. Curt. *sen. consil.* 71. *col.* 7. *num.* 31. Surd. *consil.* 115. *num.* 30. *vers. Videmus etiam quod bona Ecclesiæ &c. lib.* 1. Siluester *in summa in verb. Alienatio nu.* 14. *vers. tenetur rem restituere cum fructibus.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 625. *num.* 25. *vers. restituenda est res cum fructibus tom.* 4. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 25. *titul.* 6. *num.* 68. *vers. & res cum fructibus debet restitui Ecclesiæ.* Ioannes Aloys. Ricc. *in prax. alienat. bonor. Eccles. decis.* 18. *num.* 2. Io. Baptista Ciarlin. *controuers. forens. cap.* 105. *num.* 7. Sanchez *in decalog. lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 165.

Ita quoque ad fauorem Ecclesiæ, vt quando bona ei restituuntur, quia malè fuerunt alienata, vt ei pariter debeat fieri restitutio fructuum à die alienationis, *fuit ratiocinatum* in Consilio Neapolitano, *vt videre est apud Grammat. decis.* 79. *n.* 8. *&* 9. *vers. licet Ecclesia cum fructibus alienata reposcere, &c.* & in Senatu Pedemontano, *teste Osasc. decis.* 160. *num.* 2. *vers. in emptore rei Ecclesiæ minus solemniter.* & in Senatu Mantuano, *vt scribit Surd. decis.* 45. *num.* 9 *vers. in emente rem Ecclesiæ sine solemnitatibus, qui rem cum fructibus restituit, &c.*

Intelligendum id sane videtur, vt emptor possit
13 retinere ex fructibus † impensas ab eo factas, quia expensæ, quæ gratia fructuum fiunt cetræ, minuunt ipsos fructus. Vnde in iure est satis decantata con-
14 clusio, quod lex, aut statutum, † vel alia quæuis dispositio loquens de fructibus, intelligatur deductis grauaminibus, ac expensis, *l. fructus. ff. solut. matr. l. diuortio §. impendia, ff. solut. matr. & l. hoc ff. de fructib. sumptib. litis, quæ lex ad hoc quotidie allegatur, vt aduertit ibi Matth. de Matthesil. num.* 1. & adde alium text. *in l. si a Domino, vel à patre. §. vltim. ff. de petit. hæred. in l. quod priuilegium, ff. deposit. in l. litibus in fin. C. de agricol. & censit. lib.* 11. *in l. fructus, & in l vltima ff. de oper. seruor. & in l. si quis argentum. & ibi Cyn. C. de donat. in l. fundi Trebatiani, ff. de vsu, & vsufruct. legat. in l. videamus, §. ex causa. ff. de vsur. in l. quod in fructus, ff. eodem in l. si pupilli, §. sed etsi quis, ff. de negot. gest. & in l. Lucius, ff. pro soc. glos. in cap. ad nostram el* 1. *in verb. Expensis, de iur. iurand. glos. Bart. & Ang. in l. in fundo, ff. de rei vindic. glos. in §. ex di-*

 uerso,

uersi, in vers. certo illud, & ibi DD. Instit. de rer. diuis. glos. in cap. cum antea in verb. fructus, & ibi Barbat. *col. 2. de pignor.* Iacob. de Aren. Bart. & Alexan. qui multa adducunt *in d. l. fructus per illum text. ff. solut. matr.* idem Bart. *in l. quæritur. §. vltim. ff. de legat. 3.* Salicet. *in l. si quis sciens C. de rei vindic.* Bald *in l. 1. col. 1. per illum text.* & ibi quoque Angel. *C. de fructib. & lit. expen. & in l. neque ad fin. C. de competen. iud. & in cap. cum Marcus Ferrariensis col. 2. vers. ibi proueniens de Constitut.* Speculat. *in titul. de expens. in §. 1. in vers. expensa igitur.* Couarr. *variar. resolut. lib. 1. cap. 3. num. 3.* Ludouic. Messia *in pragmatica taxæ panis concl. 2. ex nu. 80.* Ludouic. Lopez *instrutor. conscientiæ par. cap. 86. in princip. vers. in primis.* Alphons. Hoieda *in tract. de incompatibil. par. 1. cap. 15. num. 6.* Tiraquell. *de retract. lignagier. §. 15. glos. 1. ex num. 1.* Menoch. *de recuperand. possess. remed. 15. num. 574.* Surd. *de alimentis titul. 9. quæst. 12. num. 7. & 15.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancellar. §. 7. prohem. nu. 163.* Petr. Cened. *qui, & in puncto loquitur in Collectan. Iuris Canon. ad cap. si quis presbyterorum num. 5. de reb. Eccles. non alien.* Barbos. *in l. fructus 7. à nu. 6. ff. solut.* vbi latè declaratur prædicta regula, vt fructus intelligantur deductis expensis circa eos factis. *Angel. Aretin. consil. 56. incip. Iustissima Iudex nu. 7. vol. 1.* vbi etiam dicitur, quando Iudex condemnat

15 aliquem † ad restitutionem fructuum, quamuis aliud non dixerit, intelligitur, tamen condemnasse ad eos, deductis expensis factis in eis colligendis. *Decian. consil. 50. incip. Breuiter teneo. num 3. vol. 3. Prosper Pasethus consil. 211. incip. In causa Illustris Comitissæ. num 5. Thom Docc. consil. 37. num. 8. Bart. in consil 186 incip. Cucciarellus lib. 1.*

16 Nam, & nullus casus reperitur, † in quo deductio expensarum non fiat in materia fructuum, est clarus *text. in l fundus qui dotis ff. famil. hercisc.* Roman. *consil. 230 incip. Præsupponitur num. 2. Roland. consil. 28. num. 23. vers. Paulus de Castro cum supportatione male loquitur, &c. lib. 1. Ruin. consil 62. col. 2. vers. ad hoc respondetur lib. 2. Menoch. consil. 1144. num. 11. & 12. lib. 9. Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 3. titul. 10. num. 24. & seq. Francisc. Cremensis singul. 134. incip. Tuscis, quod fructus.*

17 Vbi quoque quærit quid sit dicendum † de bobus emptis gratia colendi terram, & seminandi eam, si perdantur, an talis impensa de fructibus deducatur, ac negatiuè firmat, *& hoc est dictum Bald. in l. 2. in fin. C. de fruct. & lit. expens.* quæ tamen Bald. decisio, tamquam iniqua reijcitur per *Addentes ad singular. Roman. 336. in verb. omnes vers. & hæc decisio est iniqua,* & propter hanc opinionem Bald. reprehenditur à Cotta *in suis memorabil in verb. Fructus.* vbi quoque de eo non parum miratur, quod in tribus verbis se contradixerit Aliaque in terminis necessariæ deductionis expensarum, vt fructuum

18 † quantitas possit determinari, & quilibet possessor possit eos deducere, tractant *Loriott. in tract. de fructibus axiomat. 4. Garz. de expens. cap. 1. nu. 11. & 12. Xuar. titul. de las arrhas n. 6. Viu. decis. 4. n. 8. lib. 1.* vbi etiam ait id procedere tàm in bonæ fidei possessoribus, quàm in malè fidei quoque prædonibus, *l si à Domino, § fructus, ff. de petit hæred. & l. 1. & l. plane in fin. C. de fructib. & expens. lit. l. fundus, in fin. ff famil. ercisc.* quos textus ad hoc tamquam singulares adducit *Ludouic. Roman. d. singul. 336.*

ibi, Malæ fidei possessor potest deducere ante restitutionem rei, & fructuum, omnes expensas † fa-

19 ctas in cultura fundi, & deducit etiam impensam factam pro custodia fundi, & licet *Bart. in l. cum quæreretur §. prædijs. ff. de legat. 3.* determinet contrarium per illum textum, tamen Bart. vehementis-

20 simè errauit, quia dixit contra casum † singularem *d l si à Domino, § fin. ff. de petit. hæred.* & mirabile est dictu, quod tantus homo dixerit contra casum in iure expressum, & aduerte licèt in lecturis Bartol. deinde impressis eius error fuerit castigatus, dempta negatiua, non, tamen id minùs cautè fuit factum, vt ex verbis præcedentibus licet conijcere, &c. addo etiam *text. in l. ait Prætor. §. per hanc. ff. de his*

21 *quæ fiunt in fraud. cred.* vbi pariter † fraudator sumptus, & expensas deducit, *& ibi. Bald.* idem dicit de intruso, & latè *Capyc. decis. Neapolit. 20. num. 1. & seq.* vbi magistraliter declarat, cum nonnullis distinctionibus, quando fructus sint debiti deductis expensis, & quando omnes absque dicta deductione debeantur. Videndus est pariter *Garc. Girond. in tractat. de priuilegior. & exemption. explication. num. 1210. Cardos. in prax. Iud. in verb. fructus num. 7. Monet. in tract. de decim. cap. 6. num. 31. Marc. Anton. Genuens. in suis practicabil. Eccles. tricenar. 14. quæst. 403.* & sæpissimè responsum in *Rota, & præsertim coram fel. rec. Gregor. XV. decis. 273. num. 3. vers. quia non dicuntur fructus, nisi deductis expensis, & decis. 277. num. 7. & in causa Romana fructuum 1. Iulij 1622. & 1. Februar. 1623. coram bo. me. Coccino, vbi aliæ decisiones adducuntur,* cum alijs allegatis *in causa Romana Pensionis 16. Maij 1639. coram clar. me. Merlino. §. vel in omnem euentum,* vbi quoque *alias decisiones adductas habes, infinitasq. etiam allegare possem, tamen id potius longum esset, quàm necessarium.*

Ideoque persistendo in terminis de quibus supra, nempe vt emptor bonorum Ecclesiæ, annullata venditione, teneatur restituere fructus, deductis tamen

22 expensis factis in eorum recollectione, † in casu nostro videtur minùs dubitabile quia aliàs Ecclesia locupletaretur cum aliena iactura, quod nullo modo est dicendum, ac quamuis ista regula in omnibus locum

23 sibi vsurpet, † ac irrefragabiliter omnes astringat, *l. iure naturæ 206. ff. de regul. iur. l. nam hoc natura l. naturaliter § fin. l. hæc conditio ff. de condict. indebit l. vltim. C. de vsucap. pro emptore cap. locupletari non*

24 *debet 48. extra de regul iur. in 6.* tamen id † multò magis habere debet locum in Ecclesia *glos. in l. iubemus la secunda §. sane in verb. acquirantur C. de Sacrosanct. Eccles glos in cap. ad audientiam in verb. effugiendam de reb. Eccles. non alienand. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 34. num. 10. vers. tanto magis est*

25 *dicendum in Ecclesia, quæ non debet, quid † iniustum facere,* ac pluries ratiocinata est Rota, *& præsertim in causa Neapolitana Laudemij 27. Februarij 1640. coram R.P.D meo Carolo Cerro §. Alias si vers. Ecclesia, quæ iustitiam præ cæteris profitetur, non debet cum aliena iactura locupletari, &c.* & fere in terminis nostris *fuit dictum in causa Romana de Romulis 18 Iunij 1599. coram bo. me. Penia est decisio 260 inter eius a me imprimend. nu. 2. vers. cum enim*

26 *Ecclesia † sit cultrix Iustitiæ, nō debet cuiquam præiudicare nec locupletari cū aliena iactura &c.* nam

27 Ecclesia præ cæteris iustitiam † profitetur, ipsaq; sit sedula

sedula cultrix recti, ac summopere diligit æquitatem, eamque zelanter prædicat, iniquum enim esset, vnũ
28 † profiteri, & postea contrarium facere, & vt inquit *textus in can. cauete 22. quæst. 5.* mendacium est Episcopum, Sacerdotẽ, vel Clericum se profiteri & huic
29 ordini † contraria operari, *& est gloss. egregia in cap. de multa, in verb. literas de præbend.* vbi ait, quomo-
30 do vis appellari philosophus, & facis † contra philosophiam *de qua re est optimus text. in l. professio C. de munerib. patrimonial. lib. 10.* vbi accidit quẽdam philosophum instanter rogasse Imperatorem, vt eum
31 immunem faceret † a solutione onerum patrimonialiũ, qua petitione ab Imperatore audita, ac stomachatus, eum licentiauit, & insuper in eius faciem talia
32 verba prœficauit, *Professio tua, † & desiderium tuum inter se discrepant, nã cum Philosophum te esse proponas, vinceris tamen auaritia, & rapacitate, &c.*
33 Quot † enim sunt, qui non probant, quod fatentur, & impugnant professionem suam moribus suis arridetque dictum *S. Hieronym. in vita S. Hilarionis* Multis nomen pauperum occasio est auaritiæ, *& facit text. in l. quis quis, ibi* callidæ paupertatis ingenium &c. *C. de censib. & censit. lib. 11.*

Hinc meritò, ne personæ Ecclesiasticæ, quæ contemptum rerum humanarum prædicant, ac suadent,
34 † non videantur lucris temporalibus inhiare, statuit *text. in cap. ex parte. extra de Censibus,* vt si Ecclesiæ ad diuersas mensuras aliquid est soluendum, debi-
35 tor liberatur soluendo ad † minorem mensuram cum ab Ecclesia benigniter sit exigendum *aduertitque Abb. in cap. cum esses sub num. 20. vers. quoad vulgi opinionem videtur extra de testament.* & tandem paterno, ac zelanti affectu monet Ecclesiasticos omnes Gelasius Romanus Pontifex, *vt habetur in can.*
36 *quia cognouimus. 10. quæst. 3.* vt auidè in lucris temporalibus non insistant, pulchram illam expendendo rationem, ibi, *Ne videamur in Ecclesia DEI exactores potius, quàm Pontifices nominari,* quem textum *perpendit Roman. in auth. similiter num. 60. in fin. ff. ad l. falcid. & in cons. 363. n. 3.* Qua etiam ratione ne Clerici attendant lucris temporalibus, prohibitũ est eis negotiari, *can. eijciens. can. negotiatorem clericũ, & per totam 88. distinct. cap. ex literis fin. de vit. et honest. Cleric. et totus titulus, ne Cleric. vel Monach. negot. secular. se immisc. & can. canonum. 14. q. 4.* estque vulgatum dictum *Paul. Apost. ad Thimot. 2. cap. 2. Nemo militans DEO implicet se negotijs secularibus.* Et ratio rationis est, quia propter hoc eis beneficium indulgetur, vt omnibus alijs rebus relictis DEI Omnipotentis ministerijs inhereant *l. generaliter in fin. C. de Episcop. & Cleric. et §. plurimæ, auth. vt Cleric. apud propr. Episcop. conueniant. et §. cõmunis auth. apud quos oport. caus. Monac. vers. oporteat DEVM placari, & decentia Sacerdotib. agi &c.*

Quibus enim bonis locupletari se debeant omnes Christifideles, & præsertim Ecclesiastici, qui sunt sal.
37 Terræ, & *Nihil magis † deturpat Ecclesiã DEI, quã quod Laici meliores sint, quàm Clerici,* vt inquit textus apertus *in can. qualis 8. quæst. 1.* Audiamus, quæso, vt dicebam, in quibus bonis acquirendis insudandum veniat, & id asserat *Saluianus cum Ecclesiasticis alioquendo in lib. 4. de Eccles. Catholic.* En
38 quales † diuitias DEVS diligit, en quas pignoribus recondi exigit opes, en quas parari exigit facultates, scilicet fidem, ac timorem DEI modestiam, sãcti moniam, non terrena, non vilia, non prætereuntia, non caduca &c. addique potest, *quod inclamat S. Hieronym. in Epistol. ad Demetriad. lib. 2. Epistol. 18. vers. erubescant omnes Ecclesiastici ministerij gradus &c*

Latiusq; exaggerat *idem Saluian. lib. 5. de Gubern. DEI.* Super qua materia, hic nullatenus insistam, & Nolo hic amare flere, ac dolenter ingemiscere, *vna cum Petro Crespetio in sua summa Catholicæ Fidei. in præfat. circa med. vers. Verum quis modo status? quis Ordo? quæ compositio Ecclesiæ, vel candor, cum Naucleri efficiantur duces perditionis &c.* tãtoque libentius desisto, quia iuxta *text. in can. absit 11. quæst. 3.* piè mihi persuadere volo, inter Ecclesiasticos per paucos reperiri, qui anxiè insistant
39 in lucris temporalibus, nam cum ascripti † sint militiæ cęlesti, ac rerum diuinarum contemplatione ducantur, probabiliter hæc terrena non anhelant, ambienti enim cęlestia, terrena non sapiunt, & terrena
40 † calcat qui cœlestia desiderat, ac humanarum rerũ terminos satis angustos non curat, qui arcanorum cœ
41 lestium immensitatem † contemplatur, cum æternis inhianti fastidio sint transitoria, nec vmquã eget,
42 nec pauper est, qui desiderijs humanis † non alligatur.

Nõ puto tamen, aut volo ex superius dictis aliquo modo inferre, vt bona temporalia, Ecclesiæ quis par-
43 ui pendere † debeat, quia facili negotio deinde beneficia, vt dicitur, de pertica remanerent, quod absurdissimum esset, pro vt in terminis, si alienatio bonotrum Ecclesiæ substineretur sine debitis requisitis ratiocinata est *Rota in Mutinen. Bonorũ 14. Ianuarij 1639. corã R.P.D. meo Roias. § Quod autem, vers. beneficia ferè remanerẽt de pertica si permitteretur, etc.*

Sed illud, quod increpandum venit, est illud nimis
44 in omnibus actionibus † humanis damnabile, nam medium est tutissima virtus, medium enim tenuere beati *§. 1. et ibi gloss. in verb. medium auth. de Consulib. collat. 4.* ipsaque virtus nihil aliud est, nisi mediocritas vitiorũ, & vt monuit *Cato minor lib. 4. Carm.*

Decidit è Cœlo, ne quid minis, auctor Apollo,
Mel quoq; si nimium est, in bilem vertit amaram.

Præclarè quoq; docuit Aristoteles. Politic. 4.

45 *Quantò † aliquid accedit ad mediũ, tãtò est melius.*
Et quantò magis recedit, tantò est peius.

Congruitque dictum illud, *nemo minus sapit, quàm*
46 *qui nimis sapit, † nam bis stultus est, qui nimis sapit.* Hinc tot Iurisconsultorum regulæ, nempè, Omne nimium vertitur in vitium, Summum ius, summa iniuria, Nimius feruor, in furorem conuertitur, ac similia, *de quibus per gloss. in auth. vt determinat sit numer. Cleric. in princip. collat. 1. in verb. bonum, et in auth. de immens. donat. collat. 7. in verb. placet.*

Sed ne deseram propositam materiam, videmus in
47 simili casu alienationis bonorum Ecclesiæ licèt † ea nullatenus substineatur, si fiat inconsulto Romano Pontifice, & hoc est irrefragabile *vt expressè cantat extrauag. ambitiosæ de reb. Eccles. non alien.* ita vt tunc alienatio sit nulla ex defectu consensus, in quo-
48 consensu consistit † potissima substantia omniũ contractuum, etiam attento iure naturali, in quibus terminis sunt præclaræ decisiones in causa *Grunden. Scribaniæ 26. Febr. & 21. Maij 1638. coram Merlino.*

Nihilominus, quando res esset parua, si alienetur
49 † non obtento Beneplacito Apostolico, nihilominus talis alienatio valet, & tenet *iuxta text. in can. terrulas 12. quæst. 2.* & dixit *Rota in causa Anconitana Bonorum 6. Iunij 1579. coram bo. me. Card. Seraph.* est

est decisio 401. *num.*2.*vers.permittitur alienatio sine*
solemnitate , veluti in terrulis,quo casu non est ne-
cessaria auctoritas Papæ etc. Et Eminentissima Con-
gregatio Concil. Tridentin. censuit, nec per Consti-
50 tutionem Pauli II. neque per Concilij † Tridentini
decretum fuisse derogatum dispositioni *d.can.terru-*
las 12.*quæst.* 2. vt testatur *Quaranta in summa Bul-*
larij in verb. Alienatio rerum Ecclesiæ sub num. 41.
& quando dicta conclusio procedat, ibi declarat, plu-
res adducendo Doctores, ac longè plures alios alle-
gat *D. Augustinus Barbos. in collectaneis ad ius Ca-*
nonicum in d.can.terrulas 12.*quæst.*2.*num.*1.in hac
materia multa coaceruare possem, sed breuitatis stu-
dio non refero.

51 Redeo modo † in viam, & pro indubitato posito,
quod Ecclesia est mater Iustitiæ, Aequitatis, & Di-
lectionis, vt apertè constat ex iuribus supra allegatis,
& præter adductos, expendere volo quoque notabilē
textum *in can. quicumque* 17.*quæst.*4. Vbi habetur,
52 quod Ecclesia respuit hæreditatem eius, †qui vt eam
hæredem institueret, filios exhæredauit, *idque optimè*
post Accurs. Bartol. et Salicet. ratiocinata est *Rota*
in causa Gallien. Hæreditatis 10.*Decembris* 1638.*co-*
ram Eminentiss. et Reuerendiss. D. Card. Verospio
Iuniori §. *Altera exceptio opposita vers. immo ita*
damnantur ab Ecclesia huiusmodi dispositiones , quæ
continent exhæredationem filiorum, vt nihil velit si-
bi acquiri etc. ac perpenditur text.*in d.cap.quicumq.*
17.*quæst.*4. id quoque fuit animaduersum in eadem
causa 1. *Iulij* 1639. *coram* R. P. *D.meo Ghisilerio* §.
Nec obstat vers. exhæredatio ista sapit iniquitatem,
et ideo testamentum non sustinetur, nec in fauorem
Ecclesiæ etc. Pia enim causa nō valens est extinguere
amorem patris erga filios, *pro vt in debilioribus ter-*
minis, nempe amoris patrui erga nepotes , respondit
Rota *in causa Romana Legati* 24. *Ianuarij* 1642. *co-*
ram R. P. *D.meo Roias* §. *Minus obstat vers. non il-*
la apta est extinguere amorem erga nepotem , etc. &
propriùs loquendo in terminis nostris.

Stat ergo inconcussa conclusio, vt quando rescindi-
53 tur venditio facta† de re Ecclesiæ, emptor restituen-
do fructus, possit ex eis deducere expensas factas in
eis colligendis, & quamuis aliqui Doctores contra-
54 rium tentauerint firmare , tamen † eorum opinio
falsa est cum Ecclesia, præterquam in illo casu spe-
ciali decimarum, quando ei fructus sunt restituendi
55 expensæ ex fructibus † deducendæ veniūt, & ad hoc
comprobandum addi etiam potest *text. in cap. gra-*
uis iuncta , ibi glos. in verb. fructus de rest. spoliat.
vbi tractatur de restitutione fructuum faciēda Eccle-
siæ, & tamen statuitur, quod expensæ ex dictis fructi-
56 bus sint deducendæ. Toto † ergo Cœlo errant, vt
satis apparet, *Salicet. Paul. de Castr. et Socin. in l.*
fructus ff. solut. matrim. vbi generaliter firmant,
quando fructus Ecclesiæ restituendi veniunt, & siue
agatur ex dispositione hominis, siue legis, expensæ
non sint deducendæ.

Semper enim strepitat illa conclusio, quod nemo
cum aliena iactura debet se locupletari, qualis præ
cæteris in Ecclesia, quæ æquitatem prædicat, vt di-
xi, locum habere debet. Et propter eandem ratio-
nem non erit inuestigandum , an emptor restituendo
rem Ecclesiæ male alienatam, (quidquid de rigore
iuris esset dicendum) teneatur Ecclesia eidem resti-
57 tuere pretium, † quod accepit, quia id omnis ratio
postulat, ac ipsa æquitas satis per se loquitur quam
quæstionem examinant *Abb.in cap.ad audientiam*
*num.*4.*& ibi* Imol.*num.*8.*&* Barbac.*num.*9. *de reb.*
Ecclesi.non alien. Rebuff.*in tractat.de reb.Eccles.non*
*alienand.num.*103.*in fin. & in l.bonæ fidei.* §.*vigesi-*
musquartus. vers.tamen de æquitate Canonica.ff.de
verb. signif. Rodoan.*d.tractat. de reb.Eccles. non*
*alien. quæst.*22. *in cap. incipien. ad repetendum ex*
*num.*19.*&* 26.*Siluestr. in summa in verb. alienatio.*
*num.*14 Vantius *de nullitate sentent. titul. quoties,*
*& intra quod tempus.num.*54.Hippolyt. Bonacos.*in*
*tractat.de æquit. canonic. conclus.*13. *Alex. consil.*3.
*num.*9 *&* 24.*lib.*3.& latè tractant *Scribentes in l.iu-*
bemus. §*sanè. C.de sacrosanct. Eccles.* Berthac. *in*
*tractat.de Episcop. par.*4.*lib.*4. *quæst.*41.*nu.*16. Bo-
rell.*in summa decis. par.*1. *titul.*15.*num.*70.

Ab ipso enim fonte æquitatis illa iuris regula
emanasse videtur, quod Ecclesia, quatenus *velit à*
58 contractu inito resilire, ex quo solemnitates† ne-
cessariæ non fuerunt adhibitæ, teneatur restituere
pretium, & quidquid ex dicto contractu ad eam per-
uenit vt clamāt omnes Canonistæ *in cap.si quis pres-*
byterorum , & in cap. ad audientiam. de reb. Eccles.
non alienand.

Et in specie, quod Ecclesia impugnans contra-
ctus, eo quia beneplacitum Apostolicum non fuerit
59 obtentum, † teneatur ad restitutionem sortis, seu
pretij accepti, resoluit *Rota in* Romana *census de*
Romaulis 18. *Iunij* 1599. *coram bon.mem. Penia*,
quæ decisio est inter eius à me imprimendas 620.*nu-*
*mer.*1.*& seq. & iam impressa habetur apud Cenc. de*
censib. decisio 287. *eaq. confirmata fuit* 23. *Iunij*
1600. *coram bon.me.Card. Mellino, & est decis.*29.
post dictum tractat. idemq. responsum fuit *in causa*
Treueren. spolij 5.*Decembris* 1622.*coram bon.mem.*
Nauarro, & in specie, quod dicta iuris regula sit æ-
quitate plenissima *ratiocinata est* Rota *in causa Ro-*
mana census vitalitij 22.*Maij* 1626. *coram clar.me.*
Merlino. §.1. *vers. quia iuris est regula, & æquita-*
te plenissima, quod Ecclesia si velit à contractu resi-
60 *lire teneatur &c.* Vbi quoque†dicitur, quod nec re-
fert ad effectum, vt Ecclesia cogatur restituere acce-
ptum , an contractus fuerit quidem validus , vel re-
scindendus, vel an sit ipso iure nullus , quia hoc etiā
postremo casu emptor , potest ex condictione sine
61 causa repetere pretium tanquam †sine causa datum
*l.*1.*in fin. l. nihil. ff. de condict. sin. caus. dat. l. ele-*
ganter. §. *si quis post. ff. de condit. indebit.* Natt.
*cons.*632. *num.*7.*in fin. & loculentius* Menoch.*con-*
*sil.*644. *num.*3. *&* 4. *prædictaq. decisio in causa Ro-*
mana census vitalitij fuit deinde confirmata sub die
29.*Ianuarij* 1627. *coram eodem Merlino. erunt in-*
fra suo loco .

Maior tamen difficultas cōstitit in eo, dato quod
Ecclesia ex pretio accepto emerit aliquam rem, an
teneatur pecuniam habitam, vel ipsam rem empto-
62 ri assignare, ad quam difficultatem responderi po-
test, cum illa distinctione, aut Ecclesia est effecta lo-
cupletior, & tenetur restituere pretium *l. si fundus.*
§. *fin. ff. de reb.eorum vbi Odofred. Albersc. Bart &*
Bald. in l.vtere, & in l. prædiorum . C. de præd. mi-
nor. placuitq. *Rotæ in causa nullitatis alienationis*
10.*Iunij* 1630.*coram R.P.D.meo Ghisilerio.* §.*maior*
tamen difficultas. vers.tenetur Ecclesia pretiū resti-
tuere &c. Et aduerte hoc casu onus probādi Eccle-
63 siā effectā esse locupletiorem †non incūbere Eccle-
siæ, prout non incumbit minori, sed emptori, vt latè
dedu-

deducitur *in causa Romana nullitatis contractus 28 Iunij 1624. coram bo.me. Buratto, impressa est apud Genc. de censib. in addition. decisio 132. num. 2. & inter eius impressas est 814 num. 2.* ac de communi testatur *Soccin. sen. cons. 115. num. 13. vol. 1.* Quando verò non fuit probatum nullatenus Ecclesiam effectam esse locupletiorem, & tunc ei sufficit assignare
64 †rem emptam ex pretio per emptores soluto, vt firmauit *Rota in d. Camerinen. nullitatis alienationis coram R. P. D. Ghisilerio, vers. Domini tamen censuerunt Ecclesiam teneri restituere prædium emptum ex pecunia &c.*

Diligens ergo quilibet sit, quando contrahit cum
65 Ecclesia, quia ea †meritò multis decorata est priuilegijs, vt debitæ solemnitates, & necessariæ causę interueniant, ne oscitanter contrahendo, ac deinde rescisso contractu, iniustè conqueratur de ministris
66 Ecclesiæ, sed iustiùs de ipso conqueratur, nam †agēs in omnibus cautè in nihilo damnificari potest, iuxta *text. in §. si vero non fecerit. auth. de hæred. & falcid. ibi, sed dabit ei exactio suæ malignitatis, dum transcenderit leges; ex quibus cautè omnia agens in nihilo poterat damnificari, &c.* ac ratiocinata est Rota *in causa Viterbien. castrorū 11. Mart. 1626. coram bon. mem. Coccino, est decisio 4. infra par. 5. recent. num. 16. vers. cautè omnia agens &c.*

67 Vnde si quis suo se iugulat gladio, id † alijs non debet imputare, & inquit *textus in l. quod quis sua culpa. ff. de regul. iur. & in cap. damnum extra eodem titul. in 6 ibi, damnum, quod quis supra culpa sentit, sibi non alijs debet imputare.*

Nimis enim præficatæ frontis, ac scriptorum mo-
68 destiam† non est imitatus *Neuiz. in cons. 100. n. 12. refertq. Ioseph Ludouic. decis. Perus. 34. num. 11.* vbi temerariè admonuit quemlibet cauere à quouis cōtractu cum Ecclesia, tanquam à re periculosa, consiliumq. datum ab illo Aduocato primario, quod & ipse Neuiz. adducit, non parum damnabile, ac penitus
69 reijciendum est, si enim †cum aliquo libenter est contrahendum, cum Ecclesia contrahi debet, seruatis tamen de iure seruandis, non enim Leges, seu
70 Constitutiones factę sunt, vt frustra †occupent membra, sed vt vigeant, nec non obseruentur.

Ecclesia namq. vt supra dixi, est sedula cultrix, au-
71 ctrix, † & fons iustitiæ, ac mirificè colit æquitatem, ideoq. numquam tolerat contra iustitiam, aut æqui-
72 tatem aliquid fieri in se, †vel in alium, iuxta *text. in cap. 1. §. sed diuersum. de alien. feud. Bald. in auth. nisi rogat. num. 15. C. ad Trebell. & cons. 24. ad fin. lib. 2. Anchar. cons. 231. num. 3. Roman. cons. 298 numer. 2. ad fin. Paul. de Castr. consil. 106. num. 2. ad fin. lib. 1. Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 3. titul. 10. num. 16. vers. Ecclesia non patitur contra iustitiam aliquid fieri.* Videmus enim licèt in pretio emptio-
73 nis, & venditionis naturaliter †permissum est contrahentibus inuicē se decipere, dūmodo non se decipiant vltra dimidiam iusti pretij *l. in causa la 2. §. fin. de minor. 25. ann. l. item si pretio. § quemadmodū. ff. de locat. & conduct. iuncta l. rem minoris 2. C. de rescin-*
74 *dend. vendition.* sed hoc personis † ecclesiasticis non licet, *cap. per tuas. de donat. glos. in can. hoc ius porrectum 10. quæst. 2. Dec. cons. 131. col. 3. in fin. Gozad. cons. 14. num. 4.*

Hinc quoque est, quod ecclesiastica persona non
75 †potest honestè consequi magnam pœnam, & rigorosam, propter modicam controuersiam, vt demonstrant *Anchar. cons. 47 in fin. Marc. Ant. Genuen. practicabil. Eccl strictin. 23. quæst. 686. num. 3. vers. personæ ecclesiasticæ, si exigant integrā summā, redduntur suspecti auaritiæ.* Et Ecclesia restituere debet
76 bona sibi delata, †quando æquitate naturali suadente ea retinere non potest, licet de rigore iuris ciuilis alijs licitum esset, vt consulit *Abb Panorm. in cons. 63. num. 3. in fin. vers. tertio adduco.*

Ecclesia quoque exercet benignitatem, quia re-
77 deuntibus† nunquam claudit gremium, *l. inter claras. C. de summ Trinit. & Fid. Cathol.* latè *Anchar. cons. 152. num. 3.* immo Ecclesia cuius vbera pietate plena, ac dulcedine sunt *can. ad Romanā 2. quæst. 6. & ibi gloss in verb. Matrem, cum alijs pleno calamo adductis per me in Annot. ad decisionem 2. supra part. 3. recent. §. 43. vbi quod ab omnibus personis maximèque ab oppressis recurri, & appellari potest ad Ecclesiam, vt eius auctoritate defendantur:* carceratos, captiuosque materno affectu compati-
78 tur, & taliter, vt bona propria † alienet pro eorum redemptione, *can. Apostolicos. can sacrarum. can. aurum Ecclesiæ 12. quæst. 2. l. sancimus. C. de sacrosanct.*
79 *Eccles.* quod procedit etiamsi ex maleficio †sint carcerati, vel capti *glos. est aurea in d. can. sacrarum*, quam sequitur *Bald. in l. illud. in 1. notabil. C. de sacrosanct. Eccles. Felin. in cap. significauit de iudæis. Dec. in cap. quæ in Ecclesiarum de constit. vbi ex dicta glos. ad alia infert.* Ratio est quia Ecclesia com-
80 patitur, carceratis † ex eorum culpa, ne fortè cadant in disperationem, videntes ab omnibus se destitutos: quodq. considerauit *Dec. in cap. quæ in Ecclesiarum, ibi, perspicue igitur Ecclesiæ pietatem.*

Verum enim verò licèt negare non valeam, non-
81 nullos ex ecclesiasticis reperiri, † quod dolenter refero, qui sub titulo Ecclesiæ, ab ipsa Ecclesia dissentiunt (facit *text. in l. meminerint C. vnde vi*, vbi ad-
82 uertitur, illud intollerabile, Iudices aliquando †nomine iustitiæ, committere iniustitiam, sicq. iniuria nascitur, vbi ius oriri debet) aliqua non admodum iusta, ac ab auaritia excęcati, indignè faciunt, decipiendo illos, qui cum eis de rebus Ecclesiæ contrahunt, & vt loquar in terminis videatur *Luc. de Penn. in l. 2. in 5. notab. C. de prad. & omnib. reb. nauic. lib. 11.* vbi seuerè inuehit, contra Prælatos illos, qui
83 †dant rem sterilem, quam cum postea vident melioratam, dicunt Ecclesiam lęsam, vel non adfuisse sufficiens mandatum &c.

Tamen hæc, & similia ac si sint casus mali exempli, & contra sanctissima dogmata, & Canones,
84 & †contra exemplarem vitam Sanctissimorum Pontificum, qui in huiusmodi negotijs decreta multa, & constitutiones ordinarunt, & relinquerunt, vt in puncto clamat *Ioseph. Ludouic. d. decis. Perus. 34. num. 12. in fin.* Nihilominus pauci ex istis reperiuntur, vt aduerti supra num. 38. & 39. vlterius quamuis multi essent, Ecclesiæ tamen in genere in nihilo detrahitur, cum ipsa pulcherrimam habeat faciem, nec rugam habet, nec macula, eaque inuiolabilis sit. Tandem iudicandum non est de omnibus,
85 quod de aliquibus †diffamatum est, vt aliàs dixi, & super materia ista videatur pulchra exaggeratio Magni Patris S. Augustini in epistol. 137. vbi plura ad Plebem Hipponensem.

Paulus Rubeus.

REVERENDISS. COCCINO.

Pampilonen. Matrimonij.

Lunæ 16. Ianuarij 1623.

ARGVMENTVM.

Ad matrimonij dissolutionem ob impotentiam coeundi vt deueniatur, coniuges iurare debent prius quod per triennium simul cohabitauerint, & incubuerint operi nuptiali, & quod non potuerint simul immisceri, & quid eorum consanguinei iurare debeant, & quid si non adsint. Matrimonium antequam ob impotentiam coeundi dissoluatur, debet adhiberi omne remedium, dum malum est medicabile.

SVMMARIVM.

1 *ad Matrimonij dissolutionem, vt deueniatur ob impotentiam coeundi, quid coniuges iurare debeant.*

2 *Et quid etiam super hoc iurare debeant eorum propinqui.*

3 *Impedimentum coeundi inter coniuges, quando est medicabile, non deuenitur ad dissolutionem matrimonij.*

4 *Matrimonium, dum ob impotentiam coeundi est dissoluendum, iuramentum illud quod ius requirit, vt præstetur à consanguineis, si illi non adsint, quid sit faciendum,*

5 *Matrimonium, si dissoluendum veniat ob impedimentum coeundi, & vterque coniugum id affirmet, vt dissoluatur, quid sufficiat.*

6 *Impedimentum coeundi inter coniuges, quando nõ apparet medicabile, tunc est locus dissolutioni matrimonij.*

DECISIO CCCCXLV.

IN resolutione huius causæ facta 13. Maij superioris anni * sublatis alijs, difficultates tres tantùm remanserunt, prima, quòd coniuges non iurarũt
1 quod per triennium † insimul habitauerint, & incubuerint operi nuptiali, & quod non potuerunt insimul commisceri, *cap. fin. de frig. & malefic.* secunda quia non constabat quod septima manus propinquo-
2 rum iurasset quod interea coniuges † incubuerint operi nuptiali, & quod ipsi verum dixerint, vt habetur *in d. cap. fin. & in cap. laudabilem. eod. tit.* tertia quia cum inspectio fuerit rectè facta, non constabat, an impedimentum esset medicinabile, si enim
3 † est medicinabile dissolutioni minime locus est, *Sãchez de matrim. lib. 7. disputat 93. num. 15. Comitol. respons. moral 118. lib. 7.*

Ad tollendas istas difficultates fuit concessa subdelegatio in partibus, & reproducto processu, ex eo constat quod mulier rectè iurauit cum septima ma-
4 nu virorum, † quia etiam legitime iurarunt, & quamuis dicti viri non sint propinqui Mariæ, tamen cum ipsa in loco habitationis propinquas non haberet, sufficiunt, vt habetur *in d. cap. laudabilem, Sanchez. de matrim. lib. 7 disput. 108. num. 11.* & sufficit iuramentum solius Mariæ, & virorum pro eius parte,
5 cum ipsa neget se fuisse cognitam, † Franciscus vero etiam id affirmet, tunc enim iuramentum vtriusque cum septima manu vtriusque partis requiritur quãdo vterque impedimentum affirmat, vt habetur *in d. cap. laudabilem.* late *Sanch. de matrim. lib. 7. disputat. 109. num. 23.* & sic fuit prima, & secunda difficultas sublata.

Quantum attinet ad tertiam difficultatem, licet consideratione digna sit, tamen animaduertebant Domini, quòd cum mulieres, quæ inspectionem fecerant, deponant Mariam esse valde arctam, & medici deponãt Franciscum non esse aptum ad cogno-
6 scendam mulierem valde arctam satis † constare impedimentum non esse medicinabile, quia impedimentum ex parte mulieris erat ob angustiam naturalem vasis, non autem propter aliquod accidens, quod arte medica, aut chirurgica tolli possit; quare cum satis constaret vtrumque impedimentum non esse medicinabile, vtique cessabat etiam tertium obiectum. Et ita conclusum &c.

Decisio ista in hac causa emanata sub die 13. Maij 1622. coram eodem bon. mem. Coccino est supra in hoc Tomo decis. 390.

R. P. D. VBALDO.

Cæsaraugustana Dismembrationis.

Lunæ 16. Ianuarij 1623.

ARGVMENTVM.

Vniones, & dismembrationes, si non sint effectum sortitæ, quando superueniunt nouæ Regulæ Cancellariæ sequentium Pontificum, super earum reuocatione, dicuntur reuocatæ, quod procedit etiam secundum modernas Regulas, licet in vnionibus adsit clausula, ex nunc, prout ex tunc, cum hoc specialiter in dd. regulis sit expressum. Iudex delegatus, vt validè procedat, debet tantum executioni demandare, quod habet in commissione expressum, alias quicquid præter illud decernit, ac exequitur, est nullum ex defectu iurisdictionis.

SVMMARIVM.

1 *Vniones, & dismembrationes, quando non sunt effectum sortitæ, reuocantur per subsequentes Regulas Cancellariæ nouorum Pontificum, & n. 17.*

2 *Ecclesia non est priuanda sua possessione absque citatione.*

3 *Ecclesiæ vacanti deputatur Aeconomum ad conseruandum, non ad agendum.*

4 *Ecclesiæ vacanti, dum de eius bonis litigatur, dandus est legitimus defensor, et curator.*

5 *Curator Ecclesiæ vacanti potest etiam dari ad agendum.*

6 *Ecclesiæ defensore nõ citato, si ea priuetur sua possessione, sententia remanet nulla.*

7 *Iudex delegatus ad confirmandam sententiam, et eo, dicitur nullatenus habere facultatem illam exequendi.*

8 *Rescripti, & commissionis verba sunt strictè interpretanda.*

9 *Iudex non habens in commissione aliquid faciendi si id faciat, dicitur nulliter ex defectu iurisdictionis procedere.*

10 *Iudex vt validè procedat, debet seruare seruandis & citare citandis.*

11 *Obligatione Camerali etiam, quando agitur, licet ea habeat executionem paratam, nihilominus non proceditur ex abrupto absque citatione.*

12 *de Executione concordiæ confirmatæ, & approbatæ à partibus quando agitur, nec hoc casu Iudex potest procedere absque citatione partis.*

13 Clau-

13 *Clausula, constito, posita in commissione facit executorem mixtum.*
14 *Executor mixtus debet procedere præuia citatione partis.*
15 *Sententia lata absque citatione, dicitur nulla respectu non citatij, sed secus quoad citatũ, & n.16.*
18 *Sententia nulla non potest executioni demandari.*
19 *Vnio, quod non fuerit effectuata ante mortem Pontificis concedentis gratiam, quando satis appareat.*
20 *Vnionum regula reuocatoria, non procedit in dismembratione fructuum, ex quo per eam non læditur facultas conferendi.*
21 *Sed hoc non procedit hodie secundum regulas modernas Cancellariæ.*
22 *Vnio, seu dismembratio, vt dicatur effectuata, saltem requiritur fuisse captam possessionem.*
23 *Possessio improbata per sententiam non est alicuius considerationis.*
24 *Pensio debet solui à possessore, & percipiente fructus, & num.25.*
Pensio ratione fructuum debetur, num.24.
16 *Concordiæ non effectuatio ex quo arguatur.*
27 *Regulæ Cancellariæ reuocatoriæ vnionum hodiernæ derogant vnionibus non effectuatis, etiamsi in eis adesset decretum illas ex tunc effectum fuisse sortitas.*
28 *Decis. in causa Placentina fructuum in quo casu loquatur, & num.29.*
30 *Recursus ad Iudices laicos non obstant, dum non constat de ordine, vel scientia eius, qui prætenditur illos habuisse.*
31 *Recursui ad Iudices laicos, quis ad cautelam potest renunciare, licèt falsò id ei imputetur.*
32 *de Beneficio, quod quis fuerit prouisus à Summo Pontifice, id dicitur clarè constare ex litteris Apostolicis.*

DECISIO CCCCXLVI.

SIXTVS Quintus fel. rec. dismembrauit ab Ecclesia Parrochiali loci de Bello fructus, eosque applicauit mensæ Capitulari Ecclesiæ Darocæ Cæsaraugustañ Diœcesis demptis centum ducatis pro Rectore, & sine præiudicio Romeri tunc Rectoris. Quo mortuo post obitum Sixti, & sic dismembratio-
1 ne reuocata per regulas † subsequentium Summorũ Pontificum, illa fuit iterum reualidata per sanctæ mem. Clementem Octauum, sed orta controuersia inter Iacobum Romeri successorem, & Capitulum post plures decisiones in causa factas coram Illustrissimo Cardinali Sacrato tunc Rotæ Auditore fuit inita inter partes concordia, in qua inter cætera fuit conuentum, vt donec Iacobus viueret integris Ecclesiæ fructibus frueretur, eo verò mortuo dimidia pars fructuum pertineret ad Capitulum, cuius concordiæ confirmationem Paulus V. sanct. mem. commisit Doctori Izquierdo tunc officiali Cesaraugustano, cum clausula constito de præmissis, qui eam per sententiam diffinitiuam confirmauit de anno 1615. Et cum Iacobus obierit 16. Ianuarij 1621. Capitulũ produxit concordiam confirmatam coram Petro de Molina moderno officiali Cæsaraugustano, & ab eo obtinuit immissionem iuxta formam dictæ concordiæ die 27. Martij eiusdem anni 1621. à qua sententia immissionis Bartholomæus modernus Rector appellauit, & obtinuit causam committi in Rota, & cũ fuerit dubitatum An dicta sententia esset confirman. vel infirman., Domini re mature discussa esse infirman. censuerunt ex capite nullitatis, & iniustitiæ. Nullitas deducebatur ex eo, quia post obitum Iacobi fuit datus Ecclesiæ vacanti Aeconomus, vnde quicquid esset dicendum An esset citan. Bartholomæus, qui iam erat approbatus in concursu, debuit
2 citari Aeconomus, ne † Ecclesia priuaretur sua possessione absque citatione. Et quatenus diceretur Ae-
3 conomum constitui ad conseruan. † non ad agen. *cap. cum vos. vbi glos. in verb. Aeconomos de offic. ordin. cap. quoniam 75. distinct.* Tamen saltem erat dan. le-
4 gitimus † defensor, seu Curator Ecclesiæ vacanti, *cap. 1. vbi glos. de reb. Ecclesi. non alien. in 6. Abb. in cap. 1. num. 7. ne sed. vac. Cresc. decis. 9. num. 4. de re iudic. Paris. de resign. lib. 7. q. 21. num. 1. & seq. Rot. decis. 119. in fin. par. 1. in recent. & in Vicen. parrochialis 1. Februarij 1613 coram me, & fuit dictum in Rota præterita in causa Segobien. capellaniæ co-*
5 *ram me,* qui quidem Curator potest etiam dari ad agen. *l. omnes. §. hoc nihilominus, vbi glos. in verb. defensoris. C. de Episc. & Cleric. cap. Imperatorum. de iuram. calum. cap. dilectus. de Capell. Monach. cap. constitutus de relig. dom. glos. in dicto cap. cum vos, in verb. Aeconomos de offic. ordin.* quo non legitimè ci-
6 tato, sententia remanet nulla, cum Ecclesia † remaneat priuata sua possessione fructuum sine citatione, *Cassad. decis. 1. num. 7. de restit. spol. Mohed. decis. 11. num. 2. eodem tit. fuit dictum in Pampilonen. beneficij 6. Febr. 1615. coram me, & aliàs sæpè, & pluribus tradit Garz. de benefic. par. 12. cap. 3. num. 3.* & ob hunc defectum citationis, dedit alias Rota eidem Ecclesiæ parrochiali mandatum de manutenendo, dum hæc causa ageretur inter Iacobum Rectorem tunc viuentem, & eandem Collegiatam de Daroca, vt in decisione 25. Iunij 1607. coram Illustrissimo Sacrato.

Præterea considerabant Domini quod iste modernus officialis Cæsaraugustanus de cuius sententia agitur, aut processit ad immissionem Capituli vigore
7 primæ † commissionis, & hoc facere non potuit, quia in ea non legitur data facultas, nisi confirmandi cõcordiam de mandato Papæ, non autem eã exequendi, vel immittendi Capitulum in possessionem, &
8 certum † est verba rescripti, & commissionis esse strictè interpretan. *cap. significanti in fine, de rescript. Abb. in cap. Rodulphus num. 1. eodem tit. fuit dictum in Romana dotis 27. Febr. 1617. coram me,* vnde vi-
9 gore dictæ commissionis non potuit procedi † ad dictam exequutionem ex defectu iurisdictionis. Aut processit tanquam Ordinarius ad exequutionem cõcordiæ iam confirmatæ per primam sententiam, &
10 hoc quatenus † facere potuerit, facere debuit seruatis seruan. & sic citatis interesse haben. & defensore legitimo Ecclesiæ ex supradictis, & confirmabatur
11 optimo simili, quia neque in obligatione † Camerali, quæ habet exequutionem paratam proceditur ex abrupto absque partis citatione, vt dixit Rota *in Tiburtina domus 17. Maij 1595. coram Gypsio, quæ est apud Modern. de oblig. Camer. decis. 154. num. 7.* vnde nec in exequutione concordiæ confirmatæ, & ap-
12 probatæ † à partibus debuit procedi sine citatione, maximè quia concessit immissionem iuxta tenorem litterarum Apostolicarum super cõfirmatione con-
13 cordiæ in quibus † aderat clausula constito, quæ facit exequutorem mixtum; *Rota decis. 659. lib. 3. par. 3. diuers. decis. 91. num. 2. coram Sanctiss. D.N. & sæpissimè*

14 *pissimè alias*, qui † debet procedere cum citatione
partis, *Rota decis.21. de rescript. in antiq. cum simi-*
15 *lib.* nec facit quod sententia † non dicatur nulla, sed
non afficiat non citatos. Quia id procederet, si sen-
tentia esset valida quoad citatos, iuxta citata *in l. de*
vnoquoque. ff de re iudic. sed hic fuit lata sententia
16 contra Ecclesiam nemine pro † ea citato, nec alijs
interesse habentibus, & hæc quoad nullitatem.

Quo verò ad iniustitiam, illa deducebatur ex eo,
quod officialis processit ad exequutionem concordiæ
super dismembratione fructuum, & illorum vnione
17 facta Capitulo, quæ tamen vnio, seu dismembratio
antequam esset effectuata, fuerat reuocata per regu-
lam reuocatoriam S.D.N. quæ emanauit die 9.Fe-
18 bruarij 1621. sicut in simili sententia, † nulla non
potest exequutioni, *Bald. cons.225. in causa verten.*
in princ.lib.5. Alex.cons.109. in princ. lib.5. Afflict.
decis.283.per tot. mandatum autem de immittendo
emanauit die 27. Martij eiusdem anni, & quod non
19 esset effectuata, patet, † quia effectum sortiri non
poterat, nisi post mortem Iacobi Rectoris cum quo
fuerat inita concordia, qui obijt, die 16. Ianuarij di-
cti anni.

Non obstat, quod regula nō procedat in dismēbra-
20 tione fructuum, † ex quo per eam non læditur facul-
tas conferendi, *Seraph. decis.982. nu.2. Mandos. su-*
per reg.12.q.2.num.6.in fine. Quia quicquid dicen.
esset in terminis regulæ antiquæ, super qua scripsit
21 Mandos. contrarium † censuit Rota secundum regu-
las modernas in *causa Valentina subsidij* 14.Maij
1616.*coram R.P.D. meo Pamphilio.*

Non obstat, quod per obitum d. Iacobi Rectoris
concordia videatur effectum sortita, quia nullo modo
22 fuit effectuata † vnio, seu dismembratio fructuum,
ad cuius effectum requiritur saltem possessio ad tra-
dita per *Mandos. ad reg.12.q.5.num.3.& 4.*

Nec fiat vis in possessione capta in vita Iacobi post
23 mortem Romeri. Quia illa possessio fuit † improba-
ta per Rotam in decisionibus coram Illustrissimo Sa-
crato, & datum mandatū de manutenendo Ecclesiæ

Nec rursum dicatur per solutionem pensionis fa-
ctam à Iacobo dum vixit fuisse effectuatam concor-
diam, in qua fuit cautū circa solutionem dictæ pen-
24 sionis, † quia illa erat pensio antiqua, quæ debebat
solui à possessore, & percipien. fructus, quorum ra-
tione debetur *Gig. de pens.q.39.nu.1. & q.53.nu.2.*
cum alijs per *Rotam decis.508. num.3.par.2. in re-*
cent. Gabr.cons.191. nu.2.lib.2. vnde cum Iacobus,
donec viueret deberet percipere omnes fructus ex
25 tenore concordiæ, non † mirum si debuit etiam pen-
sionem soluere, cuius solutio post eius mortem pro
rata fructuum dismembratorum pertinet etiam ad
26 Capitulum, ideo cum Capitulum nihil soluerit † pro
pensione eo magis arguitur non effectuatio concor-
diæ, & sic obiectum retorquetur.

Nec obstat clausula, prout ex tunc apposita in
27 dicta concordia, quia regula reuocatoria † expresse
derogat vnionibus non effectuatis etiamsi in ijs esset
decretum illas ex tunc effectum fuisse sortitas, vt in
reg.13.S.D.N. & fuit in his terminis *dictum in To-*
letana capellaniæ de Pastrana 23.Ianuarij 1607.co-
ram R.P.D. Pamphilio, quæ derogatio non legeba-
tur in regulis antiquis. Super quibus emanauit de-
28 cisio † in *causa Placentina fructuum coram R.P.D.*
meo Remboldo ex aduerso allegata. Vltra quod ibi
29 agebatur ad effectum, An esset † necessaria deroga-
tio regulæ de iure quæsito non tollen. vt ibi patet,
non autem ad effectum, de quo hodie agitur.

Demum non obstant recursus habiti ad Iudices,
30 quia non constat de ordine, † vel cum scientia Bar-
tholomæi fuisse habitos, sed Aeconomus recurrit pro
suo interesse, quibus etiam cessit, prout etiam cedere
31 poterit † ad cautelam ipse Rector. Quod ipse fue-
rit prouisus à Summo Pontifice constat ex litteris
32 Apostolicis exhibitis † in Rota, quæ etiam poterunt
si opus erit in actis produci.

Et ita decisum vtraque parte informante.

REVERENDISS. PIROVANO.

Romana Fabricæ.

Lunæ 16.Ianuarij 1623.

ARGVMENTVM.

Actorum defectus transportationis non causat nullita-
tem sententiæ, quando est de illis actis, qui quamuis
fuerint transportati, eorum visio non erat necessaria,
nec ex eis potest argui sententia tanquam iniusta.
Solutio indebita de iure non præsumitur, sicuti etiam
nec compensatio debiti, cuius dies adhuc non esse-
rat. Pecunia licet in dubio præsumatur expendentis,
& soluentis, tamen ista præsumptio cessat, quando
quis suscepit opus perficere alicuius, cum pecunijs
illius.

SVMMARIVM.

1 *Sētentiæ validitas colligitur ex reuolutione actorũ.*
2 *Acta prioris instantiæ nisi transportentur non pos-*
sunt per Iudicem rimari.
Sententiæ nullitas causatur ex defectu transporta-
tionis actorum, num.2.
3 *Actorum transportatio ea non est necessaria, quæ*
etiamsi essent transportata, non possent redargue-
re sententiam tanquam iniustam.
4 *Sententia lata non visis eis actis, quæ non releuant*
iusta est.
5 *Concil. Trident. dispositio circa actorum transpor-*
tationem non intrat in prophanis.
6 *Sententiæ iustitia probatur ex decisionibus in cau-*
sa factis.
7 *Compensatio, quando admittenda veniat, & nu.9.*
8 *Libro computorum priuato, standum est in præiu-*
dicium scribentis, non autem tertij.
10 *Creditum est probandum, vt debeatur.*
11 *Indebitum est concludenter probandum ad hoc, vt*
repeti possit.
12 *Solutio indebita, quod fuerit facta de iure, nun-*
quam præsumitur.
13 *Impensa ab eo facta præsumitur, qui eam facere*
debebat, & num.14.
15 *Compensatio cum debito, cuius dies adhuc non ve-*
nit, non præsumitur facta.
16 *Facultatum releuantia ad aliquid faciendum, pa-*
rum iuuat probare, nisi quoque probetur ipsum
factum, quod scilicet fuerit impensum.
17 *Opus alienum, quando quis suscepit perficere, non*
præsumitur de suo voluisse expendere, cum ad
eum non pertineat expensa.
18 *Pecuniæ regulariter præsumuntur soluentis, &*
expendentis.
19 *Pecunia non præsumitur expendentis, quando con-*
stat, illum sumpsisse opus perficiendum cum pecu-
nijs alienis.

20 ad

20 *ad Mutui restitutionem erga mutuantem quis tenetur.*
21 *Creditor non tenetur recipere suum creditum à debitore, per diminutas solutiones.*

DECISIO CCCCXLVII.

CENSVERVNT Domini sententiam Rotalem esse confirmandã, quia valida & iusta probatur.

Super validitate non fuit hæsitatum de ea, nam
1 ex † reuolutione processus constat, & quamuis opponatur defectus integræ transportationis actorum,
2 quæ † acta si deficiant, rimari per Iudicem non possunt, & nullitas sententiæ inde causetur ex decretis Trident. sess. 24. cap. 20.

Attamen exceptio releuans non est, quia acta quę narrantur deficere, nempè testes examinati, iam ab
3 hinc 25. annis † non erant talia, ex quibus si hodie attenderentur, sententia posset reuocari, tanquam
4 iniusta, vnde quoad hanc partem sententia † non visis actis, quæ non releuant, iusta est, vt resolutum fuit coram *Sanctiss. decis.* 508. *num.* 11. & quoad di-
5 spositionem Concilij illa non intrat † in prophanis, prout sæpius fuit resolutum *in dicta decis.* 508. *n.* 15.

Iustitia pariter visa fuit patens ex decisionibus in
6 † hac causa factis, fundatur enim intentio Collegij hæredis Episcopi Cuschen. in deficientia probationis prætensi crediti Ioannis de Lusar. Nam & si occasione expẽsarum in fabricanda domo iuxta ordinem, & modum à dicto Episcopo præscriptum prætendant
7 hæredes illius debuisse admitti † compensationem scutorum 2800. quæ ab eodem Episcopo dicto Ioanni de anno 1568. mutuata fuere pro emenda vinea, vt propterea vinea prædicta ab Episcopo vendita indebitè fuerit de consensu executoris testamentarij eiusdem Ioannis, & nunc hæredes Episcopi nempe Collegium teneatur ad restitutionem pretij, quod fuit scutorum 23000.

Attamen si probatio crediti deducatur ex manuali libro eiusdem Ioannis, ad quem ipse in suo testamento dixit esse recurrendum pro computis ineundis inter ipsum & Episcopum Cuschen. illi quidem in præiudicium Ioannis standum erit, sed quoad Epi-
8 scopum † non releuabit, *l. exemplo. C. de prob. cap. 2. de fid. instr.*

Si vero creditum prætendatur iustificari ex eo, quod expenderit Ioannes pro Episcopo in fabrica eiusdem domus scuta respectu muratorum 5876. & quoad fabros lignarios & ferrarios, ac scarpellinos scuta 2350. adhuc in instrumento solidationis com-
9 putorum † inter Ferdinandum executorem testamentarium Ioannis, & Hieronymum Politum, qui fuit socius in onere fabricationis ex vna, ac Episcopum Cuschen. ex altera habetur hæredes Ioannis, & Hieronymi remanere debitores Episcopi de scutis 830. attento verò non quod verè solutum fuit mercatoribus in summa scutorum 5876. sed iuxta æstimationem operis muratorum scutorum 6746. restans debitorem Episcopi fuit scutorum 46.

Demum si creditum prætẽdatur verificari ex postrema æstimatione firmata in decisione 2. Decembris 1616. coram Illustrissimo Cardinali Sacrato in scutis 9501. in hac causa facta, & tunc in alio deficiunt hæredes, dum non † probant de dicta impensa Ioannem fuisse creditorem, vt in eadem decisione firmatur, & prius in alia die 4. Iunij 1612.

Vnde ad effectum repetitionis indebitæ alienationis vineæ, & seu pretij illius, prout agunt hæredes prædicti, ac etiam impugnationis instrumenti solida-
11 tionis, neque probant indebitum, & quidem concludenter, prout necessarium est, *l. cum de indebito. in princ. ff. de prob. l. 2. vbi glos. C. de donat. ante nupt. Castr. cons.* 123. *num.* 1. *lib.* 2. *Alex. cons.* 83. *num.* 1. *lib.* 1. neque errorem iustificant, cum de iure
12 † vnquam præsumatur *Bart. in l. non factum. nu.* 10. *ff. de confess. Surd. post alios decis.* 104. *num.* 18.

Non obstant ponderata ad firman. Ioannem fuisse creditorem de dicta impensa scutorum 9501. nempe initium fabricæ ante annũ 1570. facultates Ioannis sufficientes pro impensa simili subministranda, & solutiones quantitatis pecuniarum per Episcopũ in causam factæ, quæ nonnisi per ordines, & quie-
13 tantias solebat facere, † ac demum iuris præsumptio quod impẽsa ab eo facta dicatur à quo fieri debebat.

Quia quantum ad primam pręsumptionem respectu impensę ante annum 1570. factæ, de quo tempore adhuc pecunias ab Episcopo non receperat, patet responsio ex instrumento cõuentionis cum murato-
14 ribus sub die 7. Martij 1569. quibus non † apparet aliqua summa numerata ad eum effectum, & tamen impossibile admittitur, quod muratores magis expedierint sub spe futuræ receptionis, quam vt Ioannes
15 efficeretur creditor Episcopi, vel † compensaret, cũ debito, cuius dies tunc non venerat, *Surd. decis.* 186. *num.* 7. *Rota decis.* 92. *num.* 5. *par.* 1. *diuers.*

Quo vero ad secundam pręsumptionem de sufficientibus facultatibus Ioannis pro impensa subministrãda, tam ex vino recollecto in eadem vinea, quam
16 ex alijs vineis propriis ipsius Ioannis † parum refert releuantia facultatum, nisi etiam probetur factum, quod scilicet fuerit impensum.

Similiter nec iuuat consuetudo, & stylus Episcopi soluendi pecunias per ordines, & quietantias quasi pro residuo sit Ioannes creditor cõstituendus, quia ex instrumento solidationis constat Ioannem, & Hieronymum assumpsisse onus construẽdi fabricam cum pecunijs Episcopi, & per nudum factum
17 Ioannis solum censeri debet, † cum ad illum expendere non pertineret, *Bertr. cons.* 282. *nu.* 2. *lib.* 2. quem Rota recepit *in Romana expeditionis bullarum* 21. *Aprilis* 1600. *coram Illustriss. Card. Millino.*

Et per eandem rationem tollitur vltima pręsump-
18 tio. quod pecuniæ † regulariter præsumantur expẽdentis, & soluentis, *l.* 2. *vbi Bart. num.* 2. *C. pro soc. Bald. in l. in restituenda nu.* 3. *C de petit. hæred. Tiraq. de retr. conuen. ad fin. tit. num.* 88. quia conclusio est vera, sed conuentio relata in instrumento solidationis repugnat, dũ fabrica assumitur construen-
19 da cum pecunijs Episcopi, † vt ideo pecunia non expendentis, sed eius ad quem impensa pertinebat censeri debet facta, vt in decisione 2. Decemb. 1616. fuit firmatum, & si dicatur ad Ioannem hanc impensam pertinuisse pro rata debiti, ex mutuo contracti,
20 † ad cuius restitutionem tenebatur idem Ioannes erga Episcopum, facilè euitatur obiectum, quia nec dies solutionis venerat, nec Episcopus poterat com-
21 pelli † ad suum creditum recipiendum per diminutas solutiones, *l. tutor. §. Lutius. ff. de vsur. Surd. post alios decis.* 186. *num.* 2. Et ita &c.

RE-

REVERENDISS. COCCINO.

Vallis soletana Parochialis.

Lunæ 20. Ianuarij 1623.

ARGVMENTVM.

De potestate Papæ vnientis aliquod beneficium absurdum esset, si quoquomodo de ea dubitaretur, ac ea vnio optimè dicitur probata ex Bulla Apostolica desuper emanata. Regula reuocatoria vnionum, quãdo non intret. Vnio, quando clarè est probata, quod habuerit effectum, tunc intendens contrarium, qua probatione grauetur. Vnionis titulus, licet patiatur aliquam difficultatem, tamen sufficit ad præscribendũ & quantum tempus requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Vnio optimè probatur ex Bulla Apostolica, dum d. vnione expedita.*
2 *de Potestate Papæ amplissima in beneficialibus absurdum est dubitare.*
3 *Vniones non effectuatæ, reuocantur per regulas earum reuocatorias sequentium Summorum Pontificum.*
4 *Regula reuocatoria vnionum, non intrat nedum, quando vnio est facta de vacanti, sed etiam pro dote alicuius beneficij.*
5 *Beneficij vnio, quin fuerit effectuata, ex quo dubitari non possit. & nu. 6 & 7.*
8 *Sententia non releuat, dum suspensa remanet per appellationem.*
9 *Vnio, quando remaneat in suo esse, licet super ea diu sub lite stetit.*
10 *Prouisiones factæ lite pendente non constituunt aliquod ius.*
11 *Testes deponentes super dissolutione vnionis beneficiorum, qualiter veniant interpretandi.*
12 *Ecclesia Parochialis vnita, certum est, quod debet habere Vicarium, vt disponit Concil. Trident.*
13 *Vnio, quando est plene probata, tunc asserenti contrarium, incumbit onus hoc probandi plenè, & cõcludenter.*
14 *Vnionis titulus præbet iustam causam præscribẽdi.*
15 *Vnio, vt dicatur præscripta, requiritur vel immemorabilis, vel quadragenaria cum titulo.*
16 *Possessio quadragenaria cum titulo, quando in aliqua vnione non possit negari.*

DECISIO CCCCXLVIII.

FVIT resolutum Parochialem, de qua agitur, esse vnitã Archidiaconatui de Tordesillas, hoc enim
1 probatur † ex Bulla vnionis facta per Leonem Decimum de anno 1519. quæ facit probationem probatã *Ias. in l. 1. num. 10. ff. de nou oper. nunciat. Aym. cons. 382. num. 8. par. 3. Soccin. cons. 87. col. fin. num. 23. in fin. lib. 3.* absurdum enim esset dubitare de potestate
2 Papæ, † quia amplissimam habet auctoritatem in beneficialibus, *vt in puncto de vnionibus faciendis, dicunt Guid. Papa decis. 134. num. 4. vers. imo si Papa, vbi latissimè Rebuff. de vnion. in prax. nu. 23.*

Neque illa vnio potest dici reuocata per regulam
3 Adriani VI. † ex quo possessio Parochialis fuit solum capta per Constantinum tunc de Archidiaconatu pro-
4 uisum de anno 1523. quia cum vnio † fuerit facta nedum de vacante, sed etiam pro dote Archidiaconatus non censetur per dictam regulam reuocata *Cresc. dec. 1. & 3. de Paroch. Achil. dec. 1. de vnion. reuoc. Mandos. super regula 12. quæst. 3. num. 3. Seraph. dec. 482. num. 1. par. 1. Rota dec. 1143. late Gonzal. super regula 8. glos. 5. §. 7. num. 48.*

5 Neque etiam negari potest, quin huiusmodi † vnio habuerit effectum, quia Constantinus prouisus de Archidiaconatu obijt de anno 1566. & constat ex pluribus actibus Parochialem possedisse de eodem enim anno 1523. obtinuit duas licentias à prouisore
6 bona locandi, & de anno 1549. † aliam licentiam tradendi possessionem cuiusdam Capellæ, quæ omnes licentiæ fuerunt concessæ prædicto Constantino tanquam Archidiacono, & Curato per cuius obitum fuit prouisus Gundisaluus de dicto Archidiaconatu,
7 † qui pacificè possedit vsque ad annum 1595. de quo tempore fuit lis mota contra ipsum.

Neque ex dicta lite potest induci non effectuatio, quia licet per Palentinum fuerit lata sententia contra
8 Gundisaluum, tamen † fuit suspensa per appellationẽ, & litigatum vsque ad annum 1608. de quo tempore fuit facta concordia confirmata per Sedem Apostolicam, in qua quidam Ferdinandus, qui tunc fuerat prouisus de parochiali, cessit liti, & causæ ad fauorem Gundisalui, & ipse obtinuit coadiutoriam de Archi-
9 diaconatu, † & sic vnio remansit in suo esse iuxta notat *per Felin. in c. illud num. 17. vers. 14 conclus. de præscript. & per Couar. in reg. possessor part. 2. §. 12. nu. 4. vers. 2. conclusio tom. 1.*

Nec minus potest dici non effectuatio cum ab anno 1595. quo lis incepit vsque ad annum 1608. quo fuit facta concordia, fuit prouisus de Parochiali post obitum Didaci Gomez. de anno 1599. Didacus Perez. & per illius obitum de anno 1604. Ferdinandus Gomez. cum quo de anno 1608. fuit facta concor-
10 dia, † quia omnes istæ prouisiones fuerunt factæ lite pendente, & prouiso Didaci Perez. sine præiudicio iurium Gundisalui, & quamuis hinc inde in hac lite fuerint examinati testes, & examinati pro parte im-
11 petrantiũ videantur deponere de dissolutione † vnionis, & de possessione Hieronymi de Zauallos, tamen cum testes examinati pro parte Archidiaconi deponant istos possedisse tanquam Vicarios, cum ex prædictis constet de vnione, magis placuit ista secunda depositio cum certum, sit Ecclesiam Parochialem
12 vnitam debere † habere Vicarium, vt clare legitur in Coucil. Tridẽt. & hoc sufficit ad infringenda dicta testium, qui deponunt de dissolutione vnionis, de qua
13 cum plenè constet † asserenti contrarium incumbit onus hoc probandi plenè, & concludenter.

Ex abundanti fuit additum, quod quatenus titulus
14 vnionis † pateretur aliquam difficultatem sufficiens, tamen fuisset ad præscribendum ad quem effectum
15 requiritur, aut immemorabilis aut † quadragenaria, cum titulo *ex deductis coram me in causa Feltren. præbendæ 6. Iunij 1605.* per ea quæ latè habentur *in cons. Felin. 2. in princ.* quæ quidem quadragenaria cum titulo in hoc casu minime potest negari vt supra

Et ita conclusum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. REMBOLDO.

Aretina Plebaniæ S. Felicis.

Lunæ 23. Ianuarij 1623.

ARGVMENTVM.

Subrogato gratiosè, per immissionem non acquiritur noua

noua possessio, sed potius continuatur possessio defuncti in eum ministerio Principis, quæ possessio valens est ad effectum acquisitionis fructuum ante immissionem perceptorum, & sine dubio id procedit, quando possessio facti ab alio non fuit occupata. Subrogatio gratiosa fraternizat cum statuto continuante possessionem defuncti in hæredem, Ac ea subrogatio pari passu etiam ambulat cum remedio l.fin.C. de edict. D.Adr.tollend.& in quo discordet.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatio gratiosa operatur, vt possessio defuncti ministerio Principis in subrogatum transferatur.*
2 *Fructus rei sine dubio spectant ad possessorem.*
3 *Subrogatio gratiosa an deseruiat potius ad effectum acquisitionis possessionis, quam vt ea dicatur continuata in subrogatum.*
Immissio, & non manutentio datur vigore subrogationis gratiosæ nu.3.
4 *per Subrogationem gratiosam sine dubio trāsfertur possessio iuris.*
5 *Subrogatus gratiosus, vt acquirat possessionem facti, requiritur apprehensio, seu immissio.*
6 *Et dicta immissio, ita coniungit possessionem facti, vna cum possessione iuris, vt potius censeatur continuatio possessionis defuncti, quam noua apprehensio.*
7 *Subrogatio gratiosa nihil aliud est, quam quadam cōtinuatio in subrogatum illius possessionis, quam habebat defunctus.*
8 *Subrogatio gratiosa, & statutum de continuanda possessione defuncti in hæredem pari passu ambulant.*
9 *Possessio defuncti continuata in hæredem vigore statuti id statuentis nec momento quidem vacans censetur.*
10 *Subrogatio gratiosa regulatur secundum terminos l.fin.C.de edict.D.Adr.tollen.*
11 *in Remedio l.fin.C.de edict.D.Adr.non tollend. non veniunt fructus præcepti post mortem testatoris.*
12 *Et qualiter in hoc hæredi succuratur.*
13 *Subrogatio gratiosa, licet reguletur secundum terminos l.fin.C.de edict.D.Adr. tollend. tamen in quo differat ista æquiparatio.*
14 *Possessio defuncti transfertur in subrogatum gratiosum, & per immissionem continuatur potius possessio defuncti, quam noua acquiratur.*
15 *Subrogatus gratiosè postquam est immissus in possessionem, habetur ac si verè possedisset a die obitus defuncti.*
16 *Etiam ad effectum acquisitionis fructuum ante immissionem.*
17 *Fructus non veniunt in interdictis, nisi à die, qua sunt edita.*
18 *in Subrogatione gratiosa speciale est, vt non noua acquiratur possessio, sed ministerio Principis continuatur ipsa possessio defuncti.*
19 *Subrogatio gratiosa sufficit ad acquisitionem fructuum, saltem quando ante immissionem possessio facti ab altero non fuit apprehensa.*
20 *Fructus nulli alio magis debentur quam vero possessori.*
21 *Decis. in causa Oscen. 16.Nouemb.1620.corā Card. Pamphilio declaratur.*
22 *sub Clausula, Parito, non veniunt fructus, quando de eis in commissione nulla facta est mentio.*
23 *Subrogato gratiosè quando non possint denegari fructus percepti ante obtentam immissionem.*

DECISIO CCCCXLIX.

DOMINI censuerunt fructus Plebaniæ, de qua agitur, penes sequestratarium existentes esse consignandos Dominico in possessionem dictæ Plebaniæ vigore gratiosæ subrogationis Immisso, quia possessio, quæ erat penes defunctum antecessorem
1 dicti Dominici, facit vigore dictæ gratiosæ † subrogationis, in Dominicum Principis ministerio translata. *Lancell.de atten.par.2.cap.4.num.395.Paris. de resignat. benefic. lib.2.q.3.num.70. & 74. Mohe. dec. 11.num.2.vt lit. pendent, & fuit dictum in Parmen beneficij S.Nicolai de Tolentino 21. Aprilis 1589.coram bo. me. Penia, & alias sæpissimè*, ac propterea dictus Dominicus habetur à die obitus dicti eius an-
2 tecessoris pro possessore, & per consequens † ad ipsum quoque pertinent dicti fructus, quia spectant absque dubio ad possessorem *Cephal. cons. 63. num. 10. & seq. et num.15.lib.1.Gudopap.dec.356. nu. 5. Rota dec.397.num.4.par.1.in recent.*

Nec obstat quod gratiosa subrogatio deseruit potius ad effectum, vt subrogatus valeat apprahendere
3 possessionem, quam vt censeatur † per eam continuata possessio defuncti in subrogatum, ideoque non datur vigore dictæ gratiosæ subrogationis manutentio, sed immissio.

Quia est aduertendum quod per gratiosam subro-
4 gationem † transfertur absque dubio possessio iuris. Et quamuis ad effectum acquisitionis possessionis fa-
5 cti requiratur † iuxta stylum, quem Rota seruat apprehensio, seu immissio; nihilominus per huiusmo-
6 di immissionem ita coniungitur † possessio facti cum dicta possessione iuris, vt potius censeatur continuatio possessionis defuncti, quam noua apprehensio *ad tradita per Lancell.de attent.d.par.2.cap.4. numer. 395. Rota decis. 472.num.5.lib.3.par.3.diuers.& fuit dictum in Regien. Prioratus 14. Iunij 1604. coram Reuerendiss. D.meo Decano, et in Burgen. Canonicatus 30. Martij 1607. coram Sanctiss. D. N.* vbi
7 quod subrogatio nihil aliud † est, quam quædam cōtinuatio in subrogatum illius possessionis, quam ha-
8 bebat defunctus † quodque subrogatio & statutum de continuanda possessione procedunt per easdem regulas, itaut sicuti statutum operatur, quod possessio,
9 † nec monumento quidem temporis censeatur vacans, ita pariter eundem effectum producit subrogatio.

Nec propterea obstat, quod dicitur, quod
10 materia † subrogationis regulatur iuxta terminos, *l.fin.C.de edict.D.Adr.toll.* quodque in illo remedio non veniunt fructus post mortem Testatoris, quia hæres mittitur in possessionem bonorum, quæ fuerūt
11 testatoris † tempore eius mortis *Menoch. de adipiscen.remed.4. num. 800. & seq.* vbi etiam subdit hæ-
12 redi esse succursum alio remedio † scilicet petitione hæreditatis in petitorio pro consequendis fructibus, nam licet subrogatio in pluribus reguletur iuxta
13 † terminos dictæ l.fin. Tamen hoc habet peculiare, quod per eam transfertur possessio defuncti in subro-
15 gatum, & quod † per immissionem vigore dictæ subrogationis continuatur potius possessio defuncti quā
15 † noua acquiratur, ita quod subrogatus posteaquam fuit immissus perinde habeatur, ac si a die obitus defuncti verè possedisset etiam ad effectum acquisitionis

16 nis † fructuum ante immissionem *ex supra allegatis & fuit firmatum in Corduben. Beneficiorum 16. Nouembris 1618. coram R.P.D. meo Caualerio.*

Et eadem ratione tollitur aliud etiam obiectum,
17 quod in interdictis † non veniunt fructus nisi à die, qua sunt edita interdicta, *Menoch. dicto remed 4. q. 97. num. 800. & seq.* quia vt dictum est, hoc est spe-
18 ciale in subrogatione, † quod per immissionem non acquiritur noua possessio, sed potius continuatur possessio defuncti ministerio Principis in subrogatum translata. Et hæc possessio sufficit ad effectum acqui-
19 sitionis † fructuum, saltem quando ante immissionē nō fuit possessio facti ab alio occupata, vt in casu isto, quia tunc habetur pro vero possessore, nec vlli alteri,
20 † quam sic possidenti videntur huiusmodi fructus magis debiti *ad tradit per Din. in cap. sine possessione de reg. iur. in 6. Accbill. decis. 24. numer. 3. de restit. spoliat.*

21 Nec obstat decisio in causa † Oscen. 16. Nouembris 1620. coram R.P.D. meo Pamphilio, quia in illa decisione dicitur, quod sub clausula, Parito Breui, nō
22 veniunt fructus, † quia in Breui nulla fit mentio fructuum. non autem negatur, quod fructus etiam ante immissionem decursi non debeantur subrogatio vigo-
23 re subrogationis immissio, † quando ante immissionē non fuit possessio facti ab alio occupata, qui est casus, de quo nunc agitur, nec propterea dicta decisio applicatur.

REVERENDISS. MANZANEDO.

Patriarcha Hierosolymitano.

Romana de Mazzatostis.

Lunæ 23. Ianuarij 1623.

ARGVMENTVM.

Bona aliena dicuntur tacitè hypothecata, quando debitor obligat quoque bona futura, cum ea obligatio conditionem illam recipiat, quatenus bona aliena ad eū perueniant, & quando ad eum perueniunt, admittitur retrotractio, vt ab initio contractus, atque in quibus terminis id procedat. Et interpretatur casus textus in l. qui balenum §. Titia ff. qui potior. in pign. hab. Retrotractio ad effectum hypothecæ bonorum non intrat, quando adest causa resistens.

SVMMARIVM.

1 *Bona futura, quando non intrent sub hypotheca.*
2 *Obligans bona futura, perinde est ac si obligasset bona aliena.*
3 *Quæ obligatio habet in se tacitam illam conditionē si illa bona ipsius obligantis erunt.*
4 *ad Bonorum futurorum hypothecæ effectum sufficit, quod res aliquando fuerit in dominio donantis.*
5 *Hypotheca retrotrahitur ad diem contractus etiam in præiudicium tertij, quando sumus in contractu suspenso conditione casuali.*
6 *Bald in l. qui Balenum §. Titia. ff. qui potior. in pign. declaratur. & num. 7.*
8 *Pignus rei alienæ, tunc conualescit, aut confirmari dicitur, quando illa res efficitur debitoris.*
9 *Debitoris, eo ipso, quod res aliena efficitur, intrat retrotractio, & valet super ea pignus perinde ac si tunc specialiter esset obligata.*
10 *Text. in l. qui balenum §. Titia ff. qui potior. in pign. hab. quo casu loquatur, explanatur.*
11 *Hypothecata dum fuit res aliena alicui, sub tacita conditione, si erit debitoris, ac deinde ea res fuerit quoque hypothecata secundo creditori, cum expressione, quod iam primo creditori erat obligata.*
12 *Si ea res deuenerit ad debitorem, ac vendita fuit, ac satisfactus primus creditor, eo casu creditor secundus aliquod ius super d. rē non poterit prætendere, & quare.*
13 *Hypotheca in contractibus conditionalibus non retrotrahitur vsque ab initio, si contractus purificetur, quando adest causa resistens.*
14 *Et quando ista causa resistens non videtur adesse.*
15 *Cotditio suspendens contractus, quando purificatur admittitur retrotractio.*

DECISIO CCCCL.

In vltima decisione in ista causa facta sub die 27. Iunij præteriti * disputaui, An bona acquisita post dictam donationem venirent sub hypotheca eiusdem primæ donationis, & informantibus DD. de Castro alijs intimatis, & informare recusantibus, Domini sequuti sunt partem affirmatiuam, cui parte aduersa non acquiescente denuo super eisdem proposui causam, & vtraque parte acriter informante, & Domini steterunt in decisis, rationibus, iuribus, & fundamentis in decisione adductis, quæ Dominis placuerunt.

Quibus non obstat, quod nec de tempore donationis, nec de tempore purificatæ conditionis, hoc est mortis Iulij donatoris, ista bona futura non
1 erant † in dominio donantis, quo casu non cadunt sub hypotheca Caroli, iuxta dispositionem, *text. in l. qui Balneum, §. titia, ff. qui pot. in pign. hab. & ibi Bald. & alij allegati per informantes pro parte R.P.D. Bonauenturæ.*

Quia fuit responsum, quod dum Iulius obligauit
2 bona futura † est, ac si obligasset rem alienam, quæ obligatio habet in se tacitam conditionem si illa
3 bona † ipsius obligantis fiant, *l. res C. si alien. res pign. dat. sit. l. si fundus §. aliena res. ff. de pignor.* Vn-
4 de ad effectum † hypothecæ sufficit, quod res aliquando fuerit in dominio donantis, siue de tempore contractus siue ex post *l. & quæ nondum §. 1. ff. de pignor. Bart in l. rem alienam sub num. 5. vers. Si verò ex generali, ff. de pignor. act. Neguf. de pignor. 8. par. 3. membr. num. 6. Magon. decis. 13. num. 9.* & ideo
5 quando † sumus in contractu suspenso conditione casuali, vt in casu nostro, hypotheca retrotrahitur ad diem contractus etiam in præiudicium tertij, ad cuius fauorem medio tempore fuit facta alia donatio, vel dispositio, *ad text. in d. l. qui Balneum, vers. sed etsi hæres, vbi glos. in verb. conuenisset, ff. qui pot. in pign. hab. Paris. cons. 11. num. 83. & seq. & præsertim num. 88. lib. 1. Gabr. cons. 141. num. 8. lib. 1. Castr. cons. 446. num. 1. lib. 2. vltra alios in alia decisione adductos.*

6 Non obstat Bald. in d. §. Titia † in lectura antiqua quia illa verba saltem tempore existentis conditionis debet intelligi relata ad illum text. de illa conditione quæ inest in ipsamet hypotheca bonorum alienorum nempe quando sunt bona effecta ipsius debitoris, non quando purificatur conditio contractus principalis,
7 † quia loquitur de conualescentia pignoris non de illius exequutione, nec de purificatione contractus, pignus

8 pignus autem rei alienæ, tunc conualescere, aut cõfirmari dicitur † quando illa res efficitur debitoris, vt declarat Bart. in d. §. Titia vers. quãdo res duobus in illis verbis, quando res peruenit in dominium debitoris confirmatur pignus latè Baldun. de pignor. cap. 12. vers. nunc è diuerso videamus, nam eo ipso,
9 quod res aliena † fit debitoris, intrat retrotractio, & valet super ea pignus, perinde ac si tunc fuisset specialiter obligata glos. in l. & quæ §. 1. in verb. obligatum iuncto illo text. ff. de pignor.
10 Vlterius dictus text. † in d. §. Titia non adaptatur casui nostro, vt fuit in alia decisione declaratum, quã declarationẽ Domini amplexi fuerunt, in casu enim
11 illius textus fuerat res † aliena per vxorem pignorata Titio primo Creditori sub tacita conditione si fieret ipsius debitoris, post fuit pignorata Meuio secundo Creditori sub expressa conditione, si dixerit esse obligata primo, fuit vendita marito, & nunquam acquisitum ius Meuio secundo Creditori nõ tempo-
12 re † quo fuit vxoris, quia tunc erat obligata Titio primo Creditori, non postquam desijt esse obligata primo quia tunc erat vendita marito, & sic erat
13 † causa resistens, ex qua non poterat incipere esse obligata secundo Creditori, cum iam esset mariti.

Sed in casu nostro bona Iulij quæsita post donatio-
14 nem † statim inceperunt esse obligata ad fauorem Caroli, cum non adesset causa resistens, sed solum
15 conditio suspendens, quæ † purificata retrotrahitur ex supradictis, & ita dixerunt Domini esse intelligendos omnes DD. ex aduerso allegatos.

Et ita resolutum, &c.

☞ *Decisio, quæ hic allegatur in hac eadem causa emanata sub die 27. Iunij præcedentis anni 1622. est supra in hoc Tomo decisio 419. vbi adduxi alias decisiones in hac causa factas.*

R. P. D. NAVARRO.

Albinganen. Capellæ.

Veneris 27. Ianuarij 1623.

ARGVMENTVM.

Præsumptio licet in dubio sit pro Iudice, & Executore, vt ritè, & rectè processerint, ita vt alleganti contrarium incumbat onus probandi Iudicem vel executorem nulliter processisse, tamen qualiter ista conclusio veniat intelligenda. & veritas, vt quando fundamentum intentionis agentis in ea præsumptione fũdata manet, & tunc non sat est, eam tantum allegare sed quoque probatio deducenda est. Decretum irritans vt operetur suos effectus, quid nam sit necessarium.

SVMMARIVM.

1 *Possessio in dubio de iure præsumitur vacua.*
2 *Locatio iuncta cum perceptione fructuum probat possessionem.*
3 *ex Prohibitione, ne quis percipiat fructus rei a se possessæ, arguitur illius possessio.*
4 *Possessio posterior præsumitur clandestina, & ideo non manutenibilis.*
5 *Iudicis auctoritate immissus, ritè, & rectè procedentis, quod operetur talis immissio.*
6 *pro Executore, vt ritè, & rectè processerit, stat præsumptio.*
7 *Executor, quod nulliter processerit, onus id probandi incumbit asserenti.*
8 *Actorum transportatio est necessaria ad probandã negatiuam citationis, vel alterius nullitatis.*
9 *Reus quando possidet, & actor impugnat eius immissionem, quia excutor ritè, & rectè non processerit, tunc actor tenetur docere iniustitiam immissionis.*
10 *Possessor anterior, si petat manutentionem & posterior alleget fuisse priuatum sua possessione per Iudicis mandatum.*
11 *Hoc casu ille posterior, tamquam fundamentum suæ intentionis tenetur docere Iudicem ritè, & rectè processisse.*
Iudex nulliter procedendo non priuat aliquem sua possessione. nu. 11.
12 *Decis. in causa Romana de Bõbellis 31. Maij 1613. coram Card. Sacrato, quo casu loquatur.*
13 *Possessione sua, si quis passus est priuari, suscepit in se partes actoris, & tunc tenetur probare Iudicem nulliter processisse, quod secus esset, si esset reus, & possessor.*
Reo sufficit vincere per non ius actoris. nu 13.
14 *Iudicem ritè, & rectè processisse, probare id tenetur, cuius est fundamentum intentionis.*
15 *Citationis defectus colligitur ex reuolutione actorum.*
16 *Acta præsumuntur integrè transportata.*
17 *Clausula, dummodo non sit alteri ius quæsitum, facit executorem mixtum.*
18 *Beneficium, quando est impetratum tamquam certo modo vacatum, tunc executor literarum Apostolicarum efficitur mixtus.*
19 *Possessor semper est citandus, dum iudicialiter proceditur.*
20 *Papa postquam apposuit manus super aliquo beneficio, illud non censetur vacans.*
21 *Intrusus merus præsumitur, quando quis apprehendit possessionem beneficij, postquam super eo apposuit manus Papa.*
22 *Decretum irritans inest prouisioni Apostolicæ afficiens patronos, præsentatos, etiam ignorantes.*
23 *Decretum irritans non afficit, nisi quando constat illud intrare, & donec super hoc cognoscitur, possessor est manutenendus in sua possessione.*

DECISIO CCCCLI.

VACANTE Cappellania Sancti Ioannis Baptistæ in Ecclesia Sanctæ Margaritæ loci de Pontedosio Albinganen Diœcesis, fuit ad illam præsentatus à Dominis de Doria tanquam patronis Augustinus Doria sub die 19. Iulij 1620. vt in eius Sum. num. 1. & ab Episcopo institutus die 18. Augusti sequentis eodem Summ. num. 2. & de dicta Cappellania per procuratorem constitutum possessionem adeptus Summ num. 3. obtinuit edicta contra damnum dantes in bonis prædictæ Cappellaniæ Summ. num 4. 5. & 6. & eadem bona locauit, pensionesque in parte exegit. Summ num. 3.

Paulus Rebutatus eãdem Cappellaniam tanquam vacantem à Sede Apostolica, vti deuolutam per omissionẽ præsentationis impetrauit die 7. Iulij 1620. Summ. Pauli num. 1. & à Vicario Saonensi exequutore in litteris Apostolicis deputato obtinuisse dicitur mandatum de manutenendo, cuius vigore fuit immissus die 29. Septembris 1620. Summ. eiusdem Pauli

li num.2. ad cuius instantiam commissa causa iacta-
tionis, & iactationum in Rota Illustrissimo D. Car-
dinali Sacrato, tunc Sacræ Rotæ Locumtenenti, in
eius locum subrogatus dubitaui, cui esset dandum
mandatum de manutenendo.

Et Domini censuerunt D. Augustinum manute-
nendum. Constat namque de eius possessione ante-
riori ex publico Instrumento adeptæ possessionis per
procuratorem specialiter constitutum Summ.num.3.
Quod Instrumentum sufficit pro manutentione obti-
1 nenda, cum † possessio esset vacua, vt præsumitur.
*Seraphin.decis.322. num.3. & Instrumentalis posses-
sessio possidentem in hoc iudicio tuetur l. prædia, vbi
Bart ff.de acquir. possess. Rot decis.42. & 46. num.2.
coram Sanctiss. & fuit dictum cum alijs allegatis in
Neocastren. parrochialis coram me 18. Aprilis
1622.*

Confirmatur præterea dicta possessio ex locatione
& perceptione pensionis.Summ. Augustini numer.7.
2 quæ locatio iuncta† perceptione fructuum bene pro-
bat possessionem *Bart.in l.ad probationum C. locat.
concl.4.num.2.Rota in recent.decis.573.num.5.part.
2.& coram Sanctiss. decis.200. num.1. & decis. 318.
num.2. & decis. 6.num.6.*

Deinde ex edictis per eum impetratis contra tur-
3 bantes eum in possessione, † & percipientes oliuas,
& fructus dictæ Cappellæ Summ.num 4.5.& 6.& sic
constando de eius anteriori possessione, Augustino
danda est manutentio *cap. licet causam, vbi Felinus
nu.8.vers.sic tertio cum de probation.Bart. in l. vni-
ca num.8.vers.si vero vterque probauit C. uti possi-
detis Anchar.cons.274.num.1.& fuit dictum coram
Sanctiss. decis.9.num.2. & decis.549. num.1. & in
dicta Neocastren.,& in Fauentina beneficij Veneris
1. Iulij 1622. coram me, & alibi sæpissimè.*

Pauli vero possessionem non dixerunt manutenē-
4 dam, quia tanquam posterior præsumitur † clande-
stina, & ideo non manutenibilis, *DD. in cap. licet
causam de probation. Rota decis.27. num.7. & decis.
506.num.5.par.1. diuers. & decis.111. nu.1. par.2.
& coram Sanctiss.decis.6.num.3.& decis.171. nu.2.
& in recent. decis.293. num.8.par.1. & in allegatis
Neocastren. & Fauentina cum alijs.*

Minusq. obstare putarunt Paulum fuisse immis-
5 sum auctoritate Iudicis, qui ritè,†& rectè procedēs
priuat possessorem quacumque possessione naturali
& ciuili, *l.iustè. ff.de acquir. possess. Angel. in l.clam
possidere. §.qui ad nundinas num.2. in fin. & ibidem
Iason.num.38. ff.eodem tit. Rota in recentior. decis.
173.num.1. & decis.293. num.5. par.1. & coram
Sanctiss. decis.582. num.2.* quod iuris axioma verissi-
mum est, sed minor, nec vtique probatur,cum non
6 constet Iudicem rite & recte processisse, licet † præ-
sumptio sit pro exequutore, *l. ab ea. ff. de probation.
Surd.cons.39.num.7. lib.1.* cum alijs per Rotam *di-
cta decis.293. num.6.* onusq. probandi nullitatem
7 † incumbat alleganti *Seraphin. decis.867.* & ad hunc
effectum sit necessaria actorum transportatio,*Rot.de-
cis.636.num.2.& 3. par.1. diuers. & decis. prædicta*
8 *293.num.7.* quia aliter †negatiua citationis, vel al-
terius nullitatis detigi non potest,vt fuit dictum ho-
die coram me *in Pistorien. plebaniæ.*

Domini tamen responderunt allegata in prædicta
decisione procedere in diuersis terminis, quando
9 scilicet †reus possideret, & ad excludēdum actorem
allegare se rite & recte à Iudice immissum, quia tūc
actor tenetur docere iniustitiam immissionis, secus si
10 possessor anterior peteret manutentionem, † & po-
sterior allegaret fuisse priuatum sua possessione per
Iudicis mandatum, quia tenetur ipse tanquam fun-
damentum suæ intentionis ostendere rite, & recte
11 Iudicem processisse, †nam aliter nulliter proceden-
do non priuat possessorem sua possessione, *Abb. in
cap. conquærente num.8. de restitut. spoliat. Rota in
recentior. dec.111.num.2.par.1. & coram Sanctiss.
decis.549.num.5. & decis.9.num.4.& decis.69. nu-
mer.3.& decis.47. num.2.& decis.105. num.22.*

Eodem modo respondetur *decis.* in *Romana de*
12 *Bombellis* †31.*Maij* 1613. *coram Illustriss. Cardi-
nali Sacrato*, quæ procedit,quando per viam appel-
lationis passus quis est sua possessione priuari, susce-
13 pit partes actoris,†secus si rei & possessoris, vt dixi,
partes sustinet, quia illi sufficit vincere ex non iure
actoris, *Aym.cons.177.nu.1. Rot. decis.1. & 3. de re
iudic.in nouis, & decis.284. num.4. par.1.in recent.*
14 & ideo cum sit fundamentum intentionis † agentis
Iudicem ritè, & recte processisse probare tenetur,
*Rot.decis.102.num.6. par. 1. diuers. Seraphin. decis.
1171.num.2. Acchil.decis.1.de probation.*

15 Defectus citationis ex reuolutione † actorum pro-
batur secundum *Bald.& Angel.in l.si benè. ff. de in-
iust. nupt. & irrit.testam. Rot.dec.64.num.2. par.1.
diuers. & decis.636. eadem parte*, & acta integra
16 † præsumuntur *Aym. de antiq. temp.part. 2. nu.55.
Rota coram Sanctiss. decis.59.num.1.& §.72. num.
1.& 508. num.5. & in recent.decis. 207. numer.23.
part.2.*

Exequutor autem tenebatur citare, cum in litte-
17 ris Apostolicis fuit apposita † clausula, dummodo
non sit alteri ius quæsitum *Rota coram Sanctissimo
decis.91.num.2. & decis.413.nu. 4.* quia stante clau-
sula prædicta efficitur mistus exequutor, eo magis,
18 quod fuerat † impetratum tanquam certo modo
vacatum *Rot. in recentior. decis. 701. num.2.par.1.*
19 & erat possessor † citandus *c.licet Episcopus vbi gl.
de præbend. in 6 Card.cons.65.in princ. Olárad.cons.
223.num.3.vers.alia ratio* Rota *in recent.decis. 293.
num.8 part.1 decis. 525.num.4 part. 2. cum alijs in
Neocastren. allegatis.*

Denique nec releuare crediderunt, quod prouí-
sio Papæ institutionem Augustini præcessisset, & sic
20 post † appositionem manus Pontificis, beneficium
non censetur vacans, & sic nullum Augustino quæ-
21 situm ius, cum merè intrusus † debeat reputari,
nec in possessione manuteneri propter decretum ir-
ritans, quod inest Apostolicæ prouisioni afficiens
22 † patronos & præsentatos etiam ignorantes. *Paris.
cons.47.numer.31. & 34.in fin.& 39. lib.4.* quia re-
spondendo decretum irritans non afficere, nisi quā-
23 do constat † illud intrare & quousque super hoc fue-
rit cognitum requirens altiorem indaginem,non de-
negatur manutentio *Garz. de benefic. part. 5.c.1.
numer.43.& seq. Seraphin.dec.1471. numer.5. Rot.
decis. 516.numer.4.par.1.& dec.423.num.5.p.2.in
recent.*

Ita Domini decreuerunt vtraque parte infor-
mante.



R.P.D.

R. P. D. REMBOLDO.

Romana fructuum Dotis.

Veneris 27. Ianuarij 1623.

ARGVMENTVM.

Mandatum relaxatum, vt valeat, debet esse certum, & pro qua summa relaxatur, debet constare. Calculus à perito factus, si sit incertus non releuat. Statutum Vrbis lib. 1. cap. 137. habet tantum locum in vidua post iudicialem interpellationem petentem fructus dotis, & sic non intrat, quando aliqua est nupta. Statutum Vrbis lib. 1. cap. 139. qualiter succurrat vxori, quæ è domo mariti fuit eiecta.

SVMMARIVM.

1 *Mandata ratione in certitudinis sunt nulla.*
2 *Mandata executiua, vt releuent, non debent esse æquiuoca.*
3 *Calculus de fructibus, cuius dies adhuc non cessit, est nullus, & nullum quoque mandatum, dum eius vigore fuit relaxatum.*
4 *Concordia inita inter partes venit seruanda.*
5 *Calculus initus contra tenorem concordiæ celebratæ inter partes, est nullus.*
6 *Negari non potest id, quod iam fuit affirmatum.*
7 *Concordia, quando dicatur durare, etiam post mortem alicuius concordantis.*
8 *Causa durante durat effectus.*
9 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 137. loquitur de fructibus, seu alimentis præstandis viduæ post iudicialem interpellationem.*
10 *Vidua ea, dici nequit, cuius maritus adhuc viuit.*
11 *Vxor, non potest iudicialiter interpellare pro restitutione dotis, durante adhuc matrimonio.*
Vel si non præcesserit sententia super separatione thori inter eam, & virum, vel super vergentia dicti viri sui ad inopiam.
12 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 139. disponit quod si mulier è domo mariti fuerit eiecta, Iudex mandet marito, vt alterum ex tribus faciat.*
13 *Vel, vt vxorem suam recipiat,*
Vel dotem suam in tuto collocet, vt ex illius fructibus se, suosque alat,
Vel ipsi vxori tribuat competentia alimenta.
14 *Statutorum forma est seruanda, & non ex abrupto deueniendum est ad executionem mandatorum.*
15 *Mandatorum relaxationi, quando amplius non sit locus.*

DECISIO CCCCLII.

DICTVM fuit mandata ab A. C. relaxata cum omnibus inde sequutis esse reuocanda, cum enim appareant relaxata iuxta relationem tertij periti, & ab eodem tertio perito fuerint facti duo calculi, sicque certum non sit de quo calculo dicta mandata debeant intelligi, † remanent ratione dictæ incertitudinis nulla, *Specul. in tit. de sent. §. qualiter num. 7. Alex. cons. 109 num. 1. lib. 5. Gozad. cons. 50. sub num. 23. Dec. cons. 8. sub num. 6. lib. 1. Rota decis. 365. sub num. 6. lib. 1. Rota decis. 365. sub nu. 7. par. 1. in recent.* & in terminis fructuum dotis fuit dictum in *Asculana prædij die 22. Iunij 1609. coram Illustriss. D. Card. Sacrato.*

Nec dicatur quod dicta mandata debeant intelligi de calculo facto per dictum tertium peritum, iuxta prætensiones D. Catherinæ Marchionissæ, tùm quia
2 hoc † est incertum, tum etiam quia in omnem euentum quatenus dicta mandata deberent de dicto calculo intelligi, illa essent iniusta non solum, quia in dicto calculo fuerunt calculati fructus scutor. 2000. quorum dies solutionis etiam quatenus fuissent debita, quod tamen ab hæredibus Marchionis Hippo-
3 lyti multum controuertitur, non dum † cesserat, ideoque neque dicti fructus pro dictis scutis 2000. deberi poterant, *ad text. in l. lecta, §. dicebam, vers. nec ante sortis, &c, & vers. sed cum sortis petitio dilata sit, ff. si cert. petat. l. eos qui C. de vsur. l. cum post diuortium, §. vsuras, ff. de Iur. dot. & in terminis scribit Rom. in l. in Insulam, §. vsuras num. 11. & ibi Imol. num. 8 ff. solut. matrim. Ambros. de Vignate in cap. salubriter num. 14. de vsur. Castr. cons. 11. num. 4. lib. 1. Soccin. qui testatur de communi cons. 130. num. 7. lib. 4. Thob. cons. 48. num. 25.* latè *Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 42. num. 50. & seqq. Rota decis. 471. num. 1. par. 1. in recent. Ioseph Ludou. decis. Lucen. 21. num. 45.*

Verum etiam, quia contra tenorem concordiæ inter dictum Marchionem Hippolytum, & dictam
4 D. Catherinam Marchionissam initæ, † quæ tamen erat seruanda, *ad l. primam §. si conuenit. ff. depositi, l. legem C. de pact. Corn. cons. 24. num. 22. lib. 2. Gonzal. cons. 74. num. 5. in fine,* fuerunt calculati ad rationẽ scutorum septem cum dimidio omnes fructus decursi post mortem dicti Marchionis Hippolyti, & ad eandem rationem calculando fructus decursos illo viuente in scut. 20694. pro dote maturata non soluta, quæ in concordia inita inter dictum Marchionem Hippolytum, & D. Ducem Aquæspartæ promissorem dotis asseritur esse solum scutor. 16569. consequenter fuerunt eodem modo calculati fructus de dicto tempore decursi pro rata scut. 4. mil. & vltra etiam respectu partis solutæ dictæ dotis.

Huiusmodi autem calculum fuisse factum con-
5 tra † tenorem dictæ concordiæ inter dictos Marchionem Hippolytum, & Dominam Catherinam celebratæ patet, quia in ea Marchio Hippolytus promisit soluere fructus dotis maturatæ tam exactæ, quam non exactæ faciendo ordines ad fauorem ipsius D. Catherinæ, ad effectum illos exigendi. & ideo ipsa D. Catherina non potest prætendere maiores fructus, quam quos tenerentur soluere illi, quibus dicti ordines directi erant, & sic respectu dotis exactæ solum potest prætendere fructus locorum Montium non vacabilium, in quibus est inuestita,
6 quod inuestimentum D. Catherina negari † non potest, cum fuerit affirmatum in dicta concordia cum ea inita, *ad tex. in l. optimam 6. de contraben. & committend. stipulat.*

Nec obstat quod prætenditur dictam concordiam expirasse per mortem dicti Marchionis Hippolyti,
7 quia ex verbis dictæ † concordiæ elicitur, quod illa durare debebat donec duraret matrimonium, ibi, *Debba dare à detta Sig. Catherina durante il presente matrimonio per li alimenti suoi, &c.* & propterea
8 intrat regula, quod † durante causa, durat effectus *Oldr. cons. 228. num. 3. Tiraquell. in tract. cessan. caus. par. 1. num. 17. & in l. Boues, §. hoc sermone limit. 5. num. 2. ff. de verb. signif. Rot. Bonon. decis. 138. num. 65 in nouis.*

Et quatenus posset dici quod dicta concordia per mortem dicti Marchionis Hippolyti expirauerit, ni-

hilominus non posset D. Marchionissa dictos fructus
ad rationem septem cum dimidio prætendere, non
9 quidem vigore Statuti Vrbis cap. 137. lib. 1. † quia
dictum Statutum loquitur de fructibus, seu alimen-
tis præstandis viduæ post iudicialem interpellatio-
10 nem, & tamen nec D. Catherina est † vidua, cum vir
eius adhuc viuat, *cap. vidua 34. distinct. l. malum §. vidua, ff. de verb. significat.* nec iudicialem inter-
pellationem facere potuisset pro dotis restitutione
11 durante adhuc † matrimonio, cum non præcessisset
sententia inter eam, & virũ super separatione Tho-
ri, vel super vergentia dicti sui viri ad inopiam, *Corn. cons. 112 in princ. lib. 1. Anchar. cons. 119 nu. 1. vers. secundo & fortius &c. & cons. 238. num. 1.* latè *Soccin. in l in principio num. 8. ff. solut. matrim. Cassan. cons. 61. num. 13.* & sic deficit vtrumque requisitum.

Minus potest dictos fructus ad dictam rationem
12 prætendere vigore Statuti cap. 139. eodem † libro,
quia in dicto Statuto disponitur, quod si mulier ex
domo eiecta fuerit, Iudex mandet marito vt alterum
13 de tribus faciat, vel scilicet vxorem suam recipiat,
vel dotem suam in tuto collocet, vt ex illius fructi-
bus mulier se, suosque alat, aut ipsi mulieri tribuat
competentia alimenta, ac propterea dato quod huic
14 Statuto locus esset, debebat forma illius † seruari,
nec ita ex abrupto ad relaxationem mandati proce-
di, quinimo cum iam satis fuisset pro alimentis dictæ
D. Catherinæ prouisum, mediante dicta concordia,
pro cuius exequutione eadem Catherina monito-
rium ab A.C. etiam post mortem dicti Marchionis
15 Hippolyti † obtinuit, non erat amplius locus rela-
xationi dictorum mandatorum iuxta ea, quæ haben-
tur *in decis. 191. in fin. par. 3. diuers. lib. 3. Cuiac. consult. 16. in fine.*

REVERENDISS. COCCINO.

Romana Fructuum.

Mercurij 1. Februarij 1623.

ARGVMENTVM.

Ad fructus recompensatiuos tenetur emptor, quando pretium rei sibi traditæ non soluit, & licet aliqui voluerint, vt emptor ad eos teneretur, ex illius perfidia, quia ex parte sua non adimplet contractum, soluendo pretium, postquam venditor adimpleuit ex parte sua tradendo rem, tamen ista ratio non subsistit, quia ad illos tenetur, ne cum aliena iactura locupletetur, ideoque si probetur ex re empta, deductis expensis nullos fructus acquisiuisse, ad illos non tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Fructus, vt dicantur, debent prius deduci expensæ.*
2 *Fructus compensatiui nulli debentur, iuxta terminos l. curabit. C. de actionib. empti, quando constat illos non fuisse perceptos.*
3 *L. curabit. C. de action. empti, dispositio intrat, quãdo fructus fuerunt percepti, aliàs secus num. 2. Et ista est communis.*
4 *Fructus recompensatiui debentur ab emptore, ob pretium non solutum, ex eius perfidia, cum venditor ex eius parte adimpleuerit contractum tradendo rem, sed hæc ratio non subsistit.*
5 *Sterilis res, quando venditur, non fit talis venditio ratione fructuum, sed ratione alterius commoditatis, quam emptor sperat consequi ex ipsa re.*
6 *Emptor, dum fruitur re, & pretium non dum soluit, æquum est, vt teneatur ad fructus recompensatiuos. & num. 7.*
8 *Voluntatem suam, qui adimplet, satis lucratur.*
9 *ad Oblectamentum, si quis vineam emerit, & pretium eius retinet, tenetur ad interesse ad rationem, quanti vinea fuisset locata, & an id sit verum. & 10.*
10 *Venditio rei non sterilis, quando fuit facta, quia tunc ea videtur empta propter fructus, ideo ad illos est habenda ratio. & num. 11.*
12 *Expensæ, quando æquant sortem, eo casu emptor non tenetur ad fructus recompensatiuos, ob dilatam pretij solutionem.*
13 *Gabr. in consil. 74. num. 6. 32. & 39. lib. 2. quibus in terminis loquatur.*
14 *Emptionis, & venditionis contractus cum pacto de redimendo, vt fœneratitius præsumatur, debetur etiam ratio oblectamenti. & num. 16.*
15 *Sorti, quidquid accedit, vsura est.*
17 *Habitatio, quam facit creditor ex pacto in domo pignorata, non dicitur excedere legitimum modum vsurarum, sed hoc procedit de iure ciuili, at non de iure Canonico.*
18 *ex Pignore fructus non debentur.*
19 *Pignus, & non venditio, quando propriè contractus aliquis est, tunc quoque habenda est ratio oblectamenti, quod ex re empta sumitur.*
20 *Emptor emens rem fructiferam, semper eo animo censetur emere, vt fructus percipiat, quare si non soluerit pretium, & fructus ex ea re non perceperit, non tenetur ad eos.*

DECISIO CCCCLIII.

CVM fuerit resolutum coram Illustriss. Sacrato, *vt in decis. 394. par. 2 in recent.* ex vinea, de
qua agitur, nullos haberi fructus, ex quo prius de-
1 bent deduci † expensæ, vt fructus dicantur, *l. fructus ff. sol. matrim.* quod etiam factis nouis probationibus iterum Rota dixit 19. Aprilis superioris anni
coram R.P.D. meo Buratto, ideo placuit Dominis
decisio facta coram me 1. Iulij præteriti, * quod
nulli debeantur fructus recompensatiui pro parte
2 pretij non soluti † iuxta terminos *l. curabit C. de act. empt.* cum dispositio illius legis procedat, quando fructus fuerunt percepti, alias secus, *Salycet. in l. 2. num. 3. C. de vsur. Castr. in l. Iulianus, §. ex vendito num. 3. ff. de act. empt. Cyn. in l. in minorum, num. 16. Salic. num. 3. vers. dic ergo. Castr. num. 3. in fine. C. in quib. caus. in integr. restit. non est necess. Socc. sen. cons. 109. col. 2. num. 3. lib. 1. Alex. in l. ff. de diuisione col. 3. num. 13. vbi Seysill. sub num. 12. ff. sol. matrim. Corn. cons. 145. num. 7. & seq. lib. 2. & in cons. 59. num 3. Aret. cons. 159 col. 6. num. 14. & in l ita stipulatus, col. 5. num. 3. in fine, vers secundo casu, ff. de verb. oblig.* & de communi testatur *Cragnol. in dicta l. curabit num. 28. C. de act. empt.* à qua
3 communi opinione † non est receden. quicquid dicant aliqui in contrarium, quos allegat *Lupus de vsur. com. 1. §. 7. num. 141.* qui mouetur ea ratione,
quia fructus recompensatiui non debentur ratione
4 fructuum, † sed perfidia emptoris, cum venditor
impleuerit pro parte sua, quia ratio ista non subsistit.
Couarr. var. lib. 3. cap. 4. num. 3. Natt. cons. 417. num. 1.

num.1.& seq. Roland.cons.14 num.3. lib.2.Benintend.decis.29.num.7. & seqq. Facchin.controu. iur. lib.2.cap.32. vers.contrariam sententiam. Lup.loco proximè allegato.

Neque obstat quod quando venditur res sterilis
5 non † venditur ratione fructuum percipiendorum,
sed ratione alterius commoditatis, quam emptor
sperat consequi ex ipsa re vendita, ideo tunc cense-
tur frui re vendita, licet fructus non percipiat, qua-
6 re verificatur *text.† in l.Iulianus, §.ex vendito, ff.*
de act.empt Nam cum re emptor fruatur, æquis-
7 simum est, quod vsuras soluat, † & per consequens
etiam verificatur dispositio, *l.curabit C.de act.empt.*
& benè facit *l.penult.ff.de cond.ob caus.* vbi satis lu-
8 cratur, qui voluntatem † implet, & in hoc casu pro-
cedere dictum Doctorum, qui tenent, quod fructus
recompensatiui debeantur etiam quod non fuerint
percepti, *tenet Corn.in cons.59.nu.6.vers.nec etiam*
dictis refragatur lib.3. & sequitur *Zoann. rer. quo-*
9 *tid.cap.9.num.9. & seqq.* & de oblectamento † quod
debeatur interesse ad rationem quanti vinea fuisset
locata, videtur dicere *Gabr.in cons.74. nu.6. & 32.*
10 *& 39.lib.1.* Nam fuit responsum, † quod quicquid
sit de hac opinione non procedit, quando venditur
res non sterilis, quia tunc verisimiliter emitur pro-
pter fructus, ideo fructus tunc considerantur. Ita
declarat & benè *Corn.in dicto cons.59. num.6. in*
fine, vers.vbi venditur res non sterilis. In propo-
11 sito autem vinea non est sterilis, sed fructifera, † &
propterea censetur empta propter fructus, *Corn.*
supra alleg. Quare cum expensæ æquent fructus, id-
12 circo fructus † recompensatiui non debentur per su
prædicta, & hoc est, quod etiam in substantia sentit
Rota coram Illustriss. Sacrato in dicta decis 344.
par.2. in rec.

Et quamuis ex prædicta responsione censeatur
sublatum consilium *Gabr.* tamen est etiam animad-
13 uertendum, quod loquitur in casu diuerso, † ibi
enim venditio fuerat facta cum pacto redimendi, &
cum concurrerent aliæ circumstantiæ, vt latè ibi per
14 eum, † contractus præsumebatur fœneratitius, &
ad considerandum fœnus habet etiam rationem ob-
15 lectamenti † quicquid accedit sorti, vsura est, *vt*
patet ex deductis per eum in dicto cons. sub num.6.
& num.32. & 33. concludit quod tempore quo pi-
gnus durauit quod fuerat spatio annorum 2. debet
16 restitui † id quod fuisset perceptum ex vinea, illam
locando, & allegat *Bald. & Salyc. in l.si ex pactio-*
ne C.de vsur. vbi dicunt quod licet ex dispositione
17 illius text. habitatio quam facit creditor † ex pacto
in domo pignorata non dicatur excedere legitimũ
modum vsurarum, hoc tamen procedit de iure ciui-
18 li, secus † autem de Iure Canonico, quia ex pigno-
re fructus non debentur. Ex quibus rationibus con-
19 cludit *Gabr.* quod cum † in casu suo esset pignus,
& non venditio deberet in sortem computari etiam
quanti oblectamentum vineæ fuisset locatum, qui
non est casus noster, cum versemur in vera venditio-
20 ne vineæ fructiferæ, & ideo emptor censetur emisse
propter fructus, qui non sunt habendi in considera-
tione, ex dispositione *l.curabit ex supra deductis.*
Et ita conclusum, &c.

* *Decisio ista in hac causa facta sub die 1. Iulij 1622. coram eodem bo.me. Coccino, est supra in hoc Tomo decisio 424.*

REVERENDISS. MERLINO.

Romana Societatis officij.

Mercur.1.Februarij 1623.

ARGVMENTVM.

In præsenti decisione latè discutitur, quod nullatenus iuridica est illa conclusio, nec lege, nec aliqua valida ratione comprobatur, vt societas officij in totum dissoluatur per receptionem partis sortis principalis cum contraria opinio sit verior, validior, & in iure magis substantialis, cum societatis natura ea sit, vt per restitutionem, vel interitum partis rei communicatæ, societas in totum non dissoluatur, sed adhuc duret in eo, quod remanet.

SVMMARIVM.

1 *Societas officij an dicatur in totum dissoluta per receptionem partis sortis principalis ad bonum computum.*
2 *Societas officij, postquam est dissoluta, si percipiantur fructus, illi computandi veniunt in sortem.*
3 *Societas officij non dicitur dissoluta in totum per receptionem partis sortis principalis.*
Et hæc est verior opinio.
4 *Societatis contractus est bonæ fidei, & consensu perficitur.*
5 *Societas dissolui non potest, nisi contrario ipsorum sociorum consensu à societate discedere volẽtium.*
6 *Societas, vt dicatur dissoluta, sufficit quoque consensus tacitus.*
7 *Societas, vt dicatur dissoluta ex consensu tacito, debet sufficienter de eo constare, cum consensus à principio præstitus præsumatur deinde semper durare.*
8 *Voluntatis mutatio non præsumitur.*
9 *de Consensu tacito dissoluendi societatem officij in totum, per necesse non dicitur constare ex ipsamet partis exactione sortis principalis.*
10 *de Societatis natura est, vt per restitutionem, vel interitum partis rei communicatæ, societas in totum non dissoluatur, sed adhuc duret eo quod superest.*
11 *Societas officij contracta super duobus officijs, altero illorum alienato, adhuc durat pro rata, si illud quod superest non est capax in totum.*
12 *Quod procedit etiam, quando societas inita fuit, super vnico tantum officio, cuius pars deinde fuit vendita.*
13 *Societatis contractus, apertum est, quod non dicitur indiuiduus, sed potest pro parte substineri, & perdurare, etiam si pro parte fuerit dissolutus.*
14 *Societatis contractus videtur indiuiduus ratione consensus, & stipulationis.*
15 *L.si verum. §. fin. & l. si id quod. ff. pro socio, procedunt, quando capitale, sorte vel fortuna à societate remouetur, secus verò si partium voluntate.*
16 *Et quando conclusio hæc habeat locum.*
17 *Cõtractus societatis officij sunt sui natura diuidui.*
18 *Bald.in l.1.num.8.& 14.& Salicet. ibid.num.4. ff. pro soc.declarantur.*
19 *Capitalis pars posita ab vno ex socijs si perimatur, non tenetur socius ille iterato ponere, quia finita est societas, & quando id procedat, num.20.*
21 *in Societate, dum vnus ex socijs posuit mille, alter verò operam, si illa mille diminuantur, qui ope-*

 ram

ram posuit, non potest eãdem vtilitatem percipere.
22 *in Societatibus officij, summa quæ remanet, dum aliquid fuit restitutum, eandem affert vtilitatem respectu partis, quã reddebat totũ respectu totius.*
23 *Salust. Pacif. Hect. &c. dum sentiunt societatem officij in totum dissolui per receptionem partis sortis principalis, reijciuntur, cum pro ista opinione, nec legem, vel aliam rationem, nisi indiuiduitatis, quæ falsa est, adducunt.*
24 *Stylus quando sumus in ordinatorijs iudicij bene probatur per fides Notariorum, sed secus si in decisorijs.*
25 *Consuetudo, quando non est vniformis, nõ releuat.*
26 *Societas officij, vt non censeatur in totum dissoluta per receptionem partis sortis principalis, sic fuit aliquando iudicatum in Tribunali Aud. Cam.*
27 *Idem etiam in Signatura Iustitiæ.*
28 *Societas officij, quatenus in abstracto posset dici, vt in totum censeatur dissoluta per exactionem partis sortis principalis, ista opinio non procedit, quando constat de contraria mente sociorum.*
29 *Quodq. multo magis procedit, quando super hoc fuit emissa protestatio.*
30 *à Contractu discedere in totum, vel in parte, id pendet à verisimili mente sociorum etiam ex solis facti circumstantijs elicita.*
31 *in Societate officij est in eius creatione, & renouatione necessarius consensus officialis, & nu. 32.*
33 *in Societate officij, quando semel interuenit consensus officialis, ille præsumitur durare, & non est necessarius, dum societas pro parte dissoluitur ad effectum alterius partis, quæ remanet.*
34 *Consensus officialis semel præstitus in societate officij, præsumitur semper durare, donec non appa-ret reuocatus.*
35 *Societas officij dissolui non potest absque consensu officialis, & an id sit verum, num. 36.*
36 *Consensus officialis, quando dissoluitur societas officij, non est necessarius, dum adest conuentio, vt disdicta sufficiat, vt intimetur etiam vni tantum ex fideiussoribus.*
37 *Solemnitas maior nullo modo est necessaria in disdicta partis societatis officij, quam totius.*
38 *Intimationis defectus bene tollitur ex illius exhibitione.*
39 *Articulis, quis non tenetur respondere si non fuerint dati à parte medio iuramento, sed ab asserto procuratore, de cuius mandato non constabat.*
40 *Articulis, respondere pars nõ tenetur, quando sunt irreleuantes.*

SVMMARIVM ANNOTATIONIS.

41 *Census non potest dici extinctus in totum pro parte solutionis sortis.*
42 *in Census extinctione requiritur actus retrosimilis, & sic consensus, ac actualis pecuniæ solutio.*
43 *in Census extinctione sat non est consensus vtriusque partis, sed etiam integra pecuniarũ restitutio.*
44 *in Census extinctione non est sufficiens sola voluntas debitoris volentis extinguere censum, sed summa integra est necessaria.*
45 *Creditor census non potest cogi ad retiendendum in parte censum, sed debitor in sortem principalem restituere tenetur.*
46 *Census creditor recipiendo aliquam partem sortis census, nulla æquitas permittit, vt pro parte non soluta extinguatur census, sed tantum censetur extinctus pro illa summa, quæ fuit verè restituta.*
47 *Census licet sit indiuiduus ratione consensus, & stipulationis, tamen ratione rei, & contrahentium est diuiduus.*
48 *Fundus super quo est impositus census, si pereat in parte, non tamen perit in totum census, sed tantum pro parte fundi perempti.*
49 *Quod non contingeret, si census esset indiuiduus.*
50 *Census, quando est impositus super diuersis fundis si aliqui ex eis euincantur, & illi, qui remanserint, adhuc sunt capaces census, non potest dici ille extinctus pro rata fundorum euictorum, sed in totum remanet.*
52 *Census fundus, quando euincitur totaliter, quando nihilominus debeantur fructus.*
53 *Fundus super quo bona fide impositus erat census, si ignorãte creditore census euincatur, sicuti in eius præiudicium substinetur, ita debentur ei fructus ratione damnorum & interesse.*
54 *Census bene apparet quod est diuiduus, cum possit pluribus pro rata acquiri.*
55 *Census quando pluribus pro rata acquiritur, tot dicuntur census, quot sunt personæ.*
56 *Census nõ solum est diuiduus ratione rei, sed etiam ratione voluntatis.*
57 *Census pro rata sortis restitutæ potest dici extinctus, & pro reliqua parte non soluta, census viuus remanet.*
58 *Census nullo iure prohibitum est, vt possit in parte extingui, & pro alia parte remanere in suo vigore*
59 *Nisi tamen cõtrarium inter partes fuerit conuentum, vt per extinctionem partis censeretur extinctus in totum.*
60 *Census est vnus ex illis contractibus, in quibus pars tantumdem reddit ratione partis, quod totum redderet ratione totius.*
61 *Census an dicatur extinctus in totum, vel pro rata per receptionem sortis principalis, hoc procedit ab ipsa voluntate contrahentium, & num.*
62 *Voluntas fortius declaratur factis, quam verbis.*
63 *Census non præsumitur extinctus in totum per solutionem sortis principalis, quando pro rata sortis non restitutæ, fuerunt soluti fructus.*
64 *Obseruantia est optima dispositionum interpres.*
65 *Census non dicitur extinctus in totum per solutionem sortis partis principalis, si fuerit continuatum in reliquatu in solutione fructuum.*
66 *Quod multo magis procedit, quando solutiones fuerunt plures continuatæ, notabilis quantitatis, et factæ à persona sagaci, quæ verisimiliter non isctasset.*
67 *in Debitore census arbitrio non est per intimationem disdictæ totius census, postea soluendo tãtum partem sortis principalis census, illum in totum extinguere.*
68 *Creditor census non potest cogi in totum extinguere censum, nisi tota, et integra pecunia ei fuerit restituta.*
69 *Census pro parte redimi nõ potest inuito creditore.*
70 *Census creditor non potest cogi in parte retrouendere censum, & hoc ob incommoditatem particularis solutionis.*
71 *Census consentiente creditore, potest per debitorem pro quacumque parte extingui.*

72 Census

72 Census creditor potest cogi, vt pro parte extinguitur census, dũ summa, quæ ei offertur est considerabilis.
73 Census creditor potest cogi retrouendere censum pro medietate, cum eius media pars satis dicatur summa considerabilis.
74 Creditor census an possit cogi retrouendere censum pro summa considerabili, quando fuit factum vt non possit redimi, nisi in totum.

DECISIO CCCCLIV.

CVM ad fauorem D. Capitanei Ioannis Vinciolii inita fuisset societas officij scut. 600. cũ obligatione, & recognitione bonæ fidei D. Prosperi, & post ceptum secundum semestre ipse Vinciolus recepisset ab eodem Prospero scut. 100. cum declaratione, quod imposterum societas pro residuo tantum scut. 500 durare deberet, & à die talis receptionis fructus pro huiusmodi rata scut. 500. per nonnullos annos exegisset, tandem præuia disdicta obtinuit per R.P.D. Sacchettum Iudicem ab A.C. deputatum contra Prosperum relaxari mãdatum exequtiuum pro eorumdem scut. 500. restitutione, ad quorum computum effectualiter etiam recepit scut. 250. cum autem Prosper ab huiusmodi decreto, & mandati relaxatione appellasset, causa appellationis per Signaturam commissa cum clausula. Si quid exequendum, de voto Rotæ dubium proposui, An mandatum huiusmodi esset exequendum, & pro qua summa. Et Domini vtraque parte informãte pro residuo integræ summæ prædictæ scut. 500. vti iustum, & relaxatum seruatis seruandis in vim publici instrumenti, & obligationis Cameralis exequtioni demandandum censuerunt.

Nec visum fuit obstare, quod pro parte Prosperi
1 prætenderetur † per receptionem dd. scut. 100. ad computum sortis principalis societatem ipsam fuisse in totum dissolutam, vt tradit *Tiber. Salust. in prax. A.C. lib. 1. cap. 17. nu. 3. Pacific. de salu. inspect. 4. cap. 1. num. 75. Marches. de commiss. tom. 1. fol. 785. num. 3. & Hector Felic. de societ. cap. 34. nu 44.* & consequenter fructus prædictos postea per Vin-
2 ciolum exactos in dictæ † sortis residuum imputandos iuxta trad. per *Gabr. cons. 78. num. 2. & 3. lib. 1. & cons. 63. num. 26. lib. 2.* & magis in terminis *Pacific. præalleg. num. 75.* Quia circumscriptis facti cir-
3 cumstantijs Domini dixerunt negatiuam † opinionem, quod nempè societas per receptionem partis principalis regulariter non censeatur dissoluta in totum esse de iure veriorem, quam alias tenuit Rota in *Romana societatis 16. Martij 1579. coram bo. me. Card. Blanchetto*, vt refert *Boccacc. de societ. officij num. 180.* & sequitur etiam idem *Boccac. vbi supra, & num. 176. & 187.* & ex professo pluribus comprobat *Turret. cons. 84. num. 6. & infra vsque ad num. 19. lib. 1.* & latè etiam *Modern. de societ. offic. n. 302. 303. & seqq.*

Precipuum autem huius opinionis fundamentum
4 illud est, quia † contractus societatis est bonæ fidei, & cõsensu perficitur *§. 1. inst. de oblig. quæ ex contr. & ibi gloss. in verb. societatibus l. 2. ff. de act. & obligat.* & ideo dissolui non potest, nisi contrario ipso-
5 rum sociorum † consensu à societate discedere volentium, *l. verum §. fin. ff. pro soc.* & quamuis ad hunc
6 effectum sufficiat † consensus etiam tacitus, *l. societatem. ff. eodem*, attamen de eo debet sufficienter
7 constare, in dubio enim consensus † à principio societati præstitus adhuc perseuerare censetur, cum
8 animi mutatio non † præsumatur *l. cum hic status, & ibi Bart. & alij de donat. inter vir. & vxor. Rim. iun. cons. 5. num. 30. lib. 1.* vt in proposito arguit *Turrett. d. cons. 84. num. 12. & seqq.*

Neque dici potest de huiusmodi tacito consensu
9 satis constare ex ipsamet † partis sortis principalis exactione, ex hoc enim solum, quod socius partem sortis exegerit, non bene infertur quod ab eadem societate voluerit in totum recedere, quinimò de
10 natura societatis † est, quod per restitutionem, vel interitum partis rei communicatæ societas in totũ non dissoluatur, sed adhuc duret super eo, quod superest, vt habetur *in l. verum quæ est 64. §. fin. & in l. id quod in princ. ff. pro soc.* & in specie *Bocc. c. vbi supra num. 166. Card. Seraph. decis. 543. num. 6. & Rota decis. 288. n. 3. par. 1. diuers.* Ad quod etiam A
facit alia conclusio, quod societas contracta super
11 duobus officijs † altero illorum alienato, adhuc durat pro rata, si illud quod superest non est capax in totũ, vt tradit *Boccac. d. tract. de soc. offic. num. 187. Azor instit. moral. tom. 3. lib. 9. cap. 16. in fine, Rota dicta decis. 288. in princip. & num. 3. par. 1. diuers.* & pluries fuit decisum, & signanter *in Romana census 14. Ianuarij 1602. coram Illustriss. D. Card. Sacrato, & in Romana societatis officij 28. Ianuarij 1603. coram Illustriss. D. Card. Millino, & coram Card. Seraphino decis. 543. per tot.* vbi id fuit firmatum
12 etiam quando societas † inita fuit super vnico tantum officio, cuius pars deinde fuerit vendita, ex
13 quo clarè patet, quod contractus † iste non est de sui natura indiuiduus, sed potest pro parte subsistere, ac perdurare etiamsi pro parte fuerit dissolutus.

Nec quidquam facit, quod videatur indiuiduus
14 † ratione consensus, & stipulationis, *l. stipulationes non diuiduntur de verb. oblig.* vt arguit *Felic. de societ. dicto cap. 34. sub nu. 44.* subdens dispositionem
15 *tex. in d. l. † verum. §. fin. & in l. si id quod. ff. pro socio* esse intelligendam, quando capitale sorte, vel fortuna à societate remouetur, secus quando par-
16 tium voluntate. Nam fuit responsum, † quod regula huiusmodi procedit quando stipulatio interponitur super re de sui natura indiuidua, secus quando
17 res est diuidua, † prout sunt huiusmodi societates officiorum, *l. 2. §. 1. & d. l. stipulationes non diuidũtur in princ. & ibi Soccin. iun. num. 18. Menoch.* qui alios refert *cons. 123. num. 13.* & in puncto respondet *Turret. toties alleg. cons. 84. num. 19.*
18 Neque obstant *Bald. † in l. 1. nu. 8. & 14. & Salicet. ibidem num. 4. ff. pro soc.* qui volunt quod si pe-
19 rimatur pars capitalis posita ab vno † ex socijs nõ teneatur socius ille iterato ponere, quia finita est societas. Respondetur enim id verum esse in illis so-
20 cietatibus, † in quibus perempta parte capitalis alia pars, quæ superest vel est inutilis, vel non reddit eãdem vtilitatem in parte, quam totum in toto vt satis apertè declarasse videtur ipsemet Bald. dum affert
21 exemplum quando † alter ex socijs posuit mille, alter vero operam, si enim illa mille diminuantur, qui operam posuit, non potest eandem vtilitatem recipere, quod secus accidit in istis officiorum societatibus in quibus summa quæ remanet eãdem affert vti-
22 litatem respectu partis, † quam reddebat totum respectu totius, & consequenter cessat ratio deducta ex indiuiduitate, vt in terminis respondit *Rota coram Card. Seraph. d. decis. 543. num. 3. & decis. 288. num. 3.*

num.3.par.1. et deciſ.125.num.16.impreſſ.per Modern. Peruſ. poſt tractatum de cenſibus, & egregiè etiam conſiderabat *bo.mem. Cardinalis Pamphilius in quodam eius voto in Romana ſocietatis 19.Ianuarij 1600.*

Et ex his patet, vim aliquam fieri non poſſe in
23 authoritate † Saluſt. & aliorum modernorum ſupra pro contraria opinione allatorum, cum ipſi nulla lege, aut alia ratione nitantur, niſi indiuiduitatis, quam ex præmiſſis apparet non applicari.

Nec fuit habita in conſideratione aſſerta Nota-
24 riorum fides, quia vltra quod † non ſumus in ſtylo reſpiciente ordinatoria iudicij, ſed deciſoria, qui propterea debuiſſet formiter, & concludenter pro-
25 bari, allegata conſuetudo non eſt † vniformis, ſæpiùs enim fuit iudicatum contrarium, videlicet per partis ſortis receptionem ſocietatem non cenſeri in totum diſſolutam, & ita acriter diſcuſſo articulo ſic alias pluries in facto iudicaſſe atteſtatus fuit R.P.D.
26 meus Burattus, † dum ipſe Locumtenentis Aud.C. munere ſumma cum laude fungeretur, & cum hac
27 etiam opinione tranſiuiſſe Signaturam † reſcribendo cum clauſula executiua ſine præiudicio proponente R.P.D. Cencio die 27. Septembris 1612.

Præterea dictum fuit, quod etiamſi ita ſimpliciter,
28 & in abſtracto † contraria opinio poſſet dici verior, certum tamen eſt illam non procedere, quando ex coniecturis, vel facti circumſtantijs apparet partes
29 † voluiſſe in totum à ſocietate recedere, immo potius apertè voluiſſe illā quoad reſiduum adhuc perdurare, & multo minus, vbi ſuper hoc fuit emiſſa proteſtatio, & animus huiuſmodi apertè declaratus, prout in præſenti caſu factum fuit. Totum enim hoc pendet à veriſimili contrahentium intentione
30 diſcedendi à ſocietate † in totum, vel in parte etiam ex ſolis facti circumſtantijs elicita, *Bart. in l. actione in princ. in 2. membr. diſtinctionis. ff. pro ſoc. Bald. in d. l. verum §. fin. ff. eod.* & in puncto fuit dictum in *Romana ſocietatis 1. Iulij 1602. coram bo.me. Card. Pamphilio, quæ eſt deciſio 55. impreſſa per Modern. poſt dictum tract. de ſociet.* & aduertunt etiam ipſi Modern. eodem *tract. num. 306.* & ita etiam iudicatum fuiſſe refert *Feliciat. de ſociet. dicto cap. 34. numer. 44.* & in terminis cenſus dixit Rota *in* Romana *anterioritatis 12. Martij 1600. coram Iuſto*, & tradunt Modern. Peruſ. *d. tract. de cenſib. par. 3. cap. 1. q. 3. art. 5. num. 4. & ſeqq.*

Nec etiam obſtare viſum fuit, quod reſtitutio dd. ſcut. 100. non fuerit facta ab officialibus, ſed à Proſpero, qui bonam fidem recognouerat, & quod inter ipſum, & Vinciolum pariter fuerit emiſſa proteſtatio, & declaratio prædicta abſque vllo officialis con-
31 ſenſu, qui tamen † eſt omninò neceſſarius in ſocietatis creatione, vel eiuſdem renouatione, & quod con-
32 ſequenter illa ex vi ipſius noui conſenſus, † qui non interuenit non poſſet ſuſtineri iuxta tradita per *Felician. eodem num. 44.* Quia fuit reſponſum eandem ſocietatem à principio contractam perduraſſe pro
33 rata ſortis † non reſtitutæ, pro qua apparet nūquam fuiſſe diſdictam, ideoq. non fuiſſe neceſſarium nouū cōſenſum, vt exiſtimauit *Felician. vbi ſupra*, ſed ſufficere voluntatem, & conſenſum officialis, qui à
34 principio contractus interuenit, & qui † etiam poſtea duraſſe præſumitur, donec non appareat illum fuiſſe reuocatum, vt per *Caſtracan. de ſociet. cap. 55. num. 17.* & magis in ſpecie *per Turrett. d. conſ. 84. nu. 12. & Mod. Rom. d. tract. de Soc. offic. n. 303.* Et in terminis Cenſus aduertunt etiam *Modern. Peruſ. d. p. 3. c. 1. q. 3. art. 5. nu. 6.*

35 Addebant etiam Domini, quod vel † ſocietas diſſolui non poteſt abſque officialis conſenſu, *vt ſenſit Turrett. d. conſ. 84. num. 16.* & iſta de qua agitur, nec etiam pro parte fuit diſſoluta, vnde multo minus agi poterat de prætenſa fructuum imputatione, vel
36 talis conſenſus † non eſt neceſſarius, quod videtur ſtante conuentione, quod diſdicta etiam vni tantum ex fideiuſſoribus facta ſufficiat ex vulg. Curiæ vſu, &
37 nulla poteſt aſſignari maior ratio, cur † potius ſine tali conſenſu, & ſcentia officialis diſſolui poſſit in totum, quam pro parte.

Nullitas ex defectu intimationis ſublata fuit per
38 illius † exhibitionem. Ea verò quæ deducebatur ex omiſſione reſponſionis ad articulos non placuit Do-
39 minis, tum quia non fuerant dati † ab ipſomet Proſpero medio iuramento, ſed à quodam aſſerto Procuratore, de cuius mandato non conſtat, & conſequenter Vinciolus illis reſpondere non tenebatur, ex traditis *per Surd. deciſ. 58. num. 11.* Tum etiam, quia nihil aliud continebant, quam dd. fructuum ſo-
40 lutionem, † & ſic erant penitus irreleuantes iuxta ſuperius deducta.

Et ita &c.

ANNOTATIO.

A INtelligendum eſt idem, quando ſumus in materia
41 cenſuali, nam cenſus non poteſt † dici extinctus in totum pro parte ſolutionis ſortis, cum pro ſui forma in extinctione requiratur actus retroſimilis, & ſic
42 quemadmodum in creatione requiritur † conſenſus & actualis pecuniæ ſolutio, ita, & in extinctione requiritur, nedum conſenſus vtriuſque partis, ſed etiā
43 integra † pecuniarum reſtitutio & ſic actus retroſimilis, *l. prima in fin. C. quand. lic. ab empt. diſced. §. hoc amplius. Inſtit. quib. mod. toll. oblig.* Rota *in Romana Cenſus Apotecharum 28. Iunij 1574. coram bo. me. Card.* Lancellott. *& in alia Romana Cenſus 3. Iulij 1589. coram bo. me.* Bubalo, *in Romana Cenſus 31. Maij 1596. coram bo. me.* Penia, *eſt deciſ. 409. nu. 6. inter eius a me imprimend. in* Romana *Saluiani 23. Iunij 1600. coram bo. me.* Litta, *in Bononien. Cenſus 26. Februarij 1604. coram fel. record. Gregor. XV. eſt deciſio 156 num. 3. inter eius impreſſas, & ibi* Beltramin. *in annotat. in litera B. num. 12. eſt deciſio 587 num. 1. part. 1. diuerſ. & in altera Romana Cenſus 26. Nouemb. 1604. coram bo. me. Card. Millino, in Romana Cenſus 27. Ianuarij 1603. coram bon. mem. Card.* Sacrato, *& fuit dictum coram Card. Seraph. deciſ. 890. in princip. & coram bo. me. Card. Caualer. deciſ. 71. num. 1. & coram bo. me.* Buratto *645. & ibi* D. Ferentill. *num. 14. & coram bo. me. Coccino in Romana Fructuum cenſus 28. Ianuarij 1628. idemque reſponſum fuit in deciſ. 91. num. 1. deciſ. 272. num. 1. deciſ. 273. num. 1. deciſ. 274. nu. 2. deciſ. 275. num. 6. & deciſ. 247. nu. 4. penes Cenc poſt tractat. de Cenſib. & habetur deciſum in recent. deciſ. 56. numer. 1. & deciſ. 60. num. 3. part. 1. & deciſ. 43. num. 6. part. 3. & deciſ. 278 num. 1. & 16. & deciſ. 354. num. 1. par. 5. & deciſio 148. num. 3. part. 6. & adde deciſionem in cauſa Romana Cēſus 28. Ianuarij 1630. corā R.P.D. meo Ghiſilerio, & in cauſa Aeſina Saluiani 10. Nouembris 1634. coram clar. mem. Merlino §. Nec*

etiam

etiā refragatur itaq; sat non erit sola † voluntas de-
44 bitoris volētis† in totum extinguere censum, sed sū-
ma integra est necessaria, *l. tutor §. Lucius vbi Bart. & Bald. ff. de vsur. l. in executione §. quicumque ff. de verb. obligat. glos. in l. ab emptione, & ibi Bart. & alij communiter C. de pact. l. 1. & ibi Bald. & Saliset. C. quando ab empt. lic. disced. & dixit Rota in causa Romana Domorum 27. Iunij 1611. coram bon. mem. Card. Sacrato*, & quemadmodum creditor census non potest cogi ad reuendendum in parte censum,
45 † sed debitor in totum sortem principalem restituere, iuxta opinionem, quam seruat Rotā de qua infra.

Ita, dum creditor aliquam partem sortis census
46 recipit, nulla æquitas † permittit, nec aliqua ratio postulat, vt pro parte non soluta extinguatur census, sed solùm debet censeri extinctus pro illa summa, quæ vere fuit restituta. Et census pro vt, & alij cō-
47 tractus, vt dicitur hic in decisione, licet sit † indiuiduus ratione consensus, & stipulationis, tamē ratione rei, & contrahentium est diuiduus *cap. 1. & 2. de emption. & vendit. inter extrauag. commun. Nauar. in comment. de vsur. glos. 12. num. 95. Boccac. de Cēsib part. 1. nu. 13. Duard. eodem tractat. §. 1. quæst. 6. num. 12. Rota coram sa. me. Gregor. XV. decis. 157. num. 6. vers. & iste contractus*, & si perit pars fundi
48 † censualis, non tamen perit in totum census, sed tantùm in parte fundi † perempti, quod non contin-
49 geret, si census esset indiuiduus, vt latè † hanc diuidualitatem probat *Cenc. in tract. de Censib. quæst. 110. numer. 1. & 2. iuxta vltim. impress. Taurinen.* Nec decisiones contrarium dicunt, *vt rectè ostendit idem Cenc. num. 3.*

Addo quoque aliud simile, quando cēsus est im-
50 positus † super diuersis fundis, si aliqui ex eis euincantur, & illi, qui remanserunt, adhuc sunt capaces census, non potest dici pro rata fundorum euictorum census extinctus, sed remanet in totum consoli-
51 datus † in fundis nō euictis, *ex adductis per Duard. in tractat. de Censib. §. 1. quæst. 3. num. 6. & 10. cum pluribus sequentibus, & num. 30. vers. nisi pereat, cōsiderauitque Rota in causa* Romana *Census 14 Ianuarij 1602. coram bon. mem. Card.* Sacrato *impressa apud Cenc. & Duard. post tractat. de Censib. vtrobique decis. 9. nu. 8. & in* Romana *Census 1. Iulij 1627. coram clar. me.* Merlino *post Cenc. de Censib. dec. 542. num. 7. & in causa Imolen. Saluiani 11. Maij 1635. coram Eminentiss. & Reuerendiss.* D. *Card.* Machiauello *Episcopo Ferrarien.* & nuper fuit animaduersum *in causa Romana census 10. Iunij 1641. coram R. P. D. meo Carolo* Cerro *§. Idem responsum fuit, vers. pro ea rata dici nequit extinctus &c. & adde decisionem 388. coram fel. rec. Gregor. XV. nu. 8.*

In qua materia est aduertendum, quando fundus,
52 seu fundi, super quibus census fuerunt † impositi, totaliter fuerint euicti, fructus nihilominus debentur, casu quo tamen cēsus fuit impositus bona fide, & fūdus de tempore impositionis reputabatur liber, euictio verò secuta fuerit ignorante creditore, & sicuti
53 census substinetur † in præiudicium imponentis, ita certum est deberi fructus saltem ratione damnorum, & interesse, vsque ad integram sortis restitutionem. *Cenc. in tractat. de censib. quæst. 9. a num. 41. vsque ad fin. & quæst. 42. num. 13. & seqq. Duard. eodem tractat. §. 1. quæst. 5. num. 8. et quæst. 7. numer. 43. et seqq. Rota decis. 13. num. 1. et decis. 17. num. 2. et 3. et decis. 59. num. 12. et 13. penes Cenc. post dictum tract. de Censib. et fuit dictum coram bo. me. Card. Seraph. decis. 787. numer. 7. et coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 449. num. 15. et nuper in d. Romana Census 10. Iunij 1641. coram R. P. D. meo Cerro.*

Sed persistendo in terminis diuidualitatis census, quæ ex superius satis constat, addique etiam potest,
54 † censum benè apparere diuiduum, cum ille possit pluribus pro rata acquiri, sicque eo casu, tot videntur
55 census, quot † sunt personæ, quod etiam probatur *ex traditis per Bertrand. consil. 41. lib. 3. in antiq. quem sequuntur* Tiraquell. *de retract. conuent. §. 1 glos. 6. num. 45* Foler. *de Censib. in vers. instrumento gratiæ numer. 43. dixit Rota coram fe. re* Gregor. *XV. decis. 157. num. 16. quæ est replicata in recent. decis. 106. n. 5. part. 1.* Vbi etiam dicitur, quod census non solùm
56 est † diuiduus ratione rei, sed etiam ratione voluntatis *idemque fuit dictum in causa* Romana *Census 16. Nouemb. 1639. coram bo. mem. Pirouano*, non est ergo mirum, vt pro parte possit dici extinctus census
57 nempe † pro rata sortis restitutæ, pro reliqua verò parte, quæ non fuit restituta adhuc firmus remaneat census, & fructus debeantur, cum nullo iure prohi-
58 bitum † sit extingui censum pro parte, & pro alia parte remanere in suo vigore, nisi contrarium, scili-
59 cet, quod per solutionem † partis in totum censeretur extinctus, fuerit conuentum, *vt post Rodoan. de reb. Eccles. non alienād. quæst. 18. num. 4. Gutier. practic. quæst. lib. 1. quæst. 174. vers. Rursus Ioannes de Salas in Opuscul. de Censib. dub. 56. num. 1. et seqq.* censuit Rota *in causa Tiburtina Census 13. Iunij 1614. coram bo. me. Patriarcha Manzanedo, quæ est decisio 362. post Cenc. de Censib. et coram bo. me. Coccino in Romana Census 16. Nouembris 1618. quæ est apud eumdem dec. 444. secundum impress. Taurinen.* & recentiùs *fuit dictum in d. Romana Census 2. Decembris 1639. coram clar. me.* Merlino *in §. Quoniam Census vers. cum nullo iure probibitum sit extingui censum pro parte, et in eadem causa sub die 11. Maij 1640. coram eodem §. Dispositio iuris communis vers. vnde si tota summa interuenit in creatione, eadem debet interuenire in extinctione, etc. quæ decisiones in sequenti instantia causæ fuerunt à Rota confirmatæ coram* R. P. D. *meo Peutingero sub die 4. Februarij 1641.* quæ tres deinde decisiones amplè, atque iterum canonizatæ fuerunt *in eadem causa sub die 10. eiusdem anni 1641. coram R. P. D. meo Cerro.*

Insuper census est vnus ex illis contractibus, in
60 quibus pars tantūdem reddit ratione partis, † quod redderet ratione totius, quod benè ostendit contractum esse diuiduum, *vt inquit Duard. de censib. §. 2. quæst. 1. num. 21.* & considerauit *Rota in causa Bononien. census 16. Ianuarij 1637. coram Eminentiss. & Reuerendiss. D. Cardinali Panzirolo.*

Veritas tamen est, quod penitus prædicta difficultas, an census in totum, vel in parte fuerit extinctus
61 per receptionem partis † sortis principalis (prout quoque dicitur hic in decisione in terminis societatis officij) consistit, ac pendet à voluntate partium,
62 an intellexerint per dictam † receptionem partis sortis in totum extinguere censum, qua habita, sublata est omnis difficultas, quæ voluntas sortius apparebit, si facto ipso licet non verbis, fuerit declarata, veluti, si deinde post dictam solutionem partis
63 sortis fuerit † continuatum in solutione fructuum pro residuo sortis, non restitutæ, *arg. l. sed Iulianus, §. proinde, & ibi Bart. ff. ad Maced. l. Paulus respondit,*

dit, ff. rem ratam habere. Crauett.consil.77. nu. 10.
*Surd.consil.*150.*num.*95.*Osasch.decis.Pedemont.*71.
*num.*33. qua data obseruantia per continuationem
64 solutionis † fructuũ cessat omnis dubitatio, vt cen-
sus non fuerit extinctus in totum, prout considera-
uit *Cenc.de censib.quæst.*107.*nu.*6.7.*&* 8.*in impress.*
Taurinen.Duard.eodem tract. §.5. *quæst.*36. *nu.*4.
post med.vers.immo in dubio, & dixit etiam Rota
in *d.Tiburtina census coram bo.me.Manzanedo n.*2.
& prius in Romana census 26.*Nouemb.*1604.*coram*
*bo.me.Card.Millino,apud Cenc.decis.*106 *& coram*
*bo.me.Card.Caualerio decis.*71. *& in* Romana *cen-*
sus 17.*Februarij* 1620.*coram bo.me.Pirouano, apud*
*eundem Cenc.decis.*364.

Quæ declaratio ex ipso facto habita, potentissima
65 † redditur, quando d. solutiones fructuum residui
sortis, sunt plures, continuatæ, notabilis quantita-
66 tis,& factæ à persona sagaci, quæ † verisimiliter nõ
iactasset suum, *vt fuit ponderatum in dictis decisio-*
nibus coram Pirouano, & Manzanedo, *& faciunt*
*notata à Bart. & Angel.in l.*1. *C. qui, & aduersus*
quos &c. Simon de Prætis consil. 253. *ante num.* 3.
Da virum diligentem,& negociatorem.

Amplia supradicta procedere, licet disdicta fuerit
67 facta pro toto censu, cum non sit † in arbitrio de-
bitoris per solam disdictam, soluendo tantum
partem census extinguere totum censum, cum actus
retrosimilis requiratur. *Rota decis.* 56. *num.* 1. *&* 2.
*& decis.*60.*num.*3. *par.*1. *recent. cum alijs supra*
copiosè allegatis.

Notumque est iuxta communem opinionem Do-
ctorum, quam, & Rota constanter sequitur, cre-
68 ditorem † census non posse cogi retrouendere in
totum censum, nisi tota, & integra pecunia ei fuerit
restituta. *Rota in* Romana *census* 29. *Nouembris*
1593.*coram bo. me. Card. Pamphil.sen. apud Cenc.*
*decis.*283.*num.*9. *Grat.discept. forens.cap.*717.*n.*20.
& 21. *quem secuta est Rota in d. causa Romana*
census 11.*Maij* 1640.*coram bo.me. Merlino.* §.*Con-*
iecturæ, etiam sunt, vers.non poterat cogi retrouen-
dere, &c.

Nec etiam census pro parte redimi potest inui-
69 to † creditore, *l.tutor* §.*Lucius, ff.de vsur.Ias.post*
*alios in l.quædam. num.*4.*ff. si cert. petat.* & hoc ob
70 incommoditatem particularis † solutionis, prout
in simili dicunt *Bartol.in l.vxorem* 39. §.*agri plagã*.
*num.*3.*ff.de legat.*3.*& in l. cui vsusfructus* 30. *ff. de*
vsufruct.legat.& in l.si quis aliam 46. *in fin ff. de*
solut Bald.in l.ex hoc iure ff.de iustit & iur. Albe-
ric.in l. vsus in princip.ff. de vsu, & habitat. Tiraq.
de retract.lignag.§.23.*glos.*1.*num.*16. *Gomes. de in-*
*diuid.num.*23.*vers.quinto infero. Grass in* §. *hæredi-*
*tas quæst.*12.*num.*18 *Gratian.discept.forens. c.*223.
*num.*4 *tom.*2 *& d. cap.*717. *num.* 20. *& seq. tom.*4.
Francisc. Milanens. decis. Regni Siciliæ 2. *num* 75.
*lib.*2.*Cenc.in tractat.de censib.par.*3. *cap.*1.*quæst.*3.
*art.*8.*num.*4.*Gaspar Roderic. in tract. de ann. red-*
*dit.lib.*1.*quæst.*18.*num.*37.*in fin.& lib.* 2. *quæst.*16.
*num.*34.*& facit decisio in causa* Romana *Saluiani*
Interdicti 23.*Iunij* 1600.*coram bo. me. Litta, est*
decisio 272.*num.*6.*post Cenc.in d.tract. de censib.*

Quod tamen dictum est, creditorem census non
posse cogi ad retrouendendum censum pro parte,
id intellige verum, si minutatim debitor vellet illũ
extinguere, quod tamen secus est, si summa esset cõ-
71 siderabilis. Indubitata † est enim conclusio, quod
consentiente creditore census potest extingui pro
72 quacumque parte. & eo etiam inuito † pro parte
considerabili. *Sotus de Iustit. & iur. lib.*6. *cap.*5.
*art.*3.*ad fin.vers.quinta conclusio.* Lopez *de contract.*
*lib.*1.*cap.*59.*vers.igitur. Guttierez pract. lib.*2. *cap.*
174.*num.*3. Nauarr.*in commentar. de vsur. nu.*78.
*in fin.& num.*95.*Boccac.de censib.par.*1. *num.*12. *&*
13. *Felician.eodem tract.lib.*1.*cap.*8.*num.*16.*Cenc.*
eodem tract. de censib.par. 3. *cap.* 1. *quæst.*3. *art.*8.
num. 16. *& seq.* Rodriquez *de ann. reddit. lib.* 1.
*quæst.*18.*num.*36. *&* 38. *Auendan. eodem tract. de*
*censib.cap.*107. *num.*8. *vbi latè post alios, quos ibi*
refert, hanc opinionem defendit, & respondet contra-
rijs. eamque admisit Rota *in causa* Romana *census*
16.*Nouembris* 1618.*coram bo.me. Coccino, est de-*
cisio 444. *apud Cenc. de censib. in impression. Tau-*
rinen.& in Firmana census 10.*Maij* 1621.*coram*
bo.me.Buratto, est decisio 525.*num.*6.*inter eius im-*
pressas, & in Penestrina census 4. Martij 1630.*co-*
ram eodem Coccino, *est decisio* 554. *num.* 9.*infra*
*par.*5.*recent. aliàs tom.*1.*à me select.* In quibus de-
cisionibus respondetur, quod creditor census potest
73 cogi † ad extinguendum censum pro parte consi-
derabili. & eius media pars, satis dicitur summa
considerabilis.

Et si quis obstinato animo contrariam opinionem
pertinaciter tueri vellet, vt censum solum in totum,
& non pro parte extingui possit, audiat quæso tex-
tum apertum, qui non glos. eget *in cap.*1.*de emption.*
& vendit. inter extrauag.communes. ibi, *Ipsum*
annuum censuum in totum, vel in parte pro eadem
summa denariorum, quam ab ipsis receperunt, quan-
doque vellent redimere. Posset tamen contraria opi-
nio saluari in casu, quo a principio inter partes fue-
74 rit conuentum, quod † census pro parte non possit
extingui, sed tantum totaliter, de cuius pacti validi-
tate, nemo est, qui dubitet.

Paulus Rubeus.

REVERENDISS. PIROVANO.

Romana Officij Hebræorum.

Veneris 3. *Februarij* 1623.

ARGVMENTVM.

Controuertitur in præsenti decisione, an Officium Notariatus Hebræorum Vrbis sit amouibile, & vacabile per S.R.E. Camerariorum obitum, ac responsio est negatiua, quodque deducitur ex ipsa natura similium officiorum, quàm origine ipsius, & etiam obseruantia subsequuta. Officia quando sunt manualia, & amouibilia, vacabilia sunt quoque per obitum concedentis. Antecessor non potest supplantare successorem, concedendo officia vltra eius vitam.

SVMMARIVM.

1 *Notariorum deputatio facienda est à superioribus iudicibus.*
2 *Notariorum deputatio solet esse manualis, & amouibilis, non autem perpetua ad vitam electi.*
3 *Hebræi fœnerantes habent facultatem à Leone X. eligendi vnum Notarium super omnium actorum receptione.*
4 *Notarij eligendi facultatem habens, quando dicta facultas dicatur data, iuxta terminos cap. quoniam contra de probat.*

5 Dispo-

5 *Dispositionum natura, & interpretatio optimè desumitur ex ipsa obseruantia.*

6 *Officium Notariatus Hebræorum est amouibile, & vacabile per obitum Camerariorum, & hic referuntur casus obseruantiæ.*

7 *Officium, quando est in statu manualitatis, & amouibilitatis, vacabile etiam erit per obitum cedentis.*

8 *Antecessor, dum vendere officium ad vitam ementis non potuit, non tenetur successor seruare illius factum.*

9 *Successor potest reuocare priuilegium concessum ab eius antecessore, dum vltra eius vitam facultas non extendebatur, & non amplius.*

10 *Episcopus, aut similis officialis non potest grauare successorem.*

11 *Prælatus non potest supplantare successorem præueniendo tempus, nec vltra eius vitam concedere officia.*

12 *Prælatus non potest priuare suum successorem nominatione officiorum, quæ ad eum de iure spectat.*

13 *Officia Notariorum non possunt perpetuò concedi, sed expirant cum vita ipsius supremi officialis concedentis.*

DECISIO CCCCLV.

QVÆSITVM fuit an officium Notariatus Hebræorum vsque ad annum 1591. fuerit amouibile, & vacabile per obitum Camerariorum, quod visum fuit ex deductis posse affirmatiuè responderi, tam attenta natura similium officiorum, quam origine istius, ac etiam obseruantia subsequuta vsque ad annum prædictum 1591.

1 Regulare enim est deputationem † Notariorum
fieri à superioribus iudicibus, *c. quoniam contra de probat. vbi Felin. num. 4.* & idem habetur *in c. Statutum §. Notarium de rescript. in 6.* eademq. depu-
2 tatio solet esse † manualis, & amouibilis non autem
perpetua ad vitam electi, *cap. si gratiosè de rescript. in 6. Franc. de March. decis. 19. num. 1. lib. 2. Boer. decis. 149. num. 25.* origine autem eandem naturam habuisse dignoscitur, dum à Leone X. in reformatione facultatum Hebræorum fœnerantium simpliciter
3 data fuit facultas vnum Notarium † super omnium
actorum receptione eligendi, proponendi, & deputandi, quod propriè conuenit cum dispositione, *cap. quoniam contra de probat.* & secundum termi-
4 nos illius † super amouibilitate, & manualitate re-
cipit interpretationem, ac demum obseruantia
5 naturam, † & originem comprobauit, dum ab anno
1565. vsque ad dictum annum 1591. primo deputatus fuit in Notarium Dionysius Sarrattus ad annū
6 deindè Galdinus Burlaschinus, & † eo amoto per
Camerarium fuit deputatus Zerbinus Sperandius de anno 1583. qui cum consensu à beneplacito Cardinalis Cornelij Camerarij titulo donationis transtulit idem officium in Pascasium, sed paulo post succedente nouo Camerario nempe Cardinali Guastauillano, idem Pascasius adhuc nomine Sperandei officium exercens fuit ex integro deputatus omisso Sperandio, & ad annum prædictum 1591. continuauit in quo obijt,

Ex quibus consequentia certa deducitur quòd si
7 officium † est in statu manualitatis, & amouibilita-
tis, vacabile etiam erit per mortem Camerariorū,
8 ex † quo Antecessor si vendere officium ad vitam
ementis non potuit, non tenetur successor seruare illius factum, sed potest reuocare priuilegium prædecessoris, quod durat durante vita concedentis, &
9 facultate † illius, & non amplius. *Bald. de feud. tit. qui success. feud. dar. ten. nu. 4. Afflict. decis. 101. qui de Notario casum ponit num. 2. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 23, num. 17. Gabr. de iur. quæsit. non tollen. concl. 5. num. 6. Gonzal. super reg. 8. gloss. 5. §. 11. num. 22.* qui omnes mouentur rationibus ex Baldo
10 deduct. *d. tit. qui success. dar.* tenent † quia Episc.
aut similis Officialis nō potest grauare successorem, item nec Prælatus potest supplantare in præuenien-
11 do † tempus extra iurisdictionem suam priuando
nominatione Notariorum, quæ ad illum de iure
12 spectare † solet, quod etiam videtur comprobatum
13 ex Constitutione Pij V. in qua declaratur † huius-
modi officia non posse perpetuò concedi, sed expirare cum vita ipsius supremi officialis.

Et ita, &c.

☞ * *In eadem causa habetur infra altera decisio sub die 17. Martij præsentis anni 1623. coram eodem Reuerendiss. Pirouano.*

REVERENDISS. MANZANEDO,

Patriarcha Hierosolymitano.

Romana Donationis.

Lunæ 6. Februarij 1623.

ARGVMENTVM.

Donatio excedens summā 500. solidorum, est insinuanda, aliàs nullitatis vitio subiacet, cum dicta donatio respiciat perfectum consensum donantis, ac illa denotet animum deliberatum eiusdem persistendi in dicta voluntate donandi, & ideo si non insinuetur lex præsumit donantem non habere animum donandi, & sic potest eam reuocare. Facultatem habens donandi absque solemnitate insinuationis, vtrum d. facultate dicatur vsus, quid requiratur. Potestatem obtinens reuocandi per eum gesta, an intelligatur de illis actibus, qui sunt sui natura reuocabilia, vel de irreuocabilibus etiam.

SVMMARIVM.

1 *Donatio excedens summam 500. solidorum est nulla.*

2 *Donatio, quando est nulla, à donante potest quandocumque reuocari. & num. 5.*

3 *Insinuatio respicit perfectum consensum donantis, & deliberatum animum illius ad donandum, & eius perseuerantiam.*

4 *Insinuatio in donatione, quando deficit, quoque deficit perfectus consensus donantis.*

in Donatione lex præsumit abesse consensum donantis, donec insinuatio superueniat. num. 4.

6 *Indultum ad aliquid faciendum, dum quis obtinuit, vt eum iuuet, quid requiratur.*

7 *Potestatem gerendi aliquem actum, si aliquis habeat, ea potestas non sufficit nisi eo animo gerat, quo potest.*

8 *ab Insinuatione donationis dum donans est exemptus, id respicit fauorem ipsius donantis. & n. 12. Itaque nisi acceptauerit talem exemptionem, ac in donatione eam expresserit, non præsumitur ea vti velle.*

9 *Priuilegio sibi concesso simul stare potest, quod quis vti velit, quo ad principale, & tamen noluerit gaudere aliqua specialitate illius.*
10 *Donans sine insinuatione, non potest cogi, vt insinuet.*
11 *Gerundium, cum respiciat tempus futurum, importat donationem.*
13 *Donationem reuocandi habens facultatem, potest eam reuocare, quamuis validè sit facta.*
14 *Reuocationis facultatem dum quis habet, reuocando actum, vtitur iure suo, & tenet reuocatio.*
15 *Reuocandi aliquem actum, dum quis habet potestatem, an talis potestas intelligatur de illis dispositionibus, qui sunt sui natura reuocabiles.*
16 *Testamentum, aliæq. vltimæ voluntates vsque ad supremum vitæ spiritum sunt reuocabiles.*
17 *Clausula in fine posita, qualificat totam dispositionem.*
18 *Clausula in fine posita, omnia superius dicta æquè determinat.*
19 *Dictio, prædictæ, est relatiua ad præcedentia.*
20 *Dictiones relatiuæ operantur, ac si omnia præcedentia nominatim, ac specificè essent expressa,*
21 *Et cum omnibus suis qualitatibus.*
22 *Dictio, vt supra, repetit omnes modos supra nominatos, cum omnibus suis qualitatibus.*
23 *Testandi facultas alicui concessa an expiret cum primo testamento, seu prima dispositione.*
24 *Et opinio verior est, vt non expiret.*
25 *Concessio quando est clara, non est in dubium reuocanda. & num. 26.*

DECISIO CCCCLVI.

BONA mem. Cardinalis de Nazaret, aliàs Tonti, fecit duas donationes, quarum secunda, de qua hodie agitur, fuit inter viuos, & absque insinuatione quamuis excedens in magna quantitate summam 500. solidorum, ex post facto verò hanc secundam donationem reuocauit. Vnde dubitaui hodie, An ista reuocatio teneret, & sic obstaret donatarijs, & DD. validam fuisse censuerunt. Cardinalis namque habuerat Indultum à fel. rec. Paulo V. testandi, seu donandi inter viuos quouis modo etiam minus solemni, & sine aliqua insinuatione, cum facultate prædictas dispositiones semel, & pluries in toto, vel in parte factas, & facien. etiam sæpè sæpius moderañ, limitañ, commutañ, alterañ, & in totum, vel parte reuocañ, itaut per priores dispositiones, vt supra factas nunquam huiusmodi facultates consumptæ dici possent, sed semper, & quandocumque prædictas mutare, & alterare in totum, vel in parte reuocare, & alias prout sibi videretur, & placeret, ac duceret facieñ, & disponeñ motu proprio plenam licentiam, & facultatem illi concessit, vt latius legitur in litteris istius facultatis. Quibus suppositis certum est Cardinali fuisse concessam facultatem donandi inter viuos, & absque reseruatione, & quod ipse absque insinuatione fecit hanc secundam donationem, quæ de iure communi cessante dicto Indul-
1 to, & exceden. † summam 500. solidorum fuit nulla, *l. sancimus, l. pen. vers. cæteris C. de donat. & vtrobique scrib. Clar. in §. donatio q. 15. cum ibi addu-*
2 *ctis*, vnde tanquam † nulla poterat quandocumque à Cardinali reuocari, quia cum insinuatio respiciat perfectum consensum donantis, & deliberatum ani-
3 mum illius ad donañ, † & eius perseuerantiam *Oldrad. cons. 253. num. 3. vers. fuit enim Canar. de insinuat. q. 9. num. 18.* deficiente insinuatione, deficit
4 dictus perfectus consensus quem † lex fingit obesse, donec insinuatio superueniat, *vt declarat Bald. in d. l. sancimus in princ. num. 7. Gabr. cons. 158. num. 6.*
5 *lib. 1.* Vnde tanquam nulla ista donatio † potuit quandocumque à Cardinali reuocari.

Vltra quod etiam stante dicto Indulto intrat nullitas dictæ donationis ex defectu insinuationis. Indultum enim duo concedit, alterum facultatem donandi absque insinuatione, & ad hoc, vt quoad vltimum indultum suffragari potest etiam quod donatio fuerit facta in vim eiusdem Indulti opus erat,
6 quod Cardinalis in dicta donatione declarasset † se velle vti dicto Indulto ad illam sine insinuatione facieñ, quia non sufficit quem habere potestatem
7 gerendi actum, nisi eo animo gerat † quo potest, & aliàs nihil valet *l. quæro, ff. de eo, qui per tut. Ancar. cons. 1. num. 3. Corn. cons. 304. num. 11. lib. 2* Exemptio enim oneris insinuan. respicit fauorem donan-
8 tis, itaut ipsi eatenus competat, quatenus hanc † facultatem non insinuandi acceptauerit, & expresse de illa fecerit mentionem *Gabr. vbi supra num. 14. & seq.*

Non obstat quod satis videatur constare Cardinalem vti voluisse hac facultate non insinuandi, dum dixit se donare in vim dictarum facultatum, quia
9 † stant simul, quod in vim illarum voluerit donare, & tamen noluerit gaudere priuilegio non insinuañ,
10 cum donans † sine insinuatione non potest cogi, vt insinuet, *Canar. vbi supra quæst. 5. num. 13.* quod maximè deprehenditur ex eo, quod non expressit se vti velle d. priuilegio non insinuan., vt opus erat ex superius deductis. Et quia Papa eatenus voluit donationem sustineri, etiam absque insinuatione, quatenus Cardinalis donans permaneret in illa donan. voluntate, vt in verbis legitur in dicto Indulto, ibi, In eadem voluntate permanendo, idest si permanse-
11 rit in eadem voluntate, † illud enim gerundium permanendo respiciens tempus futurum importat conditionem, *l. si tu ex parte in fine, ff. de acq. hæred. per* quem textum ita ibi tenet *Bart. Paris. cons. 19. num. 4. lib. 2.*

Nec obstat quod in facultate donandi adsint illa verba, Et nulla facta mentione prædicti Indulti. Hæc enim verba referri debent ad dictam facultatem do-
12 nan. inter viuos, vel † testan. non autem auferunt necessitatem Cardinali de exprimendo velle vti facultate donandi sine insinuatione, ex superius deductis, ex quibus dicitur, quod etiamsi Cardinalis donan. sine insinuatione voluisset vti expresse priuilegio non insinuandi, & sic donatio esset valida, ni-
13 hilominus † in omni casu potuit ex post facto reuocare dictam donationem in vim eiusdem Indulti, in quo post facultatem donan., etiam inter viuos, & sine insinuatione concessit Pontifex dicto Cardinali prædictas dispositiones semel, & pluries in toto, vel in parte factas, & facien. etiam sæpe, & sæpius moderañ, limitañ, commutañ, alterañ, & in totum, vel in parte reuocañ, itaut per priores dispositiones, vt supra factas nunquam huiusmodi facultates con-
14 sumptæ dici possent, † sed semper, & quandocumq. disponens prædictas mutare, & alterare in totum, vel in parte reuocare possit, qua facultate stante potuit optimo iure, vigore dicti Indulti Cardinalis secundam

cundam donationem etiam inter viuos factam reuocare prout fecit.

Nec obstat quod prædicta verba sint referenda ad illas dispositiones, quæ de sui natura reuocari pos-
15 sunt, prout † sunt vltimæ voluntates, fuit enim responsum, quod hic esset casus indubitabilis, cum certum sit quod testamentū, & alias vltimas voluntates
16 † vsque ad vltimum vitæ spiritum, quis reuocare potest, sicque potius videtur dicendum, quod clau-
17 sula † prædicta facultatis reuocan. in fine posita totam orationem determinat, *l. iam hoc Iure, ff. de vulg & pupillan.* & sic determinat tàm vltimas vo-
18 luntates, quàm donationes inter viuos † in prædicta oratione comprænhensas, maximè ponderan. in dicta facultate illa verba, Prædictas dispositiones, non semel repetita, quæ dictiones, Prædictas, sunt
19 relatiuæ † ad præcedentia, *Bart. in l. qui liberis, ff. de vulg & pupill. & in l. 1 §. hoc edicto, ff de postulat.* Gabr. cons. 31. num. 19 lib. 1. & operantur, ac si om-
20 nia † præcedentia nominatim, & specificè essent expressa, *Ias. cons. 15. num. 4. lib. 1. Rota decis. 713.*
21 *num. 2 & 3 par. 1. diuer.* & cum † omnibus suis qualitatibus, *Ruin. cons. 206. num. 5. lib. 2.* ponderante etiam illa verba, itaut per priores dispositiones, vt supra factas, quæ dictio, vt supra, repetit omnes
22 modos supra nominatos † cum omnibus suis qualitatibus. *Paris. cons. 19 num. 6. 8. & 71. lib. 2. Surd. cons. 28. num 6. lib. 2. Cephal. cons. 311. num. 37. lib. 3.* Sed sic est quod superius nominauerat dispositiones & vltimas voluntates, & per donationem inter viuos, vnde ad omnes illas sunt referen. prædicta verba relatiua in facultate reuocandi apposita, maximè cum Papa vsus fuerit verbo Dispositiones, quod comprehendit etiam donationem inter viuos, *vt notat Paris. d. cons. 19. num. 70. & seq. lib. 2.*

Minus facit quod ista facultas reuocan. sit apposita ad tollen. altercationes DD an concessa facul-
23 tas † testan. expiret cum primo testamento, seu prima dispositione, prout tenet affirmatiuam sententiam, *Dec. in cons. 512. Soccin. iun. cons. 79. lib. 1.* cō-
24 trariam verò † sententiam sequitur *Rota decis. 47. num. 1. par. 1. diuer.* quia vltra quod opinio Rotæ, & pro illa tenentium est verior, fuit hoc in dicto indul-
25 to expresse prouisum, cum in illo concedatur † ipsi sæpe, & sæpius mutare, & alterare, & reuocare priores dispositiones, vt supra factas, in quibus continetur donatio inter viuos ex superius deductis.

Quæ confirmantur ex illis verbis facultatiuis do-
26 nan. etiam † inter viuos, & sine insinuatione appositis, ibi, In eadem voluntate permanendo quasi ista facultas testandi, siue donandi inter viuos censeatur concessa, si Cardinalis in eadem voluntate permaneret, hoc est si illam non reuocasset, iuxta facultatem reuocan. paulò inferius sibi concessam.

Ex quibus ita fuit decisum, &c.

REVERENDISS. COCCINO.

Interamnen. Legitimarum.

Veneris 10. Februarij 1623.

ARGVMENTVM.

Æstimatio, cum in dubio præsumatur iusta, ideo contrarium asserenti incumbit onus probandi excessiuitatem. Legitima non in pecunia, sed in corporibus assignanda venit, in qua assignatione intrat arbitrium Iudicis, quod tamen non à suo capite, sed à Iure debet esse regulatum.

SVMMARIVM

1 *Aestimatio in dubio præsumitur iusta, & excessiua.*
2 *in Aestimatione alicuius rei potius est standum peritis à Iudice deputatis, quam depositionibus testium.*
3 *Legitima non debetur in pecunia, sed est assignanda in corporibus.*
4 *in Aestimatione an adsit excessus parum refert, dum ipsa corpora debentur, & non quantitas in pecunia.*
5 *Excessus in æstimatione facta à perito non dicitur adesse ex causa melioramentorum, dum coram eo non fuit de illis doctum, & sic eo casu facienda est excomputatio.*
6 *in Melioramentis æstimandis habetur ratio illius, quod minus est, & quomodo. & num. 7.*
8 *Bona aliqua licet sint infructuosa, tamen possunt esse pretio æstimabilia.*
9 *in Legitima assignanda intrat arbitrium Iudicis, quod tamen debet esse regulatum à Iure.*

DECISIO CCCCLVII.

IN hac causa 17. Decembris 1621. * fuit resolutum constare de identitate bonorum æstima-
1 torum, neque constare de excessu † æstimationis cū iusta præsumatur, hodie vero examinatis testibus iterum dubitaui, an constaret de excessu æstimationis, & negatiuè fuit resolutum, æstimatio enim præsumitur iusta, & quamuis in aliquibus corporibus te-
2 stes non concordent, † tamen magis est standum peritis deputatis à Rota, quam testibus, *Bero. cons. 102. num. 35. lib. 4. Honded cons. 31. num. 46. lib. 1. Seraphin. decis. 665. num. 7. lib. 1.*

Et prædicta eo magis placuerunt Dominis, quia agitur de æstimatione ad effectum ponendi rationem
3 legitimæ, † quæ non debetur in pecunia, sed est assignanda in corporibus. *Cæsar. de Graff. decis. 10. n. 2. de testam.* vnde parum refert excessus æstimationis
4 si adesset, cum ipsa corpora debeantur, † & non quātitas in pecunia, & iste excessus æque fauet, ac nocet vtrique parti.

Neque obstat quod testes deponant domum fuisse melioratam in scutis 100. similiter, & prædium *allafontana* propter plantationes, nec non & aliud prædinm in vocabulo, *le noce viue*, & aliud in vocabulo, S. *Pietro in Campo*; Quia quatenus ista melioramenta essent liquidata, non probaut excessum,
5 cum coram peritis non fuerit doctum † de melioramentis, sed essent excomputanda, & vere adhuc non sunt liquida, quia in æstimandis melioramentis habetur ratio illius, quod minus est; videlicet: Si mi-
6 nus est, licet plus melioratum, & † si minus melioratum licet plus impensum hoc attenditur. *l. in fundo ff. de rei vendic. vbi glos. in verb. plus pretio, & Odofred. in prin. vers. respondet Iureconsultus. Bart. nu. 1. vers. secundo oppone,* vbi reddit rationem,
7 quod duo requiruntur, † quod tantum expensum, quam tamen melioratum sit. *Ioseph. Ludou. decis. Lucen. 7. num. 11. vbi de communi Petrus Ant. à Petra de fideicom. quæst. 15. num. 261. vsque 274. vbi de communi, & magis communi.*

Nec minus facit, quod Casalenum inclusa ad Sāctum Paulum est dirutum, & terra nuncupata *calce la*

la malta, sunt montuosæ, & fructiferæ, quia nihilominus omnia ista sunt pretio æstimabilia, & in assignanda legitima intrat arbitrium Iudicis, qui debet vti prædicto arbitrio ab æquitate regulato: *Roland. cons. 78 num. 16. & seqq. lib. 1. Menoch. de arbitr. casu 163 num. 20. in fin. & num. 21.*

Et ita conclusum, &c.

** Decisio ista in hac causa facta habetur infra in altero Tomo in Appendice in fine; & infra in hoc eodem Tomo adest altera sub die 22. Maij 1623.*

REVERENDISS. COCCINO.

Bononien. Cambij.

Lunæ 13. Februarij 1623.

ARGVMENTVM.

Fideiussor obligans se pro cambio, & recambio pro certo, & determinato loco facien. quando dicatur casus obligationis expirasse, ita vt ipse ad aliud non teneatur, & quando clarè appareat, quod fideiussor cambiorum noluerit se obligare pro cambijs generaliter, sed pro certis in specie.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor obligans se ad certum casum, ad diuersum non tenetur.*

2 *Debitum vnum licitè, quando in aliud possit transferri.*

3 *contra Fideiussorem, quis agere nequit, quando creditori non patet aditus agendi ex contractu in quo est obligatus fideiussor.*

4 *contra Fideiussorem agi non potest, quando est nouatus contractus.*

5 *Fideiussor cambij censetur liberatus per extinctionem eius, & constitutionem alterius.*

6 *Fideiussor ex quibus clarè appareat se noluisse obligare pro cambijs generaliter, sed simpliciter in certo, ac determinato casu. & num. 7.*

8 *Verba Mercatorum inter eos prolata, sunt accipienda, iuxta eorum stylum.*

9 *Promissio facta per verba non habentia tractum successiuum, censetur limitata, & vltra terminũ dictorum verborum non extenditur.*

10 *Fideiussor ex certa causa se obligans, liberatur ea extincta.*

11 *Clara quando est aliqua dispositio, non est vlterius quærendum.*

DECISIO CCCCLVIII.

MARCVS Antonius Corsinus dedit ad cambiũ Hippolito Elephantuccio certam pecuniarum summam, pro qua insolidum se obligauit Carolus Elephantuccius per hæc verba: *All'obligo per cambio, ricambio, & spese, e voi Sig. Corsino date ordine à Piacenza, che sia recapitata detta tratta, e se nelli ritorni, quando se ne vaglia, e sia rimessa da chi si voglia, se il detto Sig. Hippolito Fontuzzi non pachi à prima richiesta m'obligo io à pagare in contanti subito senza eccettione alcuna, & anco accettarò se sarò ricerco.* Et literæ cum hac obligatione Placentiam fuerunt transmissæ, qui illas acceptauit, & denuò easdem pecunias cambiauit.

Stante hac serie facti, fuit dubitatum, an litteræ cambij essent exequendæ contra fideiussorem, & ne-
1 gatiuè fuit resolutum; quia cum ipse † se obligauerit pro primo cambio ad Ciuitatem Placentiæ, & pro recambio ad Ciuitatem Bononiæ, cum Antonius Corsinus secutus fuerit bonam fidem Hippoliti faciendo noua cambia, & recambia primum debitum cambij, & recambij, pro quo erat obliga-
2 tus † Carolus versum fuit in alium debitum, quod fieri potuit *Bart. in l. singularia xv. num. 20. vers. veniamus. ff si cert. petat. & in l. si ex pretio. num. 3. C. eod. tit. Rota Genuen. decis. 1. num. 3. & 7. vers. & primo*, vbi de communi ideò sequitur, quod non
3 possit agere contra fideiussorem, cum creditori non pateat aditus agendi ex primo contractu, in quo est obligatus fideiussor, sed ex secundo contractu in quo
4 non † est obligatus fideiussor. *Rota Genuen. dicta decis. 1. sub num. 7. & in terminis cambij dicit Modern. de camb. § 2. glos. 5. num. 409. & seq.* qui loqui-
5 tur etiam in terminis † extinctionis primi cambij per constitutionem secundi.

Quod autem Carolus se obligauerit pro primis cambijs ad Ciuitatem Placentiæ, & primis recambijs ad Ciuitatem Bononiæ, patet ex verbis supra narratis, ex quibus apparet, quod se obligauit pro
6 cambio, & recambio tractæ non generaliter, † sed simpliciter pro cambio, & recambio illius primæ tractæ, vt patet ex verbis sequentibus directis Corsino, ibi, *date ordine à Piacenza, che sia recapitata detta tratta*, & sic manifestè colligitur, quod loqui-
7 tur de illa tracta, † & postea subdit, *e se nelli ritorni quando se ne vaglia, e sia remessa da chi si voglia, se il Sig. Fantuzzi non pachi à prima richiesta m'obligo io à pagare in contanti, & anco accettare*, scilicet litteras, *se sarò richiesto*, verba enim illa, *& se*
8 *nelli ritorni*, sunt accipienda † iuxta stylum mercatorum, vt importent remissionem litterarum illarum Nundinarum, & vulgariter solet dici, *nelli ritorni di fiera*, hoc est primarum Nundinarum, non
9 autem quod importent tractum successiuum, quasi se obligasset pro omnibus nũdinis sub sequentibus verbis, *quando se ne vaglia, e sia rimessa da chi si voglia mi obligo io à pagare incontanti, & anco accettare*, scilicet litteras remissionis, *se sarò ricercato*, prima enim vice fuit remissa, & tunc intra-
10 bat obligatio Caroli; quare cum Hippolitus † satisfecerit faciendo nouum cambium, quod acceptauit Corsinus fuit ipse Carolus liberatus per supradicta.

Ex quibus fuit recessum à decisione facta 25. Februarij superioris anni, * omissis per Dominos ex industria, quæ dici possent † circa intelligentiam
11 statuti, quia prædicta tanquam nimis clara visa fuerunt sufficere. Et ita &c.

** Decisio in hac causa facta sub die 25. Februarij 1622. coram eodem bo. me. Coccino, à qua Rota recessit, est supra in hoc Tomo decisio 353.*

R. P. D. NAVARRO.

Firmana Dotis.

Lunæ 13. Februarij 1623.

ARGVMENTVM.

Dotis solutio, dum promissa fuit cum obligatione Camerali, tunc omnino soluenda venit, nec ita facile admittitur

mittitur exceptio. Et tractatur hic, quando filia mortua est relictis filijs, ante obitum patris, qui dotem promisit, & non soluit, an audiatur, si intendat retinere dotem, quia cum dos succedat loco legitimæ, & ea non debetur ante obitum patris, itaque videtur dictam dotem posse retinere, sed constitutio Martini ei obstat.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis non impeditur per ea, quæ requirunt altiorem indaginem.*

2 *Statuto exclusiuo fœminarũ stante, tunc dos filiæ ea mortua, nõ transit ad eius hæredes, sed ad agnatos.*

3 *Restitutio, quando est facienda de aliqua re alicui, multò magis est ei concedenda retentio, dum eam rem possidet.*

4 *Exceptio omnis non est valens ad impediendam executionem obligationis Cameralis. & nu. 5.*

6 *Dos data filiæ efficitur eius proprium patrimonium, & succedit loco legitimæ.*

7 *Filia, quando decedit ante obitum patris, cum dos non succedat loco legitimæ, ideoq. ea debet reuerti ad patrem.*

Legitima non debetur filijs, nisi mortuo patre. n. 7.

8 *Dos data filiæ a patre, tunc in filia consolidatur, & succedit loco legitimæ quando pater decedit.*

9 *Dos mortuo patre, remanet filijs, & non reuertitur ad patrẽ dotantẽ, & hoc ex cõsuetudine Martini.*

10 *Maritus secundum statutum Firmanum, quo casu lucretur tertiam partem dotis.*

11 *Constitutio Martini volentis, vt dos remaneat filijs, etiam viuente auo, dicitur ius cõmune non scriptũ.*

12 *Liberorum appellatione non veniunt tantum masculi, sed etiam fœminæ.*

DECISIO CCCCLIX.

HAEREDES Angeli institerunt iterum audiri, vnde proposito dubio super eisdem Domini resoluerunt persisten. in decisis.

Agitur enim ad solutionem dotis Thomasinæ vigore oblig. Cam. promissæ, cuius exequutio per exceptiones turbidas, † & altiorem indaginem requi-
1 rentes non retardatur *Rot. apud Modern. de oblig. Càm. decis. 26. nu. 2. & dec. 42. nu. 9. & decis. 49. nu. 1. & 2. & alibi sæpissimè.*

Angeli hæredibus haud suffragari potest exceptio illa deducta, quod dos ista post mortem Thomasinæ sine filijs masculis reuertatur ad ipsos stante statuto exclusio fœminarum quod vocat etiam transuersales,
2 quo † casu dos ad dotantem non autem ad hæredes mulieris pertinere dicitur, sicuti enim possent recu-
3 perare exclusa filia si soluisset † sic non solutam retinere ex vulg. cui obiectioni *late responsum fuit in decisione*, cui non obstare similem exceptionem, vel
4 vel quia non subsistit, & insufficiens † omnino est ad impediendum exequutionem *oblig. Cam. Natt. cons. 532. num. 4. Surd. cons. 4. num. 36. Rota in recent. dec. 559 num. 3. & 5. par. 11.*

Neque etiam de successione Thomasinæ agitur in eius hæreditate quo in casu deducta, & allegata pro hæredibus Angeli procederent, sed tantum de dote
5 eidem promissa à Patre quam † hæredes non habent vti hæreditatem maternam, sed vti à dotante ex his quæ tradit *Hond. cons. 37. num. 24. & seqq. l 1. & cons. 75. num. 35. l. 2. cum alijs in decisionibus adductis.*

Nec videtur obstare dotem Thomasinæ fuisse ef-
6 fectam proprium patrimonium, † & successiuè loco legitimæ, & sic agi de hæreditate ipsius, & locum sibi vendicare statuta, quia cum Thomassina decesserit
7 ad huc superstite patre, non † poterat dicta dos dici legitima, quæ non debetur nisi mortuo parte *l. 1. §. si impubere in fin ff. de coll. bonorum Rota in recent.*
8 *decis. 708. num. 3. par. 2.* & mortuo † Patre dos consolidatur in persona filiæ ergo non ante *l. vnica §. videmus C. de re vxor. act. Barbos. in 1. p. l. 2. in princip. num. 145.* & ideo remansit semper dos, quæ ex con-
9 stitutione Martini debetur filijs non vti † hæredibus matris, sed vt loquuntur Doct. auocando ab Auo, & in filios transferen. *Hond. cons. 32. & cons. 75. l. 2. Rot. decis. 710. num. 6. p. 2. in recent. & fuit dictum in Firmana prætensæ restitutionis dotis 20. Maij 1630. corã Reuerendiss. Domino meo Decano in eisdem terminis Ciuitatis nouæ, & latius in hac causa facta.*

Minus suffragari dixerunt statutum quo disponitur, quod muliere decedente ante mortem mariti
10 sine filijs vel cum liberis † ex eodem matrimonio natis non peruenientibus ad ætatem 14. annorum maritus lucretur tertiam partem dotis reliquę vero duę partes restituantur illi, seu illis quibus de iure dicta restitutio cõpetit, & sic viuente patre ad eũ spectan.

Quia respondetur non versari in terminis statuti, sed in diuersa dispositione cum Thomasina non obierit sine filijs immò superstitibus liberis, & adhuc
11 filia viuit cui † ex constitutione Martini dos venit restituenda, quæ constitutio dicitur ius commune non scriptum, *vt per Alex. in l. post dotem num. 27. & ibi Ias. num. 101. in fin. ff. solut. matrim. Thesaur. decis. 190. num. 1.*

Cui conclusioni non aduersantur adducta pro hæredibus, quod statutum debet intelligi de masculis,
12 quia statutum de liberis † loquitur, & appellatione liberorum etiam fœminæ continentur *l. cognoscen. §. liberorum l. non sine liberis ff. de verb. signif. cum concord. in decisione.*

Quibus, & alijs rationibus in ea allegatis Domini inhæren. perstiterunt in decisis, &c.

R. P. D. REMBOLDO.

Romana Donationis de Ottonibus.

Veneris 17. Februarij 1623.

ARGVMENTVM.

Donatio facta contemplatione futuri matrimonij, an subiaceat statuto volenti, vt quælibet donatio insinuetur, & licet aliqui DD. teneant affirmatiuam partem, tamen victoria est eorũ, qui negatiuam sustinent, eamque opinionem in pluribus causis retinuit Rota, quæ sine dubio procedit, quando in ea donatione constituta fuit primogenitura, vel quando donatio facta est in ipso contractu matrimonij, cum tunc non propriè dicatur donatio, sed contractus quidam innominatus, & quare.

SVMMARIVM.

1 *Donatio satis dicitur probata per instrumentum, quod facit probationem probatam.*

2 *Donatio est nulla ex defectu insinuationis.*

3 *Donatio facta contemplatione futuri matrimonij, an ad eius validitatem sit necessaria insinuatio, alij enim DD. tenent affirmatiuam, alij verò negatiuam partem sustinent. vt nu. 4.*

5 *Donatio facta contemplatione futuri matrimonij, vt non subiaceat vitio insinuationis sæpe sæpius tenuit Rota. & nu. 13.*

6 *Donatio facta contemplatione matrimonij tũc multo minus insinuanda venit, quando in ea constituta fuit primogenitura.*

7 *Donatio non subiacet statuto requirenti certas solemnitates, quando fuit adiectũ aliquod onus, etiã si onus concernat commodum solius donatarij.*

8 *Donatio facta contemplatione matrimonij, tunc multò minus eget insinuatione, quando fuit facta in ipso matrimonio.*

9 *Donatio quando est facta in ipso matrimonio non dicitur propriè donatio, sed potius contractus quidã innominatus.*

10 *Quæ donatio, nisi effectum suum sortiretur coniuges decepti remanerent, qui alias non nupsissent, & ideo in ea nullas solemnitas est necessaria.*

11 *Statutum loquens de insinuandis donationibus intelligendum venit de puris, non autem de donationibus factis ob causam.*

Et quæ respiciunt commodum aliorum, quam donatarij.

12 *Decisio in causa Romana de Cuppis 5. Iunij 1602. quo casu loquatur. & nu. 14.*

14 *Donatio facta a minore est insinuanda, licet sit facta contemplatione futuri matrimonij.*

15 *Diuisiones, quæ non habuerunt effectum non releuant, ad aliquid comprobandum, nec inferunt præiudicium.*

16 *Clausula præseruatiuæ ab omni præiudicio præseruant.*

17 *Bona donata, dum quis asserit esse fideicommisso subiecta, id ipse debet facere constare, cum non sufficiat sola assertio.*

DECISIO CCCCLX.

POST resolutionem in hac causa factam, quod apposito sequestro videatur de bono iure, Dubium proposui An constet de bono iure, & ad fauorem cuius Domini censuerunt constare de bono iure Hieronymi, qui habet donationem irreuocabilem inter viuos ad sui fauorem factam ab Hectore,

1 vt apparet † ex publico Instrumento, quod facit probationem probatam *Bald. in l. interest in vltimo notab. C. de solut. Dec. consi. 36. n. 2. Surd. dec. 177. n. 4.*

Nec obstat quod dicitur dictam donationem esse

2 nullam ob defectum † insinuationis à Statuto Vrbis requisitæ, quia licet magna videatur controuersia inter DD. An in donationibus factis contemplatio-

3 ne futuri matrimonij, † qualis est ista, de qua agitur, sit necessaria insinuatio, cum affirmatiuam opinionem, quod scilicet insinuatio sit necessaria, *post Paris. cons. 16. num. 26. & seq. lib. 2. Tiraq. in l. si vnquã in verb. donatione largitus num. 241. pluribus rationibus, & auctoritatibus tueatur Gabr. cons. 57. n. 9. & 13. lib. 2. Surd. cons. 361. nu. 23. & seqq.*

4 Negatiuam verò † defendant *Dec. cons. 414. n. 15. Alex. cons. 12. num. 5 vol. 1. Natt. cons. 609. num. 20. & num. 31. & 39. Menoch. cons. 261. num. 9. & seqq. Surd. decis. 214. num. 16. Purpur. cons. 353. nu. 29.*

Nihilominus in hac facti specie DD. censuerunt

5 dictam donationem † etiam absque insinuatione sustineri, tum quia hanc eandem sententiam sæpius alias indistinctè amplexa est Rota, & signanter in *causa Beneuentana Donationis 11. Octobris 1585. coram bo. me. Gipsio, & in Spoletana Terrarum 21. Iunij 1599. & Auximana bonorum 4. Martij 1602. coram Illustrissimo Card. Millino, & in Fanen. Saluiani 27. Februarij 1612. coram R. P. D. meo Pamphilio*, tum, & maximè, quia dicta donatio nedum fuit ab initio facta contemplatione matrimonij, sed in eadem quoque donatione fuit instituta Pri-

6 mogenitura † ad fauorem descendentium Hieronymi Donatarij, quo casu sustinetur etiam absque insinuatione *Por. Imol. cons. 6. num. 28. cum seqq. Molina de primogenit. Hispan. lib. 2. cap. 8. numer. 18. in princ. & vers. ex quibus, Peregr. de fideicom. art. 51. numer. 64. & fuit dictum in Romana Viridarij 19. Februarij 1590. coram bo. me. Orano*, vbi quod do-

7 natio nõ † subiacet statuto requirenti certas solemnitates, quando fuit adiectum aliquod onus, & si onus huiusmodi concernat commodum solius donatarij *ad not. per Bart. in l. 1. in fin. ff. de donat. & in l. filiusfamilias num. 1. eodem tit. Ruin. cons. 126. num. 9. vers. & per illum textum lib. 3. Rip. in l. si vnquam num. 25. C. de reuoc. donat. cum alijs adductis per Tiraq. in d. l. si vnquam in verb. donatione largitus num. 141. cum plurib. seqq.*

Et fuit ab ipso donante conclusum matrimonium inter Hieronymum donatarium, & Dianam cum promissione, & confirmatione dictæ donationis, sicq;

8 dici † potest dicta donatio facta in ipso contractu matrimonij, quo casu idem met, *Surd. d. cons. 361. num. 25. & plerique alij supra* pro parte affirmatiua citati admittunt, insinuationem non requiri, quia

9 tunc † talis donatio non est propriè donatio, sed potius contractus quidam innominatus, qui nisi suum haberet effectum, remaneret nedum donatarius sed

10 & Diana, † quæ alias non nupsisset decepta, nec propterea in huiusmodi donatione potest esse locus statuto requirenti insinuationem, cum illud loqua-

11 tur de donationibus puris, † non autem de donationibus factis ob causam, & quæ respiciunt commodum aliorum, quam Donatarij, *vt pluribus firmat Natt. d. cons. 609. num. 13. & seqq. Rolan. consil. 44. num. 17. & seqq. Caputaq. decis. 3. & dec. 197. part. 3. cum alijs supra allegatis.*

Nec propterea obstat *decis. Romana donationis de Cupis 5. Iunij 1602. relata per Pichum ad Stat.*

12 *Vrbis decis. 22.* quia † præterquam quod Rota vt supra dictum est, sæpius etiam indistinctè tenuit, dona-

13 tionem † contemplatione matrimonij factam sustineri sine insinuatione, dicta etiã decisio loquitur de

A donatione facta à minore, A † nec illa donatio fuit

14 facta pro conseruatione familiæ, & cum onere restitutionis ad fauorem Primogenitorum, nec confirmata à donante in cõtractu matrimonij, ac propterea huic casui non applicatur.

Non obstat quod prætenditur per Instrumentum diuisionis fuisse à dicta donatione recessum, quia di-

15 cta † diuisio non habuit effectum, & vlterius adest etiã in ea clausula præseruatiua sine praiudicio quo-

16 rumcùmq; Iurium, vnde per dictam diuisionẽ † non fuit illatum aliquod præiudicium Donatario *Alciat. in l. qui Romæ §. duo fratres nu. 30. ff. de verb. oblig. Menoch. præsumpt. 115. num. 61. lib. 3. Put. decis. 34. n. 1. & seq. lib. 2. in nou. Peregr. de f. deic. art. 46. n. 29.*

Minus obstant asserta fideicommissa, quia non

17 probatur, quod † bona donata sint dictis assertis fideicommissis supposita, ita quod non potuerint donari ab Hectore dicto Hieronymo, &c.

SVM-

SVMMARIVM ANNOTATIONIS AD DECISIONEM CCCCLX.

1 *Minor, vt validè donet etiam ex causa dotis, debet doceri fuisse seruatas debitas solemnitates in eorũ contractibus requisitas.*

2 *Dos comprehenditur sub legibus, & dispositionibus generalibus, nisi doceatur in illo casu eam esse specialiter priuilegiatam.*

3 *Ias. in l. 1. ff. solut. matrim. dum dixit generaliter dotem non comprehendi sub lege vniuersali, non parum errauit, & à quo fuit allucinatus, ostẽditur.*

4 *Salicet. in l. fin. C. de iur. dot. quod dixerit, leges generales non habere locum in dote, id nullo modo probatur, cum nec hoc dicere somniauerit, & tamen à pluribus ad id probandum allegatur.*

Et qualis sit eius verus intellectus nu. 5. & 6.

7 *Dos, dum est specialiter priuilegiata, non comprehenditur sub statuto generaliter loquente.*

8 *Ias. error in l. 1 ff. solut. matrim. à pluribus secutus fuit, ac illius dictum passim extollitur.*

10 *Dos, dum non est specialiter priuilegiata, vt non comprehendatur sub lege generali omnes illi Doctores, qui hanc opinionem tenent ridiculi sunt.*

11 *Doctoribus frequenter accidere solet, vt dum non speculantur iura, & rationes, vnus post alium erret.*

Doctores aliquando imitantur oues, vel grues, quæ cursum, & volatum anterioris absque vlteriori inuestigatione sequuntur nu. 11. & 13.

Et hoc non sine rubore plures DD. falsi sunt.

12 *Multitudo facilè sequitur dictum vnius. Veritas super omnia est colenda, & ab eius splendore, qui & Sole ipso splẽdidior est, quis tantum capi debet.*

14 *Roman. in consil. 104. num. 6. allegatur ab omnibus ad probandum, testem de crudelitate probare contra producentem, & tamen in eo loco Roman. nec hoc dicere somniauit.*

15 *Bettonica herba est adeo salutifera, vt cunctis morbis præbere medicamentum, feratur habetq; facultatem præseruandi ab omnibus malis.*

16 *Opinio aliqua, an sit vera, & communis periculosum est agnoscere ex numeratione Auctorum.*

17 *Veritas non Auctorum numero, sed legum & rationum auctoritate est venanda. Iudicandum non est ex multitudine Auctorum, sed quod iustius & æquius, ex sententia Iustiniani Imp.*

18 *Rota ex laudabili stylo in ancipitibus quæstionibus Iuris, stante diuersitate opinionum respicit non ad multitudinem DD. sed ad iura, & rationes.*

Auditoribus Rotæ Romanæ plus vrget ratio, quàm cohortes Doctorum.

19 *Auctores numerandi mos ad cognoscendum veritatem alicuius opinionis à non nullis Doctoribus non parum improbatur,*

Cum ex hoc sæpe decipiantur ignorantes, perfidi, & iniqui Iudices.

Iudicis ignorantia, & iniquitas plerumque est calamitas innocentis.

20 *Iudices aliquando legibus non credunt sed DD. qui ipsas leges plerumque confundunt acquiscendo eorum fucatis opinionibus.*

Iudices toti tumentes opinione sui, fugiendi sunt.

Auari congerunt diuitias cum labore, retinent cũ timore, ac relinquunt cum dolore.

Auaris charior est lux auri, quàm solis.

Opinionum veritas vt inueniatur, relicta numeratione Auctorum, ea est ad incudem disputationis reuocanda ac iuribus, & rationibus tormentãda.

21 *Veritas quando magis exagitatur, ac inculcatur, tantò plus splendescit in lucem.*

Veritas immortalis est, & murus inexpugnabilis.

22 *Mahumeti lex inter alias rationes, quare damnatur vna est, quia de ea disputari vetuit, ne eius falsitas detegeretur.*

23 *Disputatio est cribrum veritatis.*

Vexatio dat intellectum.

Sol reuerberatus fortius incalescit. ibid.

Clauus repercussus fortius stringit ibid.

Veritas cũ odiũ pariat, ideo ferè ignoratur quid sit.

Pilatus nec nomine quidem veritatem agnoscebat.

24 *Tempora priora fuisse meliora, quàm præsentia, nõ est dicendum Salamon vt monet.*

25 *Senectutis contagium est extollere ætatem præteritam & detestari præsentem.*

Senex fingit aspernari illam ætatem, quam citò relicturus est.

26 *Dos, sub dispositionibus generalibus, dum non est specialiter priuilegiata, si non comprehenderetur confunderentur plura iura, plurimaque absurda sequerentur.*

Dos, si sub dispositionibus generalibus non comprehenderetur, frustra laborassent DD. in numeratione priuilegiorum dotalium,

27 *Quia sat fuisset asserere, dotem esse exemptã ab omnibus legibus, & statutis generalibus loquẽtibus.*

28 *Dotalium priuilegiorum immensus esset aceruus si ab omnibus regulis dos esset exempta.*

Dotium fauore sæpe Legislatores seueritatem legum emolliti sunt & sic apparet non ab omnibus regulis dotem esse exemptam.

29 *Dos, quatenus sit in pluribus casibus priuilegiata, non ex hoc sumi debet argumentum ad firmandum dotem esse exemptam ab omnibus regulis, & sic vulnerare totum ius commune.*

30 *Persona est in certis casibus priuilegiata, ergo, & in omnibus alijs, absurda est ista consequentia.*

31 *Dos reperitur priuilegiata in multis casibus, ergo debet etiam censeri priuilegiata in alijs casibus non expressis, inualida est consequentia.*

32 *Dos in omnibus illis casibus, in quibus non est priuilegiata, in illis standum est regulis generalibus.*

33 *Exceptionis natura est separare casum signãter exceptum, & omnia alia redigere in regulam vniuersalem principalis dispositionis.*

34 *Speciale est, si semper sic assereretur in causa dotis, vulneraretur totum ius commune.*

35 *Speciale est, quando in aliquo casu asseritur, & non assignatur ratio specialitatis, est valde absurdum.*

36 *Mulieribus in terminis dotis multa priuilegia fuerunt concessa ab Imperatore, propter eorum importunitatem.*

Iustinianus Imp. in l. 22. C. qui potior. in pign. hab. clamitabat, passim inquietatũ fuisse ex assiduis aditionibus mulierũ, ad eum recurrentes, lugendo eorum dotes fuisse deperditas nu. 36.

37 *Lex, vel Statutũ generaliter disponens, cõprehendit etiam causas priuilegiatas, nisi in illo casu sint specialiter priuilegiata, & nu. 38. & 39.*

39 *Dos, quod nisi sit specialiter priuilegiata, compre-*

bendatur sub dispositionibus generalibus, ista opinio à pluribus DD. inuictè fuit defensa.
40 *Et sic innumeri consulti responderunt.*
41 *Nec non in diuersis Orbis Tribunalibus fuit iudicatum, & præsertim in* Rota *Marchiæ.*
42 *In* Rota *Lucensi.*
In Foro Fiuizanen. num.42.
43 *In Senatu Mantuano.*
44 *In Senatu Pedemontano.*
45 *In* Rota *Florentina.*
46 *In Rota Perusina.*
47 *In Regio Consilio Neapolitano.*
48 *In* Regio *Tribunali Siciliæ.*
49 *In Audientia Baren. &*
50 *In Supremo Orbis Tribunali, nempe in* Rota Romana.
51 Dos *non reperitur specialiter priuilegiata, vt minor possit pro illa sine solemnitatibus se obligare.*
Ideoque *comprehenditur sub statutis generaliter, probibentibus illius obligationem, sine certis solemnitatibus, & nu.210.*
52 *Minoris obligationem probibens statutum sine certa solemnitate, si quis asserat dictum statutum nō comprehendere casum dotis, deuiat à luce, & à via veritatis.*
53 Menoch *in* cons*.242. reprobat* Gabr.*in* cons*.20.lib.2. sed & quidem malè.*
Gabr.*cons.20.lib.2. sæpe à Rota fuit canonizatum, eiusque opinionem retinet num.54.*
55 *S. D. N. INNOCENTIVS X. Romanus, ex Auditore Sacræ Rotæ Romanæ, creatus fuit* S.R.E. *Cardinalis, & deinde anno* 1644. *die* 15. *Septembris, ad Thronum Apostolicum sublimatus fuit.*
56 *Minor sine aliqua solemnitate potest se obligare ex causa dotis, quando ad eam constituendā cogi poterat, & sic ex priuilegio necessitatis, non autem dotis.*
57 Frater*, licet sit minor, dum ex dispositione legis, vel hominis dotat sororem, non est necesse, vt interueniant solemnitates requisitæ in eorum contractibus, & num.211.*
58 *Statutum probibens obligationes minorum sine certa solemnitate, non comprehendit necessariam dotis obligationem.*
59 *Filias dotare non fraternum, non maternum sed necessarium patris onus est.*
60 *Officium paternum omninò est dotem, vel donationem ante nuptias pro sua progenie constituere.*
61 *inter Filiam, & Patrem potest esse indicium super præstatione dotis.*
Pater officio Iudicis potest compelli assignare aliquam partem sui patrimonij pro dote suæ filiæ, num.61.
62 *Pater tenetur ad duo copulatiuè, scilicet ad maritandam filiam, & ad eam dotandam, vnde quando est maritata, liberatur ab vno, sed non ab alio.*
Vxor, quando est indotata contemnitur ab eius marito num.62.
63 *Pater primò omnium dum est idoneus facultatibus tenetur dotare filias.*
64 *Pater, dum egestate sordescit ita vt filiam dotare nequeat, & id nec facere potest auus, mater &c. tunc frater in subsidium, dummodo ipse quoque pauper non sit, tenetur inopem sororem dotare.*
65 *Quæ sententia celebris, & communis est, & secuta est ab vniuersa caterua Doctorum, & quod mirabile, nemo recalcitrat. num.66. & 67.*
Et sic in diuersis Tribunalibus indubitanter fuit decisum, & præsertim.
68 *In Senatu Grationopolitano.*
69 *In Sacro Consilio Neapolitano.*
70 *In Senatu Burdegal.*
71 *In Senatu Pedemontano.*
72 *In Concistorio Regio Siciliæ, &*
73 *In Areopago* Rotæ *Romanæ.*
74 *Frater laicus non solum in subsidium tenetur dotare sororem inopem, sed etiam frater Clericus.*
Clericus tenetur magis exercere actus humanitatis & charitatis, quàm sæcularis. nu.74.
75 *Charitas est radix omnium bonorum.*
Cupiditas est radix omnium malorum. nu.75.
Cupiditas est charitatis toxicum, quod & mortales dirè veneficat, & fascinat. nu.75.
76 *Ecclesiastici emicare debent fulgentissimis radijs charitatis, & hoc vt in ea possint inflamare laicos.*
77 *Aduocatus prius ardere debet, si velit Iudicem incendere.*
Docens, & non faciens, id quod docet, non solum neminem corrigit, sed adhuc multos scandalizat.
78 *Exempla validiora sunt, quàm verba.*
80 *Operum documenta sunt omni tuba clariora.*
Opere plenius docetur, quàm voce. num.80.
Homines magis credunt oculis, quam auribus.
81 *Declarare aliquid factis, potentiùs est, quàm verbis.*
82 *Charitas est illa, quæ peccatorum multitudinem tegit.*
Charitas est magna virtus, immo virtutum omnium pulchrrima nu.82.
83 *Charitas est tutissimum signum* Militum *Superni Monarchæ, qui & charitas est.*
84 *Charitas est virtutum omnium sal, & condimentum.*
85 *Fidem omnem, si quis habuerit, itaut Montes transferat, charitatem verò non habeat, nihil ei est.*
86 *in Pauperum cibum, si quis omnes suas facultates distribuat, & tradat corpus suum, ita vt ardeat, charitatem verò non habeat, nihil ei prodest.*
87 *Charitas patiens est, benigna est, non æmulatur non inflatur, non est ambitiosa cum alijs, vt hic.*
88 *Charitas sola est, quæ vincit omnia, sine qua nihil valent omnia.*
Charitas maior auget meritum, non numerositas operum, non diuturnitas temporis. nu.88.
89 *Charitatis operas, qui libenter exercuit, non legitur mala morte perijsse, secundum S. Ambros. & quare.*
Intercessores multos, qui habet apud Deum, impossibile est, vt non exaudiatur. nu.89.
90 *Pauper in charitate est diues, & diues sine charitate est pauper.*
91 *Clericatus non exuit quem gloriosa veste charitatis sed magis gratiosè induit.*
Clericatus non minuit amorem, & charitatem, sed acrius incedit. num.91.
Clericus, si non habeat ex bonis patrimonialibus, potest licitè ex redditibus Ecclesiæ, vel beneficiorum dotare sororem inopem. & nu.105.

92 Cle-

92 Clerici vehementer errant, & mortali crimine sunt obnoxij, ac tantumdem de proprio tenentur restituere, si ea, quæ præter eorum honestum victũ de redditibus Ecclesiæ supersunt, pijs operibus non erogant.
Et super hoc est textus Iuris Ciuilis in auth. vt determinat sit num. Cleric. qui clarè loquitur.
93 Pauperes clamitant Clericis effundentibus redditus beneficiorum in vsus prophanos, nostrum est quod effunditis, nobis crudeliter, subtrahitis quod vo inaniter expenditis.
94 Imperatori nulla est tributa potestas statuendi super rebus Ecclesiasticis.
95 Imperatoris Iustiniani testimonium de mente, & ratione Canonum Ecclesiæ ad faciendam fidem, quod Ecclesia suo tempore aliquid seruabat, & erat obseruantia iusta, spernendum non venit.
Et quod id liceat Imperatori nulla dubitatio est.
97 Clerici quidquid habent, pauperum est.
Clericorum domus omnibus debent esse communes susceptioni peregrinorum, & hospitum inuigilare debent. num. 97.
Bona Ecclesiastica, cum sint pauperum, non possunt ad libitum effundi. ac in prophanos vsus conuerti, nec auarè retinenda in fraudem pauperum.
98 Clericus quidam iam vita functus apparuit Guilielmo Episcopo Parisiensi, narrauitque ei, vnam ex tribus causis ob quas damnatus fuit, esse,
Quia illud, quod è beneficiorum redditibus ei superesset, pauperibus non erogasset.
99 Clemens Papa V. dixit Ioanni de Lignano, si non habuisset vxorem, fecisset eum Cardinalem, & respondit ei Ioannes, quod nolebat viuere de Sanguine CHRISTI, & quid ei replicauerit Papa, ac interpretatus est Ioannes, num. 100. & 101.
100 Clerici possunt viuere de rebus Ecclesiæ, etiam si habeant patrimonium, & qualiter id intelligatur.
101 Clerici possunt viuere de bonis Ecclesiæ, quando inseruiunt Ecclesiæ, etiamsi habeant patrimonium, non autem, quando luxuriantur de bonis Ecclesiæ, quæ sunt pauperum.
102 Clerico permittitur vt de altario viuat, si benè deseruiat, non autem, vt de altario luxerietur, vt de altario superbiat & alia, vt hic per B. Bernardum.
103 Clericus, quidquid præter necessarium victum, & simplicem vestitum de altario retinet, suum non est rapina est, sacrilegium est.
104 Bona Ecclesiastica, qui possident, reminiscantur vt DEO, & Ecclesiæ mundas habeant manus cum reddere rationem villicationis teneantur in die illa tremenda, in qua mouendi sunt Cœli, & terra.
106 Clericus potest alere consanguineos pauperes de redditibus Ecclesia, cui consequens est, vt possit ex eis dotare.
Dotis causa non censetur minus fauorabilis, quàm causa alimentorum nu. 106.
107 Clericus debet prius consanguineis, quàm extraneis subuenire.
108 Clericus, si ex redditibus Ecclesiæ aliquid det consanguineis, grauius peccat, quàm si daret extraneis, & quando id procedat.
109 Clericus præsumitur largius dare de bonis Ecclesiæ eius consanguineis, quàm extraneis, & sine aliqua mensura.
110 Prælati, quando volunt consanguineos de bonis Ecclesiæ ditare, tunc procedit dispositio text. in can. peruenit. 1. q. 3.
Clerici, quando subueniunt consanguineis, tamquam alijs indigentibus cessat can. peruenit. 1. quæst. 3.
111 Clerici amore sanguinis carnalis spoliant Ecclesias.
112 Episcopi cœci sunt erga nepotes, secundum glos. in can. peruenit. 1. q. 3.
113 Peccatum minus aliquando propter adiunctum, grauius punitur, quàm maius.
114 Peccatum minus est aliquid dare de bonis Ecclesiæ consanguineo, quàm extraneo, cum hæc sit ordinata charitas, declara vt hic.
115 Canones dum adeo seuerè inhibuerunt, vt Clerici bona Ecclesiæ nequeant dare cõsanguineis, eorũ intentus fuit, vt tantus in suos omnia effundendi impetus refrenaretur.
116 Decimas, & alias oblationes Ecclesiæ, qui dat Laicis, & potissimum suis consanguineis, inter maximos hæreticos, & Antichristos reputatur.
117 Prælati contractus de bonis Ecclesiæ cum suis consanguineis, iuribus non benè olent.
Sanguinis coniunctio parcre solet obseruantiam in perquirenda vtilitate Ecclesiæ num. 117.
118 Bona Ecclesiæ solita locari, licèt possit renouatio fieri absque solemnitatibus, attamen non licet renouare in consanguineos.
119 in Pauperes, id quod erogandum est, in consanguineos pauperes licitè erogari potest.
120 Executor testamentarius, cui commissa est bonorum distributio inter pauperes CHRISTI, potest suos pauperes consanguineos eligere, & inter illos bona distribuere.
121 Executor testamentarius, si distribuere potest bona inter pauperes, potest se eligere, dũmodo sit pauper.
122 Abbatissa executrix testamenti ad distribuenda bona inter pauperes, potest eligere suum Monasterium, dummodo sit pauper.
123 Prælati, ac cæteri rerum, & fructuum Ecclesiasticorum dispensatores, tuta conscientia ex redditibus beneficiorum suorum possunt suis succurrere consanguineis.
124 Clericus bona conscientia potest in subsidium dotare sororem pauperem de redditibus beneficiorum.
125 Frater, dum dicitur, vt in subsidium teneatur dotare sororem egenam, id procedit, quando sumus in vtrinque coniuncta, vel consanguinea, idest ex eodem patre nata,
126 Et quamuis hæc opinio extendatur etiam ad sororem vterinam tantùm, tamen id non potest sustineri, cũ textus in hoc sit nimis clarus, & n. 137.
127 Lex aliqua, quando satis clarè loquitur, tunc in vanum distinguitur, & argumentatur.
128 Doctores non destruendi, sed interpretandi leges habent auctoritatem.
In claris non cadit interpretatio.
129 Subtilizare, vbi res est clara, nihil aliud est, nisi perniciosè errare.
130 Verba, quando sunt clara, tunc velle ea declarare nihil aliud est, quàm nugas agere.
131 Commentatores legum, quoties ipsi potius egent interpretatione, quàm lex illa, ab eis interpretata.
32 Leges, qui vana superstitione quærunt obtenebrare,

re, risu digni sunt, & num. 133.

134 *Legum aduersarij iustiùs nonnulli DD. vocari possunt, quàm legum interpretes.*

ex Subtilitate nimia multi falluntur, dum grandi, aut torto naso sese plusquam necessè est exercent. num. 134.

135 *Iustinianus Imp. conqueritur de nonnullis, qui in legibus nihil obscuritatis habentibus inferũt quæstionem ex studio ad suam intẽtionem fundãdam.*

136 *Aqua clara, & limpida turbatur, ac obscura redditur, ex ipsius aquæ claræ motione.*

sub Sole claro non est opus lucerna.

138 *Leges postquam sunt constitutæ non de eis, sed secundùm eas iudicandum est.*

139 *Lex quãuis dura seruanda est, ac conquerentibus de ea, sat erit replicare, ita scripta est.*

140 *Iudex non debet esse iuris nouator, sed religiosissimus obseruator.*

141 *Frater tenetur alere sororem vterinam inopem.*

142 *Argumentum ab alimentis ad dotem est probabile, frequens, & vtile.*

Dos, & alimenta æquiparantur.

143 *de Alimentis ad dotem, & de dote ad alimenta passim Doctores argumenta sumunt.*

144 *Dos est digna pari fauore alimentorum.*

145 *Argumentum ab alimentis ad dotem validum non est, quando in iure contrarium reperitur expressum.*

146 *Frater non tenetur dotare sororem vterinam, & tamen tenetur eam alere, num. 147.*

148 *Alimenta faciliùs præstantur, quàm dos,*

Alimenta præstantur menstrua, vel dietim, dos verò vnico cumulo solui solet.

in Dote agitur de maiori præiudicio, quam in præstatione alimentorum. num. 148.

149 *Alimenta magis debita sunt, quàm dos.*

Alimenta quodam iure naturali debita sunt,

Dos à Iure ciuili originem trahit.

150 *Filius alere tenetur matrem, non autem dotare astrictus est.*

151 *ex Dote malè infertur ad casum alimentorum, quorum causa est magis priuilegiata, & vrgentior, quàm causa dotis.*

sine Alimentis quis non potest viuere, at sine dote potest, dummodo suggerantur alimenta. num. 151.

152 *Filia habens aliunde vnde se alat, puta quia est diues, non potest petere alimenta à patre.*

Filia, quæ habet aliunde, vnde se possit dotare, est nihilominus dotanda à patre. num. 152.

Filijs diuitibus pater tenetur relinquere legitimam, & tamen eos alere astrictus non est. num. 157.

153 *Frater, quod non teneatur dotare sororem vterinam, opinio ista indistinctè est verior.*

154 *Frater, vt teneatur dotare etiam sororem vterinam, licet pro ista damnata opinione allegetur pro Centurione Bart. tamen ipse nec hoc dicere somniatus est. & num. 155.*

156 *Et quod peius est pro ista opinione à multis reprehenditur ipse Bart. & sic de re, quàm dicere non excogitauit,*

157 *Defenditur tamen ab Alexand. & ostendit Bart. hoc non dixisse, vt patet cuilibet intuenti.*

158 *Frater, licet non teneatur dotare sororem vterinam, tamen si id commodè facere poterit, & fecerit, bonum opus operatus est.*

159 *Subuenire qui potest suis, & non subuenit, infideli peior est.*

160 *Frater dotando sororem vterinam, tũc multò magis bonum opus operatus est, quando animaduerteret, eam esse suspectam de incontinentia,*

Et hoc ne in sui, & reliquorum parentum iniuriam prostituatur. num, 160.

161 *Filius non tenetur dotare matrem, tamen quando ipsa esset iuuenis, pulchra, & pauper, ideoque suspecta de incontinentia, & ipse esset diues, dici potest, vt teneatur eam dotare.*

162 *in Iniuriæ suæ illationẽ nemo cogi potest conferre.*

163 *Mater transeundo ad secunda vota funestat memoriam primi viri, et sic iniuriam infert eius filijs.*

Filij destituuntur materna charitate, dum ea transit ad secunda vota. num. 163.

164 *ad Meretricium mulier per indirectè induci non debet.*

165 *Honestas propter inopiam sæpè periclitatur.*

166 *Filius, vt teneatur dotare matrem, sat non est, vt sit iuuenis, & paupera, sed etiam requiritur qualitas pulchritudinis, cum sit cæteris vrgentior.*

167 *Formosa vix potest in castimonia viuere.*

168 *Pulchritudo cum pudicitia, dissidio quodam discordioso, ac pertinaci dissidet,*

169 *Homines nihil magis est, quod prouocet ad libidinem, quàm pulchritudo.*

Pulchritudo, acrius, seu velocius vulnerat, quàm sagitta. num. 169.

Pulchritudo sola, hanc habuit sortem, vt ab omnibus maximè ametur. num. 169.

Pulchritudine nihil gratius est.

170 *Pulchritudo dicitur, quia prouocat animum, & permulcet intuentes.*

Formosa facies muta commendatio est.

Pulchritudo ea vi pollet, vt Prædonum etiam corda emolliat, moresq; efferos ducat in obsequium.

171 *Filij duo gemelli, si nascantur, & animaduersum non fuit, quis eorum prius natus est, cui debeatur Regnum, vel primogenitura, dubitatur.*

Et aliqui respondent deberi, illi, qui est pulchrior.

172 *in Dignitate, vel in officio ille inter cæteros est eligendus, cuius aspectus inducere potest amorem in subditos.*

173 *Formosi creduntur digni Imperio, eiq. omnes facile obsequuntur.*

174 *Indi, qui Catheam incolunt, adeo pulchritudinẽ excoluerunt, vt Regem illum sibi eligebant, qui cæterorum erat pulcherrimus.*

175 *Aethiopi, Reges constituere soliti erant, qui forma eleganti cæteros præcellebat.*

176 *Apes natura docuit sibi in Regem eligere, qui est insignis forma, tum magnitudine, tum nitore.*

178 *Amor, secundum Platonem, nihil aliud est quam desiderium pulchritudinis, ex ipso desiderio natus.*

179 *Mulieres deformes sunt similes tabulis Macellariorum, quæ diu, noctuq. sine custodia absq; ablationis periculo manent in publicis plateis.*

181 *Pulchritudo est tyranna mundi.*

Pulchritudinis tyrannia est modici temporis.

182 *ex Pulchritudine se gloriari stultum est, cum sit res fragilis, quæ quantum tendit in annos fit minor, & spatio capitur ipsa suo.*

183 *Pulchritudo mortalibus anceps est bonum, & breue donum exigui temporis, secundùm Senecam.*

184 *Pulchritudo aut prematurè à morbo frangitur, ac debi-*

debilitatur, aut certè ipsa senectus in oppositū ducit.
185 Pulchritudo simulata debilior est, quàm naturalis. Simulatum quidquam nunquam potest esse diuturnum. num. 185.
186 contra Mulieres, quæ colorum fucis vtuntur vt rubicundiores, vel candidiores, vel verecundiores appareant, clamat text. in can. fucare. distinct. 5. de consecrat.
187 Crines tortos, & capillaturam mulierum reprehendit B. Petrus Apost. in epist. 3.
188 Mulieres DEO iniuriam inferunt, quando illud, quod ille formauit, ipse reformare contendunt.
189 Mulieribus suæ iurisdictionis an Episcopus possit inhibere, ne vtantur ornamentis fucati coloris, vel auri, vel argenti, aut gemmarum vsque ad certum modum, & contrafacientibus excommunicatione imponere.
190 Pulchritudinem non habitam, non est licitum fingere.
Mulieres cur tam ardenter appetant ornatus.
191 Mulierum colendi ad omne luxum corporis pertinax studium damnatur.
192 Maritis maximum est infortunium, dum in vestem, mundumque vxorium, opes suas effundere coguntur, aliàs si non fecerint, matrimonium nec quietum, nec concorde habebunt.
193 Mulieres pulchræ, & ornatæ, ex sententia Diogenis, vocantur Reginæ, & vt Reginæ iubent, & vti talibus quisque obsequitur.
Mulieres circa corporis ornatum, cultumq. ardere, & insanire solent.
194 Mulieres hisce temporibus etiam plebeiæ, ac pauperrimæ, sic fastosè, & pomposè incedunt, vt Reginæ videantur.
inter Mulieres quoad vestimenta nulla adest differentia inter nobiles, & plebeias, & inter diuites, & pauperes, non est ergo mirum, si ex pauperibus efficiantur miserabiles.
195 Atheniensium lege cautum erat, vt drachmis mille mulctarentur mulieres repertæ in via inornatæ.
196 Athenis aderat Perfectura super ornatu Mulierū.
197 Mulieres Christianæ quibus electis ornamentis præcellere debeant.
198 in Muliere potissimum boni mores sunt spectandi, quando quis capistro maritali intendit alligare collum.
Vxorem ducens multis se exponit periculis, sicut, & nauigans.
199 Mores boni nobilitati præferuntur.
200 Mores boni solent existimari tanquam thesaurus inestimabilis, & iucundus dans suauitatem odoris tanquam lilium.
201 Vxor dum ducitur, pessimo vbique locorum exemplo, obseruatur dictum illud Iuuenal. Protinus ad censum, de moribus vltima fiat quæstio.
202 Matrimonia, quæ fiunt ob magnitudinem dotis, quàm auspicata sint, euentus docet.
à Dote veniunt sagittæ, & Imperiū dote venditur.
203 Vxores, secundum Aristotilem, aliquando damnātur ex amplitudine patrimonij.
204 Vxor, quando est ducenda, ex sententia Platonis, cæteris paribus, cum pauperiore incunda est societas.
Vxores diuites volunt esse dominæ, maximo cum viri dedecore, famaq; ipsius denigratione.
Mulieres, secundùm Themistoclem, potius debent ducere in maritum illum, qui eget pecunia, quàm pecuniam, quæ eget viro.
205 Legibus Lycurgi, & Solonis cautum erat, vt virgines indotatæ nuberent. Et hoc non tantùm fuit statutum, ne aliqua ex eis propter inopiam innuptæ manerent, sed etiam ne homines potius ad dotem, quàm ad spectatos mores attenderent.
206 Mulieres velatæ incedere debent, & præsertim in Ecclesia, nu. 207.
208 Mulier mortua vadit per aquas cum capite deorsum, homo vero mortuus vadit cum capite sursum.
209 Legum sylvam ingresso difficile est singularum quæstionum materias segregare, cum altera sic alteram ramulis quibusdam attingat, vt sine alterius inchoatione nequeant explicari.
212 Frater minor, dum dotat sororē ex persona patris, subeundo tanquam hæres tale onus, tunc non sunt necessariæ solemnitates requisitæ à statuto in contractibus minorum, & num. 217. & amplia num. 218.
213 Dotare filias est onus paternum, ita ac illud inhæret eius bonis, vt ad quemcunque transeant.
214 ex Hæredis persona non mutatur conditio obligationis defuncti.
215 Fratres, aut quicumque alii hæredes patris tenentur congruè dotare filias testatoris, perinde ac si ipse faceret, si esset viuus.
216 Dos habetur loco legitimæ, filiæ debitæ ex bonis paternis.
219 Minor, licet quando ex necessitate dotat sororem, non requiratur aliqua solemnitas in illius constitutione, tamen si immoderatè eam dotet, quoad excessum est restituendus in integrum.
220 Frater minor an immoderatè dotauerit sororem considerandum est, si suppetent facultates, & an vir sit dignus tanta dote.
221 Minor nec cum decreto Iudicis donare potest.
222 Frater minor immoderatè constituendo dotem sorori, in excessu dotis dicitur donasse, vnde inualidè, cum donare nequeat.
223 Itaque nec hoc casu iuuat iuramentum sed minor ab eo absoluendus est.
224 Minoribus remedio restitutionis in integrum succurritur, quando aliquid de eorum bonis diminuitur, seù aliàs damnificantur.
225 Restitutionis in integrum remedium non solùm minoribus læsis competit, sed etiam maioribus, quando iusto errore ducti, vel ignorantia facti lapsi, læsi fuerunt.
226 Maiori etiam conceditur restitutio in integrum aduersus aditionem hæreditatis, quæ primo aspectu lucrosa videbatur, sed postea magnum æs alienum latens apparuit.
227 Itaque si hæres desiderat dictam hæreditatem repudiare, eamque relaxare creditoribus, audiendus est.
228 Mulier maior quamuis voluntariè promittat dotem sine solemnitatibus statutarijs, nihilominus fauore dotis remanet obligata, & nu. 249.
229 Mulier pro alio non potest se obligare.
Mulier quatenus aliquid soluat pro alio, potest condictione indebiti illud repetere, cum Velleiani exceptio sit perpetua.
230 Mulier beneficio Velleiani inualidè renunciat, si de eo beneficio specificè non fuerit certiorata.

in

231 *in Renunciatione qualibet requiritur certioratio.*
232 *Mulier, vt validè dicatur renunciaſſe beneficio Velleiani non ſufficit ſimplex renunciatio, & præſertim ea, quæ deſumitur ex clauſulis generalibus, ſolitis apponi per Notarios in inſtrumentis.*
233 *Renunciatio facta ab eo, qui ignorat ad quid renunciet, inualida eſt.*
234 *Notarij ſi renunciare faciant mulieres beneficio Velleiani, & ipſi neſciant quid ſit Velleianum, an valeat talis renunciatio.*
235 *Notarÿ plerumq; ſunt ſimiles illis, qui per practicam, & non per rationem bene canunt.*
236 *Contractus initi ab eis, qui ignorant importantiã verborum, & clauſularum ſolitarum apponi à Notarijs in inſtrumentis annullari, & caſſari poſſunt. & num.237.*
238 *Mulier, quando fuit certiorata de beneficio Velleiani, tunc ſi ei renunciet, valida eſt renunciatio, Et in dubio talis certioratio non præſumitur, cum ſit quid facti.*
239 *Mulieres indiſtinctè non poſſunt renunciare beneficio Velleiani.*
Mulier, quod poſſit renunciare beneficio Velleiani, non eſt in Mundo, lex quæ id dicat.
240 *Mulier ea imbecillitate, qua decipitur ad ſe obligandum pro alio eadem quoque fragilitate mentes reducitur ad renunciandum.*
241 *Mulier non poteſt renunciare beneficio Velleiani, ſecundum veriorem, communiorem, & humaniorem opinionem.*
242 *Conſuetudo, quod mulier poſſit renunciare Velleiano inducta fuit ex errore quorumdam gloſarũ.*
243 *Mulier eo ipſo, quod inducitur ad renunciandum Velleiano dicitur decepta.*
244 *Mulier certiorata de beneficio Velleiani, quod poſſit ei renunciare fere Orbis vniuerſus retinet hanc opinionem.*
Aues, & beſtiæ ſicuti capiuntur retibus, & nodis, ſic mulieres capiuntur inſtrumentis, & cautionibus. nu.245.
246 *Mulier, quod poſſit renunciare beneficio Velleiani opinio hæc eſt ſic dubia, & in tam denſa caligine verſatur, vt Imperiali egeret reſcripto, & n.246.*
247 *Mulerum renunciatio beneficio Velleiani non valet in Regno Neapolitano, quamuis de eo ſit certiorata.*
248 *Dos præfertur beneficio Velleiani.*

ANNOTATIO AD DECISIONEM. CCCCLX.

A
1 MINOR enim, quando donat ex cauſa dotis ad hoc, vt talis † donatio viribus ſubſiſtat neceſſe eſt, docere, in ea interueniſſe ſolemnitates à lege, vel à ſtatutis in contractibus minorum, requiſitas (licet ſecus ſit reſpectu mulierum maiorum, vt dicam in fine Annotationis) nam cum in caſu minorum, nullatenus dos reperiatur priuilegiata, ſicque dubio procul debet comprehen-
2 di ſub legibus, & diſpoſitionibus † generaliter loquentibus, quidquid & malè, ſalua eius pace, dixerit *Iaſ. in l.1 in 3. notab. ff. ſolut. matrim.* & vt eius
3 errorẽ fatear † allucinatus fuit à dicto *Salicet. in l. fin. in 4. notab. C. de iur. dot.* vbi videtur ſentire, vt dum Leges vel ſtatuta aliquid generaliter diſpo-
4 nunt non habere locũ † in dotibus, niſi de eis ſpecialis facta ſit mentio; nã hoc dicendo, ad quod illũ multi allegant toto Cœlo aberraret, vt infra apparebit; Sed ſi bene animaduertamus, *Salicet.* id non dixit, nec dicere forſitan ſomniauit, loquitur enim in caſu particulari, & ſecundùm ſpeciem propoſitam *in dicta l. vltim. in princip.* in qua
5 † cauetur in cauſa dotis non requiri inſinuationem, quod, & animaduertitur in præſenti deciſione num.5.

Ex quo notat *Salicet.* quod ſi ſtatutũ diſponeret, vt inſtrumentum inſinuetur, id non habet locum
6 in inſtrumento dotis, ex quo † illa ſtatuti generalitas debet reſtringi ſecundùm ius commune, cũ in eo caſu ſpeciali dotem priuilegiet, & iſte eſt verus, & communis intellectus doctrinæ, *Salicet in d. l. fin.* vt amplè teſtatur Rota penes *Put. deciſ.160. num.2. verſ. quod eſt communiter receptũ &c. lib.3.* Vnde Salicet. dicere voluit, vt dum dos eſt ſpecia-
7 liter priuilegiata, ſtatutum † generaliter loquens eam non tangat, dum verò non reperitur gaudere ſpeciali priuilegio, tunc cauſam dotis includit.

Nec manum quidem vertamus, quàmuis *Salicet.* in ſupra relato ſenſu, vt dixi, à pluribus ſequatur, ſicuti quoque *Iaſ. in d. l.1. in 3. notab. ff. ſolut. matrim.* cuius dictum tamquam ſingulare,
8 † & menti tenendum, immo, & eſſe communem opinionem, plures tantùm ducti auctoritate *Salicet. & Iaſ.* affirmant, ſed quidem incaſsè. Poſſem
9 hic, vltrà 30. † Doctores coaceruare, qui *Iaſ.* in hoc oſcitãter ſecuti ſunt, ſed nolo eos modeſtiæ ergo referre, nam omnes illi, qui hanc opinionem retinent vt dos non comprehendatur ſub lege generali, quamuis non ſit ſpecialiter priuilegiata in
10 caſu illius legis, ridiculi † ſunt, vt apertè affirmat *Andr. Alciat. in l. in generali, 80. in fin. verſ.* vt in hac parte ridiculos eſſe, qui contrariam prodiderunt ſententiam, *ff. de verb. ſignif.* Heu vitium iſtud noſtris Iuriſconſultis frequenter contingere
11 ſolet, vt plurimùm † na mque iura, ac rationes, nec conſiderantes, nec diſcurrentes, vnus poſt aliũ errat, in hoc imitantes oues, vel grues, quæ curſum, & volatum anterioris abſque vlteriori inueſtigatione ſequũntur. Facit textus *in cap. cum in iuuentute §. Vnde nos.* ibi ſcientes, quod dictum
12 vnius facile † ſequitur multitudo, *extra de purgat. canoc.* idque etiam plures Doctores aduertetunt, ac non ſine rubore coacti ſunt fateri, (quod, & mihi ferè accidit, ſed liberè philoſophandum eſt, à ſplendore enim veritatis, qui & Sole ipſo ſplendidior eſt, quis tantùm capi debet) & præſertim *Dec. in conſil. 499. incip. In cauſa quæ, ſub num.14.* verſ. quia plerumque Doctores noſtri non perſcrutantur rationes, & imitantur aues &c. *Molin. de primogen. Hiſpan. lib.2. cap.8. ſub nu.32.* verſ. Iuriſconſulti noſtri, vt plurimùm more auiũ
13 ſequũtur † volatum anterioris &c. *Neuiz. in ſylu. nuptial. lib.5. ſub. num.9.* verſ. Doctores ſunt ſicut grues, vt vna ſequatur aliam &c. *Ceuall. commun. contra commun. quæſt.779. ſub num.135.* verſ. & Doctores more auium, vel ouium, volatum, & curſum anterioris ſequuntur &c. *Roland. in conſil.90. ſub nu.50.* verſ. ſæpe numero Doctores imitantur, aues quæ quando vna volat, omnes aliæ volant &c. *lib.2. Ioſeph. Ludouic. concluſ.70. §. Verum hoc caſu coactus ſum exclamare, quod Doctores plerique aues imitantur, vt quando vna volat, aliæ*

alia sequuntur. Vbi conqueritur de quibusdam DD. qui asserunt testes de credulitate probare
14 contra producentem ad fauorem † partis aduersæ, & aliquis ex eis allegauit *Roman. in consil. 104. n. 6.* vbi ipse Roman. nec hoc quidem dicere somniauit, & si id dixisset malè dixisset, & tamen omnes communi consensu ad hoc illum allegant & confugiũt ad eum, tamquam ad herbam Bettonicam, quam
15 † cunctis morbis præbere medicamentum ferunt, nec non facultatem habet ab omnibus malis præseruandi, vt scribentes de ea amplè testantur.

Quàm enim periculosum sit agnoscere qualis sit
16 vera, † & communis opinio ex ipso numero Doctorum, nemo est, qui ex supradictis, facilè non fateatur, ò tempora infelicia, cum sic non quæra-
17 tur, quid sit verum, sed † potiùs, quid receptum sit, veritasque non legum, & rationum auctoritate ponderatur, quàm Auctorum numero exprobatoriè piscatur, & sæpe sæpius pro veritate iniquitas trahitur *ad l. meminerint. C. vnde vi*, & forsitan id præuidit Imperator Iustinianus *in l. DEO authore. 1. §. sed nec C. de veter. iur. enuclean.* vbi perbelle inquit, ibi, *Non ex multitudine Auctorum iudicandũ est, sed quod iustius, & æquius &c.*

Hinc mos ille dinumerand. Doctores in diuersi-
18 tate opinionum ad cognoscendũ qualis sit † veritas longè abest à celsitudine, & maiestate Rotæ Romanæ, quæ ex inueterato, ac laudabili stylo in veritate indaganda, nullatenus nititur numero Doctorum, sed quidem iuribus, & rationibus, eisq; tenaciter insistendo, sicut satis superque exploratum est, & Rota met sæpius attestata est, vt responsum habetur *in causa Romana Hæreditatis coram bon. mem. Robuster. est decisio* 501. *numer.* 1. *vers. non esse omnino attendendas auctoritates Doctorum, sed iuribus, & rationibus quæstionem esse decidendam &c. part. 1. diuers. & decis. 136. num. 2. coram bon. mem. Card. Seraphin. & fuit dictum in causa Ariminen. legitimæ de Scarponibus 5. Maij 1627. coram Reuerendiss.* Vrgellen. *est inter eius impress. decisio 76. & infra par. 5. recent. decis. 62. num. 12. vers.* non ex multitudine auctorum est iudicandum, *& vers.* quod apud Dominos plus vrgebat, est ipsa ratio &c. *& in causa Romana de Ghezzis 9. Februarij 1635. coram Eminentiss. D. Card.* Panzirolo *vers.* Rota in diuersitate opinionum potius mouetur ex rationibus, quàm ex numero Doctorum *&c. & in causa Romana Domus 23. Iunij 1636. coram Eminentiss. D. Cardin.* Verospio *Iun. vers.* Rotæ Tribunal. in ancipitibus quæstionibus Iuris, solitum est ad rationes potius quàm ad numerum Doctorum respicere &c.

Ac contra supra relatum vsum, seu potius abusum numerandi potius Authores sententiarum,
19 quàm sententias † ipsas ponderandi, non parum clamitant *Arias Pinell. in l. 1. in 3. par. num. 93. circa med. C. de bon. matern. & Ant. Mar. Corat. in tractat. de comm. opin. in proœm. num. 11.* vbi † asserunt ex hoc sæpe decipi ignorantes, perfidos, & iniquos Iudices.

Heu quoties Iudicum ignorantia, vel iniquitas, est calamitas, naufragiumq; innocentis, sunt enim nonnulli Iudices, qui animum suum ex numero Doctorum vanisque eorum opinionibus informãt quasi aspernantes veram, solidamque sapientiam legum Imperialium cristallinis fontibus haustã, non minus ac si cum ipsis legibus apertum bellum
20 gererent, minimè eis credendo, † sed Doctorum nominibus, qui ipsas leges plerumq; confundunt acquiescendo, fucatis phaliratisq; sententijs deferendo. Abhominabile est pro caliginosis tenebris relinquere auratam lucem Solis, & prædicti magis sunt damnabiles, quàm stulti auari, quibus charior est lux auri, quàm Solis, & tamen illud nõ cõgerunt absque labore, nec retinẽt absque timore, nec deserunt absque dolore, arridetque dictum S. Augustini in Psal. 29. *Diuites cupiditatibus dissipantur, timoribus cruciantur, & tristitia tabescunt*, & benè dicebat Romanus Stoicus Seneca, *Opes auaro pœnæ sunt, non sunt opes*. & teste Olimpiod. in Eccles. 5. *Qui pecunijs seruit, Dominũ habet importunum, qui dormire eum non sinit*; sed de auaritia alibi fusè loquar. Immo aliquando prędicti Iudices toti tumendo opinione sui, *contra text. in cap. ne innitari prudentiæ tuæ, de constitutionibus*, secundum ius sui capitis immaginarium, pronunciant. *aduersus quos aliqua congessi in Annot. ad decis. 38. à num. 36. supra par. 3. recent.* sed piè mihi persuadere volo paucos ex supradictis Iudicibus reperiri, maximeq; cum ex eis omnes æstimandi veniant, *& monet text. in l. ius pluribus*, ibi Prætor, quoque ius reddere dicitur, etiam cum iniquè decernit &c. *ff. de iust. & iur.* de qua materia hactenus.

Quare potiùs, vt dicebam, à tergo relicta illa
21 numeratione Auctorum, iterum veritas † ipsa ad incudem disputationis non reuocatur, eaque non tormentatur iuribus, & rationibus, Nam in angulo est, naturam veritatis esse, vt quantò magis exagitetur, ac conculcetur tantò plus splendescat in lucem, nam immortalis est, necnon murus inexpugnabilis, verba sunt Innocentij Romani Pontificis rescribendo ad Episcopos per Macedoniam constitutos, quibus durum videbatur, vt quædam absolutoria sententia retractaretur, vt habetur *in textu can. graue non oportet videri*. vers. *quia veritas sæpius exagitata magis splendescat in lucem 36. quæst. 1.*

Et inter alias rationes, quibus lex illa fetens sce-
22 lerati † Mahumeti damnatur, vna est, quia de lege sua disputare omnino vetuit, idque data opera decreuit, ne scilicet eius falsitas detegeretur; Disputatio quippe est quodammodo cribrum veritatis, facitque dictum illud vulgatum, *Vexatio dat intellectum*, nam & *Sol reuerberatus fortius incalescit*, & *Clauus repercussus fortius stringit*. Sed referre hæc, quid iuuat? tùm quia Sole clario-
23 ra? tùm quia † frustratoriũ videtur loqui de veritate, cum ea, & maxime hodie, quasi inuisa sit, non alia de causa, nisi vt iam scripsit senes ille Terentianus, odium parit, quando enim fit mentio de veritate, potest replicare vnà cum Pilato (*vt habetur apud Ioann. cap. 18.*) Quid est veritas! Itaque inclamandum est, vnà cum Poeta, in opuscul. *Aeternis lacrymis proh deplorabile Seclum*, & simul cum Q. Curtio, *lib. 5.* inconsolabiliter dicere *Lacrymæ prius mihi deerunt, quàm causa dolendi*, sed nolo hic contra nostram ætatem insurgere, nõ tàm quia est contra præceptum Sapientissimi Regis Salamonis *in Ecclesiaste cap. 6.* ibi, *Ne dicas*
24 † *priora tẽpora meliora fuere, quàm nunc sunt &c.* prudenterque quidem C. Tacit. Politicorum Histori-

storicorum facilè Princeps lib. 4. Histor. scripsit, *Vitia erunt donec homines*, Sed etiam quia cum sim adhuc in florida ætate, senem me declararem, cum contagium sit senectutis, semper laudare ætatem præteritam, & detestari præsentem, teste Innocent. in tract. de Vilitat. condit. human. ibi, *Senex facilè prouocatur, & difficilè reuocatur, citò credit, & tardè discredit, tenax, & cupidus, tristis, & querulus, velox ad loquendum, & tardus ad audiendum* (& deinde ad propositum subiungit) *laudat antiquos, & spernit modernos, vituperat præsentia & commendat præterita, suspirat, & anxiatur, torpet, & infirmatur &c.* vnde de senibus loquendo Horatius Poeta in arte poetica inquit, *Difficilis, querulus, laudator temporis acti* ac de eisdem. Cornelius Gallus in suis poemat. côqueritur.

Laudat præteritos, præsentes despicit annos
Hoc tantum rectum, quod facit, ipse putat.

Et ratio est, quia inuidet ætatem iuuenibus, cum
25 † sua sit in occasu. Idemq. Venusinus Poeta scribendo ad quendam suum amicum iam senem, sic eum admonuit.

Lusisti satis, edidisti satis, atque bibisti,
Tempus abire tibi est. . . . .

Ideoque Senex fingit aspernari illam ætatem, quã citò relicturus est, quasi dicendo, fruitus sum annis bonis, & fortunatis, relinquo vobis iuuenibus annos malos, ac infaustos, sed huic materiæ fastigio imposito, recto tramite in viam redeo.

Supradicta enim opinio, vt dos non compredendatur sub dispositionibus generalibus, negotio erronea facili apparebit, nisi quis penitus cecutiat,
26 nam si vera esset † confunderentur plura iura, ac destruerentur infinitæ regulæ, plurimaque absurda sequerentur, & præsertim illud non sanè paruum, notum certè est, dotem pluribus priuilegijs, prærogatiuisque gaudere, in quarum enumeratione Doctores extremè desudant, ac laborum stimulis non sanè leuibus excutiuntur, vt præsertim apparet in eorum repetitionibus *in l. 1. C. de priuil. dot. & loculentius in l. 1. ff. solut. matrim.* quare si vera esset opinio *Ias. in d. l. 1. in 3. notab. ff. eodem*
27 *& sequaciũ*, in vanum † quidem laborassent, frustraque vigilassent prædicti Doctores in dicta enumeratione, & discussione, quia absque eo, vt oleum, & operam perderent, sat fuisset, si asseruissent, dotem ab omnibus legibus, statutis, ac dispositionibus generaliter esse exemptam.

Insuper priuilegiorum dotaliũ immensus esset,
28 aceruus, si ab omnibus regulis † dos esset exempta, & sub eis non côprehenderetur, quod est falsum, nã vt asserit *text. in l. fin. C. ad Senatus Consult. Vellei an.* ibi, Conditores Legum sæpe dotium fauore seueritatem legum mollire, vnde ex istis verbis benè percipimus, non semper, & in omni casu id procedere, & quatenus dos sit in pluribus casibus priuilegiata, ex hoc non debet sumi fundamentũ
29 ad doctrinam † sic amplam, & generalem, ac ad vulnerandum totum ius commune, nec non generales statutorum dispositiones . . . .

Liquidò sat constat, quàm inconueniens sit illa
30 consequentia, † Persona est in certis casibus priuilegiata, ergo, & in omnibus alijs, *glos. in l. à Diuo Pio in princip. ff. de re iudic. & in l. bene à Zenone, in verb. cum enim, C. de quadr. præscript.* tradit *Bart. in l. naturaliter, §. nihil commune, nu. 35. ff. de acq. possess. & in l. insulam, nu. 4. ff. de verb. obligat. Alex. in rub. ff. de offic. eius &c. num. 8. & in l. si pecuniam, num. 4. ff. de negot. gestis.* Ergo pariter in casu nostro non valebit consequentia; Dos reperitur
31 † priuilegiata in multis casibus, debet etiam censeri priuilegiata in alijs casibus non expressis, ergo imo ea valida censebitur consequentia, nempe in
32 omnibus, in quibus † dos non reperitur priuilegiata, ac exceptuata, in illis standum sit regulis generalibus. *l. ab ea parte, ff. de probat. glos. in l. omnis definitio, ff. de reg iur. & in terminis aduertit Crot. in l. si constante 2. in lectura, nu. 64. ff. solut. matrim.*

Obuia omnibus satis est, illa iuris côclusio, nempe
33 naturam exceptionis † esse separare casum signãter exceptum, & omnia alia redigere in regulam vniuersalem principalis dispositionis. *l. quæsitum §. denique, & ibi Bart. ff. de fund. instruct. l. nam quod liquidè, in fin ff. de poen. legat. cum alijs pleno calamo relatis à Rota in causa Vicen. Cameraria 27. Iunij 1640. coram clar. mem. Reuerendiss. Merlino, §. Et præseruatio, vers. &c. tamen natura.*

Mulieres quippe contentæ permaneant, dum
34 earum dotes fruuntur priuilegijs specialiter eis † à iure concessis, absque eo, quod totum ius commune vulneretur, quodque certè sequeretur, si in causa dotis liceret semper dicere, speciale est, nam
35 & † hoc asserere non assignata ratione specialitatis absonum est, & longè fugiendum. *l. nam absurdum, ff de bon. liber. cap. cum inter, cum ibi accumulatis per Dec. in 7. notabil. de except. & in puncto Cagnol. in l. in ambiguis 86. num. 6. ff. de regul. iur.* Et addo, mulieribus non parum videri debet, si obseruentur priuilegia eis in specie concessa, cum
36 sciamus multa ex eis obtinuisse propter † earum importunitatem, vt clamat infastiditus Imperator noster *in l. 22. ibi.* Assiduis aditionibus mulierum inquietati sumus, per quas suas dotes deperditas esse lugebant &c. *C. qui potior. in pign. habeant.*

Præterea, vt magis inconcussa appareat prædi-
37 cta conclusio, dotem non censeri exceptuatam, quando † Lex, vel statutum generaliter disponit, nisi sit in casu illo priuilegiata, optimè côducit textus *in l. qui fraudem, §. vltim. ibi*, quia generalis est ista dispositio, *ff. de testam. milit* cuius textus dispositio perpetuò allegatur, quando deciditur, quod Lex, vel statutum generale comprehendit
38 etiam personas, † & causas priuilegiatas (pro vt libertas, miles, dos &c. vt est casus noster) quæ in casu illius Legis, vel statuti non reperiuntur habere speciale priuilegium, expendi pariter possunt textus *in l. ait Prætor, § si cum mulier. & l. omnes, §. si vir vxori, & l. vltim. ff. de his, quæ in fraud. credit. & l. diuisione ff. solut. matrim.* cum multis alijs, in quibus sat apparet dotem non esse magis priuilegiatam, quàm cœteras causas.

Hancque opinionem multi celebres Doctores suffic iuribus circumuallarunt, rationibusque &
39 fulti † sunt, vt eam inuincibilem reddiderunt, & præsertim Hieronym. *Cagnol. in repetition. l. 1. num. 22. ff. de regul. iur.* vbi aperto Marte pugnat contra eos, qui contrarium ausi sunt firmare, optimè pariter in diuersis locis se gessit. *Dec. & præsertim in d. l. 1. num. 8. vers. ex quo infert. ff. de regul. iur. in l. nemo potest in princip. ff. eodem tit. in l. 1.*

l.1. in 3. notab. per illum text. C. unde liber. in l.1. col.4. vers. ultim. notq. C. de sent. quæ pro eo, quod interest. & in cap. cum ordinem col.2. extra de rescript. in cap. Sedes Apostolica, num.35. eod. titul. Francisc. Rip. *in repetit. l.1. num.14. & seq.* Alciat. *à numer.11.* Camill. *Visitarin. numer.63.* Barbos. *par.5. rubric. num.3. & seq.* Soccin. Iun. *numer.77.* Bolognet. *num.37. ff. solut. matrim.* Curt. Iun. *in l. hæres, num.18. ff. de iud.* Rip. *in l.1. num.60. ff. de vulgar. & in l. fin. num.17. C. de reuocand. donat.* Alciat. *lib.4. Paradox. cap.10. num.3.* Cott. *in suis memorabil. in verb. Dos habet in fin.* Anton. Gabr. *de legib. & Constitut. conclus.1. num. fin. late* Tiraquell. *de retract. lignager. §.1. gloss.14. à num.96. & in tract. de primogenit. quæst.6. num.25. & in tract. de præscript. §.1. gloss.1. col. fin.* Palaez. *de maiorat par.4. quæst.1. in 2. limitat. num.7.* Card. Alban. *in Lucubration. ad Bart. in l. Papinianus §. si quis n.4. ff. de inoffic. testam.* Bou. *in tract. de Statutaria Vrb. præscript. in verb. exceptis dotibus, gloss.3. num.4.* vbi de magis communi Stracc. *de assecurat. Mercat. par.3. num.161.* Vasq. *controuers. illustr. cap.84. num.24.* Simonell. *de decret. minor. lib.3. titul.8. num.98.* Pic. *ad Statut. Vrb. lib.1. cap.151. gloss.7. num.260. vers. nec pro dote minor potest se obligare sine solemnitatibus &c.* D. Theodosius Rubeus *Pater meus in suis singularibus Rot. Romanæ p.6. circa statutorum interpretationem ad d. Statutū Vrbis lib.1. cap.151. numer.56. & 57.* Io. Baptista Costa *in tractat. de ratione Rotæ, quæst.220. num.11.* Virgin. *in Constitut. Picen. glos.8. num.56.* Luc. Pet. *in prax. titul. de execution. Instrum. dotal. num.16.* Vbi hanc partem veriorem putat. *Stephan. Grat. discept. forens. cap.405. num.13. vers. multa in dote sunt specialiter, quæ ad alios casus trahi nequeunt &c. & cap.734. num.10. vers. quando dos esset specialiter priuilegiata cum alias comprehenderetur in statuto generali &c.*

40 Atque ita † consulti responderunt *Anchar. cons.94. Ista Domina Ioanna num.3.* Corn. *cons.292. circa primum num.57. lib.1.* Decius *cons.5. in causa Dominæ Mariæ, num.2. & cons.101. In causa quæ num.12. & cons.496. In causa Domini, numer.10.* Bursat. *cons.32. numer.12. vbi de magis communi.* Riminald. Sen. *cons.63. Viso themate prædicto, num.17. & 18. & cons.447. Præsupponitur in facto num.16.* Riminald. Iun. *cons.3. Cum Illustrissimus Dominus, num.11. lib.1. & cons.31. Dubitant Clarissimi DD. num.43. eod. lib. & cons.260. Dicam ego requisitus, num.5. lib.3. & cons.514. Et prima consideratione, num.34. lib.6. Gozad. cons.97. nu.7.* Soccin. Iun. *cons.12. num.14. lib.2.* Grat. *cons.130. num.9. lib.2.* Gabr. *cons.92. num.21. lib.2.* Honded. *in cons.18. num.57. lib.1.* vbi affirmat, negari non posse hanc esse magis communiter receptam opinionem, quia innumeri DD. hoc tenent indubiè.

41 Idemque fuit decisum in † *Rota March. penes Marc. Anton. de Amatis decis.34. num.9. vers. sub d. statuto comprehenditur absque aliqua dubietate dos &c.*

42 In Rota † Lucen. teste Octauiano Zuccaro *decis.71. num.6. vers. quo casu dos non reperitur specialiter priuilegiata ad effectum vt non sit comprehensa sub dispositione statuti &c.*

In Foro Fiuizan. vt refert Caual. Borg. *decis.35 num.22. vbi de veriori.*

In Senatu Mantuano, affirmante Surd. *dec.164.*
43 *sub † num.2. vers. dos comprehenditur sub dispositione generali, quando non habet speciale priuilegium &c. & decis.287. num.4.* vers. *statutum indistinctè loquens, cōprehendit etiam casum dotis &c. & decis.218. num.4.* vers. *cum dos hoc casu non reperiatur in specie priuilegiata, standum est regulæ*

44 In † Senatu Pedemontano apud *Oasc. decis.135. num.3.* vers. *dos sub illa generali regula etiam comprehenditur, &c.*

45 In † Rota Florentina, vt scribit Hieronym. Magon. *decis.76. num.4.* vbi dicitur, tunc causam dotis non comprehendi sub lege generali, quando est specialiter priuilegiata in illo casu, in quo lex disponit.

46 In Rota Perusina, vt videre est † apud Ioseph. Ludouic. *decis.95. num.15.* vers. *Quia lex, seu statutum generaliter loquens comprehendit etiam causam dotis &c.*

47 In Regio Consilio Neapolitano asserente Vincent. de Franch. *decis.219. numer.4. vers. vbi dos non habet speciale priuilegium remanet in dispositione Iuris communis, &c.* vbi etiam affirmatur contrariam opinionem esse erroneam, &c.

48 In Regio Tribunali Regni Siciliæ † apud Giurb. *decis.198. num.20.* vers. *Illis namque in casibus priuilegiata dos est, quibus expressim Lex*
49 *statuit, &c.*

In Audientia Barensi referente † Viu. *decis.492. sub n.3.* vers. *cum non reperiatur materia dotis in hoc priuilegiata, dicendum vtique est, eam regulis generalibus arctari, &c. lib.2.*

Pariterque Rota Romana prædictam opinionē
50 esse veram sæpe † arbitrata fuit, & præsertim iam olim, penes *Put. decis.160. tam in antiquis, quam in correctis, num.1. vers. statutū generaliter loquens comprehendit etiam dotem, &c. lib.3. & in causa Romana Census 20. Febr. 1609. coram bo. me. Card. Marquemont. est decis.289 n.29. vers. quia dos nō venit in generali dispositione &c. apud Pacif. post tract. de Saluian. Interdict. & in causa Maceraten. Dotis 27. Ianuarij 1614. coram bon. mem. Reuerendissimo Manzanedo est decisio 511. sub nu.4. part.2. recent. & in Romana Dotis 1. Iunij 1637. coram R. P. D. meo Ghisilerio, est infra decis.241. nu.17. p.7. recent.*

Et in puncto de quo loqui incœpi, scilicet cum de iure non reperiatur causa dotis specialiter pri-
51 uilegiata † in hoc, vt minor possit pro illa se obligare, comprehendatur sub statutis, & Constitutionibus generaliter prohibentibus illius obligationem sine certis solemnitatibus, latè tractat *Lamberteng. de contract. eorū qui sin. cert. solemn. glos.20 num.9. & seq.* & de communi, & vera opinione testatur. *Hieronym. Gabr. cons.20. à n.1. lib.2* vbi etiam sub nu.22. post *Corn.* & alios ibi citatos, asserit, qui contra prædictam opinionem sentit, de-
52 uiat † à luce, & à via veritatis & d. cons. Gabr. sæpè à Rota fuit canonizatum, *vt dicitur in infra allegandа Camerinen. Dotis coram R. P. D. meo Ghisil.*

Nec debilitatur prædicta opinio, licet *Menoch. in cons.242. per tot.* plura scriptitauerit contra dictum *cons. Gabr.* & contra hanc satis receptam sen-
53 tentiam, quia ipse etiam Menoch. † in principali conclusione, vt patet num.6. allucinatus fuit vna cum Iasone à sententia Salicet. de qua *dixi supra num.2.* sat enim hic erit ad corroborationem, vt

Dos, quo ad minores, cum non sit specialiter priuilegiata, comprehendatur sub statuto prohibente, minorũ obligationes sine certa solemnitate, si de-
54 ducam nonnullas decisiones Rotæ Romanæ, † in quibus sæpius veritas dictę opinionis tamquam aurum in fornace fuit depurata, & præsertim id habetur resolutum in causa *Anconitana Dotis 27. Nouembris 1598. coram bon. memor. Card. Lancellott. est decis. 282. sub num. 1.* vers. *Non obstat, quod huiusmodi statuta par. 4. diuers. in causa Romana Donationis de Cupis 5. Iunij 1602. coram bon. mem Eminentiss. D. Card. Hieronym. Pamphil. est decisio 22. apud Pic. ad Statut. Vrb. lib. 1. cap. 151. nu. 7. vers. Nec obstat quod huiusmodi donatio &c. & in dicta Romana Census 20. Februarij 1609. coram bon. mem. Card. Marquemont. quæ est etiam impressa in recent par. 1. decis. 177. num. 11. vers. conclusio non procedit in minori dotante, & in causa Perusina Dotis 2. Aprilis 1612. est decisio 385. nu. 7. vers. cum simus in minore, qui de iure sine solemnitatibus, nec pro dote potest se obligare &c. par. 2. recent.* quæ decisio doctè, necnon magistralis est, ac mendosè per Prosperum Farinaciũ earum Decisionũ Collectorem ascripta fuit rec. mem. Reuerendiss. Patriarchæ Manzanedo, nam vt apparet ex Diarijs Rotæ emanauit coram Eminentissimo, & Reuerendissimo D. Card. Ioanne Baptista Pamphilio Romano, qui tantus Auditor, & deinde Cardinalis meritissimus,

55 HODIE anno 1644. Septembris decima quinta, in ipsa Octaua Natiuitatis DEIPARÆ VIRGINIS MARIÆ, aura DIVINI SPIRITVS afflante, è Tantorum Patrum selectissimo Ordine Summus electus PONTIFEX propria meritorum præstantia, excellentiaq; fuit PETRI SVCCESSOR, CLAVIGER COELESTIS REGNI, ORBISQVE ARBITER VNIVERSI declaratus, ac gaudio acclamatus ineffabili. Eius INNOCENTII nomen quod resonat Bonitatem euidenter demonstrat, non eum propitio sortis fauore, summum ascendisse gradum, sed aureo Virtutis filo, ac optimo Iustitiæ viatico ad primam illam ROMANAM iter fecisse dignitatem, quæ Virum mortalem quasi Deum, ipsisq; Angelis admirabilem, ac Veri DEI VICARIVM indubitanter cõstituit (vt iam abundè in Annotatione ad decis. 2. supra par. 3. recent. retuli) Eius incorrupta Virtus, quæ generat obseruantiam ostendit apertè, nõ eum acquisiuisse honorem illius superantem Bonitatem, sed id, quod meruit recepisse. Restat ergo, vt DIVINÆ SAPIENTIÆ ALTITVDO, quæ ab omni æternitate tantum Pastorem in solio illo eleuato BEATI PETRI destinauerat, successibus felicissimis eius protegat Principatum, ac precibus communibus annuendo, longitudine dierum repleat eum, tandemq; ad vitam vna cum grege sibi creditò perueniat sempiternam.

At modo prosequendo in supra relato casu referre alias decisiones, idem enim deinde fuit respõsum *in causa Assisien. Dotis 22. Iunij 1629. corã Eminentiss. & Reuerendissimo D. Card. Hieronymo Verospio, §. Quod enim ex testamento vers. sola causa dotis sat non est ad substinendum obligationẽ minoris sine solemnitatibus & rursum idem fuit replicatum in eadem causa 29. Aprilis 1630. coram eodem Card. Verospio §. ex his, itaque vers. quia nulla est in hoc eiusdem dotis prærogatiua &c.* ac recentius responsum habetur *in causa Camerinen. Dotis 10. Decembris 1638. coram R. P. D. meo Ghisilerio §. Non obstat, vers. dos non est magis priuilegiata, quam minor, vnde in eius promissione causa dotis, requiruntur solemnitates statutariæ, &c.* nuper vero fuit animaduersum *in causa Rauennaten. Dotis 11. Aprilis 1644. coram R. P. D. meo Corrado §. Nec obstat, quod obligatio ex causa dotis per minorem contracta, non videatur comprehendi &c.*

In eo casu tamen contraria opinio procedit, vt minor sine aliqua solemnitate possit se obligare ex
56 causa † dotis, non obstante statuto prohibente, eorum contractus, sine certis solemnitatibus, quando minor ex causa necessaria (veluti quia ad id cogi poterat ex dispositione legis, vel hominis) constituit dotem, & hoc quidem non ex priuilegio
57 dotis † sed necessitatis ratione, pro vt in terminis, quod necessaria sororis dotatio facta à fratre minore non comprehendatur sub statuto de contractibus minorum sine certa solemnitate non valituris, firmauit *Pic. ad Statut. Vrb. lib. 1. cap. 151. glos. 7. num. 257. cum ibi relatis.*

Nec non sic sæpius rescripsit Rota, vt videre est apud *Caputaquen. decis. 199. num. 2. par. 3. & apud Put. decis. 100. nu. 3. in correctis lib. 1.* & fuit dictum *in causa Maceraten. Dotis 10. Iunij 1594. coram bon. mem. Card. Millino*, in qua fuit resolutum dandam esse executionem Apochæ promissionis
58 dotis † quia illi Minores tenebantur dotare sorores & statutum non comprehendebat obligationẽ necessariam pro dote, *idemque fuit dictum in altera Maceraten. Dotis 27. Nouembris 1598. coram bon. mem. Card.* Lancellotto, *& in d. Romana donationis de Cupis 5. Iunij 1602. coram bon. memor. Eminentiss. D. Card. Hieronym.* Pamphil. *in Cesenaten. supradotis 17. Decembris 1616. coram bon. mem.* Remboldo. *in causa Assisien. Repetitionis Dotis 21. Iunij 1632. coram bon. mem. Reuerendissimo* Pirouano, *est decisio 145. num. 3. vers. posita ergo necessitate dotandi cessat exceptio nullitatis ex defectu solemnitatum &c. infrà par. 6. recent.* & optime fuit perpensum *in illa Camerinen. Dotis 10. Decembris 1638. coram R. P. D. meo* Ghisilerio *§. Ratio resolutionis vers. necessaria sororis dotatio non comprehendit statutum de contractibus minorum sine certa solemnitate non valituris, & in d. Rauennaten. Dotis 11. Aprilis 1644. coram R. P. D. meo Iacobo* Corrado *Ferrarien.* (mihi carissimo, non tantùm quia successor est clar. mem. Reuerendiss. Merlini Decani, cui benignitati multùm debebam, sed etiam propter eius intimam legu m scientiam, ac animi candorem, vitæque integritatem, affabilitatemque admirabilem in omnes &c.) *§. Nam id procedit, vers. quando agitur de obligatione ex causa necessariò contracta, ad quam minor compelli poterat ad dotandum, tunc eximitur ab obseruatione statuti &c.*

Et quamuis nemo sit; qui dubitet, quod dota-
59 re filias, non fraternum, non maternum, † sed necessarium patris officium sit, & hoc onus præcise ei de Iure sit iniunctum text. est *in l. fin. §. verumque ibi, Neque enim sunt Leges incognitæ, qui-*
60 *bus cautum est omnino † paternum esse officium dotem,*

dotem, vel ante nuptias donationem pro sua dare progenie. C.de dot.promiss.& in l. qui liberos, ff. de rit.nupt.cum alijs allegatis per Bald.Nouell. in tractat.de dot.pars.3.priuileg.3. vers. *vidi etiam de facto, & priuileg.15.& 16.* vbi, quod propterea po-
61 test esse iudicium inter patrem, & filiam super hoc, & pater officio Iudicis potest compelli assignare aliquam partem sui patrimonij filiæ pro dote *Afflict.super Constitut.Regn.titul.de success.fil.commun.rub.23.lib.3.num.73.vers.I deo tene, quod de iure pater &c. Dec. cons.66. in fin. Natt. cons.363. num.6. & 22.Cephal.cons.105.num.9. & 17. & seq. Paul.de Monte Pic.in l.quartam numer.89. in fin.ff. ad leg. Falcid.* vbi dicit hanc opinionem habere æquitatem, & sibi placere. *Soccin. Sen. in d. l.1. num.46.ff.solut.matrim.*vbi eam dicit communem, & veram *idemque in cons.33. numer.16. lib.3.* dicit esse communem, & in consulendo ab ea non recedendum. *Riminald. Iun. cons.513. numer. 22. lib.5.*

62 Vbi ait, patrē teneri † ad duo copulatiuè, scilicet ad maritandam filiam, & ad eam dotandam, vnde quando filia est maritata liberatur ab vno, sed nō ab alio, nam mulier indotata contemnitur à marito cum ibi allegatis. *Alex. cons.7.sub nu.10. lib.2.incip.visis, & diligenter*. vbi post iura, & Doctores ibi allegatos, affirmat patrem posse non solùm ad filiam maritandam sed etiam dotandam compelli, *lateque tractat Petr. de Gregor. in tract. de dot.de parag quæst.20.num.15. Menoch. cons.33. num.40.& 270.num.3.& 17.* Roland.*cons.64.nu.6. lib.1.* Fontanell. *de pact. nuptial. claus.9. glos.1. num.10.vol.2.* Giurb. *ad consuetud.* Messan. *cap.3. glos.3.par.1.num* 4. Sola *ad Consuetud. Subaud. titul.de alienat.bon.minor.mulier.&c.*Menoch.*lib.3. præsumpt.15. num.6.* Ioann. *Caros. in repetit. d. l. qui liberos à num.97.ff.de rit.nupt.*Soc.Iun. *cons.76. num.37.&seq.lib.3.* Fachin.*lib.13. controuers. iur. cap.78.*Surd.*cons.90.num.19.lib.1.*Honded.*cons.50. num.16.lib.2.* Caroc. *in tractat. de patr. fil.dotant. quæst.9 post tractat.de excuss.* Campeg. *in tractat. de dote quæst.23.* Card.Mantic. *de tacit. & ambig. conuent.lib.12.titul.16.num.21.* vbi ait, quod pri-
63 mò † omnium dum est idoneus facultatibus, pater, & non auus tenetur dotare filiam, ibique admonet, vt ab hac communi opinione non recedatur &c. Osach. *decis.*Pedemont.*43. num.7.* Triuis. *decis.* Rotæ Venetæ *22. num.3.lib.1. Ioseph. Ludouic.decis.*Perusin. *21.numer.19. Anton. Fabr. in suo Codic.decis.*Pedemont *lib.5.titul.6.definit.7.& 10. Vincent. de Franch. decis.* Neapolitan. *215.sub num.3.vers.regula est, quod officium est paternum dotare filias &c.Stephan.Gratian.dec.*Rotæ March. *19.sub num.40.vers.pater tenetur dotare filiam &c.* Capell.Tholosan.*decis.290.num.1.Mastrill. decis. Regni Siciliæ. 186.num.1.& Ioachin.Mynsig.decis.* Cameræ Imperialis, *obseru.85. cent.6. num.5. vers. paternum est officium prouidere filias dotibus &c.* ac sæpius aduertit Rota Romana, *& præsertim in causa Bononien. de Marescottis 15. Ianuarij 1627. coram clar. mem. Merlino, & in altera Bononien. successionis 19. Nouembris 1627. coram Reuerendiss.Vrgellen.sunt infra part.5. recent.decis.28.nu.1. & 107. num.19.& in Narnien.successionis 26. Nouembris 1629. coram eodem Merlino, & infra decis.329.num.44.par.6.recent.*

Verumenimuero, quando pater egestate sordesceret, itaque fortunis esset vacuus, sicuti quo-
64 que cæteri alij, † qui ad hoc onus dotandi tenentur, veluti auus paternus, mater &c. tunc frater in subsidium, dummodo ipse pariter in eadem paupertatis naue non degeret, citra discrimen tenetur sororem inopem dotare, textus sunt *in l.cum plures, §. cum tutor. ff.de administr.tutor.& in l.tutor secundum dignitatem §.vltim. ff. eodem titul. & in l.filius, ff.vbi fil.debeat educar. l. mutus §.manente, ff.de iur.dot.l.quamuis, ff.solut.matrim. l.1. §. sed nonnullos, ff. de tutel. & rat. distr. & notatur in l. Mesennius, ff. de negot.gest.* in qua sententia cele-
65 bri, & communi manet † quoque vniuersa caterua Doctorum, & præsertim, *glos.in l. non omni in verb.nullo, & ibi etiam* Cyn.*Bart.Bald. & Salicet. C.de administrat.tutor.& l.nihil ff de in rem vers.* Bart.*in l.1.col.2.vers.sed quid in fratre, & ibi clarius* Alex. *col.7.vers.quid autem in fratre,* Ias. qui dicit, hanc opinionem esse cōmunem, eamq; extollit *vers.vltimo quærit.ff.sol.matr.*Angel.*de Clausio in sua summa in verb.Dos. §.5.Summa* Tabiena *in verb.Dos num.4.Summa* Armilla *in verb. Dos. n.7. cum alijs innumeris allegatis per* Tiraquellum *in tractat.de primogen.quæst.62.num.1. & seq. & adde* Francisc.Viu *in Sylu. commun. opin. lib.1. opin. 337. incip. Frater legitimus*, vbi plures alios Doctores adducit *quibus annecti possunt* Surd.*in tract. de aliment.titul.1.quæst.25.num.8.& 9.*Palat.Rub. *in repetition.cap.per vestras, notab.3.§.24.numer.3. de donat.inter vir. & vxor.* Molin. *de primogenit. Hispan.lib.2.cap.1 .num.60.* Garz. *de expens.cap.3. num.34.*Natta *cons.401.num.10.* Roland. *consil. 85. num.4. vol.3.* & post Bald. Nouell. Crott. Camill. Visitar.Ioann.Annib.Ludouic.de Sard.Paris.Pinell. Rip.Hieronym.Scruff.& Boer.*ample testatur* Cordub.*in repetit.l.si quis à liberis §.item rescript. n.88. ff.de lib. agnoscend.* & decōmuni immò cōmuniori opinione, & quod sic fuit pronūciatum, *post Greg. Lopez Arias Pinell.& Suarez* ample asseuerat.*Michael Palaex.in tract.de Maiorat.p.4.quæst.27.n.5.*
66 Insuper, quod † mirabile est huic opinioni, nemo recalcitrat, vt *authore Ias. refert Cornel. Benincas. in tractat.de paupert.& eius priuilegijs* (à quibus vt dicebat Cyn. liberet nos Deus) *quæst.8. numer. 19. vers. & est communis sententia à qua nemo discrepat. &c. Ioannes Crott. in repetition. leg.1. num.91.ff.solut.matrim.* vbi etiam inquit, si Pater iustè exheredauerit filiam, sicque nihil possit cōse-
67 qui ex bonis paternis, adhuc frater tenetur sororem inopem dotare, *& Adde Cephal.cons.216.n.15.* Decian. *cons.7.num.3?.lib.4.* Rimin. Iun. *cons.188. num.28.lib.2. & cons.777.nu.8.& cons.778. nu.17.* vbi quoque ait, fratrem pro rata sua teneri cum cæteris fratribus suis dotare sororem suam pauperem &c. *lib.7.* Fulgos. *cons.228. numer.4.* Menoch. *cons.88.num.2.* Honded. *cons.18. numer.32. tom.1. Stephan.* Gratian. *discept.forens.cap.65.num.2.vers. quando non extarent bona patris & vrgeret inopia frater tenetur dotare sororem &c. tom. 1. Ioann. Baccan.singular.8.incip.sed numquid frater teneatur dotare, num.1 Augustin.*Bero. *quæst.familiar. cap.113 num.6.vers.Frater sororem dotare tenetur, si aliunde non habeat, vnde se dotet &c.* idemque etiam ampliat si soror ingredi intendat Monasterium &c.

Ita pariter fuit determinatum in diuersis Orbis
68 Tribunalibus, † & præsertim *in Senatu Gratio nopolitano apud* Guidopapam *decis.96. in fin.* vers. *frater tenebatur eam dotare, & decis.439. pariter in fin.* vers. *frater tenetur dotare sororem inopem.*
69 In Consilio † Neapolitano, *teste Vincent. de* Franch. *decis.87.par.1.sub numer.12.* vers. *Fratres tenentur de proprio dotare sorores pauperes, &c. scripsitque Matth. de* Afflict. *decis.371. numer.3.* vers. *frater tenetur dotare sororem pauperem, & egenam &c.*
70 In Senatu Burdegal. *vt scribit* Boer. *decis.129. num.7.* vers. *frater tenetur dotare sororem, quando non habet, vnde possit se dotare, &c.*
71 In Senatu † Pedemontano, *vt refert* Tessaur. *decis.192.num.7.* vers. *Frater diues tenetur dotare sororem ino m &c.*
72 In Concistorio † Regio Siciliæ, *vt videre est apud* Curb.*decis.45.nu.12.* vers.*defectu patris sororem tre tenetur frater.*
73 Hæcque opinio multoties † etiam arrisit Oraculo Rotæ Romanæ, & præsertim in *vna Bononien. Pecuniaria 28. Iunij 1601.coram bon.mem.Coccino, est inter eius impress. decis.77.num.3.vers. frater diues tenetur dotare sororem pauperem; & in causa Romana Pecuniaria 26. Iunij 1624. coram eodem Coccino §.Non obstat. vers.onus dotandi sororẽ spectat ad fratrem, dum aliunde non habet vnde se dotet &c. Narnien successionis 26. Nouemb. 1629.corã clar.mem.* Merlino, *est decis.32. sub num.57.* vers. *Frater in subsidium tenetur dotare sororem &c. infra part.5.recent.& in causa Romana Dotis de Ximenez.28.Iunij 1630.coram bon.mem.* Motmanno *est decisio 398.num.3.* vers. *paupertas in sorore considerata obligat fratrem ad illam dotan. &c. infra eadem par.5. & in causa Assisien. Repetitionis dotis 21.Iunij 1632. coram bon. mem.* Pirouano, *est decisio 145.num.3.* vers. *Frater in subsidium substinet onus dotandi sororem, quando ipsa non habet, vnde se dotet &c. infra par 6. recent. & nuper fuit dictum in illa Camerinen.Dotis 10.December.1638. coram R.P.D. meo* Ghisilerio *§. Nec dubitari potest quin fratres teneantur dotare sorores ex propria persona.*

Præterea supradicta nedum procedunt, quando sumus in fratre Laico, verùm fortiùs id sibi locum
74 vsurpat, quando esset clericus, nam clericus tenetur magis exercere actus humanitatis, & charitatis, quàm sæcularis *ad text. in cap. placuit.cum ibi notatis de empt.& vendit.* Radix enim omnium
75 †bonorum est charitas, & radix omnium malorũ est cupiditas, ipsaque cupiditas, est charitatis toxicum. O venenum aspidum! quàm dirè mortales veneficas, & fascinas!

Fulgentissimis enim radijs charitatis Ecclesia-
76 stici emicare debent; † nam si Laicis eam persuadere debent, nempe charitatem erga DEVM, & proximum, in quo omnis perfectio Christiana consistit, ipsi priùs ea flagrare iustum est, vt appareat, congruitque dictum Romanorũ Oratorum
77 † quasi Deus, Marcus Tull.in lib. de Orator.nẽpe, *Ardeat Orator, si velit Iudicem incendere, &c.*

Atque vt inquit *S.Greg. Papa hom.17.in Euang.*
78 Qui docet,† & non facit, non solùm neminem corrigit, sed adhuc multos scandalizat. Etenim vali-
79 diora sunt exempla, quàm † verba, scripsit *S.Leo pariter* Romanus Pontifex *in sermon. de Ieiunio*
80 nam & omni tuba † clariora sunt documẽta operum, quàm verborum & plenius opere docetur quàm voce &c. *ac teste Seneca,* Homines plus credunt oculis, quàm auribus, satisque decantata est
81 illa iuris cõclusio; potentius † est aliquid declarare factis, quàm verbis *l. si tamen, §. ei qui ff. de edilit. edict.* & de hoc alibi dixi etiam in terminis clericorum, sed loquẽdo de charitate tantisper, O cha-
82 ritas, tu es illa † quæ multitudinẽ peccatorum tegis, vt ait textus *in can.multa 1.quæst.1.* O Charitas magna virtus, immo virtutum omnium pulcherri-
83 ma, O † tutissimum signum Militum Aeterni Monarchæ, qui *secundum Ioann. Apostol. & refertur*
84 *in can. Abijt.1.quæst.3.*† CHARITAS EST; denique, O Charitas omnium virtutum sal, & condimentum, Hinc Doctor Gentium Paulus Apostolus, vt habetur 1. Corinth.13. zelanter scriptum reliquit. *Et si habuero prophetiam, & nouero om-*
85 *nia † mysteria, & omnem scientiã, & si habuero omnem fidem, ita vt Montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Et si distri-*
86 *buero in cibũ pauperum omnes † facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita vt ardeã, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest,* & deinde mirè subdit. *Charitas patiens est, benigna est, Charitas non æmulatur, non agit perperam, non infla-*
87 *tur, † non est ambitiosa, non quærit, quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem super veritate, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia substinet.*

Vnde dixit S. Augustinus in lib.de Doctr. Christiana. *Sola Charitas est, quæ vincit omnia, sine*
88 *† qua nihil valent omnia. Non numerositas operum, non diuturnitas temporis sed maior Charitas auget meritum.* & affirmãte S.Hieronymo in Epistol. ad Galat. *Non memini* (inquit) *me legisse ma-*
89 *la morte aliquem† perijsse, qui libenter operas Charitatis exeruit, habet enim multos intercessores, & impossibile est multorum preces non exaudiri.* Palã
90 quoque est, quod *Pauper in† Charitate est diues, & diues sine Charitate est pauper,* vt latè exagerat idẽ *S.Augustinus in libro de Laude Charitatis.* Plura & pulchra in hac materia, breuitatis ergo silentio tego, ideoque ad nos.

Non enim frater laicus, vt dixi, tantùm tenetur dotare sororem pauperem, verùm ad id quoque tenetur, si sit Clericus, cum Clericatus † non exuat
91 † quem gloriosa veste Charitatis, sed magis gratiosè induit, nec ille minuit amorem, & Charitatem, sed acriùs incendit, prout in his terminis dotationis sororis pauperis faciendæ a fratre Clerico in subsidium, *ratiocinantur Stephan. Aufrerin annotat.ad decis.Cappellæ Tholosanæ 290.in litera A. num.8.vers. Idem dicendum est in fratre Clerico, qui quoque tenetur dotare sororem, cum magis teneatur ad Charitatem &c.* & Surd. *in tractat.de aliment.titul.1.quæst.25.num.12.* vers. *& in fratre Clerico nulla adest diuersitas, cum ipse etiam sicut frater laicus teneatur dotare sororem pauperem, non enim Clericatus exuit Charitatẽ, sed auget &c. & addo* Ioannem Caros. *in repetition. l.qui liberos num.117. vers. quod in Clerico multo magis est dicendum, cum teneatur ipse magis actus Charitatis exercere, quam Laicus, & sic dotare sororem pauperem &c.ff.de rit nupt.*

Nec

Nec prætereundum est, in casu quo Clericus nõ habet ex bonis patrimonialibus vnde possit dotare
92 eius sororem inopem, † tunc licitè potest eam dotare ex redditibus Ecclesiæ, vel Beneficiorum, & quamuis regulariter Clericus bona Ecclesiæ non possit pro se, vel suis appropriare, iuxta text. *in can. quia tua fraternitas 12.quæst.1. in can. Aurum habet Ecclesia 12.quæst.2.in can.gloria Episcopi eadem caus.& quæst.in can.res Ecclesiæ 12.quæst.1. in can.præcipimus eadem causa, & quæst. in can. quæ autem 23.quæst.7.* Vnde Ecclesiastici vehementer
93 errant, & mortali crimine † sunt obnoxij ac tantumdem de propria substantia tenentur restituere si ea, quæ præter honestum eorum victum de redditibus Ecclesiæ supersunt, pijs operibus non erogant. *vt optimè probat, confirmat que* Couuar. *in repetition.cap.cum in officijs.num.3. vers. Clericũ habentem beneficium, vltra sibi necessaria, in prophanos vsus redditus illius expendentem, mortale crimen committere, & teneri ad restitutionem illorum redditũ, quos ita expendit. &c. extra de testament.* vbi ad hoc plura adducit, & præsertim pulchrum dictum B. Bernardi in epistol. 42. *Clamant,*
94 inquit, † *pauperes, nostrum est, quod effunditis, nobis crudeliter sub trahitur, quod vos inaniter expenditis, &c.* idemque ex nostris refert. *Redoan. in tractat. de spol. Ecclesiast. quæst.1. à num.25.* Vbi dicit, licet contraria opinio, vt restitutio non sit facienda benignior sit, & nostris hisce temporibus admittenda ex totius Orbis Christiani consuetudine, tamen reliquit benè cogitandum, ne alia omnino sit magis salubris animæ, & corpori, cum DD. nimis affirmatiuè de vtroque, loquantur & anima cunctis rebus sit præferenda.

Iure, quoque ciuili prædicta quæstio determinata reperitur, Iustinianus enim Imperator *in Auth. vt determinatus sit numer.cler.* vtrumque affirmat, & peccare Prælatos, & Clericos non erogantes in opera pia ea, quæ præter honestum victum supersunt, & de suo ad restitutionem teneri. Nec obstat
95 licet quis † opponeret, præfatam authenticam esse Imperatoris, cui nulla est potestas statuendi de rebus Ecclesiasticis.*can.benè quidem 96.distinct. cap. Ecclesia, de constitut.cum alijs à me copiosè adductis in annotat.ad decis.14.à num.12.supra par.3. recent.*

Quia responderi potest, id non esse iuris noui cõstitutiuam, sed antiqui declaratoriam, & quoddam
96 testimonium † Imperatoris de mente, & ratione canonum Ecclesiæ, ad faciendam fidem, quod Ecclesia illo tẽpore sic seruabat, & erat obseruantia iusta, quod licere Imperatori nulla dubitatio est.

Optimè vallatam supradictam opinionem, si quis videre desiderat, necnon à morsibus aduersariorũ mirè defensam cõsulat *Nauar. in suo tract. at. de reddit.Eccles.q.3.monit.17.per totum,* vbi plures alios allegat. Cùm negari nequeat bona Clericorũ
97 † pauperum esse, vt satis notum est, textus habetur capitalis, & clarus *in can.quoniam. 16.quæst.1.* & audiamus quæso eius præcisa verba. *Quoniam quidquid habent Clerici pauperum est, & domus illorum debent omnibus esse communes susceptioni peregrinorum, & hospitum inuigilare debent &c.* Quippe generale est dictũ, Beatius est dare, quàm accipere. *can.prædicator 16. quæst.1. cap.cum Marthæ, de celebrat. Missar. vbi gloss. in verb. beatius,* reddit rationem, *quia dando placet homo, accipiendo displicet.* Vnde Martialis reprehendit quendam tamquam omnibus exosum, qui semper accipiebat, & nunquam dabat. *eiusque versus ex nostris etiam adducit Io. Franciscus Pauin. in non dissimilibus terminis in tract. de Visitat. quæst.5. part.2. num.103. nempe.*

Sceuola tu comedis apud omnes, nullus apud te.
Tu semper alterius siccas pocula, nemo tuum.
Aut tu redde vicem, vel desine velle vocari,
Dedecus est semper sumere, nihilque dare.

Nam, & auarus est, qui non ducit aliquando amicos ad comedendum secum, nec potest eligi in Episcopum *text. est in can. Archidiaconum, vers. ita tenacem existere, vt numquã &c. distinct. 85.* iste, erit postea liberalis in morte Sed persistendo in terminis, vt bona Clericorum communia sint cum illis, qui nihil habent, & sic cum pauperibus, ac ratiocinata est Rota *in causa Romana Alimentorum 30. Ianuarij 1637. coram Reuerendissimo D. meo Dunozetto Decano, est infra decis.194. num.33. vers. bona Clericorum sunt bona pauperũ &c. par.7.*
98 *recent.* Vnde non possunt ad libitum illa † effundi, in prophanos vsus conuerti, nec auare retinenda in fraudem pauperum, & hic adducam tantum, quod post *Io. Gerson. Lodulphum, Dionys. Carthusian. Ioannem de Sylu.* refert *Nauarr. Iuris consultus clarissimus in d. tractat. de redditib. Ecclesiast. quæst.1. monit.24.* vbi narrat celeberrimum illum, & Episcopum & Doctorem Gulielmum Parisiensem affirmasse, quendam amicum, qui iam vita functus erat, apparuisse, dixisseque quod vna ex tribus causis, ob quas fuit damnatus, erat, quia quod è beneficiorum redditibus ei superesset, pauperibus non erogasset, *reliqua vide in citato loco Nauarri.* & de illis qui effundunt d. bona Ecclesiastica, quæ supersunt in prophanos vsus, *latè tractat idem Nauarr. in eadem quæst.1. à monitu 20.* Supradictis nec incongruit, quod narrat *Io. de Li-*
99 *gnano in cap. postulasti de rescript.* Clementẽ V. † dixisse sibi, quod si non habuisset vxorem, fecisset eum Cardinalem, & ipse respondit se nolle viuere de Sanguine CHRISTI & Papa allegauit ei textum *in d. auth. vt determinatus sit numer. cleric.* quod Clerici possunt viuere de rebus Eccle-
100 siæ † etiamsi habeant patrimonium, ille verò replicauit, hoc esse verum, quando seruirent Ecclesię,
101 non autem quando † luxuriantur de bonis Ecclesiæ, quæ sunt bona pauperum &c. *idque etiam refert. Card. Iacobat. in tractat. de Concil. lib.2. artic. 2. num.70. vers. respondit se nolle viuere de Sanguine Christi &c.* Hinc zelanter clamat mellifluus Bernardus in epist.2. ad Fulconem, ibi, *Conceditur*
102 *ergo tibi, † vt si benè deseruis, de altario viuas, nõ autem, vt de altario luxurieris, vt de altario superbias, vt inde compares tibi frena aurea, sellas depictas, calcaria deargentata, varia griseaque pellicea à collo, & manibus ornatu purpureò diuersificata,* ac deinde sic notabiliter concludit; *DENIQVE*
103 *quidquid † præter necessarium victum, ac simplicem vestitum de altario retines, tuum non est, rapina est, sacrilegium est, &c.* Hæcque pauca circa hanc materiam dicta sufficiant nam alibi plura dicam & vtinam curiosè ista per-

pensa essent ab illis, qui bona possident Ecclesiasti-
104 ca, reminiscendo, vt DEO, † & Ecclesiæ manus habeant mundas, cum reddere rationem villicationis teneantur in die illa tremenda, in qua mouendi sunt Cæli, & terra, *prout in his proprijs terminis post Paulum de Castro, in cons.337. sub num.8. vers. DEO, & Ecclesiæ mundas seruare manus, &c. par.1. (& ibi Apostilla, in verbo, manus, satis clarè loquitur)* eosdem admonet *Philipp. Prob. in glos. ad Io. Monach. Card. in cap. nemo, num.73. vers. attendant igitur Commendatarij nostri temporis &c. de elect. in 6.*

Quando ergo, vt supra dixi numer.97. Clericus non habet tot in bonis patrimonialibus, vt sororē pauperem possit dotare, tunc permissum est ei ex
105 redditibus Ecclesiæ, † seu Beneficiorum eam dotare ad necessitatem suæ conditionis, *vt probatur ex text. in cap. peruenit. de arbitr.* cum tunc non expendat eos in prophanos vsus, nam dos, & pia causa æquiparētur *cap. vlt. de re iud. cum alijs adductis per Card. Mant. decis.235. n.9.* & faciunt textus *in cap.1. de cohabit. cleric. in can. omnia, iuncta ibi, glos.31. distinct. in can non satis 86. distinct.* ex quibus colligitur Clericum posse alere consanguineos,
106 † pauperes vti tales de redditibus Ecclesiæ, cui consequens est vt possit etiam dotare, quia causa dotis non minus fauorabilis est, quàm alimentorū *vt scribit Cyn. in l. non omni, in fin. C. de adminastr. tut. & in l. mater, ad fin. C. de iur. dot. Bald. in l. legatum C. de condit. insert.*

Qua ratione vtitur etiam *Abb. in dicto cap. per-*
107 *uenit, num.1. de arbitr.* † qui subiungit clericum debere prius suis consanguineis, quàm extraneis subuenire *per can. non satis 86. distinction.* quod ipse etiam notauit *in cap. num.1.4. de cohabit Cler. & in cap. dilecto, num.2. de præbend. & in cap. penult. numer.4. de pecul. cleric. & in cap. in officijs nu.1. de testam. Afflict. decis. Neapolitan.291. nu.10. vers. est ergo prius danda eleemosina propinquis, quā extraneis &c.* Nec obstat licet *secundum text. in can. peruenit 1. quæst.3.* Clericus grauius peccet
108 † si ex redditibus Ecclesiæ aliquid det consanguineis, quàm si extraneis, quia id procedit, vt inquit. *Abb. in d. cap.1. num.4. de cohabitat. cleric.* præsump-
109 tiuè nam præsumitur Clericum largius dare consanguineis, quam extraneis, & sine aliqua mensura, Item, *secundum eundem Abb.* dictus textus proce-
110 dit, quando Prælati volunt consanguineos † ditare, non subuenire tamquam alijs indigentibus,
111 cum amore † sanguinis carnalis spolient Ecclesias nam vt aduertit *glos. in d. cap. peruenit in*
112 *verb. grauius in fin.* Cœci sunt † Episcopi erga nepotes, *quæ glos.* ex textu etiam notat, quod minus peccatum propter adiunctum grauius punitur,
113 minus † enim peccatum est dare consanguineo, quàm extraneo, *can. non satis 86. distinct.* hæc est ordinata Charitas, sed quia prouidendo consan-
114 guineis enormiter lædunt † Ecclesiā, idcirco dicitur peius est dare consanguineis, quàm extraneis.

Vnde lex voluit, vt tantus in suos omnia effun-
115 dendi † impetus refrenaretur. *l. nec in ea in fin. ff. ad leg. Iul. de adulter.* & post d. glos. *id etiam notauit Ioann. Corrosius in repetion. l. qui liberos, n.119. vers. tunc namque peccare grauius Prælatos, aut Clericos lex voluit, vt tantus in suos omnia effundendi &c. ff. de rit. nupt.* & vt apertè asserit *text. in d. can. peruenit.1. q.3.* inter maximos hæreticos &
116 † Antichristos imputatur ille, qui de redditibus Ecclesiæ dat laicis præsertim suis consanguineis.

Nec esset nouum asserere semper cōtractus Præ-
117 lati † de bonis Ecclesiæ cum suis consanguineis esse suspectos, *vt pluribus iuribus, ac auctoritatibus cumulatis asserit Rota in causa Massanen. Feudi 19. Februarij 1636. coram clar. mem. Merlino, quā decisionem posui infra part.7. recent. decis.94. n.16.* & alijs decisionibus ibi allegatis addo aliam *in causa Mutien. Bonorum 14 Ianuarij 1639. coram R.P.D. meo Rojas* vbi etiam additur licet verum
118 esse; quod bona † Ecclesiæ sòlita locari possint renouari absque solemnitatibus attamen non licet renouare in consanguineos &c. Sed quia incidenter de hac materia loquor ideo non progrediar, nam alibi ex professo, prout aliàs promisi latissimè prosequar.

Redeo modo in viam, & nemini est dubiū quod in concursu necessitatis clericus possit extraneis
119 suos consanguineos præferre cum † & id quod in pauperes erogandum est, potest etiam in consanguineos pauperes erogari, qui horum est prima charitas. *Anchar. cons.175. in fin. in fin. vers. Quod vltimo loco quæritur an possit dispensari in consanguineos pauperes non videtur dubium, quod sic &c. Felin. in cap. postulasti, numer.30. infra de rescript.*
120 Hinc est, vt executor† testamentarius, cui commissa est bonorū distributio inter paupers CHRISTI rectè, vt Auctores nostri resoluunt, possit suos pauperes consanguineos eligere, & inter illos bona distribuere, quę fuit sententia *Ioan. Andr. in addit. ad speculat. titul. de instrument. edit. §. nunc aliqua verb. contineatur in fin. Anchar. cons.387. quem sequitur Anchar. Rip. in tractat. de Peste §. de remed. ad conseruandam vbertat. num.163. Alciat. de præsumpt. regul.11. præsumpt.29. num.8.*
121 Quinimo se ipsum † potest se eligere, dummodo sit pauper, *secundum Paul. de Eleazar. in Clem.1. de testam. Henric. Bott. in tractat. de Synod. Episc. conclus.13. num.126. vers. obligatus ad faciendam eleemosinam nomine alterius potest sibi facere eleemosinam, si est in necessitate euidenti* Soccin. *cons. 11. lib.1.* Panorm. *in cap. fin. de instit.* Ripa *d. §. de remed. ad conseruand. vbertat: num.164.* Menoch. *de arbitrar.* Iud. *lib.2. cas.182. num.43.* Felin. *in cap.1. num.49. de constitut. & in cap. irrefragabili, §. cæterum, num.15. de offit. ordin. & in d. cap.1. numer.49.*
122 asserit idem esse in Abbatissa † executrice testamenti, ad destribuenda bona in pauperes, vt possit eligere suum Monasterium, dummodo sit pauper, *idemque probat Francisc. de Cald. in Commetar. titul. Institut. de inoffic. testam. num.6.* Vbi quoque in terminis nostris asserit, Prælatos, cæterosque rerum, & fructuum Ecclesiasticorum dispensatores id facere posse, scilicet vt licitè, & tuta con-
123 sciētia † ex beneficiorum suorum redditibus suis succurrere consanguineis, *can. omnia vbi glos. & DD.31. distinct. traditis. Ripa in l.1. num.4. ff. de priuileg. cred cum alijs supra allegatis.*

Ac magis in specie, vt cum bona conscientia
124 possit † in subsidium clericus dotare sororem pauperem de redditibus Ecclesiæ asserunt scribentes *in d. cap. peruenit, & præsertim Abb. in 2. notab.* Butr. *num.2.* Imol. *numer.1.* Aufer. *in annotat. ad d. decis. Capell.* Tholosan. *quæst.290. num.8. vers. idem* di-

dicendum est in Clerico, Ias. *in l.1.numer.29.ff.solut.matr.*Lar. *in l.si quis à liberis, §. si quis rescripsit à num.25.& à num.95.ff.de liber.agnosc.*Nauarr. *de spol.cleric. §.10. numer.10.* Ioann. Garz. *de expens. cap.3.à num.34.* Didac.Spin. *in Specul. Testament. glos.10.num.40.* Molin. *de Iustit. & Iur. trctat.2. disputat.228.vers. vtrum frater.* Cornel.Benincas. *de tractat.de priuileg.paupertatis in 5.special.in iudic.num.25. & in 3. special. in contract. numer.20.* Cened. *in Collectan. 102. num.1. vbi quoque alios refert. at in pratic.& canonic.quæst.lib.1. quæst.17. num.12.& 13.Card.*Mantic.*de tacit.& ambig.conuent.tom.1.titul.16.num.31.*Rebello *de obligat.iustitiæ par.2.lib.5. quæst.4. à num.9.* Boer. *decis.129. num.8.vers.fratrem clericum teneri dotari sororem.*

Aduerte tamen supradictum communem, & celebrem inter Doctores conclusionem, vt frater in subsidium teneatur dotem sororem egenam,
125 procedere, † quando soror est vtrinque coniuncta, vel consanguinea, secus verò, si vterina sit tantùm. text. est *in cum plures §.fin.ff.de administr. tut.glos.est ordinaria in l.non omni in verb. nulla C.eodem* cuius glosæ opinio communis est vt testantur *DD.in l.1. & præsertim* Ias.*numer.27.* Rip. *num.83.ff.solut.matrim.Arias* Pinel. *in l. C de bon. mater.par.3.numer.101. Anton. de* Radilla *in auth. res quæ num.62.C.commun.de legat.* hancque esse receptam opinionem asserunt *Greg. lib.18.tit. 16. in verb.De Las hermanas.* Bolognet.*in d.l.1. n.131.* ibique etiam Petr.Barbos. *par.4.sub num.125.vers. frater non tenetur dotare sororem vterinam &c.ff. solut.matrim.*Gomez.*ad leg.Taur.40.num.75. vbi* quoque affirmatur hanc esse communem opinionem. Bald.*de Bartolin.in repetition.d.l.1. num.145. vers.secus si esset tantum vterina, ff. solut. matrim. Ioan.Crott.super eadem l.1.num.91.vers. intellige si sit nata ex eodem parente, aliàs secus.* Camill.*Vitarinus in repetition.eiusdem l.1.sub nu.124. vers. & ista procedunt in sorore nata ex eodem patre, non autem ex eadem matre,&c.ff.solut.matrim.*Simon de Pretis *cons.179.num.15.vers.tenentur dotare sororē ex eodem patre.* Riminald. Iun. *cons.777.nu.8. vers.frater tenetur dotare sororem indigentem coniunctam per patrem, quod secus est, si ex alio patre sit nata &c. lib.7.* Honded. *in consil.1.num.11.vers. frater vterinus non tenetur dotare sororem vterinam &c. lib.1.*Suarez.*receptar.sentent. in liter.F. in verb.Frater num.340.* Guidopap. *singular.479. incip.Frater tenetur dotare sororem suam ex eodem patre inopem.* Iodoc.Damhoud. *de patrocin.pupill. cap.5.num.51.vers.sed non dabit dotem sorori pupilli alio patre natæ*, & quamuis non nulli Doctores
126 eam opinionem quoque † extendant ad sororem vterinam, & inter cœteros hanc opinionem defendunt Campeg. *in tract. de dot. part.1. quæst.23.* Boer. *decis.129.num.9.* Tiraquell. *de primogenit. quæst.62.in fin.*Gregor. *d.l.18.titul.16.par.6.in glos. De las hermanas.* Bacca *in tract. de non meliorand. filiab.cap.12.à num.30.&* Molin.*de primogen.lib.2. cap.15.num.62.*

Tamen dicat, & distinguat quis quantum vult,
127 & sapit, † quia ad omne argumentum poterit responderi, illudque reputari per textum formalē, satisque apertum *in d.l.cum plures §.fin.* ibi. Sed nō dabit dotem sorori pupilli,alio patre natæ etiam si aliter eam nubere non possit &c. *ff.de administr.*
128 *tut.* Nam Doctores nō destruendi, sed † interpretandi leges potestatem habent.

Et in claris non cadit interpretatio *l. continuus §. cum ita in fin. ff. de verb.signif. l.final. ff. quod met caus. l. Neptusa in fin. ff. de iuram. dot.* sub-
129 tilizare † enim vbi res est clara, nihil aliud est nisi perniciosè errare, *l. si seruum 91. §.sequitur*, ibi perniciosè erratur *ff.de verb.signif.aduertitque Rota coram bon.mem.Card.Mantic. decis.247. n.3. vers.subtilizare vbi res est clara &c.* atque secundū Aristotelis scitum in 2. Rethor. ad Theodect.c.22.
130 *Verba quando † sunt clara, tunc ea declarare nihil aliud est, quam nugas agere.* Quoties enim palpatur, Commentatores Legū ipsos,& non leges
131 egere interpretatione, contra monitum S. Hieronymi ad Damasum Papam epistol.5. & super Ionam,vbi monet vt caueatur ne interpretatio egeat interpretatione.

Risu namque digni sunt illi, qui rem claram ir-
132 irrationabili, & † superstitiosa subtilitate quærunt peruertere, ac ob tenebrare,ostēdendo plus sapere, quàm oportet. *ad text.in can.1.§. Lippus,& §. albuginem 49. distinct.* & apertius Imperator, *in l.si imperialis,* ibi, *eorum quidem vanam subtili-*
133 *tatem † tàm risimus, quàm corrigendam statuimus.* & ibi *explosis igitur his ridiculis ambiguitatibus.C.de legib.* Quot enim sunt,qui iustiùs legum
134 aduersarij † quàm legūm Interpretes vocari possent. Isti quippe sunt illi, qui grandi, aut torto naso sese plusquam necesse est, exercentes, ex nimia subtilitate falluntur, *vt vtar verbis text. in can.Hinc etenim. 49.distinct.*

Vnde Imperator noster Iustinianus *in §.1. auth. constit.quæ ex rescript.& lib. mul.in princip.* con-
135 queritur de nonnullis, † qui in legibus nihil obscuritatis habentibus ingerunt quęstionem ex studio & ad suam intentionem obscuritatem accommodant, & deinde meritò eosdem redarguit de calliditate,& fatuitate, ibi, *sic callidè, & fatuè interpretati sunt &c.*
136 Vtinam sæpe numero † non eueniret, sicuti accidit in claro, & liquido fonte, qui ipsius aquę claræ motione turbatur, ac obscura redditur, sub claro enim sole, non est opus lucerna.

Sed ne in hoc vlterius progrediar, cum ergo lex in supradicto casu sit clara, vt frater non te-
137 neatur † dotare sororem vterinam, non est vlterius quærendum, parumq. curare debemus Doctorum altercationes, & distinctiones, Nam Le-
138 ges, postquam † sunt constitutæ non de eis iudicare licet, sed secundum eas, *vt monet S. Augustinus in lib. de vera Religione,*& post eum aduertit *Rota in causa Vrbeuetana Rescissionis contractus 14. Ianuarij 1633. coram clar.mem. Merlino est decisio 172. num.61. vers.Iudices non secundū æquitatem sui capitis.imaginariam, &c. infra par.6.recent.* Quodque procedit, etiamsi Lex esset dura, quia nihilominus tergiuersanda non est,sed seruanda. *§.oporteat. Auth.de iudic.l.fin.C. de mancip.Christophor. Bald. in l. cum fratrem, ff. de his quib.vt indign.* Meritoque Rota pluries admonuit Iudices, ne ipsa lege clementiores sint, *& præsertim in causa Vrbeuetana Restitutionis Dotis 14 Decembris 1640.coram eodem Merlino, §. Nec obstat. vers. nec Iudices debent esse clementiores ipsa lege.*

Quan-

139 Quando enim lex est dura, † & quis id asserat,
sat erit ei respondere, ita scripta est, super quo
habetur notabilis *text. in l. prospexit. 12. ibi,* quod
quidem perdurum est, sed ita lex scripta est &c.
ff. qui, & à quib. manumiss.

140 Absit vt dicatur Iudicem † esse Iuris nouatorē,
sed bene religiosissimū obseruatorē, *vt post Salamonium in repetit. in §. responsa Institut. de iure natur. gent. & ciuil. asserit Neuiz. in Sylu. Nupt. lib. 5. titul. quomod. iudic.* At modo strictè ad nos.

Nec est curandum, de potissimo fundamento
illo, in quo insistunt, DD. qui contrarium defen-
141 dunt, eo quia † frater tenetur alere sororem vte-
rinam inopem *l. 1. §. 1. ff. de tutel & ration. distrab. l. tutor §. in soluendis ff. de administr. tutor. l. qui filium, ff. vbi pupill. educar. deb.*

142 Ergo pariter tenetur eam dotare, nam in † Iu-
re argumentum ab alimentis ad dotem est pro-
babile, frequens, vtile, efficax, & validum, cum
dos, & alimenta æquiparentur, *vt vult gloss. in l. ob as. C. de præd. minor.* quam ad hoc notat, *Salic. in l. qui liber s ff. de ritu nupt.* Alex. *in l. cum is. §. si mulier. ff. de condit. indebit.* Corn. *cons. 316. Quò ad primū col. 1. vers. negatur lib. 1.* Decian. *cons. 15. num. 7. & cons. 41. num. 37. lib. 2.* Suarez. commu-
nem probans *in thesaur. recept. sentent. in Litera A. in verb. Alimenta, num. 265.* Roland. *consil. 91. num. 7. 19. & 42. lib. 1.* Cephal. *cons. 485. num. 80. & cons. 668. num. 6.* dixit Rota *in causa Romana Alimentorum 3. Iunij 1613. coram Reuerendiss. Manzanedo, & in Romana Dotis 14. Mart. 1635. coram Merlino.*

143 Vnde vbique de vno ad alterum sumunt no-
strates argumentum, vt videre licet *apud Bart. in l. si certis circa medium C. de pact. & in l. cum de in rem verso col. 1. vers. contra hoc facit ff. de vsur.*
144 vbi ex hoc dicit dotem † esse dignam pari fauore
alimentorū, *per notata in l. si cui, ff. de ann. legat. & in l. cum post diuortium, §. generi, ff. de iur. dot.* lateq. id demonstrat. Nicol. *Euerar. in loc. Legal. sub titulo de argumento ab alimētis ad dotem, per tot. & addo* Menoch. *de arbitr. Iud. lib. 2. cas. 460. num. 50. & de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 131. nu. 6.* Siluan. *cons. 33. num. 12.* Riminald. *Iun. cons. 777. num. 11.*

Respondetur enim huic obiectioni, non negā-
do tale argumentum de alimentis ad dotem esse
145 de Iure validum, sed dicitur † procedere, quan-
do contrarium in Iure non reperitur expressè di-
spositum, alias inualidum erit tale argumentum,
vt protestatur Euerarl. in loco de alimentis ad dotem, supra citat. At in casu nostro habetur text.
expressus *in d. l. plures, §. fin. ff. de administr. tutor.*
146 vbi dicitur, quod frater † non tenetur dotare soro
rem vterinam, & tamen *l. 1. §. 1. ff. de tut. & rat. distrab. cum alijs supra relatis*, probat, quod te-
147 netur † eam alere, Ratio verò differentiæ est,
quia alimenta præstantur menstrua, vel dietim
148 ac † ita facilius soluuntur, quàm dos præstetur,
quæ vnico cumulo solui debet, & sic in dote agi-
tur de maiori præiudicio, *vt aduertit Alexandr. in his terminis in l. 1. num. 18. ad fin. ff. solut. matr.* & in specie *colligitur ex l. tutor 14. §. fin. ff. de administr. tutor.*

Insuper magis alimenta debita sunt, quàm dos
149 † ipsa, cum illa naturali quodam iure debita
sint, dos verò à iure ciuili originem ducit, *vt post Cagnol. & alios, ratiocinatur Osasc. dec. Pedemont. 124. sub num. 11. §. Et licet in pluribus* vbi quoq;
asserit absolutè non valere argumentum de dote
ad alimenta; & inter alia adducit exemplum de
150 filio, † qui alere tenetur matrem, *l. si quis à liberis, ff. de liber. agnoscend. l. tutor. §. fin. ff. de administr. & pericul. tutor.* non autem eam dotare
adstrictus est *l. 1. C. de alend. liber. iuncta d. l. tutor §. fin. ff. de administrat. tut.* Bald. *Nouell. in tractat. de dot. in 6. par. priuileg. 16. num. 5. vers. licet autem filius. Anton. Gub. in tract. de dote, quæst. 3. n. 16. Ias. in auth. res quæ num. 9. C. commun. de legat.* Surd. *de aliment. titul. 1. quæst. 28. nu. 9. in fin. & num. 10.* Monter. *à Cuen. decis. 16. sub numer. 20.*
151 Et quod ex dote † malè inferatur ad casum ali-
mentorum, quorum causa est magis priuilegiata,
& vrgentior *l. necare ff. de liber. agnoscend.* quàm
causa dotis, ex quo sine alimentis viuere quis nō
potest, at sine dote potest, modò tamen alimen-
ta suggerantur, vt *considerant Turrett. cons. 31. n. 9. 10. 11. vol. 1. Peregrin. de fideicomm. art. 42. n. 87. Dec. in l. si certis annis, numer. 8. C. de pact.* Natt. *consil. 410. nu. 15.* Gratian. *discept. forens. cap. 832. num. 33.* Giurb. *decis. Regn. Siciliæ 5. sub num. 40. vers. sed diuersa,* aduertitque. *Rota in causa Romana Alimentorum 30. Ianuarij 1637. coram Reuerendiss. P. D. meo Dunozetto Decano.*

Nec pariter nobis fugit, licèt filia, quando
habet aliundè, ex quo se alat, non potest petere
152 à patre alimenta, † cum tunc pater nō teneatur
eam alere. *l. si quis à liberis, §. si filius, & §. alimenta, ff. de agnoscend.* & tamen filia diues, quæ ha-
bet aliunde, quo se posset dotare, est nihilominùs
dotanda à patre, *text. est insignis, & notatibilis iuncta glos. in l. fin. C. de dot. promiss.* crebrò allega-
ta, *ibique id notant latè scribentes, & latiùs,* Ias. *in auth. res quæ num. 17. in 4. & 5. col. C. comm. de legat.* eamque opinionem Doctores etiam cō-
probarunt, *in l. 1. ff. solut. matrim. & præsertim* Vincent. *num. 31.* Crot. *numer. 73.* Soccin. *Iun. à numer. 162.* Bolognett. *num. 94.* Pontan. *num. 46.* Gullielm. *in cap. Raynutius in verb. dotem nu. 21. de testam.* Ita quoq. consulti responderunt. Alex. *cons. 7. num. 10. in fin. lib. 2. & cons. 169. nu. 4. lib. 7.* Soccin. Sen. *cons. 97. nu. 3. lib. 4.* Curt. Sen. *cons. 27. num. 55* Paris. *cons. 29. numer. 61. lib. 3.* Soccin. Iun. *cons. 79. num. 109. lib. 3.* Menoch. *cons. 8. nu. 7. lib 1.* Gabr. *cons. 153. numer. 1. vbi alios refert. lib. 1. &* hanc esse receptam Doctorum sententiam, *testatur* Ripa, *in d. l. 1. num. 54. ff. solut. matrim. eamque defendit Anton.* Cost. *in tract. de Dotib. capit. 3. à num. 13.* Bacca *in tractat. de non meliorand. filiab. cap. 2. numer. 26.* Bald. *Nouell. in tractat. de dote 6 par. priuileg. 3.* nec obstat, quidquid, & male dixit
Bart. *in l. mulier. §. cum proponeretur, ff. ad Trebell. quia contrarium est verius,* vt refutato Bartol.
asserit Gamm. *decis. Lusitan. 376. numer. 1. vbi de communi opinione contra Bart. fidem facit.*

153 Videmus pariter patrē † teneri legitimam re-
linquere etiam filijs diuitibus. *Rota decis. 62. n. 40. part. 5. recent. per iura ibi allegata.* & tamen pater
non tenetur alere filium diuitem *d. l. si quis à liberis. § alimenta. ff. de liber. agnoscend.* & in his ter-
minis *ad probandum inualidum esse argumentum ab alimentis ad dotem, id adduxit* Iodoch. *Dambou.*

bon. in tractat. de patrocin. pupill. cap. 9. num. 103. & benè in puncto, vt frater non teneatur dotare sororem vterinā licèt astrictus sit eam alere, post multos quos breuitatis ergo nō refero, corroborat *Petrus Barbos. in l. 1. p. 4. nu. 126. ff. de sol. matr.* vbi reiecto argumento illo de alimentis ad dotē, quia lex est satis clara, concludit opinionem hanc negatiuam esse indistinctè veriorem.

Huic opinioni quoque adhæsit Rota *in causa Romana, seu Vrbeuetana Legitimæ 7. Iunij 1632. coram bon. mem. Pirouano est decisio 137. num. 19. vers. fratres vterini non tenentur dotare sorores vterinas &c. infra part. 6. recent aliàs tom. 2. à me select. & in terminis de fratre consobrino fuit dictum coram bo. mem. Card. Caual. decis. 393. nu. 7.*

Nec illud æquo animo præterire possum, nam vt aduerti quāuis ab aliquibus Doctoribus, qui cō
154 trariam tuentur opinionem, scilicet † fratrem in subsidium teneri dotare sororem vterinam, pro eorum Centurione allegetur Bartol. *in auth. res, quæ. C. commun. de legat.* tamen nescio, quomodò id asserere potuerint, cum ipse nec id dicat,
155 nec forsitan dicere somniauit, † maximeq; cū textus in hoc sit adeò clarus, vt iam dixi. Maiori etiā reprehēsione digni sunt *Angel. in l. à filia n. 2. & 3. ff. ad Trebell. & Iasin l. 1. col. 4. ff. solut. matrimon.* vbi dicunt Bart. *in d. auth. res quæ*, tenere, quod
156 frater tenetur dotare sororem, † ex alio patre natam, & eum reprehendunt, cum loquatur contra iura expressa & sic vituperant Bart. de re, quam dicere non excogitauit, laudandus est tamen Alexand. *in d. l. 1. num. 24. vers. sed Angelus. ff. sol.*
157 *matr.* vbi tuetur † Bartolum, quia hoc non dixit, vt patet cuilibet intuenti, *in d. auth. res quæ, n. 4.*

Admonere tamen volo, licet de iure fratrer nullatenus teneatur dotare sororem vterinam, tamen si commodè id facere poterit, eamque do-
158 tauerit † optimè fecerit, & hic congruunt verba *text. in l. cum plures §. fin.* vers. nam, & si honeste, ex liberalitate tamen fit &c. *ff. de administr. tut.* Quando enim, quis suis subuenire potest, &
159 non subuenit, fidem negat & † infideli peior est, *verba sunt Doctoris gentium nempe Paul. Apost. 1. Corinth. 5. quæ ex nostris referunt Luc. de Penn. in l. centum sub num. 3. C. de annon. ciuilib. lib. 11. & Coler. de aliment. lib. 1. cap. 9. nu. 28. vers. Quinto adduci potest* meminitq. Rota *in d. Romana Alimentorum coram Reuerendiss. P. D. Dunozetto. §. His accedat auctoritas &c.* Et loquendo in terminis nostris supradicta multò magis sunt dicenda, quando frater verisimiliter animaduertere pote-
160 rit eius sororem suspectam † esse de incontinentia, ideò valdè extollendus erit, si eam dotauerit ne in sui, & reliquorum parentum iniuriam prostituatur, *vt aduertit Boer. decis. 129. nu. 9. vers. licet sit verum, quod frater non teneatur dotare sororem vterinam tamen ne prostituatur &c.*

Sicuti quoque in simili dicimus, de filio, qui & si dotare non teneatur matrem, vt habes supra
161 num. 150. tamen, quando † mater esset iuuenis, pulchra, & pauper, ideoque suspecta de incontinentia posset dici, quod filius dum est diues teneretur eam dotare, & quamuis ad illationem suæ
162 iniuriæ † inquum esset, quem cogi conferre *l. qui accusare C. de edendo. l. nimis grauis. C. de test. c. 1. de probat.* nam transeundo ad 2. vota funestatur
163 † memoria primi viri, & sic infert iniuriam eius filijs, qui & simul materna charitate destituuntur vt pluribus relatis ratiocinata est *Rota in causa Cæsenaten. Prædij 12. Decembris 1621. coram clar. mem. Merlino, est decisio 80. num. 29. vers. destituuntur illa materna charitate &c. infra p. 6. recent.* Tamen considerandum est, quod in supradicto casu per dictam dotationem, potius conseruaretur honor filij, quam sequeretur iniuria, ne
164 aliàs per indirectum mater † induceretur ad meretricium, prout eleganter in puncto, quando mater esset iuuenis, pulchra, & paupera ac filius diues, scribit *Bald. de Bartolin. quem Nouellum vocant. in tractat. de dote par. 6. special. 16. numer. 5.* & post eum *Michael. Palez. in tractat. de Maiorat. par. 4.*
165 *quæst. 28. num. 9.* nam sæpe † propter inopiam honestas periclitatur *l. pietatis. C. de suspect. tut. l. super statu. C. de quæstion. l. ab omnibus ff. de legat. 1. l. 1. §. denunciare ff. de ventr. inspiciend.*

Prædicta quoque opinio placuit, *Tiraquell. ad Leges Connubial leg. 2. par. 2. glos. 1. sub nu. 9. vers. tamen si mater.* vbi etiam ait, hoc casu sat non
166 esse, vt mater sit † iuuenis, & paupera, sed etiam *ex Bald. Nouell. iudicio in loco supra citato*, qualitas pulchritudinis necesse est vt adsit, cum ea lō-
167 gè cœteris [illegible]ficacior, nam formosa † vix potest in castimonia viuere, pulchritudo etenim cū
168 pudicitia dissidio † quodam discordioso, & pertinaci dissidet, & lis inter vtramque prope perpetuā reperitur nam optimè Poeta ille admonuit *Aegrè formosam poteris seruare puellam. Nunc prece, nunc auro forma petita ruit.* & videatur *text. in l. 2. §. initium, ff. de orig. iur.* Altera ratio
169 est, quia nihil est, quod magis † homines prouocet ad libidinem quàm pulchritudo ipsaque acutius, siue velocius vulnerat, quàm sagitta, *vt refert Plato in Phædro,* & ex nostris, aduertit *Marq. de Susanna in tractat. de Colib. Sacerd. non abrog. part. 2. cap. 4. num. 6.* vers. *pulchritudo ad amorem accendit & mulieris forma fax dicitur &c.* vtique pulchritudo sola hanc habuit sortem, vt maximè omnium sit amabilis, & (vt dicebat Domitianus Imperator Romanus apud Sueton.) nihil gratius est pulchritudine, [illegible]

Et dicitur pulchritudo, quia prouocat animos
170 & † permulcet intuentes, Etenim *pulchritudo*, vt inquit Publius, *est muta commendatio*, & teste Polidoro lib. 1. *Pulchritudinis species ea vi pollet, vt Prædonum ipsorum corda emolliat, moresque efferos ducat in obsequium.* Hinc quæstio illa ardua, si duo, vel plures nascantur ex eadem matre, non constet, quis eorum prius natus sit, forte, quia mater peperit sola, vel dato, quod ibi essent obstetrices, peperit tamē in loco obscuro, vel forte ipsę non attenderūt, quis eorum præferatur
171 in Regno vel Maioratu † ad quam difficultatem respondit *Bald.* (quidquid tamen sit de eius opinione) *in proem. ff. veteris §. itaque num. 15.* quod filius, qui est pulchrior ex gemellis sit præferendus in Regno, vel Maioratu, pro quo facit dictū *Buridani Politic. 1. quæst. 1.* dicentis, illum inter cœteros eligendum esse in dignitate, vel in of-
172 ficio, † cuius aspectus inducere potest amorem in subditos, & *Francisc. Barbar. in libello, quem de re vxoria edidit*, ait formosos cuncti credunt
173 † dignos esse Imperio, eisque facile obsequuntur,

& vt

& teste Plutarch. de vitis Grec. & Roman. tom. 1. Egregius ille Romanus, & strenuus Dux, Scipio Africanus maior, propter eius pulchritudinem Barbaris in Hispania admirationis fuit, & vt scribit *Strabo de situ Mundi lib. 15.* Indi, qui Catheam incolunt adeo pulchritudinem excoluerunt, vt
174 † Regem eligerent, qui præ cœteris præstaret, & cœterorum esset pulcherrimus.

Idemque *Strabo scribit lib. 17.* Aetiopes Regē
175 constituere solitos † qui forma eleganti cœteros præcelleret, *pluraque congessit in proposito Bobadilla in sua Politic. lib. 1. cap. 8. & seqq.* Apes quoque natura docuit sibi deligere in Regem, qui
176 est insignis † formæ, dissimilisque cœteris tum magnitudine tum nitore, *vt testis est Plin. in historijs natural. lib. 11. cap. 21. Columella lib. 9. c. 10.* plura circa supradicta ponunt ex nostræ professio-
177 nis† auctoribus *Cepolla in tract. de Imperat. Milit. deligend. conclus. 10.* concludens in dubio eligendum esse pulchriorē in Imperatorem &c. *Cassan. in Cathalag. glor. Mundi par. 5. considerat. 18. Ceuall. commun. contra commun. cap. 298. à nu. 6. Gomes. ad leg. Taur. 40. num. 68. vers. secunda principalis est, quod formosior &c.*

Insuper Amor, *si eidem Platoni credimus*, nihil
178 † aliud est, quàm desiderium pulchritudinis, ex ipso desiderio natus. Nec hic incongruit vulgatum illud dictum, nempe mulieres deformes esse
179 similes Macellariorum tabulis, † quæ die noctuque sine custodia absque ablationis periculo remanent in publicis plateis, idque ex nostris *post Bust. in 1. part. Rosar. sermon. 331. in litera B. & sermon. seq. litera O.* refert *Neuiz. in sua Syl. lib. 2.*
180 *num. 85.* vbi † plura adducit circa pulchritudinem. Tandem nonne Imperator noster Iustinianus volens summo laudis præconio extollere Papinianum, illum doctrinæ Legalis thesaurum, & Iuris asylum; pulcherrimum illum vocat in *Procem. ff. §. tertij*, vers. nobis autem &c. *cum alijs adductis per Tiraquell. ad l. Conubial. l. 2. glos. 1. par. 2. num. 47.*

Benè enim dixit *Theophrastus*, Tyrannam Mū-
181 di esse pulchritudinem,† subiungit tamen eius tyranniam esse modici temporis. Heu quàm stultū est, ob formam fragilem, quæ quantum tendit in
182 annos fit minor, & spatio capitur ipsa suo, se inflari, ac gloriari. Nam vt aduertit *Moral. Seneca 4. Traged.* Pulchritudo mortalibus anceps bo-
183 num,† & breue donum exigui temporis, id quoque affirmauit *Michael Verinus*, dum cecinit.

Hæc quam cernis anum, quondam formosa puella
Extitit: an nescis, quàm breue forma bonum est.

Quia pulchritudo aut præmaturè à morbo frā-
184 gitur, † ac debilitatur, aut certe ipsa senectus delet, atque in oppositum ducit. Quodq; multò ma-
185 gis dicendum est in mulieribus illis, † quæ non solum natura, sed etiam arte se pulchras faciunt, ac simulant fucamentis scilicet, & vnguentis; nā, vt satis notum est; Simulatum quidquam numquam potest esse diuturnum; & contra mulieres
186 † illas quæ colorum fucis vtuntur, *est elegans, notabilisq; textus in can. fucare figmentis, quo, vel rubicundior, vel candidior, vel verecundior appareat, adulterina fallacia est, distinct. 5. de consecr. in fin. decreti* nec non *Beatus Petrus Apostolus in*
187 *epistol. 3.* reprehendit † tortos crines, & capillaturam in mulieribus &c. & contra easdem inclamat quoq; *S. Cyprian. in libro de habit. Virgin.* dū ait, quod DEO mulieres iniuriam inferunt, quan-
188 do† illud, quod ille formauit reformare cōtendunt. Multa de fuco fœminarum abunde tradunt DD. plena manu relati *per Cened. in Collect. ad Decretū Collectan. 31. num. 1. & 2. aliosq; adducit D. Augustin. Barbos. pariter in Collectan. Iuris Canonic. ad cap. si seduxerit. 1. num. 10. de adulter. & stupr.* An autem valeat Statutum Episcopi inhibens, vt
189 aliqua mulier † in loco suæ iurisdictionis vtatur ornamētis fucati coloris, vel auri, vel argenti, seu gemmarum, vsque ad certam quantitatem, & mensuram & contrafacientem excommunicans, responsio est affirmatiua, & ratio est, quia non
190 † est licitum fingere pulchritudinem non habitā, vt inconcussè supradicta probat, ac respondet contrarijs *Henric. Bott. de Synod. Episcop. concl. 13. à num. 136. vbi vide.*

Causas autem cur mulieres tam ardenter ornatus appetunt, tradit *Petr. Royz. decis. Senatus Lituan. 3. ex num. 35.*

Vbi non parum damnat, mulierum colendi ad
191 omnem luxum corporis † pertinax studium, nec non amarè deplorat infortunium miserorum maritorum, dum in vestem, mundumque vxorium
192 † opes suas effundere coguntur, quod si non fecerint, matrimonium nec concorde, nec quietum habebunt. Et adde *D. Ioann. Domin. Tasson. Obseruat. Iurisdiction. Prag. de Antefat. vers. 5. obseruat. 2. num. 8.* qui ex sententia Diogenis ait,
193 Mulieres ornatas vocari reginas, † quia mulieres pulchræ, & ornatæ, vt Reginæ iubent, & eis vti Reginis obeditur. Nec nouum esset asserere mulieres circa corporis ornatum, cultumque ardere, & insanire, vt post S. Hieronymum optimè aduertit eruditus vir *Hieronym. à Laurent. decis. Rotæ Auenion. 159. num. 4. & in repetition. l. si emancipati, nu. 370. vers. illud etiam turbat animū &c. C. de collat.*

Non mirum ergo, si dotes in dies augeantur, videmus enim hisce temporibus mulieres etiam
194 plebeias simul † ac pauperrimas adeo fastosas, & pomposas incedere, vt Reginas esse videantur, nullum certè remansit discrimen, quo ad vestimenta inter fœminas nobiles, & plebeias, & inter fœminas diuites, & pauperes, vnde ex hoc iniqua exempla multa, scandola plura, & ex pauperibus fiant miserabiles, *aduertitque ex nostris Francisc. Viu. decis. Audientiæ Baren. 345. circa fin.* vers. *incedunt hercle mulieres hoc tempore etiā pauperrimæ &c.* Credo enim quasi frustatoriam
195 fuisse legem illam Atheniensium † qua, *teste Hyperinde oratione secunda aduersus Aristagorum*, dragmis mille mulctabātur mulieres in vijs repertæ inornatę, & super hoc, *vt scribit Iulius Pollux lib. 8.* olim Athenis fuisse mulebris ornatus Præfe-
196 ctos, † & ex nostris id refert *Cassan. in Cathalog. Gloriæ Mundi par. 2. consider. 32.*

Mulieres enim Christianæ, quibus electis or-
197 namentis præcellere † debeant, explicat *text. in d. can. fucare.* ibi. Verus ornatus maxime Christianorum, non tantum est vllus fucus mendax, verum nec auri quidem vestisque pompa, sed boni mo-

mores &c. *de consecrat. distinct. 5.*

Nam, & isti boni mores in muliere potissimũ
198 sunt spectandi, † quando quis intendit alligare collum capistro maritali, quippe boni mores no-
199 bilitati † perferuntur text. est singularis *in l. pronunciatum §. matrem familias* ibi, neque nuptiæ, neque natales, sed boni mores &c. *ff. de verb. signific.* quem ad hoc allegat *Bald. in cap. penult. in*
200 *fin. de probat,* solentque æstimari† tamquam thesaurus inæstimabilis, & iucundus, dans suauitatem odoris sicut lilium, *secundum Bald. in l. confessos 1. num. 9. C. de confess.* notauitque *Marc. de Mantua singul. 383. incip. Mirabile dictum videtur*, & in specie, vt ducere volens vxorem ad bonos mores primum animaduertere debeat paternè admonit *Andr. Gaill. Obseruat. Imperial. Obseruat. 85. à num. 18. lib. 2.* qui tandem à dolore superatus clamitat, ibi, sed proh dolor! pessimo vbi-
201 que locorum exemplo † fieri videmus, vt in contrahẽdis matrimonijs obseruetur Iuuen. Satyr. 3.

Protinus ad censum de moribus vltima fiat Quæstio. . . . .

Sed quàm auspicata sint talia matrimonia euẽ-
202 tus docet, nam veniunt † à dote sagittæ, & vt dicebat *Plautus in sua Asinaria.* Dotem accepi, Imperium vendidi. *Et Arist. 4. Eth. tract. 2. c. 4.* inter-
203 dum, inquit, damnantur vxores † ex amplitudine patrimonij, *ideo Magnus, & Diuinus Plato in tract. de leg. Dial. 6.* consuluit nobis, vt eas nuptias sequamur quas prudentes viri honestas du-
204 cunt, & cæteris† paribus cum pauperiore societatem ineamus, nam diuites volunt esse dominæ, & madonnæ, vt vulgo dicitur maximo cum viri dedecore, famæq; ipsius denigratione, quodq; aduertit *Thom. Act. de lud. Scacch. quæst. 5. nu. 105.*

Nec longe abest, quod refert *Marc. Tull. lib. 2. offic.* de Themistocle, qui consultus ab eius amico vtrum bono viro pauperi, an minus probato diuiti filiam collocaret, ego, inquit, malo virum, qui pecuniam egeat, quàm pecuniam, quæ viro, idque etiam refert *Gaill. d. obseruat. Imperial. 95. in fin.*

Valde enim extolluntur leges Lycurgi, & Solonis quibus cautum erat, vt virgines indotatæ nuberent & hoc statutũ fuit nõ tantũ, ne propter
205 inopiam aliquæ innuptæ remanerent,† sed etiam ne aliæ ob diuitias, magis, qua ob spectatos mores ab adolescentibus colerentur, quemadmodum *Plutarch. in apophtheg. Laconic. & in vita Solonis, atq; Licurgi scripsit*, & ex nostris refert *Anton. Gubert. Costan. in Commentar. de Dote, & earum iur. cap. 1. num. 4. vers. Non item me fugit, & Gerard. Maynard. decis. Senatus Thosolani 6. lib. 3.*

Præterea punctum faciendo, quo ad fœminas fucatas de quibus supra dixi, immo aduertendũ venit, mulieres velatas incedere debere vt habe-
206 tur in text. † *can. mulier debet caput velare 33. q. 5.* vbi dicitur ex doctrina *B. Paul. Apostol. 1. Corinth.* Mulieres debere caput velatum habere in Eccle-
207 sia † propter reuerentiam, & absq; distinctione loquitur text. *in can. Hæc imago DEI 33. quæst. 5.* quem ad hoc multum notant *Petr. Moz. de contract. titul. nupt. in princip. ex num. 2. & Francisc. Viu. decis. Audient. Baren. 345. num. 9.* vbi plura, quibus addo, quod notatu dignum aduertit *Natura Secretarius Plinius lib. 7. cap. 17.* in suis histor. natur. scilicet mulierem etiam si mortua sit,
208 † occultare faciem, vnde mortua vadit per aquas cum capite deorsum homo verò mortuus vadit cum capite sursum.

Sed quia tempus longè iam est, redeundi, vbi à principio digressus sum, & ingenuè fateor veram esse sententiam illam egregij Doctoris *Luc. de Penn. in l. grammaticos, sub nu. 9. C. de professorib. qui in Vrb. Constantinop. lib. 12.* ibi, Difficile est
209 syluam legis ingresso † singularum quæstionum materias segregare, cũ altera sic alteram ramulis quibusdã attingat, vt sine alterius inchoatione cœpta nequeant explicari &c. Quare, vt ab initio præmisi, Minor, quando donat ex causa dotis necessariæ sunt solemnitates requisitæ in eorum
210 contractibus aliàs † quamuis sit adeo priuilegiata dos, non tamen subsistet talis donatio. Quæ tamen conclusio cessat, quando frater ex necessitate iuris tenetur dotare sororem, veluti quia
211 pater, † ac cœteri alij qui dotare tenentur, sunt pauperes, vt satis demonstraui.

Idemq; intellige quando non ex propria persona vt frater, dotat, sed etiam si ex persona patris defuncti tale onus subeat, nam cum ad patrem
212 spectet dotare filias, hoc debitum dotandi inhæret pariter eius bonis, vnde adita per fratres hæreditate patris, ad illos bona transeunt cum tali necessariò onere perinde ac si prçcisè essẽt obligata pro dote congrua filiarum *l. si quis à liberis §. Item rescriptum, ff de liber. agnoscend. Bart. in l. si cut, §. si debitori. num. 1. ff. quib. mod. pign. vel hytec. solu. Bald. in l. vltim. num. 3. C. de dot. promiss. Castren. in l. si marito, §. si voluntate, ff. sol. matr. Curt. Iun. cons. 59. num. 6. ad fin. Roland. cons. 85. num. 6. lib. 1. Card. Mant. de tacit. & ambig. lib. 12. titul. 18. nu. 7. Grat. decis. Maceraten. 19. nu. 7. Rota coram bo. m. Coccino decis. 77. nu. 10. cum ibi alleg.*
213 Ita vt in † hæreditate remãserit idem debitum, quod prius erat in persona patris defuncti, cum ex
214 persona hæredis non † mutetur conditio obligationis defuncti *l. 2. §. ex his, ff. de verb. obligat.* & sic fratres, vel quicumq; alij hæredes patris tenẽtur
215 congruè dotare filias † testatoris, sicut si viueret teneretur pater, vt satis notum est, ac in specie respondit *Rota in causa Bononien. Legati de Marescottis 15. Ianuarij 1627. & in Narnien. successionis 26. Nouembris 1629. coram clar. me. Merlino sunt decisiones 28. nu. 2. & 321. nu. 45. infra par. 5.*
216 *recent.* quippe dos habetur † loco legitimæ, filiæ debitæ ex bonis patris, *l. quoniam nouella, C. de inoff. testam. Castr. in l. Titio centum, §. Titio genero, n. 8. in fin. ff. de condit. & demonstr. Alex. cons. 13. num. 12. lib. 3. Paris. cons. 36. nu. 4. & seq. lib. 1. cum alijs innumeris relatis per Tiraquell. in l. si vnquã in verb. susceperit. num. 112. C. de reuocand. donat.*

Et in puncto, quando frater dotem constituit sorori ex bonis paternis, tamquam hæres, vt cum
217 ad † id omnino teneatur, ac astringi possit, vt tunc casus iste non cõprehendatur sub statutis de contractibus minorum sine certa solemnitate non valituris, arbitrata est Rota *in causa Camerinen. Dotis 10. Decembris 1638. coram R. P. D. meo Ghislerio §. Nec dubitari potest, vers. & cum hoc debitum dotandi &c.* Vbi quoque supradicta ampliã-
218 tur, vt maximè † procedãt, stante statuto exclusiuo

suò fœminarum, vt existentibus masculis, fœminæ parentibus succedere non valeant, sed dotari debeant ab ipsis filijs masculis &c.

219 Aduerte tamen licet † supradicta sint verissima, vt minor ex causa necessaria constituens dotem obligetur absque alia solemnitate, tamen si in eius constitutione sit læsus, restituendus in integrum, quo ad excessum, venit, *vt notatur in l.1. C.si aduers.dot.& tradit Bald.in cons.108.Quæritur lib.1.*

220 vbi † etiam ad hoc considerandum aduertit, an suppetant facultates, & an vir sit dignus tanta dote, cum clarum sit minorem nec cum decreto

221 † Iudicis posse donare. *l.fin.§.cũ autem C.si minor maior fact.*& bene id tractat *Natt.in cons.173.n.1.* & in puncto dotis immoderatę coustitutę à fratre sorori, vt quo ad excessum sit restituendus exor-

222 nat † idem *Natt.in cons.658. à num.2.* vbi etiam asserit, nec hoc casu obesse iuramentum, a quo ab-

223 soluendus † minor venit, *& post Nattam respondit Honded. cons.18. à num.34.lib.1.* vbi ait minori læso in constitutione dotis excessiua datur re-

224 stitutio in integrum, cũ semper eo remedio succurratur minor, quando aliquid de suis bonis diminuitur, vel aliàs damnificatur *l. minoribus, & l.penult.ff.de minor. cum alijs relatis in Romana Restitutionis in integrum* 10. *Maij* 1641. *coram*

225 *Eminentiss.D.Card. Panzirolo* vbi quoque † dicitur tali remedio non solum succurri minoribus læsis, sed etiam concurrente iusto errore, & ignorantia facti, maioribus quoque 25. annis competit, eodemque beneficio succurritur *l. in contractibus, C quib.ex caus.maior. &c.* in qua decisione fuit responsum pro restitutione in integrum ad

226 fauorem † maioris, qui errore facti lapsus adiuit hæreditatem primo aspectu lucrosam, & postea

227 inuenit eã debitis † ac periculis onustam, nã tunc si hæres velit eã cedere creditoribus, audiẽdus est.

Illud tandem mihi restat asserere, quamuis mulier inualidè se obliget sine solemnitatibus statutarijs, tamen si se obliget ex causa dotis etiam

228 voluntariæ † & sit maior, viribus optimè subsistit talis obligatio, *per text.satis apertum in l.fin.C.ad Velleian.* qui ad hoc extollitur à Doctoribus, & id magistraliter fuit discussum, ventilatum, & resolutum à Rota *coram R.P.D. meo Ghisilerio decis.* 168.& 241. *infra par.7.recent.* ad quas in hac materia recurrere reminiscaris.

229 Nec me fugit, mulierem nullatenus † pro alio se obligare posse, id vetante S. C. Velleiano, *vt tot.titul.ff.& C. ad Velleian.* & quatenus etiam soluat, potest repetere condictione indebiti solutũ, nam & ista exceptio Velleiani perpetua, & fauorabilis est *l. qui exceptionem ff.de condit.indeb. cũ*

230 *simul.* Quinimo † nec valet mulier d. beneficio Velleiani renunciare, nisi sit de ea certiorata, *vt not.in l.fin.ff.ad Velleian.* & hanc communẽ opinionem appellat *Marsil.in repitit.rub.ff.de fideiuss.*

231 *nu.31.* cum generale sit † vt in qualibet renunciatione certioratio reputetur necessaria *idem Marsil.singul.18.& Gaill.obseru.77.num.3.* vbi in ter-

232 minis nostris ait, mulierẽ † validè renũciare Velleiano, dum in specie certiorata de eo nõ est, itaq; ad hoc valens non erit simplex renunciatio, & de vento deseruient clausulæ generales, quæ ex quo-

233 dam † solito, ac peritia nec non mero capite Notariorum apponi solent in obligationibus Mulierum, quia cum ipsę verisimiliter dd. clausularum naturam non intelligant & multoties, nec per

234 † ipsos Notarios intelligitur, vt in terminis Velleiani inquit *Viu.in sylu.comm.opin.cap.531.n.1.* vbi affirmat, si Notarius nesciret, quid esset Velleianum, eique renunciare faceret Mulieri, frustratoria esset renunciatio. Et hic congruit il-

235 lud, quod passim † asserunt DD. scilicet Notarios esse similes illis, qui per practicam, & non per artem benè canunt &c. ideoque, vt dixi, talis

236 † renunciatio non subsisteret quia mulier nesciret, cui beneficio renunciaret, vt constat ex relatis *per Marsil.in d.singul.18.num.1.* vbi in fine etiam ait, se recordari aliàs, dum erat scholaris

237 Barbatiæ, eum † audiuisse pluries viua voce dicentem, se propter hoc fecisse plures contractus factos ab ignorantibus importantiam verborum & clausularum annullare, & cassare.

238 Quando tamen mulier fuit in specie † de eo beneficio Velleiani certiorata, tunc efficaciter renunciare valet, prout sunt *glos. celebres in l.fin.§. penult.in verb.non vsura, ff.ad Velleian.& in l.generaliter, in verb.cessante, C.eodem* quæ communi consensu à pluribus sequuntur.

Vlterius nec me latet DD. Vltramontanos

239 † indistinctè huic opinioni recalcitrare, ac tenere nullatenus posse renunciari beneficio Velleiani, asserendo non esse legẽ in Mundo, quæ hoc di-

240 cat, ac etiam ea suffulti ratione † quia ea imbecillitate, qua mulier inducitur ad se obligandum pro alio, eadem quoque fragilitate mentis reducitur ad renunciandum fauori à lege pro se indu-

241 cto, & hanc opinionem de † iure veriorem appellat *Bart.in d.l.fin.§.si mulier.nu.1. ff. ad Velleian.* & respondit *ad. d.§.si mulier.* consuetudo verò, vt mulier possit renũciare Velleiano, inducta fuit

242 ex errore † quarumdam glosarum, *vt inquit Thesaur.decis.222.sub num.2.* Mulier namque eo ipso, quod renunciat Velleiano dicitur decepta,

243 † facitque dictum *Alberic.in l. antiquæ sub nu.1. col.2.ff.ad Vellian.* nempe, sicuti Aues, & Bestiæ capiuntur retibus, & nodis, ita, & mulieres instrumentis, & cautionibus.

Tamen quidquid sit de hac opinione Vltramõrtanorum nihil in eorum fauorem audeo firmare,

244 Nam fere † Orbis vniuersus seruat contrarium, vt mulier certiorata possit renunciare Velleiano, & veritas huius opinionis in tam densa caligine

245 versatur, † vt multi DD. quid respondere non valentes in tam horribili miserabilis controuersi iuris perturbatione, prudenter, ac indubitatè asserunt hanc sententiam omnino egere decisiona

246 † Cesarea.

Videmus quoque hodie in Regno Neapolitano per Pragmaticam exordientem D.Petrus de Toledo &c. vbi sancitum habetur, mulierem etiam

247 † certioratam, nullatenus validè posse renunciare Velleiano *vt refert. Viu.in Syl. comm. opin. cap.529.num.3.& 531.sub num.1.* Sed amplius in hac dissidiosa materia nõ insistam, tantoq; magis quia in terminis nostris incasè quæritur an vali-

248 dè, nec ne mulier possit † renunciare Velleiano, quia dos præfertur, ac potentior est Velleiano, & respectu dotis perinde est, ac si Velleianum non esset in rerum natura, & hoc speciali fauore dotis.

Paulus Rubeus.

RE-

REVERENDISS. MERLINO.
Recanaten. Hæreditatis.
Veneris 10. *Martij* 1623.

ARGVMENTVM.

Fratres, & sorores amitinæ admittuntur ad successionē fratris defuncti, vnà cum fratribus, & sororibus patruelibus, nam & in eodem gradu sunt. Statuta disponentia circa successionem, non habent locum quoad bona existentia extra territorium, & vt intrēt dicta statuta, requiritur vtraque subiectio, scilicet, tàm respectu bonorum, quàm personarum, nec locum habent licet defunctus, & bona subsint statuto, si succedens sit forensis.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas optimè colligitur ex reuolutione actorum.*
2 *Fratres, et sorores amitini admittuntur simul ad successionem fratris, vna cum fratribus, et sororibus patruelibus.*
3 *Statuta, quando sunt reuocata, de eis nulla est habenda ratio.*
4 *ad Successionem defuncti pro æquali portione illi sunt admittendi, qui manent in eodem gradu.*
5 *Statuta disponentia circa successionem non habent locum, quoad bona existentia extra loci territorium.*
6 *Statuentes extra territorium non habent iurisdictionem.*
7 *Statutum de successionibus censetur solummodo ciuium commoditatibus non forensium, prospexisse.*
8 *Statuta de successionibus, vt habeant locum, requirunt vtramque successionem, tàm respectu personarum, quam bonorum.*
9 *Ciuis est subiectus illis statutis, vbi ciuilitatem acquisiuit.*
10 *Statuta de successionibus loquentia locum habent minimè, quando ille, qui succedere debet, est forensis, licet defunctus, et bona subsint d. statuto.*

DECISIO CCCCLXI.

FVIT per R. P. D. Torniellum confirmata Rotæ Maceraten. sententia, quæ Horatium, & alios de Scocciacampanis, vti fratres, & sorores Amitinos q. Amici de Lazzarinis, ad illius hæreditatem admisit equaliter vna cum Marinotia, & alijs eiusdem Amici sororibus patruelibus, tanquam in pari gradu omnes existerent, & Causa per viam appellationis ad Rotam deuoluta, visa Dominis fuit hæc sententia, tā ex capite validitatis, quam iustitiæ confirmanda.

Validitas ex actorum reuolutione probatur, cum
1 de speciali † causæ commissione, citatione, & mandato Procuratoris appareat, *Verall. dec.* 262. *part.* 2.

De iustitia pariter constat, cum dicta sententia iuxta dispositionem iuris emanauerit, ex quo defū-
2 cti amitinos vna cū eius sororibus patruelibus, † velut in pari gradu æqualiter admisit *§. si neque fratres et §. nulla vero auth. de hæred. ab intest. venien. Auth. cessante, et auth. post fratres* C. *de legit. hæred. Surd. cons.* 343. *num.* 2.

Nec releuant Ciuitatis nouæ statuta, vnde oriundus erat defunctus, & alia Recanaten. Ciuitatis, vbi ille degebat, & obijt, prima enim locum non habent quando agitur inter Agnatas fœminas, & Cognatos
3 de successione † cum statutum sub rubr. 28. lib. 2. fuerit reuocatum in rub. 33. lib. 5. quando de successione tractatur ab intestato, vbi etiam deficientibus masculis, mandat Cognatos reintegrari, Vnde sequitur
4 ab Agnatis fæminis Cognatos † non excludi, & per consequens tanquam inæquali gradu coniunctos æqualiter debere iuxtà prædictam iuris communis dispositionem concurrere.

5 Nec pariter statutum Recanaten. venit † attendēdum, nam quoad bona extra illud territorium existentia non procedit, cum ibi statuentes iurisdictio-
6 nem † non habeant, vt in puncto statuti Recanaten. *Castr. cons.* 16. *num.* 1. *ad fin. lib.* 1. *Rota decis.* 255. *num.* 1. *coram Sanctiss. D. N. et post multas decisiones, quas allegat tenuit Rota in Causa Collen. Hæreditatis* 10. *Iunij* 1616. *coram R. P. D. meo Buratto, quæ attestatur de communi.*

In bonis vero in dicto Territorio sitis, nec similiter locum habet, vbi de successione contendentes, vt in casu nostro, sunt exteri. Quia statutum cense-
7 tur solummodo † Ciuium commoditatibus, non forensium prospexisse, *Soccin. cons.* 128. *num.* 5. *lib.* 4. *Hond. cons.* 5. *num.* 13. *in princ. et cons.* 11. *numer.* 22. *lib.* 1. *Peregr. cons.* 90. *num.* 13. 20. *et per totum lib.* 1. *nec non habetur latissimè in d. Collen. Hæreditatis,*
8 vbi firmatur per huiusmodi statuta † vtramque subiectionem requisitā ratione bonorum quam personarum, *et idem fuit confirmatum in decis.* 255. *num.* 3. *coram Sanctiss. D. N.*

Non obstat defunctum, de cuius hæreditate agi-
9 tur, vti Ciuem Recanatensem † illi statuto subiectum fuisse; nam vltra quod hoc in facto controuertitur, non habent in omnem euentum huiusmodi statuta loquentia de successoribus locum, vbi qui † succedere debent, sunt forenses, licèt defunctus, & bona statuto subiaceant, *vt pluries firmauit Rota non obstantibus in contrarium adductis, vt in Camerinen. Hæreditatis* 29. *Ianuarij* 1588 *coram Cardinali Pamphilio, in Perusina Bonorum de Baleonibus* 13. *Iunij* 1590. *coram Reuerendiss. Perusino, in Belneoregien. bonorum* 7. *Iunij* 1591. *coram Card. Pamphilio in Ciuitatis Castelli hæreditatis, quæ est dec.* 255. *coram Sanctiss. D. N. Rota decis.* 295. *et decis.* 273. *in fine par.* 1. *diuers. et dec.* 4[illegible]3. *num.* 1. *par.* 4.

R. P. D. REMBOLDO.
Ciuitatis Castelli Fideicommissi.
Veneris 10. *Martij* 1623.

ARGVMENTVM.

Bona tanti valere præsumuntur, quanti vendita fuere, & pretium in dubio, præsumitur iustum. Legitima debetur filijs in corporibus hæreditarijs. Trebellianica potest etiā prohiberi filijs primi gradus &c.

SVMMARIVM.

1 *Bona tanti valere præsumuntur, quanti fuerunt vendita, & insolutum data.*
Pretium præsumitur iustum. nu. 1.
2 *Legitima debetur in bonis, & corporibus hæreditarijs. & nu.* 3.
4 *Filiorum Legitima, quando ipsi non sunt vltra quatuor, est triens.*
5 *Trebellianica potest prohiberi etiā filijs primi gradus, secundum opinionem, quam seruat Rota.*

6 *Filij, & hæredes grauati, si non confecerint inuentarium, hoc casu onus probandi adfuisse alia bona quæ augere possent hæreditatem, & sic legitimam spectat ad allegantem.*

7 *A Fideicommissario exiguntur leuiores probationes ad effectum probandi bona fideicommissaria, ob non confectum inuentarium ab hærede grauato.*

DECISIO CCCCLXII.

QVONIAM Domini in hac causa mandauerũt, quòd firmaretur Status hæreditatis Bartholomæi Senioris ad effectum, vt sciri posset, quanta esset legitima filiorum dicti Bartholomæi, quæ ex bonis fideicommisso dicti Bartholomæi subiectis detrahi debebat, dubium proposui. Ad quam summam ascẽdat valor hæreditatis dicti Bartholomæi, & Domini censuerunt ascendere ad scuta 7684.& b.70.

Nam ex Instrumento diuisionis factæ inter Antonium, & Iacobum filios, & hæredes dicti Bartholomæi, quod probat nedum contra ipsos diuidentes, sed etiam contra habentes causam ab ipsis, vt fuit in hac eadem causa resolutum die 11. Decembr.1615. coram R.P.D.meo Pamphilio, apparet fuisse in dicta hæreditate infrascripta bona reperta, videlicet.

Prædium Palazetti.

Prædium S. Anastasij.

Prædium fluminis, cuius vna pars, quæ tunc colebatur à Brechione, obtigit in dicta diuisione Antonio, altera vero, quæ colebatur ab hæredibus del Duca, Iacobo.

Prædium della Pieue de Saddi con le Valcelle, e Stinelle.

Prædium della Palazzola.

Prædium della Cerbara.

Vinea extra portam del Prato.

Et quamplurima credita ascendentia ad summam scut.2640.& b.20.

Quantum autem ad Predium Palazetti constat ex eadem diuisione, illud fuisse assignatum Bernardinæ Bufalinæ secundæ vxori dicti Bartholomæi, medietatem scilicèt pro scutis mille quingentis ipsi debitis pro residuo suæ dotis, aliam vero medietatem ad effectum fruendi eius vita durante pacto adiecto, quod dicta medietas deberet post eius obitum esse Antonij, solutis tamen per eum scutis 750. Iacobo, vt apparet ex particula diuisionis quæ datur *num.2.*

Quo vero ad Prædium Sancti Anastasij constat, illud fuisse venditum de anno 1568. per Antonium florenis 2692. qui constituunt summam scutorum 1749. & b.80*d..Sum.nu.* 3.

Quoad prædium fluminis pars, quæ obtigit Antonio, fuit vnà cum alijs prædijs existentibus in Villa Plebis Saddi subhastata, & ab Aemilia Muta dicti Antonij hærede relaxata de anno 1577. Iulio Bufalino pro scutis 1100. *d. Summ.num.*24.

Altera vero pars dicti Prædij fluminis, quæ obtigit Iacobo, fuit per eundem Iacobum vendita de anno 1584.scuta 430. *d. Summ.nu.*5.

Medietas autem prædij della Palazola fuit nomine d. Antonij vendita de anno 1570. flor. 420. qui constituunt scut.275. *Summ.num.6.*

Quoad prædium della Cerbara constat vnum petium terræ dicti prædij fuisse datum insolutum anno 1576. cuidã Augustino Constantio per dictam Aemiliam hæredem Antonij pro scutis 265. *d. Sum.nu.7.*

Aliam vero partem dicti prædij fuisse per dictam Aemiliam relaxatam Antonio Sellario pro scutis 1000. auri in auro anno 1577.*d. Summ.num.8.*

Et aliam eiusdem prædij partem dimissam per dictam Aemiliam, Scipioni Albizzino pro scutis 1000. *d.Summ.num.9.*

Vinea extra portam del Prato anno 1562. fuit per Iacobum alienata pro scutis 157.*d.Summ.num.*10.

Ex quibus apparet d.bona, iunctis dd.creditis, & sic totam hæreditatem Bartholomæi ascendere ad valorem scutorum 12808.& b.70. quia dicta bona

1 † tanti valere præsumuntur, quanti fuere vendita, & & insolutum data cum pretium præsumatur iustum. *Bald.in l per diuersas, num.13.in fin.C. mand. Honded.cons.31.num.52.lib.1.Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib.4.tit.9.num. 8. & fuit in eadem causa firmatum coram R.P.D.meo Pamphilio 11. Decembris 1615. & in Aesina Fideicommissi 17.Maij 1617.coram R.P.D.meo Pirouano.*

Nec obstat, quod ex dd. Instrumentis probatur quidem valor dd.bonorum tempore, quo d. bona fuerunt vendita, non autem tempore aditæ hæreditatis, quod videtur inspiciendum ad effectum, vt sciri possit, quanta tunc temporis esset legitima, quia

2 cum legitima † debeatur in ipsis bonis, & corporibus hæreditarijs, sitque quota bonorum, non est necesse perscrutari valorem tempore aditæ hæreditatis ad effectum computationis legitimæ; non enim quæritur valor, vt valor detur, sed vt calculo facto videatur, quantum ex corporibus hæreditarijs assignari debeat, nec propterea aliquid in effectu refert, an

3 † bona æstimentur pretio tempore aditę hæreditatis, seu potius præsentis temporis, *Gabr.cons. 137. nu. 7. lib.2. Peregr.de fideic.art.36 sub num.26.vers.contrarium, & nu.seq.Cas.de Grass. decis.10.de testam. & fuit in hac causa d.die 11.Decembris 1615. coram R.P.D. meo Pamphilio, & in d. Aesina coram R.P.D. meo Pirouano resolutum.*

Et in omnem euentum, cum notissimum sit pretia rerum fuisse temporis beneficio aucta nemini alteri præiudicat, quàm ipsis fideicommissarijs, quód attendatur valor præsentis temporis, nam hac ratione pluris æstimabitur hæreditatis, quam valebat tempore mortis Testatoris, & per consequens maior quoque erit portio legitimæ ex fideicommisso detrahenda.

Et eadem ratione tollitur, quod dicitur non constare, Prædium Palazetti fuisse in bonis testatoris, quia cum ista disputatio fuerit suscepta ad effectum computandi quantitatem legitimę detrahendæ ex d. fideicommisso, fideicommissarij sunt contenti, quod dictum Prædium Palazetti ex d.calculo dematur, nã hoc facto minor apparebit portio legitimæ, & per consequens faciliùs erit dd. fideicommissarijs docere d. legitimam fuisse consumptam in alijs bonis vltrà ea, in quibus petitur immissio.

Debita autem d.hæreditatis, quæ deduci debẽt ex d. valore ascendunt ad scuta 4404. videlicet scuta 1500. pro restitutione dotis Bernardinæ, vt in d. Instrumento diuisionis num. 1. Item scuta 1000. pro restitutione dotis Aemiliæ vxoris Antonij per ipsum Testatorem receptæ, vt constat per Instrumentum d.*Summ.nu.*11. Item scuta 1800. dotis Martiæ vxoris Iacobi pariter per dictum Testatorem exactæ d. *Summ. num.* 12. & denique scuta 104. pro residuo Prædij S. Anastasij à d.Testatore empti, vt in Instruto *Sum.num.*13.

Vndè

Vnde apparet valorem hæreditatis dd. debitis detractis ascendere, quatenus inter bona hæreditaria connumeretur prædium Palazetti ad scuta 7684. & b. 70.

Quatenus verò non connumeretur inter bona hæreditaria dictum prædium, ad scuta 4684. & b. 70.

4 Et per consequens cum legitima filiorum † testatoris, ex quo non sunt vltra quatuor, sit triens *auth. nouissima, C. de inoff. test.* illa computato d. prædio Palazetti ascēdit ad sc. 2561. & b. 56. circiter, quia tre-
5 bellianica † fuit expressè à testatore prohibita, & secundum opinionem, quam seruat Rota potest etiam filijs primi gradus prohiberi, *Cassad. dec. 4 de testam.*

Nec dubitari potest, quin d. liquidatio sit sufficiēs ad effectum de quo agitur, quia vel prætenditur valorem hæreditatis non ascendere ad d. scuta 7684. vel scut. 4684. & hoc casu talis liquidatio nemini alteri, vt dictum est, præiudicat, quam ipsis fideicommissarijs, & per consequens nec ab alio poterit impugnari.

Vel prætenditur d. valorem ascendere ad maiorem quantitatem, eo quod fuerunt relicta in hæreditate alia bona vltra supra expressa, & hoc casu, quia filij, & hæredes grauati d. testatoris non confecerunt in-
6 uentarium onus † probandi adfuisse alia bona, quæ augere possent prædictam hæreditatem, & sic legitimam ipsis filijs debitam, spectat ad allegantem *Didac. var. resol. l. 2. c. 6. nu. 4. Peregr. de fideic. art. 39. num. 14.* cum alijs allegatis *in Bononien. de Poetis 4. Maij 1615. coram R. P. D. meo Vbaldo, & in Romana de Stefanellis 24. Aprilis 1617. coram me.* In quibus etiam dicitur, quod circa quantitatem bono-
7 rum leuiores † robationes à fideicommissario exiguntur ob non confectum ab hęrede grauato inuentarium.

REVERENDISS. MANZANEDO.

Patriarcha Hierosolymitano.

Romana Domus.

Lunæ 13. Martij 1623.

ARGVMENTVM.

Facultatem, si habeat emphyteuta aliquem ad emphyteusim nominandi, & in dicta nominatione priuilegium etiam à Domino directo variandi indultum fuerit, dato, vt aliquem ad eam nominauerit, & ille dictam nominationem acceptauerit, quæritur an deinde emphyteuta vigore dictæ facultatis sibi cōcessæ, possit variando, alium nominare, & conclusio est negatiua, & hoc propter ius quæsitum primo nominato, quod ei non potest auferri per contrarium factum nominantis, dicta enim facultas variandi ei indulta à Domino directo, est intelligenda in eius Domini præiudicium, non autem in præiudicium tertij.

SVMMARIVM.

1 *Nominandi facultas dum alicui fuit concessa, & vt quantum vult possit variare, id intelligitur in præiudicium concedentis talem facultatem,*
2 *Non autem eius, cui fuit quæsitum ius per nominationem.*
3 *Nominans aliquem ad certum ius assequendum, ex tali nominatione dicitur ius quæsitum nominato, itaut non liceat variare.*
4 *ad Emphyteusim facultatem habens nominandi, si nominet aliquem, an possit variare, quæstio ista ex quo pendeat.*
5 *Ius quæsitum alicui non potest ei tolli sine facto suo etiamsi esset quæsitum de facto concedentis tale ius.*
6 *Nominatio facta præsente parte, & acceptante operatur, vt ea non possit reuocari.*
7 *in Nominationis materia, vt acquiratur ius irreuocabile, sufficit sola præsentia.*
8 *Decisio in Romana nominationis 1. Martij 1599. coram Litta, quo casu procedat.*
9 *Nominatio, quando est facta parte præsente, & acceptante, dicitur acquisitum ius nominato nec requiritur alia promissio non reuocandi, & nu. 10.*
11 *Notarij stipulatio reddit actum irreuocabilem.*
12 *Notarij stipulatio abdicat facultatem à nominante recedendi à nominatione. amplia num. 13.*
14 *Stipulatio sequitur naturam rei contractus, & illam non inficit.*
15 *Nominationis cōtractus cum sit de sui natura variabilis, non potest per stipulationem Notarij alterari.*
16 *Contractus, qui sunt de sui natura irreuocabiles, tunc non alterantur per pacta, sed secus est, si naturam mixtam obtineant.*
17 *Nominationi nō repugnat natura irreuocabilitatis*
18 *Clausula, omni meliori modo, posita in contractu reuocabili, operatur vt ille assumet naturam irreuocabilitatis.*
19 *Actus melius, & validius substineri non potest, quam vt irreuocabiliter substineatur.*
20 *Donatio causa mortis, licet sit de sui natura reuocabilis, transit tamen in donationem irreuocabilem inter viuos quando donans voluit facere actum omni meliori modo.*
21 *Donatio causa mortis validius non potest substineri, quam tanquam donatio inter viuos, quæ est irreuocabilis.*
22 *Clausula, omni meliori modo posita in instrumento, censetur potius apposita ex quodam stylo Notariorum, quàm ex voluntate partis.*
23 *Clausula, quando adsunt in parte dispositiua, præsumuntur nullatenus positæ ex stylo Notariorum.*
24 *Clausulæ omnes positæ in instrumentis censentur appositæ de consensu partium.*
25 *Doctores, qui in terminis loquuntur, sunt attendendi magis, quam illi qui generaliter.*

DECISIO CCCCLXIII.

CAPITANEVS Franciscus Tagliamocus vigore facultatis à Ven. Hospitali Sancti Spiritus sibi concessæ, nempè in defectum filiorum possit personam sibi bene visam nominare ad domum, quam d. Hospitale in emphyteusim concesserat, nominauit D. Iulium Magalottum, quam postea nominationem in suo vltimo, quod condidit testamento reuocauit, & aliā ad fauorem Equitis Sebastiani expressè fecit. Vnde post illius mortem inter istos nominatos orta differentia super validitate dictarum nominationum, & qualis esset, attendenda, fuit causa introducta coram A.C. qui ad fauorem Sebastiani pronunciauit, nempe vltimam nominationem præualere à qua cum pro parte D. Iulij fuisset appellatum, & causa in Rota mihi commissa, dubitaui, An prædicta sententia A.C. met esset confirman. vel infirman. & causa super hoc pluries proposita, & non resoluta, hodie tamen vtraque parte informante Domini

mini pro reuocatione prædictæ sententiæ responderunt, cum de illius iniustitia constare visum fuerit.

Licet enim facultas nominãdi data in concessione emphyteotica sit amplissima, nempe quod nominatione variari possint semel, bis, ter, & pluries, ita
1 † vt vltima nominatio attendi debeat, tamen hoc intelligitur in præiudicium Hospitalis concedentis, non autem illius ad cuius fauorem fuit facta nomi-
2 natio nempe † D. Iulij, cui fuit ius quæsitum ex prædicta nominatione, quo casu non licuit Capitaneo variare, & aliam nominationem ad fauorem Equitis
3 Sebastiani † facere ad *text. in l. nemo. ff. de regul. iur. cap. cum inter dilectos de elect. Tiraquel. in l. boues. §. hoc sermone limit.* 23. *nu.* 2. *& num.* 5. *ff. de verb. signif. Surd. cons.* 264. *num.* 33. & in terminis nominationis ad emphyteusim quod quæstio de variatio-
4 ne quando † sit licita, vel non ex eo solo pendeat, an sit quæsitum ius parti nominatæ firmat *Valasc. consult.* 12. *num.* 23. *in fin. Cald. de iure emphyt. lib.* 3. *cap.* 6. *nu.* 11. *vers. difficultas est maxima,* ius enim
5 quæsitum nominato non † potest tolli sine facto suo, etiamsi esset quæsitum de facto nominantis, *l. si partim.* §. 1. *ff. quemadmodum seruit. amit. l. fin. ff. de pact. Surd. cons.* 264. *num.* 10.

Quod autem per d. nominationem fuerit Iulio ius quæsitum apparet ex eo, quod fuerit facta ipso
6 præsente, acceptante, quæ acceptatio † operatur, vt nominatio reuocari non possit *Bald. in l. cum à socero num.* 7. *C. de iur. dot. Crauett. cons.* 261. *num.* 5. *Menoch. cons.* 1153. vbi plures adducit *nu.* 54. *Rot. decis.* 488. *num.* 6. *par.* 1. *recent. & decis.* 567. *nu.* 3. *coram fel. record. Greg. XV.* immo *Cald. vbi supra num.* 7. dicit quod ad acquirendum ius irreuocabile
7 † sola præsentia sufficiat *Molin. de Hispan. primogen. lib.* 2. *num.* 37. quem sequuta fuit *Rota in Romana nominationis* 1. *Mart.* 1599. *coram Litta.* Et quamuis in casu prædictæ decisionis Littæ concurreret
8 † etiam quod nominans promiserat non reuocare, nec contrauenire quod non fuit Capitaneus, tamen d. decisio non fundatur tantum in d. motiuo, sed cõ-
9 siderat etiam quod † nominatio fuit facta nominato præsente, & acceptante. & ad hoc comproban. allegat Molin. vbi supra, qui nullam facit mentionem de promissione iurata non reuocandi, sed simpliciter loquitur de nominatione ab initio valida, & per quã acquiritur ius nominato, & propterea conclusio de-
10 cisionis debet † attendi iuxta acceptationem factã, ex qua irreuocabiliter acquirit ius nominato secundum Molin. vbi supra.

Quod confirmatur ex eo, quod in hac nominatione vltra præsentiam, & acceptationem Iulij interue-
11 nit † stipulatio Notarij quæ facit actũ irreuocabilẽ, vt aduertit *Ias. in l. quæ dotis num.* 29. *ff. sol. matr. & Cald. vbi supra d. lib.* 3. *cap.* 3 *nu.* 4. stipulatio enim
12 † Notarij abdicat facultatem à nominante recedendi à nominatione, vt de donatione notat *Clar. in* §. *donatio q.* 13. *num.* 2. *Seraph. decis.* 1184. *nu.* 10. maximè quando vt in casu nostro facta fuit nominatio nedum præsente Iulio stipulante pro se ipso, sed e-
13 tiam † pro suis hæredibus, & successoribus, quo casu vlterius voluntas nominantis declaratur pro irreuocabilitate nominationis, vt declarat *Cald. vbi sup. nu.* 8. *Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 35. *nu.* 7. *Mantic. de vlt. volunt. lib.* 1. *tit.* 13.
14 Non obstat, quod stipulatio † sequatur naturam rei contractus, & illam non inficiat, *Surd. decis.* 149. *num.* 4. *&* 18. *Seraph. decis.* 369. vnde cum contractus nominationis sit variabilis non poterat per sti-
15 pulationem † alterari, quia fuit responsum prædicta procedere in contractibus, qui de sui natura sunt irreuocabiles, & aliter reddi non possunt, non autem in ijs, qui vtramque naturam sustinere possunt pro-
16 ut † sunt mandata vltimæ voluntatis, & similia, inter quos possunt numerari nominationes, quorum
17 natura irreuocabilitati repugnat, tunc, enim † per stipulationem Notarij, & pacta irreuocabiles fiunt.

Quibus accedit clausula amplissima omni meliori
18 modo quæ operatur, † quod actus de cui natura reuocabilis fiat irreuocabilis, cum non possit melius,
19 † & validius actus fieri, quàm irreuocabiliter, vt in
20 simili de donatione causa mortis, quæ de sui † natura est reuocabilis, quod transeat in donationem irreuocabilem inter viuos, quando donans voluit facere actum omni meliori modo, cum non possit valere
21 melius, & validius, † quam tanquam donatio inter viuos, quæ est irreuocabilis, *Corn. cons.* 289. *sub numer.* 11. *vers. item alias in ardua lib.* 4. *Ruin. cons.* 52 *num.* 4. *lib.* 1. *Surd. cons.* 450. *num* 24.

Non obstat quod ista clausula omni meliori mo-
22 do censeatur executiua, & potius † apposita ex stylo Notariorum, quam ex voluntate donantis, quia
23 respondetur dictam clausulam adesse in † parte dispositiua, & omnis clausula apposita per Notarium
24 censetur apposita † de consensu partium, vt latè per *Turrett. de clausula codicill. q.* 4. *num.* 2. *vers. contraria vero,* & cum adsint tot Doctores loquentes
25 in terminis de ista clausula, quod faciat donationem causa mortis irreuocabilem illi videtur attendendi. Et ita conclusum &c.

REVERENDISS. COCCINO.

Gerunden̄ Dismembrationis.

Lunæ 13. *Martij* 1623.

ARGVMENTVM.

Dismembratio bonorum Ecclesiæ, cum sapiat alienationem, ideoq. fieri nequit absque debitis solemnitatibus. Et tractatur in præsenti decisione, quod absque alia solemnitate Episcopus propter nimiam distantiam Ecclesiæ Parochialis, potest ordinare, vt alia ædificetur, & certam portionem d. Ecclesiæ Parochialis ei assignare, & si id valens est facere, multo magis poterit ordinare, vt in Capella intra limites dictæ Parochiæ existente assistat aliquis Capellanus assignando eidem certam portionem.

SVMMARIVM.

1 *Dismembratio bonorum Ecclesiæ nequit fieri sine solemnitatibus cum sit species alienationis.*
2 *Episcopus propter nimiam distantiam Ecclesiæ Parochialis, potest ordinare, vt alia ædificetur, & certam portionem ei assignare.*
3 *Et hoc casu Episcopus potest procedere ad ædificationem absque alia solemnitate.*
4 *Ecclesia Parochialis, quando est nimis distans à certis locis, & huic inconuenienti aliter prouideri non potest, locus est dismembrationi.*
5 *Ordinarius benè potest statuere ea, quæ iuri consona sunt.*
6 *Abb. in cap. ad audientiam num.* 12. *de Eccles. ædific.*

fic. reprobatur, dum increpat glos. in cap. cum te. de ætat. & qual. cum & ipse fuerit sibi contrarius.
7 *Rector Parochiæ an possit tenere Capellanũ ad nutum amouibilem in Capella existente intra terminos suæ Parochiæ.*
8 *Episcopus quando possit in Capella existente intra terminos alicuius Parochiæ ordinare, vt ibi Capellanus assistat.*
9 *Decreta prouisionalia, & facta lite pendente non sunt attendenda.*
10 *de Lite, vt dicatur constare, debet id doceri ex ipsis actis.*
11 *Decretum, an fuerit præiudiciale, nec ne id, ex quo optimè appareat.*
12 *Decretum non potest dici, quod fuerit prouisionale, si Iudex vsus sit verbis denotantibus perpetuitatem.*
Verbum, perpetuo, denotat tempus sine præfinitione.
13 *Episcopus quando propter distantiam Ecclesiæ Parochialis, in aliqua d. Parochiæ Capella ponit Capellanum, cum certa assignatione, non est necessarius in hoc consensus Capituli.*
14 *Episcopus in aliqua ordinatione non debet petere consensum Capituli, dum ad eius validitatem talis consensus à iure non requiritur.*

DECISIO CCCCLXIIII.

NON controuertebatur dismembrationem non posse regulariter fieri absque solemnitatibus,
1 cum sit species alienationis, *Acchil. decis. 1. num. 4. de reb. Eccles. non alien.* sed punctus difficultatis consistebat in eo, an esset locus dispositioni, *cap. ad audientiam. il primo de Eccles. ædif.* in quo disponitur,
2 quod Episcopus † propter nimiam distantiam Ecclesiæ parochialis, potest aliam mandare ædificari, & certam portionem ei assignare, quod etiam sancitum reperitur *in Concil. Trid. sess. 31. cap. 4. de reformat.* quo casu accedente causa, de quo in d. tex.
3 Episcopus † absque alia solemnitate potest procedere ad ædificationem nouæ Ecclesiæ, & dismembrationem fructuum.

Et propterea in casu, de quo agitur, pro resolutio-
4 ne considerabant Domini, † quod si aliàs non fuisset, prouisum, locus esset dismembrationi, sed cum de anno 1594. Episcopus in visitatione ordinauerit quod vnus ex duobus Curatis Ecclesiæ parrochialis resideret in Capella Sancti Michaelis sita in Villa de Anglesio, ibiq. Sacramenta administraret, satis videtur prouisum, itaut non sit locus nouæ prouisio-
5 nis, † potuit enim Ordinarius hoc statuere, & videtur iuri consonum, iuxta notata per *gloss. in cap. cum te. in verb. pendeant. de ætat. & qualit. Abb. in cap. ex parte. il 2. num. 1. in 1. notab. de rescript. vbi etiam Dec. num. 2. Felin. in cap. 1.*
6 Neque obstat, quod *Abb. in d.* † *cap. ad audientiã. il primo. nu. 12. vers. item adde gloss.* dicat quod *gloss. in cap. eam te.* nullo iure probetur, quia Abb. est sibi contrarius *in d. cap. ex parte, & pro d. glos. est Felin. & Dec. locis citatis*, tamen quicquid sit de hoc, non
7 facit, quia Abbas † reprobat glossam in eo, quod admittit Rectorem posse habere Capellam, & ibi tenere Capellanum ad nutum, qui non est casus noster in quo fuit actum, quod vnus ex Curatis inseruiret
8 in † dicta Capella quod potuit facere Episcopus ex rationibus ponderatis per *gloss. & alios Doctores*, quæ licet secundũ dictum Abb. non applicarent, quã-do Rector vult habere Capellanum amicabilem, applicantur tamen optimè in casu, de quo agitur.
9 Minus obstat, quod dicta ordinatio Episcopi † fuerit facta lite pendente, & fuerit prouisionalis, quod deducitur ex enunciatiua, de qua in dicta ordinatione videlicet sine præiudicio litis pendentiæ, quia
10 † qualis qualis fuerit ista lis, non constat, & tamen ex actis deberet constare, an esset talis, quæ huic ordinationi obstaret, *Bart. in l. si forte. num. 6. ff. de Castren. pecul.* & quod non esset præiudicialis suadetur, ex quo à die ordinationis vsque in præsens nul-
11 la fuit audita † reclamatio, & sic cessat quod ordinatio fuerit prouisionalis, immo apparet fuisse perpe-
12 tuam, cum Episcopus in ista prouisione † vsus fuerit verbo, perpetuam, quod denotat tempus sine præfinitione, *Dec. cons. 472. num. 22.*

Neque obstat allegatus consensus Capituli,
13 quia nullibi probatur, † quod in hac ordinatione esset necessarius, nec Concil. Triden. hoc præcepit
14 non agitur enim de his, in † quibus ad validitatem ordinationis requiratur consensus Capituli.

Ex quibus conclusum dismembrationem sustineri ex quo per ordinationem prædictam Episcopi, satis fuerat prouisum. Et ita &c.

R. P. D. PIROVANO.

Placentina Archipresbyteratus.

Veneris 17. Martij 1623.

ARGVMENTVM.

Beneficium an cadat sub reseruatione, quid inspiciatur, Collegialitatis signa quæ sint. Vltimus status, quando non attendatur, & vt mutetur, quid requiratur. Regula tertia Cancellariæ, quando habeat locum.

SVMMARIVM.

1 *Status vltimus attenditur ad effectum vt videatur an beneficium cadat sub reseruatione.*
2 *Collegialitatis qualitas ex quibus probetur,*
3 *Ordinario multum defertur circa assertionem qualitatis beneficiorum.*
4 *Statui vltimo non est standum, quando constat de anteriori contrario.*
5 *Status mutatio, vt inducatur requiritur spatium 40. annorum.*
6 *Status, vt mutetur, quid sit necessarium.*
7 *Probatio imperfecta non releuat.*
8 *Status aliquis non inducitur stante æquiuocatione.*
9 *Regula tertia Cancellariæ habet locum in Ecclesijs Collegiatis actu, & non habitu, & num. 10.*

DECISIO CCCCLXV.

DICTVM fuit gratiam D. Marsilij esse iustificatam quoad reseruationem in litteris narratam, quod scilicet Archipresbyteratus, de quo agitur, sit prima dignitas in Collegiata, itaut cadat sub regula tertia Cancellariæ.

Nam vtrumque probatur ex vltimo statu, dum Boninus vltimo defunctus de dicto Archipresbyteratu tanquam de tali dignitate vsque de anno 1596. à Sede Apostolica fuit prouisus, quam prouisionem cum partes non controuertant, sed admittant, dum quælibet ex eadem vacatione cõtendit sustinere pro-
1 priam collationem, inde desumitur † vltimus status tanquam de reseruato, qui sufficit ad distinguendam per-

pertinentiam collationis huius beneficij, *Calderin. cons. 23. de præbend. Rot. coram Sanctiss. decis. 77. numer. 9. & decis. 482. num. 1. & decis. 154. nu. 3. & decis. 233. num. 1. par. 1. recent.* & idem fuit dictum in *Placentina plebis 5. Nouemb. præteriti coram me.*

Et nihilominus qualitas Collegialitatis ex alijs
2 † sufficienter probatur, constat enim quod vsque de anno 1381. & exinde de annis 1401. 1436. 1450. 1504. 1518. & 1579. emanarunt collationes Canonicatuum, & Canonici capitulariter congregati assignarunt prouisis stallum in Choro, & locum in Capitulo, quod fieri non potuit absque Collegiali nomine, *Innoc. in cap. postulasti, in princ. de iurepatr. Rot. diuers. decis. 584. num. 2. par. 4. & coram Sanctiss. eadem decis. 482. num. 4. & in Cremonen. præpositura 24. Maij 1621. coram R.P.D. meo Remboldo.*

Similiter quod hæc dignitas Archipresbyteratus sit prima in dicta Ecclesia Sanctæ Mariæ iustificatur ex collationibus anni 1505. & 1544. in quibus expressis verbis dicitur, quod hæc dignitas principalis existit, & accedit assertio Visitatoris in visitatione anni 1579. in qua dicit collationem dicti Archipres-
3 byteratus spectare ad Summũ Pontificem, †cui multum esse deferendum, sæpè Rota censuit *Cassad. decis. 2. de caus. poss. & propr. Seraph. decis. 1026. nu. 3. Rota coram Sanctiss. decis. 482. nu. 6.* Neque vrgent aliæ visitationes in quibus non habetur mentio de qualitate huius dignitatis, & quoad sæpius facta fuerit prouisio per concursum, quæ indicant non esse primam dignitatem, quia quod visitationes sufficit quod non contradicant posteriori, concursus autem non tollunt, quin magis inhærendum sit enunciatiuis antiquis, & visitationi prædictæ in quibus explicitè probatur ista primalis qualitas.

Non obstat, quod vltimus status non sit attenden-
4 dus, †quando constat de anteriori contrario, *Rota decis. 154. num. 3. & 4. par. 1. recent.* & contrarius dicebatur probari ex eo, quod ab anno 1563. citra, & sic per 60. annos fuerit in statu simplicis parochialis, dum fuit prouisa ab Ordinario tanquam de tali, primo de mense Decembris 1563. in Cattaneũ, postea de anno 1591. in Iouannatium per concursũ, & de anno 1592. per similem concursum in Arcellũ, & de anno 1596. concursus factus fuit, & approbatus fuit alter Arcellus.

5 Quia ex eisdem prouisionibus patet deficere †probationem dum non intercedit spatium 40. annorum omnino necessarium ad mutationem status, *cap. cum de beneficio, de præben. in 6. Seraph. decis. 1227. n. 3. & decis. 91. num. 1. & decis. 308. nu. 4. par. 1. recent.*
6 Vltra quod, †& alia requisita voluntatis, & potestatis, & bonæ fidei concurrere debent, vt in eisdem decisionibus aduertitur, sed ab anno 1563. vsque ad annum 1596. certum est, quod non decurrunt 40. anni, sed 33. tantum, ergo sub imperfecta probatione re-
7 manet status contrarius, †quod non releuat; neque vrget exceptio subreptionis dictæ prouisionis factæ in Boninum de dicto anno 1596. quia sufficit quod fuerit sortita effectum, quod vtraque pars veniat ex eadem vacatione, vt interim quoad iustificationem gratiæ sit attendenda, & vlterius patet prouisionem
8 anni 1591. factam fuisse vigore indulti, vnde† status æquiuocatur ex incertitudine collationis.

Demum nõ obstat quod regula intelligi debet de
9 Ecclesijs †Collegiatis actu, & non habitu, prout hęc reperitur, quia narratiua tollit obiectum, dum expressum fuit, quod erat Collegiata saltem habitu, &
10 Papa nihilominus concesserit, vnde †vel eam sub regula comprehendi dicendum est ex veriori, de qua per *Decian. cons. 6. num. 10 vol. 2.* vel quod Papa controuersiam determinauerit, *vt fuit dictum in causa beneficiatus S. Petri 8. Aprilis 1622. coram me.*

Et ita &c.

R. P. D. VBALDO.

Romana Prælationis Vineæ.

Veneris 17. Martij 1623.

ARGVMENTVM.

Transactio est exceptio litis finitæ, & præiudicat non solum transigenti, sed etiam eius cessionario. Hæres semel, licet non possit desinere esse hæres, tamen hoc limita per priuationem legalem.

SVMMARIVM.

1 *Transactio est exceptio litis finitæ.*
2 *Transactio debet præiudicare non solum transigenti, sed etiam eius cessionario.*
3 *Hæres non potest desinere, quod non sit talis.*
4 *Quod placuit, non potest improbari.*
5 *Successio ab intestato cessat stante testamento.*
6 *Hæres semel potest desinere esse hæres per priuationem legalem.*
7 *Appellatio suspendit effectum sententiæ.*
8 *Sententiam dicitur quis approbasse, si adimpleat contenta in ea.*
9 *Hæres dicitur esse in mala fide, si vehementer suspicetur de falsitate testamenti.*
10 *Transactione, quis non potest iuuari stante mala fide.*
11 *Instrumentum publicum facit probationem probatam, & num. 11.*

DECISIO CCCCLXVI.

DOMINI permanserunt in decisis in hac causa coram me 24. Ianuarij anni pręteriti ex rationibus tunc adductis, quibus addebatur, quod cum Antonius Carcarasius transegerit cum Carolo hærede Olimpiæ ex testamento, contra quam iudicium instituerat super prælatione in medietate vineæ, quã idem Carolus relaxauit Antonio pretio recepto, ista
1 † transactio, quæ est exceptio litis finitæ, *l. fratris, & ibi Bart. & alij. C. de trans. cap. 1. de lit. contest. in 6. Feder. de Sen. cõs. 166. in fine, Signorol. cons. 148. numer. 7. Ang. Aret. cons. 95. num. 3. & 4. Rol. cons. 28. num. 16. lib. 4. Rot. decis. 539. num. 1. par. 1. in recent. & in Bonon. census de Pepalis 1613. coram me,* debet
2 præiudicare † non solum ipsi Carolo, sed etiam ipsi FlaminioCaroli cessionario ex allegatis in decisione, licet enim Carolus transegerit etiam cum Flaminio, & ad eius fauorem cesserit hæreditatem Olimpiæ, nõ
3 propterea †Carolus desijt esse hæres, *l. sicut. C. de repud. hæred. Bald. cons. 144. num. 2. vers. & hoc verum lib. 2.* & propterea cum Carolus esset hæres, etiamsi cesserit, vt dixi, semper obstabit Flaminio quod Annius concordauit cum Carolo hærede.

Neque obstat, quod Flaminius non vtatur hodie dicta cessione, sed veniat tanquam successor ab intestato Olimpiæ sororis suæ, quia præterquam quod
4 talis cessio † fuit illi facta, præsenti, & acceptanti, vt in registro fol. 375. *cap. quod semel de reg. iur. in 6.* suc-

5 successio ab †intestato locum non habet, stante testamento, *l. quamdiu. ff. de reg. iur.* & fuit dictum in decisione.

Non obstant duæ sententiæ criminales super falsitate testamenti, quia fuit pluribus modis responsum in decisione. Quæ responsiones etiam hodie placuerunt, & nunc addebatur, quod licet semel†hæres
6 possit desinere esse hæres per legalem priuationem, vt per *Bald. cons. 58. incipio à 2. puncto num. 4. lib. 4.* per iura ibi allegata, tamen hoc procederet, si adesset res iudicata super falsitate testamenti, sed cum fuerit appellatum, & pendente appellatione à secunda sententia cessio fuerit facta à Carolo, non potest dici adesse legalem priuationem, itaut ipse desierit esse hæres, siue appellatio extinguat iudicatum saltem at-
7 tento præsenti statu, †siue suspendat effectum sententiæ, *l. 1. ff. ad Turpill. in fine, c. venientes de iur. iur. Alex. cons. 188. num. 10. lib. 2. Abb. cons. 69. num. 2. vers. & licet lib. 1. Rip. in l. 1. num. 7. ff. de re iud. fuit dictum in Corduben. redecimarum 9. Decemb. 1619. coram R. P. D. meo Buratto.*

Nec releuat, quod Carolus videatur approbasse
8 †sententias ceden. hæreditatem Flaminio *ad not. per Abb. cons. 60. num. 3. vers. nec obstat lib. 2.* Quia quicquid sit de hoc, certè approban. non potuit præiudicare Antonio, qui antea cum illo, vti hærede Olimpiæ ex testamento contraxerat, sed hodie cessat penitus difficultas, cum commissa causa appellationis per Signaturam Gubernatoris Vrbis, fuerint per eũ dictæ sententiæ reuocatæ, & absolutus Notarius de falsitate quærelatus, & impositum perpetuum silentium Fisco, & adhærentibus, vt in summario vltimo loco dato pro Antonio num. 2. & 3.

Non obstat, quod Antonius transigen cum Caro-
9 lo † esset in mala fide, cum vehementer suspicaretur de falsitate testamenti, ex quo Olimpia, cum illud fecit, amplius loqui non poterat, & ideo etiam procurauit, vt Flaminius tanquam hæres ab intestato quærelaret de nullitate testamenti, & obtulit Flaminio subministrare quatuor scuta menstrua pro expẽsis dictæ litis, immo quod etiam soluit per duos mẽses, vt apparet ex eius confessione, dum deposuit in
10 iudicio criminali, & consequenter stãte †ipsius mala fide non videatur posse iuuari dicta transactione cum Carolo, maximè in præiudiciũ Flaminij, *l. fratris, l. sub prætextu. C. de transact. cũ alijs per Card. Mantic. de tacit. lib. 26. tit. 8. num. 2. Peregr. de fideic. art. 52. num. 101.* Quia fuit responsum, quicquid esset dicendum de tali depositione, non tamen ex ea sequi, quod Antonius malè transegerit cum Carolo tanquam hærede Olimpiæ, & malè illi soluerit pretium medietatis vineæ, cum ipse exhiberet testamẽtum, publicum authenticum, & in nulla sui parte vi-
11 tiatum †quod erat probatio probata, vt in decisione dicitur, & accedit, quod eius suspicio poterat esse erronea, & cum adhuc non adesset res iudicata su-
12 per †falsitate testamenti, potuit interim iura talia, qualia acquirere submitten. iudicium suum veritati facti, & tanto magis cum idem Flaminius, ad quem spectabat impugnatio testamenti, illud ex pluribus comprobauerit, vt in decisione firmatur.

Et demum cessat difficultas, ex eo, quod Flaminius ipse transactionem, quam Antonius fecerat cũ
13 † Carolo expressè acceptauit per apocam factam 15. Octobris 1617. de qua in registro fol. 380.

Non obstat demum, quod dicta transactio fuerit facta post inhibitionem Rotalem ad instantiam Flaminij executam contra Antonium, ne auderet super dicta vinea aliquid innouare, transigere, vel conuenire, quia vltra quod illa inhibitio emanauit in diuersa causa fideicommissi pẽden. coram R. P. D. meo Caualerio, vt in regist. fol. 136. fuit etiam inhibitio generalis vigore commissionis, & in omnem euentum cantabat, ne Antonius, & Puteobonellus super dicta vinea aliquid innouare, transigere, vel conuenire, seu aliquam venditionem, vel aliam transactionem facerent in præiudicium Flaminij instantis, attenta litis pendentia de qua in actis, & sic ea non videbatur afficere Antonium, vt non posset cõtrahere cum Carolo tanquam hærede Olimpiæ, qui visa sententia A. C. & decisione Rotali voluit agnoscere bonam fidem, & vendere medietatem vineæ Antonio vigore pacti prælationis canonizati per dictam sententiam, & decisionem, ex quibus sequitur, transactionem nocere Flaminio, & consequenter nõ constare de ipsius bono iure, & sic standum in decisis. Et ita fuit decisum.

☞ *Decisio ista in hac causa emanata sub die 24. Ianuarij 1622. coram eodem bon. mem. Vbaldo, est supra in hoc Tomo decisio 338 vbi alias decisiones in hac causa emanatas annotaui, & in fine loco Iunij lege Martij.*

REVERENDISS. PIROVANO.

Romana Officij Hebræorum.

Veneris 17. Martij 1623.

ARGVMENTVM.

Status primæuus alicuius officij, quando iuxta dispositionem iuris est benè probatus, tunc vt ille mutatus presumatur, debet doceri de sufficienti tempore, & quod adfuerit voluntas volentis contrarium statum inducere, quæ voluntas præsumitur abfuisse, quando ille potestatem non habebat id facere, cum in voluntate plus non possit esse, quàm in potestate. Antecessor officij non valet per suas dispositiones supplantare eius successorem.

SVMMARIVM.

1 *de Statu priori, quando doctum fuit, ille non præsumitur mutatus, nisi doceatur consuetudine, aut legitima præscriptione sublatum fuisse.*
2 *in Consuetudine interpretatiua inducenda, si sit contra ius positiuum, requiritur idem tempus, quod in legitima præscriptione.*
3 *Status prior, vt dicatur mutatus, debet probari tempus sufficiens, & voluntas, quæ vna cum tempore est necessaria.*
4 *Antecessor nõ potest in præiudicium successoris aliquid disponere, eum supplantando.*
5 *Clausula, sublata, & decretum irritans inficit titulum, & possessionem.*
6 *Officium censetur datum, iuxta facultates illud concedentis.*
7 *in Voluntate, non debet esse plus, quam in potestate. Actus solent regulari à potestate, num. 7.*
8 *Status nouus non inducitur ex actis æquiuocis.*
9 *ad Statum nouum inducendum, debet doceri de initio contradictionis.*
10 *Præscriptio non est fundanda super actu, quæ sub Iudice manet.*

11 De-

11 *Decisiones coram Pirouano sub die 21. Aprilis, & 18. Iunij 1621. declarantur.*
12 *Societas officij, non tantum super officijs, quam super periculo vitæ fundatur.*

DECISIO CCCCLXVII.

ABSOLVTO *officium, de quo agitur, esse amouibile, & vacabile per obitum Camerariorum vsque ad annum 1591. prosequuta fuit disputatio super continuatione status amouibilitatis, & proposito dubio, An ab anno 1591. citra constet de tali mutatione status officij, de quo agitur, qua suffragetur contractus, DD. reseruarunt discutien. in particulari disputatione.

Fundamentum autem non mutationis status patens visum fuit, quia constito de anteriori sequens mutatus non præsumitur nisi probetur consuetudi-
1 ne, † aut legitima præscriptione præcedenti aduersatiua, *cap. cum de beneficio de præbend. in 6. Rot. eodem tit. decis. 2. num. 1. in nou. Seraph. decis. 1227. nu. 3. S.D.N. decis. 434. num. 6. & 20.* & eodem modo si
2 essemus in consuetudine interpretatiua, † cum sit contra ius positiuum, requiratur idem tempus, quod in legitima præscriptione, *Rot. in Rom. officij extimatoriatus 9. Octobris 1570. coram bon. mem. Cardinali Lancellotto.*

Hæc autem consuetudo aut præscriptio minimè probata videbatur, quia ad eamdem proban. requi-
3 ritur tempus sufficiens, & voluntas ad † mutandum statum debuit esse certa, & cum voluntate etiam potestas necessaria erat *Felin. in cap. in nostra, n. 41. in 2. notab. de rescript.* & probat *ad Monach. in dicto cap. cum de beneficio. num. 8 & 13. & d. 163. nu. 4. par. 1. in recent.* sed hoc postremum deficit in Car-
4 dinalibus Camerarijs, dum non possunt † in præiudicium successorum aliquid disponere supplantando illos *Bald. tit. qui success. feud. dar. teneant. col. 2. vers. not quod, Afflict. decis. 101. num. 2. Gabr. cons. 83. num. 14. lib. 1.* quod etiam fuit firmatum in supradicta *Romana officij æstimatoriatus, & in decis. in hac causa facta 10. Februarij præteriti*, & vlterius particulari Constit. fel. record. Sixti V. prohibetur, quæ data fuit, & de Camerarijs expressè loquitur cum
5 clausula sublata, & decreto † irritanti, quæ solet inficere titulum, & possessionem, *Caßad. decis. 1. num. 7. de restit. spoliat. Rot. decis. 613. num. 7. par. 1. recent.*

Secundum verò de voluntate mutandi statum apertè dignosci non potest, quia & si concessio legatur ad vitam officialis ibi, & ad vitam tuam duraturam, attamen potest intelligi pro illa vice tantum
6 non mutato statu in † futurum, vel ad vitam officialis iuxta facultates concedentis, vinculando propriã potestatem amouendi officium ad nutum suum, ne
7 plus fit in voluntate quam † in potestate, à qua actus voluntatis solent regulari, atque ita per necesse includi non potest status contrarius dum se compati potest cum natura officij secundum qualitates in erectione impressas.

Demum, & tempus sufficiens deficit quia si attendatur prima concessio de anno 1591 pro Ludouico Asculano, cum ille decesserit adhuc superstite Camerario, qui concessit, ex illa non potest argui im-
8 pressio noui † status propter æquiuocam voluntatem concedentis, quæ ob prædecessum d. Ludouici non potuit declarari ex continuatione officialis in vita secundi Camerarij prædecessoris. Altera vero Alexandri Ceccarelli de anno 1593 quæ durauit vsque ad obitum Cardinalis Gaetani concedentis de anno 1600. & per ipsum non potuit inchoari status contrarius per acquiescentiam Card. Aldobrandini Camerarij successoris, nisi dato initio contradictorio,
9 † super expulsione per successores intentato, *Iaß. in l. quominus num. 32. ff. de flum. Natta cons. 106. numer. 9. Bald. de præscriptionibus 4. par. 5. partis principalis quæst. 5. nu. 4. Boer. decis. 125. Capic. decis. 209. num. 26.* Reliquæ vero duæ concessiones factæ per Card. Petrum Aldobrandinum pro Francisco socio, & pro Scarpello nunc officij possessore, cum contro-
10 uertantur, & pendeat iudicium † cessat acquiescentia super qua fundatur initium præscriptionis.

Non obstant decisiones coram me inter Scarpel-
11 lum, & Cæsium 21. Aprilis, & 18. Iunij 1621. † quia procedunt solum ad effectum sustinendi societatem tanquam factam bona fide, sed præterea eo etiam casu vt societas sustineri nõ posset vt Scarpellus prętendit debuisset probari officium non esse vendibile, nec vacabile, cuius tamen cõtrarium dicitur hic of-
12 ficium esse & vendibile, & † vacabile, sed per mortem tantum concedentis durare venditionem, quod non repugnat naturæ societatis officij, quæ super periculo vitæ fundatur.

Neque etiam obstat quod concessio ad vitam officialis legatur de mandato Papę, & ex illius viuæ vocis oraculo.

Quia hoc pertinet ad partem reseruatam, de qua particulariter erit agen. Et ita &c.

Idest sub die 3. Februarij præsentis anni 1623. coram eodem bon. mem. Pirouano, est supra in hoc Tomo decisio 455.

R. P. D. REMBOLDO.

Ciuitatis Castelli Pecuniaria.

Lunæ 20. Martij 1623.

ARGVMENTVM.

Arbitrium non solet denegare Rota, quando subest aliqua æquitas illud interponendi, & hic discutitur de sanatione contractus minoris, in quo interfuerunt omnes solemnitates requisitæ à statuto loci contractus, & solum desiderabatur insinuatio requisita vigore Constitutionis Marchiæ lib. 5. cap. 25. & pro sanatione fuit responsum ex causis in decisione adductis. Princeps numquam censetur per suam sanatoriam lædere ius partis, quoad iustitiam, & quando dicta læsio non intret.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, arbitrio, multum minuit de rigore iuris.*
2 *Arbitrium intrat, vbi subest æquitas.*
3 *Solemnitates loci, quando sunt seruatæ in contractibus minorum, non est ita clarũ; an in eodem requiritur insinuatio, vigore Constitut. Marchiæ lib. 5. cap. 25.*
4 *Rota non solet denegare arbitrium, quando res est dubia.*
5 *Aetatis minoritas probatur ex fide Baptismi.*
6 *Forensis verisimiliter præsumi potest, quod ignoret Constitutiones loci.*
7 *Aetatis minoris ratione, quis est restituendus aduersus omissionem solemnitatum.*

8 So-

8 *Solemnitatum omissio non sanatur, quando illa respicit merita causæ.*
9 *Princeps nũquam censetur voluisse per sanatoriam lædere ius partis, quoad iustitiam.*
10 *Quod procederet, quando per dictam sanationem omissionis solemnitatum, induceretur aliqua obligatio, quæ aliàs non induceretur.*
11 *Minor per solemnitatum omissionem quando non remaneat, neque naturaliter obligatus.*
12 *in Contractu minorum aliud est, quod nullæ solemnitates fuerunt adhibitæ, & aliud, si vna tantum deficiat.*
13 *Obligationem inducere aliud, & aliud eam conseruare.*
14 *Iustitia in aliquo non læditur, quando tantum remittatur rigor scrupulosæ solemnitatis.*
15 *Minor, licet fuerit restitutus aduersus omissionem solemnitatum, ex hoc tamen non præcluditur ei via petendi rescissionem contractus ex capite enormissimæ læsionis.*

DECISIO CCCCLXVIII.

POST resolutionem in hac causa factam, quod contractus, de quo agitur, erat ex defectu insinuationis requisitæ per Constitutionẽ Marchiæ lib. 5. cap. 25. nullus, Albericus adijt Signaturam Sanctissimi pro sanatione dictæ nullitatis, & ab ea obtinuit rescribi cum clausula arbitrio Rotæ. Vnde dubitaui An intret arbitrium, & DD. censuerũt intrare, quia
1 cum dicta † clausula multum minuat iuris rigorem, vt millies fuit decisum, arbitrium semper intrat, vbi
2 † subest æquitas, & in casu isto magna concurrit æquitas, vt sanetur dicta nullitas, tum quia in dicto contractu fuerunt seruatæ omnes solemnitates vigore statuti Ciuitatis Castelli, vbi contractus fuit celebratus requisitæ, nec adeo certum est, quod in eo
3 † requireretur quoque vltra dictas solemnitates insinuatio, vt saltem de hoc probabiliter dubitari non
4 valeat, quo casu Rota † non solet denegare arbitrium *ad tradit. per Lancell. de attent. par. 3. cap. 24. q. 19. num. 5.* cum alijs adductis *in Vicen. parochialis 10. Decembris 1608. & in Elboren. iuris conferendi 18. Martij 1613. coram Reuerendiss. D. meo Patriarcha, & in Virdunen. Abbatiæ* 5. Maij 1614. *coram R.P.D. meo Verospio.*

Tum & maximè quia Albericus erat tempore ce-
5 lebrati contractus † minor, vt apparet ex fide Baptismi, & testibus qui dantur, & cum sit forensis, verisi-
6 militer ignorare † potuit Constitutionem Marchiæ, ac propterea eo magis videtur excusãdus, vel saltem
7 ratione minoris ætatis † aduersus omissionem dictæ solemnitatis restituendus, *iuxta tradita per Innoc. in rubr. de consuetud. nu. 5. Ias. in l. cunctos populos. num. 66. vers. vnum tamen. C. de summa Trinit. & Fid. Cath. cũ alijs per Odd. de restit. in integr. par. 1. q. 8. art. 12. num. 96.* vbi testatur de communi *Verall. decis. 207 num. 5. par. 3.*

8 Nec obstat, quod omissio solemnitatum non † sanatur, quando illa respicit merita causæ, & iustitiam, cum numquam censeatur Principem voluisse per sa-
9 natoriam † lædere ius partis quoad iustitiam, *Bart. in l. filiusfamilias. num. 2. ff. de donat. & fuit dictum in Romana domorum in Burgo 22. Iunij 1615. corã R.P.D. meo Vbaldo*, quod contingeret in casu isto,
10 eo quod per sanationem omissionis † insinuationis induceretur obligatio Raphaelis, qui alias non esset obligatus *ad tradit. per Rot. decis. 177. nu. 12. par. 1. in recentior.*

Quia fuit responsum, quod quicquid dicendum esset, si adesset totalis omissio omnium solemnitatũ,
11 quo casu fortassis sustineri † posset, quod dictus Raphael non sit neque etiam naturaliter obligatus, *vt in dicta decis. 177. par. 1. in recent.* cessat in casu isto difficultas, ex quo vt dictum est, fuerunt in isto con-
12 tractu adhibitæ omnes solemnitates vigore † statuti Ciuitatis Castelli requisitæ, & omissa tantum dicta insinuatio, nec propterea dubitari posse, quia dictus Raphael sit saltem naturaliter obligatus, ita quod per sanationem omissionis dictæ insinuationis potius
13 conseruetur † eius obligatio, quam de nouo inducatur, nec per consequens ius ipsius in aliquo quo-
14 ad iustitiam lędatur, sed tantum † remittatur rigor scrupulosæ solemnitatis, & dicto Raphaeli saluum
15 remaneat † ius petendi dicti contractus rescissionem ex capite enormissimæ læsionis &c.

REVERENDISS. COCCINO.

Firmana Altaris.

Lunæ 20. Martij 1623.

ARGVMENTVM.

Auditor Rotæ in causa Beneficiali, coram eo pendente, quam auctoritatem habeat. Gratia obtenta lite pendente, cum tali casu non liceat Principi supplicare, ideoq. est nulla, & quid si sit facta mentio litis, & stante tali mentione, an absque vitio attentatorum gratia obtenta possit executioni demandari. Et plura habes, quando subrogatus gratiosè capiendo possessionem beneficij attentet, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *in Beneficialibus in principio censetur deductum omne ius, non solum competens, sed etiam competiturum, & num. 20.*
2 *Causa quando in Rota, fuit introducta, non est adeundus alius Iudex, & num. 19.*
3 *Auditor Rotæ in causa beneficiali coram eo pendente, quam iurisdictionem habeat, & num. 4.*
5 *Gratia obtenta lite pendente valet, dum mentio litis est facta.*
Principi non licet supplicari lite pendente, num. 5.
6 *Gratia obtenta lite pendente, facta litis mentione licet valeat, non tamen potest ea executioni demandari absque vitio attentatorum.*
7 *Possessio potest capi lite pendente vigore subrogationis gratiosæ, absque vitio attentatorum.*
8 *Subrogatio gratiosa tollit omne impedimentum, quoad capiendam possessionem, cum possessio defuncti censeatur continuata in subrogatum.*
9 *Possessio defuncti non potest dici continuata in successorem, si ante actualem apprehensionem fuerit ea occupata à tertio.*
10 *Subrogatio gratiosa non operatur effectum ante actualem apprehensionem.*
11 *Subrogatus gratiosè, intelligitur subrogatus quoad possessionem iuris, & nõ facti, quæ requirit actualem apprehensionem.*
12 *Possessio subrogati gratiosè appellatur ciuilissima, quæ est ad instar possessionis hæredis in quem vigore statuti continuatur possessio defuncti.*
13 *Et illius effectus tant idem est, vt si defunctus fuerit*

rit turbatus in possessione, hæres possit intentare interdictum retinendæ aduersus turbatorem.

14 *in Hæredem licet vigore statuti continuetur possessio defuncti, tamen si alius eam capiat ante aditam hæreditatem, an hæredi competat interdictum retinendæ.*

15 *Subrogationis gratiosæ effectus cessat, dum tertius ante actualem apprehensionem possessionis subrogati, ipse cœperit possessionem.*

16 *Subrogatio gratiosa, tunc operatur suum effectum, quando subrogatus, propria auctoritate cœperit possessionem vacantem, quod non procedit, quando est plena.*

17 *Subrogatus gratiosè non potest amplius capere possessionem vacantem propria auctoritate, quando iam adiuit Iudicem.*

18 *Subrogatus gratiosè licet capiens possessionem propria auctoritate non attentet, tamen secus est, si id faciat postquam adiuit Iudicem.*

21 *Beneficij prouisio facta ab Ordinario lite pendente, inualida est.*

22 *Et ideo executor Apostolicus potest procedere contra eum, etiam non citatum.*

23 *Rota decis. 17. de restit. spoliat. in antiq. quando habeat locum.*

24 *Lis quando est finita, non potest dici, quod aliquid fuerit factum lite pendente, & sic nullum sit.*

25 *Cap. 2. vt lit. pendent. in 6. continet decretum irritans.*

26 *Decretum irritans dum non est iustificatum, non tollit insistentiam facti.*

27 *de Beneficio prouisus ab Ordinario lite pendente, quando nihilominus veniat citandus, si alius immittendus sit in possessionem.*

28 *Possessor est citandus, licet habeat contra se decretum irritans, si clarum, ac apertum non sit, quod illud intret.*

DECISIO CCCCLXIX.

POSSIDENTE Antonio Francisco beneficium, de quo agitur, Riccardus vigore subrogationis gratiosæ, etiam quoad possessionem in iuribus Coriolani defuncti non citato Antonio Francisco obtinuit per A.C. executorem datum in dicta gratia procedi ad illius executionem; vnde dubitaui an constaret de attentatis, & affirmatiuè fuit resolutum, quia cum ab initio Riccardus commiserit causam contra Coriolanum, post cuius obitum cum fuerit in causa Antonius Franciscus, non potuit Riccardus adire
1 A.C. pro executione illius gratiæ, quia cum † in beneficialibus censeatur deductum omne ius ab initio, nec solum id, quod competebat de tempore commissionis, sed etiam quod competere poterat post commissionem, *Aegid. decis. 661. incipiente si ex gratia, Put. decis. 79. num. 1, lib. 1. Rota decis. 217. nu. 3. lib. 2. par. 3.* propterea Riccardus censetur deduxisse etiã
2 istam gratiam, de qua in Rota † cognosci debuerat, itaut executor in illa datus non potuerit absque vitio attentatorum ad illius executionem procedere,
3 Auditor † enim Rotæ deputatus in causa vigore, *clem.*
4 *Auditor de rescript.* poterat purificare gratiam † de qua agitur, coram eo, *Vitalin. in d. clem. Auditor. num. 49 Aegid. decis. 666. incipien.* Auditor deputatus, & pluries Rota reuocauit similes executiones tanquam attentatas, *vt in causa Salamantina portionis 23. Iunij 1586. coram Bubalo, & in causa Aquilana beneficij 1. Iulij 1588. coram Orano,* in
5 qua dicitur, quod licet mentio litis † operetur quod gratia sustineatur, ea non obstante cum lite pendente non liceat Principi supplicare, *Franch. in cap. vt debitus num. 34. de appellat. Aegid. decis. 46. Cassad. decis. 18. nu. 6. de præben.* non tamen operatur, quod
6 ea pendente absque vitio † attentatorum possit procedi ad executionem propter prædicta, & per istas rationes ita fuit resolutum *in causa Pientina beneficij 26. Ianuarij 1609. coram me, & in causa Terdonen. Iurispatronatus 13. Maij coram R.P. D. meo Pamphilio.*

Non obstat, quod vigore subrogationis gratiosæ,
7 & quoad † possessionem potest capi possessio, & lite pendente absque vitio attentatorum, quia possessio censetur cõtinuata, & gratiosa subrogatio tollit om-
8 nia † impedimenta, prout si possessio fuisset in subrogato à possessore continuata, *Mobed. decis. 11. vt lit. pendent. Put. decis. 208. lib. 1. in nou. Lancell. de attent. lite pend. par. 2. cap. 4. num. 339. & seqq. in præfat. Mandos. super regula de subrogan. q. 8. per totã, & fuit dictum in causa Parmen. beneficij S. Nicolai de Tolentino 21. Aprilis 1589. coram bon. mem. Penia.* Nam huic motiuo dupliciter fuit responsum,
9 primò quod cum ante actualem † apprehensionem Riccardi, Ant. Franc. cępisset naturalem, cessauit effectus continuationis possessionis, cum possessio fuisset ab alio occupata, *Ruin. cons. 27. num. 6. lib. 5. Paris. cons. 1. num. 288. lib. 1. & fuit resolutum in causa Lucana maiusculatus 27. Aprilis 1537. coram Orano,*
10 & ratio est quia licet † subrogatio gratiosè sit pura & operetur effectum continuationis in subrogatum, vt per DD. in obiecto allegatos, tamen non opera-
11 tur ante apprehensionem subrogato, † quia subrogatus quoad facultatem apprehendendi, vel intelligitur subrogatus quoad possessionem iuris non facti, quæ requirit apprehensionẽ, *Sarnens. in reg. de trien. q. 14. num. 8. in fin. vers. nec obstat quod sit subrogatus, & num. 10. in fin. Mobed. decis. 21. de restit. spoliat. in fine. Verall. decis. 231. par. 3. Cott. decis. 189. Gonzal. ad reg. 8. in probem. §. 3. num. 93. & 94. & gloss. 34. num. 110. & fuit dictum in allegata Lucana maiusculatus,* & ista possessio subrogati appellatur
12 † ciuilissima, quæ est ad instar possessionis hæredis, in quem vigore statuti continuatur possessio defuncti, sed illius effectus est tantummodo, vt si defunctus
13 fuit turbatus † in possessione, hæres possit intentare interdictum retinendæ aduersus turbatorem, vt post *Io. Fab. in §. retinendæ. nu. 9. instit. de interdict. tradit Guidopap. q. 552. num. 3. cum alijs per Menoch. de retinen. remed. 3. num. 59.* Nam alio post mortem defuncti ingresso possessionem naturalem ante aditã
14 hæreditatem † per hæredem interuertitur illa ciuilissima possessio, adeo quod hæredi non competat interdictum retinendæ, *Gabr. de acq. poss. concl. vlt. numer. 18.* & fuit latè deductum *in causa Pampilonen. parochialis 20. Iunij 1612. coram R.P.D. meo Vbaldo,* & præterea ex prædictis cum fuerit possessio capta ab Antonio Francisco ante actualem apprehensio-
15 nem Riccardi, † cessat effectus continuationis possessionis Riccardi vigore subrogationis gratiosæ.

Secunda fuit data responsio, quod prædicta proce-
16 dant, quando quis † propria auctoritate vigore subrogationis gratiosæ capit possessionem vacantem, si vero possessio est plena, secus dicendum est per su-
17 prædicta, immo nec postquam Iudicem † adiuit, potest

test amplius propria auctoritate capere possessioné vacantem, quia sibi præiudicauit adeundo Iudicem, *vt fuit resolutum in causa Tirasonen. canonicatus 9. Iunij 1550. coram bo. mem. Acchille de Grassis, et testatur Mãdos. in reg. de subrog. q. 8.* vbi dicit, quod licet capiens possessionem vigore subrogationis gra-
18 tiosæ non attentet, † secus tamen est, si postquam adiuit Iudicẽ propria auctoritate capiat possessionem, *vt in d. causa Pampilonen. parochialis coram R. P. D. meo Vbaldo*, & propterea ad effugienda attentata
19 † debebat adire Rotam, non autem A. C. cum lis pẽ-
20 deret in Rota, in qua cẽsebatur deductum omne † ius competens & competiturum, vt supra dictum est.
21 Nõ obstat quod Antonius Franciscus fuerit † prouisus lite pendente ab Ordinario *contra tex. in cap. 2. vt lit. pend. in 6.* & ideo executor poterit procedere
22 contra † illum non citatum. *Rot. decis 17. de restit. spoliat. in antiq. quæ duplicatur apud Bisignett. dec. 4. eod. tit.* & procedit quando lis pendebat in petito-
23 rio, quo suspenso † fuit lata sententia in possessorio, vt ponderando verba in principio decisionis ibi contra quem de beneficio litigabatur, dicit. *Cassad. dec. 4. ante medium vers. nec refragatur, vt lit. pend.* Nam fuit responsum obiectum cessare, quia cum lis esset facta contra Riccardum, ex quo Carolianus reportauerat ad sui fauorem rem iudicatam, vt fuit resolutũ 6. Iunij 1611. coram Reuerendissimo Lugduneñ. me-
24 ritò † non erant amplius ligatæ manus Ordinarij, & cessat omnis difficultas, quia decisio prædicta funda-
25 tur in decreto † irritanti, quod habetur *in d. cap. 2.* quod cum hodie non sit iustificatum propter exce-
26 ptionem rei vendicatæ, interim non tollit † insistentiam facti, *vt fuit resolutum in causa Tudertina assignæ 18. Iunij 1627. coram me*, & propterea benè Antonius Franciscus potest dare de attentatis.

Placet etiam aliud motiuum decisionis, quod possessio Riccardi fuit nulla tanquam capta non citato
27 Antonio Francisco, qui licet si fuisset † prouisus ab Ordinario lite pendente, non debuisset citari *vt d. dec. 17. de restit. spoliat. in antiquis*, tamen secus est in in casu isto, quia aut eius possessio est indubitata cum fuerit prouisus post rem iudicatam, aut materia est turbida, & decretum irritans de quo *in d. cap. 2.* cum
28 non sit iustificatum, non tollit insistentiam † facti, vt dictum est, & vtroque casu intrat conclusio quod possessor est citandus. *Aym. cons. 255. num. 5. cum allegatis in alijs decisionibus.*

Et ita, &c.

R. P. D. VBALDO.

Romana Canonum.

Lunæ 20. Martij 1623.

ARGVMENTVM.

Hæredibus competit via executiua ad aliquod creditũ consequendum, si ea competebat defuncto. Dos data viro in tantis bonis æstimatis, tunc dicta bona spectant ad virum, & non ad vxorem, quod limitatur. Sententia antiqua probat sine actis, & quando dicatur antiqua.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis prodest, & nocet respectiuè hæredibus ad effectum procedendi via executiua.*
2 *Hæres, quis præsumitur esse, si talis se enunciat.*
3 *Error in posteriori instrumento non vitiat præcedentem contractum.*
4 *Error, vbi est in referente, & constat de relato, relatum semper attenditur.*
5 *Dos, quando datur in bonis æstimatis tunc d. bona spectant ad virum, & non ad vxorem.*
6 *Limita hoc nisi æstimatio facta fuerit ad alium effectum, videlicet ad dignoscendum valorem. vide numer. 7.*
8 *In Dotem quoties datur res æstimata minori pretio, quam valeat, æstimatio, tunc non facit emptionem.*
9 *Datio insolutum iuncta actuali traditione trãsfert dominium.*
10 *Rota non exequitur sententias aliorum Tribunalium, nisi docto de iustitia.*
11 *Sententia sine actis lata non probat.*
12 *Pro sententia antiqua præsumitur etiam sine actis tam quoad iustitiam, quam quoad solemnitates.*
13 *Sententia dicitur antiqua, si sit lata annis saltem triginta ante motam litem.*
15 *Dominium emphyteusis ad effectum solutionis canonis probatur leuioribus probationibus.*
16 *Obligationis Cameralis executio non impeditur per exceptiones dubias, & altiorem indaginem requirentes.*

DECISIO CCCCLXX.

Ad instantiam Dominorum de Perbenedictis proposui dubium, aliàs resolutum die 25. Maij 1618. * coram Reuerendiss. Seleucien. quamuis iã fuerit disputatum aliud dubium in eadem decisione reseruatum super præscriptione, quod fuit resolutum die 15. Aprilis præteriti coram me. * Domini autem censuerunt, standum esse in decisis dicta die 25. Maij, videlicet, deberi canones hæredibus Annæ via executiua ex rationibus tunc deductis, videlicet, ex assertione, & confessione partium, quod Victoria habuerit in emphyteusim Domum ab Anna, quia Eques lo Baptista, à quo causam habent Moderni de Perbenedictis in Instrumento cessionis sibi facto à Victoria de Vitellis de anno 1555. de Domo, de qua agitur, suscepit in se onus soluendi canonem scut. 18. præfatæ D. Annæ, cum clausula in forma Cameræ, &
1 propterea ista † obligatio prodest, & nocet respectiuè hæredibus ad effectum procedendi via executiua, *Galles. ad form. Camer. oblig. quæst. 4. num. 1. & ibi Adden. numer. 6. Rota in Tusculana Releuationis indemnitatis coram R. P. D. Pampbilio, quæ est decis. 630. num. 1. par. 1. in recent.* prout hæc duo, videlicet, confessionem cum promissione de soluen. considerat *Roman. consil. 290. col. 2. vers. Etsi dicatur.* Quod autem Domini de Perbenedictis sint hæredes Equitis, hodie non controuertitur, & aliàs fuit ad-
2 ductum ipsorum mandatum † procuræ, in quo se tales enunciant *Bart. in l. Gerit. num. 15. ff. de acq. hæred.* Quod verò D. Antonius Franciscus sit hæres saltem mediatus Annæ, fuit firmatum in decisione super hoc facta *die 10. Maij 1620. coram Reuerendissimo Seleucien.*

Non obstat, quod supradicta assertio sit erronea, cum re vera Victoria habuerit domum in Emphiteusim ab Aloysio marito Annæ, non autem ab Anna, vt constat ex instrumento celebrato 8. Martij 1553. Quia imprimis dicebat vnus ex Dominis de veritate concessionis domus in emphiteusim facta Victoriæ,
3 dubitari non posse, & prætensum errorem † nominis in

in posteriori instrumento non posse vitiare contractũ
præcedentem, ex quo enunciatur instrumentum
præcedens ad quod partes voluerunt habere relatio-
nem, cum expressione diei, & anni, & Notarij de eo
rogati, vt in his terminis fuit dictum *in Mindonien.
Archidiaconatus* 1. *Iulij* 1616. *coram me*, & aliàs
4 certum est, quod vbi error † est in referente, & con-
stat de relato, relatum semper attenditur, *Doct. in
Auth. si quis in aliquo vbi Dec. num.* 34. *Alciat. num.
6. C. de eden. cum alijs per Paris. cons.* 7. *num.* 4. *&* 5.
lib. 3. *& per Menoch. cons.* 1. *num.* 95. *Rot. decis.* 684.
sub num. 4. *par.* 1. *recent. decis.* 158. *num.* 4. *decis.* 550.
num. 2. *et decis.* 580. *num.* 6. *part.* 2. vnde dicta præ-
tensa falsa narratiua sicuti non vitiat translationem
vtilis dominij in Perbenedictos, ita nec vitiare debet
obligationem suscepti oneris soluendi canonem.

Præterea negabatur prætensus error, nec videtur
absolutum, quod Victoria habuerit istã emphiteusim
à solo Aloysio, quia fuit ei concessa à procuratore
Aloysij, sed nomine etiam Annæ, pro qua de rato
promisit, & cessit omnia iura, & actiones vtilia, &
vtiles Aloysio, & vxori competen. & iure directi do-
minij, & proprietatis dictæ domus pro Aloysio, &
vxore semper saluis, & ipsa Anna dictam concessio-
nem tamquam suo nomine etiam factam ratificauit
per publicum instrumentum.

Non obstat, quod obligatio Equitis adhuc sit erro-
nea, ex quo istæ domus fuerant datæ æstimatæ mari-
5 to Annæ pro dote promissa in † pecunia, & propte-
rea non spectabant ad Annam, sed ad maritum. *l. Quo-
ties, l. cum dotem, vbi Bald. C. de iur. dot cum latè cu-
mulatis per Hond. cons.* 14. *num.* 43. *& seq. & cons.* 41.
num. 4. *&* 5. *lib.* 1. *Seraph. decis.* 1480. *num.* 1. *& fuit
in his terminis dictum in Romana, seu Interamnen.
fundi dotalis* 20. *Februarij* 1589. *coram Cardinali
Platto, & in Romana Dotis* 9. *Decembris* 1613. *corã
me, & aliàs sæpè*, & in hanc sententiam inclinauit
Rota in hac causa. vt in decisione 13. Octobris 1595.
vers. hanc tamen, coram bo. me. Penia, quia fuit re-
sponsum, fuisse etiam conuentum in hæc verba, & di-
ctas domos pro restitutione dictæ dotis in omnem
casum, & euentum restitutionis fiendæ, obligauit, &
hypothecauit, & pro fundo dotali constituit, quo ca-
su dubitabilis redditur prædicta conclusio, videtur
6 enim æstimatio facta ad alium finem, † videlicet, ad
dignoscendum rei valorem, vt si deterior fiat res do-
talis culpa viri, mulieri sit consultum, *l. Aestimatis
vbi Doct. ff. sol. matr. Couarr. pract. quæst. cap.* 28. *nu.*
2. *vers. Sed ex contrario, Soccin. Sen. cons.* 56. *num.* 3.
lib. 1. *Aret. cons.* 84. *Rol. cons* 64. *num.* 2. *lib.* 4. *et cons.*
92. *num.* 6. *et num.* 21. *lib.* 1. *Turrett. cons.* 36. *num.* 6.
7 & in specie quando partes conuenerunt, † vt domus
insolutum esset pro fundo dotali, *Thob. Non. consil.*
106. *num.* 2. & confirmabatur, quia Cardinalis Sode-
rinus, qui dedit domos pro dote dictæ Annæ suæ ne-
ptis, in ducatis decemmillibus donauit, si plus vale-
rent dicto pretio, illud plus dictæ Annæ, & eius viro,
etiam si dimidium iusti pretij excederet, & certum
8 est, quod quoties datur res in † dotem æstimata mi-
nori pretio, quã valeat, maximè si diminutio sit vltra
dimidiam, æstimatio tunc non facit emptionem, *Doct.
in l. conuentione, vbi Ias. num.* 3. *C. de pact. Rol d. cõs.*
64. *num.* 3. *et num.* 17. *vers. non obstat. lib.* 4. *Non. d.*
106. *num.* 5. vnde non videtur absolutum, quod Do-
mus hoc casu transierint in virum.

Et quatenus prædicta essent dubia, Domini existi-
mabant, cessare difficultatem ex sententia Rotæ Flo-
rentiæ, in qua post mortem viri, pronunciauit, do-
mos esse restituendas Annæ pro sua dote, prout fue-
runt restitutæ aliæ domus, ista excepta de qua agitur
quæ erat iam in emphiteusim concessa Victoriæ, & ab
ea cessa Equiti Perbenedicto; ex qua sententia, cui
partes acquieuerunt, immò per laudum emologatũ
inter hæredes Aloysij, & hæredes Annæ, fuit confir-
mata, non videtur dubitan. quin fuerit Annæ acquisi-
tus titulus, præsertim cum per d. sententiam fuerint
insolutum datæ, & adiudicatæ Annæ dictæ domus
9 pro dicta sua dote, quæ datio † insolutum, seu addiu-
dicatio iuncta actuali restitutione vtique transtulit
dominium in Annam, *§. fin. vbi glos. Inst. de offic.
iud. cum alijs per Rot. decis.* 725. *num.* 4. *p.* 2. *recent.*
10 Et quamuis Rota non † exequatur sententias aliorũ
Tribunalium, nisi docto de iustitia, iuxta decis. *Put.*
204. *lib.* 2. Tamen hic non agitur de executione istius
sententiæ, sed incidenter deducitur ad effectum tituli;
11 Nec rursum dicatur, † eam non probare sine actis de
stylo Rotæ *Seraph. decis.* 615. *num.* 5. *Rota decis.* 665.
num. 2. *par.* 1. *in recent.* Quia cum fuerit, vt dixi, pro
maiori parte iam executa in 16. domibus ab ipsa
Anna, & hæredibus semper possessis, quæ sunt eiusdẽ
iuris cum ista, de qua agitur, nec agatur de vlteriori
sententiæ executione, & canonizatione in gradu ap-
pellationis, non videtur necessaria alia iustificatio ex
actis, vt fuit consideratum in Florentina pecuniaria
12 21. Iunij 1621. coram me, & tantò magis † cum si-
mus in sententia lata vsque de anno 1563. pro qua
præsumitur etiam sine actis, tàm quoad iustitiam,
quàm quoad solemnitates, *Put. dec.* 328. *lib.* 2. *in nou.
Cassad. decis.* 3. *num.* 2. *de procur.* Rot. *decis.* 296. *nu.*
6. *coram Cardinali Mantica, et decis.* 33. *num.* 1. *part.*
13 2. *in recent.* & antiqua dicitur, † quæ fuit lata annis
saltem triginta ante motam litem, *vt per Put. d. dec.*
328. *Card. Mantic. d. decis.* 296. *num.* 7. *fuit dictum
in Anconitana Saluiani* 9. *Maij præteriti coram me*,
quod tempus hic adest, cum fuerit lata sententia, vt
dixi, anno 1563. & præsens lis contra Dominos de
Perbenedictis fuerit mota de anno 1611. vt fuit fir-
matum in hac causa 15. Aprilis præteriti coram me;
Et accedit, quod dicta sententia fuit acceptata per
laudum emologatum vt supra dixi, quod laudum si
opus erit, poterit in actis produci.

Nec obstat, quod Anna, mortuo marito, cœperit
possessionem 16. domorum, & census super ista do-
mo, de qua agitur, pro cautione suæ dotis, donec sibi
14 fuerit integraliter satisfactum de sua dote, † ex quo
infertur, quod domus non erant dotales. Quia vl-
tra quod ibi expressè dicitur, quod Anna apprehen-
dit possessionem bonorum, in qua erat Aloysius tem-
pore sui obitus, tanquam in fundum dotalem, & pro
fundo dotali; respondebatur etiam istam apprehen-
sionem fuisse factam à procuratore Annę de anno
1559. & postea superuenisse sententiam Rotæ Florẽ-
tiæ adiudicatoriam de anno 1563. & demum consi-
derabant Domini, quod quatenus supradicta non
sufficerent ad proban. dominium Annæ ad effe-
ctum deuolutionis prout resoluit Rota in hac causa,
coram bo. mem. Penia in decisione supra allegata.
Tamen satis superque probant dominium ad effectũ
solutionis canonum, ad quem hodie agitur, videli-
cet, constitutio dotis in istis domibus pro fundo do-
tali euenien. casu restitutionis, concessio in emphi-
teusim Victoriæ, nomine etiam Annæ, cum secuta

eius

eius ratificatione, onus susceptum ab Equite Ioanne Baptista soluendi canones Annæ cum alijs supra
15 adductis, cum ad istum effectum † sufficiant leuiores probationes, & etiam inditia, vt fuit dictum in causa Lauden. Deuolutionis 26. Iunij 1596. coram bo. me. Pacen. Rota decis. 249. num. 2. par. 1. recent. et decis. 12. num. 6. par. 2. & quatenus adhuc essent dubia, & altiorem indaginem requirentia, non viden-
16 tur † posse retardare executionem obligationis Cameralis, Cassad. decis. vnic. num. 2. de mut. pet. Seraph. decis. 1455. num. 2. Rot. decis. 234. in fin. coram Sanctis in qua continetur stipulatio pro omnibus, quorum interest, Rota decis. 97. num. 2. et decis. 99. num. 7. post tract. de Camer. oblig. Ad alia leuiora fuit responsum per informantes.

Et ita fuit decisum.

Decisiones istæ in hac causa factæ prima sub die 18. Maij 1618. est supra in hoc Thomo dec. 29. secunda sub die 15. Aprilis 1622. est etiam supra decisio 372. et Tertia sub die 10. Maij 1620. coram bo. me. Archiepiscopo Dunozetto est pariter supra decis. 209.

R. P. D. NAVARRO.

Pistorien. Plebaniæ.

Veneris 24. Martij 1623.

ARGVMENTVM.

Papa, si admiserit resignationem beneficij iurispatronatus, accedente consensu medietatis patronorum, cum derogatione alterius patris, hoc casu, vt admittatur talis resignatio, cuius consensus sufficiat, & tractatur de pertinentia iurispatronatus, qualiter scilicet sufficiat, vt probetur hoc casu.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus potest probari per sententiam, & maxime si sit antiquissima.*
2 *Iuspatronatus doceri potest ex consensu præstito in resignatione.*
3 *Iuspatronatus ex quibus sufficienter probetur.*
4 *Iuspatronatus probatur leuioribus probationibus, quando agitur inter compatronos.*
5 *pro Narratiuæ iustificatione sufficiunt leuiores probationes.*
6 *Præstandi quasi possessio non transfertur in successorem.*
7 *Possessio præsentandi patris nec transit in filium, etiã stante statuto continuante possessionem in hæredem absque apprehensione.*
8 *de Actis ea, quæ non sunt, non attenduntur.*
9 *Sententia lata super statu beneficij facit ius, quoad omnes.*
10 *Sententia vnica, si plures continentur, vno eodemque iure censeri debent,*
Et ideo quasi possessio vnius suffragatur alteri.
11 *Iurispatronatus, quasi possessio probari potest ex appositione stemmatum familiæ, ex mandato Iudicis facta.*
12 *ad Iurispatronatus pertinentiam ex quibus soleat inferri.*
13 *Sententia in incorporalibus trahit secum executionem, absque alio facto hominis.*
14 *pro Consensu in resignationibus beneficiorum iurispatronatus ad quem sit recurrendum.*
15 *in Iurispatronatus materia attenditur potius quasi possessio, quam proprietas.*
16 *Spurius est incapax Iurispatronatus, & nu. 18.*
17 *Illegitimus sufficit, vt sit in quasi possessione præsentandi, ad hoc vt dicatur habilis.*
19 *Iuspatronatus potius præsumitur hæreditarium, quam gentilitium.*
20 *Status vltimus in beneficialibus attenditur.*
21 *Papa, si in resignatione beneficij iurispatronatus requirat consensum patronorum, de quibus præsumitur intellexisse.*
22 *Præsentare, & consentire prouisioni paria sunt.*
23 *Dec. in cons. 149. num. 4. reprobatur.*

DECISIO CCCCLXXI.

RESIGNAVERAT in manibus Sanctissimi Vincentius de Spicis plebaniam S. Petri de Auiolo ad fauorem Zenobij de Spicis eius ex fratre nepotis, & de ipsa prouideri obtinuit accedente consensu medietatis modernorum patronorum cum derogatione alterius medietatis, vt in summ. Zenobij num. 1. expeditis litteris, illiusquè Vicario præsentatis obtinuit sententiam pro ipsarum executione, stãte consensu præstito per Oratium Marchetum nomine D. Equitis Raphaelis de Medicis, & filiorum Procuratorem Ioannis Vincentij, & Maynardi eius de Guazzalotris, qui dicebantur Patroni, Summar. eodem num. 2. à qua sententia Philippus, & Nepotes de Guazzalotris, qui dissenserant, tanquam veri Patroni appellarunt, eodem Summ. nu. 8.

Causa mihi commissa dubitaui, an sentẽtia de partibus sit confirmanda, vel infirmanda, 1. Iulij proposito dubio Zenobio tantum informante, fuit dilata resolutio ad Kalendas, hodie reproposito, vtraq; parte informante Domini pro infirmatione sententiæ responderunt.

Non enim iustificatur gratia in eo, quod requirit consensum medietatis Patronorum, quia licet de existentia, & pertinentia Iurispatronatus ad Nobiles de Guazzalotris dubitari non possit, tum ex sentẽtia de anno 1461. in qua declaratur inter alia, hanc spectare ad Nobiles de Guazzalotris, Summ. Zenobij
1 nu. 3. † quæ excedens metam 100. annorum probat. *Ferrett. cons. 135. num. 1. lib. 1. Gabr. cons. 145. num. 1. & cons. 198. num. 4. lib. 2. Borg. decis. 11. num. 23. part. 2. Lambert. de iurepatr. lib. 1. par. 2. quæst. 11.*
2 *art. 9.* Tum ex consensu præstito † de anno 1463. ad fauorem Andreæ de Guazzalotris, & successiuè per continuas, & effectuatas præsentationes vsque in personam Vincentij resignantis, Summ. num. 5. vsq;
3 ad 11. ex quibus † sufficienter Iuspatronatus probatur *Rot. in recent. decis. 211. num. 1. & 224. num. 7. & 8. & 312. num. 7. & seq. part. 1. & decis. 674. num. 2. part. 2.* præsertim inter Compatronos, inter quos
4 leuiores † probationes sufficiunt *Cassad. decis. 1. de probat. Mantic. 244. num. 5. Gonzal super reg. 8 glos. 18. num. 59. Garz de benef. par. 5. c. 9. num. 68. Rota decis. 526. & 533. par. 4. diuers. nouiss. & decis. 251. num. 1. par. 1. & decis. 181. num. 2. part. 2. in recent. & fuit dictum in Pampilonen. Parochialis 3. Martij*
5 *1621. coram D. Vbaldo,* præcipuè † pro iustificatione narratiuæ, pro qua sufficit leuior probatio, *Gonzal. ad reg. 8. d. glos. 18. num. 60. & seqq.*

Tamen non constat, quod D. Ioannes Vincentius, & Maynardus eius filius, quorum nomine fuit præstitus consensus sint veri Patroni, vel in quasi posses-

sione præsentandi existant, vt faciant medietatem Patronorum, vt Zenobio suffragari possit. Non ex sententia de anno 1461. quia in ea probatur iuspatronatus ad fauorem de Guazzalotris, sed non verificatur, Ioannem Vincentium, & Maynardum prædictos esse compræhensos in dicta sententia, vel descendere à compræhensis in ea, & continuasse quasi possessio-
6 nem præsentandi, qua cessante non suffragatur, † nã possessio non transfertur in successorem. *Mantic. dec. 88. num. 5. Rot. decis. 260. num. 4. & decis. 337. num. 3. par. 2. in recent. & coram Sanctissimo decis 222. num. 7. & decis. 417. num. 7. & fuit dictum in Placentina Capellaniæ 30. Octobris 1615. coram Reuerendiss. D. Decano, & in Lucana Parochialis 7. Februarij 1620. coram D. Vbaldo*, vbi quod nec possessio Patris trans-
7 sijt in filium, † & procedit conclusio etiamsi adesset statutum, per quod possessio continuatur in hæredem absque appræhensione, quia cessat in quasi possessione præsentandi, *vt tenet Rota in d. decis. 260. num. 4. p. 2. in recent. reprobando decisionem Caputaq. 311.* eo magis, quod datur vna præsentatio facta à Philippo tantum de anno 1552. Summario Philippi num. 8. & eadem responsio applicatur alijs sententijs del 1573. & 1603. eodem Summario nu. 11. & 17. quia in ipsis non legitur Ioannes Vincentius, & Maynardus, vt non rectè legebatur in Summario Zenobij in sententia del 1603. registrata in processu primæ instantiæ fol. 69.

Prout neque obstare videntur fides Communitatis Praten. ac Terræ Lauri, & arbor descendentiæ, ac
8 litteræ Iacobi, quia præterquam † non sunt de actis, prout fuit coram me decisum, dicebatur quousque contrarium probari potest, non esse attendendas respectu quasi possessionis, in qua Philippus, & alij reperiuntur, prout in simili *fuit dictum coram me in Nullius, seu Spoletana beneficij Lunæ 20. Martij 1623.*

Philippus verò, & consortes habent quasi possessionem cum Canonizatione Iurispatronatus per sententiam ad fauorem Iacobi fratris, & filiorum, qui nunc sunt in causa cum quadam muliere D. Libera, post cuius obitum consolidatur totum iuspatronatus in Iacobum, & eius filios, quæ sententia lata de anno 1590. transiuit in iudicatum, & fuit declaratum, executioni demandandam, Summario Philippi num. 2. & fuit intimata Rectoribus quamplurium Ecclesiarum contentarum in dicta sententia, & in specie Vincentio Rectori Ecclesiæ, de qua agitur, vt recognoscerent in Patronos dictos Iacobum, fratrem, & filios
9 Summario Philippi num. 3. & 4 † quæ sententia tanquam lata super statu beneficij facit ius quoad omnes, *Acchill. decis. 5. de sent. & re iudic. Mantic. dec. 35. num. 6. Seraph. decis. 1141. num. 8.* & executioni demandata in vacationibus aliarum Ecclesiarum in ea contentarum, ad quas Philippus, & consortes præsentarunt, Summario Philippi numer. 5. & seq. quæ quasi possessio suffragatur etiam respectu huius de
10 Auiolo, † cum omnes vnica sententia determinentur *Molin. de Hispan. lib. 2. cap. 6. num. 17. Surd. cons. 323. num. 44* Rot. *decis. 17. num. 1. et 2. par. 2. diuers.* & vno, & eodem iure censeri debent *l. cum hoc iure, ff. de vulg. et pup. Rot. dicta decis. 17. num. 8. versic. quoniam respondetur.*

Accedit, quod respectu huius plebaniæ Philippus, & consortes reperiuntur in quasi possessione, dum obtinuerunt in vim dictæ sententiæ de mandato Iudicis apponi insignia familiæ ipsorum tanquam Pa-
11 tronorum, ex quo, & iuris patronatus † quasi possessio probatur, quia fuit deuentum ad factum, ex quo acquiritur quasi possessio, *Acchill. dec. 5. de caus. poss. et propr. Caputaq. decis. 420. num. 3. par. 2.* cum ex
12 ijs soleat † inferri ad iurispatronatus pertinentiam *Rot. in recent. decis 13. num. 3. et decis. 518. numer. 5.*
13 *par. 1.* Vltra quod in ijs iuribus † incorporalibus sententia trahit secum executionem absque alio facto hominis *Innoc. in cap. cum nostris, col. penult. et ibi Card. quæst. 22. Butr. num. 19. de concess. præben. in 6.* & ideo cum pro Philippo, & alijs consortibus stet vltimus status canonizatus in dicta sententia anni 1590. & actus præsentandi in alijs plebanijs in eadem sententia contentis, non videtur posse dubitari ad ip-
14 sos † recurrendum esse pro consensu in gratia requisito, etiamsi constaret de anteriori statu, & iure præsentandi authorum Ioannis Vincentij *ad text. in cap. querelam de elect. cap. consultationibus de iure patr. et cap. olim de caus. poss et propr. Rot. decis. 229. num. 1. et 2. par. 1. in recent. et coram Sanctissimo decis. 77.*
15 Attenditur † enim quasi possessio potiùs quàm ipsa proprietas, *Innoc. in cap. litteris de restit. spol. Abb. in d. cap. consultationibus de iurepatr. et fuit dictum in allegata Lucana Parochialis 3. Decembris 1618. coram Illustriss. Cardinali Sacrato, et in eadem 7. Februarij 1620. coram D. meo Vbaldo.*

Nec obstat, quod Iacobus descendat à Bertoldo
16 filio spurio cuiusdam alterius Iacobi † incapacis iurispatronatus, *Roch. de iurepat. verb. competens, num. 13. et coram Litta in Ianuen. iurispatronatus 30. Ianuarij 1606. cum alijs ab eo allegatis*, quia sufficit, quod sit in quasi possessione præsentandi ad effectum,
17 vt præsumatur † habilis, & interim manuteneri debeat, vt sæpissimè firmauit Rota, *et fuit dictum in dicta Lucana coram Illustriss. Sacrato, et D. meo Vbaldo.*

Nec impedimentum est prædicta incapacitas Iacobo præsentandi quousque doceatur Bertoldum
18 † fuisse spurium, & iuspatronatus gentilitium, *Gratian. discept. forens. 218. nu. 13. et discept. 521. numer. 34. Rot. in recent. decis. 126. vbi receditur ab allegata decisione coram Litta, et decis. 521. num. 9.* maximè quod de spurietate non constat, sed potius de naturalitate ex supplicatione Magno Duci Etruriæ porrecta, Summario Zenobij num. 22. nec quod iuspatro-
19 natus sit gentilitium, † quia potius præsumitur hæreditarium, *Rota decis. 707. num. 8. part. 1. et decis. 482. num. 7. part. 2. in recent.* & ita confirmatur in proposito, ex quo supradicta mulier Libera fuit admissa ad præsentandum, Summ. num. 6. & 11.

Denique cum pro Philippo, & consortibus sit vl-
20 timus status, qui in beneficialibus † semper attenditur, *Gonzal. ad reg. 8. glos. 45. §. 2. num. 14. Rota decis. 2. num. 2. de præbend. in nouis, et decis. 188. num. 1. part. 2. in recent. cum alijs in Neocastren. Parochialis 18. Aprilis 1622. coram me*, non potest firmari Patronorum consensum interuenisse, cum ex illis, qui secundum vltimum statum reperiuntur Patroni, nempè Philippus, & consortes, vt ex supra relatis, nullus consenserit, & Papæ relatum fuit adlatis, fuisse consensum medietatis Patronorum; intellexit de ijs, ad quos patronatus pro tempore spectabat,
21 † qui sunt intelligendi, secundum vltimum statum, & rem iudicatam, *ad tradita per Ferrett. d. cons. 135. num. 6. Mandos. cons. 7. num. 17. iuxta cap. decernimus*

mus 16.q.7. *Felin. in cap. cum Bertoldus num. 8. de*
22 *sent. et re iudic.* quia † paria sunt consentire proui-sioni, & præsentare, *Abb. in cap. 1. de relig. dom. num. 6. et cons. 54. num. 3. vers. pro hoc etiam facit lib. 1. Gabriel. cons. 192. num. 10. lib. 2.* & reiecta opinione
23 Decij contrarium sentientis † *in cons. 149. numer. 4. tenuit Rota coram Mohed. decis. 10. num. 3. et 4. de iurepatr. Put. dec. 301. lib. 2. Crescent. dec. 2. de iurepatr. et in recentior. decis. 195. num. 3. part. 1. et coram Sanctiss. decis. 349. num. 2. et decis. 417. num. 1.* & sic cum ad Philippum, & consortes spectet iuspatronatus per quasi possessionem ex supra relatis, gratia nec vtique iustificata reperitur, neque in valore expresso, neque in idoneitate Zenobij.

Et ita decisum fuit, &c.

Infra in eadem causa habetur altera decisio sub die 12. Iunij præsentis anni 1623.

REVERENDISS. MANZANEDO,

Patriarcha Hierosolymitano.

Anconitana Pecuniaria.

Lunæ 27. Martij 1623.

ARGVMENTVM.

Mandatum relaxatum vigore obligationis Cameralis est validum, licet non fuerit facta extensio dictæ obligationis, quando tamen præcessit citatio ad videndum illā extendi, quæ sola citatio absque alia extensione sufficit de stylo. Simulationis exceptio non est valens impedire executionem obligationis Cameralis, & maximè si sit turbida. Simulatio, cum in dubio de Iure non præsumatur, ideoque ad eam probandam, sat non est quæuis imperfecta probatio.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum relaxatum vigore obligationis Cameralis, est nullum, dum fuit relaxatum, antea quam dicta obligatio fuerit extensa.*
3 *Iudicis officium conquiescit, dum pendet terminus ad aliquid opponendum.*
4 *Mandatum relaxatum vigore obligationis Cameralis est validum, licet sub vnica citatione ad dicendum contra iura, & videndum extendi obligationem fuerit decretum.*
5 *Stylus Tribunalium quando est probatus, obseruandus venit.*
6 *Simulationis exceptio non impedit executionem obligationis Cameralis.*
7 *Simulationis exceptio tunc multo minus impedit executionem obligationis Cameralis, quando non est concludenter probata.*
8 *Simulatio in dubio de Iure nullatenus præsumitur.*
9 *in Solutum aliquid recipiens, quando in eo possit considerari prauitas vsuraria.*
10 *Simulationis, & fœneris præsumptio, quando in aliqua datione insolutum penitus cesset.*
11 *Simulationis præsumptio, contraria præsumptione tollitur.*
12 *Contractus vnus perindè est, ac si esset initus, licet alius fuerit celebratus, quando resultat idem effectus.*
13 *Simulatio non potest nominari ea, per quam de vna ad aliam causam fit transitus, vel saltem non est simulatio improbata.*
14 *Pactum de redimendo non arguit simulationem in fraudem vsurarum, quando non adest modicitas pretij.*
Pretij modicitas est necessaria ad arguendam simulationem in pacto de redimendo. num. 14.
15 *ex Datione in solutum, quando quis nihil percepit, cessat ratio, quod interim voluerit esse certus de lucro, dum pendet pactum de redimendo.*
16 *Mediolanen. Pecuniaria 27. Ianuarij coram bo. me. Millino, quibus in terminis loquatur.*
17 *Simulatio, multò magis impedit executionem obligationis Cameralis, quando adducitur super re diuersa.*
18 *Simulationis exceptio de diuerso contractu non est valens retardare solutionem debiti concludenter probati.*
19 *Petitio si sit relata ad aliquid, virtualiter ea continet omnia, quæ sunt contenta in re relata.*
20 *Relatum censetur inesse in referente, cum omnibus suis qualitatibus.*

DECISIO CCCCLXXII.

ALEXANDER Nappius erat debitor Ioannis Palunici in scutis 11250. quæ cum vellet soluere Carolus frater Alexandri pro rata scutor. 9250. dedit in solutum d. Ioanni creditori quandam domum cum certis suis membris, &c. & pro reliquis scutis bis mille, de quibus nunc agitur, vnum petiū terræ cum pacto illud redimendi infra quindecim menses soluendo pretium hoc modo nempè scuta mille intra decem menses decurren. à die contractus, & alia scuta mille inde ad alios mēses quinque, pro quibus omnibus se obligauit in forma Cameræ cum iuramento, vt in instrumento inter illos celebrato.

Et cum prædicti menses quindecim fuerint elapsi absque eo quod prædicta scuta 2. mil. fuerint soluta, fuit coram A. C. conuentus D. Nappius ad dicta scuta 2. mil. soluen. iuxtà formam suæ obligationis, & à R.P.D. Sacchetto iudice depuato, fuit cōtra illum decretum, & relaxatum mandatum exequutiuum, à quo decreto cum fuerit appellatum, & causa in Rota mihi commissa, cum clausula, si quid exequendum, dubitatur, An prædictum mandatum R. P. D. Sacchetti veniat exequen̄, & Domini affirmatiuè responderunt, cum fuerit relaxatum seruatis seruan̄, & in vim obligationis Cameralis, quæ habet executionem paratam.

Nec visum fuit obstare, quod contra validitatem prædicti decreti adducitur pro parte Caroli, nempe quod cum Instrumentum fuerit celebratum in par-
1 tibus antequā relaxaretur mandatum in vim obligationis Cameralis, erat necessario faciēda extēsio obligationis. *Rom. cons. 133. num. 6. vers. quoad tertiū. Rota decis. 6. de offic. deleg. in nouis*, cum alijs adductis in *decis. 39. num. 2. inter impress. apud Modern. de oblig. Camerali*, quia fuit responsum, quod de stylo inueterato Tribunalis A. C. sufficit decretum Iu-
2 dicis de extenden. obligatione, † absque eo, quod realiter extendatur, vt testatur *Salust. Tiber. in prax. A. C. lib. 1. cap. 29. in fin.* & fuit dictum in *vna Frrentina ferrariæ 1. Iulij 1605.* corā *bo. me. Penia, vbi alia decisiones allegantur*, & quamuis dictum decretum de extenden. dicta obligatione fuerit factum sub vnica citatione ad dicen contra iura, & videndum extendi, &c. ex quo videbatur, quod inte-

3 rim quod pendebat terminus † ad opponen. contra iura, officium Iudicis conquiescebat, iuxta textum in *l. siue pars C. de dilatio. Rot. decis. 30. de Iudic. in*
4 *antiq.* Attamen † visum fuit Dominis hoc non obstare, cum ità seruetur de stylo, vt per *Salust. vbi supra, & cap. 31. num. 4. & 5. vbi ad litteram hoc di-*
5 *cit*, vnde iste † stylus seruari debet.

Minùs obstant, quæ contra Iustitiam prædicti decreti opponunt, exceptio enim simulationis adducta † non potest retardare executionem obligatio-
6 nis Cameralis. *Rot. decis. 123. num. 11. par. 2. diuers. & 620. num. 6. par. 1. recent. Galles. de oblig. Camer. quæst. 18. num. 3.* Maximè quando dicta exceptio
7 non † est concludenter probata. *Cæs. de Graff. decis. 16. num. 10. de probat. Rot. decis. 195. in fine coram fel. record. Greg. XV.* & fuit dictum in vna *Terracinen. domus 28. Nouembris 1605. coram me*, vltra
8 quod de dicta simulatione in casu nostro † non constat, & de iure non præsumitur, per *text. in l. quamuis, vbi Bald. C. si quis alter, vel sibi. Dec. cons. 491. num. 4. Paris. cons. 54. num. 7. lib. 1.*

Nec potest præsumi simulatio ex illa coniectura, quæ solet in hac materia considerari, nempè vt re-
9 cipiens † in solutum posset sub specie talis contractus lucrari fructus, quos aliàs ex contractu pignoris non recepisset, quia cessat in hoc casu, in quo D. Nappius post huiusmodi dationem insolutum
10 possessionem continuauit, & fructus percepit; † Vnde potius ex illa reportauit commodum, ex quo excluditur quælibet suspicio simulationis, & fœnoris. *Bero cons. 165. num. 1. lib. 1. Mantic. de contract. lib. 8. tit. 2. num. 37.* & eliditur omnis coniectura, quæ posset adduci cum præsumptio simulationis cō-
11 traria præsumptione † tollatur. *Hond. consil. 33. num. 58. & seqq.* & fuit dictum in *d. decis. coram fel. record. Greg. XV. num. 2. & 15.* & propterea cum Ioannes fructus, nec possessionem prædij habuisset, sed penes Nappium remansisset, idem est, ac si con-
12 tractus pignoris fuisset apertè inter eos † celebratus, & sic quoad contrahentes causa pignoris, ac dationis in solutum æquipollebant, quo casu simulatio per quam de vna ad aliam causam fit transitus,
13 vel non meretur † nomen simulationis, vel saltem non est simulatio improbata. *Bald. in l. si sub specie num. 3. C. de postul. Mandell. cons. 97. num. 32. & seq. Hond. cons. 31. nu. 3. Farinac. de simulat. & falsit. quæst. 162. num. 243.*

Nec ex pacto redimendi in dicta datione in solutum apposito potest præsumi simulatio in fraudem
14 vsurarum, † quia vltra quod non probatur modicitas pretij, quæ est necessaria ad inducendam simulationem. *Aym. cons. 156. num. 8.* Ioannes ex supradi-
15 ctis nihil ex dicta datione in solutum percepit, † vnde cessat ratio, quod interim voluerit esse certus de
16 lucro, & ideò non obstant adducta *in decis.* † *Mediolanen. pecuniaria 17. Ianuarij coram Illustriss. Millino*, quia in casu illius decisionis plura concurrebant, quæ cessant in casu nostro, & in omnem euentum, quamuis dicta datio in solutum fuisset si-
17 mulata, † non agitur de executione circa ipsam dationem in solutum, sed agitur ex eo, quod Nappius elapsis 15. mensibus non redemit petium Terræ, nec soluit scuta 2. mil. ad quæ soluenda se obligauit, vnde cum obligatio Cameralis cadat super solutione dd.
18 scutorum 2. mil. exceptio † d. simulationis non potest retardare illorum solutionem, nec minus executionem obligationis Cameralis super dicta solutione appositæ.

Non obstat, quod D. Nappius fuerit citatus sim-
19 pliciter ad soluen. scuta 2. mil. † non autem ad redēptionem pretij Terræ in solutū datæ, ad quem effectum erant solueuda dicta scuta 2. mil. quia fuit responsum, quod Ioannes habuit relationem ad formam obligationis, & propterea petitio implicitè continebat omnia contenta in obligatione Nappij, nempè vt solutio fiat in causam redemptionis præ-
20 dij dati in solutum; attendi † enim debet obligatio ad quam fuit habita relatio, cum relatum censeatur esse in referente cum omnibus qualitatibus, *l. asse toto ff. de hæred. instit. Aym. cons. 45. num. 41. Surd. cons. 105. num. 3. & decis. 212. num. 14.*

Et ita fuit resolutum, &c.

R. P. D. V B A L D O.

Romana pretensi fideicommissi de Columna.

Veneris 31. Martij 1623.

A R G V M E N T V M.

Filij in conditione positi censentur vocati ex dispositione Statut. Vrb. lib. 1. cap. 142. quod procedit etiamsi fideicommissum sit factum in contractu. Fideicommissa, qualiter sint intelligenda. Filiorum appellatione, quando veniant, & quando non, nepotes.

S V M M A R I V M.

1 *Filij in conditione positi censentur vocati ad fideicommissum ex statut. Vrb. lib. 2. cap. 142.*
2 *Et hoc habet locum, etiamsi fideicommissum sit factum in contractu,*
3 *Atque hoc procedit etiam de iure communi.*
4 *De substitutione actiua ad passiuā nō bene infertur.*
5 *Substitutiones, si sine filijs, euanescunt, quando aliquis vocatus decedit relictis filijs, & num. 31.*
6 *Fideicommissa sunt strictè intelligenda, nec trahuntur ad casus, & personas in eis non expressas.*
7 *Filijs grauatis per fideicommissum non censentur grauati nepotes.*
8 *Dictio, supradicti, restringit dispositionem ad superius expressa, & num. 9.*
10 *A vocatione ad grauamen non benè infertur.*
11 *Gratiam obtinens cum clausula, nunc prout ex tunc, censetur vsque ab initio ei facta.*
12 *Nepotes ex filijs præmortuis naturalis omnium sensus est æquè diligere, ac ipsos filios.*
13 *Verba continuatiuè posita, ad præcedentia proxima referenda sunt.*
14 *Nepotes sunt magis dilecti, quam pronepotes.*
15 *Dictio illa, tali casu, cuius sit natura.*
16 *Ratio limitata, & restricta, limitat etiam dispositionem, quatenus eius verba sint generalia.*
17 *Filiorum appellatione veniunt nepotes præsertim in fideicommissis ascendentium, & num. 18.*
19 *Filiorum appellatione non veniunt nepotes, quando dispositio sortita fuit effectum in filijs, tūc enim non extenditur vlterius ad nepotes.*
20 *Dictio, filij filiorum, quando non debeat extendi ad nepotes, vel pronepotes.*
21 *Filiorum appellatione non veniunt nepotes, quando disponens locutus est discretiuè. de filijs, & nepotib.*
22 *Filiorum appellatione non veniunt nepotes, quando filij sunt proprijs nominibus vocati.*

23 Pro-

23 *Pronepotes non veniunt appellatione nepotum.*
24 *In vltimis voluntatibus latior fit interpretatio.*
25 *In contractibus stricta fit interpretatio.*
26 *In contractibus verba sunt intelligenda in propria significatione.*
27 *Filiorum appellatione non veniunt nepotes.*
28 *Fideicommissum, vt in contractibus inducatur strictior fit interpretatio.*
29 *Filiorum appellatione non veniunt nepotes in donationibus.*
30 *Nepotes &c. quando sunt vocati, si nullum adsit verbũ denotans perpetuitatem, vel tractum successiuum illi intelliguntur vocati per solã vulgarem.*
31 *Substitutio vulgaris, quando cessare dicatur.*

DECISIO CCCCLXXIII.

DOMINA Victoria Columna de anno 1562. donauit inter viuos Castra, & alia bona, de quibus agitur, Marco Antonio, & Prospero filijs, ac Martio filio Pompeij, donec Pompeius haberet gratiã à Sede Apostolica, qua gratia habita, nunc prout ex tunc, & è contra donauit eidem Pompeio, omnibus pro æquali portione, & inter cæteras, hac conditione adiecta, quod decedente vno ex filijs supradictis absque filijs legitimis, & naturalibus, vnus succedat alteri, & alter alteri, & in tali casu etiam filij filiorum, quam quidem donationem facere declarauit ob maximum amorem, & dilectionem, quibus dictos filios, & nepotem respectiuè prosequitur. Mortuus est primo loco Pompeius in gratiam iam reuersus, vt supponitur, relicto superstite filio Martio: decessit deinde Prosper, & vltimo loco Marcus Antonius S.R.E. Cardinalis vterq; sine filijs superstite eodem Martio fratris filio, ex quo nati sunt Excellẽtissimus D. Petrus Franciscus Dux, & Illustriss. D. Camillus, qui cum prætendat, factum esse locum fideicommisso ex dicta donatione Victoriæ ad fauorem suum pro medietate dictorum bonorum donatorum, & è contra D. Dux Petrus Franciscus prætendat, omnia bona esse libera, & fideicommissum expirasse in persona Martij communis patris, fuit commissa causa in Rota, & dubitatum, An fideicommissum vt supra expirauerit in persona Martij, quod fuit D. Duce Petro Francisco tantum informante affirmatiuè resolutum. Et quidem non controuertebatur, quin
1 Martius † tanquam positus in conditione, censeretur per fideicommissum vocatus ex Statuto Vrbis lib. 2. cap. 142. quod erat in antiq. cap. 25. lib. 5. quod
2 habet locum, † etiam si fideicommissum fit factum in contractu, cum indistinctè loquatur, *l. de pretio. ff. de public. & fuit dictum in Romana de Mutis 11. Ianuarij 1616. coram R.P.D. meo Decano*, & secundum
3 multos Doct. id procedit † etiam de iure communi, *Gabr. in tit. de fideicom. concl. 4. in 24. limit. num. 50. Socc. iun. cons. 108. num. 7. lib. 2. Menoch. cons. 335. num. 9. lib. 4. Hond. cons. 29 nu. 103. lib. 1.* & alij congesti *in Romana donationis de Vrsinis 21. Aprilis 1614. coram me* sicuti nec etiã controuertitur, quod per mortem Prosperi successerit vigore huius fideicommissi, tàm Marcus Antonius Cardinalis, quàm ipse Martius, cum verba vocationis sint clarissima, quod si vnus ex filijs decederet sine filijs, succedat alter, & in tali casu etiam filij filiorum, qualis erat Martius, nepos ex Pompeio filio donatricis.

Demum nec dubitari potest, quin mortuo Marco Antonio vltimo ex filijs, fuerit factus locus fideicõmisso ad fauorem Martij superstitis, cum deceden. filijs donatricis sine filijs, vocarentur filij filiorum, vt dictum est. quod autem dictum fideicommissum purificatum vt supra in Martio, in eius persona expirauerit, nec sit trahen. ad personas eius filiorum, & pronepotum donatricis, qui est propriè punctus, de quo agitur, deducebatur, quia aut agitur quoad portionem Pompeij, cuius respectu Martius est positus in conditione, & sic vocatus ex statuto, vt dixi, & dicen. est, non ex eo censeri grauatum restituere
4 filijs per fideicommissum tum quia de † actiua ad passiuam substitutionem non bene infertur, *Paris. cons. 31. num. 28. lib. 2. Decian. cons. 26. num. 45. lib. 2. & fuit dictum in Vrbeuetana fideicommissi 3. Aprilis 1609. coram R.P.D. meo Decano*, & in terminis statuti Vrbis *fuit resolutum in Romana hæreditatis de Fossanis 12. Februarij 1588. coram bon. mem. Gipsio*, tum quia substitutio legitur facta, si filij decesserint sine filijs, vnde cum Pompeius decesserit cum filio
5 Martio superstite, † deficit conditio fideicommissi, quatenus etiam vlterius fideicommissum debuisset extendi, iuxta *cons. Oldrad. 21. toties in Rota canonizatum, vt dicitur decis. 486. sub nu. 1. par. 1. recent.*

Quo vero ad portionem relictã Prospero, & Marco Antonio pariter Domini iudicabant non extendi fideicommissum vltra personam Martij, ex seqq. quæ etiam procedunt quoad portionem Pompeij, nam ex verbis substitutionis supra relatis apparet, substitutionem esse factam filijs donatricis, non autem nepoti, videlicet, quod deceden. vno ex filijs supradictis absque filijs legitimis, vnus succedat alteri, & alter alteri, & in tali casu etiam filij filiorum, & sic substitutio est facta Pompeio, Marco Antonio, & Prospero filijs non autem Martio nepoti, regulari-
6 ter † autem fideicommissa sunt strictè intelligen. nec trahuntur ad casus, & personas in eo non expressas, *Doct. in l. Gallus. §. & quid si tantum, vbi Aret. col. 4. ff. de lib. & post. Aym. cons. 98. num. 13. Dec. cons. 290. num. 6. vers. secundo præmitto, Menoch. cons. 215. num. 29. & seq. lib. 3. Seraph. decis. 883. num. 2. Rota decis. 300. sub num. 20. par. 1. recent. & decis. 507. nu. 3. par. 2. & in Meleuitana fideicommissi 13. Nouembris 1619. coram D. meo Caualerio*, & aliàs sæpè,
7 & ideo grauatis † per fideicommissum filijs non censentur grauati nepotes, vt de cõmuni testantur pluribus relatis *Alciat. cons. 2. nu. 17. in fin. & n. 18. lib. 8. & cons. 69. nu. 3. lib. 9. Peregr. de fideic. art. 22. nu. 62. & cons. 53. num. 9 in fin. lib. 4.* & de magis communi post plurimos quos adducunt *Hond. cons. 60. nu. 62. lib. 1. Rustic. ad l. cum auus. lib. 6. cap. 14. num. 18. ff. de cond. & dem.* Quod tanto magis videbatur hoc casu procedere, in quo substitutio est facta in casu, quo sine filijs decederet vnus ex filijs supradictis. Quæ di-
8 ctio, † supradictis, restringit dispositionem ad eos, de quibus proximè mẽtio facta fuerat *Bart. in l. 1. §. hoc edicto, ff. de postul. Dec. cons. 287. num. 10. Paris. cons.*
9 *37. num. 59. & cons. 48. num. 24. lib. 2.* & ad eos, † qui ibi ocularíter leguntur *Bart. in d. l. 1. & in l. qui liberis, § hæc verba, in fin. ff. de vulg. & ibi Alex. numer. 11. idem Alex. cons. 273. num. 4. & seq. lib. 5. & cons. 176. in fin. lib. 7. & fuit dictum in Romana pecuniaria 31. Maij 1617. & in Bononien. successionis 9. Decembris præteriti coram me*, hic autem ocularíter leguntur filij donatricis vocati, & substituti reciprocè, non autem nepotes, & pronepotes.

Nec obstat, quod donatrix vocauerit vna cũ duobus

bus filijs, Martiũ nepotem, & ideo substitutio censeatur etiam facta Martio, quia vltra quod viget re-
10 sponsio, de qua supra, quod non benè † infertur à vocatione ad grauamen, dicebatur etiam, donationem factam Martio euanuisse, ex quo Pompeius eius pater habuit gratiam à Sede Apost. vt pro nunc, supponitur, qua gratia habita donatrix nunc prout ex tūc,
11 & è contra, donauit Pompeio filio, † quare cum Pompeius habuerit gratiam illa clausula operatur, vt donatio censeatur vsque ab initio facta Pompeio, *glos. in Clem. nolentes, vers. ex tunc, & ibi Card. Imol. & alij de haeret. Ang. & Doct. in l. 1. C. de Codic. vbi Ias. num. 4. Tiraq. de retract. conuent. §. 2. glos. 1. nu. 86. Alexan. cons. 83. sub num. 6. vers. confirmatur lib. 2. Guid. papa decis. 286. Paris. cons. 26. nu. 128. & cons. 62. num. 23. lib. 2. Gabr. cons. 141. num. 4. lib. 1. Maluas. cons. 97. num. 14. fuit dictum in Romana de Incoronatis 29. Aprilis 1616. coram me*, & cessat difficultas, quia substitutio est facta deceden. vno ex filijs supradictis, vnde donatrix voluit grauare filios tantum, non autem Martium nepotem, dato etiam quod in ipsius persona constitisset donatio.

Neque obstat, quod vocentur etiam filij filiorum, quæ verba si referantur ad filios filiorum, non Victoriæ donatricis, sed ipsorum donatariorum absque dubio comprehenderent etiam filios Martij, quia Domini existimabant, omnino esse referen. ad filios Victoriæ, vt sit sensus, quod deceden. vno ex filijs Victoriæ sine filijs, succedat alter, & filij filiorum donatricis, itaut vna cum patruo, concurrat nepos ex filio præmortuo, cum hic sit naturalis omnium
12 sensus, † æquè diligere nepotes ex filijs præmortuis, ac filios ipsos, *Pereg. de fideicom. art. 21. sub nu. 26.* & hoc deducebant imprimis, quia proximè locuta fuerat donatrix de proprijs filijs, vt vno deceden. alter succederet, ideo dum immediatè subdit, & in tali casu etiam filij filiorum vtique videtur intellexisse de filijs eorumdem filiorũ ipsius donatricis, ad quos
13 continuatiuè † protulit illa verba, filij filiorum, *Bart. in l. fin. ff. de reb. dub. & in l. vlt. §. Titia. ff. de liber leg. Seraph. decis. 610. num. 4. Rota decis. 765. numer. 13. par. 2. recent.* maximè cum illa verba, & filij filiorum regantur ab eodem verbo, & posita sint sub eadem oratione, in qua mentio facta est de proprijs filijs, *ad not. per Bart. in l. Seiæ. §. Caio. ff. de fund instr.* cum alijs per *Cæs. de Grass. decis. 4. nu. 9. de testam.* Et confirmabant, quia si intelligerentur dicta verba de filijs filiorum donatariorum, & sic de
14 pronepotibus donatricis, sequeretur eam † vocasse pronepotes remotiores, non autem nepotes, verisimiliter magis dilectos, *l. si viua matre. vers. nam licet. C. de bon. matr. Card. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 6. tit. 11. num. 13. Rota decis. 542. nu. 1. par. 1. in recent. Surd. cons. 564. nu. 12. lib. 4.* Et accedit quod quando vocauit filios filiorum, vsa est dictione illa
15 tali casu, cuius natura est, restringere fideicommissum ad personas, & casum tantum expressos, *Alex. cons. 101. num. 13. circa fin. lib. 7. Peregr. de fideic. art. 29. num. 15. & 28. & fuit dictum in Meleuitana fideicommissi 14. Martij 1618. coram R. P. D. meo Cauaierio,*

Et demum, id aperte deprehenditur ex ratione à donatrice expressa, in qua dixit, se donare, ob maximum amorem, & dilectionem, quibus dictos filios, & nepotem respectiue prosequitur, quæ ratio limita-
16 ta, & restricta ad filios, & nepotem, † limitat etiam dispositionem, quatenus eius verba essent generalia, *l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2.* & in omnem euentum quatenus dicta verba essent dubia, debent potius referri ad filios disponentis, quã grauati iuxta tradita per *Alex. cons. 198. nu. 3. lib. 6. Ruin. cons. 15. num. 19. lib. 3. Paris. cons. 88. num. 36. lib. 2. Card. Mantic. de coniect. lib 8. tit. 14. num. 20.*

Neque rursum obstare videbatur, quod appella-
17 tione † filiorum veniant nepotes, præsertim in fideicommissis ascendentium, & sic illa verba filij filiorum, etiamsi intelligantur de filijs donatricis sint apta comprehẽdere etiam nepotes dictorum filiorum, quia omisso quod opinio est valde controuersa, vt apparet ex congestis per *Menoch. cons. 215. num. 95.* vbi negatiuam dicit, esse magis receptam, & hodie
18 in Rota videtur canonizata, † præsertim quando, vt hic agitur de grauan. filijs, vt in duabus decisionibus *Ariminen. fideicommissi* DD. *Verospio, & Dunozet, quæ sunt decis. 507. num. 2. & seqq. & decis. 667. n. 1. & seqq. par. 2. in recen. quas secuta est* Rota *in Bonon. fideicommissi de Cataneis coram* R. P. D. *Pirouano, quæ est decis. 693. sub num. 4. ead. par. 2. & in Tusculana fideicommissi 4. Iulij 1618. & 15. Aprilis 1619. coram R. P. D. Decano, bene* Dec. *cons. 95. num. 7.* vbi dicit, in hac conclusione omnes conuenire, *Ruin. cons. 131. num. 3. lib. 2. Rol. de magis communi cons. 43. num. 27. lib. 4. Surd. cons. 403. num. 38. lib. 3. Seraph. decis. 1486. num. 9.* vbi dicit, ita fuisse resolutum *in Romana fideicommissi de Bonadies 21. Aprilis 1603. coram Illustriss. Millino,* & faciūt alia supra adducta *vers. & ideo grauatis &c.* cessat in præsenti difficultas ex pluribus.

Primo, quia contraria conclussio affirmatiua non
19 † habet locum quando dispositio sortita fuit effectũ in filijs, tunc enim non extenditur vlterius ad nepotes, *Bart. in l. liberorum. num. 18. ff. de verb. sign. Alex. cons. 37. num. 15. vers. non obstat alia ratio lib. 6. Dec. d. cons. 95. num. 8. Corn. cons. 307. num. 3. vers. accedat lib. 1. Alciat. cons. 2. num. 22. lib. 8. Card. Mantic. de coniectur. lib. 8. tit. 8. num. 6. Peregr. de fideic. art. 19. num. 6. & artic. 22. num. 58 vbi de communi Rol. cons. 43. num. 36. lib. 4. Gabr. de verb. signif. conclus. 1. num. 74. Laderch. cons. 59. nu. 3. Surd de alim. tit. 9. quæst. 36. num. 19. Rustic. ad l. cum auus lib. 6. cap. 14. num. 24. & seq. ff. de cond. & dem. Rota decis. 486. num. 24. par. 1. recent. & decis. 482. num. 4. par. 4. diuers.* in proposito autem substitutio habuit effectum in vno ex filijs filij donatricis, videlicet, in D. Martio, qui etiam successit patruis donatarijs,
20 † ideo dictio illa, filij filiorum, non debet extendi ad nepotes, vel pronepotes.

Secundo, quia donatrix discretiue locuta est de filijs, & nepote, ibi, ob maximum amorem, quo dictos suos filios, & nepotem prosequitur, quo casu in-
21 dubitatum est, appellatione † filiorum non venire nepotes, *Gabr. d. concl. 1. de verb. sign. num. 93. Decian. cons. 47. num. 16. & seqq. lib. 3. Menoch. præsump. 94. num. 6. lib. 4. Seraph. d. decis. 1486. nu. 12. Rota d. decis. 707. num. 7. par. 2. recent. Surd. d. cons. 403. num. 21. & seq. & cons. 554. num. 7. & 8.*

Accedit tertio, quod hic filij sunt proprijs nominibus vocati, propter illud verbum, dictos, tunc enim
22 † appellatione filiorum non veniunt nepotes, & post plures cumulatos, de communi testatur *Gabr. d. concl. 1. de verb. sign. num. 73.* & in puncto ad exclusionem nepotum, fuit dictum verbum ponderatum per *Rot.*

Rot.d.decis.667.num.6.par.2. recent. vnde videntur omnino exclusi filij Martij,& pronepotes donatricis
23 qui nec etiam nepotis † appellatione continentur, Ias.in l.Gallus. §.instituens. num.8.ff.de lib. & post. Rim,iun.cons.389.num.18.& seq.lib.4. Rebuff.in l.liberorum. §.sed & papirius in fin.ff.de verb.sign. & si prædicta procederent in vltimis voluntatibus,
24 † in quibus fit lata interpretatio, multo magis procedere debent in contractibus, prout nos versamur,
25 † qui strictè intelliguntur, l.quicquid adstringendæ. ff.de verb.oblig. & in quibus appellatione filiorum non venire nepotes firmant, Bart. in d.l. liberorum, num.8. ff de verb. sign. quem sequuntur Salyc.in l.in emphyteuticarijs num.32. C.de iur. emph. Imol. in cap. potuit, in fin. extra de locat. Alexan.cons.17. num.3. & cons.125.num.2.lib 5.& in l.Galius. §.instituens num.8. & ibi Ias.num.24. & seq. ff. de lib. & post. Ruin.cons.13.n.3.lib.1. Paris.cons.20.n.14. lib.1. late Gabr.d.concl.1.de verb. signif.num.64. &
26 seq. & ratio est, quia † in contractibus verba sunt intelligen. in propria significatione, secundum quam,
27 appellatione † filiorum non veniunt nepotes, Bart. in d.l.liberorum num.10. Decian. cons.47. num.10. lib.3. Gabr.d.concl.1.num.3. Rota dicta decis.307. num.2.par.2.recent.& alias strictiorem fieri inter-
28 pretationem † pro inducen. fideicommisso in cōtractibus, tradunt Rol.cons.59.num.21. in fin. & seqq. lib.3. Gabr. cons.140. num.32. & seq.lib.1. Petr. de fideic.q.4.nu.8.Modern.discept.forens.cap.575. nu-
29 mer.27. & in puncto donationis, vt in ea † appellatione filiorum non veniant nepotes tradunt Gabr.d. concl.1.num.66. Soscin. iun. cons.108.sub num.15. lib.2. & in terminis fideicommissi facti in donatione plene, Alciat.d.cons.2. per tot.& præsertim nu. 33. & seqq. lib.8.

Denique quatenus prædicti pronepotes censerentur vocati à donatrice, cuius oppositum ex supradictis firmatum est, tamen cum hic nullum adsit verbum denotans perpetuitatem, vel tractum temporis
30 successiuum, illi intelligerentur vocati † per solam vulgarem, non autem per fideicommissum iuxta opinionem Cuman. in l.cum ita. §.in fideicommisso. num,4.ff.de leg.2.& in l. Gallus. §. quidam rectè, num.7.ff.de lib & post. Ruin.cons.19.num.6.& seq. lib.3. Menoch. cons.85.num. 54. & 67. Peregr. de fideic. art.18.num.3.& 4. quam sequitur Rota, vt in decis.125.num.1.& 143 num.10.& vtrobique de communi par.1 in recent.& in Auximana fideicommissi 26.Nouembris 1611.quæ est decis.357. num.2. ead. par.1.& in Terracinen.fideicommissi 25. Februarij 1616. coram R.P.D. meo Caualerio,vbi aliæ allegātur, & nouissime in Reatina fideicommissi 14.
31 Martij 1622. coram me. Vnde cum Martius † successerit patri, & patruis, & substitutio vulgaris ad fauorem eius filiorum penitus expirauit, l.post aditam. C.de impub. & in his terminis,Rota decis.495. num.1. par. 4. diuers.

Et ita fuit decisum.

☞ Infra in eadem causa habetur altera decisio sub die 26.Iunij præsentis anni 1623.coram bo.me.Vbaldo.



REVERENDISS. MERLINO.

Papien. Cappellaniæ.

Lunæ 3. Aprilis 1623.

ARGVMENTVM.

Conditio in fine posita, quando semota omni controuersia qualificet totam dispositionem. Fundator Iurispatronatus, si præsentandi liberam potestatem limitare voluit suis agnatis, quos & amare de iure præsumitur, multò magis est dicendum eam quoque voluisse limitare, quo ad extraneos, tamquam cessante sanguinis ratione, minus dilectos. Ad Iuspatronatus, quando actu Sacerdos debeat præsentari.

SVMMARIVM.

1 *Sententia an sit valida, nec nè, benè colligitur ex reuolutione actorum.*
2 *Conditio in fine dispositionis posita, qualificat totam dispositionem.*
3 *Quod maximè procedit, quando non adest ratio diuersitatis,cur dicta conditio potius ad vnum casum sit tantum restringenda.*
4 *Conditio in fine posita, tunc multo magis qualificat totam dispositionem, quando tota eadem oratione concepta est.*
5 *Verba, vult tamen etiam, & verba, ita tamen, quid importent.*
6 *Testator, si liberam præsentandi potestatem limitare voluit suis agnatis, multò fortius censetur voluisse eam restringere extraneis. nu.7.*
7 *Agnatos suos, quis præsumitur diligere, & noluerit,vt extranei, in quibus cessat ratio sanguinis, sint melioris conditionis,quam ipsi agnati.*
8 *Præsentatus ad iuspatronatus non dicitur habere ius in eo,si qualitates à testatore exigitas non habeat.*
9 *Præsentatus ad iuspatronatus actu debet esse Sacerdos, quando ipsa qualitas exigita est à fundatore,quando instituendus erat.*
10 *Iurispatronatus fundator, ex quo clarè appareat voluisse, vt instituendus ad illud actu esse deberet Sacerdos.*

DECISIO CCCCLXXIV.

TESTATOR de familia Pertusiorum, erecta cappellania, facultatem præsentandi Cappellanum pro prima vice tribuit exequutoribus, posteà verò eandem facultatem voluit penès ipsius ex fratre descendentes residere, hac tamen adiecta conditione,vt concurrentes de dicta Pertusiorum familia cæteris præferrentur. Quod cum exequutores non præstiterint, extraneo ab eis præsentato, Iacobus Pertusius ob id se grauatum sentiens, causam coram R.P.D.meo Pirouano introduxit, & præuia decisione desuper emanata, sententiam obtinuit, ipsum videlicet esse instituendum; Quam sententiam dubio per me hodie proposito, DD. confirmandam esse
1 dixerunt. De illius enim validitate nulla potest † esse dubitatio tanquam interuenerint omnia, de quibus per Verall.decis.260 par.2.

De iustitia pariter cōstat,cum dicta qualitas prælationis illorum de familia, non solum per descendentes à testatore, sed prima etiam vice ab exequu-
2 toribus esset † attendenda velut in fine vtriusque dispositionis posita. Ias.in l.talis scriptura num.36. ff.de

ff. de leg. 1. Felin. in cap. causam de rescript. col. 4. vers. 2. limita. Gabr. de clausulis concl. 9. Seraphin. decis. 570. num. 2. Tanto magis, nulla existente di-
3 uersitatis ratione, cur † testator voluerit facultatem hæredibus potius, quam exequutoribus datam coarctare. *Honded. cons. 64. num. 10. & seq. lib. 2. Rota decis. 231. num. 1. par. 1. diuer.* Vltra quod circa exequutores dispofita non habent clausulas de-
4 terminatas, sed præsentatio tam ab ipsis, † quam hæredibus facienda, eadem oratione concipitur, *c. cum dilecti, vbi Abb. num. 7. de donat. & cons. 20. num. 3. lib. 2. Peregr. de fideicom. art. 16. num. 109. Rot. decis. 530. num. 5. & 6. par. 1. in recent. & in Romana emphiteusis domorum* 11. *Martij* 1616. *corã R. P. D. meo Buratto*; vt pariter suadetur ex illis verbis, vult tamen etiam, quæ vtrumque casum re-
5 spiciunt, † sicut in simili dispositione per verba, ita tamen, fuit dictum in *Fauentina Beneficij decis.* 530. *num. 8. & 9 par. 1. in recent. & in d. Romana emphyteusis domorum coram R. P. D. Buratto.*

Quæ corroborantur, nam si per huiusmodi clau-
6 sulam testator limitare voluit præsentandi † libertatem suis concessam agnatis, quos magis dilexisse præsumitur, multo fortius censeri debet eundem restringere voluisse dictam facultatem exequutori-
7 bus † tanquam cessante sanguinis ratione minus ab eo dilectis. *Bar. cons. 54. num. 4. in fin. lib. 1. Alex. cons. 226. nu. 3. lib. 6.* & fuit pariter in ista *causa coram R. P. D. meo Pirouano consideratum.*

Constat vlterius de non iure à dictis exequutoribus præsentati, non existentibus in eo qualitatibus à
8 defuncto † requisitis, quod nimirum instituendus celebrare deberet quotidie missam, nec non in animarum cura Rectorem coadiuuare; Vnde nominatio
9 facta de non sacerdote non subsistit, cum † dicta qualitas actu esset necessaria. *Barbat. cons. 33. num. 10. lib. 2. Lambert. de Iurepatr. lib. 2. par. 1. q. 7. principali art. 28. Rot. dec. 596 par. 1. recent.*

Præterea stante concessione, quod illi de familia etiam non sacerdotes præsentarentur, satis apparet
10 † fundatorem in præsentato ab exequutoribus talem qualitatem actu requisiuisse. *l. quæsitum §. denique ff. de fund. instr. Cassad. decis. 8. num. 5. de concess. præben.*

REVERENDISS. COCCINO.

Fanen. Emphyteusis.

Lunæ 3. Aprilis 1623.

ARGVMENTVM.

Minor facilè etiam non probata læsione restituitur aduersus lapsum fatalium, vnde facilius venit restituendus, quando plura deducit, quæ suspicionem inducant læsionis. In iudicio restitutionis in integrum, non est definiendum negotium principale, cum in illis terminis sufficiat deducere ea, quæ excludant calumniam pro obtinenda dicta restitutione.

SVMMARIVM.

1 *Minores aduersus lapsum fatalium facilè restituuntur, etiam non probata læsione.*

2 *Minores aduersus lapsum fatalium facilius restituuntur, dum plura deducuntur, quæ inducunt suspicionem læsionis.*

3 *Minori non potest denegari restitutio in integrum, dum docet de læsione.*

4 *In Iudicio restitutionis in integrum non est definiendum negotium principale.*

5 *Restitutio in integrum, vt concedatur, sufficit, vt tot deducantur, vt satis sint ad exclusionem calumniæ,*

6 *Etiam si sint talia, quæ discussione egeant, ita vt in gradu restitutionis in integrum partes debeant audiri.*

DECISIO CCCCLXXV.

PLACVIT Dominis Camillum, & Franciscum esse restituendos aduersus rem iudicatam, ob la-
1 psum fatalium; cum enim † ipsi sint minores, de facili conceditur restitutio etiam non probata læsione, *l. cum & minores. C. si aduersus rem iudic. Gabr. conclus. 5. de minor. n. 2.* latè *Odd. de restit. in integr. q. 36. num. 46. Caldas in l. si curatorem, in verb. vel aduersarij dolo nu. 18. C. de restit. in integr.*

Et prædicta procedunt de plano, quia multa pro
2 parte ipsorum fuerunt deducta, † quæ inducunt suspicionem læsionis, vnde non potest denegari resti-
3 tutio. † *Bart. in l. nam, & postea. §. minor. nu. 7. ff. de iur. iuran. & in l. fin. num. 10. C. in qui. cau. Aegid. decis. 38. ante fin. Rota decis. 30. de rescript. in antiq.*

Neque obstant quæ in contrarium deducebantur;
4 quia visum fuit Dominis in hoc articulo † non esse definiendum negocium principale, sed sufficere, quod tot deducantur, vt satis sint ad excludendam
5 calumniam pro concedenda † restitutione in integrum, & quod sint talia, quæ discussione egeant, ita
6 ut in gradu restitutionis partes † debeant audiri. *Odd. quæst. 36. num. 72. & 73.*

Et ita conclusum, &c.

☞ * *In eadem causa habetur infra altera decisio sub 19. Iunij præsentis anni 1623.*

REVERENDISS. MANZANEDO.

Patriarcha Hierosolymitano.

Romana deuolutionis domus.

Lunæ 3. Aprilis 1623.

ARGVMENTVM.

Appellatio, quando remansit deserta, quia in primo, & secundo anno nihil in causa fuit actum, tunc sententia transit in iudicatum, & nihil aliud remanet, nisi vt executioni mittatur, Rota tamen in his terminis prius vult gustare validitatem, & iustitiam dictæ sententiæ, & tractatur hic de validitate sententiæ, qua fuit declaratum emphyteusim fuisse deuolutam ad Dominum directum, quando scilicet benè dicatur probatum dominium ad prædictum effectum.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio remanet deserta, si in primo, & secundo anno appellationis nihil fuerit actum.*

2 *Appellatio, quando est deserta, sententia transit in rem iudicatam.*

Sententia, quando transiuit in rem iudicatam aliud non remanet, nisi vt exequatur. nu. 2.

3 *Rota ex inueterato stylo non solet exequi sententias*

tias aliorum Tribunalium, nisi prius gustata eius iustitia.

4 *Dominium ad effectum deuolutionis est concludenter probandum.*

5 *Instrumentum concessionis probat dominium concurrentibus adminiculis etiam contra tertium.*

6 *Dominium optimè probatur per confessionem iudicialem eius, qui rem tenet in emphyteusim.*

7 *Emphyteuta, si sit citatus pro omni suo iure, & interesse ad videndum aliquem associari ad possessionem rei, existente sub dominio eius, à quo fuit inuestitus.*

Si respondeat ad petita non teneri &c. ex hoc fatetur dominium Domini directi, dum recusat illud controuertere.

8 *Confessio praiudicat confitenti, & ea valens est probare dominium contra ipsum confitentem.*

9 *Solutiones canonum coadiuuant probationem dominij.*

10 *Dominium probatur etiam contra tertium, ex continuatis solutionibus canonum per spatium 30. annorum, & hoc in vim præscriptionis.*

11 *Dominij probatio coadiuuatur ex inscriptione, quæ denotat rem esse sub proprietate alicuius.*

12 *Dominium etiam ad effectum deuolutionis, probatur ex pluribus coniecturis simul iunctis.*

13 *Sententiæ validitas debet iustificari ex ipsis actis.*

14 *Sententia, quando transiuit in iudicatum, & de eius validitate constat ex actis, ac apparet de eiusdem iustitia, tunc aliud non remanet, nisi vt exequatur.*

DECISIO CCCCLXXVI.

PENDENTE ista lite coram Illustriss. Domino Vicario Vrbis fuit per illius Locumtenentem terminata per sententiam ad fauorem Monialium latam sub die 18. Maij 1618. à qua licet pro parte Francisci appellatio fuisset interposita, & causa in Rota commissa, & citatione facta ad dicen. contra commissionem nihil amplius pro parte Francisci in causa fuit actum, nec in primo anno, nec in secun-
1 do, & † sic appellatio remansit deserta. *Auth. ei qui appell. C. de temp. appell. Vestr. in prax. lib. 3. cap. 5. num. 2.* vnde hodie fuit duibtatum, An dicta sententia Vicarij veniret exequenda; Et cum ex supradictis appareat appellationem fuisse desertam, & sic
2 sententiam transijsse in iudicatum videtur esse locũ illius executioni; Sed quia Rota non assueuit sententias aliorum Tribunalium exequi non gustata
3 illorum † iustitia, ideo illa discussa, & examinata visum fuit Dominis constare de dominio directo monasterij, & lineam fuisse finitam per mortem Pauli.

De dominio autem ex eo constare dixerunt; quia
4 licet ad effectum † deuolutionis, sit concludenter proban. nihilominus ex allatis pro monialibus sufficienter probari visum fuit, datur enim instrumentum concessionis factæ per Moniales quondam Paulo Sigismundi Clauario ad illius tertiam generationem, & in defectu generationis ad vnam nominationem tantum pro annuo canone scutorum 18. de
5 mense Septembris 1563. Regulariter enim † instrumentum concessionis probat dominium concurrentibus adminiculis, etiam contra tertium, *Rip. in l. si rem aliquem num. 39. de acquir. poss. & fuit dictum in causa Ciuitatis Castelli bonorum 12. Februarij 1590. coram bo. mt. Card. Pamphilio*, vbi aliæ auctoritates adducuntur, prout etiam fuit resolutum in *causa Ferrarien. prædij 3. Decembris 1600. coram Domino meo Decano, & coram Reuerendiss. D. Lugdunen. in vna Ariminen. bonorum, quæ est 290 par. 1. recent.*

Et hoc potissimum habet locum in isto casu, in
6 † quo habemus confessionem iudicialem eiusdem Francisci, qui cum citatus fuisset 3. Maij 1617. pro
7 omni suo prætenso iure, † & interesse ad viden. moniales associari ad possessionem domus sub proprietate, & directo dominio illarum, respondit ad petita non teneri, ideo nihil fieri, nisi seruatis seruandis, & hæc citra quæstionem dominij, quasi noluerit dominium Monialium controuertere, & sic dominium
8 confessus fuit, quæ † confessio ipsi præiudicauit, & ipsa de per se etiam probat dominium Monasterij. *Bart. in Imol. in l. cum tale. § falsa, de cond. & demonstr. Ruin. cons. 161. in princ. lib. 1. Aym. cons. 153. num. 2. & fuit dictum in dicta decis. 290. nu. 2.*

In casu autem nostro non desunt adminicula dan-
9 tur enim † solutiones canonum factæ Monasterio à Paulo, & Francisco continuatæ per plures quam 30. annos, ex quibus solutionibus per dictum tem-
10 pus † probatur etiam dominium contra tertium in vim præscriptionis, *l. si quis emptionis. C. de præscrip. 30 annorum. Specul. in tit. de emphit. § nunc aliqua ver. 53. & ver. 57. Rom. cons. 12. num. 1.*

Concurrit etiam super porta ipsius domus, & in
11 facciata anteriori lapis marmoreus cum † inscriptione, sub proprietate Monasterij Sanctæ Annæ, quæ ad probandum directum dominium multum facit ex deductis per *Bald. in cons. 310. lib. 5. Dec. cons. 135. in princ. Menoch. præsumpt. 59. num. 1. lib. 2. cum alijs adductis coram me in decis. Papien. Iurispatronatus, quæ est decis. 374. num. 7. part. 2. recent.* ex quibus omnibus simul iunctis visum fuit Domi-
12 nis satis probatũ esse dominium Monasterij, etiam ad effectum deuolutionis.

De generatione autem finita per mortem Pauli
13 ex actis constare visum fuit, † & per consequens de iustitia præfatæ sententiæ, qua stante, & validitate
14 illius, ex reuolutione actorum, & quod illa † transierit in iudicatum, ex deductis supra in principio fuit resolutum sententiam præfatam esse exequendam, &c.

REVERENDISS. COCCINO.

Romana Pecuniaria.

Veneris 28. Aprilis 1623.

ARGVMENTVM.

Contractus permutationis, seu translationis pecuniarum de vno loco ad alium initus cum aliquo Mercatore non est de iure improbatus, & licitè aliquod lucrum pro dispendijs, & periculo translationis potest percipi, & quid si lucrum prætendatur ex dilatione temporis ad effectum pecuniam transferendi. Indecens est allegare vsuram, vbi non cadit mutuum, nec verum, nec palliatum. Aliqua etiam habes, quando licitum sit taxare interesse, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Pecuniarum permutationis, vel translationis contractus de loco ad locum est licitus. & num. 2.*

3 *Mer-*

3 *Mercator pro contractu translationis pecuniarum de vno loco ad alium, potest aliquod lucrum licitè recipere pro dispendijs, & periculo transportationis pecuniarum.*
4 *Scuta 85. monetæ Romanæ, excedunt summam ducatorum centum monetæ Neapolitanæ.*
5 *ex Mutuo palliato resultat vsura, quæ cadit in mutuo vero, vel palliato.*
6 *Vsuram indecens est allegare, vbi non potest cadere mutuum verum, vel palliatum.*
7 *in Contractu translationis pecuniarum de vno loco ad alium, si concedatur aliquod tempus mercatori, quare id tempus ei concedatur.*
8 *Cambia nundinalia, aliquando fiunt per quatuor, & plures menses ante nundinas.*
9 *literæ Cambij, quæ ad vsum transmittuntur pro eis soluendis semper datur congruum tempus.*
10 *Mercatori, qui transferre pecunias de vno loco, ad alium se obligauit, tempus, quod assignatur, non ex alia causa censetur indultum, nisi ad ipsius beneficium, & sic id non est trahendum ad causam illicitam.*
11 *Interpretatio in dubio semper est capienda, vt actus non trahatur ad illicitum.*
12 *Taxare interesse aliud est, & aliud liquidare aliquam summam.*
13 *Fructus agri, vel vineæ licitè quamuis sint incerti liquidantur, & locantur pro certo pretio.*
14 *Quod tamen intellige, quando quantitas taxata est proportionabilis ad dubium euentum lucri.*
15 *Rota decis. 315. num. 2. quo casu loquatur.*
16 *in Contractu quantitas lucri taxatio, quod sit excessiua, id asserenti incumbit onus probandi.*
17 *Mutuum vbi non adest verum, vel palliatum, si prætendatur in contractu excessum, agendum est de iustitia illius, non autem de vsura.*
18 *Bulla Pij V. per quam prohibetur taxatio interesse, non habet locum quando non tractatur de dicta taxatione.*
19 *Bulla Pij V. prohibendo taxationem interesse, non habet locum, quando liquidatur aliquis valor.*
20 *Conuentio super interesse, quādo nullo modo adest, non intrat Bulla Pij V. prohibens illius taxatioonem.*

DECISIO CCCCLXXVII.

CVM admodum R. P. Almazanus in Ciuitate Neapolitana haberet diuersas pecuniarum summas pro insigni pio opere fidei suę commisso egit cum Odoardo Mercatore in Vrbe, vt pecunias prædictas exigi curaret, ac post quatuor menses à die exactionis illas ad Vrbem transmitteret. Itaut hic in Vrbe tantum solueret scuta 85. monetæ Romanæ pro quolibet centenario. Vnde dubitaui, An iste contractus sustineatur, & DD. affirmatiuè respon-
1 derunt, quia † iste fuit contractus permutationis, vel translationis pecuniarum de loco ad locum. *S. Thom. 2. 2. quæst. 77. art. 4. in corpore, vers. alia verò commutatio*, & de quo loquuti sunt antiquiores *Theologi, vt per Salon. de Cambio q. 4. art. 2. controuer. 5. num. 1. vers. In hac consultatione*, qui
2 † contractus est licitus, *vt per DD. prædictos Sot. de iust. & iur. q. 10. art. 1. §. licitum. Salas de Camb. dub 8. num. 3 in fine. Molin. de iust. & iur. tract. 2. disput. 403. nu. 3. Nauarr. in Manu. cap. 17. nu. 286. vers. reale vero.*

Neque facit quod Mercator aliquod lucrum lici-
3 tè † recipere possit pro dispendijs, & periculo trāsportationis pecuniarum. *Caietan. de Camb. cap. 1. vers. 2. cum Bagnes. de iust. & iur. tit. de Camb. dub. 5. conclus. 3. cum alijs.* Hic autem merces fuit modica,
4 vel nulla cum scuta 85. monetæ † Romanæ excedant summam ducat. 100. monetæ Neapolitanæ. Vndè fit quod ex tempore quatuor mensium dato ad trans-
5 mitten. resultet mutuum palliatum, † & inde vsura, quæ cadit in mutuo verò, vel palliato. *S. Thom. 2. 2. quæst. 78. art. 2. ad 7.* & ideo id quod plus valent scut. 85. monetæ Romanæ, quam ducati centum monetæ Neapolitanæ sit vsura, nam qoantum attinet ad tempus quatuor mensium fuit per DD. respōsum, indecens esse hic vsuram allegare, cum, vt di-
6 ctum est, † non sit verum non cadere, nisi in mutuo vero, vel palliato, quod hic omnino deficit, cum tē-
7 pus quatuor † mensium ad transmitten. pecunias concedatur in beneficium Mercatoris, vt interim rebus suis consulere possit, & si hoc admitteremus
8 actum † esset de cambijs nundinalibus, quæ fiunt per quatuor, & plures menses ante nundinas, & actum
9 † esset de litteris cambij, quæ ad vsum transmittuntur, datur enim semper congruum tempus ad soluen̄,
10 & ideo dilatio quatuor mensium censetur † concessa ad beneficium Mercatoris, & non ex alia causa maximè illicita, cum in dubio capi debeat inter-
11 pretatio, vt actus † non trahatur ad illicitum. *Alex. cons. 191. num. 6. lib. 2. & in similibus fuit resolutum in Romana societatis 5. Iunij 1602. coram me, & prius in Ferrarien. societatis 28 Iunij 1599 coram Illustriss. D. Card. Millino.*
12 Quantum verò attinet ad taxationem † scut. 85. pro centenario factam, fuit responsum, quod hic non fuit taxatum interesse, sed liquidatus valor moneta-
13 rum, † quæ liquidatio fuit licita, vt in simili fructus agri, vel vineæ incerti liquidantur, & locantur pro certo pretio. *Siluest in summa in verbo Societas il 1. num. 18. in fin. Armill. num. 17. Corrad. de contract. q. 96. in 1. & 2. conclus. Io. Lopez de contr. lib. 1. cap. 65.* & latè tradit *Henrichman cons. 8. num. 72. & fuit dictum in d. Ferrarien. societatis 28. Iunij 1599. coram Illustriss. Millino, & in Romana societatis 5. Iunij 1602. coram me*: quamuis prædicta proce-
14 dant, quando quantitas taxata est † proportionabilis ad dubium euentum lucri, prout fuit factum in casu isto, vt per *Corrad. & Henrichman locis prædictis*, alias secus, vt si taxaretur habita sola ratione
15 ad lucrum, in quibus terminis procedit † *decis. 315. nu. 2* & in omnem euentum onus probandi contra-
16 rium incumberet † Odoardo. *Purpur. in l. si poscenda nu. 29. C. de pact.* & in omnem casum probationis
17 esset agendum de iustitia, non autem de vsura, † quia hic nullum adest mutuum, vt supra dictum est.

Denique non obstat Bulla Pij V. 14. In nouo Bul-
18 lario, vbi † prohibetur certa taxatio interesse, quia si versaremur in taxatione interesse, hæc Bulla retorqueretur contra Odoardum, sed verè non agitur de taxatione interesse, sed de obligatione Odoardi trās-
19 mittendi pecunias † ad Curiam taxando pecuniam Neapolitanam, & Romanam, & sic liquidando valorem, quod potuit fieri, vt supra dictum est, non
20 autem † adest aliqua conuentio ratione interesse, quæ hic non potest considerari.

Et ita per omnes Dominos fuit conclusum contractum sustineri &c.

RE-

REVERENDISS. COCCINO.

Romana Legati.

Mercurij 10. Maij 1623.

ARGVMENTVM.

Contractus initus à minore sine debitis solemnitatibus à iure, vel à statuto requisitis licèt nullitatis subijciatur, tamen conualescit, si cum prædictis solemnitatibus fuerit à minore ratificatus & quid ad hunc effectum requiratur. Contractus initus cum minore aliquo modo non est dicendus dolosus, quando minor non fuit læsus. Clausula, citra innouationem posita in ratificatione alicuius contractus, quid operetur, & qualiter intelligenda veniat. Minor, vel mulier ratificando contractum nullum, opus est, vt notitiam habeant d. nullitatis, quod cessat, quando non fuerunt læsi.

SVMMARIVM.

1 *Transactio facta a minore, sine debitis solemnitatibus est nulla.*
2 *Ratificatio contractus facta à minore, cum debitis solemnitatibus, siue ex ea resultet nouus contractus, siue ratificatio illius quamuis nulli, ei obstat.*
3 *Quietantia facta pro residuo, intelligitur totum debitum fuiße solutum.*
Residui appellatione totum continetur. nu. 3.
4 *Quietantia, si sit facta pro integra solutione, id importat nihil persoluendum remanere.*
5 *Quietantia, quando satis appareat fuiße facta per verba generalia.*
6 *Contractus, etiam præsumptiuè dolosus non potest ratificari.*
7 *Contractus verè non potest dici dolosus, quãdo nulla adest læsio.*
8 *Statutum Vrb. lib. 1 cap. 151. non præsumit contractum dolosum, eo quia fuit factum sine solemnitatibus, sed ad obuiandum fraudibus annullat.*
9 *Minor, quando constat, quod non fuit læsus in contractu, cessat præsumptio fraudis, dum contraxit sine solemnitatibus.*
10 *Præsumptio cedit veritati.*
11 *Clausula, citra innouationem, posita in ratificatione contractus, non tollit ipsam ratificationem, sed solum præseruat innouationem circa reseruata in ipso contractu.*
12 *Dictio, citra, quid importet.*
13 *Clausula, non aliàs, aliter, &c. est præcisa.*
14 *Contractus ratificatio, si facta sit citra innouationẽ contractus, qualiter sit intelligenda.*
15 *Clausula, sine præiudicio iurium, est intelligenda præterquam quo ad expressa.*
16 *Contractum nullum, ad hoc, vt quis validè ratificet, debet certiorari de nullitatibus.*
17 *in Contractu, quando quis interuenit, præsumitur sciuisse, qualiter fuerit initus.*
18 *Ignorantia iuris solemnitatem inducentis neque mulier potest allegare.*
19 *Mulier ratificando contractum, opus est, vt non ignoret eum fuiße dolosum.*
20 *Quæ tamen conclusio procedit, quando constat mulierem fuiße læsam, aliàs secus.*
21 *Natt cons. 162. nu. 33. quando cesset.*
22 *Relatum propriè, & verè inest in referente.*
23 *Contractus nullus, dum à muliere ratificatur, quãdo constat, quod non fuit læsa, licet notitiam non habuerit nullitatum,*
Tunc non tanquam ratificatio substinetur, sed tamquam actus principalis.
24 *Obligandi animum, quando quis habet in omnem euentum, quid sit dicendus, si inito adsit aliqua nullitas.*
25 *L. de his ff. de transaction. quando non intret.*
26 *in Contractu, quando quis interuenit, non potest allegare illius ignorantiam.*

DECISIO CCCCLXXVIII.

DOMINI steterunt in resolutis sub die 24. Nouembris 1621. *quod obstat Helenæ quietantia facta post transactionem admisso etiam
1 quod non obstaret transactio † tanquam facta sine solemnitatibus statuti Vrbis, *cap. 151. lib. 1.* dicta enim quietantia fuit facta cum prædictis solemnitatibus, &
2 propterea obstat, siue ex ea resultat † ratificatio siue noua transactio; Nam quantum attinet ad primum, cum seruatis solemnitatibus Helena fecerit quietantiam pro residuo, vtique censetur ratificasse transa-
3 ctionem, quietantia † enim fuit facta pro residuo, & integro pagamento. Et residui appellatione totum continetur, *l. 2. C. de hæred. instit. Cas. cons. 9. num. 31. lib. 1. Afflict. decis. 285. num. 3.* & eadem quietantia
4 fuit pro integra solutione † quod importat nihil persoluendum remanere, *l. vltima C. ad l. falcid. Boer. dec. 44. num. 31. Afflict decis. 285. num. 5.* & insuper per hæc verba illam fecit videlicet generaliter quietauit, &c. promittens neque directè, neque indirectè
5 sub quouis quæsito colore † contrauenire iuxta notata *per Gabr. cons. 246. num. 14. in fin. et numer. 15. vers. & quamuis lib. 1.*
6 Neque obstat quod contractus † etiam præsumptiuè dolosus non possit ratificari, *Verall. decis. 1. part. 3.* quia iste contractus neque verè, neque præsumptiuè dolosus est, non verè, quia nulla adest læ-
7 sio † Helenæ, non præsumptiuè, quia statutum vrbis non præsumit contractum dolosum ex quo fuit factum
8 absque solemnitatibus, † sed ad obuiandum fraudibus annullat, & si fortè non ostenso, quod Helena non fuerit læsa, posset adesse aliqua præsumptio frau-
9 dis, tamen cum satis constet † non fuisse læsam, cessat præsumptio, & prædictum statutum solum apertis
10 verbis dicit quod iuramentum censeatur dolo † extortum, in quo capite nulla fit vis pro parte Collegij.

Minus etiam obstat clausula quietantiæ, citra innouationem dictæ concordiæ, & quorumcumque
11 iurium sibi reseruatorum, quia ista † præseruatiua non tollit ratificationem, sed solum præseruat innouationem, quoad reseruata in dicta concordia, itaut sensus sit approbare concordiam prout iacet, nihil
12 verò addere, vel minuere, † hoc enim denotat dictio illa, citra, iuncta verbo, prædictis, *l. transigere, vbi Bald. ante numer. 1. C. de transact. l. si benè 52. ff. de petit. hæred. l. si vni ex hæredibus 21. in princ. ff. fa-*
13 *mil. ercisc.* præsertim stante clausula, † non aliter aliàs, nec alio modo, *Dec. cons. 61. num. 2. Bald. in l. si quidem 9 num. 3. C. de except.* itaut sensus partiũ fuerit addere robur transactioni quoad ius, non autem
14 aliquid † immutare quoad factum, & propterea clau-
15 sula, sine præiudicio iurium ambarum partium † debet intelligi præterquã quoad expressa. *Cresc. dec. 7. de iurepat. Hõd. cõs. 86. n. 47. vol. 2. Verall. dec. 119. lib. 1.*

Minus

Minus etiam releuat, quod Helena debuisset cer-
16 tiorari de nullitatibus, quia aliàs † non potuit contractum nullum ratificare, quia vt fuit responsum in decisione, factum ratificatum erat illi notissimum,
17 cum ipsa† interuenerit in primo contractu, & ideo non ignorabat, quomodo negotium fuisset actum, ignorantia vero juris solemnitatem inducentis, ne-
18 que † mulier potest allegare, *Corn. in l. iuris ignorantia num. 3. & 4. & cæteri Doctores. C. qui admitt. cum allegatis in prima decisione*, & quamuis replice-
19 tur opus fuisse, quod mulier non† ignoraret transactionem fuisse dolosam, *ex Natt. cons. 162. num. 33. Becc. cons. 37. num. 24.* attamen responsum fuit repli-
20 cationem esse veram, sed non applicari, quia† hoc procederet, si non constaret Helenam fuisse læsam, cum autem non constet etiam in minimis, vt abun-
21 dè in alia decisione, obiectum plenè† cessat, vt benè declarat idem Natta loco allegato num. 34.

Quantum attinet ad secundum de noua transactione, non potest dubitari, quia ex clausulis tamen, & conuentionibus in prima transactione contentis ità ùt circa illa nihil censeatur nouatū, transactio enim
22 generaliter relata inest verè & propriè in quietantia, *Gabr. cons. 84. num. 4. lib. 2. Rota decis. 35. num. 6. in fin. par. 2. in recent. Rimin. iun. cons. 234. num. 45.* ideo sustinetur etiam cessante scientia nullitatis, non
23 quam ratificatio, †sed tāquam actus principalis generalis quietantiæ, *Gabr. cons. 146. num. 14. vers. tamen verum est, & num. 15. vers. quamuis lib. 1. Menoch. cons. 361. num. 27. lib. 6.* & benè ad propositum *Ias. in l. nec is. num. 10. in fin. ff. de acquir. hæred.* vbi
24 loquitur † de eo, qui habet animum se obligandi in omnem euentum.
25 Neque obstat *l. debis. ff.* † *de transact.* quia quietantia per relationem refert tenorem transactionis etiam verbis visis &c. & sufficit visio per modum in-
26 tellectus in hoc casu, in quo Helena† interuenit in prima transactione, & cum ea fuit facta, vt fuit resolutum *in causa Romana de Longis 14. Nouemb. præteriti coram* R.P.D. *meo Buratto.* Ergo &c.

Ea ita fuit resolutum vtraq; parte informante &c.

Decisio ista in hac eadem causa facta sub die 24. Nouembris 1621. coram eodem bon. mem. Coccino, est supra in hoc Tomo decisio 421.

REVERENDISS. PIROVANO.

Fulginaten. Alimentorum.

Lunæ 15. Maij 1623.

ARGVMENTVM.

Filiorum appellatione an in materia fauorabili alimentorum, veniant quoque nepotes, & quamuis opinio affirmatiua præualeat, tamen fallit in certis casibus, de quibus hic in decisione. Dispositum à testatore ad fauorem alicuius primogeniti, & successorum, quando aliquid fuit, si accidat, vt ille decedat ante patrem, & sic nunquam habuit primogenituram, an dicatur defecta dicta dispositio, itaut aliquid non possint prætendere eius descendentes.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum appellatione regulariter non veniunt nepotes, & num. 9.*
2 *in Alimentorum materia relictum factū ab ascendente, trahitur etiam ad nepotes.*
3 *Primogeniti fauore si aliqua dispositio fuerit facta, dum quis numquam fuit primogenitus, talis dispositio ad eum referri non potest.*
4 *Dispositio quælibet cum effectu debet intelligi.*
Actus sine effectu dicitur nullus, num. 4.
5 *Dispositio ad personam vnius non est coangustanda, quando ad alios quoque dicta dispositio fuit respectiuè subordinata.*
6 *ad Ascendentes spectat onus alendi suos descendētes.*
7 *Testator, dum ordinauit, vt eius dispositio seruari, & locum habere debeat in suis descendentibus in infinitum, id non potest verificari, nisi per successiuam nepotum admissionem.*
Tempus in infinitū, quid ex necessitate inferat, n. 7.
8 *Dictio, etiam, stat augumentatiuè,*
9 *Alimenta relicta ab ascendente descendenti, ea etiam relicta censentur nepotibus &c.*
10 *Quæ conclusio non procedit, quando ageretur de grauandis filijs, & quando adsunt verba personalissima.*
11 *Vel quando testator discretiuè locutus est de filijs, & nepotibus.*
12 *Vel quando dispositio locum habuit in filijs.*
13 *Alimenta relicta filio, censentur quoque relicta nepoti, quando in nepote concurrit eadem qualitas, & eadem ratio, quam in filio.*
14 *pro Fideicommissi euersione non est capienda interpretatio, & maximè quando fideicommissum est arctum.*
15 *Voluntas testatoris est seruanda, quicquid postea ex ea sequatur, veluti si timeretur de euersione fideicommissi.*
Lex, quamuis dura seruanda, num. 15.
16 *Lex, & voluntas testatoris, quoad eorum obseruantiam pari passu ambulant.*
17 *Descendentes sicuti cum tempore multiplicari possunt, ita quoque cum tempore extinguuntur.*

DECISIO CCCCLXXIX.

CENSVERVNT Domini D. Gregorium Iacobillum teneri præstare alimenta DD. Iulio, & fratribus, & annuum legatum scutorum 200.

Debentur enim huiusmodi alimenta, & legatum ex dispositione Frācisci Iacobilli senioris à quo fuit tale onus primogenitis iniunctum per formalia verba.

Item voluit, quod cæteris filijs masculis, quos superesse contigerit, tàm de Iulio eius filio, quàm de Angelo eius nepote, ex Bernardino filio, si per eorum patrem, & auum respectiuè non fuerit prouisū de annuo redditu, seu censu scutorum 200. pro quolibet, primogenitus, seu alius hæres vniuersalis prędictorum hæredum, teneatur de redditibus prouidere vnicuique de redditu prædictorum scutorum 200. seu supplere de eo, quod alicui vsque ad quātitatem prædictam deficere contingeret, & hoc facere, & prouidere teneātur prædicti hæredes respectiuè, postquam prædicti filij peruenerint ad ętatem annorum 20. & non antea, necnon sēper alimenta eisdē filijs in eius domo, vna cū famulo pro quolibet præstare ad hoc vt honestè eorum vitam sustentare valeant.

Quod intelligi, & sortiri voluit in fratribus carnalibus hæredum primogenitorum, & illis non existentibus, in filijs ipsorum in stirpem, ac omnibus coniunctim dicta scuta 200. quæ forma, seu disposi-
tio

tio seruari, & locum habere debeat etiam in alijs successoribus in infinitum: ex quibus verbis patet.

Primò, quod filij Iulij, vltra Ascanium primogeni-
1 tum, fuerunt vocati ad huiusmodi legatum, † quorum appellatione, & si regulariter non veniant nepotes, prout sunt Iulius, & fratres nunc agentes, qui sunt filij Laurentij fratris dicti Ascanij, attamen
2 quia † versamur in materia alimentorum, relictum factum ab ascendente trahitur etiam ad nepotes, *Bart. in l. liberorum. num. 5. ff. de verb. signif.* cuius opinionem vti veriorem secuti sunt infiniti relati per *Surdum de alim. tit. 9. q. 36. num. 8. & seqq.*

Secundò fuerunt vocati filij fratrum carnalium primogenitorum, inter quos sunt isti nunc agentes, vti filij Laurentij fratris Ascanij primogeniti, neque refert, quod Ascanius prædecesserit Iulio patri suo,
3 relicto Gregorio nunc primogenito, †& dum Ascanius nūquam fuit primogenitus successor, dispositio ad eundem referri non possit, *Surd. post alios cons. 3. num. 25. & cons. 381. num. 13.* quia quicquid sit de conclusione generali firmata per Surdum in locis
4 allegatis, quod dispositio intelligi debeat† cum effectu, & actus sine effectu dicatur nullus, nos versamur in alijs terminis, nempe in Ascanio scripto hærede, & primogenito in testamento, vnde subordina-
5 ta† respectiue ad illius personam, non coangustātur in effectiuo hærede primogenito, sed possunt stare demonstratiue de fratribus hæredis scripti, etiamsi alterum contingat succedere, *Bald. cons. 170. in fin. lib. 5. Simon de Pretis de vlt. volunt. lib. 3 solut. 5. num. 33. fol.* 199. maximè quia ratio contrarij sensus dari non potest in fideicommittente, qui erat ascen-
6 dens, & †ad quem onus spectabat alendi suos descēdentes, *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 141. num. 1. Surd. post alios de alim. tit. 4. q. 9. num. 38.* & qui similem prouisionem fecerat quoad alios suos nepotes ex Angelo filio Bernardini ipsius fideicommittentis filij.

Tertio, quia idem testator declarans se in fine legati, dixit: quæ forma, seu dispositio seruari, & locū habere debeat etiam in alijs successoribus in infini-
7 tum, quæ verificari † non possunt, nisi per successiuam nepotum admissionem ad commodum alimentorum percipiendum, nedum ex necessitate temporis infiniti, vt ponderatum fuit, & firmatum *in Tusculana fideicommissi coram Reuerendiss. nostro Decano 23. Martij 1620.* sed etiam quia testator augu-
8 mentatiue loquutus est per dictionem, † etiam, quæ potest successores sanguinis comprehendere, *Rot. in recent. decis. 367. num. 2. par. 1.* Neque dicatur, quod forma data fuerit etiam alijs successoribus, sed secū-
9 dum dispositionem supra relatam, † itaut si filiorum appellatione non veniant nepotes, & isti filij non sint filij fratrum carnalium primogenitorum, obligatio successorum non comprehendet illos, quia iam fuit firmatum, vtramque conclusionem veram esse.
10 Non obstat si replicetur, quod etiam in† materia alimentorum fauorabili, supradicta conclusio patiatur quamplures limitationes, & signanter quando
11 agitur †de grauandis filijs, & quando adsunt verba personalissima, & testator discretiue locutus est de filijs & nepotibus, ac demum quando dispositio lo-
12 cum †habuit in filijs, quæ omnia dicebantur in præsenti verificari, & pro limitationibus admitti per eūdem *Surdum d. q. 36. tit. 9. per totam.*

Quia ex eodem Surdo ibidem num. 38. & 39. colligitur responsio, quod limitatio fauorabilis pro ne-
13 potibus sustinetur, †quando militat ratio in nepotibus, & quando in nepote concurrit eadem qualitas, quæ fuit considerata in filio, quæ omnia concurrere fuit supra firmatum.

Demum non obstat periculum euersionis fideicommissi, & primogenituræ propter infinitatem
14 successorum, qui superuenire possent, quod non est de mente fideicommittentis, qui bona sua sub tàm arcto fideicommisso posuit, & conseruari voluit.

Quia si voluit testator præstari tale legatum, ob-
15 seruanda est illius dispositio, †vt dicimus de lege, quæ quamuis dura est seruanda, à qua testatoris voluntas non discordat, *§. disponat. auth. de nupt.* sed nihilominus periculum neque est euidens, quia legatū
16 non debetur omnibus descendentibus, † sed in stirpes, quæ sicuti multiplicari possunt in dies, ita etiam cum tempore extingui. Et ita &c.

☞ *In eadem causa habes infra duas alias decisiones 15 Ianuarij, & 15. Iunij 1624.*

R. P. D. VBALDO.

Romana, seu Prænestina Castrorum.

Lunæ 15. Maij 1623.

ARGVMENTVM.

Bannitus, vt præsumatur à Principe propter tollerantiam gratiatus, & absolutus à banno, qualis esse debeat talis tollerantia, nam ea bene potest doceri ex pluribus coniecturis simul iunctis, & tunc sine dubio bannitus præsumitur à Principe gratiatus, & restitutus à banno, quando vltra tollerantiam, quæ consistit in actu negatiuo, scilicet pati, concurrunt quoque actus positiui, & affirmatiui facti ab ipso Principe, veluti si fuerit admissus ad faciem Principis, cum aliàs bannitus, tanquam infamia notatus ad aspectum Principis non est admittendus. Item si Princeps contraxerit cum bannito, vel eidem feudum concesserit. Bannitus non præsumitur à Principe remissus, quando elegit eum in militem, quod tamen secus est, si eum designauerit in Ducem, & Imperatorem exercitus.

SVMMARIVM.

1 *Probatio aliqua, quando directè non potest haberi recurrendum est ad contecturas, & argumenta.*
2 *Principis tollerantia, an sola sit sufficiens, vt bannitus habeatur pro gratiato, & absoluto à banno.*
3 *Bannitus, dum publicè, & palam negociatur in loco, vbi fuit bānitus, præsumitur absolutus à bāno.*
4 *Testes singulares probant, quando principaliter nō agitur de probando aliquo actu, sed aliquid commune resultan. ex illo actu.*
5 *Principis tollerantia, an habuerit pro gratiato aliquem bannitum, id ex pluribus simul iunctis potest probari.*
6 *Testes probant publicam vocem, & famam, si deponant per verbum fuit, & est.*
7 *ex Principis tollerantia inducitur præsumptio restitutionis à banno.*
8 *Bannitus, si diu fuerit conuersatus, & tolleratus in patria, à qua fuit bannitus, id contingere non potest sine gratia, & remissione banni.*
9 *Bannitus, diu tolleratus in loco, à quo fuit banni-* tus

tus non potest impunè offendi, quicquid sit an censeatur remissus.

10 *Tollerantia consistit in actu negatiuo, scilicet pati.*

11 *Bannitus censetur à banno per Principem gratiatus, si vltra tollerantiam, concurrant etiam actus positiui, & affirmatiui facti ab ipso Principe.*

12 *Actus negatiuus, qui consistit in pati, non est eius potentiæ, & virtutis ad inducendam, & exprimendã voluntatem, cuius est actus affirmatiuus.*

13 *Ruin. in cons. 85. num. 9. lib. 4. accuratius locutus est, quam in cons. 48. eodem lib.*

14 *Historijs in quibus materijs credatur.*

15 *Papa narratiuæ proprio motu factæ creditur, quãuis sit de facto alieno.*

16 *cum Principe ille videtur contraxisse, dum ipse Princeps ipsius operam elegit.*

17 *cum Principe, qui contrahit, videtur ab eo habilitatus, quamuis nõ esset habilis cũ eo contrahere.*

18 *Bannitus non præsumitur à Principe remissus, si eũ in militem assumpserit.*

Tamen id est intelligendum in simplici milite, non autem in Duce, & Imperatore exercitus, nu. 18.

19 *Dux & Imperator exercitus personam ipsius Principis repræsentat.*

20 *Banniti, non sunt capaces feudorum, nec aliarum dignitatum.*

21 *Bannito, dum Princeps concedit ea, quorum banniti non sunt capaces, censetur cum eo dispensare, & illum rebannire.*

22 *Banniti non admittuntur ad faciem Principis, tanquam infamia notati.*

23 *Bannitus, quando quis est, non potest præsentare ad iuspatronatus, sed præsentatio spectat ad Fiscũ.*

24 *Bannitus amittit ea, quæ sunt de iure ciuili.*

25 *Bannitus, quod fuerit restitutus ex quo bene possit argui.*

26 *Bannitus neq. ciuiliter, neque naturaliter possidet. Condictionis negatiuæ non adimplementum allegans, ad eum spectat onus probandi.*

27 *Possessoris commodum hoc est, vt releuetur ab onere probandi, transferendo illud in aduersarium.*

DECISIO CCCCLXXX.

IN donatione D. Victoriæ Columnæ, fuit cum alijs duobus fratribus vocatus D. Pompeius, donatricis filius, quatenus haberet gratiam à Sede Apostolica, cum de eo tempore esset bannitus, & quod eam habuerit, fuit præsuppositum in decisione in hac causa facta die 31. Martij præteriti, sed nũc placuit particulariter dubitare super præsupposito, videlicet, An constet de purificatione vocationis Põpeij in donatione Victoriæ, & fuit vna parte informante, communi Dominorum consensu affirmatiue resolutum, & cum resolutio pendeat ab eo, An Pompeius in gratiam redierit, & cum de hoc expresse non constet in scriptis, Domini recurrebant
1 †ad coniecturas, & argumenta, ex quibus clare ostenditur, Pompeium obtinuisse gratiam à Sede Apostolica. Nam cum Pompeius fuerit condemnatus in contumacia de anno 1554. & de anno 1562. Victoria fecerit prædictam donationem, in qua vocauit Pompeium sub conditione restitutionis in gratiam, vt dictum est, exinde dantur multi actus, non solum qui consistere dicuntur in pati, ex quibus colligitur
2 † tollerantia Principis, quæ sola forte non sufficeret, vt infra dicetur, sed etiam alij actus positiui, qui consistere dicuntur in agere, iuxta distinctionem *Ruin.* in hac materia *cons. 85. num. 9. lib. 4.* Ex quibus constat, quod Princeps habuit Pompeium pro gratiato, & absoluto à banno.

Et quoad priores actus, constat ex testibus examinatis, quod de anno 1573. & deinceps Pompeius erat in Vrbe, & publice, & palam negotiabatur, &
3 † informabat Rotam cum suis procuratoribus, & Aduocatis *in causa Portuen. bonorum coram bon. mem. Seraphin.* à quo emanarunt in causa plures decisiones, quarum prima fuit de anno 1575. & est *decis. 258. in eius impress.* & vnus testis deponit etiam Pompeium equitasse per Vrbem in triumpho Marci Antonij Columnæ, ob victoriam Naualem, contra Turcas, tempore fel. record. Pij V. & licet isti testes, circa diuersos actus sint singulares, tamen ex quo
4 non † agitur principaliter de proban. illis actibus, sed aliquid commune, quod ex illis actibus resultat, vi-
5 delicet, tollerantiam Principis, bene admitti, † & coniungi possunt, iuxta *Bald. in l. de quibus, n. 123. ff. de leg.* quem sequitur post alios *Farinacc. de testibus quæst. 64. nu. 16.* & benè faciunt notata per eundem *Farinac. d. quæst. 64. nu. 159.* Vltra quod testes sunt contestes de publica voce, & fama, per verbũ,
6 fuit, & est, † quod Pompeius fuisset in gratiam restitutus. Et quidem quod ex tollerantia Principis in-
7 ducatur præsumptio restitutionis, † videtur tenuisse, *Salic. per illum tex. in l. nullus. C. de Iudæis, Ruin.* post alios quos allegat *cons. 48. num. 7. lib. 4.* quem sequuta est Rota *decis. 371. nu. 3. coram Sanct issvbi*
8 ex eo, quod quis fuit diu conuersatus, † & tolleratus in patria, à qua exulabat, id contingere non potuit sine gratia, & remissione banni, *Marsil. singul. 77. num. 2. Ang. in l. si duo. num. 2. vers. nam hæc fama. ff. de acq. hær. Berous cons. 181. num. 5. & seqq. lib. 3. Bursatt. cons. 177. num. 45. & seq. & cons. 331. nu. 27. Honded. cons. vlt. num. 87. lib. 2. Addentes ad Bertaz. cons. crimin. 26 vers. quarto. Scarlatt. cons. 113. n. 22. inter cons. criminalia tom. 1. fuit dictum in Romana Artis sutoriæ 20. Martij 1620. coram Illustriss. Sacrato,* & licet dicta opinio habeat contradictores, cum *Salic.* eius auctor *in d. l. nullus. C. de Iudæis,* verè loquatur ad effectum, vt bannitus tolleratus, non
9 possit impunè offendi, † non autem, vt censeatur remissus, *Berous d. cons. 181. num. 5. & cons. 183. nu. 4. lib. 3. Marsil. d. singul. 77. num. 2. Boss. in tit. bannit. quid amitt. num. 2. Cephal. cons. 35. num. 20. Aym. cons. 168. num. 4. Scarlatt. d. cons. 113. num. 23. Farinacc. quæst. 103. nu. 189. in princ. Mascard. de probat. concl. 162. num. 7. & 8. cum alijs per Surd. cons. 270. n. 5. & 6. & num. 17. lib. 2. & per Modern. discept. forens. cap. 309. num. 29. & seqq. Hipp. Rimin. cons. 715. numer. 23. & seqq. lib. 6.* Tamen in proposito cessat dif-
10 ficultas, quia adest non solum tollerantia, † quæ consistit in actu negatiuo, scilicet pati, sed cum ea concurrunt etiam actus affirmatiui, & positiui facti à Principe, de quibus statim dicetur, qui cum consistant in agere, per eos censetur Pompeius liberatus
11 à banno, per ea, quæ notat *Butr. in cap. veniens. numer. 7. vers. quidam sunt actus,* & ibi etiam *Abb. numer. 7. de fil. presb.* & ratio differentiæ est inter solam tollerantiam, & actum facti, est, quia actus negatiuus,
12 qui consistit in pati non † est eius potentiæ, & virtutis ad inducen. consensum, & exprimen. voluntatem cuius est affirmatiuus, secundum *glos. in cap. cum accessissent, in ver. confirmatum, de const.* ita in puncto

cto respondit *Ruin.cons.85.num.9.lib.4.* vbi accura-
13 tius locutus est, † quam in supra allegato *cons.48. eod.lib.* & eum sequitur *Menoch. cons.275. num.53. vers.tertius est casus, lib.3. & cons.715.nu.13.lib.8. & de præsumpt.lib.2. præs.20. nu.17.* & est de mente eiusdem *Menoch.de arbitr.lib.1. quæst.90. nu.57. Gabr. eod.tit. de præsumpt. concl.8. num.18. Surd.d. cons.270.num.18. Laderch.cons.205.nu.2. Farinac. d.quæst.103.nu.189. vers. immo ex sola tollerantia, Modern.discept. forens.d. cap.309.nu.32. & 33. Magon.decis.Florent.26.num.48.& seqq.*

Quod autem hic, vltra tollerantiam, concurrant alij actus, qui in solo pati non consistunt, deducitur, quia in primis fel.record. Pius Quartus, Pompeium Ducem creauit copiarum Ecclesiasticarum, & misit ad succurren. Insulæ Melitæ, tunc à Turcis obsessæ, vt probatur ex *Commentarijs Antonij Fräcisci Cirni lib.5.fol.60.* & ex alijs Historijs allegatis per informantes. Quibus addo *Io.Ant. Viperanum de Bello Meliten.mihi fol.23. & 29.* Quibus Historijs in
14 † tali materia creditur, vt per *Bart. & Doct. in l.1. ff. si cert. pet.* cum alijs allegatis per *Rot. in causa Comen.habitus coram R.P.D.meo Pirouano, quæ est decis.290. num.7. post secundum librum cons. Farinac.* Et attestatur sanctæ memoriæ Pius V. in erectione Zagaroli in Ducatum, de qua mox dicetur, &
15 cum sit narratiua Papæ † in gratia Motu proprio, ei creditur, etiam de facto alieno, iuxta *glos.& Doct.in Clem.1.de probat. cum alijs per Rot.decis.244.nu.1. par.1. recent.* & iste actus positiuus videtur conside-
16 rabilis, cum Pompeius videatur † quodammodo cõtraxisse cum Principe, qui eius opera elegit, vti in re
17 tanti momenti, & qui cum Principe contraxit, † videtur ab eo habilitatus, vt per *Vasq. Contr. Illustr. lib.1. cap.3. nu.7.* quem sequitur *Magon. d.decis.26. num.50. vers est etiam, & seqq.* & licet *Ruin.d.con-*
18 *sil.85.num.15.lib.4.* dixerit Principem † non censeri remittere à banno eum, quem in militem assumpsit, & sequitur *Menoch.d.cons.275.nu.53.& d.cons.715. num.12. Laderch. d. cons.205.sub num.2.* tamen videntur intelligen. in simplice milite, non autem in
19 Duce, & Imperatore exercitus, † qui personam ipsius Principis repræsentat, vt per *Cæpoll. in tract. de imper.milit.deleg. §. pro Imperatore, num.9.* Vltra quod hic concurrunt etiam alij actus positiui, nam sanct.mem. Pius V. de anno 1569. Motu proprio, & sola contemplatione meritorum, & virtutum ipsius Pompeij, quem filium dilectum appellauit, Oppidũ Zagaroli, Pompeio in temporalibus subiectum, erexit in Ducatum, ipsumq. Pompeium Ducem creauit, vnde eo ipso censetur, eum exemisse à banno, † cum
20 † banniti non sint capaces feudorum, nec aliarum dignitatum, *l.2.l.quoties.C.de dignit.lib.12. Menoch. d.cons.715.num.19.* Princeps enim conceden. bannito ea, quorum banniti sunt incapaces, censetur
21 cum eo dispensare, † & illum rebannire, vt per *Ruin. d.cons.85.nu.9.lib.4. Selu.in tract. de benefic. par.3. quæst.10. num.25. Menoch. cons.275. num.54. & d. cons.715.num.13.*

Et demum fel.recodr. Gregorius XIII. eum admisit, & recepit ad pedum deosculationem in eius reditu è Sicilia ad Vrbem, vt tertius testis deponit,
22 qui eum associauit. cum † tamen banniti non admittantur ad faciem Principis, tamquam infamia notati, vt per *Menoch.d.cons.715.num.16.& 17.*

Et prædicta omnia non modicum recipiunt admi-

niculum, ex quo idem Pompeius de anno 1565. defuncta iam Victoria matre in Vrbe constitutus, donauit omnia bona ad se spectantia in Terris Ecclesiæ; Cardinali Marco Antonio fratri suo, reseruata tamen sibi certa quantitate, causa testandi, & idem Cardinalis de anno 1567. eidem Pompeio præsenti retrodonauit eadem bona, constituen. primogenituram ad fauorem Pompeij, quam postea confirmauit idem Cardinalis ad fauorẽ Martij; post mortem Pompeij. Quibus accedit, quod Pompeius de anno 1567. præsentauit Archipresbyterum Oppidi Zagaroli, tanquam de iurepatronatus suæ familiæ, & fuit secuta
23 institutio, quæ † præsentatio non spectasset ad bannitum, sed vel ad Fiscum bannito viuente, prout tradit, sed non audet firmare, *Farinacc. quæst.25. numer.154.* vel ad alios de familia, & demum de anno 1572. 76. & 81. imposuit census super suis bonis, & de anno 1575. constituit dotem Lauræ filiæ suæ, vt hæc omnia fuerunt data in Summ.nu.3. & seqq. quos omnes contractus fecit Pompeius hic in Vrbe palã, & publicè, & certum est, quod si fuisset bannitus, nõ
24 potuisset contrahere, † cum bannitus præsertim ex Constitutionibus Summorum Pontificum amittat etiam ea, quæ iuris communis sunt, *Honded.cons.83. num.14.lib.1.cum alijs per Farinacc.quæst.102. numer.36.& 69.& seqq.* & signanter addebat vnus ex Dominis, quod in instrumento retrodonationis, quã fecit Cardinalis Pompeio, & alijs ibi nominatis de vsufructu bonorum donatorum, expressè fuit conuentum, vt dictus vsusfructus nullo modo posset deuenire in fiscum, occasione cuiuscumque delicti, & quod ille, qui committeret aliquod delictum propter quod esset locus confiscationi, intelligeretur, neduum de tempore commissi delicti, sed cogitati per tridum ante priuatus, & vsusfructus perueniret in vocatos post ipsum, qui si postea restituatur per Sanctissimum in pristinum statum, tunc facta eiusmodi gratia, possit, & debeat huiusmodi vsumfructum recuperare, quam conditionem, & clausulam repetijt idem Cardinalis in confirmatione primogenituræ ad fauorem
25 Martij, & certe inuerisimile, † & impossibile videtur vt de tempore dictæ retrodonationis Pompeius non esset restitutus, cum aliàs dicta conditio quoad ipsũ fuisset omnino inepta, & accedit, quod certum est, Pompeium possedisse vsque ad obitum vigore dictæ retrodonationis bona comprehensa in donatione Victoriæ, quæ sine restitutione à banno, possidere non
26 potuisset, cum bannitus, † neque ciuiliter, neque naturaliter possideat, vt post *Ruin.cons.49. num 5. lib.4.* firmat *Rota apud Card.Mant. decis.245. nu.3.* Postremò fuit data fides D. Horatij de Bubalis, attestantis se vidisse Breue Pij Quarti, cuius vigore Pompeius fuit gratiatus, & poterit formiter examinari, cũ valde faciat ad coadiuuan.alias probationes.

Et supradicta eo magis videbantur amplectenda, quia non solum dictus Pompeius bona, de quibus in donatione possedit, sed ea possederunt eius successores, & nouissime Excellentiss. D. Dux Petrus Franciscus à quo causam habet Illustriss. D. meus Cardinalis Ludouisius, quo casu D. Dux venit per viam exceptionis repellendo D.Camillum, qui illum molestat, tanquam Pompeius non habuerit gratiam à Sede Apostolica sub cuius conditione Victoria illi
27 donauit, vnde † onus probandi hanc negatiuam conditionis non adimpletæ spectat ad allegantem, iuxta *decis.Seraph.264.num.10.* cum hoc sit commodum pos-

possessoris, vt releuetur ab onere probandi, & transferatur in aduersarium, *§.retinendæ, vers. commodū, instit. de interd.l.Qui accusare C. de eden.* Et tamē tot sunt, quæ adducuntur pro affirmatiua obtentæ gratiæ, vt videantur superabundare, ad effectum de quo agitur, vt constat ex supradictis.

Et ita fuit decisum.

Decisio ista in hac eadem causa emanata sub die 31. Martij 1623. est supra in hoc Tomo 473.

REVERENDISS. COCCINO.

Romana Saluiani.

Mercur.17. Maij 1623.

ARGVMENTVM.

In Saluiano interdicto, vt quis obtineat, quid sufficiat, vt probet. Census non cadit sub hypotheca generali bonorum, quando prohibita est illius alienatio, etiā alienationis latissimo sumpto vocabulo, & quid an possint hypothecari, seu obligari illius fructus, & respondetur benè illos posse obligari obligatione personali, non autem reali. Appellatione bonorum, venit etiam nomen debitoris, & quando id sit verum.

SVMMARIVM.

1 *in Saluiano extrema sunt creditum cum hypotheca ex parte actoris, possessio verò ex parte rei.*
2 *Iuramentum publicum facit probationem probatam.*
3 *Creditum, quando est cum hypotheca omnium bonorum iurium, & actionum præsentium, & futurorum sufficit probare debitorem possedisse rem hypothecatam tempore obligationis, vel postea.*
4 *per Clausulam, constituti, transfertur ciuilis, & naturalis possessio.*
5 *Constitutum regulariter non probat, nisi inter constituentem, & constitutarium.*
Constitutum probat etiam contra tertium habentem causam ab ipso constituente nu. 5.
6 *Instrumenti via, quando aliquid probatur, cessat omnis dubitatio.*
7 *in Saluiano extremum secundum probatur ex substentatione litis vnà cum adminiculis.*
8 *Saluianum non potest competere, nisi pro parte rei, quam debitor possidebat.*
10 *Alienari prohibita etiam alienationis lato sumpto vocabulo non cadunt sub hypotheca.*
11 *Fructus census, quando ipse census est prohibitus alienari, possunt actione personali obligari.*
12 *Bona, quando sunt prohibita alienari nedum ipsa proprietas non potest alienari, sed nec etiam super ea constitui vsusfructus, quia esset alienatio.*
13 *Alienari, quando sunt prohibita bona, Dominus rei benè potest se actione personali obligare ad dandum fructus rei.*
14 *sub Bonorum nomine venit etiam nomen debitoris.*
15 *Actio personalis non transit in singularem successorem.*
16 *Debitoris nomen, quando est hypothecatum, talis hypotheca ad fauorem creditoris tamdiu durat, quousque nomen manet in posse debitoris.*
17 *Nomen debitoris tūc venit in obligatione bonorum, quando actio est nata, non autem, quando adest spes agendi.*
18 *Fructus, quando alicui sunt obligati, & Dominus rei bona fide illos consumpsit, tunc qualiter succuratur creditori & declara vt nu.19.*

DECISIO CCCCLXXXI.

HÆREDES Raphaelis tanquam creditores Constantij scutorum 1200. pro residuo pretij vineæ egerunt contra domum professam S. Simphorosæ possedit ricem census scutorū 700 in sorte principali, qui census fuerat datus in solutum prædicto Constantio à Gaspare & Sulpitia de Comitibus emptoribus partis dictæ vineæ à dicto Constantio emptæ, vnde an hæredes legitimè potuerint agere contra domum prædictam possedit ricem pendet ex duobus; Primo vt videatur an constet de extremis; Secundo an fructus huius census constituatur sub hypotheca.

Et quantum attinet ad primum, certum est, quod
1 extrema in hoc iudicio sunt creditum † cum hypotheca ex parte actoris, possessio verò ex parte rei, *vt latè per Roland. cons.14.num.13. lib. 1. qui alios allegat.* Et quantum attinet ad creditum, de eo satis
2 constat ex publico Instrumento, † quod facit probationem probatam. *Bald.in l.Imperator sub num.1. circa med. & in l. qui semel num. 35 C. quomod. & quand.Iudex,* cum istud creditum sit cum hypotheca omnium bonorum, iurium, & actionum præsen-
3 tium, † & futurorum, propterea sufficit debitorem possedisse rem hypothecam tempore obligationis, vel postea, *glos in §. item Seruiana in verb. quasi in fine instit. de action glos.fin. in §. interdictum quoq; in fin. instit. de interdict.* Quantum verò attinet ad possessionem rei Sancti Constantij satis illa probatur ex impositione census ad illius fauorem facta per
4 Gasparem, & Sulpitiam cum † clausula constituti, per quam fuit translata ciuilis, & naturalis possessio in dictum Constantium, *l.quod meo ff. de acquir. possess.Roland.cōs.45.n.2.& cons.57.n.23.lib.3.* & licet
5 regulariter loquendo cōstitutū non probet nisi † inter constituentem, & constitutarium, tamen probat etiā contra tertium habentem causam à constituente, & sic contra domum possessam habētem causam ab ipso Constantio. *Ruin. cons.169.in fin.lib.1. Gratian. cons.42.num.12.& 13.lib.2 Natt. cons.439. num.3. lib.2. Tiraq. de iur. constit par.3. limit.1. num.20. & seq. iuncto num.23. vbi alios allegat S.D.N. dec. 491. num.10.vbi aliæ referuntur decisiones,* & ces-
6 sat omnis difficultas, quia domus professa † produxit Instrumentum confectum 23. Decembris, in quo asseritur istum censum fuisse possessum à prædicto Constantio, *vt benè fuit consideratum in decisione facta 15. Aprilis 1622. coram Reuerendiss. D. meo Merlino Datario;* Possessio autem ipsius Domus profes-
7 sæ non controuertitur, & satis † probatur ex substentatione litis concurrentibus alijs adminiculis. *Verall. decis.369. num.1.par.2. Seraph. decis. 1415. num.3.*

Neque est verum, quod Saluianum non possit cō-
8 petere nisi pro medietate census, cum spectet pro medietate † ad Beatricem coniugem Constantij, quæ non emit vineam, sed Constantius ad computum pretij vineæ assignauit Raphaeli venditori cedulam Montis

Montis Pietatis scutorum 200. quæ erat pars dotis Beatricis vxoris, & ipse solus emit vineam, & propterea licet postea eadem Beatrix vnà cum Constantio marito vendiderit partem vineæ Gaspari, & Sulpitiæ emptoribus, qui emptores prædicto Constantio, & Beatrici assignarunt dictum censum scutorum 700. nihilominus cum fuerit narratum in dicto Instrumento Constantium, & Beatricem emisse, & ap-
9 paret solum Constantium emisse, † res videtur clara, quoad pretium, & sic census ad solum Constantiũ spectabat, tamen dicebatur quod verè, & realiter Constantius, & Beatrix vendiderunt, & vtrique census fuit datus in solutum, vnde solum ex medietate fuit acquisitus Constantio, non autem in totum, quæ quidem acquisitio est attendenda, quicquid sit, an in aliquo ex ista causa vxor teneatur.

Quantum attinet ad secundum an census iste cadat sub hypotheca, duæ fuerunt firmatæ conclusiones; Prima fuit proprietatem ipsius census non
10 † cadere sub hypotheca, cum census esset prohibitus alienari, etiam alienationis lato sumpto vocabulo. *Bart. in l. Codicillis 91. §. instituto. num. 5. ff. de legat. 2. vbi Bald. in fin. glos. in l. fin. in verb. vel hypothecã. C. de reb. alien. non alien. Soccin. cons. 25. numer. 12. vers. sed his non obstant lib. 1. Gabr. de reg. iur. concl. 12. num. 12. Rota decis. 426. num. 8. par. 1. diu. & fuit resolutum coram me in causa Saluian. interdicti 10. Decembris 1601. & 8. Februarij 1602.* Secunda
11 conclusio fuit, quod fructus census † actione personali poterant obligari, nam quando bona sunt prohibita alienari, nedum ipsa proprietas non potest
12 alienari, † sed nec etiam super ea constitui vsusfructus, quia esset alienatio, actione tamen personali
13 † potest Dominus rei se obligare ad dandos fructus, vt est textus expressus *in d. l. Codicillis §. instituto. ff. de legat 2. vbi hoc notat Bart. in l. 4. Bald. num. 1. vers. & per hoc induco. Cuman. num. 2. idem Bart. in l. si is, qui 11. §. vsusfructus num. 1. in fine, & num. 2. ff. de pignor. specul. de primo decreto §. 3. restat. nu. 8. & 9. Alex. in l. si pactum §. si de vectigal. nu. 16. vbi de communi ff. de damn. infect. Faber in §. item Seruiana num. 30. vers. expressum est. Instit. de act. Ias. in l. filiu fam. § diui in 2. lect. num. 83. vers. 12. limita ff. de legat. 1. Rip. in l. obligatione generali num. 37. vers. saluari tamen potest ff. de pignor. Lup in cap. per vestras §. 38. num. 7. vers. & inde est. C. de donat. inter vir. & vxor. Afflict. ad constit. Regn. lib 1. de pœn. contumac. rubr. 97. siue de constitutione si quis post litem num. 11. vers. sed iuxta hoc quæro, vbi in contrarium Foller. in tract. de contract. censual. §. 3. census enim dici solet num. 11. & 41. Bald. cons. 384. per tot. lib. 4. Alex. cons. 11. num. 3. lib. 5. Ruin. consil. 17. num. 5. 8. & 12. lib. 1. Grat. cons. 54. numer. 14. & seqq. lib. 1. Natt. cons. 516. num. 8. Negusant. de pign. 2. membr. p. 2. num. 48. vers. 5. restringitur membr. 3. num. 9. vers. tamen hoc non obstante. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 7. num. 47. Gomez. var. tom. 2. cap. 15. num. 17. vers. 2. limita. Corbul. de caus. priu. ob alienat. ampl. 49. num. 16. Surd. de alimen. tit. 4. 9. & 10. num. 26. num. 29. & num. 35. & decis. 97. Gail. obseruat. 117. num. 27. lib. 1. & de pace pub. lib. 2. cap. 17. numer. 8. Put. decis. 111. lib. 3. Molin. de primog. Hispan. cap. 20. num. 12. & seq. lib. 1. Rosental. de feud. cap. 9 membr. 4. concl. 15. num. 7. Peregr. de fideicom. art. 40. nu. 117. Negusant. de pign. p. 2. memb. 2. n. 49.*

His duabus conclusionibus firmatis punctus difficultatis consistit an fructus census fuerint obligati,
14 in quo articulo cum essent obligata † etiam bona, & sub nomine bonorum veniat etiam nomen debitoris, *l. nomen C. quando res pign. obligar. poss. l. bonorum §. vltimo, & in l. Princeps ff. de verb. signif. Bald. cons. 334. in princ. lib. 2. latè Tiraq. in l. si vnquam in ver. bona num. 8. C. de reuoc. donat.* videtur dicen. quod debitor census fuisset obligatus Raphaeli.

Sed adhuc remanet dubium, quia aut vti fructus
15 censentur obligati actione † personali, & illa non transit in singularem successorem, *l. fin. §. lutius ff. de contrah. empt. Aym. cons. 12. num. 7. Corbul. d. ampl. 49. num. 8. & 9. Molin. d. cap. 20. num. 12 & seq. Rota dec. 131. num. 11. apud Pacif. Cuman. in allegat. §. instituta num. 2. vers. & si dicas*, aut verò nomen debito-
16 ris est hypothecatum, & hypotheca in istis † nominibus debitorum durat quantum ipsum nomen manet in posse debitoris, cuius nomen fuerat obligatum & sic debitor census remanet tantum obligatus, donec ipse fuit debitor Constantij. *Bald. in l. vbi adhuc num. 37. vers. sed penè maritus C. de iur. dot. & cons. 21. num. 5. lib. 1. Negusan. de pignor. in 2. membr. 2. part. num. 23.* & vlterius quoad fructus decursos donec Constantius fuit Dominus census, non adest difficultas quin tunc nomen debitoris censeatur obliga-
17 tum, secus quoad fructus decurrendos, quia † nomen debitoris, tunc venit in obligatione bonorum, quando actio est nata, non autem quando adest tantũ spes agendi. *Bald. cons. 234. sub num. 2. vers. in contrarium est veritas lib. 2. Tiraquell. in l. si vnquam in ver. bonorum sub num. 8. circa fin. vers. vbi tamen intelligit*, & propterea quoad fructus decursos, dum
18 Curtius fuit dominus, licet † posset agi in subsidium conditione ex lege contra illum, qui consumpsit bona fide dictos fructus, *Bart. in l. fin §. si præfata num. 4. C. de iur. deliber Afflict. dec. 190. nu. 4.* tamen hæc conclusio est vera duobus concurrentibus. Scili-
19 cet quod principalis debitor † non sit soluendo, & quod fructus exacti à debitore sint penes aliquem titulo lucratiuo. *Bart. in l. 1. num. 1. & 2. Salic. nu. 2. ff. de distract. pign. Alex. cons. 108. num. 8. & 10. lib. 1. Cephal. cons. 86. num. 8. vbi allegat tex. in l. si non expedierit §. 1. ff. de bon. auth. iud. possid. vbi Bart. & Alberic. idem Bart. in l. pupillus vers. ego dixi, & Alberic. num. 2. ff. de his quæ in fraud. credit.*

Ex quibus videndum verè est, an Census in totum spectauerit ad Constantium, vel pro medietate, & quatenus in totum, videndum est, cum Census non potuerit hypothecari, an fructus fuerint actione personali obligati, vel ipsum nomen debitoris fuerit hypothecatum, & quatenus in vtroque casu affirmatiuè respondeatur, videndum rursus erit in primo casu an actio personalis transeat ad singularem successorẽ. In secundo vero casu, an nomen debitoris censeatur semper hypothecatum, vel donec extat in dominio debitoris hypothecantis. Scilicet dum extitit tantũ in dominio Curtij, qui omnia bona præsentia & futura hypothecauit ad fauorem Raphaelis.

Et ita, &c.



REVERENDISS. D. COCCINO.

Romana Beneficiatus S. Laurentij in Damaso

Lunæ 22. Maij 1623.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus, quando probari non potest per rectam viam exhibitionis instrumenti fundationis, & dotationis, tunc si simus in personis, in quibus non cadit presũptio vsurpationis, probatur vel per præsentationes spatio 100. annorum effectum sortitas, vel per 40. annos, concurrente tamen fama ipsius iurispatronatus, vel ipsa non concurrente, si ipsæ præsentationes sint adminiculatæ. Iuspatronatus, quando competit alicui Confraternitati Laicorum, quo casu dicatur Ecclesiasticum, & quo Laicale, circa quam materiã plura deducuntur, sed tandem indecisum id relinquitur.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatus assumit naturam illius, in cuius locum subrogatur.*

2 *Iuspatronatus, quando non constat de instrumento fundationis, & donationis, sufficienter probatur per præsentationes effectum sortitas spatio centum annorum, quando tamen non sumus in familia potenti.*

3 *Iuspatronatus, non docto de instrumento fundationis, vel dotationis, probatur per præsentationes spatio 40. annorum effectum sortitas, concurrente tamen fama.*

4 *de Præsentationum effectuatione non est dubitantũ quando vnus per obitum alterius fuit præsentatus.*

5 *Consensus præstitus resignationi beneficij habet vim præsentationis.*

6 *Iuspatronatus etiam probatur per præsentationes spatio 40. annorum effectum sortitas, licet non fuerit probata fama, quando illæ præsentationes sunt adminiculatæ & nu. 7. & 8.*

9 *Reus, et possessor nihil tenetur probare antequam actor suam intentionem fundauerit.*

10 *Præsentatus, quando quis fuit in tempore, et habet qualitates, non potest ei denegari immissio.*

11 *Romanis tantum ex indulto Leonis Summi Pontificis sunt conferenda beneficia Vrbis, et an hoc indultum comprehendat beneficia existentia in Ecclesia Dominorum Cardinalium, quod intellige si spectet ad eorum collationẽ, et quidquid de hoc sit et nu. 12.*

13 *Beneficia Iurispatronatus Laicorum non veniunt sub generali dispositione.*

14 *per Obitum beneficiati, beneficium quidem dicitur vacare de iure, et de facto.*

15 *Vacatio de iure, et de facto, præfertur vacationi de facto tantum.*

16 *Beneficium, quando satis dicatur vacare de iure, et de facto.*

17 *Gratia, vt aliquem iuuet, opus est, vt ea iustificetur.*

18 *Gratia, si non iustificetur, indigna est nomine gratiæ.*

19 *Iuspatronatus dicitur Ecclesiasticum si competat alicui confraternitati, quorum confratres distinguuntur aliquo signo religionis, quamuis sint Laici.*

20 *Iuspatronatus dicitur Laicale, quando illud spectat ad confraternitates Laicorum, vel illorum Priores.*

21 *Fratres alicuius confraternitatis, quando sunt Laici, nec habent habitum religiosum, nec gaudent priuilegio fori, vel canonis, non possunt dici personæ Ecclesiasticæ,*

22 *Et ideo conueniuntur coram Iudice Laico, quæ tamen opinio vera non est, et maxime hodie stante Concil. Trident. sess. 22. cap. 8. et 9. de reform. et num. 23.*

24 *Confraternitas Laicorum si habeat annexum Hospitale, qualiter sit iudicanda.*

25 *Hospitale est locus pius, et religiosus, et de foro Ecclesiastico.*

26 *Iuspatronatus, si competat alicui Confraternitati Laicorum, licet ea sit annexa alicui loco pio, seu Ecclesiæ, nihilominus tale iuspatronatus est iudicandum Laicale, et quare.*

27 *Quæ opinio prætenditur æquior ad effectum excludẽdi reseruationem.*

28 *Decisio 680. num. 2. part. 1. diuers. quando procedat et num. 29.*

29 *Doctoris doctrina, debet intelligi secundum iura ab eo allegata.*

30 *Iuspatronatus confraternitatum Laicorum auctoritate Ordinarij erectarum præsertim si habeant Ecclesiam, est Ecclesiasticum.*

31 *Iuspatronatus spectans ad Confraternitates laicorum, quæ solum faciunt Collegium, & non sunt affixæ alicui Ecclesiæ, dicitur laicale.*

32 *Si verò alicui Ecclesiæ sint annexæ, & tunc dicitur Ecclesiasticum, & hæc opinio in rigore iuris est verior.*

33 *Iuspatronatus non debet dici laicale, sed Ecclesiasticum, licet competat Confraternitati laicorum, quando illius priores, quāuis laici, quoad administrationem & curam habentur pro Ecclesiasticis.*

34 *Priores alicuius Confraternitatis loci pij possunt trahere, & trahi super bonis, & eorum administratione dicti loci, coram Iudice Ecclesiastico.*

35 *Cancellaria quotidie dat literas Magistris fabricæ Confraternitatis laicorum deputatæ ad aliquod opus pium exercendum, & quando, & qualiter id procedat. num. 36. & vide à num. 40. vsque ad finem.*

37 *Custodia sacrarum Imaginum, certum est, quod de iure spectat ad Ordinarium.*

38 *Iuspatronatus, si cohæreat Ecclesiæ, vel loco pio, & eius nomine fiat præsentatio, dicitur Ecclesiasticum.*

39 *Priores Confraternitatis alicuius loci pij, pro negocijs dicti loci debẽt conueniri coram Iudice Ecclesiastico, licet pro rebus suis particularibus conueniantur coram Iudice laico.*

DE-

DECISIO CCCCLXXXII.

FRANCISCVS tanquam præsentatus à Custodibus Sanctiss. Saluatoris ad Sancta Sanctorũ petebat immissionem, & cũ se opponeret Nicolaus Bonifacius tanquam possessor; dubitaui, An dicto Francisco danda esset immissio, quod dubium habet plures difficultates. Pro quarum difficultatum dilucidatione præmittendum est, quod Capitulum Sancti Laurentij in Damaso, nec non & Custodes Sanctissimi Saluatoris prætendũt Capellaniam Sanctiss. Conceptionis esse de ipsorũ iurepatronatus, & ipsorũ Custodũ. Prædictas Capellanias san. me. Gregorius XIII. vniuit Collegio Beneficiatorum, & Clericorum sine præiudicio patronorum, & postea fuit actum, vt Capitulum præsentaret vnum Beneficiatũ, Custodes verò duos Clericos, demum fuit firmatum quod Custodes haberent præsentationem vnius Beneficiatus, Capitulum verò vnius Clericatus.

Hoc prænotato punctus difficultatis in eo versatur, An scilicet probetur iuspatronatus dictarum capellaniarum, quia si sic, non potest negari quin constet de iurepatronatus beneficiatus; quia fuit subrogatus respectiuè in locum dictarum capellaniarum,
1 † & subrogatus assumit naturam illius, in cuius locũ fit subrogatio. *Anchar. cons.* 110. *in princ. & cõs.* 42. *in princ.* vbi quod ista regula est magistralis. *Alex. cons* 88. *num* 4. *ver. corroboro lib.* 1. *Decian. cons.* 43. *num.* 14. *& seqq. vers. circa secundum lib.* 3. & Domini censuerunt constare de dicto iurepatronatus, cum enim non agatur de iurepatronatus vniuersita-
2 tis, aut familiæ potentis, si non † constat ex instrumento de fundatione, & dotatione sufficiunt præsentationes effectum sortitæ spatio centum annorum, vt censuit *Congregatio Illustrissimorum Interpretum*, & secuta fuit Rota *in causa Barchinonen. vnionis* 5. *Decembris* 1547. *coram bo. me. Gypsio*, vel saltem
3 effectum sortitę spatio 40. † annorum cum fama. *Cassad. decis.* 2. *num.* 4. *cum seqq. de prob. Acchill. decis.* 6. *de iurepatr. Put. decis* 56. *lib.* 1 *in nou. & pluries in Rota fuit resolutum*.

In hoc autem casu probatur præsentationes effectum sortitæ spatio multorum annorum; dantur enim consensus præstiti per Custodes vti patronos resignationibus de anno 1525. 1534. 1553. 1588. ac præsentatio fuit facta de anno 1591. nec non & consensus resignationi factæ de anno 1592. qui vltimus consensus habuit effectum vsque ad annum 1622. quo contigit vltima vacatio, & prædicta omnia excepta prouisione 1534. habuisse effectum non potest
4 dubitari, † cum vnus per obitum alterius fuerit prouisus. *Oldrad. cons.* 229. *num.* 3. qui quidem consen-
5 sus præstitus habet vim præsentationis, † & ex eo resultat idem effectus. *Abb. in cap.* 1. *num.* 6. *de releg. domib. & cons.* 54. *num.* 3. *vers. pro hoc facit lib.* 1. *& hãc opinionem tenet Rota decis.* 199. *num.* 3. *par.* 1 *in rec.* Et quamuis non adsint præsentationes effectum sortitæ spatio centum annorum, indubitanter tamen
6 adsunt spatio 40. annorum, qui etiam sufficiunt † absque fama, cum sint adminiculatæ ex vnione facta per san. mem. Gregorium XIII. & ex quo prouisiones semper fuerunt factæ cum clausula, accedente con-
7 sensu patronorum quæ † videntur sufficere in casu, de quo agitur, licet non probetur fama, *vt per per Bald. in l. cum super num.* 1. *&* 3. *C. de rei vend. cuius dictũ sequitur Rota, vt per Cassad. d. decis.* 2. *num.* 4. *de prob.* quare in hoc casu satis censetur probatum iuspatro-
8 natus etiam † quod non adsit fama, quia vna cum præsentationibus vltra 40. annos concurrunt sufficientia inditia.

Secunda difficultas consistit in eo, quia Nicolaus
9 Antonius est reus, & possessor, † & nihil tenetur probare, sed hoc obiectum cessat, quia cum Franciscus probet Iuspatronatus, & se fuisse præsentatum
10 in tempore, & suas habilitates, non potest † ei denegari immissio. Et quamuis Nicolaus Antonius excipiat, quod Ioannes Calcalacius non est Romanus,
11 quibus ex indulto Leonis † sunt conferenda beneficia Vrbis, attamen fuit responsum, quod indultum
12 non comprehendit beneficia † extantia in Ecclesiis Illustrissimorum Cardinalium, sed quicquid sit de hac responsione, quia fortè exceptio intelligitur de beneficijs spectantibus ad collationem Illustrissimorum Cardinalium, fuit responsum dictum indultum
13 non comprehendere † beneficia de iurepatronatus, quia egent speciali mentione, vt comprehendantur sub generali dispositione *ex adduct. per Modern. super Reg.* 8. *gloss.* 18. *num.* 2. *& seqq.* Et licet etiam excipiatur, quod Franciscus non probat vacationem vltimi possessoris de iure, & de facto, ideo ipse est præferendus, qui habet prouisionem per obitum ante-
14 cessoris † per quem non dubitatur beneficium vaca-
15 uisse de iure, & de facto, in concursu autem † præfertur vacatio de facto, & de iure vacationi tantum de facto *Cassad. dec.* 5. *num.* 4. *&* 8. *de Priuileg. Moderr. ad Reg.* 8. *glos.* 5. *§.* 1. *num.* 79. sed obiectum cessat, quia cum constet de iurepatronatus, & antecessoris præsentationem in tempore fuisse factam, non potest
16 † dubitari vacationem contigisse de facto, & de iure etiam quod vltimus defunctus non esset Romanus, quia vt dictum est, indultum Leonis non comprahẽdit iurispatronatus, & cessat omnis difficultas, quia
17 Nicolaus Antonius † non iustificauit suam gratiam & propterea non potest iuuari ex aliqua vacatione,
18 quia gratia non iustificata † non meretur nomen gratiæ. *Anchar cons.* 34. *in princ.*

Tertia difficultas fuit excitata, & super ea discursum fuit, nihil tamen firmatum, quia gratia Nicolai Antonij non est iustificata; An scilicet quatenus iustificaret suam gratiam, posset obtinere, & ratio difficultatis consistit in eo, An huiusmodi iuspatronatus, quod spectat ad Custodes Confraternitatis Sanctissimi Saluatoris sit laicale, vel Ecclesiasticum, in quo articulo est notandum, quod tamen est extra controuersiam iuspatronatus esse Ecclesiasticum, quando
19 † personæ distinguuntur aliquo signo religionis, quãuis sint laici, vt de iurepatronatus Beptinarum *est decisio Rotæ* 11. *de iurepatr. in antiq. Felin. in cap. quand. lit. Ap. numer.* 11. *limitat.* 4. *vers. induxit, & Gambar. de offic. leg. lib.* 3. *num.* 412. *& seqq. Lambert. de iurepatr. lib.* 1. *part.* 1. *art.* 10. *num* 4. *Aldobr. cons.* 30. *num.* 5. *& seq. lib.* 1 sed quando spectat ad confraternitates laicorum vel illorum priores, duæ sunt
20 opiniones inter se pugnantes. Prima est † quod sit laicale, quam tenent. *Felin. & Gambar. loco supra citato. Rocch. de iurepatr. in versic. ius numer.* 17. Mouentur ea ratione, quia si Confratres sunt
21 Laici, nec habent habitum religiosum, † nec gaudent priuilegio fori, & canonis, non possunt dici personæ Ecclesiasticæ, sed sæculares, & vti tales

les conueniuntur, coram Iudice Laico. *Bartol. in lege cum Senatum numer. 4. ff. de rebus dub. Felyn. in cap. 2. ad fin. de for. compet.* Sed ratio ista non videtur vera ex ijs, quæ notat *Gabr. de benefic. part. 5. numer. 606. Mar. Mut. decis. 58. num. 9.*
22 vbi refert magnam † regiam Curiæ sæpè remisisse causas harum confraternitatum ad IudicesEcclesiasticos, & omnis hodie videtur cessare difficultas,
23 † stante dispositione. *Concil. Tridentin. Sessione 22. capit. 8. & 9. de reform.* & præsertim in hoc ca-
24 su, † quia Confraternitas ista est deputata ad custodiam Sanctissimi Saluatoris ad scalas Sanctas, & habet Hospitale annexum, & sic est locus pius, &
25 † religiosus, & de foro Ecclesiastico, *Specul. de edit. Instrum. §. nec vero aliqua numer. 62. Gabr. de pia causa conclus. 2. Tiraquell. de priuileg. piæ causæ in præfat. versicul. item relictum. Padill. in l. si aquam Cod. de seruit. & aqu. numer. 46. Ludouis. decis. 3. num. 6. & 7. et decis. 93. numer. 36. et 45. Redoan. de rebus Ecclesiastic. non alien. rubr. 27. et 33. cas. 12. Valasc. cons. 105. numer. 28. Solis de censibus lib. 2 capit. 3. numer. 11. Menoch. de recuper. remed. 15. num. 22. Guttier. can 99. libr. 1. cap. 35. numer. 29. Mantic. de tacit. et ambig. libr. 25. titul. 6. numer. 69. Rocch. de Visitatione versicul. Hospitale. Zerol. in prax. Episcop. parte prima versicul. Hospitale. §. 3. dub. 3. Azeued. libr. primo numer. 29. titul. primo libro 4. et lib. primo numer. 4. titul. 18. lib. 9. de Recomp. Ceuall. comm. contr. comm. cap. quarto quæst. 896. numer. 982. Egid. in repet. lib. 1. part. prima in principio numer. 59. Cod. de Sacrosanct. Eccles. Flor. variar. libr. 11. quæst. 2. numer. 179. Marc. Anton. Genuen. in prax. Episcop. Cur. Neapol. cap. 17. Garz. de benefic. loco citato numer. 601. et seqq. et propterea Couaruuias variar. qq. capit. 39. numer. 8. versic. nam etiam, qui eandem sententiam cum Felyn. et alijs tenet,* mouetur alia ratione videlicet, quod Confraternitates laicorum,
26 etiam quod soleant Collegia, † quædam causa pietatis construere, & sint affixi alicui Ecclesiæ constituunt iuspatronatus laicale non Ecclesiasticum, quia illi ex quibus vniuersitas constat, & ad quorum voces, & suffragia præsentatio fit, sunt omnes laici, & ad hanc vniuersitatem laicorum præsentatio pertinet non ad Ecclesiam, nec ad aliquam Ecclesiasticam dignitatem, & hoc dictum Couaruuias simpliciter refert *Fusc. de Visitatione libro secundo capit. 14. ad fin. versic. item iuspatronatus,* Et hanc opinionem ad effectum
27 excludendi † reseruationem æquiorem esse dicit. *Garz. loco citato numer. 69. pro qua etiam allegat Rota decisione 574. numer. 7. parte prima, quæ tamen numer. 5. non videtur figere pedes, et eam allegat Camill. Borell. in Summario decisionum decis. 36. num. 166.*

Alia etiam decisio 680. numer. secundo parte pri-
28 *ma*, solet † allegari, sed ista decisio satis apertum est, quod locum sibi vsurpat, seu vt patet procedit quando agitur de meris laicis, non de affixis alicui Ecclesiæ; quod patet, quia refert Lambert. qui hoc expresse dicit, vt mox tra-
29 demus, & ideo solet intelligi secundum doctrinam *Bartol. in lege non solum, §. liberationis ff. de lib. leg.* & ratio Couaruuias est eadem cum ratione Baldi, quam ad aliud propositum adducit *in lege si quis ad declarandum, §. in omnibus num. 19. Cod. de Episcop. et Cleric. Imol. in cap. officij num. 20 §. circa secundum de Testam. Capr. cons. 20. num. 131. in fine.*

Contrariam vero sententiam tenent alij scilicet quod iuspatronatus Confraternitatum laicorum
30 auctoritate ordinarij † erectarum, præsertim si habeant Ecclesiam, sit Ecclesiasticum, & primo *Hieronym. Paul. in prax. Cancell. in tit. declaratur sup. quo. pon. vel vou. ing. col. 39. versic. in causa mea Maioricen. fol. 444. post pract. Rebuff. impress. Lugd. apud Rouill. anno 1609. Lambert. de iurepatr. lib. primo part. prima. articulo 10. numer. 9.* Vbi distinguit, quod, si istæ
31 Confraternitates † faciunt solum Collegium, & non sunt affixæ alicui Ecclesiæ, iuspatronatus est
32 laicale, si vero sint alicui Ecclesiæ annexæ † iuspatronatus est Ecclesiasticum, *Guttierez. can. qq. lib. primo capit. 35. numer. 30. Aldobr. consil. 30. numer. 5. & seqquentibus lib. primo, & est de mente Rotæ decisione 8. numer. primo versicul. nec obstat de iurepatron. in antiq. & aduertit Hieronym. Paul. & Aldobr. in locis proximè præcitatis.*
33 Et hanc opinionem in rigore † iuris veriorem esse dicit *Garz. loco citato nu. 607.* quare resolutio pendet ex veritate rationis Couaruuias, cui respondet. *Hieronym. Paul. loco prædicto*, inquiens, quod hic nulla datur prouisio ratione officialium, vel Priorum, aut Custodum ratione officij loci pij, ergo iuspatronatus non debet dici laicale, sed Ecclesiasticum, cum isti Priores, quamuis laici, quoad administrationem, & curam habeantur pro personis Ecclesiasticis, cum
34 possint † trahere, & trahi super dictis bonis, & eorum administratione coram Iudice Ecclesiastico, tanquam personæ Ecclesiasticæ; Et subdit, quod Cancellaria dat quotidie litteras Ma-
35 gistris fabricæ, † & contra eos quamuis laicos, dummodo agatur, & conueniantur ratione officij prædicti, nec immerito, quia illa iura, & administrationes repræsentant curam eorum,
36 qui de iure † habent curam fabricæ, vel bonorum illi destinatorum, quæ quidem administratio pertinet ad Capitulum, & Rectorem, applicatur ad Custodes Sanctissimi Saluatoris ad San-
37 cta Sanctorum, quam † Sanctissimæ Imaginis Custodiam certum est spectare de iure ad Ordinarium, *hinc dicit Lamber. dicto articulo*, quod isti non præsentant ex eorum persona, neque ex persona Collegij Sæcularis, sed ex persona
38 Collegij, † quod tamquam adhærens Ecclesiæ dicitur Ecclesiasticum, subdens, quod ideo videmus istos Confratres conueniri coram Iudice
39 Ecclesiastico, † licet pro rebus particularibus coram Iudice laico conueniantur.

Vlterius possint considerari, ac ad propositum multum faciunt, necnon parum ponderanda duo notabilia Cancellariæ, quæ cui parti faueant, postea si opus fuerit, considerabmus. Alterum folio mihi 112.

Alte-

40 Alterum † vero fol. 209. in primo. In beneficijs iurispatronatus Rectoris Hospitalis fuit dictum per P. Luccium. Et A. di Sancto Seuerino non esse opus derogare iuripatronatus quando prouidetur, Ortegh. dixit quod aliàs in quadam causa, quia in bulla prouisionis erat omissa derogatio oportuit expedire, perinde valere, quia Rota aliàs sentiebat in beneficio operariorum fabricæ Ecclesiæ consentiunt, quod sit necessaria derogatio, & Dominus E. de Parma expediuit cum derogatione in beneficio iurispatronatus Rectoris Hospitalis, & operariorum fabricæ.

41 In secundo vero sic † habetur nota, quod iuspatronatus competens operarijs fabricæ alicuius Ecclesiæ iudicatur secundum Cancellariam iuspatronatus laicorum; & consequenter debet fieri mentio de eo, vel dari clausula, dummodo, &c. Sicuti in alijs iurispatronatus laicorum; Et ita dixit mihi H. de Q. fuisse diebus elapsis expeditum in Cancellaria dando prædictam clausulam dummodo prædictorum operariorum accedat consensus, & ita vidisse expediri. N. tamen, & ego aliqualiter dubitamus, imò quod censeatur Ecclesiasticum iuspatronatus & sic non debeat fieri mentio de illo, nam istis operarijs non competit iuspatronatus, vti laicis, licet laici sint, ipsi enim variantur ex tempore, & mutantur, imò ratione Ecclesiæ operariæ & fabricæ Ecclesiæ competit iuspatronatus Ecclesiasticum procedens in effectu ab Ecclesia, & ratione Ecclesiæ, igitur videtur Ecclesiasticum non autem laicorum. Vidi omnino Philippum de iurepatronatus, vbi ponit quæstionem, & videtur inclinare, quod sit laicorum ex eo, quia officium prædictum laicorum est, & ratione officij competit iuspatronatus, & operarij laici sunt, & vt laici viuunt, & habitum portant laicorum. Igitur, &c. Sed profectò per hoc non videtur omnino responderi ad id, quod facit in contrarium, supra ideo cogita, quia pulchra difficultas, & alias fortasse plenius examinabimus, *Vid. in pract. Cancell. Hier. Paul. vbi latè.*

42 Ex quibus si gratia † esset iustificata in reliquis videndum esset super hoc articulo, an iuspatronatus esset laicorum, vel non, in quo nihil firmant Domini, sed præfata dixerunt per modum discursus. Responderunt tamen pro præsentato; quia gratia prouisi Apostolici non est iustificata, vt patet ex supradictis.

Et ita conclusum, &c.

☞ *In eadem causa habetur altera decisio sub die 7. Februarij 1628. coram Reuerendissimo Vrgellen. vbi terminatur, quod hic indecisum relictum fuit, & resolutio fuit, vt in his terminis Iuspatronatus, non est Ecclesiasticum, sed bene Laicale, ex pluribus rationibus in decisione adductis, quæ est infra parte quinta recentiorum 144. & inter eius impressas est, decisio 130.*



R. P. D. VBALDO.

Romana Emphyteusis.

Lunæ 29. Maij 1623.

ARGVMENTVM.

Emphyteusis concessio facta ad tertiam alicuius generationem, si Notarius extendendo hanc concessionem vigore facultatis sibi attributæ à partibus extendendi, & publicandi instrumentum sic extenderit. Pro se, suisque hæredibus, & successoribus vsque ad tertiam generationem, &c. Vndè in præsenti casu dubitatur, an potius dicta concessio, vel Notarij extensio sit attendenda, quia si dicta extensio est attendenda, emphyteusis effecta est mixta, quod vigore dictæ concessionis non erat, & hic in decisione inclinatur, vt attendenda sit extensio Notarij, vnde in vocato vtraque qualitas videtur necessaria.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis concessio dicitur ex pacto, & prouidentia, quando concessa est alicui ad eius vitam, & eius filiorum, & nepotum.*

2 *Notarius potest extendere clausulas, Matricis cœteratas.*

3 *Notarius, tunc multò magis potest extendere clausulas cœteratas, quando est incontinenti facta ab eodem Notario, & nihil appositum est inuerisimile.*

4 *Notarius præsumitur bene informatus de mente contrahentium.*

5 *Stipulatio pro se, hæredibus, & successoribus, quando videatur valde verisimilis, & consueta, si sic fuerit extensa à Notario.*

6 *Notarius tunc eo fortius præsumitur extendisse clausulas iuxta mentem contrahentium, accedente facultate à partibus extendendi instrumentum.*

7 *Extensioni instrumenti factæ per Notarium standum est.*

8 *Instrumentum non potest extendere Notarius, in ea parte, in qua consistit forma, & substantia ipsius instrumenti.*

9 *Inuestituræ substantia consistit in personis inuestitis, & numerum ipsarum, & graduum.*

10 *Inuestituræ substantia non consistit in qualitate accidentali, veluti si vocati debeant esse hæredes, vel successores.*

Notarius licitè potest extendere instrumentum in parte accidentali. num. 10.

11 *Contractus, quando requirit scripturam, tunc nihil Notarius potest in ea addere,*

12 *Quod intelligi debet de additione, non autem de extensione, quoad orationes truncatas, ac clausulas cœteratas.*

13 *Concessio emphyteusis non potest dici simpliciter ex pacto, & prouidentia, dum non est concessa simpliciter pro filijs, & hæredibus.*

14 *Emphyteusis non est simpliciter dicenda hæreditaria, si non sit concessa pro hæredibus simpliciter, sed pro hæredibus, & successoribus.*

16 *Dictio, videlicet, stat declaratiuè, & restrictiuè.*

16 *Emphyteusis est simpliciter hæreditaria, quando est concessa alicui pro se, suisq. hæredibus, & successoribus. declara vt num. 17.*

18 *Ver-*

18 *Verbum, successoribus, positum simpliciter in concessione emphyteusis, est aptum extendere concessionem in infinitum.*
19 *Qualitas hæreditaria expressa in stipulatione præcedenti, non per hoc censetur sublata, vel non repetita in verbis sequentibus.*
20 *in Emphyteusim prætendens succedere quando teneatur docere de qualitate vtraque scilicet, vt sit filius inuestiti, & hæres.*
21 *Verba in contractibus non debent stare otiosa.*
22 *de Emphyteusi inuestitus, si habeat facultatem in defectu filiorum nominare extraneum, tunc non videtur in ea adesse qualitas hæreditaria.*
23 *Qualitas hæreditaria in vocato ad emphyteusim, multò magis requiritur in filio, quàm in extraneo, & quare.*
24 *Filij magis tenentur adire hæreditatem patris, & sic consulere honori defuncti, quàm extranei.*
25 *Emphyteusis concessio, facta ad tertiam generationem alicuius, non videntur contrahentes intellexisse, vt filij, & nepotes, debeant quoque esse hæredes.*

DECISIO CCCCLXXXIII.

De anno 1537. die 19. Nouembris Procurator DD. de Casalibus dedit in emphyteusim quandam eorum domum ad tertiam generationem, tam masculinam, quam fœmininam Raphaeli Ricciolo præsenti &c. videlicet ad vitam, & durante vita ipsius Raphaelis, filiorum, & nepotum, seu neptum ex eis, videlicet, vsque ad tertiam ipsius Raphaelis generationem, & idem Notarius vigore facultatis sibi attributæ extendendi, & publicandi prædictum instrumentum eadem die 19. Nouembris illam clausulam Raphaeli præsenti, &c. Ita extendit præsenti, & conducenti, & legitime stipulanti pro se, suisque hæredibus, & successoribus infrascriptis, cum reliquis clausulis, & facultate nominandi eadem ad vnguem, de quibus in dicta prima imbreuiatura instrumenti, sed cum Gaspar Raphaelis filius repudiasset hæreditatem patris de anno 1569. & nihilominus perstitisset in possessionem dictæ domus, sicut persistit D. Clarix eius filia, hodie Dominus, & proprietarius eiusdem domus, prætendit eius deuolutionē, eo quia Gaspar non fuit hæres patris, & emphyteusis videtur stipulata pro hæredibus. Ideo pro directione causæ dedi dubium An hæc concessio requirat qualitatem hæreditariam. Quo proposito die 5. Decembris anni præteriti, Domini mandarunt, vt strictè informaretur. An hæc emphyteusis sit mixta, Deinde die 23. Martij præteriti mandarunt, vt informaretur, etiam super obseruantia. Et tandem hodie strictè concluserūt solum emphyteusim esse mixtam cum reseruatione, vt de alijs videatur. * Et pro fundamento resolutionis firman. est, An sit standum matrici, seu imbreuiaturæ, An potius transumpto authentico, vel extensioni per Notarium factæ. Primò enim casu res esset indubitata, quod conces-
1 sio † esset ex pacto, & prouidentia, cum simpliciter sit facta Raphaeli ad eius vitam, & eius filiorum, & nepotum absque vlla mentione qualitatis hæreditariæ, iuxta tradita per *Clar. in §. feudum q. 9. num. 3. cum alijs infra alleg.* sed Domini existimabant, standum esse transumpto, seu extensioni ab eodem Notario factæ, vt supra relatæ, scilicet. Conducenti, & stipulanti pro se, suisque hæredibus, & successoribus.
2 Notarius enim potuit † extendere clausulam matricis cæteratam, vt dicit *Bald. in rubr. C. de fid. instr. vers. 4. quæritur num. 41.* quem sequitur *Abb. cons. 59. num. 3. Paris. cons. 98. num. 27. vbi de communi lib. 1. & pluribus relatis. Rota in causa Oriolen. beneficiorum 10. Ianuarij 1594. coram bo. mem. Card. Arigonio*, vbi considerat eo magis extensionem esse
3 attendendam quando est facta † incontinenti ab eodem Notario, & nihil in ea appositum est inuerisimile, & præter mentem contrahentium, de qua
4 Notarius † præsumitur benè informatus. Quæ omnia videntur concurrere cum eadem die extensio sit facta à Notario rogato, nec contineat aliquod inuerisimile, immo illa † stipulatio pro se, hæredibus, &
5 successoribus videatur esse valde consueta, & verisimilis, & Notarius præsumitur informatus de volun-
6 tate partium, maximè † accedente facultate à partibus data extendendi instrumentum. *Bald. in l. contractus num. 3. in fine vers. aut partes, & num. 9. C.*
7 *de fid. instrum.* & quod sit stan. extensioni factæ † per Notarium vltra prædictos benè sensit *Grat. cons. 102. num. 8. vers. 3. resp. lib. 1.* quem secuta est *Rota in terminis contractus emphyteutici in Romana Vineæ 22. Martij 1602. coram bo. me. Card. Pamphilio*, & benè facit *decis. Seraphin. 203. in fine*, quam sequitur *Rota decis. 707. num. 50. par. 1. recent.*

Nec obstat, quod hæc extensio tangat formam, &
8 substantiam inuestituræ, † quo casu non videtur permissa, *ex Bald. supra allegato in dicta rubr. C. de fid. instrum.* quia substantia respicit personas inuesti-
9 tas, & numerum † ipsarum, & graduum, non autem quod sint hæredes, vel successores, quia hoc respicit
10 qualitatem accidentalem potius quam † substantiā, ideoque admittitur talis extensio, *vt in decisionibus proximè allegatis coram Cardinalibus Seraphino, & Pamphilio.*

Non obstat quod contractus requirit scripturam,
11 prout † est emphyteusis, Notarius nihil possit addere *Bald. in dicta l. contractus num. 8.* quia non tra-
12 ctatur de additione, sed de extensione, † & explanatione quoad orationes truncatas per dictionem, & cætera, iuxta dictum *Bald. supra relatum in dicta rubr. C. de fid instrum. num. 41.* & facit dictum eiusd. Baldi supra relatum *cons. 428. circa fin. vers. Prudenter lib. 3.*

Hoc igitur, quod sit stan. dictæ extensioni, sequitur resolutio dubij, quod hæc emphyteusis non sit simpliciter ex pacto, & prouidentia, cum non sit cō-
13 cessa simpliciter † pro filijs, & nepotibus, nec simpliciter hæreditario, cum non sit concessā pro hære-
14 dibus simpliciter, sed † pro hæredibus, & successoribus infrascriptis, videlicet, filijs, & nepotibus, & sic dicitur hæreditaria secundum quid, vel mixta, iuxta tradita per *Clar. in d. § feudum q. 9. num. 2 & seq. Alex. cons. 26. num. 3. & cons. 28. num. 19. & seq. lib. 5. Dec. cons. 18. in causa istorum num. 2. Socc. iun. cons. 112. num. 5. lib. 2. Rib. cons. 34. num. 2. Syluan. cons 30. num. 38. Ceph. cons. 301. num. 38. Gabr. cons. 30. num. 24. lib. 1. Osasc. decis. Pedem. 161. num. 5. & cons. 202. num. 36 Sorad. de feud. par. 2. cap. 3. nu. 23. Rosentall. eod. tract. cap. 2. conclus. 33. num. 1. & 2. & conclus. 49. Surd. cons. 63. num. 11. & 12. & cons. 395. num. 12.* vbi dicit, licet multi ex prædictis loquantur de feudis, tamen eorum dicta procedere etiam in emphyteusi.

Non obstat dictio, videlicet, quæ stat declaratiuè, & re-

15 † & restrictiuè, *Bar. in l. 2. ff. ad l. aquil. Sanctiss. D. N. decis. 286. num. 9.* & in materia emphyteusis *Caldas de iuram. emphyt. lib. 1. q. 11. num. 15.* & sic videtur restringere concessionem ad filios, & nepotes Raphaelis inuestiti, quia bene restringit, & declarat,
16 nam si solum essent attenden. verba, pro † se, suisq. hæredibus, & successoribus, emphyteusis esset simpliciter hæreditaria, sed cum fuerit dictum, Pro se,
17 suisque hæredibus, † & successoribus infrascriptis statim declaratur, qui sint isti hæredes, & successores, videlicet, Ad vitam, & durante vita ipsius Raphaelis filiorum, & nepotum, seu neptum ex eis, videlicet, vsque ad tertiam generationem ipsius Raphaelis, quæ declaratio eo magis hic fuerit necessa-
18 ria, † ex quo illud verbum successoribus, aptũ erat extendere concessionem in infinitum. *Ias. cons. 118. num. 3. vers. Nec obstat lib. 4.* Non autem inde inferendum est, vt qualitas hæreditaria expressa in sti-
19 pulatione præcedenti † censeatur sublata, vel non repetita in verbis sequentibus, vt latè per *Surd. decis. 322. num. 56. & seq.* Vnde hoc casu videtur requiri
20 vtraque qualitas, & † quod sint filij, & quod sint hæredes, vt per *Alex. cons. 44. num. 1. lib. 1. & ibi plenissima additio, & cons. 10. num. 3. lib. 3. Rol cons. 53. num. 5. lib. 3. Cephal. cons. 33. num. 38. Valasc. de iur. emphit. q. 43. num. 1. vers. dicas ergo, & alij congesti per Clar. in dicto §. feudum dicta q. 9. num. 4.* vbi de communi, & magis communi, & quod seruari eam
21 vidit in practica, & quod alias † verbum hæredibus esset superfluum, *& num. 8. Idem Clar. q. 40. num. 2. vers. aut verò ad quam se remittit q. 41. in fine, & in §. emphyteusis q. 37. num. 1. vers. aut verò est concessa. Mantic. dicto tit. 17. num. 4. Seraphin. decis. 456. num. 5.*

Non obstat facultas nominandi extraneum in ca-
22 su obitus Raphaelis sine filijs in quo extraneo † non videatur requiri qualitas hæreditaria, ergo non in filijs, quia placuit responsio, quod maior ratio vrgeat in filijs requirendi qualitatem hæreditariam, quam
23 in † extraneis, cum filij magis teneantur adire patris hæreditatem, & sic consulere honori defuncti
24 quam † alij extranei, *gloss. in cap. 1. §. vbi vero filiis in vers. repudiare, & ibi Isern. num. 4. An Agnat. vel fil. in vsibus feudorum. Osasc. de communi decis. 162. num 3. & 4. & facit dicta decis. Surd. 322. num. 33. vers. alia etiam, & seq.*

Cæterum quia fuerunt in contrarium allegatæ *decisiones in Camerinen. domus 4. Iunij 1593. corã Gypsio, & in Rom. deuolutionis domus 20. Febr. 1617. corã Reuerendiss. D. meo Patriarcha Hierosolymitano,* in quibus Rota propter clausulã ad tertiam genera-
25 tionem videtur † sensisse, quod non requiratur copulatiuè, & quod sint filij, & quod sint hæredes, ideo de intellectu harum decisionum, & An requiratur, quod sint hæredes primi acquirentis, vel vltimo defuncti, & An D. Clarix probet requisita, vt possit retinere istam domum emphyteuticam, & An sibi suffragetur prætensa obseruantia. De his voluerunt Domini particulariter videre.

Et ita decisum &c.

* *Prout fuit deinde informatum, & decisio emanauit sub die 15. Decembris præsentis anni 1623. coram eodem bo. me. Vbaldo, quæ est infra suo loco.*

R. P. D. VBALDO.

Ferrarien. de Tassonis.

Veneris 2. Iunij 1623.

ARGVMENTVM. *

Legitimatio aliud est, & aliud ius succedendi, & ideo quantumuis legitimatio sit amplissima, & plenissima, non infertur ex ea, vt fuerit derogatum dispositionibus concernentibus ius ipsum succedendi, tamquam quid diuersum, ac præsertim dum dictæ dispositiones specialem derogationem requirebant. Statuta, quando dicantur clausulam derogatoriam, etiam quo ad futura habere. Derogatio specialis quando est necessaria, non satisfit generalis, maximèq. dum adest defectus intentionis derogantis.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio, quando dicatur amplissima, & plenissima.*
2 *ex Legitimatione non benè infertur ad ius successionis, tamquam quid diuersum.*
3 *Derogatio non requiritur, quo ad ea, quæ non obstant, & multò magis si dent manus dispositioni.*
4 *Derogatio generalis non sufficit, vbi specialis est requisita.*
5 *Derogatio non specialis non desumitur ex verbis ambiguis.*
6 *Derogatio clara, & specifica, ex quibus concipi non possit.*
7 *Statutum, si non habeat clausulam derogatoriam ad futura, non est necessaria specifica eius derogatio, quando contra illud disponitur.*
8 *Statutum, quando sine dubio dicatur habere clausulam derogatoriam, etiam quo ad futura.*
9 *Clausulæ derogatoriæ varijs modis conijci possunt.*
10 *Clausulæ generales derogatoriæ Statutorum, an sint sufficientes, quoad necessariam, & specificam derogationem alicuius Statuti in specie.*
11 *ex Derogatione vnius rei, non est inferendum ad derogationem quid diuersi ab ea. & num. 12.*
13 *Relatiuum, quando stat sine copula, restringit omnia præcedentia.*
14 *Dictio, vel, quando est posita inter clausulas generales, solet declarare, & restringere.*
15 *Derogatoria specialis, quando est necessaria, ei non satisfit per derogatorias generales,*
16 *Et præsertim, quando adest defectus intentionis derogantis.*
17 *Statuentes, si aliquid voluissent disponere, id expressissent, & multò magis, si alibi id expreserũt.*
18 *Derogantis voluntate cessante, parum obstant clausulæ, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis.*
19 *Bonacos. Bertaz. & Laderch. opinio, quo casu intret.*
20 *Sententiæ sine actis productæ non releuant, & præsertim in Rota.*
21 *Exemplis non est iudicandum, sed Legibus.*

DECISIO CCCCLXXXIV.

CENSVERVNT Domini standum esse in decisis die 18. Februarij anni præteriti, * videlicet, per legitimationem Ducis Ferrariæ factam ad fauorem Com. Camilli, non fuisse sufficienter derogatum Statuto Ferrariæ requirente in legitimatione

matione consensum eorum, de quorum successione agitur. Placuerunt enim fundamenta decisionis, quæ duo præcipua sunt, primum quod non sufficiat derogatio generalis, quæ habetur in vers. Volentes, &c. secundum quod specialiter derogatio, quæ est in vers. non obstan., & vers. quibus omnibus, & singulis sit respectu Statutorum requirentium voluntatem, & consensum eorum, qui ad eamdem successionem eius, de cuius successione tractatur, quibus non obstat, quod Dux voluerit Comitem Camillum in omnibus, & per omnia indifferenter
1 † legitimum esse, & pro legitimo haberi, & nominari in quacumque concessione bonorum, & dignitatibus, gradibus, & honoribus quibuscumquè admitti omni Iuris Ciuilis, Canonici, municipalis, & consuetudinarij, & hominum opinionis obstaculo penitus, & in totum remótum quasi per hoc censeatur in totum legitimus, & per hoc habilitatus ad succeden. remoto quocumque obstaculo statuti secundum *Alciat. cons. 5. num. 28. lib. 4. & cons. 76. num. 5 lib. 9. Surd. cons. 337. num. 4.* quia fuit respõsum concedendo hanc fuisse plenissimam legitima-
2 tionem, ex qua tamen non † infertur ad ius successionis penitus diuersum. *Achill. decis. 6. qui fil. sint legit. num. 2. Socin. cons. 246. num. 3. vers. 2. quia prima legitimatio lib. 2. Dec. cons. 251. circa fin. vers. vltimo non obstat. Gabr. in tit. de legitimit. concl. 8. num. 17. cum alijs per Lup. de illegit. comm. 3. §. 1. num. 48. cum alijs per Rotam in causa Romana legitimæ 26. Nouembris anni præteriti coram me*, & quoad legitimationem non fuit necessaria aliqua de-
3 rogatio Statuti, de quo agitur, † cum in eo statuentes expresse dicant se non intendere ad legitimationem manum porrigere, quo vero ad ius, & effectum succedendi esto quod ad talẽ legitimationem Comes Camillus fuerit habilitatus ad succedeñ, non tamen
4 vt sit remotum obstaculum † Statuti requirentis cõsensum eius, de cuius hæreditate agitur, cum derogatio supra relata sit generalis, quod non sufficit ex allegatis in *decis.* in quibus accedunt in terminis legitimationis, & huius Statuti. *Rim. iun. cons. 79. num. 30. & cons. 194. num. 34.* Sicut etiam generalis est comprǽhensa in illis verbis, nullum eidem præiudicium generando, quoad legitimationem de
5 ipso Camillo factam vocati non fuerint, qui ex † ea lædi possent, aut quorum posset quomodolibet interesse, vltra quod illa verba possunt intelligi, quoad effectum legitimationis tantum, vt non possit impugnari ex eo capite, quod non sint vocati interesse habentes, sed non inde sequitur clara, & specifica de-
6 rogatio † Statuti requirentis in legitimatione consensum eius, de cuius successione agitur, ad effectum ei succeden., qui est omninò diuersus à legitimatione ex supradictis. *

Nec dicatur Statutum non habere clausulam
7 derogatoriam † ad futura, & ideo non esse necessariã specificam derogationem, quia contrarium appa-
8 ret, cum disponit nullum legitimatum † cum quacumque clausula, vel forma, etiam quibuscumque verbis derogatorijs roborata, aut priuilegio posse succedere, nisi fuerit legitimatus de consensu eius,
9 de cuius hæreditate agitur, præsertim cum hæ † clausulæ derogatoriæ varijs modis coniici possint, vt declarat *Menoch. cons. 193. num. 2. & seqq. lib. 11.* & ita intelligit istud statutum *Rim. iun. dicto cons. 79. & dicto cons. 194.*

Non obstat quod clausulæ generales derogatoriæ
10 statutorum † appositæ in dicta legitimatione sufficiant, ex traditis per *Lup. de illegit. comm. 3. §. 4. num. 13. vers. verum vbi plures allegat, quos reassumunt Informantes*, quia quoad derogationem de-
11 sumptam ex clausula † volentes, &c. ex ea tolluntur tantum obstantiæ, quæ respiciunt effectum plenariæ legitimationis, quæ non controuertitur ex supradictis, quo verò ad derogationem sumptam ex clausula decernentes, &c. & ibi non obstan. illa fuit
12 derogatio restricta ad statutum, † quibus cauetur aliquem non posse legitimari sine consensu, & voluntate eorum, qui ad successionem vocantur, *vt plenè fuit deductum in decisione.*

Neque dicatur illa verba quibus cauetur stare consecutiuè, & ampliatiuè ad præcedentia, vel alijs quibuscumque, itaut non solum derogetur alijs statutis, & Constitutionibus, sed etiam alijs quibuscũque, quibus cauetur legitimatos non posse succedere, nisi fuerint legitimati de consensu eorum, qui ad successionem vocantur, quia respondebatur totum
13 contrarium esse verius, cum † relatiuum sine copula restringat omnia præcedentia. *l. ea tamen adiectio ff. de leg. 3. Doct. in l. omnes populi, vbi Bart. num. 1. ff. de instit. & iur Surd. cons. 127. num. 47. & decis. 114. num. 13.* & suadetur etiam ex illa dictione,
14 † vel, posita per clausulas generales, cuius natura est declarare, & restringere, *ad trad. per Menoch. cons. 347. num. 19. Rota dec. 300. num. 26 par. 1. recent.* & in omnem euentum dato etiam, & non concesso intellectum, de quo supra, verba præcedentia non con-
15 tinerent † nisi derogationem generalem, quæ non sufficit ex supra allegatis, & addi potest *Rom. iun.*
16 *consil. 46. num. 121.* præsertim † quando adest defectus intentionis concedentis, *vt per Lup. de illegit. comm. 3. §. 4. num. 10.* prout hic videtur adesse cum sicut quando voluit derogare statuto requirenti consensum succedere prætendentium, id expres-
17 sit. † Ita si voluisset derogare statuto requirenti consensum eius, de cuius successione agitur, expressisset, *l. vnic. §. sin autem ad deficientis C. de caducit. toll.* & cessante voluntate parum faciunt clausulæ
18 † ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, de quibus in legitimatione.

Non obstat *consil. Bonacoss. vltimum inter cons. Rim. sen. num. 94. & seq. lib. 4.* vbi contra *Rim. iun.* fuit iudicatum, prout etiam testatur *Bertaz. & Laderch. in cons. manuscript.* quæ fuerunt data vna
19 cum copia sententiarum, quia in casu *dd. consil.* clausulæ legitimationis non erant restrictè ad cer-
20 tum casum, prout hic, & quoad sententias † illæ non releuant sine actis, præsertim in Rota, & tan-
21 to minus, quia exemplis non † est iudican. *l. nemo C. de senten.*

Ex quibus Domini permanserunt in decisis, &c.

* *Decisio ista in hac causa facta, in qua Rota stetit in decisis sub die 18. Februarij 1622. est supra in hoc Tomo decisio 347. vbi alias decisiones in hac causa annotaui.*



R. P. D.

R. P. D. VBALDO.

Elboren. Vnionis.

Veneris 12. Iunij 1623.

ARGVMENTVM.

Oris aperitio aduersus gratias à Principe concessas, cum illæ perpetuæ esse debeant, vnde vt obtineatur, sat non est quælibet causa leuis, sed necesse habetur, vt sit magna, ac constet de bono iure eam petentis. Oris aperitio quando alicui aduersus gratiam Principis est concessa, non per hoc tollitur ipsa gratia, sed tantum eneruatur vis clausulis, quæ obstabant, vt non posset dari de subreptione, vel obreptione. Vnio beneficiorum ex quibus benè dicatur iustificata.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium regulatur à Iure.*
2 *Oris aperitio aduersus gratiam à Principe, de iure non fit, nisi ex magna causa, & constito de bono iure petentis.*
Gratia Principis non debet reddi inanis. num. 2.
3 *Oris aperitio si sit concessa aduersus gratiam Principis, non tamen tollitur ipsa gratia, sed tantum eneruatur virtus clausulis, vt non possit dari de subreptione, vel obreptione.*
4 *Itaque onus iustificandi gratiam non transfertur in eum, qui gratiam obtinuit, sed remanet onus penes dantem de subreptione. & num. 7. & 8.*
5 *pro Executore, quod ritè, & rectè processerit, stat præsumptio.*
6 *Gratia Principis, vt substineatur, facienda est omnis interpretatio.*
9 *Vnionis signa, quæ sint.*
10 *Vnio, vt probetur, non est necessaria expressa mentio vnionis, sed sat est, quod virtualiter colligatur.*
11 *Beneficiorum vnio per quæ verba denotetur.*
12 *Confirmatio dicitur facta ex certa scientia, quando in ea adest insertus tenor rei confirmatæ, & hoc maximè stante clausula, Quorum tenores.*
13 *Ordinarij confessio multum attenditur ad probandam vnionem.*
14 *Vicarij creatio arguit vnionem, cum Ecclesia regulariter prouideatur de Rectore, & non de Vicario.*
15 *Vicario si sit assignata certa portio fructuum Ecclesiæ, ex hoc argui potest, quod Ecclesia est vnita.*
16 *Iura, quod fuerint recognita, ex quo satis arguatur.*
17 *de Vnione, quando non agitur principaliter, sed incidenter, iustificatur leuioribus probationibus.*
18 *Aperitio oris aduersus gratiam Principis non conceditur, quando non constat de læsione tertij, & quidem ea sufficienter debet probari.*
19 *Aperitio oris aduersus concessa per Principem denegatur, vbi agitur de suscitandis litibus.*
Lites, vt quantò citius expediantur, interest Reipublicæ. num. 19.
20 *Impugnandum non est, quod semel, atque iterum est approbatum.*
21 *Transactio, quando non obstet vnioni.*
22 *Iuspatronatus simplex, & verum non est, si fuerit conuentum, vt præsentatio fieri debeat coram aliquo, quia iste in eo aliquid acquirit.*
23 *Testes nulliter examinati, & sine citatione partis, non probant, immo nec faciunt adminiculum.*
24 *Scripturis potius standum est, quam testibus, quod maximè procedit, quando fuerunt nulliter examinati.*
26 *Vniones beneficiorum non effectuatæ, reuocantur per regulas reuocatorias subsequentium Pontificum.*
27 *Obiectio, quando est extra dubium, non releuat.*
28 *Vniones non effectuatæ, non tolluntur per regulas reuocatorias vnionum, quando fiunt pro dote necessaria Ecclesiæ, & pro Monasterio erigendo.*
29 *Vnio, quando consideratur, vti accessoria, non subiacet regulis reuocatorijs vnionum.*

DECISIO CCCCLXXXV.

CLEMENS Papa VIII. fel. rec. de anno 1597. cum narratiua, quod parochialis Eccl. Oppidi de Aluito Elboren. diœces. in qua vna perpetua Vicaria, cui animarum cura incumbit, instituta existit esset Domui, seu Monasterio Oppidi de Sanctaren. Ord. Sanctiss. Trinitatis redemptionis captiuorum, auctoritate Apostolica perpetuò vnita, & annexa, eisdem fratribus per speciale Breue concessit, vt quādocumque dictam Parochialem ex persona eius Vicarij vacare contigerit, vnus ex fratribus de Sanctaren. ad curam animarum ibidem deputaretur, vnaque ibidem domus, pro vno Ministro, & alijs vndecim dicti Ordinis Fratribus ædificaretur; cui omnes fructus Vicariæ, & omnes prouentus applicauit, cū clausula sublata, & decreto irritanti; & alijs, vt latiùs in Breui. Nunc pro parte Procuratoris Fiscalis Archiepiscopi Elboren. fuit obtenta commissio in Rota pro aperitione oris contra d. Breue, cum clausula, arbitrio Rotæ. Ideò semel, & iterum proposui dubium, An intraret arbitrium? Quod hodie Do-
1 mini negatiuè resoluerunt. † Arbitrium enim regulatur à iure. *Cæs. de Grass. decis. 7. & decis. 8. num. 4. de sent. & re iud. cum alijs per Rot. decis. 365. nu. 1. par. 1. recent & sæpissimè alias*; de iure autem, quando agitur aduersus gratiam Principis, arbitrium pro
2 aperitione oris † non admittitur, nisi ex magna causa, & constito de bono iure petentis, nè gratia Principis remaneat inanis, *cap. decret. de reg. iur. c. si cui nulla de præb. in 6. Gonz. ad reg. 8. gloss. 66. n. 53.* plenè *Rot. decis. 461. num. 5. par. 1. recent. & in Ferrarien. de Tassonis 14. Iunij 1621. coram me*. In proposito autem, stantibus clausulis, vt non possit dici de subreptione, & obreptione, & de defectu intentionis, cum clausula sublata, etiam si per aperi-
3 tionem † oris tollatur effectus clausulæ sublatæ, & pars admittatur ad impugnan. gratiam, non tamen tollitur gratia, quoad reliquas, nec vis aliarum clau-
4 sularum prædictarum, adeò vt onus iustificandi † gratiam non transferatur in eum, qui gratiam obtinuit, sed semper remaneat onus oppositum probandi penes dantem de subreptione, *vt in pluribus decisionibus congestis per Modern. claus. 154. num. 36. & per Marescot. var. resol. lib. 2. cap. 37. num. 69. &* tenuit *Rot. in Pennen. Pensionis coram me, quæ est decis. 602. num. 1. par. 2. in recent.* præsertim cum gratia sit iam executioni demandata, vel saltem cæ-
5 pta † executio, quo casu non solum militat præsumptio, quæ est pro exequutore, *l. 2. C. de offic. ciuil. iud. Surd. decis. 106. nu. 9. cum alijs per Rot. dec. 293. num. 6.*

num.6.par.1. recent. Sed etiam quod ea interpretatio est facienda, quæ tendit ad sustinen. † gratiam
6 Principis, vt fuit ponderatum in *causa Vicen. Prioratus 22 Martij præteriti coram Reuerendiss. D. Patriarcha*, vbi aderat eadem clausula, quod de subreptione, & obreptione, & defectu intentionis dari non possit. Vndè cum totum fundamentum promotoris Fiscalis D. Archiepiscopi, consistat in prætensa subreptione, quasi vnio narrata per Fratres nõ
7 iustificetur, videtur potius ei † incumbere onus probandi Ecclesiam, de qua suprà, non fuisse vnitam, quàm Fratribus probandi vnionem, ex prossimè allegatis, quæ procedunt in fortioribus terminis,
8 videlicet, post aperitionem oris concessam, † vnde multo magis procedunt in hac disputatione, in qua quæritur, An intret arbitrium pro aperitione oris? Et tamen pro parte Fratrum multa adducuntur, ex quibus, vel vnio iustificatur, vel saltem offuscantur probationes contrariæ,

Primò enim adducitur concordia, seu transactio vsque de anno 1319. inita inter Episcopum, & Capitulum Elboren. ex vna parte, & Fratres Ordinis supradicti ex altera. in qua Episcopus, & Capitulum concesserunt Fratribus, vt qui esset in futurum Minister d. Domus Sanctiss. Trinitatis apud Sanctaren. ille etiam esset Rector Matricis Ecclesiæ Villæ de Aluito, qui minister deberet in dicta Ecclesia per Episcopum institui, & confirmari, & deseruire in dicta Matrice Ecclesia, & Cappellis eiusdem per Fratres suos, siue etiam Clericos sæculares, & quod vna de Ecclesijs fundatis, vel fundan. in d. loco, quã ipsi Fratres duxerint eligen. esset Matrix aliarum Ecclesiarum, & reseruata sibi 3. Pontificali decimarum. residuum decimarum, & aliarum obuentionum dictis Ecclesijs debitarum fuit relictum Fra-
9 tribus Monasterij Sanctaren. † Quæ omnia sunt signa vnionis, *iuxta tradita in causa Vlixbonen. iuris conferendi coram bo. me. Litta, & coram Card. Lancellotto iuniori, quæ sunt decis. 102. num. 2. & seqq. par. 1. recent. & decis. 204. num. 1. & seqq par. 2. & in Tirasonen. Parochialis 5. Iunij 1614. coram bo. me. Andrea, quæ est decis. 626. num. 3. par. 1. recent.*
10 præsertim cum nõ requiratur ad proban. † vnionem, mentio ipsius expressa, sed sat sit quod virtualiter colligatur. *Seraph. decis. 1272. num. 1. vers. Nec obstare, cum alijs in dicta Tirasonen. num. 2.*

Et accedit confirmatio Apostolica d. transactionis à Bonifatio IX. emanata, in qua narrato tenore concordiæ, habetur, Fratres dicti Monasterij elegisse parochialem Ecclesiam de Aluito pro Matrice per eorum Ministrum, & successores regen. obtinen. &
11 possiden. † quæ verba denotant vnionem, vt per *Seraph d. decis. 1272. num. 1. & decis. 1304. in fin.* quæ confirmatio cum habeat insertum tenorem concor-
12 diæ vt dixi, satis dici † potest ex certa scientia, maximè stan. clausula, Quorum tenores, quæ hic adest, ex latè congestis in *Toletana admissionis coram* R. P. D. *meo Pamphilio, quæ est decis. 192. num. 3. par. 1. recent. & in d. Ferrarien. de Tassonis 14. Iunij 1621. & in Bononien. successionis 9. Decembris 1622. coram me.*

Præterea de huiusmodi vnione dicitur constare ex litteris Cardinalis Henrici Archiepiscopi Eboren datis de anno 1562. in quibus præmissa narratiua vnionis additur clausula, Quod totum ita esse, per eorum, idest, Fratrum, literas, & documenta,
13 quæ desuper habent, nobis constitit, quæ † confessio Ordinarij multum videtur attenden *vt in decis. 102. num. 5. par. 1. recent. duplicata decis. 153. nu. 4. par. 2.* & cessat, Quod sit assertio tantum partis, vt ex aduerso prætenditur cum contrarium colligatur ex verbis proximè relatis,

Præterea dum in eisdem literis supprimitur Prioratus, siue Rectoria Ecclesiæ de Aluito, de consensu Fratrum d. Monasterij de Sanctaren. & instituitur perpetua Vicaria, cum Coadiutore temporaneo ad præsentationem Ministri, & Fratrum eiusdem Monasterij, & cum applicatione certæ portionis fructuũ pro eodem Vicario, & Coadiutore, relicto residuo
14 eidem Monasterio, † inde videtur resultare vnio, tum quia creatio Vicarij arguit vnionem, cum Ecclesia regulariter prouideatur de Rectore, & non de Vicario, *Clem. 1. vbi Vitalin. num 24. de offic. Vicar. fuit dictum in Taruisina Parochialis 31. Maij 1613. coram me*, tum quia ex illa assignatione certæ por-
15 tionis fructuũ † pro Vicario rectè infertur ad vnionem, vt per *Io. And. in c. exposuisti num. 8. de preb. Felin. in cap. postulasti num. 1. vers. aut perceptio, de rescript. Caputaq. decis. 339. num. 3. & seqq par. 3. fuit dictum in Dertusen. Vicariæ 18. Maij 1622. coram R. P. D. meo Caualerio, & in d. Taruisina Parochialis in fin. Adden. ad decis. Sanctiss. 77. num. 10.*

Non obstat, quod ista iura non fuerint recogni-
16 ta, † quia obiectum cessat ex facto, cum in processu compulsoriali legantur recognita per multos testes, præuia citatione ad viden. iurare testes super dicta recognitione.

Ex quibus videbatur iustificari vnio narrata, præ-
17 sertim cum de ea non agatur † principaliter, quo casu sufficiunt leuiores probationes, *Seraphin. decis. 1246. num. 2.* Quæ tanto magis videbantur amplectenda. ex quo ex ista prætensa subreptione non oritur præiudicium considerabile Archiepiscopo, vt consideratur in *decis. Card. Mantic. 131. in fin.* cum in omnem euentum debeat præsentari Archiepiscopo ille, qui electus fuerit per Fratres pro Vicario dictæ Ecclesiæ, vt in prædictis literis continetur, & in puncto aperitionis oris, ea fuit denegata propter defe-
18 ctum † læsionis sufficientis *decis. 461. num. 5. par. 1. recent. & ibi etiam num. 6.* consideratur, non esse
19 aperien. os, vbi agitur de suscitan. litibus, † quas interest Reipublicæ quanto citius finiri, *cap. dispendia de rescr. in 6. l. Properan. C. de iudic. cum alijs ibi allegatis*, præsertim post factam exequutionem Breuis Apostolici, etiam consentien. moderno Archiepiscopo, per geminatam eius approbationem, vnde
20 † non videtur hodie posse impugnare, quod semel, & iterum approbauit, *cap. Quod semel de reg. iur. in 6. glos. in l. Pomponius 1. ff. de neg. gest. decis. Pedemont. 62. num. 18. fuit dictum in Romana, seu Lateranen. Pensionis 9. Maij anni præteriti coram me.*

Nec obstat transactio inita inter Fratres, & Regem Dionysium de anno 1321. in qua Fratribus re-
21 seruatur iuspatronatus in Ecclesijs Villæ de Aluito absque vlla mentione vnionis, quia Fratres deducũt ius suum ex antiquiori transactione, inita cum Archiepiscopo, & Capitulo, & cõfirmata à Sede Apost. de qua supra, & quæ sonat in vnionem ex prædictis, & ex literis Henrici iuncta obseruãtia plurimorum annorum, quibus fuerunt obseruatæ dictæ literæ erectionis vicariæ vsque ad annum 1597. obtenti dicti Breuis sanctæ me. Clementis VIII. vt ex iuribus datis

tis in summario fratrum num.7. & latius hic per in-
22 formantes, † qua stan. subiectione, & vnione, vt supra, illa reseruatio iurispatronatus, & præsentationes coram Archiepiscopo, potuerunt fieri ratione dictæ subiectionis & vnionis, non autem quod esset verum, & simplex iurispatronatus, vt declarat *Rota decis. 204 num.5.par.2.recent.*

Non obstant testes ex aduerso examinati, & deponentes, quod Ecclesia Parochialis de Aluito fuerit semper libera, & spectauerit ad collationem liberā Or-
23 dinarij. Quia † dicuntur esse nulliter examinati, & sine partis citatione, & ideo nō probant, *l. si quando. C. de test. Caput. decis. 274. n.3. par.3. Cresc. decis. 2.*
24 *de test. num.5.* vbi quod nec faciunt indicium, † vltra quod conuincuntur ex scripturis supra relatis, quibus regulariter magis statur, *l. census. ff. de probat. glos. in cap. 3. loco eodem tit. fuit dictum in Egitanien. commendæ 18. Aprilis 1622. coram me, & sæ-*
25 *pè alias,* maximè † cum testes sunt nulliter examinati, vt in puncto, *Seraph. decis. 337. num.7.*

Nec demum obstat, quod vnio fuerit sublata per
26 regulas reuocatorias subsequentium † Pontificum, tanquā non effectuata. Quia immo effectuatio vnionis clarè colligitur ex supradictis, & hodie impugnatur Breue tanquam surreptitium, in quo fuit narra-
27 ta d. vnio, vnde in omnem † casum ista obiectio est extra dubium, quod versatur circa veritatem vnionis narratæ, non autem, an vnio semel facta fuerit reuocata. Et tamen ex abundanti placebant responsiones datæ per insignes Aduocatos DD. Pintum, &
28 Mascambrunum, & præsertim † quod vnio fuit pro dote necessaria, & pro Monasterio erigen. quo casu cessant regulæ reuocatoriæ, *vt in Gerunden. vnionis 13. Iunij 1611. coram bon. mem. Card. Lancellotto, Put. decis. 337. lib.1. Gonzal. ad reg.8 glos.5. §.7. nu.46. & seqq.* & erectio tanquam principalis con-
29 sideratur, † vnio vero vti accessoria, *Rot. decis. 612. num.6. par.2. recent.* Ad alia leuiora bene fuit responsum per informantes. Et ita decisum.

R. P. D. NAVARRO,

Pistorien. Plebaniæ.

Lunæ 12. Iunij 1623.

ARGVMENTVM.

Litteræ missiuæ, quando nequaquam probent contra scribentem. Sententia in materia iurispatronatus, cum dicatur lata in causa status si in iudicatum transiuerit, facit ius quoad omnes. Per præsentationem vnius patroni, quando præseruetur ius alteri compatrono.

SVMMARIVM.

1 *de Iure bono alicuius dicitur constare ex confessione partis.*
2 *Litteræ si sint dubitatiuæ, & non in forma probanti non probant contra scribentem.*
3 *Sententia in causa status, si transiuerit in iudicatum facit ius, quoad omnes.*
4 *per Sententiam adiudicatoriam iurispatronatus sic quæritur ius auctori, quod quæritur quasi possessio alijs, amplia num.5.*
6 *Patronorum numerus non potest augeri per confessionem alicuius ex patronis.*
7 *per Præsentationem vnius patroni præseruatur possessio alteri compatrono.*
Sed hoc procedit, quando ambo sunt patroni, constando de pertinentia, & num.8.

DECISIO CCCCLXXXVI.

PLACVIT Dominis decisio in hac causa facta sub 24. Martij præteriti, qua fuit resolutum sententiam Vicarij Pistorien. esse reuocandam, deficit namq. consensus medietatis patronorum in litteris Apostolicis requisitus, quia adhuc non docetur, Mainardum, cuius nomine reperitur præstitus consensus esse de Guazzalotris, ad quos pertinet iuspatronatus, minusq. probetur esse in quasi possessione præsentandi, vel descendere ab ijs, qui præsentarunt in concursu Philippi, & aliorum, & per consequens non posse constituere medietatem patronorum, ex allegatis in decisione.

Cui non obstāt epistolæ missiuæ Iacobi scriptæ de anno 1585. & 1589 in quib. requirit Io Vincentiū patrem Mainardi, vt sibi transmittat mādatum procuræ, cum quo intendebat recuperare eorum iura, & actiones iuris huius patronatus, summ. num.1. & 2. nunc ad fauorem Zenobij dato. & sic ex confessione
1 partis videbatur † satis constare de bono iure ipsorū, quæ sufficit in præiudicium confitentis, *Rot. decis. 452. nu.2. coram Sanctiss. Garz. de benefic. par. 12. cap.20. num.276. vsque ad 279 & decis. 697. num.2. par.1. in recent. cum alijs.* Quia fuit dictum, litte-
2 ras prędictas esse dubitatiuas, † non in forma probāti, præterea fuisse cōtrouersum per Pacinum prædictos Ioannem Vincentium, & Mainardum non esse de familia de Guazzalotris, & sic Iacobus declarauit in epistola de anno 1602. velle suis proprijs iuribus, vti contra omnes, eodem Summ. num. 2. defendendo iuspatronatus ad se, fratrem, & filios solummodo pertinere, ad quorum fauorem lata fuit sententia de anno 1590. qua fuit pronunciatum post mortem cuiusdam liberæ totum iuspatronatus spectare ad ipsum Iacobum, eiusq. filios, & fratrem, summario Philip-
3 pi num.2. quæ † sententia transiuit in iudicatum, & tanquam lata super statu facit ius quoad omnes, *Achill. decis. 5. de sent. & re iud. Mant. decis. 35. nu.6. Seraph. dec. 1141. num.8. Rota coram Sanctiss. decis. 436. num.9.* & in specie, quod per sententiam adiudicatoriam iurispatronatus, sic quæratur ius auctori,
4 quod tollatur † quasi possessio alijs, *Calder. cons. 3. in fin. de caus. poss. & propr. Ferrett. cons. 135. num 3. Gabr. cons. 192. nu.7. lib.2. Rota in recent. decis. 402. num.5. par.1.* quæ quasi possessio in proposito con-
5 firmatur † ex præsentationibus effectuatis, de alijs beneficijs in eadem sententia comprehensis, summ. nu.3. & 4. *Surd. cons. 323. Molin. de Hispan. primog. cap.6. num.17. lib.2. Rota decis. 17. nu 1. & 2. par.2. diuers. Adden. ad decis. Sanctiss. 557. num. 6. vsque ad 10.*

Quinimò si litteræ missiuæ recognitæ fuissent etiā in actis authenticæ, ex quibus desumitur confessio Iacobi, haud essent in præiudicio Philippo, & alijs litis consortibus, qui non ex persona Iacobi auctoris litterarum, sed proprio nomine prosecuti litem fuerunt comprehensi in sententia, & in quasi possessione
6 præsentandi, quo fit, vt nec Iacobi confessione † potuit augeri numerus patronorum in aliorum præiudicium, *Abb. in cap. cum Ecclesia Sutrina. num.23. & 43. vers. item si esset. de caus. poss. & propr. Lambert. de iurepatr. art.17. quæst.3. num.12. par.2.*

Nec refragatur mandatum procuræ factum de anno 1581. in personam Bertoldi aui istorum de Guazzalotris, qui sunt in quasi possessione præsentandi, quasi eo vsus fuerit nomine Scipionis, & Ioannis Vincentij fratrum, quia non apparet habuisse effectum, quinimo contrarium desumitur ex ijs, quæ continentur in litteris Iacobi, qui aliud mandatum petierat, summ. num. 2. quod etiam non fuit acceptatum respectu Ecclesiarum in sententia contentarum.

Cessant propterea, quæ dicebantur, quod per præ-
7 sentationem vnius ex patronis præseruatur † quasi possessio alteri compatrono, quæ iuris conclusio procedit, quando ambo sunt patroni, constando de pertinentia, vt licet colligere ex Doctoribus supra allegatis, *& decisione Sanctiss.* 452. *num.* 6. & compatronus præsentat, quod nec vtique in hoc casu dicendum, quia nec Ioannes Vincentius, nec Mainardus præsentarunt, nec ius ipsis ex aliorum præsentatione præseruatum dicendum, quibus nullum competere comprobatum relinquitur. Accedentibus etiam præsentationibus de anno 1552. & 1553. factis à Philippo Antonij, vt vnico patrono, summar. num 8. ac alia facta de anno 160 . ad Plebem Sancti
8 Hippolyti comprehensum in sententia; † quæ fuit effectuata alia præsẽtatione Mainardi iudicialiter reiecta, summ. num. 5. ex quibus præseruatio tollitur, *Abb. conf.* 54. *nu.* 3. *vers. nam vbicumque lib.* 1. *Lambert. lib.* 2. *par.* 1. *quæst.* 3. *art.* 16. *nu.* 8. *Rot. dec.* 229. *num.* 5. *par.* 1. *in nou.*

Denique minus releuare consensum nomine Mainardi præstitum per Horatium Marchettum procuratorem ab Equite Raphaele substitutum fuisse. Primò, quia de tali substitutione non constat; Secundo, quia facultas substituendi in mandato Equitis non legitur, vt in summario dato pro Zenobio in præterita positione num. 2 Quibus accedit, nec iustificata gratia, nec ad valorem, nec ad idoneitatem Zenobij, vt etiam fuit dictum in alia decisione, quam vnanimi consensu Domini confirmarunt, vtraque parte informante.

Decisio ista in hac eadem causa emanata sub die 24. Martij 1623. est supra in hoc Tomo decisio 471.

R. P. D. VBALDO.

Romana Societatis de Piccinardis.

Mercurij 14. Iunij 1623.

ARGVMENTVM.

Vitæ translatio in terminis societatis officij, quando satis sit, vt intimetur fideiussori. Societas finitur per publicationem bonorum quando scilicet ea propter delictum transiuerunt in fiscum, & quid si fiscus ea bona alicui cesserit. Cessionis vigore, quis potest agere contra bona, & personas, ad quæ, & contra quas experiri poterat ipse cedens.

SVMMARIVM.

1 *Translatio vitæ in terminis societatis officij, sufficit, vt intimetur fideiussori, quando adest pactum quod talis intimatio fieri possit tam officiali, quam alteri ex obligatis.*
2 *Societas finitur per publicationem bonorum.*
3 *Societas officij non potest superlucrari, quando bona iam fuerunt publicata, & transiuerunt in fiscũ.*
4 *Cessionario competunt eadem iura, quæ cedenti competebant.*
5 *de Effectu contractus est docendum, & sufficit solus tractatus.*
6 *Cessionis vigore, quis potest agere ad bona, & contra personas, ad quæ, & contra quas potuisset agere cedens.*
7 *Notarij stipulatio in cessione alicuius iuris, quando interuenit, ea non est sufficiens ad effectum acquisitionis, sed tantum ad effectum, vt reuocari non possit.*
8 *Testis vnicus non probat.*
9 *Notarij non sunt soliti rogare instrumenta in præiudicium fisci, nisi præsente procuratore Fiscali, vel Commissario Cameræ.*
10 *Notario attestanti de stylo, quando credatur.*
11 *Probatio æquiuoca non releuat.*
12 *Testis, qui non deponit, sed iudicat, non releuat.*
13 *Testi non est adhibenda fides, quando inuerisimilia deponit.*
14 *Scripturis potius est standum, quam depositionibus testium.*

DECISIO CCCCLXXXVII.

CVM die prima Iulij anni præteriti disputaretur dubiũ in hac causa super remissoria pro examinando teste in partibus, Domini ordinarunt, vt admisso fine veri præiudicio dicto teste pro examinato reuideretur negotiũ principale, videlicet decisio iam facta die 5. Iunij 1620. coram Illustrissimo D. Cardinale Sacrato tunc Rotæ Auditore, vnde proposito dubio. Hodie Domini vnanimes censuerunt stan. esse in decisis ex rationibus tunc deductis; quibus existimarunt non obstare, quod societas officij, de qua agitur, fuerit superlucrata per mortem Io. Baptistæ Piccinardi; quia iam societas viuente Piccinardo fuerat translata super vita alterius personæ, iuxta facultatem datã in instrumento societatis, quæ trans-
1 latio potuit intimari fideiussori † stan. pacto quod illa fieri posset tàm officiali, quàm alteri ex obligatis, *Rot. in Romana societatis officij* 9. *Martij* 1598. *coram Peregrino, quæ est decisio* 25. *in fin. apud Modern. Rom. de societ. offic.* qui idem tradunt *eod. tract. num.* 212. & firmatur in decisione, de qua agitur, in qua etiam fuit data alia responsio, quæ placuit Do-
2 minis, quod societas erat † finita per publicationem bonorum Piccinardi, *l. verum. §. fin. & l. actione. §. publicatione. ff. pro soc.* quo casu bona transierunt in fiscum, vnde post mortem eiusdem Piccinardi, &
3 transitum dominij † in fiscum non potuit societas superlucrari ex latè traditis in hoc articulo in duabus decisionibus coram *Reuerendiss. D. Patriarcha Hierosolymitano, quæ sunt in d. tractatu de soc. officij decis.* 73. *num.* 3. *& seqq. & decis. seq. num.* 1.

Neque dubitari posse videbatur de iure filiorum Io Baptistæ nunc agentium ad pecunias in societatem datas stan. transactione cum fisco facta in qua illis remittuntur duæ tertiæ partes bonorum confiscatorum retenta reliqua tertia parte pro fisco, vnde nisi ostendatur societatem prædictam deuenisse fisco in sua tertia parte, Piccinardi videntur habere intentionem fundatam in dicta transactione, & illis
4 † competunt eadem iura, quæ competebant fisco cedenti, *Salyc. in auth. bona damnatorum sub num.* 5. *C. de bon. proscr. & firmatur etiam in decisione.*

Neque

Neque dicatur transactionem non continere, nisi
promissionem consignandi, & condonandi tertiam
partem Piccinardis, deducta eorum legitima, & ære
5 alieno, & †non doceri de reali assignatione, & con-
donatione, quia vltra decretum A. C. relaxationis,
& condonationis dd. bonorum de ordine Sanctissimi,
iuxta dictam transactionem adest etiam plenissima
quietantia facta à fisco ad fauorem dd. de Piccinardis
in qua fassus fuit se fuisse satisfactum, de omni, & to-
to, & quod de hæreditate Io. Baptistæ prætendere
potuerit, & possit occasione dictæ concordiæ, & nul-
lum prætendere ius in reliquis bonis, censibus, iu-
ribus, & actionibus remanentibus ex dicta hæredita-
te, vt in summ. num. 7. & 8. Vnde cum non doceatur
societatem obuenisse in parte fisci, neque ostendatur
cassatio instrumenti, vel quietantia per fiscum facta
6 debitoribus societatis satis constare videtur † socie-
tatem remansisse ipsis Piccinardis, qui ex iure cesso
possunt agere ad bona, & contra personas ad quæ, &
contra quas potuisset agere fiscus cedens, vt supra-
dictum est, & tradit *Ruin. cons. 109 nu. 16. lib. 1. cum
alijs per Rot. decis. 456. num. 2. in fin. par. 2. recen.*

Neque obstare videtur asserta cessio facta ab vxo-
re D. Maximiliani Caffarelli ad fauorem fisci alterius
societatis, cuius ipse erat creditor, vt liberaret virũ,
& fideiussores ab ista societate Piccinardi, de qua
agitur, quia huic motiuo fuit plenè responsum in de-
cisione, quod non constat talem cessionem fuisse à
7 fisco acceptatam, & licet interuenerit † stipulatio
Notarij, tamen illa non est sufficiens ad effectum ac-
quisitionis, sed tantum ad effectum, vt reuocari non
possit, *Seraph. decis. 472. num. 4. Rot. decis. 369. nu. 3.
par. 2 in recent. & decis. 683. num. 4. par. 1. diuers.
& decis. 567 num. 3. coram Sanctiss. fuit dictum in
Romana donationis 21. Aprilis 1614. confirmata 11.
Martij 1615. coram me.*

Nec videtur suffragari fides vnius testis in instru-
mento d. cessionis descripti, quod Fiscalis accepta-
uit d. cessionem, qui testis hodie habetur pro exa-
minato iuxta ordinem Rotæ, de quo supra, quia li-
cet dicat Fiscalem acceptasse cessionem, tamen vl-
8 tra, †quod est vnicus, qui nihil probat *cap. licet. cap.
veniens de testibus*, quando etiam describit modum,
quo fuit acceptata, dicit fuisse trãsmissum Notarium,
& substitutum Fiscalem ad eam acceptãn. qui tamen
substitutus non interuenit in instrumento, vt appa-
ret ex lectura, & datur attestatio Notariorum Ca-
meræ, quod quando agitur de præiudicio fisci, vel
9 Cameræ, vt in hoc casu †agebatur, non sunt soliti ro-
gare instrumenta, nisi præsentibus ipsis procuratore
Fiscali, vel Commissario Cameræ, cui attestationi in
10 probatione styli videtur stan. †Rota in his terminis
*decis. 484. num. 4. & seq. coram Sanctiss. & facit de-
cis. 644. num. 4. par. 1. in recent.* cum alijs latè con-
gestis *in Ferrarien. decimarum 21. Aprilis 1621. co-
ram me*, præterquam quod depositio non concludit
pernecesse, cum potuerit transmitti substitutus ad
11 illum effectum, & tamen non interuenisse in instru-
mento *cap. in præsentia de probat. l. non hoc. C. vnde
legit.* vnde dictum testis resoluitur in ipsius iudicium
quasi ipse ex dicta transmissione, & ex tractatu cui ip-
12 se operam dedit † iudicare potuerit fuisse factam ac-
ceptationem, & certum est testem qui iudicat non
probare, *Bar. in l. qui testo. §. fin. num. 3. de testam.*
& hic concurrit etiam inuerisimilitudo, cum non
13 †constet debitores societatis, quæ prætenditur cessa

soluisse fisco pecunias, vel reportasse quietantias.

Nec facit quod fuerit inductus alter testis Stepha
nus de Monte, quia id non subsistit in facto, & qua-
14 tenus subsisteret stan. †esset potius instrumento ex
allegatis. Ad alia leuiora placuerunt responsiones
datæ per informantes.

Ex quibus DD. steterunt in decisis.

*Decisio hæc in causa ista emanata sub die 5. Iunij
1620. coram bon. mem. Card. Sacrato, est supra in
hoc Tomo decisio 224.*

R. P. D. NAVARRO.

Lucana Pensionis.

Mercurii 14. Iunij 1623.

ARGVMENTVM.

Æstimationi valoris beneficij, quando sit standum
Rota licet ex sola benignitate soleat ad effectum sub-
stinendi prouisionem beneficij adijcere, vel detrahe-
re sextã partem valoris narrati, tamen quod id quo-
que admittat ad effectum sustinendi reseruationes
pensionis, id nullatenus est verum, nec in his termi-
nis est admittenda extensio, cum materia reserua-
tionis pensionis sit satis odiosa, quo casu nec ex ma-
ioritate rationis admittitur extensio.

SVMMARIVM.

1 *Aestimationi valoris est standum, stante communi æstimatione, & experientia.*
2 *Aestimatio valoris monetarum non probatur per simplicem fidem.*
3 *Scuta auri stamparum à cæteris sunt distinguenda.*
4 *à Valutatione monetæ, quando & ex quibus non sit recedendum.*
5 *pro Pensionis reseruationis substinenda gratia, an sit detrahenda pars valoris narrati.*
6 *pro Beneficiorum reseruationis gratia substinenda, Rota admittit augumentum valoris narrati, non autem id quoq; admittit in reseruatione pensionis.*
7 *Pensionis reseruatio tendit in onus, & grauamen beneficiorum.*
8 *Odiosa nõ sunt extendenda de casu ad casum, etiam ex maioritate rationis.*
9 *Stylus in casu indiuiduo est probandus.*
10 *Rota solet ex benignitate adijcere, vel detrahere sextam partem ad effectum, vt gratia sit iustificata.*
Decisio 327. coram Card. Mantic. in fine, quo in casu loquatur. num. 10.
11 *Pensionis reseruatio ad effectum vt substineatur, quod sit adijcienda, vel detrahenda sexta pars valoris, in hoc non datur aliqua decisio Rotæ.*
12 *Dictio, in circa, de modica summa est intelligenda.*
13 *Modica non sunt habenda in consideratione.*
14 *in Valore probando, quando adest diuersitas, Rota solita est eligere mediam summam.*
15 *in Valore beneficij probando, Rota solet fidem adhibere partis extractis ex libris Curiarum Episcopalium,*
16 *Quod procedit, quando non concurrunt aliæ probationes contrariæ, secus verò si concurrant veluti testium depositiones, & contrariæ attestationes, quibus in concursu magis credenduin est.*

DECISIO CCCCLXXXVIII.

DOMINI confirmarunt decisionem in hac causa factam sub die 20. Iunij præteriti,* ponderando de nouo quantitatem, & pretia fructuum beneficij, valorem ducati de Camera, & importantiam dictionis, in circa, quæ omnia per Blasium augebantur in quantitate ad integrandum valorem narratum.

Incipiendo igitur à valore in litteris narrato in ducatis scilicet 220. de Camera, quem constituere scuta monetę Romanæ 308. iam fuit firmatum in decisione, quæ reuidetur secundum æstimationem auri de Camera de tempore reseruationis pensionis in rationem iuliorum quatuordecim, dictum fuit à va-
1 lutatione non esse recedendum, †quæ à communi æstimatione de tempore gratiæ, & experientia comprobatur.

Neque obstat antiqua æstimatio Cancellariæ in
2 iulijs 12. quia vltra quod † per simplicem fidem sufficienter non probatur. Non etiam ex eadem fide
3 distinguuntur auri †stamparum à cæteris secundum reuolutionem *in Romana octo Zeccarum 20 Iunij 1597. coram bon. mem. Card. Lancellotto*, & vnde po-
4 tuit contingere variatio, † interim autem à noua valutatione non est recedendum, de qua in decisione *Mantuana pensionis 12. Iunij 1617. coram R.P.D. Dunozetto in alia decisione allegata*.

Similiter nec de valore narrato visum fuit esse de-
5 trahendam †sextam partem pro sustinenda gratia pēsionis iuxta stylum Rotæ allegatum per *Mandosium de Signatura Gratiæ in verb. pensiones. vers. Rotæ stylus antiquus. Rot. decis. 64 part. 3. diuersorum. Card. Mantica decis. 182. num. 4. & decis. 327. num. 7.* Placuit enim responsio data decisionibus sty-
6 lum videri à Rota approbatum in prouisione † beneficiorum, & in augumento valoris, non autem in re-
7 seruatione pensionum, quæ tendunt † in onus & grauamen beneficiorum, & in diminutione valoris, at-
8 que ita vti odiosum de casu ad † casum non esse extendendam, & ex maioritate rationis, *Natt. cons. 435 nu. 22. Innoc. in cap. dilecto de offic. Archid.* & quod
9 stylus sit in indiuiduo † probandus, tenuit *Rot. decis. 486. nu. 7. par. 2. in recent.* & quamuis decisio coram
10 Cardinali Mantica 327. in fine dicat Rotam †solere ex benignitate adijcere, vel detrahere sextam partem ad effectum, vt gratia sit iustificata, tamen loquitur in prouisione beneficij non autem in reseruatio-
11 ne pensionis, † & quoad detractionem non datur decisio, in qua sit aliquid circa hoc determinatum,
12 & ad dictionem, †in circa, respondet eadem decisio *Burgen. pensionis coram Gypsio 4. Nouemb. 1585.* vt de modica summa sit intelligendum, & his positis cætera, vel non probantur, vel probata non ascendunt ad valorem narratum.

Quantitates enim frumenti in starijs 210. & vini in salmis 10. non controuertitur, neque valor vini
13 vti quid †modicum est in consideratione, nec maior probatur expressa in decisione.

Remanet valor frumenti iam arbitratus in libris sex pro quolibet stario, quæ taxa visa fuit iusta, stante contrarietate testium & attestationum, & contra-
14 ria † probatione pensionarij, in quibus Rota elegit mediam summam.

Non obstant attestationes desumptæ ex partitis librorum Curiæ Episcopalis de libris septem cum di-
15 midio, quibus Rota in probando valore †solet fidem adhibere, vt in terminis de libris Ciuitatis Lucæ dixit Rota *in vna Lucana bonorum 6. Martij 1600. coram bo. me. Card. Pamphilio.*

Quia quicquid sit, quando non concurrunt aliæ probationes contrariæ, secus tamen est in præsenti, vbi dantur testes, & contrariæ attestationes, quibus
16 magis credendum † est, & in omnem casum dato augumento calculato à libris sex vsque ad septem cum dimidio, adhuc crescit summa de valore narrato in notabili quantitate, itaut in decisis persistendum sit &c.

Præsens hæc decisio in hac eadem causa emanata sub die 20. Iunij 1622. coram eodem bon. mem. Pirouano est supra in hoc Tomo decisio 414. Vbi alias decisiones in hac causa annotaui.

REVERENDISS. COCCINO.

Faneñ Emphyteusis.

Lunæ 19. Iunij 1623.

ARGVMENTVM.

Dominus directus, si postquam ei est aperta emphyteusis, eam pro se retinere non intendit, tenetur illā renouare proximioribus eorum, quibus dicta emphyteusis fuit concessa, & ad hunc effectum, vt quis obtineat, quid probare grauetur, & præsertim doceri debet, quod emphyteusis terminata sit, ac noua inuestitura fuerit facta. Emphyteusis concessa alicui ad tertiam ipsius generationem, dum aliquis ex his superest, numquam potest dici ea aperta, quod procedit etiamsi fratres diuidendo inter se bona, dicta emphyteusis ad aliquos eorum tantum peruenerit, quia eis mortuis, illa reuertitur ad eos fratres, qui per diuisionem ab ea fuerunt exclusi.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis, quando est aperta, & Dominus eam pro se retinere non vult, debet eam renouare proximioribus inuestitis.*
2 *Possessor est absoluendus, quando actor nihil probauit.*
3 *Probatio incumbit asserenti.*
4 *Iudici non creditur asserenti aliquid constare, ex actis.*
5 *Sententia, quæ per relationem ad acta non verificatur, dicitur nulla.*
6 *Iudex an legitimè pronunciauerit, vt id appareat, debent acta produci.*
7 *Referens sine relato non attenditur.*
8 *Emphyteusis renouationem petens, fatetur se in inuestitura non esse comprehensum.*
9 *Emphyteusis renouatio quibus debeatur.*
10 *Fratres plures in bonorum diuisione possunt, vni tantum sine consensu Domini emphyteusim dimittere, quia hæc non potest dici emphyteusis diuisio, sed fortificatio vnionis, & consolidatio.*
11 *In Bonorum diuisione inter fratres, si emphyteusis vni sit assignata, quamuis ista sit partis alienatio, nihilominus valet sine consensu Domini.*
12 *Fratres, dum diuidunt inter se bona feudalia, vel emphyteutica per talem diuisionem præiudicatur eorum filijs.*
13 *Quod intelligitur si dicta diuisio firma permaneat, veluti*

veluti si is, cui emphyteusis fuit pro parte assignata, cum legitimis successoribus decesserit, aliàs non dicitur eis præiudicatum.

14 *Emphyteusis diuisio si fuerit facta inter fratres, ita vt per diuisionem alicui ex fratribus fuerit præiudicatum,*

15 *Non tamen in tantum dicitur præiudicatum ei, vt per obitum fratrum, quibus ea in totum peruenit emphyteusis ad exclusum non reuertatur.*

DECISIO CCCCLXXXIX.

HIERONYMVS iunior, & fratres de Mariottis prætendebant renouationem emphyteusis de qua agitur, obtentæ à Hieronymo Mariotto eius proauo aduersus Camillum & fratres de Mariottis, qui licet sint in eodem gradu tamē cum emphyteusis sit ad tertiam generationem Eques Alexāder dd. Hieronymi iunioris, & fratrum pater fuit vltimus de tertia generatione, & per illius obitum emphyteu-
1 sis fuit † aperta, & ideo cum Ecclesia nollet pro se retinere dicto Hieronymo iuniori, & fratribus debebatur renouatio. *Bart. in l. 1. §. permittitur, ff. de aqu. quot. & æstiu.* & propterea cum super hoc obtinuerit sententiam à Vicario Sancti Laurentij petebant illius confirmationem.

Cæterum Domini ex deductis dixerunt sententiam prædictam esse infirmandam; primo quia de dicta inuestitura facta Hieronymo seniori non constat, & propterea cum Camillus, & fratres sint pos-
2 sessores, † & nihil probent, Hieronymus iunior, ac fratres sunt absoluendi. *l. qui accusare. C. de eden.* &
3 asserenti † incumbit probatio, *l. verius, ff de probat.* hic autem nihil probatur, quia de inuestitura facta Hieronymo seniori non docetur, neque ex eo probatur, ex quo Iudex in partibus dixerit viso instru-
4 mento inuestituræ, quia † non creditur iudici enuncianti aliquid constare in actis. *Gabr. de sent. concl. 4. num. 2. & 3.* & sententia, quæ per relationem ad
5 acta † non verificatur, dicitur nulla. *Vant. de nullit. in tit. à quo, & quib. mod. nu. 12.* & in omnem euentum quatenus crederetur iudici, deberet transportari illa
6 inuestitura, vt considerato † tenore videri possit, an iudex legitimè pronunciauerit, *iuxta not. per Gemin. cons. 76. num. 6. vers. dicitur insuper. Anchar. consil. 208. num. 7. vers. præsuppono. Bald. cons. 73. num. 2. lib. 5. & 313. num. 2. eod. lib.*

Neque obstant adnotationes desumptæ ex libro Abbatiæ de annis 1592. & 1579. quia licet prima loquatur de inuestitura pro se, & pro filijs, & nepotibus tantum, & de certo prædio. Tamen secunda nihil dicit de qualitatibus concessionis, & vtraque se
7 refert ad instrumentum, † vnde illud videndum est. *Rot. decis. 139. num. 3. & decis. 461. num 9. par. 1. in recent.* & quamuis prædictis addatur confessio patris Francisci, nihilominus illa non facit, licet enim fateatur se fuisse vltimum de linea, non idcirco fatetur Hieronymum seniorem fuisse inuestitum, ita ut in Alexandro defecerit tertia generatio, immo cum
8 † cum petierit renouationem pro suis filijs, excludit intentionem Marij, & fratrum.

Vlterius prætendebatur, quod quatenus probaretur Hieronymum fuisse inuestitum, tamen cum Mariottus, & Franciscus eius filij, aui respectiuè Camilli, & fratrum reorum, nec non Marij, & fratrum actorum diuiserunt bona, quæ peruenerint in portionem Mariotti, aui Camilli, & fratrum, & cum ideo fuerit præiudicatum Alexandro, & eius lineæ emphiteusis fuit finita per obitum Ludouici patris Camil-
9 li, & fratrum, & ideo eis debetur renouatio † non autem Mario, & fratribus, quia cum fuerit præiudicatum Alexandro eorum fratri, licet vltimo loco obierit, tamen per eius obitum non fuit aperta emphiteusis, sed per obitum Ludouici, regula enim est certa, quod plures fratres possunt in diuisione bonorū
10 vni tantum sine consensu † Domini emphiteusim dimittere, quia hæc non potest dici emphiteusis diuisio, sed fortificatio vnionis, & consolidatio, & quamuis partis sit alienatio, cum nihilominus facta
11 sit in proximiorem † agnatum alijs consentientibus sine dubio valet, & pronunciat. *Bart. qui loquitur in emphiteusi in l. 1. nūm. 4. C. de impens. describt. lib. 10. Mant. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 15. n. 22. vbi de communi testatur.*

Sed circa hoc motiuum nihil voluerunt firmare Domini, si tamen opus erit, particulariter videri po-
12 terit, quia licet † conclusio vera sit, quod per diuisionem præiudicetur filijs est etiam vera declaratio, quod præiudicat, vt firma permaneat si is, cui emphiteusis pro parte assignata est, cum filijs masculis
13 decesserit, si verò † sine hærede masculo mortuus fuerit feudum ad fratres, & eorum filios masculos reuertitur. *cap. 1. de nat. success. feud. Mantic. loco prædicto num. 23.* sic in proprio cum tam Ludoui-
14 cus, quam Alexander essent compræhensi † in tertia generatione, & per diuisionem fuit præiudicatū Alexandro, non tamen in eo fuit præiudicatum, quin per obitum Ludouici præiudicatum emphiteusis
15 ad † ipsum non fuerit reuersa, cum ipse solus esset de tertia generatione. Et ita, &c.

REVERENDISS. COCCINO.

Romana scutorum 18000.

Veneris 13. Iunij 1623.

ARGVMENTVM.

Principis gratiæ, regulariter tacitam habent in se conditionem, quatenus ei narrata veritate nitantur, & quatenus contenta in ea adimpleantur. Gratiæ iustificatio spectat ad eum, qui in illa se fundat, non autem illis, qui eam impugnant. Et tractatur de eo, qui emit rem debitis inuolutam, & obtinuit gratiam à Principe cedulam banchariam in actis deponendi, ad effectum soluendi pretium illius rei creditoribus, iuxta gradum, & locum vnicuique per Iudicem assignandum per viam graduationis. Discutitur enim, quando depositio dictæ cedulæ validè fuit facta, & diluuntur nonnullæ oppositiones.

SVMMARIVM.

1 *Gratia Principis est attendenda, non autem id, quod cessante gratia fieri debuisset.*

2 *Gratia Principis habet in se tacitam conditionem, quatenus narrata sint vera.*

3 *Gratiam à Principe obtinens debet iustificare in ea, narrata.*
in Gratia se fundans debet iustificare narrata in ea, & non id est iustificandum ab impugnante eam. num. 3.

4 *Gratia Principis habet in se tacitam conditionem quatenus narrata sint vera, & contenta in illis adimpleantur.*

5 *Solu-*

5 *Solutum, & quidem validè, quando aliquid est, tūc aliud non est quærendum.*
6 *Cedula banchana non est opus, vt detur pro summa, quæ iam soluta, ac exbursata fuit.*
7 *Litiū magnus cumulus ne suscitetur, cauendū est.*
8 *Gratia obtenta à Principe debet operari suum effectum.*
9 *Gratiæ robur, vbi consistit, illud potissimum est attendendum.*
10 *Accollatio debiti, nihil aliud est, quam subrogatio facta ad cōmoda, vel incommoda crediti. & n.13.*
11 *à Mercatorum practica, seu stylo non est recedendum.*
12 *Præiudicium, quando ex aliquo actu nemini infertur, & hoc Princeps concesserit, non est arguenda eius gratia.*
14 *Papa dum concessit id, quod de iure fieri poterat, nemini infert præiudicium.*
15 *Probibitum id, quod non est, si non competit non prodest.*
16 *Fideiussor antea quam soluat pro principali non potest dici creditor.*
17 *Citari tantum debent illi, qui in re, de qua agitur, habent interesse.*

DECISIO CCCCXC.

OBTINVIT Excellentiss. Princeps à san. me. Clemente Octauo, quod data cedula bancaria in actis cum promissione de soluendo summas creditoribus iuxta gradum, & locum vnicuique assignandum causam graduationis per A. C. cognosceret, qui Excellentiss. D. Princeps cedulam dedit scut. 61. mil. vnde die 24. Ianuarij superioris anni * fuit quæsitum an huiusmodi cedula ei suffragaretur, vt consequi posset beneficium commissionis scilicet liberationem, & Domini affirmatiuè responderunt, quæ sententia & hodie placuit, cū gratia Principis operetur, vt debeat ea attendi, non autem † illud quod
1 cessante gratia fieri debuisset, *iuxt. not. per Clar. in §. fin. q. 59. in princ. Paris. cons. 1. in princ. lib. 4.* & quamuis gratia Principis habeat tacitam conditio-
2 nem † quatenus narrata sint vera, & quatenus adimpleantur contenta in gratia. *Anchar. consil. 34. in*
3 *princ.* Narrata enim in gratia debent † iustificari ab eo, qui gratiam obtinuit, & se fundat super ea, non autem ab impugnante, quia litteræ habent tacitam
4 conditionem si narrata sint vera, & contenta in illis adimpleantur. *cap. 2. de rescript. Calder. cons. 10. de probat. in princ. vers. & hoc dico. Anchar. d. cons. 34.* qui loquitur in gratia Apostolica. *Dec. plenè consil. 232. num. 2. Aym. cons. 104. num. 3.* Attamen in hoc casu omnia narrata sunt iustificata non obstantibus his quæ opponuntur.

Non obstat enim primo, quod pretium Castri Ammi, si erat scutorum 76. mil. & tamen fuit data cedula solum scut. 62. mil. quia hoc fuit factum; quia
5 alia scuta 25. mil. fuerant soluta, † & Rota pluries resoluit illam solutionem fuisse legitimè factam, & quamuis replicetur, quod in commissione fuit actū de toto pretio, hoc non subsistit in facto, quia solum generaliter fuit actum de danda cedula bancaria,
6 absque expressione quantitatis, & † absurdum esset dicere, quod Papa voluisset, & Princeps respectiuè se obligasset de dando cedulam pro summa legitimè soluta, prout erat summa scut. 15. mil. iuxta resolutiones Rotales,

Non obstat secundum, quod in commissione expressit non esse bonum soluere primo venientibus, cum cautione de restituendo prioribus, & contri-
7 buendo cum æqualibus, ne maximus cumulus litiū resultaret, & tamen in productione cedulæ depositi Excellentiss. D. Princeps protestatus fuit, quod pecuniæ non consignarentur creditoribus, nisi præstita cautione de restituendo prioribus, & contribuendo cum æqualibus, nam huic obiecto fuit responsum, quod aliud est, quod creditores immediatè reciperent de manu Principis cum dicta cautione, aliud de manu campsoris; Quia primo casu Princeps tenebatur assistere, & videre cui solueret, Secundo casu partes poterant agere inter se coram Iudice, & canonizato suo credito obtinere illud ex cedula mercatoris, & in hoc consistit gratia quam Principi Pō-
8 tifex fecit, vt ab istis incommodis † liberaretur, & daret cedulam, qua data obtinuit illam protestationem, quia neque ex commissione videtur prohibita, neque ex dispositione iuris, immo potius necessaria, & in omnem euentum cedula fuit libera, & si prote-
9 statio facta in cedula quatenus in aliquo † repugnaret commissioni poterat sperni, satis est, quod cedula esset libera, in hoc enim stat robur gratiæ factæ in commissione.

Non obstat tertium, scilicet, quod in cedula data à mercatore adesset conditio, quod Princeps posset sibi accollare summam beneuisam; Nam fuit respō-
10 sum, quod cum † accollatio nihil aliud sit, quam subrogatio facta ad commoda, vel incommoda crediti, vt habetur apud *M. Varronem lib. 3. de re rustic. & apud Sueton. in vit. Claud. Imper. cap. 10.* & apud mercatores ita intelligitur, vt probatur ex pra-
11 ctica, & attestatione † mercatorum, à qua non est recedendum, vt notat *Tiraq. de retract. lignag. §. 2. gloss. 7. num. 5. & 6. Paris. cons. 90. num. 5. & 4. lib. 3.* si huiusmodi accollationem potuit Princeps de iure
12 facere, † & ex ea nullum præiudicium infertur creditoribus, non est in quo arguatur gratia Papæ, quia
13 vt dictum est, ista accollatio censetur subrogata † in commodum, & incommodum crediti, & cum de iure potuerit fieri, non censetur sublata per gratiam
14 Papæ, cum ex hoc, vt pariter dictum est, † nullum oriatur præiudicium, cui motiuo fuit etiam satisfactum in *decis. S. D. N. 347 num. 15. & 16.* Et cessat omnis difficultas, quia cum non fuerit prohibita in
15 commissione, † si non competebat non prodest. *Aym. cons. 127. num. 7. & cons. 144. num. 15. Menoch. cons. 2. num. 57.*

Non obstat quartum, quod Sereniss. D. Dux debebat citari, quia iam fuit responsum in alia decisio-
16 ne, quod † ille erat fideiussor DD. de Vrsinis, & quod ante solutionem non poterat dici creditor,
17 & propterea nō debuit † citari, & sufficit quod omnes creditores descripti in lista citarentur, prout citati fuere.

Ex quibus, & ex alijs deductis in decisione sub die 24. Ianuarij superioris anni, Domini censuerunt ab illa non esse recedendum, &c.

* *Decisio ista in hac eadem causa emanata sub die 24. Ianuarij 1622. in quā Rota stetit in decisis, est supra in hoc Tomo decisio 339.*

RE-

REVERENDISS. MANZANEDO.

Patriarcha Hierosolymitano.

Virdunen. Pensionis.

Lunæ 26. Iunij 1623.

ARGVMENTVM.

Iura de partibus dicuntur validè transumptata, quando in eorum extractione interuenit Iudex ad hoc deputatus, & Notarius ab eodem electus, & partes fuerunt præsentes, ac cum earumdem præsentia, processus fuit clausus, sigillatus, & transmissus, vnde & constito quoque, quod vnde fuerunt iura extracta erant scripturæ authenticæ, & in forma probanti, sine dubio dictis transumptis est adhibenda fides. Pensionis reseruatio est, dum ex falsa causa est facta.

SVMMARIVM.

1 *Scripturæ, quando non sunt in forma probanti non releuant.*
2 *Iura, si valide vigore literarum compulsorialium fuerint à Iudice transumptata, eis fides danda est.*
3 *Beneficij resignatio inualida est, quando illud iam vacauit per assecutionem alterius incompatibilis cum eo.*
4 *Pensio reseruata ex falsa causa nō potest sustineri.*
5 *de Iurium validitate non est dubitandum, quando cum debitis solemnitatibus fuerunt compulsata.*
6 *Iura, vt dicantur validè transumptata, quid sit necesse. & num. 7.*
8 *Libri Capitulares dicuntur in forma probanti, dum retinentur per Officiales ad hoc deputati.*
9 *Libri Capitulares, plenè quidem probant contra personas eiusdem Capituli.*

DECISIO CCCCXCI.

CVM Ioannes Cordier postquam obtinuit sibi prouideri de Canonicatu in Cathedrali Virdunen. & illius possessionem fuit assequutus, resignauerit alium Canonicatum, quem prius possidebat in Collegiata Sanctæ Mariæ Magdalenæ eiusdem Ciuitatis ad fauorem cuiusdam Vberti, cum reseruatione pensionis ducat. 40. quam pensionem recusante soluere Martino Vignon successore prædicti Vberti in dicto Canonicatu sub prætextu, quod cum per assecutionem, quam fecit Ioannes Canonicatus in Cathedrali vacauerit Canonicatus Ecclesiæ Collegiatæ, quem prius obtinebat, & propterea non poterat postea illum resignare, nec pensionem super eo reseruare, postque iudicio in partibus introducto, sententiam fauorabilem reportauit, à qua Ioannes appellauit, & causa in Rota mihi commissa sub die 2. Martij 1622. * Dubitaui, An prædicta pensio sustineretur, & affirmatiuè Domini responderunt, & moti fuerunt ex eo, quod scripturæ pro Martino
1 pro probanda assecutione, † & possessione Canonicatus in Cathedrali, non erat in forma probanti; Vnde obtentis per Martinum litteris compulsorialibus, vigore illarum transumptatum fuit instrumentum collationis dicti Canonicatus factæ ab Ordinario Ioanni, ac possessionis ab eodem captæ, & alia
2 iura idem † concernentia, & ad Curiam transportatis, & in actis productis, proposui denuò causam super eisdem, & Domini à decisis recesserunt. Ex prædictis enim iuribus clarè constabat, quod Ioannes die 21. Iunij 1600. possessionem dicti Canonicatus in Cathedrali fuit assecutus, & quod 23. eiusdē mensis resignauit Canonicatum, quem in Collegiata prius obtinebat, quod facere nequibat, cum iam va-
3 casset per assecutionem † alterius incompatibilis, vnde pensio, reseruata ex causa dictæ resignationis,
4 tanquam † reseruata ex falsa causa, non potest sustineri. *Gig. de pensio. q. 35. num. 9. Cassad. decis. 10. num. 8. de rescript.* & fuit dictum in *Tiburtina Canonicatus 15. Decembris 1621. coram me.*

5 Nec fuit dubitatum de † validitate dictorum iurium, cum fuerint compulsata à Iudice per Rotam deputato, & per Notarium ab eodem Iudice electū
6 parte citata, & ipsa præsente, quando processus fuit
7 clausus, † sigillatus, & transmissus, vnde concurrunt omnia, de quibus per *Vestr. in prax. lib. 6. cap. 1. à num. 14.*

Quod autem libri, ex quibus fuerunt dicta Iura
8 compulsata † extracta sint in forma probanti, apparet clarè, cum sint libri capitulares tenti per officiales ad hoc ab eodem Capitulo deputatos, quo casu
9 cum agatur contra Canonicum eiusdem Capituli, plenè probant *Seraphin. decis. 642.*

Et ita, &c.

* *Decisio ista in hac eadem causa emanata sub die 2. Martij huius anni 1622. a qua Rota ex nouiter in facto deductis recessit, est supra in hoc Tomo decisio 356.*

R. P. D. VBALDO.

Romana Fideicommissi de Columna.

Lunæ 26. Iunij 1623.

ARGVMENTVM.

Alienatio fundi dotalis, quamuis regulariter loquendo Iura renuant, vt substineatur, tamen ista opinio non habet locum, quando est facta à muliere cum iuramento, quodque multò magis procedit, quando vltra iuramentum interuenerit consensus expressus ipsius mariti. Fundus dotalis, quando alienatur cum pacto de redimendo, licet secuta redemptione, reuertatur ad suam pristinam naturam, nihilominus, id non procedit, quando dictum pactum redimendi fuit stipulatum, non ad fauorem mulieris, sed mariti, eiusque hæredum. Defuncti confessio nocet, ac non potest impugnari ab eius hærede, &c.

SVMMARIVM.

1 *Transactio habet vim rei iudicatæ.*
2 *Dotalis fundus regulariter alienari non potest.*
3 *Alienatio rei dotalis si sit facta cum iuramento, de Iure Canonico substinetur.*
4 *Quod amplia, si vltra iuramentum interuenerit consensus expressus mariti.*
5 *Dominij, & possessionis vera translatio probatur ex clausula ad haben. & constituti. & num. 9.*
Alienatio non videtur voluntaria, quando partes agnoscunt bonam fidem, & vnicuique tribuitur, quod suum est. num. 5.
6 *Titulus fundi dotalis, quando extinguatur.*
7 *Redemptio alicuius rei, quando fit, tunc reuertitur ad suam primæuam naturam.*
8 *Dotalis fundus, quando fuit alienatus, ita vt ea alienatio sustineatur, & fuerit facta cum pacto de*

de redimendo ad fauorem mariti, eiusque hæredum, tunc secuta redemptione, fundus non reassumit suam pristinam naturam dotalem.

10 *Loquendi modus discretiuè, plurimum ostendit partium intentionem.*

11 *Defuncti confessio non potest impugnari ab eius hærede.*

12 *Confessio Testatoris sicuti noceret ei, si viueret, ita etiam nocere debet eius hæredi.*

13 *Pactum de recuperando, quando est appositum ad fauorem plurium, potest vnus altero negligente, offerre totum pretium, & recuperare rem.*

14 *Verba in instrumentis, quando stant præsuppositiuè, non autem dispositiuè, non attenduntur.*

15 *Dictio, dictus, est repetitiua qualitatum præcedentium.*

16 *Repetitio in aliquo instrumento censetur in dubio addita gratia demonstrationis.*

17 *Relatum est in referente.*

18 *Pactum de redimendo recipit æstimationem.*

19 *Donatio inter virum, & vxorem est probibita.*

20 *Pactum de redimendo, quando sumus in venditione, minuit valorem.*

DECISIO CCCCXCII.

CENSVERVNT Domini, D. Camillum non habere partem in tenuta Passarani, & sic receden. à decisis coram Reuerendiss. Seleucien. in quibus decisionibus fuerat resolutum, dictam tenutam remansisse in hæreditate Iuliæ, & consequenter spectasse pro parte ad D. Camillum filium, & hæredem pro rata sua Iuliæ suæ matris ab intestato. Præcipuum enim fundamentum decisionum fuerat, quod dicta tenuta fuisset assignata Iuliæ pro fundo dotali, tam in pactis matrimonialibus initis inter Claricem matrem Iuliæ, & Martium eius Iuliæ maritum, quàm in instrumento concordiæ celebrato de anno 1582. inter eandem Iuliam, & eius sorores, ideoq. remanserit in hæreditate Iuliæ; Sed hoc fundamentum hodie cessare visum fuit, quia talis assignatio pro dote D. Iuliæ non fuit simplex, sed conditionalis, & restricta, quatenus pactum aliàs initum de anno 1540. inter Alexandrum auum Iuliæ, & sororum ex vna, & Stephanum auum moderni Principis Prænestini ex altera, quod deficiente vnius linea masculina, bona prædicta ad alterum peruenirent, fæminis semper exclusis, non esset validum, aliàs si esset validum, dos Iuliæ esset in scutis 30. mill. vnde cum fuerit præsuppositum, & resolutum coram bo. me. Seraphino pactum valere in plurimis decisionibus coram eo factis, quæ habentur in 1. parte inter eius impres. vt in decis. 258. num. 12. 347. 427. 447. & 534. & in alijs non potuit absolutè firmari, quod in dicta tenuta esset constitutus fundus dotalis.

Nec dicatur in dictis pactis matrimonialibus requiri, quod ita definiretur per sententiam, & rem iudicatam scilicet, pro dicti pacti validitate, & si non videatur sufficere, quod ea fuerit firmata per decisiones Rotales, quia in cõcordia inita de anno 1601. eadem Iulia, & Martius eius maritus cesserunt Principi Prænestrino Castrum dirutum Passarani cũ rubris 300. terræ eiusdem tenutæ, de quibus agitur, & sic habuerunt illud pactum pro valido, cuius ratio-
1 ne, illa tenuta ad Principem pertinebat, & † clarum est, transactionem habere vim rei iudicatæ, *l. Non minorem, vbi Doct. C. de transf. Rol. post allegatos cõs. 28. nu. 17. lib. 4. fuit dictum in causa Bononien. Portoni coram* R. P. *D. Pamphilio, quæ est decis. 414. num. 2. par. 2. recent.* & quatenus etiam fuisset, fundus dotalis, quod ex præcedentibus non subsistit,
2 † qui regulariter alienari non potest *toto tit. ff. & C. de fund. dot. l. vn. §. & cum res, C. de rei vxor. act. Inst. quib. alien. lic. vel non*, Tamen stan. iuramento
3 saltem de iure † Canonico talis alienatio sustineretur *cap. Cum contingat de iur. vt post Couarr. de communi testatur Guttier. in tract. de iuram. confirmat. par. 1. cap. 1. num. 1. & seqq.* præsertim cum
4 vltra iuramentum † interuenerit etiam consensus expressus mariti, latè *Maluasi. cons. 13. num. 42. & seq. & tenuit Rota in Romana rescissionis contractus 26. Nouembris 1618. coram R. P. D. mea Caualtrio*, Et accedunt clausulæ, ad haben. & constituti, in di-
5 cto instrumento concordiæ, † ex quibus probatur perfecta translatio dominij, & possessionis in dictum Principem Prænestinum, vt de clausula, ad Haben, tradit *Menoch. cons. 361. num. 39. Rol. cons. 61. num. 48. lib. 2. cum alijs per Modern. discept. forens. cap. 96. num. 2. & cap. 586. num. 1.* & de constituto fuit latè dictum in R*omana de Incoronatis 29. Aprilis* 1616. *coram me*. Præterea considerabat vnus ex Dominis, quod non simpliciter fuit alienatus prætensus fundus dotalis, sed vigore transactionis fuit assignatus Principi, ad quem pertinebat, vnde non videtur fuisse voluntaria alienatio, sed penè necessaria, cùm vtraque pars agnouerit bonam fidem, & lis fuerit
6 extincta dando vnicuique quod suum est, & sic † videtur resolutus titulus fundi dotalis, vt latè post *Bart. in l. in diem ff. de aq. pluu. arc. distinguit Tiraq. de retr. conuent. §. 3 glos. vnic. num.* 10.

Non obstat, quod castrum Passarani cum dicta tenuta fuerit cessum Principi, sed cum pacto redimendi intra quinquennium, & secuta fuerit redemptio,
7 vnde † res fuerit reuersa ad naturam suam, & sic remanserit fundus dotalis, ex allegatis per C*agnol. in l. 2. num. 254. C. de pact. inter empt. & vend. cum alijs allegatis in decisione D. mei Decani*, Quia vltrà quod prædicta procederent, si ista tenuta ab initio fuisset simpliciter fundus dotalis, cuius contrarium supra firmatum est; respondebatur etiam, quod ex quo Ius redimendi stipulatũ fuit soli Martio, & eius hæredibus, & pro solo Martio, & hæredibus fuit facta re-
8 demptio, vt mox probabitur, † acquisitio dicitur facta soli Martio, non autem Iuliæ, *l. si pater 1. C. de dot. promiss. Franch. decis. 33. nu. 2. & 3. Surd. cons. 322. num. 1. lib. 3. Seraph. decis.* 1210. *num.* 1. & in terminis fundi dotalis, *Rol. cons. 64. nu. 9. lib. 4. Natt. cons. 650. num. 2. vers. 2. lib. 4.* Becc. *cons. 42. num. 7. & seq. Honded. cons. 41. num. 7. lib. 1.*
9 Et confirmatur ex clausula, ad haben. † in instrumento redemptionis apposita, vt in his terminis cõsiderant *Rol. d. cons. 64. num. 10. & seqq. lib. 4. Becc. d cons. 42. num. 80. Honded. d. cons. 41. num. 7. vers. quarto, & seqq. & fuit dictum in Interamnen. fundi dotalis 20. Februarij 1589. coram bo. me. Cardinali Platto, & in Ciuitatis Castelli dotis 18. Aprilis 1614. coram* R. P. D. *Remboldo.* Quod autem ius redimendi fuerit stipulatum pro solo Martio, apparet ex verbis instrumenti transactionis cum Principe initæ, ibi, *che volendo il detto Sig. Martio in termine di cinque anni prossimi*, & interim quandocumque, *ricuperare. & ribauere il detto Castello, &c.* & ibi, *sia obligato il detto Sig. Francesco cedere, & dare al detto*

Sig.

Sig. Martio il detto Castello, &c. & infra ibi, *& se in detto termine il detto Signor Martio nõ lo ricomprerà*, & rursus infra ibi, *che se il detto Signor Martio nel termine sopradetto cõcessogli à ricuperar detto Passarano; & le dette Rubbia 300. di terra l'haurà con effetto ricomprato, &c.* & confirmatur ex prorogatione ad redimen. facta eidem Martio ad alios duos annos, vt dicitur in instrumento redemptionis, in quo fuit etiam obseruatum, quod dum partes loquuntur de assignatione Castri, & Tenutæ Passarani, dicũt, illa fuisse assignata Principi, per Martium, & Iuliam, & postea immediatè loquentes de facultate redimendi illam dicunt fuisse reseruatam
10 D. Martio, qui discretiuè † loquendi modus plurimum ostendit partium intentionem, *l. Quæsitum, §. Idē respondit, ff. de fund. instr. cum alijs per Surd. cons. 426. num. 18. lib. 3. Seraph. decis. 1486. num. 12. Rota decis. 667. num. 5. par. 2. in recent.* & insistebãt informantes circa hoc motiuum ponderan. etiam plures partes instrumenti concordiæ.

Et demum quoad redemptionem Castri, & Tenutæ Passarani plurimum mouebat Dominos, quia illa fuit facta ad fauorem Martij absentis, eadem D. Iulia eius coniuge, & procuratrice præsente, & pro eo, eiusq; hæredibus, & successoribus quibuscunque acquirente, & vna cum Notario stipulante, ex quo actu desumitur declaratio interpretatiua mentis D. Iuliæ, quod ab initio non habuerit animum acquirēdi sibi ius redimendi Tenutam, cum alias non eam redemisset nomine Martij tantum, maximè cum etiã dixerit dictam redemptionem fieri ex pecunijs Mõtis Passarani, quem constat, fuisse erectum ad fauorē Martij, & in specie pro recuperanda dicta Tenuta, in qua erectione Iulia interuenit procuratorio, & fideiussorio nomine pro Martio, & cum expressa narratiua dictam Tenutam, & alia bona, de quibus ibi, pleno iure dominii vtilis, & directi spectare, & pertinere ad Martium eius virum, prout etiam in ipso instrumento redemptionis voluit, dictam Tenutam, & bona Passarani specialiter esse hypothecata Monti, & Montistis, donec Mons duraret, sed eo extincto, libera remaneant, & reuertantur, & consolidentur ad fauorem D. Martij, eiusque hæredum, & succes-
11 sorum, quæ D. Iuliæ confessiones, † non videntur posse hodie impugnari à D. Camillo eius hærede *ad l. Cum à Matre, C. de rei vendic.* & sicut nocerēt
12 Iuliæ, † si viueret, ita nocere debent habenti ab ea causam *l. si superatus in princ. vbi Bar. ff. de pignor. Bald. cons. 364. num. 2. vers. Tertio quia lib. 2. Aym. cons. 29. in princ. Rota decis. 776. num. 1. par. 1. diuers. & in Romana Dotis 6. Iunij 1611. coram me, & dec. 180. nu. 4. par. 2. in recent.* & sic apparet Martio solum, fuisse acquisitum ius redimendi, & ipsum solum redemisse, mediante persona Iuliæ coniugis, & quatenus etiam hæc facultas redimendi fuisset vtrique data, vt videntur innuere illa verba instrumenti, *& in euento, che li detti Signori Martio, & Giulia, nel termine sopradetto non l'habbino ricomprata*, quæ considerantur in decisione D. mei Decani, Tamen Domini adhuc existimabant, potuisse Martium solum recuperare, & sibi acquirere, quando enim pactũ
13 de recuperando † est appositum ad fauorem pluriũ, potest vnus, altero negligente, offerre totum pretiũ, & recuperare, *Tiraq. de retract. conuent. §. 1. glos. 6 num 30. & seqq.* vbi ponit plures opiniones, & tandē *num. 37.* residet in sententia affirmatiua *post Castr. Boer. Rub. Alexan. & alios, & num. 38. recitat cons. Bald. 133. Quædam mulier num. 3. lib. 1. Et addebatur idem Bald. cons. 384. Duo sunt videnda in princip. lib. 1. Aym. cons. 958. num. 4.* licet non posset recuperare tantum partem, per ea, quæ ponit *Bart. cons. 195. lib. 1.*

Vltra quod dicebatur etiam, illa verba instrumē-
14 ti supra † posita stare præsuppositiuè, non autem dispositiuè, & ideo non attendenda *l. Ex facto 1. ff. de hær. inst. Surd. decis. 185. num. 8. & dec. 282. num. 9. Rota decis. 23. de procur. in antiq. decis. 107. num. 2. part. 1. diuers. & in Toletana Confraternitatum 3. Decembris 1618. coram me.*

Non obstat, quod ius redimendi fuit concessum
15 D. Martio, vti marito, & innuit illa dictio, † Dicto, repetitiua qualitatis præcedentis ex allegatis in decisionibus; Quia cum in eodem instrumento transactionis discretiuè locuti essent contrahentes de Martio, & de Iulia, vt supra ostensum est, & modo de Martio, vti marito, modo de eodem, vti contrahente nomine proprio, vt ex eodem instrumento cõstat, dicta repetitio redditur æquiuoca, & censetur
16 † potius addita, gratia demonstrationis, prout in dubio etiam præsumitur, *l. fin. §. Titia, ff. de liber. lig. Rot. decis. 442. num. 3. & decis. 684. num. 4. par. 1. diuers. & in Romana Fideicommiss. de Surdis 11. Maij 1618. coram me.*

Non obstat, quod redemptio fuerit facta iuxta tenorem, & formam instrumenti Concordiæ, & ideo
17 † cum relatum sit in referente cum omnibus qualitatibus, *l. Asse toto ff. de hær. inst.* censeatur facta redemptio communi nomine. Quia iam supra ostensum est, ius redimendi fuisse acquisitum soli Martio & quatenus esset acquisitum vtriq; Coniugi potuisse solum Martium redimere, soluen. totum pretium, ex supra allegatis.
18 Demùm non obstat, quod pactum † de redimendo recipiat æstimationem, ideò si D. Martius illud acquisiuisset nomine proprio, resultaret donatio in-
19 ter virum, & vxorem, † de iure prohibita, ex addictis in Decisione D. Dunozet, Quia hæc omnia procedunt cum præsupposito Decisionum, quod hæc Tenuta spectaret ad D. Iuliam ex titulo Dotis, tunc enim assignatio facta Principi Prænestino, cum pacto redimendi ad fauorem D. Martij saperet donationem ex parte Iuliæ, sed supra ostensum est, nullum ius habuisse Iuliam hac Tenuta, cum esset sibi data in dotem, sub conditione inualiditatis pacti, quo valido declarato, Dos in tenuta erat resoluta, & remanebat in pecunia, vnde bene potuit Martius acquirere sibi ius redimendi Tenutam à Principe, ad quē illa spectabat ex pacto, vt latius supra dictum est.

Præterea considerabant Domini, quod allegata
20 procedunt † in venditione, in qua pactum de redimendo minuit valorem; *iux. not. in l. 2. C. de pact. inter empt. et vend.* Sed nos sumus in assignatione bonorum, ex causa Concordiæ, & sine vlla pretij taxatione, quod alias præsumitur iustum, neque vlla aderat causa, cur minori pretio assignaretur propter pactum redimendi, præsertim cum alia pars Tenutæ remaneret penes Martium, & Iuliam, quæ alias tota stante pacto, de quo supra, pertinebat ad Principē

Ex quibus Domini recesserunt à decisis, concludeñ D. Camillum non habere partem in Tenuta Passarani, quo ad 300. Rubra terræ, de quibus agitur.

Et ita fuit decisum, vna parte informante.

RE-

REVERENDISS. COCCINO.

Venusina Legati.

Mercurij 28. Iunij 1623.

ARGVMENTVM.

Ad matrimonium contrahendum cum certo genere personarum, licet quis metu pœnæ non possit inuitari, tamen ad hoc potest allici sub spe lucri, quod intellige, nisi agatur de amissione magni lucri, cum amissio magni lucri æquiparetur pœnæ, & inferat iustum metum, & stantibus alijs, quæ latè, & doctè in decisione habentur.

SVMMARIVM.

1 *Ad matrimonium, quis non potest inuitari metu pœnæ.*
2 *Ad matrimonium, quis allici potest spe lucri, & num. 31. & 41.*
3 *Testator potest auferre legatum, aut hæreditatem si legatarius, aut hæres contra eius præceptum non contraxerit matrimonium cum certo genere personarum, aut contraxerit.*
4 *Pœna verè irrogatur, quando aliquid quod proprium est abest, vel absuturum est & numer. 7. 14. 16. & 18.*
5 *Lex certa, & conditio potest dari in ea re, in qua est permissum id facere.*
6 *Ad nuptias honestas, quis inuitari potest spe lucri.*
8 *Pater non potest donare filio in potestate existenti.*
9 *Pater donare potest filio in potestate existenti contemplatione matrimonij.*
10 *Donatio inter viuos facta contemplatione matrimonij per patrem in filium, si facta existat in contractu matrimonij, est pars ipsius contractus, & cum eo confunditur. et num. 11. amplia nu. 12.*
13 *Iuramentum tollit insinuationis defectum.*
15 *Hæres adeundo hæreditatem sine confectione inuẽtarij sibi præiudicat.*
17 *Bona conditionalia, quando remaneãt libera penes hæredem.*
19 *Hæreditas, quando non est soluendo, an Legatarius quantitatis concurrat cum legatario speciei ad effectum diminutionis.*
20 *Pro legato conditionali censetur constituta hypotheca legalis vsque ab initio.*
21 *Actio in contractibus conditionalibus non oritur ante purificatam conditionem.*
22 *Legata conditionalia in quo differant à contractibus conditionalibus.*
23 *In legatis conditionalibus non retrahitur retrò, quo ad effectum de præterito.*
24 *Legatario puro ante purificatam conditionem legati acquiritur ius, & nu. 25.*
26 *Legatarius præfertur in re legata creditori Chirographario, quando hæreditas est soluendo, secus si non sit soluendo.*
27 *Creditores habentes hypothecam præferuntur legatarijs.*
28 *Hæres non conficiens inuentarium in foro consciẽtiæ non tenetur vltra vires hæreditarias.*
29 *Ecclesia, & loca pia debent viuere secundum conscientiam.*
30 *Amissio magni lucri æquiparatur pœnæ.*
32 *Amissio magni lucri infert iustum metum, & n. 34.*
33 *Ad Matrimonium contrahendum quis non potest cogi metu pœnæ, licet possit inuitari spe lucri, nisi tamen agatur de magno lucro amittendo.*
35 *In matrimonio, licet arrharum datio substineatur, ita ut, si matrimonium non sequatur, arrhæ lucrentur, tamen secus, si attenta personarum qualitate de magnis arrhis, quia tunc non lucrantur & num. 36.*
37 *Iason. in l. Titia num. 10. ff. de verb. obligat. declaratur.*
38 *Libertas, & pia causa in iure æquiparantur.*
Pia causa præfertur liberati nu. 38. & 40.
39 *Bart. in l. Titio §. Vsusfructus ff. de condit. et demonstr. et alij declarantur.*
42 *Matrimonia liberè contrahenda sunt.*
43 *Conditio, quando est impossibilis de iure, non obligat.*
44 *Tex. in l. cum ita legatum §. videamus ff. de condit. et demon. declaratur.*
45 *Matrimonium, quando quis dicatur contrahere cum indigno.*
46 *Testatoris præceptum, quando inhonestum est, dicitur impossibile, et ideo reijciendum est.*
47 *Matrimonij est incapax quis ratione Ordinis, et contrahens est ipso iure excommunicatus.*
48 *Et etiam dimissa vxore non potest administrari in suceptis, neque si sit Ordinis Sacri, potest admitti ad alios maiores suscipiendos.*
50 *Ius debet æstimari secundum tempus præsens.*
51 *Papa in quibus terminis nõ solet dispensare matrimonium inter consanguineos.*
52 *Ordo non sacer superueniens sponsalibus non dissoluit ea.*
53 *Clericus, an succedat in feudo, vide tres casus. num. 54. 55.*
56 *Tapia in auth. ingressi in verb. sua C. de Sacros. Eccl. declaratur.*
57 *Scientia, quando absque alia interpellatione sufficiat, ad effectum de quo hic, et nu. 58.*
59 *Maritus, debet denunciare vxori ne nubat, et quod abstineat à nubendo, quia intendit eam accusare.*
60 *Ex mulieris scientia, quod maritus intendit eam accusare, non inducitur denunciatio, ne nubat.*
61 *Matrimonium non bene contrahitur inter illos, qui sunt ætate valde dispares.*
62 *Mulier, quando se nubet debit, esse annorum 18. secundum Aristotel.*
Vir, quando matrimonium contrahit, debet esse annorum 36. secundum Aristotel. nu. 62.
63 *Adolescentia est ætas gloriosior ad nubendum.*
64 *Matrimonium honestè non contrahitur stante inæqualitate ætatis, et num. 65.*
66 *Matrimonium honestè non contrahitur cum gibboso, et strumis infecto.*
67 *Fructus de facili corrupti nascuntur ex arbore corrupta.*
68 *Fructus bonus exire non potest ex radice infecta.*
69 *Sponsalia etiam iuramento firmata dissoluuntur fœditate notabili, vel oculorum, vel nasi amissione, vel turpiori alio superuenenti.*
70 *Sponsalia dissoluuntur propter paralysim, vel leprã supraueníentem.*
71 *Regula non coarctatur, si afferantur aliqui casus, exempli gratia.*
72 *Morbus gallicus, minus grauis est, quam lepra.*

73 *Sponsalia dissoluuntur propter epilepsiam.*
74 *Sponsalia dissoluuntur, si os malè oleat, nec arte medica subueniri possit.*
75 *Minor, censetur ignorare testamentum patris.*
76 *In lucri amissionem, vt quis incidat propter contrauentionem, debet ei notificari probibitio, et num. 78 declara num. 79.*
77 *Testatoris dispositio non currit contra ignorantem.*
80 *Testatoris dispositio non currit contra debitorem, qui eum liberauit ab omnibus, si centum intra mensem soluerit, vbi debitori non fuit intimatū testamentum.*
81 *Debitor potest purgare moram, si peccauerit in omittendo. et num. 88.*
82 *Minori, qui peccat in omittendo, competit restitutio in integrum.*
83 *Minor, quando peccat in committendo, non restituitur in integrum.*
84 *Sed contraria opinio est verior, et æquior.*
85 *Minor, si peccet in committendo, et sit in dolo, tunc non restituitur, secus si non sit in dolo.*
86 *Et ista sententia propter varias maiorum opiniones, et rationum conflictus scrupulositate non caret.*
87 *Text. in l. 3. §. et si hæres ff. de minor. quando procedat.*
89 *Minor, qui omisit implere præceptum Testatoris, succurritur absque restitutione.*
90 *Factum, quando aliquid est, retractari minimè potest, siue actus possit retractari, siue non.*
91 *Restituitur quis ex iusta causa.*
92 *Text. in l. Iulianus § fin. ff. ex quibus caus. maior. declaratur.*
93 *Restitutio in integrum, quæ conceditur minoribus, est fauorabilior, quam illa, quæ conceditur absentibus.*
94 *Minor, in his, quæ gerit occasione matrimonij, pro maiori habetur.*
95 *Minor, quando non dicatur aliquid agere dolosè.*
96 *Principis voluntas, aut auctoritas, vbi adest, excludit omnem doli præsumptionem.*
97 *Princeps vbi est, ibi non potest committi dolus.*
98 *Infans non præsumitur aliquid fecisse dolosè contra præceptum testatoris.*
99 *Mulier restituitur aduersus solutionem, non autem aduersus matrimonium, quod est impossibile.*
100 *Errans in iure valde dubio non præsumitur in dolo.*
101 *Minori, et cuilibet competit restitutio in integrū, etiam si agatur de commissione, non autem de omissione.*

DECISIO CCCCXCIII.

CLARÆ memoriæ Fabritius Gesualdus Princeps Venusinus in vltimo, quod condidit Testamento inter alia disposuit per hæc verba; *Dichiaro, e voglio che caso che D. Carlo morisse senza Figli maschi leigtimi, e naturali, e similmente i suoi figliuoli morissero senza figli maschi legitimi, e naturali, lasciando solamente femine legitime, e naturali; in tal caso le femine, ò femina si debbano casare con la famiglia di Gisualdo de più prossimi à me, & alli sopradetti miei descendenti, saluo sempre però il beneplacito della Sede Apostolica, e caso che si maritassero con altri siano obligati alli Padri della Compagnia di Giesu ducati ducento milla in beneficio di questo Regno di Napoli, si come nel caso predetto da mò per all'hora li lascio, e li dono, &c.* Euenit casus, quod dictus D. Carolus obijt relicto D. Emanuele filio masculo, qui obijt relictis tantùm fœminis, inter quas Excellentissima D. Isabella primogenita; quæ de consensu Catholicæ Maiestatis, & Tutorum nuptui fuit tradita Excellentiss. D. Principi Nicolao Ludouisio Sanctiss. D. N. Gregorij XV. Nepoti. Vnde cum nupserit extra familiam Gesualdā, quæsitum fuit, An huiusmodi legatum deberetur.

Et pro declaratione huius materiæ præmittendū
1 venit, quod licet quis † non possit inuitari ad matrimonium metu pœnæ *cap. gemma de sponsal. l. Titia, ff. de verb. oblig. l. Titio centum, §. 1. ff. de condit. &*
2 *demonstr.* † tamen spe lucri allici potest, *vt in d. l. Titio centum, §. 1. l. cum ita legatum, §. videamus, ff. de condit. & demonstrat. l. 2. ff. de instit. & substit. cap. de illis, de sponsal. & cap. quicquid 1. q. 1. late Mantic. de coniect. vlt. vol. l. 11. tit. 18. num. 1. Sanch. de matrim. lib. 1. disput. 33. num. 6. qui alios referūt.* Vnde infertur quod Testator potest auferre legatū,
3 & hæreditatem, † si quis cum certo genere personarum non contraxerit, vel contraxerit matrimonium, quia licet ademptio videatur facta nomine pœnæ, *l. vnica, C. de his quæ pœn. nom. & l. 2. ff. eodem,*
4 tamen verè non † irrogatur pœna per quam aliquod, quod sit proprium absit, vel absuturum sit, & ideò propriè pœna dici non potest, *l. damnum ff. de damn.*
5 *infect.* Sed est certa † lex, & conditio rei, quæ datur, in qua est permissum, *l. ob res, §. 1. ff. de pact. dot. l. 1.*
6 *ff. de solut.* Quare in hoc etiam † casu dicitur quis inuitari ad honestas nuptias spe lucri, quod fieri potest vt in puncto consuluit *Oldrad. cons. 16. num. 1. & sequitur Anchar. in reg. nemo potest, col. 2. vers. Tertiò ad idem de reg. iur. in 6. & Aretin. in l si ita stipulatus fuero, §. si tibi nupsero, col. 1. num. 3. & sequent. vers. quorum dictis adde, ff. de verb. obligat. late Card. Mantic. & Sanch. locis citatis, & Couarr. de matrim. par. 2. cap. 3. §. 3. numer. 6. & 7. Castill. de coniect. vlt. volunt. cap. 25. num. 19. & sequent. qui de communi testatur.*

Hoc præmisso ex plurimis fundamentis vna tantū parte informante, causa tamen per omnes Dominos visa, & maturè discussa vnanimiter fuit resolutum, legatum non deberi. Primò, quia in hac facti
7 specie agitur † de pœna cum agatur de auferendo proprium à D. Isabella, hoc enim clarè patet si attendamus bona feudalia, quia dictus bo. me. Fabritius ante d. Testamentum, videlicet de anno 1586. in capitulis matrimonialibus inter D. Mariam de Aualos, & D. Carolum Cæsarem eius filium, contemplatione futuri inter ipsos matrimonij omnia eius Castra, Ciuitates, Terras, & iura feudalia vnà cum integro statu supposuit pacto de succedendo ad fauorem D. Caroli, & filiorum primogenitorum, & promisit non imminuere dictum Statum, sed conseruare. Vnde dubitari non potest, quin dicta do-
8 natio fuerit valida, quia licet † regulariter loquendo pater non possit donare filio in potestate existēti *l. 2. C. de inoff. donat. cum alijs,* hæc tamen regula
9 inter alia fallit, † quando pater donat contemplatione matrimonij, quia licet non sit sponsalitia largitas, nec donatio propter nuptias, quæ de iure subsistunt, *vt per gloss. communiter approbatam in l. 2. in verb. potestate. C. de inoffic. donat. & latè deducit Georg. Acacius de priuil parent. & liber. priuil. 5. nu.*
10 *18.* Tamen est † donatio inter viuos facta contem-

platione matrimonij per patrem in filium collata, & quæ facta extitit in contractu matrimonij, fuitque & est pars ipsius contractus, & confunditur cum toto ipsius contractu dotali, & fingitur esse vnus cõtractus iuxta notata *per Bald. in l. petens numer. 31. C. de pact.* Vnde cum contractus ipse dotalis valeat acquisitionis difficultate de patre in filiumfam. sublata matrimonij fauore, idem censeri debet de donatione facta per patrem filio in cohærentijs contractus matrimonialis fauore consimili in vtroque casu
11 locum habente, † cuius etiam contractus retinet naturam, vt elegantissimè probat *Guid. Papa decis. 145. colum. 2. num. 2. vers. Sed his non obstantibus. Dec. cons. 414. num. 14. Natt. cons. 609 numer. 3. & sequent. Vinc. de Franch. decis. 205. num. 1. vsque ad fin. & decis. 436. num. 4. & sequent. Io: Franch. de Pont. cons. 25. nu. 1. & sequent. latè Becc. qui alios refert, cons. 20. num. 3.* vbi firmat, *& num. 4* eò magis procedere ait conclusionem, si adsit iuramen-
12 tum, † prout adest in casu isto, licet donatio hæc
13 etiam sine iuramento valeat, quod quidem † iuramẽtum tollit etiam defectum insinuationis, vt ex communi sententia in casu nostro respondet *Dec. d. cons. 414. num. 14. in fin.* vbi de communi testatur, *& num. 15.* defendit, quod nec in hoc casu est necessaria insinuatio. Quare cum ista donatio fuerit valida Excellentiss. Domina Isabella non successit auo, sed patri, & sic quatenus legatum comprehenderet ista bona, vtique esset † pœnale, quia agitur de bonis
14 proprijs dictæ D. Isabellæ auferendis, vt supra dictũ est *glos. in cap. de puellis verb. nullatenus 36. quæst. 2. & in cap. fin. in verb. ex vi, & ibi Abb. nu. 7. in fin. de iurepatr. Roman. cons. 236. in princ. Paris. cons. 5. num. 193. vol. 4. Surd. decis. 7. num. 15. & 232. num. 9. ad fin.* neque in hac facti specie est agendum, an non conficiendo inuentarium D. Carolus sibi preiudicauerit, & sic D. Isabella non † possit impugnare
15 factum patris, quia vtcunque sit, satis est, quod semper agatur de proprio auferendo, & cessat omnis difficultas, quia D. Carolus non potuit adeundo approbare hanc dispositionem testatoris, quia sibi in hoc casu non censetur iniuncta, cum filia non nupserit in vita patris, sed in hoc casu censeretur iniuncta D. Isabellæ cum nupserit post obitum patris, quæ † non tenetur cum ista sit pœna. Et idem quod su-
16 pradictum est de bonis feudalibus dicendum est de domo magna in Ciuitate Neapolitana, de vasis aureis, argenteis, & christallinis, gemmis, & alijs iocalibus, quia pariter agitur de pœna, cum dictus Fabritius de eis in dicto suo testamento disposuerit ad fauorem primogenitorum, Vnde, cum defuncto D.
17 Carolo † defecerint primogeniti, ista bona remanserunt libera penes d. D. Carolum, *Cæphal cons. 432. num. 20. Dec. 182. in causa occurrenti in princ. Ias. cons. 3. num. 9. lib. 1. & cons. 164. nu. 11. lib. 4. Castr. cons. 454. De eo quod p imo loco vers. quantum ad secundum lib. 1.* Cui D. Carolo successit Excellentissima D. Isabella etiam respectu istorum bonorum
18 vt dictum est, agitur † de pœna, quia agitur de bonis proprijs auferendis, Neque dici potest, quod si hæreditas non est soluendo, debeant concurrere legatarij, itaut vtrumque legatum minuatur pro rata? nam hic concurrunt legatarius speciei, & legatarius quantitatis, & omisso quod est magna quæstio, quãdo hæreditas non est soluendo, an legatarius quan-
19 titatis concurrat cum † legatario speciei ad effectũ diminutionis, *vt per Franch. decis. 236. per totam* in hoc casu legata: ius quantitatis est conditionalis,
20 & propterea licet pro legato † conditionali censeatur constituta hipotheca legalis vsque ab initio, *Neguf. de pignor. 1. membr. 5. part. num. 19.* actio tamen
21 non oritur ante purificatam conditionem, †, quæ quidem conditio non retrotrahitur ad diem mortis, quo inducta fuit, sed attenditur tempus existentiæ
22 dictæ conditionis, & hoc est speciale in legatis, † licet secus sit in alijs contractibus, quando conditio est casualis vel mixta, quæ non pendet à voluntate debitoris, *vt per Neguf. loc. cit. num. 20. vbi allegat text. in l. mater, §. eandem, ff. de except. rei iudic. & in l. 1 §. serui appellatione, ff. ad Syll. et glos. et Bart. in l. si filius in princ. ff. de verb. oblig. et Florian. de S. Petr. in l. si is cui, §. hæres, num. 1. ff. quemadm. seruit.*
23 *amitt.* dicitur regulare esse, † quod in legatis conditio non trahatur retro quoad effectum de præterito, & allegat *text. in d. l. 1.* Ex quibus sequitur, quod cum ante purificatam conditionem huius legati
24 fuerit acquisitum ius legatario puro, † non potest conditio alterius legati retrotrahi ad effectum, vt legatum purum debeat diminui, vt patet ex supradictis, quæ conclusio procedit etiam, quod testator vsus fuerit verbis: *Da mò per all'hora lascio, et dono, etc.* quæ verba important ex nunc, prout ex tunc,
25 quia † nihilominus conditio non retrotrahitur in præiudicium puri legatarij, cui medio tempore fuit ius quæsitum. *Put. decis. 186. lib. 2. in nou. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 10. num. 68. in fin. Burs. cons. 45. num. 17 vol. 1. Sil. cons. 97. num. 16. in fin. et seqq. vol. 2. in terminis legati Caualc. decis. 5. n. 110. par. 3.* vbi secus concludit, si medio tempore non esset alteri ius quæsitum, & ista procedunt etiam quod non constet fuisse factum inuentarium, vt statim dicetur.

Et quamuis adessent bona burgensatica, in quibus potest substineri legatum, tamen respectu istorum bonorum duo fuerunt considerata, alterum quòd ex istis bonis est soluendum æs alienum, & dotes D. Hieronymæ Borromeæ scut. triginta millia, de qua etiã meminit *Paul. Staiban. in cons. 57.* D. Mariæ de Aualos scut. octuaginta millia, & etiam eiusdem Antisatum scut. triginta millia, licet enim lega-
26 tarius præferatur † in re legata creditori Chirographario, quando hæreditas est soluendo, secus tamen quando non est soluen: *glos. in l. is cui, §. postquam in verb. non habiliter. ff. vti in possess. legat. Bart. in l. creditoribus. num. 3. ff. de separat.* & in omni casu
27 creditores † habentes hypothecam præferuntur legatarijs, *l. creditoris. ff. de distract. pign. iuncta l. qui generaliter. ff. qui pot. in pignor. hab. Surd. decis. 44. num. 6. Bald. in l. 2. num. 4. C. si aduers. vend. pignor. & fuit resolutum coram me in causa Asculana domus 3. Iunij 1602.* Et quamuis in hoc casu non fuerit confectum inuentarium, nihilominus neque hæres, neque habens causam ab eo tenetur de proprio,
28 ex quo agitur de legato pio, & ratio est, † quia hæres non conficiens inuentarium in foro conscientiæ non tenetur vltra vires hæreditarias *Bart. in rubr. ff. de acquir. hæred. num. 3.* & est communis opinio, vt per *Couar. in cap. 1 num. 16. de testam.* Vnde cum Eccle-
29 sia, † & pia loca debeant viuere secundum consciẽtiam, non debent exigere legatum vltra vires hæreditarias, *Bart. in repet. l. 1. num 44. vers. tertio quæro, & nu. 45. C. de sacros. Eccl. Rom. in rub. ff. de acquir. hæred. numer. 9. vers. vltimo addas. Corn. cons. 39. numer. 8.*

mer.8.lib.4. Roland.de inuent.§.an hæres,qui non confecit inuentarium. Vinc.de Franch. decis. 536. num.29. & 30. qui latè. Alterum quod nihilominus agitur etiam respectu istorum bonorum de pœna, cùm agatur de amissione magni lucri,videlicet duca-
30 torum 200.mill. †quæ in hoc casu æquiparatur pœnæ, vt in puncto dicit *Iason. in l.Titia in princ. numer.* 10. *vers.secundo notabiliter limita.ff.de verb. oblig.* vbi sic limitat conclusionem, quod quis spe
31 † lucri potest inuitari ad matrimonium,& mouetur ex sententia *Cyni in l.interposita: nu.*1. *ibi, quandoque per Iudicis officium. C. de transact.* quem sequitur *Ancbar. in cap.Abbas num.*2. *vers. & idem si timeretur de his, quæ vi. met.caus. fin. & in cap.*1. *in fin.eod.tit.in* 6. quibus in locis dicunt, quod amissio
32 †magni lucri infert, & sequitur *Sanch. de matrim. lib.*4.*disput.*5 *num.*27.& hanc conclusionem admisit Rota apud *S.D.N.decis.*326.*num.*1. Vnde Ias.infert
33 ad propositum, quod †quis non potest cogi ad contrahendum metu pœnæ,licet possit inuitari spe lucri, nisi tamen agatur de magno lucro amittendo, cum
34 hoc †inferat iustum metum, & ideo pœnæ æquiparatur,quod dictum *Iason.sequitur Menoch.cons.*425. *num.*6.*vers.tertio admisso lib.*5. *& cons.*1084.*n.*19. *lib.*11. *quibus addo Gam. decis.*314. *num.*2. *vers.respondebam etiam, & Couar.resol.lib.*3. *cap.*7.*n.*296. qui solum reprobat distinctionem, quando lucrum esset nullius considerationis, quæ quidem sententia eo magis videtur comprobari ex eo, quia licet datio
35 †arrharum substineatur, itaut si matrimonium non sequatur arrhę lucrentur, secus tamen est si attenta qualitate personarum agatur de magnis arrhis, quia tunc arrhæ non lucrantur, *Io.Andr. in cap. gemma. num.*9. *vers.sed quia iam vidi de sponsal.* quem sequitur *Abb.ibidem num.*8. *Soccin.cons.*3. *nu.*3. *vers.*
36 *& maximè lib.*1. Hinc è†conuerso si pœna,quæ apponitur est modica non habetur in consideratione, *Petr.de Bellapert.in l.Titia.num.*4. *col.*3. *vers.si rex contrabat. ff.de verb.obligat.Ioan.Andr.& Abb.loc. præcit.* & cæteri antiquiores quos allegat *Bart.in l.Titia.nu.*4.*ff. de verb.oblig.* licet ipse contrarium sentiat.

37 Neque huic opinioni Iasonis †videtur resistere, quod legatum sit factum piæ causæ, quo casu debetur, etiam quod conditio alias de iure propter libertatem matrimonij reijceretur ea ratione, quia in iu-
38 re†libertas, & pia causa æquiparantur, quæ quidem pia causa præfertur libertati, vt dicit in nostris terminis *Bart.in l.Titio.§. vsusfructus.ff.de condit.& demonstrat. post Gulielm.de Cuneo, quem allegat Aretin.cons.*67.*num.*2.*in fin. vers. & stat doctrina Tiraq. de priuileg. piæ causæ priuil.*18. *Gabr. cons.*131. *nu.*12. *vol.*1. *vbi de communi Mantic.de coniectur. vlt.volunt.loc.cit.num.*9.*Paulus Duran. de cond. & mod.impossib.par.*2.*cap.*3.*num.*30.*Sanch.de matrim. loco supra cit. num.*25. *vers. tertio fauore causæ piæ.*
39 Nam fuit responsum, quod prædicti †Doct. loquuntur, quando in iure conditio reijcitur, quia aduersatur libertati matrimonij, vt si testator dixerit, si arbitratu Titij nupserit, si non nupserit, vel nupserit tali, & in similibus, in quibus impeditur libertas, vt aduertit etiam *Crosius cons.*30. *num.*8. *& seq. vol.*2. & isto casu debetur lucrum quo quis inuitatur ad contrahendum cũ prædictis conditionibus piæ causæ
40 substit utæ, quia præfertur fauor piæ causæ libertati, sed idem non est dicendum, quando agitur de lucro, duo considerantur, conditio & lucrum. Quare etsi conditio reprobetur non operatur, quod piæ causæ non debeatur lucrum, cum pia causa præferatur libertati, & ideo lucrum dictæ piæ causæ debetur, quia
41 lucrum †non est in iure reprobatum, sed secus est in pœna, quæ est à iure improbata fauore publico, vt
42 † matrimonia liberè contrahãtur, & propterea nullo pacto pœna debetur, etiam quod præualeat pia causa libertati matrimonij, cum semper militet ratio prohibitiua iuris, vt bene per *Ias.in l.Titia.n.*17. *ff.de verb.oblig. Dec.de Medran. de consen. connub. cap.*15.*num.*3.

Secundo principaliter fuit dictum, quod admisso etiam sine veri præiudicio,quod hic agatur de lucro, & non de pœna, & quod propterea regulariter loquendo Excellentissima D. Isabella teneretur nubere in familia, alias esset obligata ad legatum soluendum, nihilominus hæc regula intelligi, & moderari
43 debet,modo conditionem †honestè adimplere valeret, alias debet reputari impossibilis de iure, & non obligat, & per consequens legatum non debetur *l.cum ita legatum. §. videamus* 63. *ff.de condit.& demonstr. Molin.de primogen.Hispan. lib.*2. *cap.*13. *num.*5. *Mantic.de coniect.vlt.vol.lib.*2. *tit.*18. *nu.*2. *& Melchior Pelaeza Meres de maiorit. par.* 1. *q.*50. *num.*10.*Tellius Fernandez in l.* 30. *Tauri, num.*9. *Molin.de iustit. & iur. tom.*1. *disput.* 207. *Sanchez de matrimon. disput.*33. *num.*11. & quamuis *text.*
44 *in d.l.cum ita legatum* †loquatur de indigno,tamen exemplificat, non autem restringit materiã, & propterea sufficit quod D.Isabella honestè, & secundum qualitatem personæ cum illis de Familia Gesualda contrahere minimè potuerit, vt cõsiderant communiter *Doct.in d.l.cum ita legatum,*& præsertim *Bart. num.*2. *qui regulam* ad id tradit, dicens, *illum dici*
45 *indignum,* †*cui non potest quis sine dedecore nubere secundum mores Ciuitatis* considerata qualitate natalium ad quod allegat *text.in l.* 3. *§. si emancipatus filius. ff. de contra tabul. Oldrad. cons.*16. *incipiente Thema tale est nu.*2. *Bertran.cons.*148.*nu.*11.*lib.*1. qui dicunt, quod si nuptiæ dedecori sunt ipsi mulieri, & eius conditioni, siue statui non conueniant, di-
46 cendum est præceptum illud inhonestum, †& per hoc impossibile, & ideo reijciendum, & nouissimè ponderat *Castill.de coniect.vlt.volunt. cap.*251.*numer.*48.*& sequen.vbi latissimè,& Fontanell.de pact. nupt.tom.*2. *claus.*6. *glos.*3. *num.*25. *& sequent.* In proposito autem non est agendum de D. Ascanio Patriarcha Constantinopolitano Archiepiscopo Ba-
47 reñ, qui † incapax est matrimonij ratione ordinis, *cap. si quis, & cap. erubescant* 32. *distinct.* & contrahens est ipso iure excommunicatus. *Clem. vnic. de consang.& affinit.* & etiam dimissa vxore non potest administrare in susceptis, neque si est ordinis sa-
48 cri † potest admitti ad alios maiores suscipiendos, *cap.*1.*& ibi Abb. num.*3.*& cap.*2 *qui cleric. vel vouent glos. in cap. super eo. in verb. bigamis de bigamis.Couar.in epit. de sponsal. par.*2.*cap.*6. *§.*3. *nu.*1. *Nauarr.in Manual. cap.*27. *nu.* 195. *latè Sayrus in thesaur. cas.consc.lib.*6.*cap.*4.*num.*22. Nec est agendum de dispensatione, quia cum testator dixerit, *Si debbano casare con la Famiglia de Gesualdi delli più prossimi &c. Saluo sempre il beneplacito della Sede Apostolica:* intellexit de dispensatione obtinenda respectu gradus, non autem respectu alterius legitimi impedimenti, quia alias si non protulisset illa ver-

49 ba : *Saluo sempre il beneplacito , &c.* † conditio propter impedimentum gradus reijceretur ex alleg. per *Sanch.de matrim.lib.5.disput.5. num.19. & 20. iuncto num.26.* & propterea cum circa hoc impedimentum testator nihil expresserit circa dispensationem in hoc casu conditio deficit, cum secundum
50 † præsentis temporis ius debeat æstimari secundum quod D.Ascanius est incapax *l.continuus 137 § cũ quis.ff.de verb.obligat. l.si stipuler.35. in fin. principij.ff.de verb.obligat.* & bene ad propositum *Sanch.vbi supra num.26.* & cessat omnis difficultas,quia
51 hoc est impedimentum , in quo Papa † in istis terminis non est solitus dispensare , & propterea etiam, quod in hoc casu fuisset expressum de dispensatione obtinenda deficeret conditio, *Acost. lib. 1. select.cap. 8.num.14. Molin. lib.2. de primogen. cap.13. num.8. cum plurib. sequen. Pelaez à Meres de maiorit.par. 1.q.50.num.2. Gutier.cons.18. num.9. Sanchez. loc. alleg.num.19.* obstat quoque defectus ætatis vt statim dicetur.

Adsunt insuper D.Cæsar , & D. Franciscus , nec non & D.Aloysius , D. Hieronymus , & D. Antonius . Quantum attinet ad D.Cæsarem, & D.Franciscum cum ipsi sint vxorati de eis non est agendũ . Quantum attinet ad D.Aloysium ipse est Clericus beneficiatus incedens in habitu & tonsura , vnde videtur dicendam , quod Excellentissima Domina Isabella honestè , & secundum decentiam personæ non ex deficientia nobilitatis , aut morum , cum ipso minimè potuisse contrahere , quia aut ipse volebat continuare in habitu Clericali, vt esset Clericus coniugatus,& saltem secundùm leges,quod sufficit non videbatur quod honestè cum ipso Domina Isabella posset contrahere . *Paludan. super 4. distinct.27.q.1. art.3.cas.5.* vbi inquit quòd n.52.ordo non sacer superueniens sponsalibus non dissoluit ea , nec ipso iure , cum non habeat oppositionem , &c. nec sponsa hoc petente , vt si diceret eligi nobilem , vt esset miles strenuus nolo habere clericatum , nec tonsuratum , subdit tamen idem Palud. quamuis secundum leges videretur sufficiens . Vnde in hoc casu cum non agatur de sponsalibus iam factis , sed solum de eo , an honestè potuerit contrahere cum Clerico, qui habitum , & tonsuram dimittere minimè vellet, vtique dicendum est, quod saltem de honestate Ciuili huiusmodi coniugia inter primarios, & generosæ nobilitatis Viros fieri minime consueuerunt, & hoc sufficit, vt supra dictum est *ex Bart.& alijs* . Aut verò intendebat habitum dimittere , & militiam suscipere , & in hoc articulo dicendum est, quod cum hoc non declarauerit,nihil facit;vt bene ad propositum *Io.Felix Scalaleo,quem refert Camill. Salernitan.in addit. ad Neapodan.in probem. consuetud.* Neapol. *num.33.* vbi in ea quæ-
53 stione , quatenus sit verum , † quod Clericus non succedat in feudo, ponit tres diuersos casus , scilicet quod aut tempore mortis fæudatarij superest filius laicus , & habilis ad succedendum , qui post eius mortem Clericatum assumpsit, vel religionem est
54 ingressus, & tunc fæudum amittit . † Aut vero quis erat Clericus in vita patris,& antequam sit delatum fæudum per mortem ipsius patris laicatur, &
55 tunc in fæudo succedit . † Aut mortuo fæudatario successor proximus reperitur Clericus , & vult succedere , & isto casu iterum distinguit, aut ante sibi motam litem de fæudo dimittit habitum re integra , & tunc potest in fæudo succedere, aut vero post motam quæstionem de fæudo ab eo , qui erat successurus , & sic re non integra , & tunc excluditur à successione fæudi , & iste tertius casus applicatur ad nostrum , quia de tempore , quo fuit nupta Excell. Domina Isabella , D.Aloysius erat in habitu,& tonsura , & beneficiatus prout etiam est hodie , & propterea non est agendum quod suscipiendo militiam poterat honeste contrahere , quia ex prædictis sufficit quod militiam non susceperit , sed Clericus per-
56 manserit , & quamuis *Tapia* † *in repet. auth. ingressi in verb. sua cap.14. num. 28.* quem sequitur *Carolus de Graffis de effect.Cleric.4 effectu num.87.* dicat quod in casu prædicto tempus non incipit currere Clerico , qui alias succedere deberet , nisi laicus , qui in eius locum succedere vult , obtineat illi præfigi terminum , seu interpellet ad declarandam eius intentionem , licet teneat contrarium dictus Scalaleo , attamen , quicquid sit de hac opinione non applicatur ad casum nostrum, quia cũ D. Aloysius esset in habitu & tonsura , & beneficiatus, sufficit quod sciret D.Isabellam velle contrahere extra familiam , nec erat opus alia interpellatione , cum ipsa non teneretur contrahere cum eo , qui actu esset Clericus , & incederet in habitu , & tonsura , vt
57 patet ex supra deductis , & ideo † satis erat sola scientia absque interpellatione ipsius D. Aloysij , vt bene *per Bart.in l.denunciasse 17.num.2.vers.quandoque denunciatio , ff. ad l. Iuliam de adult. latè Tiraq.de contract.lignag.§.36. num.24. cum pluribus sequent.* & e conuerso non sufficiebat, si probaretur, quod Domina Isabella sciret D. Aloysium velle cum illa contrahere , sed dictus D. Aloysius tenebatur
58 † illi intimare , quod cum alio non contraheret,& quod ipse volebat deserere vitam Clericalem , vt in simili est *text. in d. l.denunciasse , §. quid ergo , vbi Bart. num. 2. versic.* quandoque requiritur ad hoc ,
59 vbi † maritus debet denunciare vxori, ne nubat, & quod abstineat a nubendo , quia intendit eam accusare . Sic in proposito D. Aloysius tenebatur denunciare , quod volebat deserere Clericatum , & contrahere , quia ex sola scientia quod vellet contrahere non resultabat , quod vellet deserere Clericatum , vt bene *Bart. loc. cit.* vbi quod ex scientia
60 mulieris , quod vir † volebat eam accusare , non inducitur denunciatio ne nubat . Sic in casu nostro ex scientia quod vellet contrahere, non inducebatur denunciatio , quod vellet deserere Clericatum , quia alias cum ipso cæteris cessantibus non tenebatur nubere , vt supra probatum est .

Vlterius fuit consideratum , quod cum de tempore contracti matrimonij D. Aloysius esset ætatis circiter annorum quadraginta , & Domina Isabella
61 ætatis vndecim annorum , ætas † erat nimis dispar , cum vir excederet in annis 29. vt ex multis considerat *Tiraquell. de leg.connubial. lib.6. nu.41. cum plurib.sequent. & Torq.Tass. in dialog. quem Paterfamil. inscribit & Aristot.lib.7. Polit. cap.16.*
62 *fol.822.* in parua impress. vbi dicit † mulierem debere esse annorum 18. Virum autem annorum 36 & *ibi S.Tho. lect.12. §.propter littera O, versic. concludit* ; elegantissime reddit rationem , & idem dicit *Aegid.de regim. Princip. lib.2. par. 2. c. 12.* vbi
63 concludit tempus posse anticipari,& quod † adolescentia sit ætas gloriosior ad nubendum *Sylu.Nuptial.in verb.quantitas coniug.lib.2.num.108.*& propterea

64 pterea stante ista † inæqualitate ætatis non poterat Excellentiss. D. Isabella honeste contrahere cum D. Aloysio, quia etiam respectu inæqualis ætatis mi-
65 nus honeste † contrahi poterat, *Paris. cons. 29. num. 23. lib 3. & in puncto considerat ex mente DD. Menoch. cons. 426. num. 9. vers. considerat etiam lib. 5. & cons. 1084. num. 19. vers. Tertius aduertit in fortioribus*, quod mulier erat ætatis 23. annorum, vir vero ætatis 47.

Quantum vero attinet ad D. Antonium, & D. Cæsarem licet neque in istis adsit aliquis defectus nobilitatis egregiæ, & morum, tamen D. Hieronymus est gibbosus, & D. Antonius strumis infectus,
66 vnde † honeste cum istis ipsa Domina Isabella contrahere minime poterat. *Paris. cons. 29. num. 23. lib. 3. & ex mente DD. considerat in puncto Menoch. cons. 426. num. 9. versic. considerant*, & merito qui-
67 dem, quia ex arbore † corrupta de facili fructus
68 corrupti nascuntur, et ex † radice infecta bonus fructus exire non potest. *cap. fertur 1. quæst. 1.* et benè in his terminis considerat *Hostien. in summ. de pœnit. & remiss. in §. de quib. Sylu. Nuptial. lib. 2. nu. 98. vers. respondendo igitur*. Hinc etiam in simili-
69 bus videmus, quod sponsalia † etiam iuramento firmata dissoluuntur fœditate notabili, vel oculorum, vel nasi amissione, vel turpiori alia superueniente,
70 vel † paralysi, vel lepra: vt habetur in *cap. quemadmodum de iureiur.* in princ. quæ deformitates in d. text. proponuntur exempli gratia, & ideo regulam
71 † non arctant, vt considerant *Sanch. de matrim. lib. 1. disput. 57. num. 5. Hinc Doct. extendunt illum tex.*
72 *ad morbum* † *gallicum, qui certè minus grauis est*, quam lepra, vt aduertit *Sanch. loco allegat. Sic Nauar. in sum. cap. 22. num. 25. & 27. cas. 8. M. Ant. Cucbus instit. moral. tit. 10. num. 63. Henriq. in sum. lib. 11. de matrim. cap. 14. lib. 6. Petr. à Ledesma de matrim. q. 43. num. 3. cap. 5. Philiarc. de offic. Sacerd. tom. 1. part. 2. lib. 2. cap. 1.* idem dicitur de graui infirmita-
73 te supernenien te incurabili, † vt de epilepsia *S. Tho. super 4. dist. 27. q. 2. art. 3. ad 3. Paludan. ibidem q. 1. art. 7. cas. 7. M. Ant. Cucbus d. num. 63.* vbi dicit etiã,
74 idem esse, † si os malè oleat, nec arte medica subueniri possit, subdens multos Iurisperitos consultos in eandem sententiam descendisse *Sanch. loc. cit. nu. 2.*

Tertiò, principaliter fuit consideratum quod quatenus omnia contenta in isto fundamento cessarent, nihilominus legatum non deberetur ea ratione, quia cum Excellentiss. Domina Isabella esset minor, præsumitur ignorare nedum testamentum aui, de quo
75 modo agitur, sed † etiam testamentum patris. *Bald. cons. 440. colum. 3 sub num. 2. versic sed ex causa lib. 3. Aym. cons. 193. num. 6. qui de communi Crott. cons. 99. & in his terminis dicunt Ioan. Bapt. Plot. consil. 15. num. 4. Menoch. cons. 426. num. 14. & seqq. Morot. cons. 97. in fin. Odd. cons. 79. num 26. Fontanell. de pact. nuptial. tom. 2. glos. 3. num. 41.* Vnde ad effectum quod Domina Isabella inciderit in amissio-
76 nem † lucri, debuisset illi notificari dispositio Aui, quod cum non fuerit factum, non tenetur ad solutio-
77 nem legati, dispositio enim testatoris † non currit contra ignorantem, *l. statu liberos, §. si quis hæredi, ff. de stat. liber. & l. si hæreditas in princ. C. de stat. lib. & l. si in diem, ff. de condit. & demonstrat. & vtrobique notat. Bart. Bald. in l. vnic. nu. 19. C. de his quæ pœn. nom. Bart. in l. fin. in princ. post glos. ibidem in verb. delatam C. de iur. delib. Fontanell. latè de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. glos. 17. num. 9.* & in puncto ita per istas rationes respondent *Menoch. d. cons. 452. num. 14. & seqq. Morot. cons. 97. in fin. Io. Bapt. Plot. pariter in præcit. cons. 15. nu. 4. & seqq.* vbi elegantissimè ornat conclusionem *Odd. cons. 79. numer. 26.*
78 vbi etiam quod non † sufficit interpellatio, nisi etiã ostendatur scriptura, *Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. glos. 3 num. 41.* vbi quod Senatus ita iudicauit.
79 Neque dicatur, quod prædicta possent habere † locum si ageretur de pœna, secus tamen si agitur de lucro amittendo, quia vt supra probatum est, agitur de pœna, & etiam DD. prædicti indistinctè loquuntur, & in puncto *Plot. Menoch. Morot. Fontanell. & Odd.* sed Conclusio de plano procedit etiam in lucri
80 amissione, vt in simili, quod † contra debitorem nõ currat dispositio testatoris, qua eum liberauit ab omnibus, si centum intra mensem soluerit, vbi debitori non fuit intimatum testamentum. *Anchar. in capit. nos quidem de testa. Barbat cons. 50. ex prpositis colum. 1. num. 1. versic. si quispiam dixerit volum. 2. Tiraquell. de retract. lignag. §. 35. in glos. 4. versic. ignorantes nu. 2. latè Plot. d. cons. 15. num. 4. vers. & ideo.* Neque potest constitui differentia inter hunc casum
81 debitoris, & casum nostrum, ex † quo debitor moram potest purgare, cum peccauerit in omittendo hic autem agitur de peccato in committendo, vt in sequenti fundamento dicetur.

Quartò fuit consideratum, quod in omnem euentum Excellentiss. D. Isabellæ competit restitutio aduersus solutionem istius legati, & pro faciliori intelligentia huius propositionis fuit consideratum, quod aut transgressio minoris consistit in omittendo
82 aut in committendo Si in † omittendo secundum communem veram sententiam isto casu minori competit restitutio in integrum ex multis quos allegat. *Odd. de restit. in integr part. 2. q. 82. art. 6. numer. 62. vers. sed breuiter.* Aut verò transgressio minoris cõ-
83 sistit in committendo, prout est casus noster, & † vna opinio est, quod minori non competat restitutio in integrum. *Matth. Felician. de Perus. in cons. incipiente omnis difficultas inter cons. Castren. 259 nu. 8. lib. 1. Fulgos. cons. 61. num. 6. in fin. vers. quod autem, et num. 7. Aym. cons. 193. num. 5. et vltimo Cephal. cons. 356. num. 13. et seqq. Sim. de Præt. de interpret. vlt. volunt. lib. 4 fol. 443. num. 3. Odd. de restit. in integr. quæst. 82. art. 6. num. 57. Molin. de rit. nupt. lib. 3. quæst. 29. num. 80. et seqq.* Altera opinio
84 est, quod competat † restitutio, quam veriorem, & æquiorem dicit *Odd. de restit. in integr. loc. alleg. n. 59.* pro qua in nostris terminis allegat *Arett. cons. 67. n. 8. et 9. vers. sed tamen his non obstantibus Dec. cons. 349. colum. 1. et 2. Ruin. cons. 199. num. 4. lib. 1. quibus addi potest idem Ruin. cons. 33. num. 8. lib. 3. Corn. cons. 184. col. vlt. num. 8 vers. quinimò lib. 3. Menoch. cons. 426. num. 18. Ludou Morot. cons. 97 num. 23.*

Sed vt benè & doctè considerat idem Moror. loc. proximè allegato vtraque opinio est vera, communis
85 namq. opinio procedit, quando † minor est in dolo, contraria vero, cessante dolo vt optimè distinguit *Aret. in d. cons. 6. num. 8. & 9. vbi in vers. quinto, & vltimo ibi vnde fateor*, postquam firmauit conclusionem, quod minor restituitur, dicit quod si adesset dolus non competeret restitutio, aliàs secus, & idem verbis expressis dicunt omnes Doctor. qui in contrarium alleg. nam *Fulgos. in d. cons. 61. num. 6. in fin. & num. 7.* præsupponit culpam, & dolum mino-

ris, vt benè aduertit *Morot.loc.cit.num.* 23. respondendo contrarijs, admittit opinionem, *Aret.* scilicet vt procedat cessante dolo, nec etiam figit pedes; vt patet d.num.7. *vers.quoniam tamen.* sed dicit, quod
86 propter † varias maiorum sententias, & rationum conflictus res scrupulositate non caret *Aym. vero in cons.* 193. *num.*5. *vers.sed in terminis loquitur quando est dolus,* & in specie allegat *Aret.d.vers.*5.*& vlt. & ita etiam loquitur Simon. de Præt. verbis claris, & allegat Aym.loc.cit. Cephal. denique in cons.*356. *facit in contrarium, nam num.*48. *& infra, & numer.*51. *vers.neque vltimum,* licet substinea opinionem Fulgosij in casu suo, tamen cessante dolo tenet opinionem Aret. vt patet in responsione ad contraria, qui etsi loquatur de negligentia absque dolo, &
87 malitia, in qua procedit † *text.in l.*3. *§.etsi hæres.ff. de minor.* & sic de dolo in omittendo. Tamen ista conclusio non procedit de plano, quia vt supra dictũ
88 est, quando agitur de omissione, minor † ex communi sententia restituitur, & benè *Aym. cons.*193.*n.*5. *in fin.* immo *Castr.cons.*47.*lib.*2. voluit absque resti-
89 tutione succurri minori, qui † omisit implere præceptum testatoris, *Morot.d.cons.*97 *nu.*4. *Molin.vero postremo de rit.nupt.* loquitur de commissione dolosa, neque potest dici, quod prædicta concordantia opinionum procederet, quando mora posset purgari, etiam quod esset in committendo, alias secus, quod
90 † enim factum est, retractari minimè potest, quia idem est, siue actus possit retractari, siue non *l.Iulianus. §.fin ff. ex quibus causis maior.* vbi resti-
91 tuitur † quis ex iusta causa, vt conditio habeatur pro impleta, vt *not ibi glos.in verb. militi, & Bart.nu.*1. *versic.nam si debebat,* & in nostris terminis exornat *Aretin.cons.*67.*num.*9.*vers.sed ego habeo, & bene etiam Ruin.in d.cons.*33.*num.*8 *vers. & quamuis, & vers.quia ego lib.*3. *qui in vers. & quamuis dicit,*
92 quod etsi ille text. † loquitur in absente, multo ma-
93 gis habet locum in minore quia restitutio, † quæ illi conceditur est fauorabilior, *Menoch.d.cons* 426.*numer.*18.*vers.& adducit.* Vnde cum Excellentissima D.Isabella non fuerit in dolo etiam quod agatur de commissione, venit restituenda, vt patet ex prædictis,
94 & etiam quod agatur de his, quæ gessit † occasione matrimonij, in quo pro maiore habita fuit, *glos in l.vnica in verb. reformationem. C.si de momentan. possess.* & recepta est sententia, *vt per Iason.in l. sciendum. num.*33.*ff.de verbor.obligat. vbi Alexan. num.*30.*Abb.in cap.fin.nu.* 108. *de confess.* latè *Calderin.in l. si curatorem. C.de in integr. restit. in verb..mplorare in integrum restitutionem num.*38.

Quod autem Excellentissima D. Isabella non fuerit in dolo, satis patet, quia contraxit de consensu Catholicæ Maiestatis, necnon de consensu matris,
95 & alterius tutoris, vnde videtur dolus † exclusus, cũ matri, & alteri tutori credere potuerit *l. tutorẽ, cũ ibi not. ff. de his quib.vt indig & bene facit text. in l. qui cum maior. §.fin. ff. de bon. libert. & quod not. glos.in princ. in l.Titio fundus in verb. Titio.ff. de condit. & demonstrat. & in puncto ita respondet Aretin. in d. cons* 67.*num.*9. *vers. prima quia,* Mo-
96 *rot.cons.*97.*nu.*35. & auctoritas † Catholicæ Maiestatis excludit omnem doli præsumptionem, quia vt ait *Bald.in l.rescripta, col.*2. *num.*7. *vers.noto ergo. C.de prec.Imper. offer.* vbi est princeps, ibi non
97 † potest committi dolus, *Iason.cons.*227.*numer.*58. *lib.*2. quare coniungendo auctoritatem, & voluntatem Maiestatis Catholicæ, matris, & tutoris, concludendum est cum *Bald. in cons.* 358. *col.* 1. *lib.*1. Excellentiss. D. Isabellam infantem vndecim anno-
98 rum magis propter cultum † reuerentiæ prædictorũ nuptijs consensisse, quam maritum elegisse, & ideo nupsisse contra præceptum testatoris dolose, sicuti ibidem *Bald.* concludit, & benè in puncto considerat *Morot.d.cons.*97.*num.*27.*Rim.sen.cons.*427.*nu-*
99 *mer.*40.*& sequent.* vbi mulier † restituitur aduersus solutionem, non aduersus matrimonium, quod est impossibile. Vlterius excluditur dolus, quia vt patet ex deductis in principio, vel agitur de pœna, & sic cessat omnis difficultas, vel est iuris, vel dubij, an in hoc casu agatur de amissione lucri, vel de pœna.
100 Vnde cum Excellentissima D.Isabella † errauerit in iure, valde dubio non præsumitur dolus, *leg. sed si lege. §.scire autem. ff. de petitione hæreditatis, lege si quis graui.§. si quis ignorans. ff.ad Syllan.* cum alijs qui possent allegari.

Sed cessat omnis difficultas in hac facti specie, quia, cum vt dictum est in tertio fundamento Excellentiss. D. Isabella ignoraret dispositionem aui, communis est sententia, quod etiam quod agatur de com-
101 missione, † non autem de omissione, minori, & cuilibet competit restitutio in integrũ *ex causa iustæ ignorãtiæ,* vt latissimè per *Odd.de restit.in integr p.*1.*q.*8. *artic.*9. *per tot.* vbi multos congerit de communi testantes, & in nostris terminis *Roman. cons.*459. *in princip.Castr.cons.*47. *vltra ea col.*1. *sub nu.*1. *vers. non obstat lib.*2. *idem Odd.de restitut.in integr. par.* 2.*quæst.*82.*artic.*6.*nu.*60. & magis in terminis, immo in indiuiduo dicunt *Menoch. d. cons.*426. *in fin. Morot. cons.*97. *&* 28. *& sentit Molin. de rit. nupt. lib.*3 *quæst.*29.*num* 84.

Et ita conclusum &c.

REVERENDISS. COCCINO.

Romana scutorum duorum millium.

Mercur. 28. *Iunij* 1623.

ARGVMENTVM.

Compensatio, quando est facta cum debitis requisitis, cum consensu vtriusque partis, tunc, & eo casu valens est reprimere potentiam executionis obligationis Cameralis, tunc verò contraria opinio posset habere locum, quando compensatio non est facta, sed debitor conuentus vigore dictæ obligationis Cameralis, vellet compensare, nam quando compensatio est iam secuta, ea habet vim solutionis, & talis exceptio, quin admittatur aduersus executionem obligationis Cameralis, nemo est, qui dubitet.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis admittit exceptionem compensationis.*
2 *Compensatio creditorum rectè fit cum consensu vtriusque partis.*
3 *Compensatio habet vim solutionis.*
4 *Compensatio iam facta debet admitti ad impediendam executionem obligationis Cameralis, quidquid dicendum esset, si quis compensare intenderet.num.*5.
6 *Literæ, si contineant dispositionem perfectam, ac fuerunt acceptatæ, benè probant.*

7 Com-

7 *Compensatio, dum est inducta cũ consensu vtriusq; partis prosternit vires obligationis Cameralis.*
8 *Subscribens scripturam sibi præiudicialem, præiudicium sibi infert.*
9 *Creditum benè probatur, ex confessione debitoris.*
10 *Compensatio, quod fuerit inducta ex quo iustificetur.*
11 *per Concordiam specialem, quando non dicatur recessum à generali.*
12 *ad Cautelam maiorem, ea, quæ fiunt, non præiudicant.*
13 *Ius tertij, non potest allegari, si non sit ipso iure exclusiuum intentionis agentis.*

DECISIO CCCCXCIV.

PLACVIT decisio in hac causa facta sub die 16. Decembris præteriti, scilicet mandatum relaxatum contra P. Almazanum non esse exequendum; nam & si ipse pro quibusdam Polonis fideiusserit, & in forma Cameræ se obligauerit, nihil-
1 ominus ista obligatio admittit exceptionem † solutionis, quæ hic adest *Carol. de Graff. de except. 25. num. 2. Menoch. de præsumpt. lib 2. præsumpt. 48. nu. 33. vers. quocirca Seraph. decis. 814. num. 1.* prout patet ex litteris Simonis, qui susceperat onus soluendi debita Odoardi; Cum enim Pater Almazanus esset creditor in maiori summa prædicti Odoardi, Simon pro ista rata voluit compensare cum credito P. Al-
2 mazani, quæ compensatio cum † fuerit facta de consensu vtriusque partis prout fieri potuit, *iuxta notata per Aym. cons. 151. num. 17. & Imol. in l. si cum dotem §. si pater filiæ num. 9. ff. solut. matr. & per Rom. in auth. præterea nu. 16. C. vnd. vir & vx.* habet vim
3 † solutionis *l. si debitor ff. qui potior in pign. habeant l. si peculium §. quod si hæredi ff. de stat. liber. Felyn. in cap. suborta col. 2. num. 2. de re iudic. Alex. in l. diuortio §. ob donationes num. 2. vers. qui enim compensat. ff. solut. matr.* & ideo debet admitti ad † im-
4 pediendum executionem obligationis Cameralis,
5 quicquid dicendum esset quando debitor vellet † tantum compensare, *de quo Galles. de obligat. Camer. q. 18. num. 6. & ibi addent. nu. 13.*

Quod antea fuerit facta compensatio de consensu vtriusque partis probatur ex litteris Simonis datis P. Almazano in primis in duabus litteris continetur tractatus dandi prædictum creditum Polonorum in solutum P. Almazano, & tertia epistola continet dispositionem perfectã per verba de præterito, ibi, *habbiamo aggiustato col Padre Cittadella, e col Padre Prouinciale, che assignaranno alla P. V.* & infra in eadem epistola dicitur, *et il debito di Polacchi tanto si dà à V. P. in conto di questo che hà d'hauere*; Vnde
6 cum litteræ ex parte Simonis † contineant dispositionem perfectam, & fuerint acceptatæ à P. Almazano, sequitur clarè, quod ex voluntate vtriusque partis fuerit inducta compensatio, quæ in hoc casu
7 impedit † executionem obligationis Cameralis.

Non obstat, quod non constet de credito Patris Almazani, & quatenus constaret sibi præiudicaue-
8 rit, ex quo † subscripsit concordiam cum alijs creditoribus, quibus potuit Simon præiudicare, nam fuit responsum, quod de credito satis constat ex dicta
9 † confessione Simonis, & probatur ex libris Odoardi, contra quos licet aliqua opponantur, hodie tamẽ non sunt discutienda, cum agatur solum ad effectum, vt videatur an constet de credito scutorum 3000.
10 ita ut intret prædicta compensatio, quod † benè iustificatur ex confessione Simonis; subscriptio verò in concordia generali nihil facit, quia ex dicta sub-
11 scriptione † non censetur à concordia generali actum, quod Pater Almazanus se subscriberet, quod
12 potuit fieri ad maiorem † cautelam aliorum creditorum, ne P. Almazanus posset impugnare concordiã præiudicialem aliorum creditorum, nec potest allegari; quia ipsi non sunt in causa, & eius ius tertij,
13 † cum non sit exclusiuum ipso iure agentis allegatum non releuat, vt notum est.

Et ita, &c.

Decisio ista sub die 16. Decembris 1622. in hac eadem causa emanata, et in qua Rota stetit in decisis est supra in hoc Tomo decisio 439.

REVERENDISS. COCCINO.

Leodieñ. Dominij.

Lunæ 3. Iulij 1623.

ARGVMENTVM.

Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 20. de reformat. disponens circa transportationem actorum, licet loquatur de actis factis coram Episcopo, tamen cum id fuerit expressum gratia frequentioris vsus, tamen est intelligendum etiam de actis factis coram quocumque Iudice, quod verum tamen est, quando causa est Ecclesiastica, secus verò si sit Laicalis, quia tunc in hoc seruanda est dispositio iuris ciuilis, & sic aliud est, vt acta transportentur vigore Concil. Trident. & aliud si secundum dispositionem Iuris Cõmunis, quia in primo casu omnia acta, etiam irreleuantia sunt transportanda, secus vero in secundo. Ad actorum transportationem an appellans, vel appellatus teneatur, vide hic transportationem. Mandatum, quando vigore sententiæ relaxatur, an sit necessaria noua citatio & vtrũ sufficiat illa, quæ ad sententiam fuit facta. Termini assignatio alicui facta à Iudice non currit, nisi data illius scientia, quod procedit etiam si adesset Statutum volens, vt termini currant absque alia intimatione partis.

SVMMARIVM.

1 *Appellans acta omnia coram Episcopo facta ad Iudicem appellationis expensis suis transferre tenetur, vt disponit Concil. Trident. sess. 24. cap. 20. de reform.*
2 *Quæ dispositio habet locum etiam in quocumque Iudice.*
3 *Appellationem prosequi volens, debet producere acta primæ instantiæ, vt de æquitate sententiæ possit dicere.*
4 *Dispositio non restringitur, per verba, quæ ratione frequentioris vsus in ea ponuntur.*
5 *Et maximè quando de vno casu ad alium non potest assignari ratio diuersitatis.*
6 *Dispositio dum continet actum frequentiorem, comprehendit etiam actum minus frequentem.*
7 *Concil. Trident. dispositio circa transportationem actorum procedit tantum in causis Ecclesiasticis, non autem in prophanis.*
8 *Quod procedit etiamsi vertantur coram Iudice Ecclesiastico. Et hoc est de mente Sacræ Congregat. Concil. Trident. licet Rota ante d. declarationem contrarium dixerit. num. 9.*

10 *Acta*

10 Acta prioris instantiæ quis transportare teneatur, an appellans, vel appellatus, magna est quæstio, & num. 34.

11 Appellatus debet ostendere, quod sententia pro se lata sit iusta, & ideo tenetur producere acta id iustificando.

12 Appellationis causa non diuersificat causam, sed instantiam.

13 Actor, qui est à principio, semper remanet talis.

14 Sententiam, dum quis petit reuocari, sufficit, vt producat appellationem.

15 pro Sententiæ confirmatione, qui instat, debet producere processum, & acta.

Sententia nihil probat, sine processu, & actis. n. 15.

16 Appellans, dum dicit sententiam non iustificari ex actis, vel aliàs esse nullã ei incumbit onus producendi acta, licet vterque pars prosequatur appellationem.

17 Sententiæ nullitatem allegans, tenetur exhibere omnia acta, vt possit argui contra sententiam.

18 Sententiam nullam esse dicens, si velit obtinere probabit suam intentionem exhibendo processum, & omnia acta. & nu. 19.

20 Causam, qui vult prosequi, tenetur acta transportare.

21 Actis omnibus integrè non transportatis Iudex procedendo, & sententiam ferendo, tunc ea non dicitur nulla ex defectu iurisdictionis, sed quia acta omnia non fuerant transportata.

22 Panormitana Archidiaconatus 26. Febr. 1590. coram Penia declaratur.

23 Acta dum non sunt releuantia, non causant nullitatem, si non transportentur.

24 Sententia non debet annullari ex defectu trasportationis aliquorum actorum.

25 Acta, quod sint transportanda vigore Concilij Tridentini, vel vigore iuris communis, hoc inter se differt.

26 Acta, quãdo sunt transportanda vigore Conc. Trident. in causa Ecclesiastica, tunc etiam acta irreleuantia sunt transportanda, alias sententia est nulla.

27 Sententia appellationis non visis actis probatorijs prioris instantiæ est ipso iure nulla.

28 Iudex non habet exercitium iurisdictionis ante transportationem actorum.

29 Acta quando fuerunt transportata, & postea constat, quod aliqua deficiunt, si apparet ea esse irreleuantia, tunc sententia est valida, & hoc in terminis iuris ciuilis.

30 Appellans ex dispositione Concilij Tridentini debet transportare omnia acta, & ad hoc expresè tenetur, siue acta sint releuantia, siue non.

31 à Lege, quando aliquid est inductum, tunc aliud nõ est quærendum.

32 Actorum integra transportatio fieri debet etiam si agatur per viam nullitatis iniustitiæ, & stante clausula, quam, & quas.

33 Iudex ad quem, quando sumus in causa prophana, iubet acta exhiberi, ad veritatem inuestigandam.

35 Appellans secundum terminos Concil. Trident. debet acta transportare.

Forma data à lege seruanda venit num. 35.

36 in Actorum transportatione de Iure Ciuili non adest tantus rigor, sicut est ex dispositione Concilij Tridentini.

37 Commodum recipiens ex aliquo actu, videtur illum approbare. & num. 38.

39 Sententia lata non visis actis probatorijs est nulla.

40 Processus duo, quando fiunt, vnus pro actore, & alius pro reo, & vnusquisque habet suum, tunc dũ vna pars negligens in producendo iura sua, est Iudex cum productis potest pronunciare.

41 Et quamuis id prosedat præuia monitione Iudicis, tamen pro monitione sufficit seruatio terminorum substantialium, & num. 42.

43 in Spolij iudicio, duo extrema sunt probanda antiquior possessio spoliati, & iunior partis aduersæ, absque eo quod aliter constet de spoliatione.

44 Possessio antiquior, quando est probata, tunc iunior præsumitur vitiosa, et clandestina.

45 pro Possessore antiquiori stat præsumptio, ita ut possessor iunior tenetur probare se non possidere clã, nec vitiose.

46 Sed agentem sua culpa cecidisse à possessione, et ista est communis omnium interpretum sententia. num. 47.

48 Possessio non est necesse, vt de tempore spolij probetur.

49 Possessio anterior statim probata dicitur re ipsa doctum de eiectione, et spoliatione. amplia nu. 50.

51 Immissio aduersus aliquem petens, fatetur eum possidere.

52 Possessorem, dum quis non admittit ad suam possessionem, dicitur eum spoliare.

53 Iudex notoriè, iniustè, et nulliter procedens dicitur spoliare.

54 Iudex dicitur nulliter procedere, dum relaxat mãdatum, absque citatione.

55 Citatio ad videndum relaxari mandatum est necessaria, licet adsit citatio, quando sententia fuit lata.

56 Mandatum, quando relaxatur in sententia, tunc præter citationem ad sententiam non requiritur alia, quando mandatum est relaxatum.

57 Et hoc intellige, dum materia non est appellabilis, quia sententia trahit secum executionem.

58 Mandatum, quando non est relaxatum in sententia, et materia non est appellabilis, vel aliàs transitum fecit in iudicatum, an in relaxatione, et executione mandati requiratur citatio, dubia est quæstio.

59 Et Rota tenet affirmatiuam opinionem, vt citatio sit necessaria.

60 Iudex si sine citatione procedat, quando ea est necessaria, nulliter procedere dicitur.

61 Terminus alicui assignatus non incipit currere, nisi à die quo, de illo notitiam habuit.

62 Executio facta pendente termino, est nulla.

63 Statutum disponens, vt dilatio incipiat currere à die decreti sine aliqua intimatione, debet intelligi, dummodo aliunde habeatur notitia dicti decreti.

64 Statuta, ne nimis sint exorbitantia à regulis iuris communis facienda est interpretatio.

65 Dilatio supposita scientia currere incipit de momẽto in momentum.

66 Vasallus scienter negando feudum, illud amittit.

67 Feudum non amittit vasallus, dum ignoranter illud negat, et tamen regula est, vt negans feudum eo priuetur.

DECISIO CCCCXCV.

DVBITAVI An sententia Rotalis esset confirmanda, vel infirman. & Domini ter proposita causa censuerunt confirmandam esse, quia erat valida, & iusta, nullitates enim oppositæ, & iniustitia non subsistebant, & quantum attinet ad validitatem, defectus transportationis actorum oppositis corruebat, & pro faciliori resolutione fuit prænotatū, quod Cōc. Trid. sess. 24. c. 20. de reform. in § præterea; dum
1 disponit, quod appellans teneatur † acta omnia corā Episcopo gesta ad Iudicem appellationis expensis
2 suis transferre habeat etiam locum in actis † coram quocunq; Iudice etiam non Episcopo, quia de iure communi, qui vult prosequi appellationē debet pro-
3 ducere acta † primæ instantiæ, vt de æquitate sententiæ possit dicere iuxta *l. eos § super his C. de appellat. c. cupientes* 16. *vers. cum omnibus actis iuribus de elect. in 6.* quod quidem Conc. Trid. non est intelligen. quod taxatiuè loquatur de causis, quæ vertebantur coram Episcopis, cum nomen Episcopi, fue-
4 rit in Concilio appositum † ratione frequentioris vsus qui non restringit dispositionem *glos. in l.* 1. *in verb. simulant. C. de his qui ad Eccles. confug. & in Clem.* 1. *in verb. filio præcedente ff. de vulg. & pupill. vbi Ias. colum.* 2. *Ripa num.* 10. quæ conclusio de pla-
5 no procedit, cum non possit dari † diuersitatis ratio in causis, quæ cognoscebantur coram Episcopis, & in illis, quæ coram inferioribus, imo militat eadem ratio, & propterea sub illa dispositione continente
6 † actum frequentiorem comprahēditur etiam actus minus frequens, vt benè declarat *Menoch. cons.* 106. *num.* 249. *vsque ad num.* 253. *lib.* 2. *Tiraquell. de retract. lignag. §.* 20. *numer.* 4. *glos. vnic. & in simili dicit Surd. cons.* 19. *num.* 2. *in fin. vers. ordo autem, & in puncto in terminis concilij fuit resolutum in causa Vlixbonen. Parochialis* 13. *Iunij* 1586. *& in causa Maioricen. officij Pœnitentiariæ* 21. *Iunij* 1591. *coram bon. mem. Cardinali Blancheito, & in terminis Iudicis delegati fuit resolutum in causa Placentina administrationis Sacramentorum* 12. *Decembris* 1567. *coram Cardinali Lancellotto Seniore.*

7 Hæc tamen dispositio † concilij procedit tantum in causis Ecclesiasticis non autem in prophanis, etiā
8 quod † vertantur coram Iudice Ecclesiastico, *vt dixit Rota ex Sententia Congregationis Illustrissimorum Interpretum* 23. *Iunij* 1603. *coram Illustriss. Domino meo Cardinale Sacrato, & in causa Romana Vineæ* 19. *Nouembris* 1603. *coram me, & est decisio Sanctiss. D. N.* 108. *num.* 11. *et in causa Imolen. affictus* 30. *Aprilis* 1604. *coram bo. mem. Penia olim Decano apud Marchesi. de commiss. part.* 3. *fol.* 359.
9 licet ante declarationem † concilij contrarium fuerit dictum, *vt in decis.* 106. *in princ. par.* 4. *diuers.* & propterea causa ista cum sit prophana, non est terminanda iuxta terminos concilij.

Secundo principaliter fuit prænotatum, quod est
10 magna quæstio, † quis teneatur transportare acta appellans An appellatus ex alleg. *per Giurb. dec.* 29. *numer.* 1. sed solet distingui, quod vna est conclusio
11 appellatum debere ostendere, † quod sententia pro se lata fuerit iusta etiamsi nolit facere nouas probationes, sed producere acta iam gesta, vt est communis opinio Doctorum *in l. hi qui ad ciuilia C. de appellat. vbi Cin. in fin. vers.* 4. *opponitur Petr. Iacob. de Rauenn. Bald. et alij de quibus Surd. qui de com-*
12 *muni decis.* 327. *num.* 3. vbi quod causa † appellationis non diuersificat causam, sed instantiam, quia
13 qui est actor ab initio semper † est actor in causa appellationis *l.* 3. *Cod. de appellat.* & sufficit appellanti docere se ex iusta causa appellasse, & infra legitima tempora *cap. Romana* 3. *§ si verò eodem tit. in 6.* itaut de prædictis dicatur constare per productionem sententiæ. *Cyn. in l.* 3. *probare quæst.* 5. *in fin. vers. aut quærimus cui incumbat. Cod. de tempor. appellat. Caputaq. decis.* 128. *part.* 3. vbi quod pe-
14 tenti reuocari † sententiam sufficit, vt producat appellationem, sed qui instat pro confirmatione debet
15 producere processum, & acta, † sine quibus nihil sententia probat, Altera vero conclusio est, quando
16 appellans dicit sententiam non † iustificari ex actis, vel alias esse nullam & hoc casu licet vtraque pars prosequatur appellationem appellanti incūbit onus
17 producendi † acta prioris instantiæ, cum illa sint per iudicem inspicienda *Bart. in Authen. de his qui ingrediuntur ad appellat. in princip. numer.* 11. *col.* 3. *et in l. si qui ad ciuilia sub numer.* 4. *C. de appellat. in l.* 1. *ff. si tutor. vel curat. appell. Cappell. Tholosan. decis.* 341. *ad med. versic. quandoque Papien. in forma appellat. in verb. in quantum numer.* 6. *Seraph. decis.* 380. *nu.* 20. vbi quod allegans nullitatem
18 tenetur exhibere † omnia acta, vt possit argui contra sententiam quasi appellans seu dicens de nullitate, suscipiat onus probandi sententiam iniquam,
19 † & nullam, ideo si velit obtinere, probabit suam intentionem exhibendo processum, & omnia acta *Vant. de nullit. in rit. à quo, et à quib. nullit deducat numer.* 20. & ita seruari in omnibus curijs siue simus in sententijs diffinitiuis, siue interlocutorijs testatur *Ranch. in addit. ad Guidopap. quæst.* 20.

His positis dictum fuit sententiam non esse nullā,
20 quia licet † Rota semper consueuerit dicere, quod ille qui vult prosequi causam acta transportet *iuxta Bart. in Auth. de his qui ingrediuntur ad appellat. num.* 19. *col.* 3. *Gabr. de appellat. conclus.* 5. *numer.* 16. *Aretin. in c. quoniā col.* 9. *vers. pro intellectu de prob.* tamen si procedatur actis non integrè transportatis, sententia non est nulla ex defectu iurisdictionis, sed
21 ex quo acta † non fuerint integrè transportata, & hoc siue procedatur in terminis concilij siue in terminis iuris communis, *vt censuit Congregatio Illustrissimorū Interpretum, et faciunt notata per Bar. in l. multum interest* 25. *numer.* 2. *ff. de condit. et demonstrat. versic. et hæc sunt vtilia ad quæstionem Acchill. decis.* 7. *de sent. et re iudic. Rota in causa Panormitana Archidiaconatus* 26. *Februarij* 1590. *co-*
22 *ram bo. me. Penia,* in qua decisione † non fuit reuocatum, sed solum suspensum mandatum de manutenen. concessum supersedendo in exequutione transportatis actis cognosceretur de illius iniustitia, *et in d. dec. Acchill.* voluerunt, quod in executione sen-
23 tentia iustificaretur, in hoc autem † casu visis actis, quæ deficiebant, clarè patet, quod non sunt releuantia, vt statim dicetur, & propterea cum Iudex habe-
24 ret iurisdictionem, sententia † non debet annullari, *Bart. in d. l. multum num.* 2. *et in terminis Acchill. et Rota apud bo. me. Peniam, vt supra dictum est.*

Est tamen diuersus effectus quādo acta sunt trans-
25 portanda vigore † Conc. Trid. & quando ex dispositione iuris communis, quia si ex dispositione Concilij eo ipso, quod causa sit Ecclesiastica sententia nō trans-

26 transportatis † actis etiam irreleuantibus est nulla, *Rota decis.* 104. *nu.* 1. *par.* 4. *diuers.* secus tamen est in
27 prophanis, quia si acta non sunt transportata, † vel si non cõstet de qualitate actorum, sententia est nulla *Bart. in l.* 2. *num.* 5. *et ibidem Ias. num.* 15. *et Dec. nu.* 33. *C. de edend. Felyn. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ num.* 17. *de constit. Gabr. de appellat. concl.* 5. *nu. vlt.*
28 & ante transportationem non † habet Iudex exercitium iurisdictionis *cap. Romana §. si vero de appellat. in* 6. *Vestr. in prax. lib.* 8. *cap.* 2. *num.* 1. *vers. dixi autem circa finem. Rota decis.* 98. *part.* 4. secus verò est si acta fuerunt transportata & postea constat,
29 quod aliqua deficiant, quia si apparet † illa non esse releuantia, sententia est valida per superius deducta, & ratio diuersitatis est inter causam Ecclesiasticam, de qua loquitur concilium, & prophanam, quia
30 † ex dispositione Concilij, appellans debet transportare acta, & ad hoc expresse tenetur, siue acta sint
31 releuantia, siue non, cum enim hoc sit † inductum à lege, qualitas rei vel personæ non attenditur *l. non solum in fin. ff. de rit. nupt.* Rota dicta dec. 104 par. 4.
32 & ista procedunt etiam quod agatur † per viam nullitatis, & iniustitiæ, & stante clausula, quam, & quas posita in commissione, *vt fuit dictum in causa Valentina Spolij de Campana* 23 *Ianuarij* 1580. *corã bon. mem. Cardinali Blanchetto, et in alia Placentina vsurarum* 15. *Iunij* 1582. *coram Bubalo, et in Calaguritana* Iurisuocandi 25. *Maij* 1586. *coram eodem Cardinali Blanchetto*, in causa verò prophana, ex dispositione iuris, *de quo in l.* 2. *Cod. de eden.*
33 dicitur † solum, quod Iudex ad quem res agitur, iubebit acta exhiben. ad veritatem inuestigandam
34 & hinc oritur quæstio, cui † incumbat onus acta transportandi, appellanti videlicet, an appellato, vt post alios *latè Giurb. d. decis.* 29. *num.* 1. in Concil. Trident. autem expresse dicitur, quod appellans de-
35 beat acta † transportare, & ideo illa forma est seruanda, vt supra dictum est, ex dispositione autem *d. l.* 2. Iudex iubet acta transportari, vnde si adsunt acta sufficientia etiam quod postea non integra detegantur, si ea quæ deficiunt, non raleuent & de hoc cõ-
36 stiterit, non intrat † tantus rigor, prout ex dispositione concilij, & ideo sententia non est nulla, sed solum debet supersederi, donec acta videãtur ex supradictis.

Quod autem acta, quæ deficiebant, non essent releuantia satis demonstrabitur dum de iustitia sententiæ Rotalis agemus, ne bis idem repetamus, & quod alia, quæ deficiunt non obstent, satis, patent quia etiamsi Emanuel haberet alios Tutores, quam Melchionem, qui vendidit Matthæo, tamen cum Emanuel vsus fuerit instrumento venditionis factæ a Melchione, & vigore pacti in eo contenti egit ad re-
37 cuperationem, † approbauit illud factum, vnde parum refert, quod haberet alios Tutores. Ex cumulatis *per Surd. in cons.* 28. *num.* 21. prout nec refert producto instrumenti in quo Matthæus constituit filium suum ad recipiendas pecunias depositatas, quia hoc nihil commune habet cum spolio commisso procedendo ad relaxationem mandati sine citatione, & pendente dilatione, vt statim dicetur.

38 Vlterius fuit consideratum, † quod in Ciuitate Leodien. fiunt duo processus vnus pro actore, alter pro reo, itaut vnusquisque contineat iura propria non autem aliena, & cuilibet ex partibus consignatur suus, vt deponunt primus Testis iuxta quintum, & tertius iuxta nonum & huiusmodi acta reperiebãtur coram procuratore alterius partis, qui noluit illa exhibere, vt deponunt secundus Testis, iuxta decimum, & quartus super primo propterea sequitur,
39 quod licet † sententia non visis actis probatorijs sit nulla, *l. præparandum §. etsi quidem vbi Bart. num.* 6. *C. de iudic. & in l.* 2. *nu.* 5. *C. de edend. Alex. num.* 8. *&* 9. *Cagnol. n.* 68, *vers. sed oppositum Felyn. in c. Ecclesia S. Mariæ nu.* 17. *de constit.* Attamen hæc conclusio non procedit, quando fiunt duo registra, & vnaquęq; ex partibus habet sua iura, quia si vna pars pro
40 duxit suas probationes & alia † fuit negligens in producendo, Iudex cum producit potest pronunciare *Alex. vbi supra nu.* 6. *& ibid. Rimin. sen. nu.* 21. *vers. limita, & in fine Cagnol. nu.* 7. *Felin. in d. Ecclesia S.*
41 *Mariæ in prima limit n.* 18. & † quamuis hæc procedant præuia monitione Iudicis *Cagnol. ibid. num.* 70. *Seyssell. nu.* 12. Tamen pro monitione sufficit, quod
42 termini substãtiales fuerint seruati, & † pluries iterati, quia inseruiunt pro monitione, *vt fuit resolutum in causa Maioricen. pœnitentiariæ, & canonicatus* 4. *&* 18. *Febr.* 1591. *coram bo. me. Giptio, & in causa Romana Vineæ de Brunis* 19. *Nouembris* 1603. *& in causa* Rom. *fideicom.* 27. *Iunij* 1608. *coram me.*

Quantum attinet ad iustitiam sententię Rotalis, cũ illa sit lata in spolio ad fauorem hæredum Matthæi
43 debent † probari duo extrema, antiquior possessio, & iunior partis aduersæ absq; eo, quod aliter constet de spoliatione *Innoc. in c. sæpè nu.* 2. *in fin. vers. imò plus videtur de restit. spol. & in cap. post electionem in fin. de concess. præben. lap. allegat* 52. *num.* 7. *cap. reintegranda* 3. *quæst.* 1. *vbi Præpos. col. penul. nu.* 12. *vers. sed an agens. Abb. in c. cum ad sedem col.* 4. *num.* 17. *vers. post hoc etiam dico de restit. spol.* probata
44 enim antiquiori possessione † illa iunior præsumitur vitiosa, & clandestina *c. licet causam de probat. & resultat spoliatio, secundum Bald. in l. penult. num.* 15. *vers. & nota quod ille C. si à non. compet. iudic.* & quia
45 præsumptio vrget pro antiquiori † possessore iunior tenetur probare se non possidere clam neque vitiose
46 sed agentem sua † culpa cecidisse, *Barbat. cons.* 24. *col.* 2. *lib.* 4. *Ias. cons.* 21. *nu.* 1. *vol.* 3. *& cons.* 172. *num.* 1. *vol.* 4. *& latè alios referen. probat Menoch. de recuper. remed.* 15. *num.* 383. *& seqq.* vbi dicit hanc es-
47 se communem omnium † Interpretum sententiam, *& nu.* 286. *ampliat*, itaut non sit necesse probare pos-
48 sessionem tempore † spolij, *& cons.* 2. *num.* 162. quibus potest addi *Bero. cons.* 64. *num.* 4. *lib.* 3. vbi dicit
49 quod probata † antiquiori possessione dicitur reipsa deiectio, & spoliatio *Bertrand. cons.* 243. *num.* 5. *lib.* 2. *vbi de communi, & cons.* 87. *nu.* 3. *lib.* 5. *vbi alios cogerit Roland. cons.* 6. *nu.* 11. *lib.* 3. vbi ait hanc esse communem Theoricam, & militare multo facilius,
50 quando † allegatum fuit conuenti possessionem esse vitiosam, & clandestinam respectu suæ antiquioris, vt nouissimè *Contard. in l. vnic. C. si de moment. poss. ampliat.* 16. *vers. & licet intentans. Bero. cons.* 75. *nu.* 2. *qui alios Modernos cumulat.*

In proposito autem possessio Matthæi antiquior satis probatur, ex quo emit dominium, de quo agitur, à Melchione Emanuelis qui quidem Emanuel vigore huius contractus egit contra Matthæum, & obtinuit sententiam, & inde mandatum de immittendo, quod fuit executum ex quibus omnibus negari non potest, quin vtrumque extremum
51 probatum sit, Emanuel † enim petendo immissionem aduersus Matthæum fassus fuit illum possedisse, &

52 se, & eo ipso quod non admittit primum† possessorem scilicet Matthæum, spoliat, & sic secundum extremum est etiam clarè probatum *l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquir. poss. Abb. in cap. litteras num. 9. de restit. spoliat. Anchar. cons. 248. numer. 4. & seqq. Aymon. cons. 148. in princ. Roland. cons. 6. num. 37. & seqq. lib. 2.*

Et quamuis Emanuel fuerit immissus de manda-
53 to Iudicis, † tamen Iudex notoriè, iniustè & nulliter procedens spoliat *Abb. in c. conquerente nu. 8. de restit. spol. Aymon. cons. 140. num. 2. & cons. 320. numer. 1. Surd. cons. 168. num. 26.* Hic autem primo
54 †nulliter processit, quia relaxauit mandatum absque citatione, nam & si hodie producatur citatio ad
55 sententiam, nihilominus † requirebatur alia citatio ad videndum relaxari mandatum, quia licet verum sit quod quando mandatum relaxatur in sententia
56 non requiritur † noua citatio in eius relaxatione,
57 dum materia non est appellabilis, † quia sententia trahit secum executionem, *Grat. cons. 76. in fin. lib. 2. Gabr. de citat. conclus. 1. num. 132.* Tamen si manda-
58 tum non est relaxatum † in sententia, & materia non est appellabilis, vel alias transitum fecit in iudicatum, articulus est valde controuersus, an tunc requiratur citatio, *Gabr. loco citato num 129. & seqq.*
59 Rota verò tenet opinionem, † quod non possit deueniri ad relaxationem mandati, & illius executionem absque noua citatione, *vt in causa Romana Sancti Thomæ in formis 10. Nouembris 1603. & 17. Decembris 1604. coram me;* & propterea in casu isto
60 cum mandatum non fuerit relaxatum, †in sententia requirebatur noua citatio, qua deficiente nulliter processit, & per consequens spoliauit.

Secundo nullitas etiam videtur clara, quia sententia fuit lata 24. Februarij 1620. cum termino mensis vtilis concesso Matthæo, qui terminus incipiebat currere à die 13. Martij, quandò Matthæus de ista sententia habuit scientiam, terminus enim currere
61 †incipit in omni materia à die scientiæ, vt per *Roman. cons. 228. in princ.* vbi 11. exēpla recēset, & propterea mādatum non potuit relaxari 2. Aprilis, quia
62 †adhuc pendebat dilatio ex benè deductis in decisionibus R. P. D. mei Remboldi, * & nihil facit statutum Leodien. nouiter deductum, quod disponit
63 terminum currere à die decreti †sine aliqua intimatione, quia est intelligenda, modo habeatur scientia
64 decreti, alias nimis †exorbitaret à regulis iuris, vt per *Roman. loco præcitato*, & sic apparet illud statutum præsupposita scientia disponit tempus currere
65 †de momento ad momentum, data vero ignorantia, secus est dicendum, vt bene deducitur *ex textu in §. si vassallus feudum in fine si de feud. fuer. contro-*
66 *uers. inter dom. & agn.* vbi si vassallus† scienter negat feudum, amittit feudum, secus si ignoranter, &
67 tamen regula est† quod nagans feudum illud perdit, vt bene ad rem similia exempla adducit *Roman. consil. 70. num. 5. in fin. vers. item præsupposito lib. 2.*

Accedat refectio melioramentorum, & alia considerata in decisionibus, quæ hic repetere superuacaneum foret.

Ex quibus resolutum sententiam Rotalem esse confirmandam &c.

☞ *Idest sub diebus 11. Martij 1622. & 2. Maij eiusdem anni 1622. coram d. bon. mem. Remboldo, sunt supra in hoc Tomo decisiones 363. & 387.*

REVERENDISS. MANZANEDO
Patriarcha Hierosolymitano.

Meleuitana Hæreditatis.

Lunæ 6. Nouembris 1623.

ARGVMENTVM.

Scripturam aliquam, quando, & ex quibus præsumatur quod Notarius habuerit pro instrumento perfecto. Obseruantia dat robur etiam scripturæ informi.

SVMMARIVM.

1 *Scripturæ etiam informi fides adhibetur stante obseruantia.*
2 *Ratificatio supponit id, quod ratificatur.*
3 *Notarius si ponat ratificationem in margine instrumenti, signum est, quod illud habuit pro perfecto.*
4 *Instrumentum, quando recipiat fomentum ab apostilla.*
5 *Notarius, si scripturam aliquam appellauit instrumentum, hoc non dixisset, si ritè, & rectè facta non fuisset.*
6 *Notarius signum est, vt habuerit instrumentum pro perfecto, si illud tradidit, vt redigeretur in publicam formam.*
7 *Instrumenti ratificatio dicitur ritè, & rectè facta si sint adhibitæ omnes illæ solemnitates, quæ requiruntur in ipsa confectione instrumenti.*
8 *Tusculi, qui degit, Romæ habitare dicitur.*
9 *Certum etiam dicitur, quod fit per relationem ad rem certam.*
10 *Clausula testibus &c. posita in instrumento, significat rogitum.*
11 *ex Rogitu testium præsumitur etiam rogitus Notarij.*
12 *Clausula, actū, non est de substantia instrumenti, quando aliunde apparet illud esse perfectum.*
14 *Mater de iure non tenetur dotare filiam, quando adest pater.*
15 *ad Immissionis iudicium, quando agitur, quæ exceptiones obstent.*

DECISIO CCCCXCVI.

☞ FVIT in hac causa coram Reuerēdissimis Dominis meis Verospio, & Dunozet, * per duas decisiones resolutum, instrumentum, de quo agitur, non esse in forma probanti, & ideo illi fidem non esse adhiben. sed quia fuit oppositum de obseruantia
1 prædicti instrumenti, quæ †operatur, vt etiam scripturæ informi fides adhibeatur, *Bald. cons. 400. nu. 5. lib. 4. Seraphin. decis. 928. num. 2. Rot decis. 703. n. 8. par. 2. recent.* fuit in vltima decisione coram D. meo Verospio reseruatum, vt particulariter de ea videretur, vnde in locum dicti D. mei Verospij absentis subrogatus, pluries causam proposui, & cum propter varias Dominorum sententias non potuerit capi resolutio, tandem hodie fuit resolutum constare de tali obseruantia, vt scripturæ sit adhibenda fides, & in hoc esse recedendum à decisis.

De dicta enim obseruantia cōstare visum fuit Dominis, ex quo contrahentes ratificauerunt instrumē-
2 tum, de quo agitur in illius margine, ratificatio †autem supponit id quod ratificatur *per tex. in l. adeo. §. si tota. ff. de acquir. rer. dom. l. 2. ff. de vsufr. Tiraquel. de primog. q. 55. num. 10.* ex qua ratificatione in margine apposita, per Notarium censetur ipsum habuisse

3 se † instrumentum pro perfecto, dum enim dicit, sponsa, & mater ratificauerunt præsens instrumentũ in omnibus, & per omnia, prout in eo, se remisit ad scripturam extensam, ex quo necessario venit dicen-
4 dum habuisse pro perfecta dictam scripturam, † ex qua apostilla recipit fomentum, vt bene in puncto considerauit, *Rot. in decis. 714. num. 2. & 3. par. 1. recentior.* maximè quia dictam scripturam appellauit
5 instrumentum, † quod non fecisset, si ritè, & rectè facta non fuisset, *l. non putauit, vbi gloss. in verb. ritè, ff. de bon. poss. cont. tab. Cephal. cons. 370. num. 51. lib. 3. Surd. cons. 3. nu. 17. lib. 1. Rot. d. decis. 714. n. 4.*

Quę confirmantur ex eo, quod dictus Notarius rogatus postquam hoc instrumentum inter alias suas scripturas fuit inuẽtum, illud tradidit cuidam Saluatori Ciantar ad hoc vt in publicam formam redigeret, signum euidens, quod instrumẽtum habuerat effectum, cum alias Notarius illud non tradidisset, vt
6 † redigeretur in publicam formam, *Rot. decis. 250. numer. 3. par. 1. diuers.* & quod fuerit inter scripturas prædicti Notarij repertum, non potest controuerti, cum hoc ex testibus appareat probatum, & signanter ex depositione Pasqualis aduersarij Lucretiæ.

Nec de validitate, & legalitate dictæ ratificationis in margine appositæ, potest dubitari, quia ibi, personæ nempè sponsa, & mater exprimuntur, quinque
7 † testes designantur, dies, mensis, indictio, & annus, quibus principale instrumentum fuit confectum, iisdem etiam dicta ratificatio sustinetur, *ad tex. in l. si quis ex argentariis. §. si initium, vbi Bart. num. 17. & seq. & Bald. in princ. ff. de eden.*

Nec ex diuersitate locorum in quibus fuerunt facta instrumenta, cum instrumentum matrimonij fuerit celebratum in Ciuitate Victoriosa, ratificatio autem in Casale Tarxen. potest deprehẽdi falsitas scripturæ, quia fuit respõsum dictum Casale Tarxen. non distare à dicta Ciuitate duobus, aut tribus milliaribus & ideo propter ipsius vicinitatem veluti dictæ Ciuitatis suburbium, Notarius potuit pro vno eodemq.
8 loco vtrumque habere, vt de eo, † qui degit Tusculi Romæ habitare dicitur *ad tex. in l. Vrbis 2. ff. de verb. signif. & ibi gloss. verb. continentibus.*

Non obstat, quod nomina propria eorum, qui ratificauerunt, non fuerint in d. ratificatione expressa, sed solum sub nomine sponsæ, & matris fuerint enũciata,
9 † quia cũ in instrumento sint expressa, & Notarius ad illud se referat, idem est, ac si in ratificatione expressisset.

Minus obstat, quod non appareat de rogitu Nota-
10 rij, & testium, quia quoad testes † de isto apparet ex illa dictione testibus &c. quæ significat rogitum, *Alex. cons. 14. num. 32. lib. 6. & fuit dictum in Nepesina tutelæ 27. Febr. 1617. & 29. Ianuarij 1618. coram D. meo Verospio*, & ex hoc rogitu testium præ-
11 sumitur † etiam rogitus Notarij, *Alex. d. cons. 14. numer. 32. lib. 6. Bero. cons. 92. nu. 9. lib. 3. Menoch. præsumpt. 81. num. 11. lib. 2. & fuit dictum in d. Nepesina 29. Ianuarij.*

Nec etiam obstat defectus clausulæ, actum, quia
12 ista clausula, non est de substantia † scripturæ, quando aliunde apparet illam esse perfectam, vt fuit dictum in præallegata *Nepesina tutelæ 27. Febr. 1617. & in Romana dotis de Sfortia 23. Februarij 1615. coram me.*

Vlterius de dicta obseruantia constare visum fuit eo, quod non solum fuit effectualiter contractum matrimonium, de quo in dicto instrumento, verum etiam, quia fuerunt solutæ vnciæ 400. promissæ pro dote in eodem instrumento. Nec dicta solutio potest dici æquiuoca, eo quod potuerit fieri vigore cuiusdam apochæ priuatæ, quia cessat æquiuocatio, ex quietantia dictæ solutionis, vbi Notarius specificat prædictas pecunias datas fuisse ad solutionem dotiũ promissarum in actis mei, &c. Vnde cum prædicta apocha esset priuata, & non reperiatur, à quo sit conscripta, quicquid in ea continebatur, non potest dici promissum in actis; & ideo illa verba dotium pro-
13 missarum in actis mei &c. non possunt referri, † nisi ad instrumentum in dictis actis rogatum, vti magis iuris præsumptione suffultũ, & quod legalitatis imaginem habet ex supradictis, vt fuit dictum in *Maceraten. hæreditatis 13. Febr. 1609. coram me.* Et vt vnus ex Dominis ponderabat, adest vnus testis, qui examinatus asseueranter deponit se interfuisse celebrationi contractus, & confectioni instrumenti, quãuis non recordetur de nomine Notarij, & testium, & hic testis fuit datus in summ. num. 4. & vocatur Franciscus Cilia.

Præterea pro dicta obseruantia addi potest testamentum Entionæ, in quo non solum enunciatur hoc matrimonium inter Imperiam eius filiam, & Petrũ Testaferrata, sed etiam dicta Entiona fatetur se debitricem dotis dictæ Imperiæ eius filiæ, & pro restanti, & complemento dictæ dotis instituit dictam Imperiam in quodam prædio il Gebel Taxicluna, ex quo testamento concludenter apparet dictam Entionam ratificasse instrumentum matrimoniale, alias enim non reliquisset dictum legatũ pro residuo do-
14 tis non solutæ, cum † de iure mater non teneatur pro dote filiæ habentis patrem, *l. neque mater. C. de iur. dot.* Vnde necessario fatendum est prædictum legatum fuisse factum vigore obligationis præcedentis in instrumento dotali appositæ.

Non obstat, quod agatur ad effectum immissionis,
15 † & ideo dictæ exceptiones obstant *ex l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* quia in partibus fuit intentatum omne remedium opportunum.

Et sic fuit decisum.

Decisio in hac causa emanata coram bon. mem. Archiepiscopo Dunozetto sub die 9. Decemb. 1619. est supra in hoc Tomo decisio 154. & altera coram bon. mem Card. Verospio est infra in Appendice sequentis Tomi.

REVERENDISS. MERLINO.

Romana Dotis.

Lunæ 13. Nouembris 1623.

ARGVMENTVM.

Dotis fauore speciale est, vt in illa ius quæratur absenti contra regulam l. absenti. ff. de donat. & hodie ex speciali beneficio Iustiniani Imp nedum ex promissione facta à patre genero de dote, inducitur eiusdẽ donatio ad fauorem filiæ, verum etiam pro eadem dote, filia quamuis ignorante, & absente, ipso iure inducitur tacita legalis stipulatio. Pater promittendo dotem genero, & inter eos initum fuerit pactum, vt ea inuestiatur ad fauorem filiæ, & pro dicta dotis solu-

solutione, hypotecauerit pater aliquem censum, tunc si solutio facta fuerit, & spreta fuerit conditio illa inuestiendi, non census liberatus ab hypoteca, & ideo filia in subsidium poterit contra illum agere.

SVMMARIVM.

1 *Saluiano, quibus concurrentibus locus sit.*
2 *Census quando fuit hypotecatus ad fauorem alicuius, tunc rectè contra eundem potest peti immissio vigore saluiani.*
3 *per Solutionem extinguitur omnis obligatio & hypoteca.*
4 *Hypoteca, tunc per solutionem extinguitur, quando legitimè fuit facta.*
5 *Solutio, quando non dicatur legitimè facta.*
6 *Inuestimenti pactum, quando ad alicuius fauorem fuit factum, non potest ei praiudicari illud prætermittendo, illo inscio.*
7 *Dotis fauore speciale est, vt eius contemplatione ius quæratur absenti.*
8 *Pater promittens dotem genero, inducitur eiusdem dotis donatio in fauorem filiæ.*
9 *Et illi dicitur statim ius quæsitum perfectè.*
10 *Dotis fauore filia ex promissione patris, statim etiam filia ignorante, & absente, ipso iure inducitur tacita legalis stipulatio.*
11 *Ius quæsitum, quando sine dubio dicatur inductum fauore filiæ, pro consequenda dote.*
12 *Pactum, quando fuit appositum in promissione dotis ad fauorem dotatæ, tunc ei non potest præiudicari.*
13 *in Dotis solutione quando aliquid est adimplendum fauore mulieris, tunc ea inscia non potest præiudicari.*
14 *Dictio, vt supra, est relatiua, & repetitiua qualitatum præcedentium.*
15 *Solutio quando non fuit facta eo modo, quo inter partes fuerat conuentum, & maximè, si tractetur de præiudicio tertij, non habet vim solutionis, nec hypoteca extinguitur.*
16 *Emptor non debet esse solicitus, quod pretium erogetur in causam expressam, nisi simus in mutuo, vel deposito, vel vendatur res Ecclesiæ pro soluendis debitis.*
17 *Soluens debet esse sollicitus, vt pecunia erogetur in causam expressam, quando agitur de præiudicio tertio, & super hoc ei fuerat ius quæsitum.*
18 *Pactum inuestiendi dotem an censeatur remissum, dum aliter solutio sequuta fuit, quam fuit conuentum. declara vt num. 19.*
20 *Fideiussores pro dote dare, est prohibitum.*
21 *Saluiani remedio agere vnum est, & aliud agere vigore alicuius fideiussionis.*

DECISIO CCCCXCVII.

DOMINI censuerunt confirmandam esse sententiam A.C. in qua fuit ad fauorem Angelicę decreta vigore Saluiani immissio in possessionem census de quo agebatur. Extrema enim necessaria pro illo interdicto non controuertebantur, nempe possessio eiusdem census respectu olim Gasparis debitoris, & modo Claricis reæ conuentæ, Creditorū autem ipsius Angelicæ vna cum hypotheca speciali in dicto censu, donec dos integra persolueretur, apparebat ex Instrumēto publico pactorum matrimonialium inter dictum Gasparem Patrem Angelicæ, &
1 Augustinum eius generum, † & proinde his concurrentibus iure meritò erat locus Saluiano *Angel in §. item Seruiana Instit. de actio. Rol. cons. 14. num. 13. lib. 1. Rota decis. 294. num. 1. & 3. par. 1. recent.*
2 Et in his terminis Saluiani † intentati contra censum *fuit dictum in Romana Saluiani 15. Aprilis 1622. coram me.*

Neque obstat, quod dos fuerit integrè soluta Augustino per Gasparem, & ideo solutione debiti fuerit
3 † extincta omnis hypotheca *§. 1. Instit. quib. mod. toll. oblig. l. si rem §. omnis ff. de pignorat. act.* Quoniā
4 fuit responsum id verum esse, quoties solutio ipsa † legitimæ facta fuerit, vt declarat *Angel in d. §. 1. num. 1. Instit. quib. mod. toll. oblig.* solutio autem facta per Gasparem non fuit huiusmodi, vigore enim instrumenti dotalis pecunia erat in ipso actu solutionis
5 eroganda † in aliquod inuestimentum rei stabilis, Census, seu locorum montium non vacabilium, quæ perpetuo consisterent pro fundo dotali, & ad fauorem eiusdem Angelicæ, tam dictus Gaspar Pater, quā Notarius expresse fuerunt stipulati, pacto etiam addito, quòd euueniente casu extinctionis dicti Census in fauorem Angelicę specialiter hypothecati illius pretium conuerteretur in emptionem identidem rei immobilis pro assecuratione eiusdem dotis, & propte-
6 rea huiusmodi pactum inuestimenti † in actu solutionis faciendi fuit principaliter adiectum in fauorem Angelicæ, & illi etiam absq; ope alicuius expressæ stipulationis ius quæsitum fuit *l. vnica in princ. & §. accedit C. de rei vxor. act. Dec. cons. 35. num. 1. Pereg. de iur. fisc. lib. 6. tit. 1. num. 22. & de fideic. art. 51. nu. 3. in fin. 54. & 57.* Quod est speciale dotis, vt in illa
7 ius † quæratur absenti contra regulam *l. absenti de donat.* hodie enim ex speciali beneficio Iustiniani ne-
8 dum in promissione facta à † Patre genero de dote inducitur eiusdem dotis donatio in fauorem filiæ, *vt in l. fin. C. de iur. dot. et in l. fin. C. de dot. promiss. Salyc in l. ex morte C. de pact. conuent.* & illi ius dicitur
9 statim perfectè † quæsitum *Angel. in l. quoties ff. sol. matrim. Gabr. cons. 58 num. 9. vers. cum igitur.* Verum etiam pro eadem dote, filia quamuis ignorante
10 & absente ipso iure † inducitur tacita legalis stipulatio, *vt in d. l. vnica in princ. et in §. accedit Peregr. et Dec. loc. cit. et Ioann. Boscheus in tract. de nupt. lib. 4. nu. 3.* sed hic videmur versari extra omnem difficultatem, tum ob expressam stipulationem Patris, & Notarij pro Angelica, tum ob ratificationem eiusdem Angelicæ desumptam ex contractu matrimonij
11 subsequuto inter illam, & Augustinum, & † sic indubitanter ius quæsitum fuit eidem Angelicæ *Dec. d. cons. 35. num. 2. et 3. et Peregr. d. art. 50. 51. in fin. et 54.*

Quo posito necessariò subsequitur huiusmodi pactum in Instrumento dotali ad fauorem Angelicæ
12 appositum non potuisse absque illius † consensu, & solo facto Patris, & viri remitti, & dictum inuestimentum prætermitti in eiusdem Angelicæ præiudi-
13 cium, cuius deterior non potuit fieri conditio † a Patre, & marito post ius illi quæsitum in dote, & pacto *iuxta notata in l. cum à Socero et bene ibi notat Bald. in princ. et l. fin. §. vtramque, ibi liberalitas,* itaque talis remanet vera, & irreuocabilis, *C. de iur. dot. Peregr. dicto art. 51. num. 51. Gabr. cons. 58 num. 5. et 9. lib. 1.*

Et hoc etiam videntur sensisse ipse Gapsar, & Augustinus in Instrumento dotali, quandoquidem ipsi

expreſsè conuenerunt, vt dictus Cenſus eſſet hypothecatus, donec fuiſſet dos integrè ſoluta vt ſupra, (ſunt verba inſtrumenti) Quæ dictio, vt ſupra, eſt
14 † relatiua, & repetitiua præcedentium qualitatum *l. 1. §. hoc edicto, et ibi not. Bart. ff. de poſtulan. Pariſ. conſ. 19. num. 68. lib. 2. Socc. Iun. conſ. 170. num. 33. lib. 2.* Vnde ad extinctionem hypothecæ, & liberationem Gaſparis oporteret oſtendere, quod dos eſſet ſoluta, vt ſupra eſſe ſoluendam, conuenerant partes. Modus autem ſoluendi ſupra expreſſus erat, vt reliqua ſcut. 500. teneretur maritus in actu ſolutionis reinueſtire in re ſtabili pro fundo dotali, & ad fauorē
15 Angelicæ Patre, & Notario † pro ea ſtipulantibus, & conſequenter cum ſolutio non fuerit facta eo modo, vt inter partes eſt in conſeſſo, adhuc hypotheca in dicto Cenſu durat ad fauorem filiæ etiam iuxta intentionem ipſarum partium.

Ex his etiam viſum fuit non applicari concluſionem illam, quod emptor non debeat eſſe ſollicitus,
16 quod pretium erogetur in cauſam expreſſam † niſi ſimus in mutuo vel depoſito, vel vendatur res Eccleſiæ pro debitis ſoluendis *iuxta deciſ. Surd. 156. num. 9. vbi de communi Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 4. cap. 4. num. 20. et 22. Rota deciſ. 581. num. 5. et in eadem cauſa deciſ. 511. numer. 9. et 33. coram Sanctiſs. Greg. XV.* Quia bene procederet ſi res ageretur inter Gaſparem, & Auguſtinum tātum ſufficeret enim Gaſpari ſocero ſoluiſſe dotem, nec inuigilare debuiſ-
17 ſet, vt pecuniæ inueſtirentur, † ſed hic adeſt intereſſe ipſius mulieris, pro qua ſignanter ipſe Pater, & Notarius ſtipulati ſunt; ſcuta 500. ſolui eo modo, quo fuit conuentum, & donec tali modo ſolueretur, hypothecatus fuit cenſus de quo agitur.

Et ita etiam remouetur, quod iſtud pactum inue-
18 ſtiendi videtur remiſſum, dum aliter † ſolutio ſequuta fuit, quam fuit conuentum *ad Ruin. conſ. 46. num. 7. lib. 5.* Quia, quicquid eſſet dicendum inter patrem ſoluentem, & maritum, cui facta fuit ſolutio, non potuit remitti huiuſmodi pactum, & inueſtimentum
19 negligi, & ſic † deterior fieri conditio Angelicæ, in cuius tantum fauorem dictum pactum fuit appoſitū, & quæ ſolutioni difformi à pacto nullatenus cōſēſit.

Nec quidquam etiam facit, quod fideiuſſiones
20 † pro dote ſint prohibitæ *l. 1. et 2. C. ne fideiuſſ. dot. dent.* quia Angelica non agit vigore alicuius fideiuſ-
21 ſionis, ſed agit remedio Saluiani contra Cenſum † in ſpecie hipothecatum, donec dicta ſcuta 500. inueſtirentur in re ſtabili.

Et ita vtraque parte informante, &c.

In eadem cauſa habetur infra in ſequenti Tomo altera deciſio ſub die 7. Februarij 1624. coram eodem clar. me. Merlino vbi Rota ſtetit in deciſis.

R. P. D. VBALDO.

Ciuitatis Caſtellanæ Iuris paſcendi.

Veneris 1. Decembris 1623.

ARGVMENTVM.

Diſpoſitio emanata ad fauorem vnius ex ſocijs prodeſt etiam alteri. Sententia quando eſt lata in rem, prodeſt omnibus eiuſdem rei poſſeſſoribus. Fructus dū non petuntur ratione malæ fidei, tunc non eſt attendendum tempus motæ litis. Periti relationi, quando omnino ſit ſtandum.

SVMMARIVM.

1 *Particeps habetur pro ſocio.*
2 *Diſpoſitio ad fauorem vnius ex ſocijs prodeſt etiam alijs ratione communionis in eadem re.*
3 *Sententia, quando eſt lata in rem, prodeſt etiam conductoribus, et quando nu. 4.*
5 *in Cauſa, quando non poſſit dubitari, quod aliquis fuerit.*
6 *Fructus dum non debentur ratione malæ fidei, tūc initium, et non tempus motæ litis debet attendi.*
7 *Tranſactio ſolum ipſis tranſigentibus nocere debet.*
8 *Confeſſio conſortis non præiudicat alteri litis conſorti.*
Relationi periti de conſenſu partiū electi ſtandum eſt. et num. 10. amplia num. 11.
12 *Fructus ei debentur, ad quem res fructifera ſpectat et à tempore, quo illam aſſecutus eſt.*
13 *Partitæ, quæ non iuſtificantur, non ſunt attendendæ.*
14 *Perſonarum legitimitas ex quibus ſatis dicatur iuſtificata.*

DECISIO CCCCXCVIII.

COMMISSA cauſa in Rota ad inſtantiam Conductorum tenutæ Bagnoli, de qua agitur, contra Communitatem Galleſij ſuper reſtitutione, & liquidatione fructuum à Communitate ex dicta tenuta perceptorum à die motæ litis, & reſoluto quòd Communitas teneatur ad dd. fructuum reſtitutionem ad fauorem illorum de Paparotijs Cunductorum, vt in deciſione 15. Maij 1622.* Nunc dubitaui, An, & ad quam ſummam ſint liquidandi fructus ad fauorem DD. de Vannis; quoad primam partem Domini affirmatiuè reſponderunt; Quamuis enim iſti de Vannis non conduxerint a Monialibus Dominis directis tenutæ, ſed illi de Paparotijs, tamen Curtius de Vannis de conſenſu, & licentia Monialium fuit de anno 1593. aſſumptus in participem conductionis pro tertia parte, & de anno 1603. fuit à Ioanne Baptiſta vno ex quinque de Paparotijs, quibus remanſerant aliæ duæ tertiæ partes affictus, ceſſa eidē Curtio ſua quinta portio, ſaluo, & reſeruato conſenſu, & beneplacito Monialium quatenus opus eſſet, vt in publicis inſtrumentis, de quibus in actis, & in Summario num. 1. & 2. & demum per mortem Bertoldi Paparotij vnius ex illis quinque de anno 1610. prætendit Curtio accreuiſſe hāc quartam partem pro ſua rata, de quo tamen infra. Vnde cum fuerit reſolutum Communitatem teneri ad fructuum reſtitutionem Paparotijs conductoribus, ſequitur vt eadem reſolutio facien. pro Vannis heredibus Curtij
1 qui ſtante dicta † participatione, & ceſſione cum cōſenſu Domini directi, hæredem habuit pro Conductore *l. qui admittitur* à contrario ſenſu *ff. pro ſoc.* prout illum textum inducit *Pariſ. conſ. 82. numer. 4. lib. 1. Rot. Iannuen. deciſ. 173. num. 4. in fin. & fuit de mente Rotæ in cauſa Romana participationis 23. Ianuarij, & 16. Decembris 1616. coram me, & alias*
2 diſpoſitio ad fauorem vnius prodeſt † etiam alijs ratione communionis in eadem re, *l. 1. C. de diuerſ. preſcript. & multis ſimilibus exornat Crauet. conſ. 46. num. 2. Lancellott. de attent. cap. 12. ampliat. 11. nu. 1. & ſeqq.*

Ex quibus non obstat, quod Vanni numquam fuerint in causa, & sic ad eorum fauorem non sit facienda liquidatio fructuum, quia iam fuit resolutum
3 sententiam † latam pro Monialibus tanquam conceptam in rem prodesse etiam conductoribus *iuxt. dec. Put. 11. num. 5. lib. 1. in nou. cum alijs adductis in decis. 3. Decembris 1621. & 13. Maij 1622.* Vnde cũ Vanni sint habendi pro Conductoribus ex supradi-
4 ctis, processus, † & sententia lata pro Monialibus prodest etiam ipsis, & cessat difficultas quoad secundum processum factum inter Conductores, & Communitatem, in quo adest communio, in qua expresse
5 nominantur Vanni cum citatione ad † dicendum contra, & cum legitimo eorum mandato, prout in actis, quamuis ad effectum fructuum de quibus agitur, non sit spectan. initium istius vltimæ litis, cum
6 non debeantur † ex mala fide communitatis inducta per istam vltimam litem, sed vsque ab initio primæ litis cum monialibus, licet hodie petantur in nouo iudicio, *vt firmatum in dicta decisione 13. Maij anni præteriti.*

Neque obstat cõcordia inita cum Paparotijs, quia quatenus illa iustificaretur in facto, illa non potuit
7 † nocere nisi ipsis transigentibus, non autem Vannis in ea nominatis, pro quibus tamen hodie petitur liquidatio fructuum, iuxta doctrinam *Franch. in cap. vna sententia num. 3. vers. sed quæritur 1. de ap-*
8 *lat.* prout nec per confessionem † consortis præiudicatur alteri litis consorti, *vt per Rot. decis. 556. num. 10. coram fel. rec. Greg. XV.*

Quo vero ad secundam partem dubij, videlicet ad quam summam fructus sint liquidandi, in primis Do-
9 mini transibant cum relatione † calculatoris, seu periti de consensu partium electi, qui retulit pretium herbarum tenutæ Bagnoli exactum à Communitate ab anno 1599. motæ litis citra, ascendere ad scuta
10 3923. cui † perito stan. videtur *l. 2. Cod. de vsur. & fruct. legat. gloss. in l. item si vnus § principaliter in vers. auctoritati. in fin. & ibi Bald. in fin. ff. de recept. arbitr. cum alijs per Rot. in Romana Mercodiæ coram me, quæ est decis. 350. num. 1. par. 1. recent. in Romana pretij Viridarij 1. Iulij 1622. etiam coram me, & alias sæpè,* & tanto magis cum Peritus calcu-
11 lauerit super partitis, quæ † partim per ipsam Communitatem in actis productæ fuerunt partim ex eius libris formiter compulsatis extractæ, vt in Summario num. 7. & 8. Stan. igitur calculo, & relatione cum Curtius fuerit assumptus in participem pro tertia parte à Paparotijs Conductoribus, vt supra dictum est, sequitur vt fructus ad fauorem hæredum Curtij sint liquidandi pro dicta quinta parte ad scuta 1307. b. 80.

Præterea cum fuerit etiam supra firmatum Curtiũ esse de anno 1603. quintam partem aliarum duarum tertiarum partium à Io. Baptista Paparotio assecu-
12 tum, inde resultat, vt Curtio debeantur † fructus pro dicta rata à dicto tempore emptionis, & ascendere ad scuta 456. b. 19. idem Peritus censuit.

Superest alia prætẽsio orta ex obitu Bartoldi vnius ex quatuor reliquis superstitibus de Paparotijs, cuius quintam particulam, vel partiunculam ex dictis duabus tertijs prætendit Curtius sibi sicuti cæteris accreuisse, partiunculam peritus taxauit in scutis
13 84. b. 44. sed Domini circa † hanc vltimam prætensionem nihil firmabant, cum non videretur satis iustificata; Ideo circumscripta pro nunc dicta partita concluserunt fructus esse liquidandos pro hæredibus Curtij, primo pro tertia parte totius affictus in scutis 1307. b. 80. secundo pro quinta parte duarum partium ex tribus in scutis 456. b. 19. vt supra, & sic in totum pro scutis 1763. b. 99.

Quod autem personæ actorum de Vannis sint legi-
14 timatæ † tanquam hæredes Curtij dicitur in actis apparere ex testamento Curtij, & ex alijs omnibus actis a procurator ab ijs constituto factis, de quibus in processu.

Et ita decisum, &c.

☞ *Decisio, quæ hic allegatur in hac eadem causa facta sub die 15. Maij 1622. coram eodem bo. me. Vbaldo est supra in hoc Tomo decisio 393.*

REVERENDISS. PIROVANO.

Syracusana Canonicatus.

Veneris 1. Decembris 1623.

ARGVMENTVM.

Clericatus, mors alicuius, & valor beneficij qualiter probentur. Signa possessionis Canonicatus, quæ sint. Confessio plenè probat contra confitentem, & illa quæ fit, per productionem scripturæ, est inretractabilis.

SVMMARIVM.

1 *Clericatus probatur ex literis patentibus Ordinarij.*
2 *Testes probant aliquem fuisse mortuum, si adducant causam scientiæ, scilicet quod viderunt eum mortuum.*
3 *Sensus visus falli non potest.*
4 *Canonicatus possessio ex quibus arguatur.*
5 *Fructus percipere est signum indubitatum veræ possessionis.*
6 *Testes probant, licet non reddant certam rationem sui dicti, si deponant de publica voce, & fama.*
7 *Beneficij valor, benè probatur ex confessione partis.*
8 *Beneficium, quando est receptiuum, in eo non datur vacatio.*
9 *Capitulum, & Episcopus statuere possunt circa numerum Canonicorum.*
10 *Confessio contra enunciantem plenè probat.*
11 *Ex productione scripturæ resultat confessio producentis irrefragabilis.*
12 *Status vltimus in beneficijs, potest substinere collationem, & prouisionem beneficij, & nu. 13.*

DECISIO CCCCXCIX.

DICTVM fuit gratiam Ioannis Baptistæ Piscij eo solo informante esse iustificatam, omnia
1 enim narrata probantur.
1 Quoad clericatum dantur † patentes litteræ sui Ordinarij, quæ solæ fidem faciunt tanquam de concernentibus officium illius. *Gramat. decis. 81.* & *Rot.* semper hanc probationem admittit.

Obitus Ioãnis Corrales similiter probatur ex depositione duorum Testium asserentium d. Ioannem mortuum fuisse de mense Maij, & alter eorum nempè secundus dicit in die vltima mensis, & ambo cau-
2 sam scientiæ † adducunt: quia viderant eum mortuũ,
3 quæ scientia † tanquam de sensu visus falli non potest secun-

secundum *Bart. in l. si quidem, num. 2. C. sol. matrim. Cassad. decis. 3. de probat. Rot. decis. 17. num. 1. et dec. 49. num. 2. par. 2. recent.*

Possessio eiusdem Ioannis dum viueret, & in eadē continuauerit vsq; ad mortem exercendo actus canonicales, & fructus præbendæ, & canonicatus exigendo, probatur ex eisdem testibus super primo articulo examinatis cum expressione causæ; quia viderunt illum facere actus ad canonicum spectantes per 20. fe-
4 rè annos continuos, vsque dum obijt † assistendo in Choro, in Stallo sui canonicatus, & in capitulo sedendo inter alios Canonicos, & fructus canonicatus
5 percipiendo, quod est signum † indubitatum veræ possessionis, *Cæs. de Graff. decis. 10. numer. 3. de caus. possess. et propr. et dec. 21. nu. 7. de prob.*

Valor etiam beneficij expressus in 24. & cum distributionibus per non excessum in 90. ducat. de Camera bene iustificatur ex depositione eorumdem testium super 3. art. hoc in specie affirmantium in vtroque casu fructus nunquam excessisse, & quam-
6 uis certam rationem eorum dicti non reddant, † attamen cū de publica voce, & fama id affirment, probatio redditur sufficiens, *Caputaq. decis. 277. num. 8. lib. 1. Rot. decis. 298. num. 1. par. 1. diuers. et dec. 572. num. 3. par. 1. in recent.* Sed nihilominus coadiuuantur illorum depositiones ex confessione Capituli, & Canonicorum eiusdem Ecclesiæ in articulis emanata in quibus posuerunt fructus ex incerto prouenire, &
7 vix ad 50. ducat. illius monetæ ascendere, quæ † cōfessio de per se sufficeret ad dictum effectum *Aegid. decis. 268. Rot. decis. 101. num. 3. et 7. par. 1. recent.*

Superest iustificatio vacationis, quæ maiorem difficultatem continet, cum alias coram bo. me. Iusto fuerit in simili causa Syracusana resolutum 24. Nouemb. 1599. Ecclesiam hanc esse receptiuam, non autem numeratam, & deinde coram me die 17. Martij & 3. Iulij subsequentis anni præsentis 1623. idem
8 fuerit firmatum; † Vnde sequebatur non dari vacationem; sed vt primum moritur Beneficatus, extinguatur beneficium *cap. ex parte Asten. de concess. preb. Ægid. decis. 13. Anchar. in cap. Si gratiosè, nu. 5. de rescript. in 6. cum alijs* in dictis decisionibus allegatis, & narratiuam in hac parte remanere iniustificabilem.

Quibus tamen non obstan. Domini adhuc senserūt narratiuam Vacationis bene probari.

Quia quicquid sit ante annum 1602. in quo posset verificari decisio supradicta, coram bo. me. Iusto sub die 24. Nouemb. 1599. attamen post deputationem Rabalij Apostolici Vicarij, & Visitatoris vigore Breuis sanctæ mem. Clementis VIII. sub data 14. Septembris 1601. apparet eandem Ecclesiam esse numeratam ex ordinatione, & decreto eiusdem Visitatoris, de quo in Epistola Sacræ Congregationi Episcoporum transmissa de dicto anno 1602. cuius sumptum datum fuit, & de hac reductione, & numero determinato sub decreto dicti Visitatoris Rabalij deponunt etiam testes dati de auditu tamen ab alijs, & ex literis responsiuis eiusdem Sacræ Congregationis, in quibus asseritur, quod patres illi viderunt Extractum Visitationis ab eodem Rabalio Visitatore transmissum, & hanc veritatem fatetur Episcopus Ioseph Saladinus in Instrumento 24. Iulij 1605. quod datum fuit, in quo enunciat Visitationem Cathedralis Ecclesiæ factam per Visitatorem Rabalium & in ea fecisse quamplures constitutiones certum numerum Canonicatuum constituentes, prout in nota eiusmodi Visitationis, ad quam habebat relationem, ex qua facti serie inferuntur: Primo, quod constet de facultate Rabalij Visitatoris, & Commissarij Apostolici statuendi certum numerum Canonicorum, cum vigore Breuis supradictę facultates Episcopi etiam fuerint translatæ, cui sicuti licuisset cum
9 † Capitulo certum numerum Canonicorum statuere *cap. 2. de instit. Imol. ibidem num. 11. & Hostien. & Abb. notant,* eodem modo potuit, & Vicarius Apostolicus cum consensu Capituli approbantis huiusmodi reductionem. Secundò, quod verè facta fuerit constitutio super reductione numeri Canonicorum, quia eandem fatetur Episcopus Ioseph in narratiua supradicti Instrumenti, quæ confessio contra enun-
10 ciantem solet † plenè probare *l. cum te la secunda, C. de transact.* maximè in scriptura redacta, quæ absente parte probat *l. desiderium, C. deposit. vbi Bald. Crem. sing. 105. Gabr. de confess. conclus. 1. num. 68.* & quod magis est ab eodem Capitulo producta, ex
11 qua productione confessio irretractabilis † efficitur propter expressam approbationem, quæ ex illo actu oritur *cap. cum Venerabilis de except. Rot. de fid. instrum. in nou. decis. 2. Surd. latissimè comprobans decis. 267. num. 1.*

Ex quibus omnibus patet responsio ad supradictas decisiones, coram me in alia causa Syracusana Canonicatus, quia in prædictis fuit præsuppositum quod Ecclesia Syracusana esset receptiua, & non numerata, & quod de contrario non appareret ex constitutionibus factis per Vicarium, & Visitatorem Rabalium postquam de decreto illius, & sententia non appareret, quod hodie sublatum videtur ex cōfessione Episcopi, & alijs supra deductis.

Neque obstat quod reuocatio constitutionum Vicarij Rabalij facta per eundem Episcopum, quia aut irreleuans est defectu potestatis, & iurisdictionis in reuocando, quod valide factum fuit per Capitulum, & Vicarium Apostolicum, & vices Episcopi tenente, aut dum disputatur de eiusmodi validitate non potest impediri quasi possessio Status Ecclesiæ numeratæ, quæ probatur ex collationibus post constitutiones prædictas subsecutis ab anno 1602. vsque ad
12 annum 1613. quæ datæ fuerunt, & † solus tanquam vltimus potest sustinere collationem, & prouisionē, de qua agitur, *c. consultationibus de Iurepatr. Rot. in antiq. decis. 14. eod. tit. & decis. 435. & 515. part. 2. in recent.*

Prædictis accedit gratia perinde valere producta per Ioannem Baptistam, per quam Papa vult primā gratiam valere; ac si narratum fuisset, quod in dicta Ecclesia nullus adesset præfixus Canonicorum numerus; ex qua narratiua cum dignoscatur Papam intellexisse Ecclesiam esse receptiuam, non autem numeratam, & nihilominus voluit primam gratiam
13 valere, † collatio exinde secuta sustinebitur *cap. ex parte Asten. de concess. preb.* Vbi videtur esse casus de hoc, *& Hostien. notat, ac Rot. in his terminis firmauit in Calaguritana Beneficij de Zenizero 30. Octob. 1585. coram bo. mem. Cardin. Pamphilio, quæ data fuit.* Et ita fuit, &c.

Confirmata fuit hæc decisio in eadem causa sub die 26. Februarij 1624. coram eod. bo. me. Pirouano est infra in sequenti Tomo.

R.P.D.

R. P. D. VBALDO.
Feretrana Pensionis.
Lunæ 4. Decembris 1623.

ARGVMENTVM.

Onus probandi, quod remaneat centum pro Rectore, quando incumbat ipsi pensionario, & quando ipse minime dici possit, probasse talem conditionem, ita vt Rector eximendus sit à solutione dictæ pensionis.

SVMMARIVM.

1 *Pensio si sit reseruata cum clausula dummodo remaneant centum pro Rectore, si sit apposita ipsi dispositioni non autem executioni, tunc pensionarius tenetur illam iustificare.*
2 *Et quidem plenè, & concludenter.*
3 *Testes deponentes super fructibus alicuius beneficij quid distinguere debeant.*
4 *Pensio debetur ex fructibus Ecclesiæ in literis expressæ non autem alterius.*
5 *Testibus numero pluribus magis est credendum.*
6 *Testes si deponant contra inducentem, tunc multo magis probant. nu. 36.*
7 *Testis, qui in suo dicto non concludit non attenditur.*
8 *Testis si nullam suæ scientiæ rationem, seu causam adducat, non probat.*
9 *Vnio debet probari modis de iure approbatis.*
10 *Hospitale, quando est annexum, seu vnitum æquè principaliter Ecclesiæ, tunc venit appellatione Beneficij, seu Ecclesiæ.*
11 *Super Vnione nihil firmari potest, nisi ea exhibeatur.*
12 *Vnio aliqua si sit facta post reseruationem pensionis non potest dici esse reseruata super fructibus beneficij vniti, si adhuc non erat vnitum.*
13 *Pensionarius, vt validè probet centum remanere pro Rectore, est necesse d. probationem percutere tempus reseruationis pensionis & nu. 19.*
14 *Temporis cursu ea, quæ mutabilia sunt, non præsumuntur durare in eodem statu, maxime interueniente longo temporis interuallo.*
15 *Valor alicuius rei non potest dici probatus, nisi deductis expensis.*
17 *Testis deponens de facto proprio fortius probat.*
18 *Testes si deponant de diuersis summis, omnes videntur concordare in minori.*

DECISIO D.

DOMINI permanserunt in decisis in hac causa 19. Decembris anni preteriti.* Dionysius enim pensionarius sustinet onus probandi, quod remaneant centum ducati liberi annuatim pro Rectore, cum pensio sit reseruata cum clausula, dummo-
1 do, † apposita ipsi dispositioni, non autem executioni, quo casu censetur conditionalis, & pensionarius tenetur iustificare. *Seraph. decis.* 1017. *num.* 4. cum alijs adductis in decisione de qua agitur. Et quidem
2 plenè, † & concludenter; *Rota in his terminis decis.* 380. *in fin. par.* 1. *diuers.* Quæ probatio non videbatur adesse, nec per testes in partibus examinatos, qui bus adduntur duo examinati in Curia, & de mandato Rotæ ad partes positi, nec per alia iura producta, fundamentum præcipuum resolutionis fuit, quod ista parochialis Ecclesia sub titulo Archipresbyteratus in insigni Oppido S. Marini Feretranæ Diœcesis, habet hospitale pro infirmis, & peregrinis recipiendis concessum in administrationem Rectori d. Ecclesiæ, vt testes deponunt cuius Hospitalis dicũtur esse plurima bona stabilia ab Ecclesia possessa, vt
3 dicunt testes in Summario Rectoris num. 1. Et cum pẽsio sit reseruata super fructibus Ecclesiæ Parochialis, & ex dictis fructibus debeant remanere centum ducati liberi pro Rectore, vt expresse sonant verba reseruationis, sequitur vt nisi distinctè appareat, qui sint fructus bonorum Ecclesiæ, non possit dici sufficienter constare, quod remaneant centum ex reditibus bonorum Ecclesiæ; † cum pensio debeatur ex
4 fructibus Ecclesiæ in litteris expressæ non autem alterius, *iuxta cons. Paul. Castr.* 338. *num.* 3. *lib.* 1. *quod sequitur Caccialup. in tract. de pens. quæst.* 16. *num.* 1, 2. & 3. *cum alijs per Card. Mant. decis.* 224. *nu.* 2.

Non obstant testes in Curia examinati qui deponunt bona esse ipsius Ecclesiæ non autem Hospitalis, vt in Summario Dionysij, num. vlt. Quia præter exceptiones quas patiuntur, de quibus per informantes pro Rectore, conquassantur ex testibus Rectoris, vt
5 supra deponentibus † qui sunt numero plures *Gabr. in tit de test. conclus.* 4. *num.* 50. *Rot. decis.* 315. *num.* 8. & *decis.* 459. *numer.* 4. *par.* 1. *recent.* & *decis.* 536. *num.* 2. *par.* 2. & sunt inducti ab ipso pensionario, qui
6 eò magis probant †contra ipsum *l. si quis testibus, G. de test.* Rot. *decis.* 167. *num.* 28. & *decis.* 182 *numer.* 7. *part.* 1. *recent.* & *decis.* 109 *num.* 5. *par.* 2. Vltrà quod primus ex illis examinatis in Curia iuxtà 18. dicit scire esse bona Ecclesiæ, & non Hospitalis, eo quia Archipresbyteri pro tempore perceperunt, & per-
7 cipiunt ex ijs fructibus, quæ ratio † non concludit, cum perceptio quoad bona Hospitalis spectaret ad Archipresbyterum ratione administrationis illi con-
8 cessæ vt dictum est; Alter verò testis nullam † planè reddit causam scientiæ, & sic neuter probat *Aymon. cons.* 2. *num.* 4. *Rot dec.* 43. *num.* 2. & *decis.* 550. *num.* 3 *par.* 1. *recent.*

Non obstat prætensa vnio, seu annexio Hospitalis ipsi Ecclesiæ parochiali; Quia omisso an vnio pro-
9 betur † modis de iure approbatis de quibus *per Felyn cons.* 2. *num.* 12. 13 16. & 21. *Rot. decis.* 233. *num.* 5. & *decis.* 626. *num* 1. & *seqq. par.* 1. *recent.* & *decis.* 672. *num.* 6. & *decis.* 724. *num.* 1. & *seqq. part.* 2. Et quicquid esset dicendum an Hospitale fuerit annexũ,
10 seu vnitum æquæ principaliter, quo casu † non veniret appellatione Ecclesiæ, vel beneficii *Imol. in Clem. per literas, num.* 16. *vers. Si verò non apparet de præbend. Mil. in repert. In verb. Hospitalia, licet habeant num.* 5. *Rot. decis.* 114. *num.* 8. *part.* 2. *diuers.* Et consequẽter pensio reseruata super fructibus Ecclesiæ, non diceretur reseruata super fructibus Hospitalis, vel accessoriè, & extinctiuè, de quo nihil
11 firmari potest cum † vnio non exhibeatur; Visa est cessare difficultas ex quo asserta vnio fuit facta post
12 reseruationem pensionis, vndè † non potuit esse reseruata super fructibus bonorum Hospitalis, si adhuc non erat vnitum.

Præterea nec valor fructuum Ecclesiæ de quibus agitur, videbatur probatus ex scripturis, & testibus datis, nam quoad scripturas dantur duo Inuentaria bonorum huius Ecclesiæ, alterum de anno 1566, alterum de anno 1590. confecta, & vtrumque extractum, & compulsatum ex Archiuio Ecclesiæ Feretranæ,

tranæ, & in vtroque describũtur bona, & redditus annui istius plebis, seu Archipresbyteratus, & in vlt. adest assertio iurata tunc Rectoris, qui tantam quantitatem fructuum exegit, quanta ibi describitur, sed fuit responsum, Primò neutrum percutere tempus
13 † reseruationis pensionis de qua agitur, prout est necessarium *ad cons. Oldrad* 58. *Cassad. decis.* 19. *in fin. super reg. Caputaq. decis.* 330. *part.* 3. *Rot. dec.* 37. *nu.* 1. *decis.* 176. *num.* 2. *decis.* 179. *num.* 8. *& decis.* 444. *nu.* 4. *par.* 2. *recent.*

Et confirmatur tùm ex præsumptione Iuris, quod
14 eã quæ cursu temporis sunt mutabilia, non † præsumuntur durare in eodem statu maximè tanto spatio temporis, quantum intercessit à primo, & secũdo Inuentario ad annum 1610. quo fuit reseruata pensio; *Caputaq. decis.* 330. *num.* 2. *& 3. par.* 3. tùm ex testibus deponentibus de notabili diminutione bonorum, & redditũ Ecclesiæ propter vineas amissas, arundineta, arbores incisas, domos ruinam minantes, & alia de quibus in Summario Rectoris numero vltimo.

Secundo fuit responsum ista Inuentaria non continere onera Ecclesiæ, & Hospitalis, quæ tamẽ mul-
15 ta sunt, & certum † est non posse dici probatum valorem, nisi deductis oneribus *Felyn. in cap. ad aures num.* 13. *in* 12. *conclus. de rescript. Cassad. decis.* 9. *de præb. Rot decis.* 189. *num.* 2. *par.* 1. *diuers. d decis.* 444. *num.* 4. *in fin. & decis.* 736. *num.* 3. *par.* 2. *recent.*

Quo verò ad testes, ex eorum dictis firmanda inprimis est quantitas reddituum annorum, deinde illorum prætium, tertio onera, & illorum æstimatio. Quoad primum testes discordant in quantitate frumenti, quod colligitur ex decimis, & ex terris Ecclesiæ. Nam pro pensionario prætenditur probatã esse quantitatem in mastellis, vt vocant grani annuis 140. vt in eius Summario, num. 2. vsque ad septimũ, quæ tamen probatio valdè debilitatur ex depositio-
16 ne 16. testis pro eodem † pensionario inducti, qui quoad decimas dicit, non exigi nisi annuatim mastellos 68. frumenti deductis deducendis, vt in Summario Rectoris, num. 29. Et tamen ex aduerso testes dicunt decimam ascendere ad mastellos 80. Quorum dictum potest procedere quoad debitum decimarũ, sed non quoad actualem exactionem, & cum iste te-
17 stis deponant de facto proprio, † cum fuerit exactor per octo annos eo magis probat *Caputaq. decis.* 267. *&* 271. *num.* 3. *par.* 3. *fuit dictum in Cusentina pensionis* 11. *Martij* 1616. *&* 12. *Februarij* 1618. *corã me, & sæpè aliàs.* Ex prædijs verò quæ sunt omninò tria, Lisignani, Gualdi, & Massarettæ firmanda
18 videtur minor quantitas, † in qua omnes testes concordant, iuxtà stylum Rotæ, & sic in mastellis 39. Frumenti annuis, vt per testes, qui fuerunt coloni dictarum terrarum dicto Summario num. 29. Et sic in totum frumenti quantitas annua firmabatur in mastellis 107.

Non obstat confessio Rectoris, de qua in secundo
19 Inuentario facto de anno 1590. † quia de eo tempore non infertur ad tempus reseruationis pensionis vt supra dictum est.

Quoad alios fructus accipiendo minorem summã, illi consistunt in Vini salmis 25. hordei mastellis quatuor, fascinarum quas vocant tribus milliaribus, olei cado vno circiter, lini libre centum vel circa.

Quorum fructuum pretium etiam vario modo æstimatur per testes, nam dati pro parte Rectoris deponũt de scuto vno pro singulis mastellis, vt in eius Summario num. 28. Alij verò dati pro pensionario dicunt frumentum ab anno 1612. vsque ad tempus sui examinis fuisse venditũ, Iul. 15. & vltra pro mastello, vt in Summario Dionysij, num. 8. Vnde videbatur posse firmari medium pretium in Iul. 12. de quo etiam deponit secundus testis in Curia examinatus, vt d. num. 8.

Circa pretium vini, etiam variant testes; nam dati pro Rectore deponunt de medio scuto pro qua-
20 libet salma, † sed de auditu, & per relationem ad quosdam libros, vt Summario Rectoris num. 8. Ideò videtur magis attendenda depositio aliorum, qui deponunt de scuto vno ad minus, vt in Summario Dionysij, num. 10.

De pretio hordei non affertur probatio, nisi dictũ
21 vnius testis, quod interdum † valuit 40. bologninis *il mastello*, vt Summario Rectoris num. 28. in fin. Superest pretium olei, fascinarum, lini, de quo deponunt testes in Summario Dionysij num. 12. 13. & 15. & potest firmari in minori summa, vt supra, oleum in scutis 10. pro salma, & sic scutis quinque pro singulis cadis; De pretio fascinarum in Iulijs quinque pro singulis centenarijs, deponit tantum vnus testis in Summario Dionysij num 5. De pretio lini, *vngrosso la libra*, idem solus testis dicto Summario num. 15. Et sic quoad hæc imperfecta est probatio.

Qui omnes fructus certè excedunt summam scutis centum, cum solum frumentum, & vinum in quantitate vt supra appretiata, ascendat ad summam scutorum 153. baioc. 40. Quibus si addantur pretia olei, fascinarum, & lini in scut. 25. circiter fructus in totum erunt scut. 178.

Ideò vis tota consistit in oneribus, & eorum
22 æstimatione, & quidem quod adsint † onera Capellani, Clerici, Candelarum in festo Purificationis Beatæ Mariæ, manutentionis Sacristiæ, Catedratici, Prædicatoris, visitationis Episcopi, Hospitalis pro Infirmis, Peregrinis transeuntibus, necnon impensæ onerum Cameralium, Organi, & alias plures latè deducunt testes pro vtraque parte dati: Et esse similia onera deducenda ad effectum, de quo agitur, *fuit sæpè decisum, & signanter in Cremonen. pensionis* 28. *Maij* 1618. *coram R. P. D. meo Gaualerio, & in Romana pensionum* 6. *Nouembris* 1619. *coram R. P. D. meo Buratto.*

Quo vero ad eorum onerum æstimationem, de ea deponunt testes in Summario Dionysij num. 19. & pluribus sequentibus, licet pro parte Rectoris prætendatur eam esse liquidam: Sed quicquid sit videbatur cessare difficultas, ex quo informantes ipsi pro pensionario admittebant onera importare scuta annua 93. baioc. 50. Quæ si demantur ex summa fructuum supra firmata in scutis 178. vel circa apparet non remanere centum pro Rectore.

Ex quibus Domini permanserunt in decisis.

* *Decisio hæc in causa emanata sub die* 19. *Decembris præcedentis anni* 1622. *coram eodem bo. mem. Fransisco Vbaldo, est supra in hoc Tomo decisio* 441.



RE-

REVERENDISS. D. VNOZETTO ARCHIEPISCOPO SELEVCIEN.

Bononien. Legati.

Veneris 8. Decembris 1623.

ARGVMENTVM.

Testamenti executio non est retardanda, prætextu falsitatis, nisi incontinenti probandæ, quando illud fuit recognitum, & nec est abolitum, nec cancellatum, quod procedit etiam si in diuerso iudicio, in quo tamen ille, qui petit testamenti executionem, non fuit citatus, tale testamentum falsum fuit declaratum, & Notarius in pœnam vltimi supplicij fuit condemnatus, ac prædicta sententia executioni demandata. Notarij confessio, quod confecerit instrumentum falsum, non præiudicat tertio, nec ipsi instrumento.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum, quando est recognitum, & non est abolitum, nec cancellatum, non debet retardari eius executio prætextu falsitatis, nisi ea in continenti doceatur.*

2 *Sententia, vt aliquem afficiat, debet pro eius interesse in causa citari.*

3 *Sententia lata in iudicio criminali, per quam instrumentum fuit declaratum falsum, non potest præiudicare alteri dicto instrumento vtenti.*

4 *Rota, ex antiquo, & laudatissimo stylo tenet, vt sententia sine actis non probet, etiam ad effectum exceptionis.*

5 *Notarij confessio, quod falsum instrumentum condidit, non præiudicat instrumento.*

6 *Confessio vnius non debet alteri nocere.*

7 *Notario asserenti, se falsum instrumentum fabricasse, non statur.*

8 *Sententia super falsitate instrumenti contra Notarium lata, an præiudicet tertio.*

9 *Iudex ferre debet sententiam secundum allegata, & probata, & non secundum scientiam priuatã.*

10 *Testamentum, quod fuerit falsum, probari potest ex multis adminiculis, & coniecturis.*

11 *Instrumento publico, vt fides tollatur, non sufficiunt coniecturæ.*

12 *Coniecturæ, quæ magis præponderant in concursu veniunt attendendæ.*

DECISIO DI.

ADMINISTRATORES Hospitalis Mendicantium Bononiæ egerunt coram Vicario Illustrissimi Archepiscopi Bononien. pro consequutione legati ducat. trium millium, vigore testamenti q. Comitis Herculis Fontanæ contra Comitem Ioannem Mariam hæredem d. Herculis testatoris, obtinueruntq. decretum de exequendo, qua lite pendente, Procurator fiscalis Serenifs. Ducis Mutinæ prætendens testamentum productum in actis coram R.D. Vicario esse falsum coram Iudice Ciuitatis Mutinen. prosecutus est iudicium criminale falsitatis non citatis, neque vocatis dd. Administratoribus contra Henricum Bedinam Notarium rogatum, contra quem lata fuit sententia capitalis, per quam supradictum testamentum fuit declaratum falsum, & ipse in pœnam vltimi supplicij fuit condemnatus, quæ sententia postea fuit exequutioni demandata, qua vna cum confessione d. Notarij coram dicto Vicario producta d. Comes Ioannes Maria obtinuit sententiam absolutoriam, à qua pro parte dd. Administratorum fuit appellatum, causaq. mihi in Rota commissa. Dubitaui, vtrum sententia de partibus esset confirmanda, vel infirmanda, quo dubio proposito pro infirmatione dictæ sententiæ responderunt.

Moti sunt ea præcipuè ratione, quia dicti Administratores habent intentionem fundatam super te-
1 stamento † recognito non abolito, nec cancellato. Vnde non debet retardari eius exequutio sub prætextu falsitatis, nisi in continenti doceatur. *l. 2. vbi glos. l. falsum. & ibi Bart. num. 2. Salic. Alex. Ias. & alij C. de edict. Diu. Adr. tollen.* cum alijs fusè cumulatis per *Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 8. & fuit in terminis decisum in vna Ciuitatis Castellanæ hæreditatis 17. Aprilis 1612. & 13. Iunij 1613. coram R.P.D. meo Caualerio.*

Nec visum fuit hanc exceptionem falsitatis satis probatam per sententiam in iudicio criminali latam. Tum quia lite pendente debuerunt dicti Admini-
2 stratores pro interesse ipsorum † in illo iudicio Mutinæ facto citari ad hoc vt ipsos afficiat, tum etiam quia regulariter sententia lata in iudicio criminali,
3 per quam instrumentum fuit † declaratum falsum non potest præiudicare alteri dicto instrumento vtenti per *tex. express. in l. 2. C. de fid. instrum. Bart. in l. denunciasse. §. quæritur ff. de adulter. Rolan. cons. 13. num. 14. vol. 2. Clar. in prax. crim. §. falsum n. 13. Boss. in tit. de falsit. tit. 12. Menoch. cons. 49. num. 12. & seq. Surd. cons. 173. num. 81. & decis. 135. num. 3. Seraph. decis. 723. num. 12. & decis. 639. par. 2. in recent. & fuit dictum in vna Romana vineæ de Carcarasio 24. Ianuarij 1622. confirmata 17. Martij 1623 coram Vbaldo.*

Quod magis est dicendum, quia de antiquo, &
4 laudatissimo † Rotæ stylo sententia sine actis non probat, nec etiam ad effectum exceptionis. *Mobed. decis. 3. num. 1. & 2. de test. Seraph. d. decis. 615. nu. 6. & 723. num. 12. & d. decis. 639. par. 2. in rec.*

Non obstat confessio Notarij rogati de instrumẽ-
5 to, qui fatetur se falsum † instrumentum condidisse, nam non obstante eius confessione standum est in-
6 strumento, tum quia vnius confessio † non debet alteri nocere *l. duobus §. 1. vbi Ias. de iur.* tum quia
7 non statur † dicto Notarij asserentis se falsum instrumentum fabricasse. *Specul. in tit. de Instr. edit. §. postremo vers. nunquid. Castr. in l. Seia mancipia, ff. ad Vell. cum cumulat. per Rol. cons. 13. num. 15. & cons. 58. num. 11. vol. 2. Surd. cons. 173. num. 8. & decis. 135. num. 2. Seraph. decis. 1300. num. 4. & 5.*

Non obstat *cons. Bald. 252.* quia ipsemet *Bald.* se-
8 cundum † regulas Iuris fatetur, sententiam super falsitate contra Notarium latam non nocere tertio, sed consuluit Iudicem teneri secundum allegata, & pro-
9 bata sententiam ferre, † & non secundum scientiam priuatam, *vt post Sanctum Ambrosium, & Augustinum tradit Sanctus Thomas 2. 2. q. 47. art. 2. per tot.*

Nec obstare visum fuit quod dicitur adesse multa adminicula, & coniecturas, ex quibus dictæ senten-
10 tiæ criminali, etiã potest à Iudice fides adhiberi † cũ verisimile non sit testamentum factum fuisse in hospitio, *luogo detto S. Cesareo*, Status Mutinen. & nõ in Ciuitate Bononiæ, & quod omnes testes sint præmor-

mortui, antequam testamentum fuerit in iudicio exhibitum.

Quia placuit responsio data *à Surd. d. cons. 173. num. 86. & 87.* vbi respondet supradictis, & fortioribus

11 † præsumptionibus, quæ non sufficiunt ad tollendam fidem instrumenti publici, nec ad adminiculandam confessionem Notarij in præiudicium tertij.

Quo verò ad alias coniecturas per informãtes pro D. Comite adductas visæ sunt admodum leues præcipuè cum pro parte Administratorũ fuerint multa

12 in facto, & summario † deducta, quæ præponderant præsumptionibus pro parte dicti Comitis adductis.

Et ex his vtraque parte informante ita fuit decisum &c.

R. P. D. VBALDO.

Anconitana Prædij.

Lunæ 11. Decembris 1623.

ARGVMENTVM.

Fratres, & sorores pro virili de iure communi admittuntur ad successionem eorum matris. Statuta exclusiua fœminarum propter masculos, cum sint correctoria Iuris communis, ideoque strictè interpretanda veniunt, vnde excludens sorores propter fratres, debet intelligi de fratribus vtrinque coniunctis, non autem de vterinis tantum. Mandati executio non dicitur excessiua, quando quis est immissus in possessionem totius rei, licet ei tantum pars perueniebat, quando ille pro indiuiso immittendus erat, cum in qualibet rei gleba pars debeatur. Ad possessionem capiendam tunc requiritur speciale mandatum, quando sumus in beneficialibus, secus in prophanis.

SVMMARIVM.

1 *ad Matris successionem æquè admittuntur tam masculi, quàm fœminæ pro virili.*

2 *Statuta exclusiua fœminarum, cum sint correctoria iuris communis, debent strictè interpretari.*

3 *Statutum excludens à successione parentum sorores propter fratres, intelligendum est de fratribus vtrinque coniunctis, non autem vterinis tantum.*

4 *Quæ opinio vera est, reprobatis contrarium sentientibus, eamq. sæpius secuta est Rota.*

5 *de Reintegratione, & Spolio, quando agitur, necessè est docere de primo extremo plenè, & concludenter.*

6 *in Spolio primum extremum, ex quo dicatur plenè probatum.*

7 *Possessio naturalis, & ciuilis sine dubio alicui acquiritur ex facto Iudicis ritè, & rectè procedentis.*

8 *Executio, quando est excessiua, est nulla.*

9 *Possessio alicuius rei, quando alicui pro indiuiso datur, id fieri nequit, nisi immittatur in possessionem totius rei, cum in qualibet gleba debeat habere partem suam.*

10 *Dispositiones debent intelligi cum suis qualitatibus.*

11 *Mandatum ne sit excessiuum, facienda est interpretatio.*

12 *Mandatum speciale requiritur ad capiendam possessionem.*

13 *ad Possessionem capiendam tunc requiritur speciale mandatum, quando sumus in beneficialibus, secus vero in prophanis.*

14 *Obiectiones, quæ ex facto tolluntur, non est de eis curandum.*

15 *Oppositio legitimationis personarum, quando non sit attendenda.*

DECISIO DII.

IN decisione in hac causa facta 1. Iulij 1619. Rota firmauit intrare arbitrium pro sanatione nullitatum, quæ allegabantur contra lauda, & sententias in causa latas, dum tamen vltima sententia esset iusta. Vnde dubio super iustitia dictæ sententiæ proposito die 20. Decembris 1621. Domini mandarunt, vt strictè informaretur super primo extremo, & tandem hodie 11. Decembris 1623. responderunt, vltimam sententiam esse iustam, illa enim confirmauit sentẽtiam Rotæ Maceraten. quoad tres partes Prædij Ronzani debitas Dianæ, vel eius Procuratori Domino litis effecto, licet per dictam Rotam fuisset ad totum Prædium reintegratus, & quoad partem sententiæ confirmatam iustitia apparet ex eo, quia tertius Arbiter inter partes electus pronũciauerat esse restituendas dd. tres partes prædicti fundi eidem Dianæ proprio nomine, & vti donatariæ aliarum duarum sororum ex dote Mauritiæ matris suæ. Vincentium vero secundũ virum eiusdem Mauritiæ posse retinere duas alias partes eiusdem fundi pro Stephano, & Catherina eiusdem filijs ex secundo matrimonio, & d. maternam hæreditatem diuiden. esse in capita inter filios primi, & secundi matrimonij, & istud laudum fuit iustum. Quia de iure communi certum est ad successionem matris æquè

1 admitti † ab intestato omnes filios tam masculos, quam fœminas pro virili. *l. maximum vitium C. de lib. præt. §. si quis igitur descendentium Auth. de hæred. ab intest. ven. auth. in successione C. de suis. & legit.*

Non obstat statutum Anconitanum, quod extan-

2 tibus masculis fœminas excludit, † quia cum sit correctorium iuris communis, debet strictè interpretari, & propterea debet intelligi de fratribus vtrinque

3 coniunctis, non † autem de vterinis, qualis est Stephanus respectu Dianæ, & sororum ex primo matrimonio. *Bald. cons. 316. lib. 2. Socc. cons. 84. num. 1. in fine, & seqq. lib. 1. Brun. in tract. de stat. quod stan. masculis. art. 12. num. 250. & seqq.* & hanc opinionem reprobato *Gabr. cons. 15. num. 40. & seqq. lib. 1. & cons. 18. num. 44. lib. 2. & Honded. cons. 1. lib. 2.*

4 tenuit *Rota in causa firmana pecuniaria 10. Iunij 1615. coram R. P. D. meo Verospio, quæ est decis. 461. num. 6. & 7.* vbi de communi *par. 2. recent.* quæ fuit confirmata *27. Ianuarij 1616. coram eodem, & est decis. 563. par. 1. recent. & in Camerinen. seu Callien. bonorum 26. Iunij 1617. coram Reuerendiss. Seleucien. & vltimo loco in Romana legitimæ 25. Iunij 1618. coram R. P. D. meo Remboldo.*

Prædictum laudum fuit exequutioni mandatum ab Illustriss. D. Cardinali Sabello, tunc Gubernatore Anconæ, & Diana immissa in possessionem, mediante suo Procuratore dicti fundi pro dictis tribus partibus, & pro alijs duabus habuit mandatum exequutiuum pro fructibus, & expensis, & licet fuerit, postea inde eiecta per sententiam R. P. D. Lancellotti, & postea reintegrata per sententiam Rotæ Maceraten. Tamen dictæ Rotæ sententia fuit reuocata per R. P. D. Pallottam, & tandem per vltimam

mam sententiam, de qua agitur, fuit confirmata sententia Rotæ, quoad tres partes iuxta dispositionem dicti laudi, vt supra dixi; vnde cum tractetur de
5 reintegratione, & † spolio, est necesse docere de primo extremo, quod est plene, & concludenter probari. *Rota decis. 165. num. 1. par. 2. diuers. & decis. 561. num. 5 par. 1. recent. & decis. 729. num. 1. par. 1. & sæpissimè in alijs.*
6 De dicto autem primo extremo † constare Dominis videbatur, quia Diana fuit immissa, vt dictum est, vigore decreti Gubernatoris in executionem dicti laudi in possessionem dicti fundi pro tribus partibus, mediante quodam Basilio eius legitimo Procuratore, *vt in Summar. num. 5. & 6.* Vnde non est
7 dubitan. quin auctoritate Iudicis ritè, † & rectè procedentis fuerit illi acquisita naturalis, & ciuilis possessio, cum priuatione præcedentis possessoris. *l. Iuste possidet, ff. de acquir. possess. Ang. in l. clam possidere, §. qui ad nundinas, & ibi Ias. num. 20. eodem tit. Rota decis. 802. num. 7. par. 1. diuers. Mohed. decis. 4. sub num. 4. ff. de restit spol. Rota in Augusten. hospitalis 21. Febr. 1611. coram me, quæ est decis. 293. num. 4. par. 1. recent. & sæpe in alijs.*
Non obstat quod tam decretum quàm exequu-
8 tio fuerit † excessiua, cum emanauerit super toto prædio, & tamen lauda quibus dabatur exequutio erant super adiudicatione trium tantum partium, vt supra dictum est, quia respondebatur, quod cum illa possessio esset Dianæ danda pro indiuiso pro tri-
9 bus partibus, non potuit † nisi tradi, & capi possessio fundi, cum in qualibet gleba Diana haberet tres partes pro indiuiso, iuxta notata per *Bart. in l. serui electione §. 1. & ibi Ias. num. 17. & seq. ff. de legat. 1. Lancellott. de attent. par. 2. cap. 4. lim. 1. num. 80. & 81.* & ita debet intelligi decretum, & mandatum Illustriss. Sabelli, præsertim cum habeant expressam relationem ad lauda in fauorem Dianæ. Vn-
10 de † veniunt intelligen. cum eorum qualitatibus, *l. asse toto, ff de hæred. instit. Bart. in l. 1. ff. de recept. cum alijs per Surd. decis. 291. num. 18.* & licet mandatum fuerit relaxatum etiam pro duabus alijs
11 partibus, tamen illud † fuit pro fructibus, & expensis, vt ibi expresse dicitur, & in omnem euentum sententia, de qua agitur, non confirmat sententiam Rotæ Maceraten. nisi pro tribus partibus, & de earum reintegratione nunc tractatur.
Non obstat quod non constet de mandato specia-
12 lis procuratoris ad capien. † possessionem, prout requiritur. *Rota decis. 21. de procur. in nou. cum simil. alleg. per informantes pro Ferrettis*, quia
13 vltra quod illud procedit in beneficialibus † non autem in prophanis, in quibus sufficit generale mandatum. *l. 1. §. per procuratorem, vbi Alexan. num. 5. Brculan. num. 13. & 14. ff. de acq. possess. & fuit resolutum in causa Ciuitatis Castelli spolij 15. Octobris 1593. coram bo. me. Penia*, obiectio cessat etiam ex facto, cum ille Basilius haberet spe-
14 ciale mandatum ad capien. possessionem dicti Prædij iuxta tenorem decreti, & mandati, de quibus supra, *vt dicto Summar. num. 5.* & in dicto mandato procuræ Diana enunciatur donataria, seu cessionaria aliarum sororum, prout etiam in laudis quibus
15 fuit data exequutio, † nec vnquam in tot instantijs fuit oppositum, quod Diana non esset talis, ex quibus Domini concluserunt vltimam sententiam esse iustam. Et ita decisum, &c.

** Decisio ista in hac eadem causa emanata, quæ hic allegatur sub die 1. Iulij 1619. coram eodem bo. me. Vbaldo, est supra in hoc Tomo decisio 132.*

REVERENDISS. COCCINO.

Ariminen. Bonorum.

Lunæ 11. Decembris 1623.

ARGVMENTVM.

Testamenti originale an debeat produci ad effectum obtinendi immissionem in terminis l. fin. C. de edict. D. Adr. tollend. & affirmatiuè respondetur, nam aliter non potest Iudex cognoscere, an sit abolitum, vel cancellatum, nisi dictum originale producatur, & vide limitationem. Notarius cum teneatur scribere instrumentum exemplatum, an dum est impeditus id facere, teneatur in subscriptione illius de hoc facere mentionem. Cum pro Notario stet præsumptio, quid ex tali præsumptione sequatur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, quando est notoriè iniusta, non intrat Aegidiana.*
2 *Instrumentum originale, si non sit productum, non iuuat ad obtinendam immissionem.*
3 *Text. in l. 1. §. si quis in aliquo. ff. de bon. possession. licet loquatur de bonorum possessione,*
4 *Tamen ex identitate rationis extenditur etiam ad immissionem, quæ petitur vigore l. fin. C. de edict. D. Adr. tollen.*
5 *Testamenti exemplum non releuat ad obtinendam immissionem, etiamsi datum sit ab eodem Notario, de eo rogato.*
6 *Testamentum non debet esse cancellatum, nec in aliqua parte vitiatum, ad hoc vt concedatur immissio.*
7 *Testamentum originale nisi producatur, non potest constare ex exemplo, an illud sit abolitum, vel cancellatum, etiamsi exemplum sit factum ab eodem Notario de illo rogato.*
8 *Alex. opinio in auth. si quis in aliquo C. de edend. non est vera.*
9 *Instrumenti exemplatio ritè facta ex protocollo Notarij mortui, habetur pro instrumento publico, & authentico.*
10 *Notarius, qui legitimè exemplat instrumentum ex protocollo Notarij mortui, dicitur subrogatus in locum illius Notarij rogati.*
11 *Notarius an possit subscribere scripturam ab alio confectam, dubia est quæstio, & negatiua videtur communior,*
12 *Tamen temperatur, quando Notarius principalis est impeditus, dummodo tamen in subscriptione se fuisse impeditum &c. & collationasse cum originali. num. 13.*
14 *pro Notario cum stet præsumptio, ideo ei credendum venit, dum dicit, quod aliquid fecerit.*
Notarij subscriptio sufficit, quod sit generalis, licet scriptura sit ab alio confecta, cum non sit opus asserere se fuisse impeditum, ideoq. illam non scripsisse. num. 14.
15 *Scripturæ collatio non est necessaria, quando ea à Notario fuit subscripta, cum pro eo præsumatur.*

16 Iudex

16 *Iudex, quod conferret, & auscultaret exemplatum originale, hoc est vtile, sed non est necessarium.*
17 *Iudex ad hoc, vt dicatur notoriè iniustè processisse, quid sit necesse.*
18 *Iniustitia non potest dici notoria, quando aliquid est disputabile, vel habet aliquod velamen.*
19 *Prothocolli recognitio, ex quo extrahitur instrumentum, est necessaria.*
20 *Notario non creditur dicenti extractionem instrumenti fuisse factam ex originali.*
21 *Instrumenti exemplum, dum non continet vitium visibile, Iudex ei stare potest, licet secus sit, dum pars aliquid opponit. nu. 22.*
23 *Fideicommissum, quando restituitur, debet detrahi id, quod soluit fideicommissarius, pro debitis fideicommittentis.*
24 *Compensatio quidem licita est.*
25 *Debitum cum testamento potest compensari, & sic non debentur vsuræ.*
26 *Fideicommissi prætensio per compensationem potest excludi.*
27 *Fructuum liquidatio causat mixturam, & per cõsequens admittitur appellatio.*

DECISIO DIII.

POST resolutiones factas in contumaciam alterius partis quod esset locus Ægidianæ, comparuit alia pars, & petijt audiri, prætendens non esse
1 locum Aegidianæ, cum † sententia ex pluribus Capitibus sit notoriè iniusta, quo casu cessat Aegidiana *Bald. cons. 41. num. 7. lib. 1. Gabr. cons. 36. num. 1. lib. 2. Contard. in l. vnic. num. 22. C. si de mom. possess. Aegid. decis. 94. num. 6. & fuit sæpissimè resolutũ.*
Primo dicebatur quod non fuit productum testa-
2 mentum originale sed exemplum, † quod non sufficit pro immissione, *vt est textus expressus in l. 1. §. si quis in duobus ff. de bonorum possess. secundum*
3 *Tabul.* qui † textus licet loquatur de bonorum possessione *Bart. tamen ibidem in princ.* ex identitate
4 rationis extendit ad immissionem, quæ † petitur vigore *l. fin. C. de edict. diu. Adrian. tollen. Castren. in d. l. fin. num. 5. vers. & intellige. Dec. num. 13. vers. & quod dicitur de testamento Roman. in l. sciendum nu. 70. ff. de verb. obligat. & de communi testatur Grat. cons. 140. num. 17. lib. 1. Rota dec. 135. num. 6. part. 1. in recent.* & hæc conclusio procedit etiam quod exẽ-
5 plum † sit datum ab ipsomet Notario rogato, & ratio est quia *ex l. fin. C. de edict. diu. Adrian. tollen.* Testamentum non debet esse cancellatum, neque
6 abolitum, neque ex quacunque † suæ formæ parte viciatum, de quibus cum non possit constare ex exẽplo, merito illud non attenditur, etiam quod sit fa-
7 ctum † à Notario rogato *Bart. in d. §. si quis in duobus num. 2. Castren. in auth. si quis in aliquo num. 4. in fin. C. de edend. Dec. in d. l. fin. numer. 14. vers. sed*
8 *ista responsio*, vbi quod hæc opinio † aduersus *Alex. in d. auth. si quis in aliquo* est verior *Roman. in l. sciẽdum num. 70. ff. de verb. obligat.* Vbi dicit esse casum *in d. §. si quis in duobus, & in l. si donantem C. de donat. Rot. d. dec. 135. num. 6.*
Sed per Dominos fuit responsum, quod hic agitur de exemplatione facta ex protocollo Notarij mor-
9 tui, † quo casu exemplatio legitimè facta habetur pro Instrumento publico, & authentico, *vt in cap. cum P. Tabellio de fid. instrum. & ita in puncto respondit Bart. in d. §. si quis in duobus num. 2. vers. prædicta verò. Dec. in d. l. fin. num. 14. in princ. & sentit idem Bart. in l. si quis ex argento §. Cogent. num. 3. ff. de edend. & Cyn. in l. contractus num. 14. in vltima quæstione C. de fid. Instrum. & speculat. in tit. de instrum. edit. §. ostenso num. 15. vers. illud quoq; & hanc opinionem sequuta fuit* Rota apud Verall. *decis. 351. num. 2. part. 2.* & mouetur ex ratione, quia No-
10 tarius, qui legitimè † exemplat, dicitur subrogatus in locum illius Notarij rogati, & allegat Dec. *in auth. si quis in aliquo num. 26. vers. 9. fallit, & Purpurat. in l. 2. in 3. limit. C. de edend.*
Secundo dicebatur quod subscriptio exempli ita se habet, Ego Ioannes Panigalius Notarius, & Archiuista Illustris Communitatis Ariminen. supradictum testamentum copiare feci ex rogitibus supradicti Iulij à Fonte Notarij defuncti; Ideo in fidem præmissorum me subscripsi, & signaui, cui quidem subscriptioni opponebatur quod ex ea constabat corpus testamenti non fuisse scriptum manu Archiuistæ,
11 vnde † licet quæstio sit, an Notarius possit subscribere scripturam ab alio confectam, & negatiua sententia sit communior, tamen illa temperatur, quod
12 † Notarius principalis est impeditus ex allegatis *per Gabr. de præsumpt. conclus. 3. numer. 34. & 35.*
13 modo tamen in subscriptione dicat † se impeditum, &c. & collationasse cum originali. *Alex. cons. 129. num. 4. lib. 1. vbi plures congerit Purpurat. cons. 121. num. 12.* & in nostris terminis quod requiratur collationatio, est *dec. Verall. prædicta 351. num. 2. par. 2.* Huic motiuo fuit responsum, quod prædicta distinctio iure videtur procedere tamen cum præsumptio
14 † sit pro tabellione, credendum venit, si dixerit, fecit quod ideo hoc fecerit, quia erat impeditus, & hinc quod sufficiat subscriptio generalis voluit *Bald. in auth. si quis in aliquo num. 13. vers. ad secundum verò Cod. de eden.* & in puncto quod collatio non
15 sit necessaria † cum pro Notario præsumatur *dicit Hostien in c. fin. num. 7. ad fin. de fid. instrum. Imol. ibid. num. 8. vers. est etiam vtile.* Vbi quod est inutile, quod Iudex conferret, & auscultaret exemplatum
16 originale, tamen hoc necessarium minime † est, cũ vt dictum est, pro Tabellione præsumatur *secundum Hostiens. Ioannem Andr. num. 9. in fin. Bellam. nu. 3. & Bart. num. 6. vers. hæc tamen inspectio Speculat. in tit. de instrumen. edit. in §. ostenso num. 4.* ex quibus sequitur dato quod omnia contenta in obiecto debeant seruari, prout videntur seruanda esse, nihilominus cũ adsint auctoritates contrariæ nõ potest dici, quod Iudex ex quo subscriptio Notarij non contineret prædictam concedendo immissionem, notoriè in-
17 iustè processerit, quia ad effectum † notoriæ iniustitiæ requiritur, quod non habeat velamen, vt dispu-
18 tari possit, quia si potest disputari, vel † aliquod velamen habeat, non dicitur notoria iniustitia. *Cephal. cons. 201. num. 18. lib. 2. Felin. in cap. inter cæteras col. 5. vers. intellige de re iudic. Ripa in l. 4. §. condemnatum num. 17. ff. de re iudic. Gabr. de sent. concl. 10. num. 2. & 3. vbi de communi: & facit Rom. cons. 51. in princ.* qui loquitur in nullitate, & prædicta voluerunt Domini admittere, hoc adhibito temperamento quod scilicet aliud exemplum plenè authenticum in Rota producatur.
19 Neque obstat quod neque protocollum † fuit recognitum cuius recognitio videtur necessaria *Oldrad. cons. 227. num. 6. vers. sed hoc respondeo. Verall. dec. 99. num.*

99.num.2.part.2.Put.decis.430.num.3.lib.2.in nou.
20 imo nec creditur † Notario dicenti extractionem fuisse factam ex originali. *Put.d.dec.430. num.3.lib. 2. vers.non obstat. Ias.in l. admonendi num. 255. de iur.iur.Boer.decis.37. nu. 3. & fuit dictum in Anconitana florum 15. Decembris 1617. coram R.P.D. meo Buratto.* Nam fuit responsum quod cum ista
21 non † contineant vitium visibile, Iudex potuit stare dicto exemplo. *Abb. in cap. 1. num.3. ante fin. vers. vnum tamen notá hic Aym.cons.160.numer. 2.* licet
22 secus fuisset † si altera pars opposuisset *ex adductis in istis terminis per Gonzal. super reg.8.gloss.64.nu. 3. cum seqq.*

Tertio dicebatur quod Laura Tortona, quæ fecit fideicommissum, instituit Lauiniam nepotem, & propterea cum fuerit fideicommissum Ginebriæ, quæ prætendit se vocatam, non poterat immitti, nisi
23 prius restitutis legatis factis per Lauram † fideicommittentem, quæ soluit Lauinia hæres, cuius sunt donatarij Pompeius, & Acchilles de Casarossis nepotes ex filia prædefuncta Margarita. *Peregr. de fideicomm. art.35. num. 10.* cui motiuo fuit responsum, quod Lauinia in prædicta donatione sibi reseruauit facultatem disponendi pro scutis 100. & in suo testamento instituit prædictam Ginebriam ad quam propterea prædicta scuta centum spectant, quæ quidem summa cum conficiat libras 420. & legata in pecunia ascendant ad summam librarum 720. cum Iudex compensando voluerit solui libras 300. nullam fecit iniustitiam, neque alia mixtura hinc potest deduci
24 † quæ quidem compensatio licita fuit *l.etiam 5.cap. de compensation.vbi Bald.& Salic.* ibi enim dicitur,
25 quod debitum ex testamento potest compensari, † & ex eo quod potest in compensatione deduci, non debentur vsuræ, & *Bald.ait* quod prætensio fideicō-
26 missi per compensationem † potest excludi, & sic in hoc casu non agitur de liquidatione, quę causat mixturam, *iuxta decisionē Put. 4. de Aegidiana*, & per
27 † consequens admitti appellationem *Bald.cons.141. numer.7.lib. 1.* Nec potest iuuari, quod lis pendeat super reali actione donationis ad instātiam Ginebriæ hæredis, quia siue sit valida, siue nulla, semper Ginebria erit creditrix scut.100. immo maioris summę tanquam hæres si donatio erit inualida, & ita dicendum est, quod scuta 20 pro funeris impensa, & quod scuta 6. depositata penes Montem Pietatis, & licet inculcaretur etiam quod Laura fecit alia legata annua in frumento, quod requirit liquidationem, me-
28 lius fuisset hoc reticere, notum † est enim quod legata annua non debent solui de proprietate fideicommissi, sed ex fructibus illius. *Castrens. in cons. 16. numer. 3. lib. 2. Natt. cons. 323. num.5. Aym. cons. 19. num.18. Surd. decis. 28. num. 2. Iason. cons. 95. num.5. lib.1. vbi allegat text. in l. liberto §. 1. ff. de annu. legat. l. apud Iulianum §. are ff. de legat. 1.* Et ita conclusum, &c.

R. P. D. VBALDO.

Romana Emphyteusis.

Veneris 15. Decembris 1623.

ARGVMENTVM.

Emphyteusis, quando est mixta, adhoc vt eius natura dicatur mutata ob obseruantiam contrariam, qu a in ea fuerunt admissi illi, qui non erant hæredes, quāuis descendentes inuestitorum, quid requiratur discutitur, & præsertim necesse est, vt Dominus illos in emphyteusi tolerando, ac ab eis recipiendo Canones, notitiam habuerit eos repudiasse hæreditatē suorum ascendentium, cum ad effectum, vt quis sibi præiudicet in iuribus suis, debet constare de eius scientia certa, & indubitata, quæ in dubio maximè in facto alieno non præsumitur.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis mixta requirit, vt vocatus sit successor, & hæres.*
2 *Canonem recipiens, vt sibi præiudicet in qualitate inuestituræ, debet ei constare id, quod contra se permittit.*
3 *per Concordiam, vt quis sibi præiudicet, quid sit necesse.*
4 *Obseruantia, sicut consuetudo debet præcisè probari in casu, de quo agitur.*
5 *Obseruantia, vt releuet, ac suum effectum operetur debet constare de scientia eorum de cuius præiudicio agitur.*
6 *Scientia nō præsumitur, & maxime in facto alieno.*
7 *Scientia debet esse certa, & indubitata, quando agitur de amissione Iuris.*
8 *Emphyteusis ex quibus pernecesse non inferatur, quod sit ex pacto, & prouidentia.*
9 *Actus factus cum præseruatione suorum iurium non præiudicat.*
10 *Notarius, quidem potest extendere imbreuiaturas instrumenti, non tamen potest aliquid addere.*
11 *Obseruantia nihil operatur stante mala fide.*
12 *Impubes, quando quis est, non potest interuenire in instrumento.*

DECISIO DIV.

IN Decisione in hac causa facta die 29. Maij præteriti,* in qua fuit resolutum emphyteusim de qua agitur esse mixtam, fuerunt reseruata nonnulla particulariter videnda, & inter ala. An suffragaretur D.Clarici prætensa obseruantia, super qua hodie dubio proposito Domini non constare de tali obseruantia censuerunt. Et quidem in hac disputatione fuit præsuppositū, quod Gaspar filius Raphaelis primi acquirentis repudiauerit hæreditatem Patris, vsque de anno 1576. prout etiam fuit dictum in dicta decisione 29. Maij, licet de hac repudiatione debeat postea videri in articulo in decisione reseruato. An D. Clarix habeat requisita, vt possit retinere Domum emphyteuticam, de qua agitur, sed pro nunc præsupposita dicta repudiatione sine veri pręiudicio in primis firmabant Domini, quod si obseruantia deducitur ex eo quod Gaspar non obstante dicta repudiatione perstitit in possessione Domus, prout etiam persistit D. Clarix eius filia, vt dicitur in desione, & soluit Canones proprietarijs, & sic fuit ha-
1 bitus pro emphyteuta non obstante quod † non esset hæres Patris, vt videtur requirere emphyteusis mixta, ex allegatis in d.decisione, ista obseruantia suffragari non potest nisi doceatur proprietarios reci-
2 pientes † Canones sciuisse hæreditatem fuisse repudiatam *iuxta tradita per Castr. cons.363. incipit circa primum num.3. vers super 2.lib.1. Menoch. consil. 337. num. 37. lib.4. bene facit. Rota decis.37. num.30 par 2. diuers. cum alleg. per Rotam dec.169. num.5. par.1. recent.* Et nihilominus respondebatur etiam ad

ad actus qui ex aduerso pro obseruantia adducebantur. Et ad primum deductum ex concordia † inita
3 de anno 1577. inter Virgilium Crescentium proprietarium, & d. Gasparem qui dicitur repudiare paternam hæreditatem vt supra, in qua Concordia Gaspar confessus est se verum debitorem Virgilij in scutis 48. pro Censu, seu Canone duorum annorum. Item ad quietantias factas Raphaeli Iuniori, & Clarici filijs Gasparis, *vt in Summ. num.* 1. 2. *&* 3. fuit dictum concordiam, & quietantias non exprimere qualitatē Inuestituræ seu emphyteusis, de qua agitur,
4 sed solum emanasse super solutione Canonum, & † tamen obseruantia sicut etiam consuetudo debet præcisè probari in casu, de quo agitur, *Surd. consil.* 382. *num.* 40. *lib.* 3. *& decis.* 131. *num.* 10. *Rota in Viterbien. Decursus Aquarum* 15. *Martij* 1604. *coram fel. rec. Gregor. XV. quæ est decis.* 162. *num* 4. *in eius impress. in Calaguritana beneficij de Murillo* 8. *Nouemb.* 1620. *coram me, & sæpè* alias vltra quod
5 semper viget illa ratio, quod ista obseruantia † non operatur nō docto quod DD. de Crescētijs sciuerūt repudiationem, & scientia non præsumitur præsertim
6 † cum sit de facto alieno *cap. præsumitur de reg. iur. in* 6. *l. verius ff. de probat.* Rota *decis.* 705. *num.* 3. *p.*
7 2. *recent.* & cum tractaretur de amissione iuris, † illa debuit esse certa, & indubitata *iuxta glos. communiter receptam in cap. concertationi in verb. sciuerit de appellat. in* 6. *cum alijs per Rot. dec.* 95. *numer.* 2. *& decis.* 111. *num.* 7. *par.* 1. *recent. & fuit sæpè decisum*, & eodem modo fuit responsum ad Instrumentum vēditionis proprietatis factæ D. Antonio 4. Maij 1614. in quo dicitur emphyteusim finisse per obitum nepotum Raphaelis primi inuestiti, nec non ad oblationem ab Antonio factam Clarici tanquam compræhensæ in Inuestitura, nam hæc omnia procedunt
8 cum præsupposito ignoratæ † repudiationis factæ à Gaspare, nec inferunt, quod emphyteusis sit ex pacto & prouidentia, cum possit esse hæreditaria, & in ea compræhensa Clarix, nisi processisset repudiatio Patris sui, & antequam ipsa nasceretur.

Ad quietantiam receptionis Canonum à Claricè
9 fuit dictum continere † expressam prestationem sine præiudicio litis pendentiæ, & pro conseruatione iuris sui, quia iterum replicabantur contra decisionem iam factam circa matricem Instrumenti Inuestituræ
10 & quod licuerit † Notario extendere imbreuiaturā, non autem addere, visa sunt extra præsentem disputationem in quo solum quæritur, An ratione obseruantiæ sit à decisis receden.


Motiuum malæ fidei ex quo Clarix in Instrumento celebrato 1585. confessa fuerit quod Raphael acceperit emphyteusim pro se, & filijs hæredibus, nepotibus, & successoribus quibuscumque & stante
11 mala fide, † obseruantia non suffragetur *Rot. decis.* 136. *nu.* 12. *& decis.* 169. *sub num.* 6. *part.* 5. *recent.* Nam placuit Dominis, tum quia Clarix non inter-
12 uenit in d. Instrumento, tum quia † nec poterat interuenire, cum tunc temporis erat impubes, vt colligitur ex fide baptismi, quæ data fuit.

Et ita fuit decisum vtraque parte informante, &c.

☞ *Decisio ista, quæ allegatur in hac eadem causa facta nempe sub die* 29. *Maij præsentis anni* 1623. *est supra in hoc Tomo decisio* 483.

SIT NOMEN DOMINI BENEDICTVM EX HOC NVNC, ET VSQVE IN SECVLVM.





Decis.
Recent.
Pars. 4. To. 2



